BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXXV
H
44
NAPOLI

Monast.
Ss. Severini et Sossii
de Neap[oli]
ad usum
D. Hiero[nymi]

XXVII. A. 1

Digitized by Google

XXXV
H
34



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI

Digitized by Google

FRANCISCI JUNII F. F.

DE

PICTURA VETERUM

LIBRI TRES,

Tot in locis emendati, & tam multis acceſſionibus auɛti, ut plane novi poſſint videri:

ACCEDIT

CATALOGUS,

Adhuc ineditus, Architectorum, Mechanicorum, ſed præcipue Pictorum, Statuariorum, Cælatorum, Tornatorum, aliorumque Artificum, & Operum quæ fecerunt, ſecundum ſeriem litterarum digeſtus.



NAPOLI

ROTERODAMI,
Typis REGNERI LEERS,
MDCXCIV.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS

S. D.

EN tibi, Lector, deſideratiſſimam Viri ſummi Franciſci Junii de Pictura Veterum ſecundam editionem, infinitis in locis emendatam, & tot pulcherrimis locupletatam acceſſionibus, ut non interpolata, ſed plane recens & novum opus videatur eſſe. Nam cum primum editos hos Commentarios eorum parens videret tantopere probari ab omnibus, qui & eruditionis interioris, vulgoque togato ignotæ, laudibus, & artis ſcienter pingendi intelligentia in primis eminebant, ut illorum auctoritate verteretur ex Latino in Britannicum, & Belgicum ſermonem, manum denuo illis admovit, & in iis elimandis ac perpoliendis multum temporis & ſtudii conſumpſit. Ut vero dies diem docet, atque ipſe Junius omne genus ſcriptorum iterato nocturna diurnaque manu verſando, plura indies congerebat ad penum hanc exquiſitæ elegantiæ obſervationibus, & illuſtrioribus præſtantiſſimorum auctorum locis inſtruendam, tanta copia rerum egregiarum hanc commentationem amplificavit, ut quicunque φιλόκαλοι & φιλομαθεῖς id non ignorarent, mira illam videndi cupiditate flagrarent, acerrime quotidianoque quaſi convitio novam efflagitantes ejus editionem. Hujus tanti deſiderii ſitis ut expleretur, ſummo mihi opere contendendum duxi. Complures anni ſunt, cum hoc nomine compellavi Virum Nobiliſſimum, Dionyſium Junium, cujus parenti, Senatori Groeningano, Franciſcus Junius hæc ſcripta migrans in Britanniam commiſerat. Nec difficilem ſe mihi præbuit in iis ad me curandis, cum fidem ei dediſſem, me daturum operam ut quam primum ſubjicerentur prœlis; quam tamen tam facile quam ſperaram liberare non potui. Nam jacuerunt aliquamdiu temporum iniquitate, & fatuitate quorundam hominum ſua bona non intelligentium. Quamvis autem ſerius ſpe tua, Lector, meiſque votis prodeant, gratulaberis tamen tempori huic, ingenuis artibus tam infeſto, cum nec claſſicorum feralis cantus, nec horridus militum clamor, qui ubique gentium illis obſtrepit, potuerit deterrere Regnerum Leerſium, exi-

mium virum, ab inſtituto magnis impenſis & perquam nitide hoc opus publicandi. Nec ego dubito, quin operæ iſtius, quam navavit rei litterariæ, pretium ſit laturus. Accedunt Picturæ Veterum Indices præſtantium Artificum, &, quæ illi aut pinxerunt, aut finxerunt, aut condierunt, operum, veterum monumentis celebratorum. Hi nunquam antehac lucem publicam adſpexerant. Quantopere illos expetierint viri docti cognoſces, ne de aliis dicam, ex epiſtola magni Hugonis Grotii his ſubjecta. Vale. Trajecti Batavorum, poſtrid. Kalend. Maji cIↃ IↃc xcIV.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI


FRAN SCUS JUNIUS F.F.

V I T A
FRANCISCI F. F. JUNII

Auctore

JOANNE GEORGIO GRAEVIO.

NAtale ſolum Franciſci Junii eſt Heidelberga, nobiliſſima & amœniſſima urbs ad Nicrum, Palatinatus Rhenenſis caput, diu tam Palatinorum Principum, quam Muſarum celebris ſedes, ſed quae fuit funeſto hoc bello extincta, ſoloque aequata. In hac editus eſt anno nonageſimo primo ſuperioris ſeculi. Pater ei fuit ſummus ille Theologus, Franciſcus Junius, Biturix, quem non tantum illuſtravit ſingularis rerum divinarum ſcientia, ſed & eruditionis multiplicis & diffuſæ copia. Teſtimonio ſunt Codinus de officiis Palatii, & magnae Eccleſiae Conſtantinopolitanae, ab illo in Latinam linguam converſus, & ejus annotationes tum ad hunc ſcriptorem, tum ad Manilium, epiſtolas Ciceronis ad Atticum, & Tertullianum. Tantam eruditionem ornabat rara & mirifica quaedam ingenii moderatio, multis inſignibus ſpectata documentis in eccleſiis conſtituendis & optima fundandis diſciplina, nec non in controverſiis, ſi quae orirentur, ſedandis ac ſopiendis, non exaſperandis, ac leniter ferendis iis, qui non plane eadem illi ſentiebant in capitibus non nullis doctrinae Chriſtianae. Matrem habuit & natalium dignitate, & eximiis animi corporisque dotibus conſpicuam foeminam, Joannam, Simonis de l'Heremite, Toparchae Petinaſartii, Scabini Antwerpiæ filiam. Hujus quoque gentis fuit Daniel Eremita, vir politiſſimus & diſertiſſimus, cujus elegantia non modo juveni conciliavit Joſephum Scaligerum, Iſaacum Caſaubonum, aliosque illius memoriae viros magnae doctrinae, ſed & Principum Italiae, cum per illam iter faceret, praecipue Magni Etruriae Ducis, Ferdinandi Medices benevolentiam illi peperit, ut Ejus Comitatui adſcriberetur, & poſtea cum illius Oratore mitteretur ad Romanum Imperatorem, & plerosque Principes Germaniae. De qua profectione duae in manibus doctorum ſunt epiſtolae, multo elegantiae & urbanitatis ſale perſperſae, licet non nemini videantur eſſe juſto dicaciores, ſed quae in lucem poſt ejus fata ſunt datae. In illa, in qua de Principum aulis, quas luſtrarant, agit, multa deſiderantur, quae tamen olim apud amicum meum, Marquardum Gudium, qui Regi Daniae fuit à Conſiliis, vidimus. De utriuſque generis majoribus Junii plura ſi expetis ſcire, vita eſt inſpicienda Patris, quam ipſe memoriae prodidit, ſed Paullus Merula poſt ejus obitum divulgavit. Anno CIƆ IƆXCII deliberatum fuit Parenti remigrare in patriam ad Henricum Magnum Galliarum Regem. Cum tranſiret Belgicam Foederatam Praepotentes Ordines Bataviae illi detulerunt Provinciam in Academia Leidenſi docendi ſacras litteras, quam magno celeberrimi illius Athenaei & Eccleſiae cum fructu adminiſtravit ad annum ſecundum hujus ſeculi, quo ex vivis exceſſit. Filius in his terris adoleſcebat. Cum aetas ferret, animum coepit ad Mathematicas diſciplinas applicare, & bellicis artibus ſe dedere, hoc conſilio, ut, cum ſe corroboraſſet, ſtipendia faceret ſub ductu Arauſionenſis Principis. Sed cum poſt bellum

pactis

pactis induciis duodecennibus componeretur anno CIↃ IↃC IX, *aliam vitae rationem iniit totum ſe mancipans cum ceterarum optimarum artium, tum praecipue ſacrarum litterarum ſtudiis. Hoc tempore collegit, digeſſit, & publicavit Patris ſui ſcripta. Dein contendit in Galliam, & anno* CIↃ IↃC XX *ex illa trajecit in Britanniam, gratus ubique doctis & bonis omnibus propter ingenii doctrinaeque praeſtantiam, & morum temperatorum mirificam ſuavitatem. Captus amoenitate beatae illius inſulae, & benevolentia virorum illuſtrium, qua tantum complectebantur hoſpitem, ſedem ibi fixit, receptus in familiam illuſtriſſimi Arundelliae & Surriae Comitis, & ipſos annos* XXX *in illa tranſegit. Quo tempore hos de Pictura Veterum libros condidit, qui Amſterodami typis mandati ſunt à Guilielmo Blavio. Litterarum commercium ei tum intercedebat cum viris maximis, Hugone Grotio, Claudio Salmaſio, Gerardo Joanne Voſſio, cum quo ſoror Junii erat nupta, Jacobo Uſſerio, Archiepiſcopo Armachano, ac non paucis aliis, quos eruditionis ſolidioris, ſpectataeque probitatis opinio ſuper ceteros extulerat ſui temporis & loci homines. In Anglia cum incidiſſet in multos veteres Angloſaxonicos libros, illam coepit linguam excolere, quam cum ad Belgicam, quae ei erat vernacula, Germanicam & Anglicam illuſtrandam, veraſque perveſtigandas origines plurimum facere cognoſſet, multum ſtudii & operae in illa perdiſcenda collocavit. Huic addidit poſtea cognitionem omnium veterum linguarum Septentrionalium, Gothicae, Francicae, Cimbricae, quae & Runnica dicitur, Friſicae. Unde didicit ex illis ſolis multas etiam Francicae, Hiſpanicae, Italicae linguae, qua nunc illae gentes utuntur, vocum origines & propriam notionem erui poſſe. Nam Gothi, Vandali, Franci, Burgundi, Allemanni, cum fatiſcente Romano imperio illas terras occupaſſent, ſermonem patrium illis intulerunt, cujus multa ſuperſunt etiam nunc non obſcura veſtigia, quae ab illo deprehendi poſſunt, qui non expers eſt veterum iſtarum linguarum. Poſt annorum triginta moram in patriam tandem rediit Junius, precibus ſororis, & aliorum neceſſariorum expugnatus. Nihil, cum revertiſſet ad ſuos, de graviſſimis laboribus, & acerrima contentione rimandi priſca Septentrionis monumenta, vel aetas ingraveſcens relaxavit. Itaque totus erat in contexendis Angloſaxonicis, Francicis, & Cimbricis Lexicis ac Gloſſariis, & explanandis antiquiſſimis harum gentium ſcriptoribus. Specimen primum hujus ſuae induſtriae & doctrinae Amſterodami edidit anno* CIↃ IↃC LV *obſervationes in Willerami Abbatis Francicam Paraphraſin Cantici Canticorum, quam olim in lucem protraxerat Lugduni Batavorum Paullus Merula, vir clariſſimus. Cum omni cura cogitationeque in hoc ſtudiorum genere verſaretur, & incredibili aſſiduitate urgeret hoc inſtitutum, audivit ſaepius in occidentali Friſia pagos & oppidula eſſe, Worcomum, Staveram, Molqueram, qui vetere Friſica lingua intaminata uterentur, cujus magna eſſet affinitas cum Angloſaxonica; ſed quae ab aliis Belgis non intelligeretur. Inflammatus ſtudio haec penitius indagandi, relictis rebus & neceſſitudinibus in Friſiam illam interiorem contendit, ubi duos vertentes annos egit. Cum pectus impleſſet, cujus maxime cupidus erat, ſcientia, regreſſus ad Batavos bona quadam fortuna nactus eſt antiquiſſimum illum codicem Gothicum, qui argenteus dicitur, quoniam quatuor Euangelia litteris argenteis Gothicis in illo fuerunt deſcripta. Huic deſcribendo, & dilucidando totum ſe dedit, brevique, cum id unice ageret, tam longe in incognitae linguae cognitione proceſſit, ut non longe poſt Gothicam hanc Euangeliorum interpretationem cum Gloſſario Gothico publici juris*

ris faceret, cui adjiciebatur eorundem ſacrorum librorum Angloſaxonica verſio vetuſta, praeſidio codicum manuſcriptorum emendata, cum obſervationibus viri doctiſſimi Thomae Mareſchalli. His omnibus linguis imbibendis cum ſatis diu inſudaſſet, vidit, quod & privatim apud omnes, quibus cum agebat de hac doctrina, tum publice teſtatus eſt, Gothicam eſſe matrem omnium ceterarum Teutonicarum linguarum, ex qua profluxerit vetus Cimbrica, monumentis Runarum poſteris tradita, nec non Suecica, Danica, Norwegica, Iſlandica, quibus illius plagae homines iſto tempore ſuas animi cogitationes explicant. Ex Angloſaxonica, quae & ipſa aut propago eſt Gothicae, aut illius ſoror germana, & ejuſdem matris filia, manavit Anglica, Scotica, Belgica, Friſica vetus. Ex Gothica & Saxonica orta eſt Francica, quae Germanicae ſuperioris parens eſt. Harum veterrimarum linguarum, & dialectorum, quae ex illis ductae ſunt, cognitionem invicto ſtudio, & incredibili aſſiduitate non primus tantum aſſecutus eſt, ſed & ſolus, viam ſecutus nullius ante tritam veſtigiis. Fuerunt quidem, qui ante Franciſcum in Angloſaxonica & Francica ſcrutanda non nihil curae ſtudiique poſuerunt, Cimbricae navavit operam Olaus Wormius, Gothicam ante hunc, uti & ceteras junctim, attigerat nemo, niſi quod de litteris priſcis Gothorum commentariolum ediderat anonymi ſcriptoris, cum paucis quibuſdam verſibus Gothicis, ex antiquo illo Werdeuſi codice, qui argenteus vulgo audit, Bonaventura Vulcanius, celeberrimus ſua tempeſtate Graecae linguae Profeſſor Lugduni Batavorum. Poſt Junium, cum ille viam muniiſſet ad has quatuor linguas longo ſitu ſqualidas & ſepultas revocandas in lucem rei litterariae bono, vir pereruditus, Georgius Hickeſius, eccleſiae Anglicanae Presbyter, ſemitam a Junio factam ingreſſus, inſtitutiones Grammaticas Angloſaxonicas & Gothicas conſcripſit, quibus adjecit Rudolphi Jonae Grammaticam Iſlandicam, & Catalogum veterum librorum ſeptentrionalium, qui in Anglia habentur, quorum magna pars debetur Franciſco Junio. Is plurimas reliquit lucubrationes, quibus obſoletas has linguas explicavit, inter quas eſt Gloſſarium quinque linguarum, in quo illarum origines ex vetuſtis illis monumentis indagavit, quod ſumme reverendus, & de Eccleſia & re litteraria praeclare meritus Epiſcopus Oxonienſis, Joannes Fell, ὁ μακαρίτης, XI voluminibus deſcribi nitidiſſime curavit, ut typis mandaretur, ut & uberrimum commentarium in Tatiani Harmoniam IV Euangeliorum Francicam, & alia plura, quorum ſeriem inferius videbis, quae omnia legavit Oxonienſi Academiae, cujus antiſtites nulli dubitamus operam daturos, ne tanto theſauro diutius careant patriarum antiquitatum ſtudioſi. Triennio antequam moriebatur Junius in Britanniam remigravit, ut plures ibi Angloſaxonicos codices, quos nondum triverat, in Cottoniana tamen nonnulliſque bibliothecis aliis ſervari norat, excuteret, ut, quae moliebatur, quantum poſſet, abſolute perficeret, ac conſummaret. Biennium poſuit Oxonii in maxima dignatione apud omnes, ultimum vero vitae ſuae annum exegit Windſoriae apud ſororis ſuae & magno parente non minorem filium, Iſaacum Voſſium, qui, quamvis eſſet peregrinae conditionis, in Collegium tamen Canonicorum, ut loquuntur, Windſorienſis eccleſiae ſingulari gratia Regis Potentiſſimi Caroli II, magnae eruditionis & ingenii fama & commendatione parta, ſuo fuit cooptatus merito, qui & ipſe fatis eſt functus ante paucos annos. Apud hunc Junius annos natus octoginta ſex beatam tandem animam exhalavit placidiſſime, doctrina, virtute morumque integritate vix ulli ſui temporis ſecundus. Non tam morbo; quam ſenectute, cum curſum ſuum peregiſ-

 ſet

ſex natura, ſolutus eſt. Firma fuit valetudine, ut proſperrima per omnem aetatem ſine ulla corporis offenſione uteretur, quamvis totos dies a ſummo mane uſque ad noctem incumberet litteris, & rariſſime, nec unquam niſi negotiorum ratio id ei quaſi imperaret, prodiret in publicum. Hora quarta matutina ſurgebat tum bruma, quam ſolſtitio, ſtabatque ante pluteos in Muſeo, uſque ad prandii horam, quae erat prima pomeridiana. In pluteis iſtis poſiti erant quinque Lexica illa, quae adornabat, & commentarii in veteres ſcriptores Teutonicos. In haec referebat quicquid in illo, quem evolvebat, codice dignum obſervatu animadvertebat. Hora prima prandebat, ſequente corpus exercebat vel in area ſubdivali ambulando contentius, aut etiam ſubſultim non nunquam currendo, aut, ſi id non ferret aſperior tempeſtas, per omnes ſcalas in coenaculum aſcendendo valetudinis tuendae cauſſa. Hora tertia recipiebat ſe in Muſeum, & interrupte ad octavam veſpertinam penſum quaſi ſuum texebat. Tum coenabat, & tam in prandio quam in coena libenter veſcebatur. A coena cubitum ibat. Itaque nemo mirabitur Junium, quamvis avia & tetra caligine, nec non vepribus & dumis horrida loca peragraret ſolus, tantum tamen ſpatii tam feliciter confeciſſe, & tot reliquiſſe volumina rerum adhuc ignotarum plena, qui improbum illum laborem, & indefeſſum ſtudium cogitat quod conferebat in has lucubrationes. Eadem aſſiduitate fuit olim verſatus in evolvendis Graecis Latiniſque omnis generis ſcriptoribus, antequam Teutonicarum linguarum ſtudio ſe totum dediſſet, quos ipſe multos vidi in ejus bibliotheca, compoſitos cum antiquis codicibus, & perpetuis ad marginem appoſitis annotationibus explanatos. Inde tanta Latinae dictionis mundities in ejus ſcriptis, ut nullo ſuorum aequalium diligenter & emendate ſcribendi laude inferior eſſet; inde & tanta locorum inſignium ex interioribus Graeciae & Latii penetralibus delibatorum copia fuit ei praeſto, cum in egregio hoc opere de Pictura Veterum elaboraret. In aſſiduitate tanta licet invitus admodum avocaretur ab his, quibus inſudabat, curis, tam longe tamen aberat omnis moroſitas ingeniique triſtitia, quae ſolet eſſe propria iis, qui a luce hominum & celebritate alieniores omne tempus & operam domi ſuae in doctrinae & litterarum ſtudiis conſumunt, praecipue ſenes, ut nihil ſene noſtro fieri poſſet ſuavius & facilius. Quicunque illum inviſebat, mira quadam excipiebat comitate, doctiſque & jucundis fabulis retinebat. Ipſe teſtis ei eſſe poſſum tantae humanitatis & dulcedinis, qui cum adoleſcens Amſterodami tum in ſororis aedibus degentem officii cauſſa tertio quoque die ſalutarem, ſemper tanquam primae admiſſionis homo non modo hilari vultu in Muſeum ejus recipiebar, ubi per aliquot horas mecum confabulabatur cum de aliis rebus litterarum ſacra ſpectantibus, tum praecipue de ſuis obſervationibus, quibus vernaculae linguae origines & vim ex illis carioſis membranis expiſcatus erat, ſed & invitabar, quoties digrediebar, ut ſaepius ad ſe reviſerem. Alii quoque hoſpites & adventores, qui optimarum artium ſtudiis tenebantur, aeque faciles habebant aditus. Nec minor in illo morum erat integritas & caſtitas, ſingulariſque pudor & ingenuitas, ac ſummum bene de aliis merendi ſtudium, ut ab omnibus, qui ejus virtutes non ignorabant, amaretur & coleretur tanquam homo ex aurei ſeculi reliquiis, qui non compendii ſpe, non aucupio famae, non ambitionis fumo ductus litteras colebat, ſed ut patriae & ſtudioſorum commodis ſerviret. Statura erat humili, facie graciliore, ſed commoda membrorum omnium aequitate. Windſoriae in arcis ſacello cathedrali,

li, ut vocant, eſt conditus. Ejus vero imago ſcite a praeſtantiſſimo pictore Van Dijckio deſcripta in Oxonienſi Academia eſt dedicata. Cui honorarium etiam tumulum cum elogio marmori inciſo benigna illa ſtudiorum mater poni juſſit, monumentum ſui in tantum virum ſtudii, & memoris legatorum animi, quod his addidimus. In terra illa ſitus eſt Junius, quam ſemper vivus mire aeſtimavit, & omnibus in omni ſermone praetulit. Cum in hanc ſuam Britanniam ultimo tramitteret, credidit fidei cognati ſui Viri Nobiliſſimi Franciſci F.N. Junii, qui tum temporis ab Illuſtribus Groeningenſium Ordinibus ad conſeſſum potentiſſimorum Ordinum Foederatae Belgicae, qui Hagae Comitum eſt, delegatus erat, hos commentarios, quos nunc vides, de Pictura & veteribus Artificibus, & illorum operibus. A parente venerunt ad filium, cui, qui eos mecum communicavit, acceptos referes. Vale Lector.

LECTOR,

Verbo te monitum volo, in anno natali Junii Grævium ſecutum eſſe perbrevem memoriam ejus vitæ, quæ ad eum Groeninga erat miſſa; non viſo epitaphio Oxonienſi. Si verior in hoc eſt deſignatio illius anni, ut videtur probabilior eſſe, qui ex Iſaaco Voſſio, aut ipſo Junio ante mortem ejus hæc noſſe poterant, non natus fuit octoginta ſex, ſed octoginta octo cum obiret. Hæc iſthic notare viſum eſt, ne te illa ſententiarum offendat diſcrepantia.

EPITAPHIUM.

FRANCISCO JUNIO,

FRANCISCI JUNII BITURIGIS FILIO,

NOBILITATE GENERIS, INTEGRITATE MORUM,
E T
OMNIGENA DOCTRINA CONSPICUO VIRO,
NATO HEIDELBERGÆ ANNO SALUTIS MDLXXXIX,
QUI PER OMNEM ÆTATEM
SINE QUERELA AUT INJURIA CUJUSQUAM
MUSIS TANTUM ET SIBI VACAVIT,

UNIVERSITAS OXONIENSIS,

C U I
SCRIPTA ET MONUMENTA LABORIS SUI
MORIENS PENE NONAGENARIUS COMMISIT,
IN GRATI ANIMI SIGNIFICATIONEM
LUBENS MERITOQUE
TITULUM POSUIT.
ANNO MDCLXXVIII.

I N

IN

OXONIENSI BIBLIOTHECA

habentur hæc

FRANCISCI F. F. JUNII SCRIPTA,

quæ illi legaverat.

Gloſſarium V linguarum Septentrionalium. Hoc deſcribendum curavit Joann. Fell ὁ μακαρίτης, Antiſtes Oxonienſis, IX voluminibus, quæ ſunt excudenda ſumtibus Univerſitatis Oxonienſis, auſpiciis Gilberti Ironſide S. T. P. Coll. Wadham Præfecti, & Academiæ Procancellarii.

Bedæ Hiſtoria Eccleſiaſtica tota notis illuſtrata Junii.

Chronologia Saxonica collata cum MS. & additione trium ſchedarum auctior.

Lambardi Latina emendata, ac variis notis illuſtrata.

Eadmerus ex editione Seldeni. Quædam in Seldeni notis ac ſpicilegio emendata.

Spelmanni Pſalterium Saxonicum interlineare collat. cum MS.

Douglas's Tranſlation of Virgil with marginal Notes.

Chaucerus per totum notis quibuſdam illuſtratus.

Caedmonis Paraphraſis cum conjecturis extemporaneis & indiculo.

Somneri Lexicon Saxonicum cum variis lectionibus ex MSS.

Multi præterea ſcriptorum Angloſaxonicorum veteres codices, ut & multorum αὐτόγραφα, quæ ipſe Junius manu ſua ex veteribus membranis excerpſit & deſcripſit, in illa bibliotheca Oxonienſi cuſtodiuntur, quorum indices habes in appendice Cl. Hickeſii ad Grammaticam Iſlandicam p. 139 & ſequentibus.

In Willerami Paraphraſin Cantici Canticorum notæ Franciſci Junii longe auctiores.

Tatiani Monoteſſaron cum præfatione Victoris Epiſcopi Capuæ, cum annotationibus ampliſſimis Junii, in quibus comparantur cum Francica, Gothica & Angloſaxonica.

Vocabularius, qui inſcribitur Teutoniſta edit. 1475, fol. interſperſis per totum notis Junii.

Ejuſdem auctarium notarum in Tatianum, juſtum volumen in 4.

Otfridi Euangeliorum liber, nitidiſſime ſcriptus cum indice Capitulorum à Junio parante novam editionem.

Annonis Archiepiſcopi Colonienſis vita. Rythmice,

Gloſſarium Theotiſco-Latinum cum notis ſecundùm litteras Alphabeti in diverſis faſciculis: A. Chartis 27 ex Bibl. Voſſii. B. Chartis 56 ex eadem. C. Chartis 22 cum appendice ex eadem. D. Chartis 43 cum appendice ex eadem. E. Chartis 20 ex eadem. F. ex eadem penu libraria deſcripta.

Dictionarium Francicum mutilum, carens initio A. B. C.

Dictionarium alterum Francicum. Hæc duo in faſciculis ſunt. Alterum etiam plenum.

Plures alios veteres Francicos libros manu ſua deſcriptos, & Friſicos, reliquit Junius bibliothecæ Oxonienſi.

Leges Friſiorum, cod. MS. cum notulis quibuſdam in margine Junii.

Liber legum Friſicarum impreſſus, in fine mutilus, cui ex Ubbone Emmio Junius nonnulla præmiſit, cum ejuſdem notis adſperſis paſſim margini.

Jus Comitatus Friſiæ ex cod. Werneri Emmen, & aliæ leges Friſicæ ex Simonis Gabbamæ MSS. cum notis Junii.

FRANCISCI F. F. JUNII

DEDICATIO

editioni primæ apud Gulielmum Blaeu CIↃ IↃC XXXVII procuratæ præfixa.

Sereniſſimo, Potentiſſimo, Invictiſſimoque

MONARCHÆ CAROLO,

DEI GRATIA

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ, & HIBERNIÆ

REGI,

FIDEI DEFENSORI, &c.

SERENISSIME PRINCIPUM,

Annus nunc agitur ſextus decimus, quod in calamitoſo concuſſi Orbis motu inclytum Britanniæ veſtræ regnum, veluti intimum quendam feſtæ pacis receſſum ac ſinum, ingreſſus, & in nobiliſſimam familiam Arundellianam, commendantibus Lanceloto Wintonienſi olim Epiſcopo, & Guilielmo tunc Epiſcopo Menevenſi, nunc Archiepiſcopo Cantuarienſi, adſcitus, ex voluntate illuſtriſſimi Arundelliæ & Surriæ Comitis, omnibus fere probatiſſimorum auctorum ſcriniis excuſſis, non Artificum modo hiſtoriam, ſed & Artium imitatricium naturam, penitius inſpicere atque annotare cœpi. Quamvis autem non tam me vinceret præſtandi quod exigebatur fiducia, quam negandi verecundia; latius ſe tamen aperiente materia, plus quam imponebatur oneris ſponte ſuſcepi: ſimul, ut pleniori obſequio demererer tantum Heroëm, qui hunc minime ingratum laborem injunxiſſe videbatur: ſimul, ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigiis inſiſterem. Dum in his ſum, non potui non ſubinde grato erga Deum opt. max. ac veſtram Majeſtatem animo recolere, quantum ſit illud, quod Majeſtate veſtra publicæ pacis gubernaculis admota, cuivis detur altum ac pingue otium jucundiſſima quiete in literarum ſtudiis collocare. Quamobrem etiam non annorum, ſed ſæculorum prorogatione Majeſtatem veſtram dignam judicant, quotquot idonea ſtudiis ſuis obſequendi tempora porro exoptant. Omnes virtutes veſtras enumerare nunc locus non eſt, nec Majeſtas Veſtra ſplendida elogia libenter audit. Id propter, ut certa

quædam

quædam ſacra non niſi ſilentio peraguntur, ita ſincero quodam animi affectu tacitas laudes Veſtras admirari malo, quàm divinum iſtum cœleſtium virtutum conſenſum impari prædicatione devenuſtare. Siquidem in una Majeſtate veſtra, vel ipſa fatente Invidia, præter cæteros Reges illa res clarior eſt, quam in Julio Cæſare extollit Saluſtius, quod prius defeſſi ſint homines laudando atque admirando animi magnitudinem, clementiam, & benignitatem Veſtram, quàm Vos faciendo, quæ gloria ſempiterna digna ſunt. Neque deerunt, qui animum hunc Veſtrum ſeris pandant nepotibus. Ibit in ſæcula Veſtrum nomen, ſuumque ei decus conſtabit, quamdiu uſpiam virtuti locus habebitur. Ut taceam (ſi tacere liceat, quod imprimis huc facit) ſummum erga omnes bonas Artes ſtudium: quo fulgentiſſimo inſigni, tanquam ſalutari quodam ſidere, conſpicua Majeſtas veſtra caliginem ſuperioris ævi feliciter disjicit, pacifici ſtatus ornamentis undique conquiſitis. Hinc iſta orbi Britannico circumfuſa ſerenitas: hinc priſtina decora ubique reviveſcunt: hinc eſt, quod undequaque ſæculum aureſcit. Artes paſſim reſtituis, conſervas, auges, cumulas, velut unicus diſpenſator felicitatis, juſtitiæ norma, optimorum Principum exemplar. Artificum delectiſſimos luculentis honorariis ornatos & novis commodis auctos, ad arduam generoſiſſimæ Artis curam ſedulo obeundam invitas atque excitas. Non eſt itaque, quod Antiquitatem, fœcundiſſimam bonarum Artium nutricem, ſæculo huic noſtro quidquam invidiſſe putemus. Rarus quidem eſt Apelles, rarus Phidias: fateor: quia non inveniunt fautores ſuos, cùm rari ſint rerum Domini, qui tam excelſas mentes foveant atque in aulas ſuas benigne evocent. Naſcuntur quidem etiam nunc innumeri Artifices: neque enim eſt, quod ſola Arte fieri putemus, aut voto, aut ſuffragiis, ut Conſules: ſed non ſtimulantur ad majora, non pelliciuntur ad virtutum faſtigia honeſtis ſtipendiis. Excitarentur dubio procul magnæ ac cœleſtes animæ, ſi Principum cordatiores Vos tanta Majeſtate circumfuſos atque acribus publicæ pacis curis intentos, literas pariter atque omnes humaniores Artes efflictim amare ac fovere, non audirent modo, ſed re ipſa nobiſcum quotidie experirentur. Veſtro certe exemplo docentur omnes, quàm non injucundum, nec inutile oculorum atque animi delinimentum otii ſuavitas poſt ſeria ac ſevera negotia humanis mentibus commendet. Advertit ea res exteri quoque hominis animum: neque putavi diutius mihi faſtidiendas aut negligendas Artes illas, quas non Regia modo Majeſtas veſtra, ſed tot ac tales florentiſſimi Regni proceres uſque adeo ſtudioſe colunt atque ſuſpiciunt. Quoniam tamen nullas ego hîc voluptates oculis, quos eruditos & bene exercitatos eſſe oportet, uſurpare poteram; animo, quidquid illud eſt, perſpiciendum duxi, illuſtriſſimo præſertim Comite celeuſma præbente. Altior itaque cupido invaſit præcepta à proprio corpore veluti ſejuncta & minutatim ſparſimque in veterum monumentis diſcerpta congerendi, & in juſtæ Artis formam digerendi, ut aliquam Picturæ veteris imaginem, vel ſaltem qualemcunque imaginis umbram, animo complexus, commendatiſſimarum Artium amœnitatem pernoſcerem. Neſcio, an benigna hominum judicia mihi debeam polliceri; abunde felix, ſi tenuem quandam rei totius imaginem conformaſſe exiſtimer: nam politæ & conſummatæ gloriam, nec ſpero, nec affecto. Quum vero magni intereſſe arbitrentur omnes, talia ut ſcripta viris principibus ſint commendata, & à benigno illorum judicio gratiam aliquam atque aditum commodum, ubi ubi opus eſt, aſſequantur: timide aggreſſus ſum negotium, quo facilius efficitur, ut ii, qui nobile aliquod magnæ dedicationis patrocinium affectant,

ctant, moleſti magis, quàm officioſi, fuiſſe videantur. Geſtiebat quidem animus jamdudum, votiva hac tabella, nomini Veſtro appenſa, ſpecimen aliquod meæ in Majeſtatem veſtram obſervantiæ ac devotionis exhibere. Majeſtas etiam veſtra libello huic famam, id eſt, vitam datura videbatur. Nimirum de ſæculorum omnium judicio ſecurus eſt, qui probatus eſt Veſtro: & multa valde pretioſa ideo videntur, quia ſunt templis dicata. Quid facerem? adeo multa interim pertentabant conſcium pudorem meum, ut non ſine tacito quodam æſtuantis animi horrore periculoſam inſolentiſſimi auſi aleam poſſe ſubiri putarem. Majorem ſciebam Majeſtatis veſtræ celſitudinem, quàm ut deſcenſuram huc ſperarem: præterquam quod occupationibus Veſtris publico bono parcendum erat: neque poteram tanti nominis majorem habere reverentiam, quàm ſi timerem profanare. Tot ac tantis remoris occurrentibus, ac tantùm non proterve irruentibus, jam jam repudiaturus videbar conſilium, quod primum intenderam; quum variis cogitationibus circumactum bona ſpe implevit Vir reverendus & principalis judicii Veſtri favore ad majora provectus, cujus mentionem ſilentio hîc præterire nefas habuiſſem, niſi ipſe voluiſſet. Obſecutus itaque ejus Viri conſilio, cujus mihi autoritas pro ratione ſufficere debebat, Picturam veterem venerabundus offero Majeſtati veſtræ: munus, ſi una cenſetur ſcriptione mea, ſane pertenue; ſi animo, magnum; ſi rei dignitate, lectiſſimum: neque enim me movet, quod ignava depravati ſæculi ingenia ſublimem illam divinarum Artium vim, quam aſſequi non poſſunt, contemnere atque elevare ſtudent. Nimirum in arduo poſita eſt Ars, & exiguis humani ingenii viribus altior, barbaro feroque ingenio ignaviam ſuam pertinaciter foventes deſpicit, aut clariſſima luce ſua caligantes eorum oculos obruit. Summa res, ſummæque rei pulcherrima cognitio fautorem atque approbatorem ſummum nacta, ſuo apud omnes, hoc eſt, ſummo loco erit: ſuimet adhæc ſubpudebit illos, qui dementer credunt, hoc argumentum eſſe Græculum nogotium, & meditamentum futile, ſi auguſtiſſimos Sereniſſimi vultus Veſtri radios, toti terrarum orbi illuſtrando jam dudum datos, ad tenues hoſce conatus meos flectere non gravaberis. Triumphat profecto, & porro triumphabit tanto Mæcenate Pictura. Nam quis poſthac eam ſpernere audebit, quam viderit Majeſtati Veſtræ in pretio eſſe? Scio quidem mihi apud pleroſque pro laboris modulo laudem non proceſſuram: quam tamen ſi Majeſtas veſtra indulſerit, majorem laudem, quàm laborem invenero. Si in homine peregrino deprehendes aliquid, quod non diſpliceat, unius Veſtri judicio laudatus, titivillitii non faciam, quidquid viles gumiæ, vel bacchantes Dindymeni, inſaniant: gratiam enim & genium, quem à me non habent, laboribus hiſce Majeſtas veſtra dabit, ſi Veſtro eos nomini conſecrari lubenti animo patiatur. Non potui itaque, nec debui quærere, cui has meas qualeſcumque lucubratiunculas commendatas mallem. Omnino Majeſtati Veſtræ conſecrandus fuit liber, qui Veſtro in regno, Vobis potiſſimum vires inſpirantibus, natus eſt, & crevit ſpe favoris Veſtri conſequendi. Invitavit quoque me ad majorem ſcribendi diligentiam favor Veſter orbi notus, quo Artifices antiquorum gloriæ æmulos mirifice complecteris; quo nunc quotidie cœleſtem illum ſpiritum, in multis alioquin aut ſponte elangueſcentem, aut ſordidis curis oppreſſum, exſuſcitas; quo ſingulorum in Vos ſtudia animoſque incredibiliter accendis. Ut curſum ſemel inſtitutum conſtanter tenerem, effecit ſublimis illa Majeſtas Veſtra, ad quam curſum dirigebam. Non potui deſperare, Vos ſpectans: & quemadmodum militem animat in prælia Regis magni præſentia; ita me viva Veſtri recor-

datio

datio ſemper alacrem, ſemper recentem, reddidit. Veſter ille affectus omnibus, qui magnas Artes feliciter tractant, expoſitus atque obvius, faces animo meo mirifice ſubdidit; eoque dulcius mihi fuit placere Vobis hac in parte, quo dulcius Vobis eſt bene mereri de hiſce Artibus; quod, ut nunc ſunt mores, vere eſt ſæculum corrigere. Unde etiam uſu venit, ut ambigam, Veſtræne Majeſtati acceptius, an commorientibus paſſim bonis Artibus & Moribus, utilius quid dare potuerim. Multorum enim animos pravis exemplis imbutos morbus hic jam olim invaſit, plurimum vitiis, parum virtuti operam dare. Et certe quis iſte eſt urbicarius mimologus, qui tanta fingere, vel in Comœdiis ludere, aut in Tragœdiis perſonare poſſit, quàm nunc fiunt plurima? ex quotidianis hoc & in frontem incurrentibus ſatis conſtat. Pace bonorum liceat dixiſſe; ipſi recti bonique vindices quàm non raro nefaria atque pudenda patrant? hanc animorum labem, ut ut ſeria tegant, otium prodit. Quotuſquiſque enim honeſtas atque innoxias recreationes ſectatur? Neque mirandum eſt, ſi nemo in hac contagione ſapere poteſt, niſi qui probitatis conſtantibus exemplis animum firmet ac pectus muniat. Sola Majeſtas Veſtra inventa eſt, quæ inveteratæ nequitiæ magno reſiſtit exemplo: ſola Majeſtas Veſtra quotidianum incorruptæ voluptatis ſpecimen ex nutu Veſtro pendentibus ſubditis ſuppeditat; cum poſt ardua Regni negotia feſſum animum oblectatura nuſquam dignius occupari poſſe otium docet, quàm in elegantiſſimarum Artium contemplatione. Tali certe retro ſæcula cathartico egere viſa ſunt. Quare poſthac danda nobis erit opera, ut Veſtro exemplo, dum alii voluptatibus ſerviunt, aut inhiant auro, aut captant honores, aut menſarum aſſeclæ de bellorum ſumma diſputant inter pocula; neque illorum voluptates contempſiſſe, neque ambitionem carpſiſſe, neque vanitatem traduxiſſe; ſed amœniſſimi elegantiſſimique ſtudii nobilitatem magno conſtantique animo proſecuti eſſe videamur. Supereſt votum ad ſupremum illum beatæ perennitatis arbitrum Deum, ut Majeſtatem Veſtram, Orbis univerſi bono ſceptris admotam, perdiu perennet. Preces ad Majeſtatem Veſtram ſubdo minutas, ut ſublimis ejus dignitas, cum humanitate certans, humiles hoſce conatus meos non tam pretio ſui, quàm Vobis placendi ſtudio, æſtimare dignetur. Si ex hoc qualiſcunque obſequii genere, Majeſtati Veſtræ exploratum eſſe ſenſero, quanta cum alacritate ſerviam nomini, laudibus, æternitati Veſtræ: haud diu certe quæram, quod Majeſtate Veſtra magis ſit dignum: nihil enim non faciam, ut claro patrocinii Veſtri apud omnes teſtimonio æternum gaudeam appellari

MAJESTATIS VESTRÆ

obſervantiſſimus humillimusque cliens,

FRANCISCUS JUNIUS F. F.

EPISTOLA *HUGONIS GROTII* ad FRANCISCUM JUNIUM.

MAgnas tibi gratias ago, Juni doctiſſime, pro donato mihi libro tuo de Pictura Veterum, qui ipſe vivam habet ingenii eruditionisque tuæ picturam. Miror diffuſam lectionem, judicium, ordinem, & quæ ex cunctis artibus ad hanc artem ornandam attuliſti. Plane ſimile mihi videtur hoc opus tuum illis imaginibus quæ è lapillis diverſicoloribus compaginatis fiunt, qualis illa Satyri Epigrammate Græco celebrata, & Theuderici Gothorum Regis memorata Procopio. Delectat varietas, multoque magis ex iſta varietate conſurgens pulchra ſpecies. Rogo te ut multa des nobis ſimilia: ut vero Pictorum veterum nobis des nomina operaque, etiam ex promiſſo te convenio. Quo magis videas legiſſe me libri tui omnia, quæro quæ quid ſint apud Claudianum vela Judaica. Scis Judæis impermiſſum ullam exhibere animantis effigiem vel in velis. Cogita an legendum *Lydiacis quæ pingitur India velis:* aut ſi quid habes melius, ad nos ſcribe. Ita etiam parte me levabis ſollicitudinis quæ me movet, ut quotieſcunque aliquem ex Anglia video, ex eo de te tuisque rebus inquiram. Quod ſi pateris & hoc adjici, meo ut nomine comiter ſalutes viros egregios, Seldenum, Patritium ὁμώνυμον [*cognominem*] tuum, Petlæum, & ſi qui his ſimiles ſunt alii, ad multa merita tua, quibus obſtrictum me habes novum hoc adjeceris. Lutetiæ 31 Maji 1638.

Tuus toto animo,

H. GROTIUS.

ALIA EJUSDEM AD EUNDEM.

MUltis nominibus te amo, Juni doctiſſime, & abs te viciſſim amari magni facio. Scis quàm vetus hæc ſit inter nos amicitia, quàm firmas radices egerit. Cæterum in iis quæ nuper ſcripſi perlecto tuo de Veterum Pictura libro, cave credas quicquam à me huic amori datum. Sicut in cauſis judices, ita ex actis pronuntiant ut amici inimicique non diſcernant perſonam, ita mihi in ſcriptis alienis facere mos eſt. Et in hoc quidem quo certius mihi conſtet judicii mei ratio, exquiſivi & aliorum virorum eruditiſſimorum ſententias, quas omnes cùm meæ congruentes repererim, quæ ultra reſtabat dubitandi cauſa? Beaſti me quod D. Seldeno & D. Patricio Junio memoriam mei renovaſti.. Plurimum ipſis debeo & publico nomine, ob labores ipſorum quibus humanum genus ſunt demeriti, & privato, quod multis argumentis comperi eos mihi optime velle. Beneficium quod ultro offert D. Patricius Junius, faciendi mihi copiam lectionum variantium, quas è Græcis codicibus miſit Cyrillus, maximi facio ut debeo, neque tantum gratiſſimum erit id munus, ſed & operam dabo ut id quàm plurimis proſit. Venit jam ad vos D. P. Reigersbergius, cui uxor mea matertera eſt. Nemo eſt cui eum libentius quàm tibi commendem. Rogo igitur tuo conſilio efficias, ut hæc peregrinatio ei fiat quàm utiliſſima. Talis autem erit, ſi te tuique ſimiles noverit. Vale quàm ſuaviſſime. Lutetiæ 23 Septemb. Nov. Cal. cùm tertio ante die tuas 14 Julii datas accepiſſem.

Tuus ὁλοσχερῶς plane

H. GROTIUS.

PETRI PAULI RUBENII *AD EUNDEM* EPISTOLA.

MYN HEERE,

U*E. ſal ſeer verwondert weſen in ſoo langen tÿd geen tÿdinge van den ontfanck uwes Boecks door mÿ ontfangen te hebben, den welcken als blijckt uit U E. aengenamen van den 24. Mey, voor datum aen mÿ gedeſtineert was. Toch ick bidde U E. believe te gelooven, dat den voorzeiden Boeck my nu eerſt over 14. dagen behandight is door eenen van deſe Stadt genoemd Leon Hemſelroy, met vele excuſen van ſoo ſpaeden beſtellinge. Dit is de oorſaecke dat ick U E. brief oock niet beantwoordt en hebbe; want ick eerſt wenſchſte den Boeck te ſien ende te lezen, gelijck ick nu met attentie gedaen hebbe. Ende om de waarheid te ſeggen, ick bevinde dat U E. onſe konſte ſeer vereert heeſt*, immenſo hoc totius antiquitatis theſauro tanta diligentia refoſſo, & ordine pulcherrimo

cherrimo publice diſtributo. Nam liber iſte D. V. ut uno verbo dicam, vere promus condus eſt uberrimus omnium exemplorum, ſententiarum & dogmatum quæ à veteribus uſpiam ſparſim ad dignitatem & lucem Artis Pictoriæ pertinentia, litteris conſecrata maximo noſtro emolumento hactenus perennarunt, itaque titulo & argumento libri de Pictura Veterum à D. V. ad unguem ſatisfactum cenſeo, monita etiam & leges, judicia, & exempla maximam nobis lucem afferentia paſſim inſerta, & admiranda quadam eruditione elegantiſſimoque locutionis genere expreſſa, & ordine recto totum hoc opus perfectiſſime digeſtum, atque inſigni cura & lima ad calcem uſque perpolitum. Sed quoniam exempla illa veterum Pictorum phantaſia tantum & pro cujuſque captu magis aut minus aſſequi poſſumus; vellem equidem eadem diligentia ſimilem quandoque tractatum excudi poſſe de Picturis Italorum; quorum exemplaria ſive prototypa adhuc hodie publice proſtant, & digito poſſunt monſtrari & dicier hæc ſunt. Nam illa quæ ſub ſenſum cadunt, acrius imprimuntur & hærent, & exactius examen requirunt, atque materiam uberiorem proficiendi ſtudioſis præbent, quam illa quæ ſola imaginatione tanquam ſomnia ſe nobis offerunt, & verbis tantum adumbrata ter fruſtra comprenſa (ut Orpheum Euridices imago) eludunt ſæpe, & ſua quemque ſpe fruſtrantur. Quod experti dicimus, nam quotuſquiſque noſtrum ſi præclarum aliquod Apellis aut Timanthis opus à Plinio aut aliis auctoribus graphice deſcriptum, pro rei dignitate oculis ſubjicere tentaturus, aliquid non inſulſum aut à veterum majeſtate non alienum præſtabit, ſed genio ſuo quiſque indulgens, muſteum aliquid pro Opimiano illo dulceamaro promit, & injuriam magnis illis manibus affert, quos ego veneratione ſumma proſequor, & veſtigia euntium potius adoro, quàm vel ſola cogitatione aſſequi me poſſe ingenue profiteor. *Ick bidde mijn Heere believe mij wel af te nemen 't gene ick met vriendelijcke liberteit ben ſeggende, met hope dat UE. ons naar ſoo goeden* promulſidem *niet en ſal weigeren* ipſum caput cœnæ, *daer wij allegaeder ſeer naer verlangen: want tot noch toe en heeft ons niemant onſen appetijt voldaen, van alle die gene die alſulcken materie getracteert hebben*, nam oportet venire ad individua, ut dixi. *Waer mede ick gebiede mij uit gantſcher herten in UE. goede gunſte, ende grootelijcks voor de eere die mij geſchied is met de preſentatie van UE. Boeck ende vriendſchap bedanckende, blijve in der eeuwigheid,*

Mijn Heere,

Antwerpiæ raptim & ſtans pede in uno, *den eerſten Auguſti* 1637.

UE. ootmoedigen ende geaffectioneerden dienaer,

PIETRO PAUOLO RUBENO.

ANTONII VAN DYCK *AD EUNDEM* EPISTOLA.

MYN HEERE,

DEn Baron Canuwe heeft mij uit Zee weder geſonden het Exemplaer van UE. werck de Pictura Veterum, *het welck hij extraordinaris eſtimeert, en voor een ſeer geleerd werck houd. Ick meine vaſtelijck dat ſoo aangenaem aen de Weereld ſal zijn dit Werck, als eenig dat noch in 't licht zij. Oock ſal de kunſte aen de Weereld klaerder gemaeckt worden door dit notabel werck. De vrucht van UE. werck ſal weſen tot hervatting van de verloren kunſte, 't welck een groote glorie ende content voor den Auteur ſal weſen. Deſe voorleden dagen hebbe bij mij eenige dagen gehad eenen ſeer geleerden man, den welcken dit werck oock getoond hebbe: ick en kan UE. niet genoegſaem ſeggen de groote eſtimatie die hij daer van maeckt, ende ſegt mij te zijn ſoo curieuſen ende geleerden werck als hij noch geſien heeft, &c. Den voorſz. Baron Canuwe deſidereert en ſupplieert het werck voldruckt zijnde een Exemplaer; neffens dat alle curieuſe mannen 't ſelve ſullen deſidereeren. En mij occurreert UE. te verſoecken te willen 't faveur doen, dat mits van den Cavalier Dighby een contrefeitſel hebbe laten ſnijden in plate, 't welcke nu ſoude laten uitgaen, dat UE. geliefde een klein commentarie te maecken om onder 't ſelve te ſchrijven, ende mij ſal eere ende vriendſchap geſchieden. Ende deſen tot geenen anderen einde, als offereerende aen UE. mijnen humilen dienſt, terwijlen ick aſſureere te zijn ende te blijven,*

Mijn Heere,

Deſen 14. Auguſti 1636.

UE. ootmoedigen dienaer,

ANT. VAN DYCK.

O D E

In nobiliſſimi & eruditiſſimi Viri

FRANCISCI JUNII F. F.

Commentarium doctiſſimum

DE PICTURA VETERUM,

Ab Auctore majore parte locupletatum, publicatum, & recenſitum poſt obitum Auctoris cura & ſtudio Viri excellentiſſimi

JOH. GEORGII GRAEVII,

Hiſtor. & Liter. Humanior. Profeſſoris, de Academia Trajectina ad Rhenum, Re litteraria, & omnibus bonis optime meriti.

MAgni parentis non manifeſtior
Proles, nec alto ſanguine dignior,
Quam qui paternas uſque laudes
A teneris meditatur annis,

Nec ante, avitis raptus adoreis
Apollinari pulcher in agmine
Calcar remittit deſtinatum,
Aut ſibi propoſitos honores,

Quam laude vera reddat imagines,
Cerasque avitas, non minor inclytis
Parentibus, quos æmulatus
Ingenio, celerique niſu.

Hanc concitato remigio viam
Emenſa Juni ſanguine nobilis
Parente magno digna proles,
Nec minor ingenio vel arte.

Hic, quicquid Hellas viſceribus ſuis
Complexa mater nobilis Artium,
Quos illa cultus, quos lepores,
Quas Veneres, Charitesque finxit;

Quas æmulatrix Hellade non minor
Complexa gazas Roma ſinu ſuo;
Hos ille cenſus tam beatos
Ingenio cumulavit acri.

Contentus illis nec calor igneus
Amœnitatum fontibus, addidit
Labore magno, quicquid Arctos
Pervigili meditata cura;

Scripſiſſe

Scripſiſſe linguis quod popularibus
Feruntur Angloſaxones, & vagi
Gravesque Cimbri, quod feroces
Moribus, ingenioque Franci,

Quæ Brittonum gens rudera, Celtica
Quæ gens reliquit, Scanzia quos modos,
Quos myſticos Runis lepores
In populos modulata fudit,

Quo fulminatrix Gottica gens ſtylo
Tonabat olim, quo profugi Getæ,
Quo Pannones, quo Sarmatæque
Illyriique ſono placebant.

Pluresque linguas ingenio vigil
Vaſto reduxit jam prope mortuas,
Et quæ redundent hisce curis
Commoda ſuppeditavit orbi.

Non uſitatis inde laboribus
Defunctus, orbem demeruit ſibi,
Quo finis Europæus uſque,
Explicat ingeniique cultus.

Teſtes, laborum cura nepotibus
Relicta feris, tanta operum ſeges
Æternitati conſecrata,
Rudera tot revocata flammis.

Pars auſpicato ſidere carceres
Egreſſa, lucem jam videt, & dedit
Caro parenti grande nomen
Poſt cineres, meritosque plauſus.

At pars, paterna morte, ſilentibus
Pene ablegata eſt cum patre Manibus,
Vixque invenit fidos penates,
Heu! patriis viduata curis.

Latetque doctis condita ſcriniis,
Aut in ſiniſtros incidit arbitros,
Illiteratos nacta mores
A tineis metuit focisque.

Et hæc adiſſet pene pericula
Venuſta proles, digna gravi patre,
Curæ nepotis Martiali
Tempore ſollicite relicta,

Injurioſo tempore, quo jacent
Silentque Muſæ, vivida maximi
Ni cura Grævi perpolitas
Has tabulas revocaſſet orco.

Hæresque magni ni patrui ſacras
Deſideranti non animi lubens
Curas avitas tradidiſſet,
Hac celebri pietate lætus.

††† 3 *Labo-*

Laborioſo munere quo parens
Antiquitatis cultor & arbiter
Æternitatem comparavit
Marmoribus, tabuliſque pictis:
Et ſic Apelles, Praxiteles, Myron,
His Junianis æqua laboribus,
His Grævianis æqua curis,
Fata ferent, meritiſque digna,
Quos jam citatis Fama jugalibus
Ad alta mundi pictaque mœnia
Vexitque ſacravitque, pigris,
Urbibus ac populo relictis.
Quod par juvandis ingeniis datum,
Cæloque miſſum, poſteritas memor,
Æternitati conſecratum
Læta feret geminum per orbem.
Diſcetque potor Gangis, & incola
Orbis Britanni, quaque bicorniger
Apollinares radit agros
Irriguo pater amne Rhenus,
Quot eruditis proſpera Junii
Ditavit orbem cura laboribus,
Et perſpicax quid lima Grævi
Præſtiterit critica bilance.

JOH. MENSINGA.

CATA-

CATALOGUS AUCTORUM

qui à FRANCISCO JUNIO laudantur.

A.

Accius.
Achilles Tatius.
Acron.
Acta Apoſtolorum.
Ælianus.
Æmilius Probus.
Æneas Sophiſta.
Agathias.
Agrætius Grammat.
Albricus.
Alciphronus.
Alexander Aphrodiſienſis.
Alexander Sophiſta.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Anacreon.
Angelus Politianus.
Anthologia Græca.
Aphrodiſius.
Apollonius Rhodius.
Apollonius Tyaneus.
Appianus.
Apoſtolius.
Apſines.
Apulejus.
Aratus.
Ariſtænetus.
Ariſtides.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
Aſconius.
Atalanta.
Athenæus.
Athenagoras.
Pomp. Atticus.
Attius.
Auguſtinus.
Avienus.
Aurelius Nemeſianus.
Aurelius Prudentius.
Auſonius.
Autor Dial. de C. C. E.

B.

Baſilius Magnus.
D. Bernardus.
Bion.
Bochartus.
Bodæus.
Boethius.
Bromton.
Budæus.

C.

Cæſar.
Callimachus.
Calliſtratus.
Calphurnius Siculus.
Calpurnius Flaccus.
Mart. Capella.
Capitolinus.
Lud. Carrio.
Caſaubonus.
Caſſiodorus.
Caſſius Parmenſis.
Catalecta vett. Poëtarum.
Cato.
Catullus.
Cedrenus.
Cenſorinus.
Chronicon Caſinenſe.
Cicero.
Claudius.
Clemens Alexandrinus.
Codex Theodoſian.
Codinus.
Columella.
Coluthus.
Conradus Abbas Uſpergenſis.
Cornelius Celſus.
Cornificius.
Cornutus.
Q. Curtius.

D.

Damaſcenus.
Daniel.
Demetrius Phalereus.
Didymus.
Dio Caſſius.
Dio Chryſoſtomus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Diogenianus.
Diomedes.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dionyſius Periegeta.
Dionyſius Sophiſta.
Dioſcorides.
Donatus.
Dorotheus.
Draco.

E.

Ekkehardus Minimus.
Epicharmus.
Epiphanius.
Eſaias.
Etymologicum Magnum.
Eunapius.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Exodon.
Ezechiel.

F.

Felix Faber.
Feſtus.
Florus.
Jul. Frontinus.
Fulgentius.
Fulgentius Placiades.

G.

Galenus.
A. Gellius.
Geneſis.
Gloſſæ vett. plurimorum Autorum.
Gloſſarium Alamannicum.
Goldaſtus.
Gotfridus Viterbienſis.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Grotius.
Gruterus.
Goldaſtus.

H.

Harpocration.
Heliodorus.
Heraclides Ponticus.
Hermogenes.
Herodianus.
Herodotus.
Heſiodus.
Heſychius.
Hieronymus.
Himerius.
Homerus.
Horatius.
Hyginus.

I.

Iamblichus.
Joannes Grammaticus.
Jornandes.
Joſephus.
Iſocrates.
Iſidorus Peluſiota.
Julianus Imperator.
Julius Capitolinus.
Julius Firmicus.
Julius Obſequens.
Hadr. Junius.
Junius Philargyrus.
Juſtinus.
Juvenalis.

Lactan-

L.

Lactantius.
Latinus Pacatus.
Libanius.
Lilius Giraldus.
Lipſius.
T. Livius.
Longinus.
Longus Sophiſta.
Lucanus.
Lucianus.
Lucretius.
Luithprandus.
Lupus.
Lycon.
Lycophron.

M.

Machabei.
Macrobius.
Mamertinus.
Conſt. Manaſſes.
Manilius.
Martianus Capella.
Marius Victorinus.
Martialis.
Maximus Tyrius.
Menander Rhetor.
Meurſius.
Minutius Felix.
Monaſticum Anglicanum.
Moreti Autor.
Moſchopius.
Moſchus.

N.

Nazarius.
Nemeſius.
C. Nepos.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas Choniates.
Nicolaus Loënſis.
Laur. Noëlus.
Nonius Marcellus.
Numerorum Liber.

O.

Olympiodorus.
Oppianus.
Origenes.
Oroſius.
Ovidius.

P.

Pacatus.
Pacuvius.
Palæphatus.
Palladius.
Math. Paris.
Paſchalius.
Paulus Diaconus.
Paulus Leopardus.
Pauſanias.
Perſius.
Petitus.
Petronius.
Phædrus.
Philo.
Philoponus.
Philoſtratus.
Philoſtratus Junior.
Phlegon Trallianus.
Photius.
Phurnutus.
Pindarus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plinius Junior.
Plutarchus.
Pollux.
Polyænus.
Polybius.
Pomponius Mela.
Porphyrius.
Pricæus.
Æmil. Probus.
Proclus.
Procopius.
Propertius.
Proſper.
Prudentius.
Pſellus.

Q.

Quintilianus.
Quintus Smyrnæus.

R.

Rigaltius.
Rutgerſius.

S.

Salluſtius.
Salmaſius.
Scaliger.
Scholiaſtes Ariſtophanis.
- - - *Apollonii.*
- - - *Arati.*
- - - *Homeri.*
- - - *Luciani.*
- - - *Nicandri.*
- - - *Pindari.*
- - - *Sophoclis.*
- - - *Theocriti.*
- - - *Thucydidis.*
Seldenus.
Seneca Rhetor.
Seneca Poëta.
Seranus.
Sulp. Servaſtus.
Corn. Severus.
Sulp. Severus.
Servius.
Sextus Empiricus.
Sidonius Apollinaris.
Silius Italicus.
Simocatus.
Sirmondus.
Solinus.
Somnerus.
Fl. Soſipater.
Spelmannus.
Stanlejus.
Statius.
Stephanus Byſantinus.
Henr. Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Stukius.
Suetonius.
Suidas.
Symmachus.
Syneſius.

T.

C. Tacitus.
Tatianus.
Terentius.
Tertullianus.
Themiſtius.
Theocritus.
Theodoretus.
Theodorus Prodromus.
Theon Sophiſta.
Theophilus.
Theophraſtus.
Theophylactus Simocatus.
Thucydides.
Tibullus.
Timæus.
Turnebus.
Tzetzes.

V.

Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Varro.
Vegetius.
Velius Grammaticus.
Vellejus Paterculus.
Aur. Victor.
Victorinus.
P. Victorius.
Vinetus.
Virgilius.
Vitruvius.
Gerh. Voſſius.
Iſ. Voſſius.

X.

Xenophon.
Xiphilinus.

Z.

Zeno.
Zenobius.
Zonaras.
Zoſimus.
Zymogala.

FRAN-

FRANCISCI JUNII DE PICTURA VETERUM

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

QUum propoſiti noſtri ratio ferat Picturæ initium, progreſſum, conſummationem exſequi: primo libro, quid eam inchoaverit; ſecundo, quid eam provexerit; tertio, quid eam perfecerit, docebimus. Ac primo quidem libro, poſt generaliora quædam de ingenito mortalibus omnia imitandi ſtudio, plurimum id imaginativæ facultatis beneficio juvari, atque ad majores auſus impelli contendimus; modo non ſint immoderati nimis juveniliter laſcivientis phantaſiæ impetus. Quamobrem, quum frequenter admodum iſta quidlibet fingendi intemperies Poëtas Pictoreſque ex æquo ſoleat invadere, ea quoque occaſione quid commune habeant inter ſe Pictura & Poëſis excutimus; ſubnectentes interim nonnulla de iis, qui Picturas cum cura inſpicere volunt.

CAPUT I.

§. 1. *Deus opt. max. creavit hominem, qui veluti parvus quidam eſt mundus, ad majoris mundi contemplationem imitationemque.*

§. 2. *Meritò itaque officio hominis præter cæteros ſatisfacere eos judicaremus, qui creaturarum contemplationi ſedulò vacant; niſi humanam ſortem magis etiam ſuperare ii viderentur, qui res creatas non modo diligenti inſpectione indagare, verum etiam ſolerti imitatione aſſequi ſtudent.*

§. 3. *Magnis præſertim animis non in ſingularium corporum imitatione acquieſcentibus, ſed ex emendatiſſimarum formarum conſideratione perfectiſſimi exemplaris ideam animo inſcribentibus, quam deinde ſequatur Ars æmula Naturæ.*

§. 4. *Atque hæc eſt illa facultas imitatrix animis humanis penitus inſita, quæque imitatricibus artibus viam præſtravit, eaſque veluti è ſinu ſuo produxit.*

§. 5. *Quamvis autem curioſæ Artium imitatricium diligentiæ tot tantaque totius Naturæ opera proponantur, ut neque plures ſcribæ ſufficere iis, neque innumeræ tabulæ nuda eorum nomina capere poſſint; non eſt tamen quòd quemquam terreant res pene infinitæ, nulliſque certis finibus aut pomæriis coërcitæ. Quotquot enim præcipuarum rerum imitationem rite ſemel imbiberunt, non multùm hærere ſolent in aliis minoribus formis delineandis; & qui ſe ad totam Artem abunde inſtructos eſſe ſentiunt, non deſiderant particulatim admoneri, docti in univerſum.*

§. 6. *Artium harum cognitio non eſt multis obſtructa difficultatibus, ſed perfacilem perexpeditumque tramitem ſui cupidis expandit: ita ut vel ex hac Arte ſola intelligi poſſit, hanc vim ineſſe præceptis omnibus, non ut ea ſecuti Artifices præcipuam Artium laudem ſint adepti; ſed quæ ſua ſponte homines ingenioſi ac ſolertes fecerant, ea quoſdam obſervâſſe atque in Artes redegiſſe. Artem interim pervicacium quorundam præceptorum culpa perplexam, difficiliorem ſibi reddunt diſcentes fœdis voluptatibus immerſi.*

§. 7. *Negari quidem non poteſt, quin multa interim occurrant, quæ ſtudia quorundam ſpecie quadam difficultatis tardare ſoleant; præcipue tamen eorum, qui nimia in ſpe-*

ciem copia præceptorum ab Arte cognoſcenda deterriti, voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abjiciunt: ſed omnia iſta conſtantis animi aſſiduitate facile vincuntur.

§. 8. *Non eſt itaque cur eorum qui ſe huic ſtudio dediderunt aut induſtria langueſcat, aut ſpes infringatur, ſi minime multos omnibus ſæculis ad ſummum arduæ Artis faſtigium aſcendiſſe cogitent: neque enim puſillum ſtatim dici meretur, ſi quid maximo eſt minus; quandoquidem in re tanta eminere eſt, & poſt duos eſſe.*

§. 9. *Nihil interim utilius Artium harum cultoribus, quam ut in ipſo ſtatim ingreſſu omnes eximiæ hujus facultatis modos gradusque ex Muſarum ordine nominibusque hauriant.*

Mundus Latinis, κόσμος Græcis, ab ornatu denominatur. * *Plin. nat. Hiſt. lib.* II, *cap.* 4. † *Arnob. lib.* II; *Manil. lib.* IV; *Olympiod. in lib.* I *Meteorol. Ariſtotelis*; *Nemeſ. de natura hominis, c.* I; *Greg. Naz. orat.* XXXIV; *Greg. Nyſſ. de hominis opificio, cap.* 16; *Jul. Firm. in Præfat. libri tertii Matheſ.* ‡ *Nat. Hiſt.* II, 26. ⸸ *Quint. Declam.* 260.

OPtimus maximus Univerſi fabricator talem fecit hunc mundum, ut eum Græci, conſenſu quoque Gentium ſuadente, κόσμον ornamenti nomine appellaverint; Latini * vero Mundum à perfecta abſolutaque elegantia dixerint: hominem autem, qui μικρόκοσμος, *mundus minor* † eſt, non ideo proximum ſibi genuit, ut vilitate juxta belluas eſſet; ſed ut originis ſuæ memor, ad æternitatem gloriæ verâ virtutis viâ graſſaretur. Jam olim ſedet hæc ſententia in animis hominum; pariterque & eruditi & rude vulgus curſu in eam vadit. Hæc ſola ratio mortales animos tollit humo, atque in ipſum quaſi cœlum ſubducit. Sed in magna copia rerum aliud alii Natura iter oſtendit. Hic præclarâ audentiâ ipſius mundi menſuram animo agitans, ambitum ejus vocat ad digitos, & ſtellas poſteris annumerans, ſidera veluti ad normam expangit, *Cælo*, ut verbis utar Plinii ‡, *in hæreditate cunctis relicto, ſi quiſquam, qui rationem eam caperet, inveniretur*. Ille arcaniſſima quæque, ac veluti in ipſius Naturæ ſinu involuta, non ſine tacito tam ſeductæ majeſtatis horrore, indagat atque excutit: nubes, tonitrua, fulmina, tempeſtates, maria, & cætera quibus terræ ac terris vicina pulſantur, mente complecti ſtudet: curioſus Naturæ ſpeculator ſingula rimatur; omnia hæc ad ſe pertinere judicat; imo ſcit ſe in ampliſſimum hoc Theatrum ſpectatorem præconemque tantorum operum introductum. Quid enim aliud eſt homo, quam *animal Deo proximum, & in contemplationem omnium, quæcunque mundo contigerunt*, ⸸ *conſtitutum?* Anaxagoras interrogatus ad quid genitus eſſet, in contemplationem, inquit, cœli, & ſolis, & lunæ, Diog. Laërt. lib. II in Anaxagora. Vide quoque Plutarchum περὶ Εὐθυμίας, ſub finem illius opuſculi; quemadmodum & Arriani Epictetum, lib. I, cap. 6; Dionyſ. Longinum περὶ ὕψους, §. 31; Jamblichum Protrept. cap. 3; Themiſtium Orat. 2; Senecam cap. 32 de vita beata; Lactantium divinar. inſtitut. lib. III, cap. 9. *Ipſe homo ortus eſt ad mundum* CONTEMPLANDUM ET IMITANDUM: *nullo modo perfectus, ſed quædam particula perfecti*, Cicero lib. II de natura Deorum. *Credo Deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana*, inquit idem Cicero in Catone majore, *ut eſſent qui terras tuerentur, quique cæleſtium ordinem contemplantes*, IMITARENTUR *eum vitæ modo atque conſtantiâ.*

Ut hominis decus, ingenium; ſic ingenii ipſius decus eſt bonarum Artium cultus.

§. 2 Qui hæc inſpiciunt & diſcunt, tranſilire mortalitatem ſuam præter cæteros, atque in meliorem tranſcribi ſortem viderentur, niſi eſſent alii, qui ea non ſolum ſcrutantur atque percipiunt, ſed &, quantum humana ratio patitur, imitantur atque exprimunt. Eleganter ſane Iſidorus Peluſiota, lib. III, epiſt. CLXI: Οἱ ζωγράφοι σωματοποιοῦντες τὰ ἀσώματα, χεῖρα γράφειν ἐπιχειροῦσι μόνην στέφουσαν τῶν τῆς γῆς βασιλευόντων τὰς κορυφὰς, ἵνα δείξωσιν ἄνωθεν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν δεδόσθαι, *Pictores corporeis figuris quæ incorporea ſunt exprimentes, manum pingunt quæ ſola coronet vertices orbis terræ principum, ut oſtendant principatum eis cælitus datum.* Atque hoc quidem ex ſententia Homeri, cujus eſt illud Iliad. β, 197. - - τιμὴ δ᾽ ἐκ Διός ἐστι, *honor à Jove ſummo.* Vide inſignem Ecphantæ Pythagorici ſuper hac re locum apud Stobæum Tit. XLVIII; qui titulus continet admonitiones de regno. Vegetius lib. II, cap. 5; *Princeps Deo regnat auctore*, &c. Vide quoque Caſſiod. Variarum X, 31. Cæterum, ut redeamus ad rem, totum hunc ſolertiſſimarum Artium ludum fuſiùs expoſuit Joh. Chryſoſtomus, Homiliâ in Pſalmum L, Οἱ ζωγράφοι μιμοῦνται τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν, καὶ κεραννύντες τὰ χρώματα γράφουσι τὰς εἰκόνας τῶν ὁρωμένων σωμάτων, καὶ ποιοῦσιν ἀνθρώπους, καὶ ἄλογα, καὶ δένδρα, καὶ πολέμους, καὶ μάχας, καὶ αἱμάτων χειμάῤῥους, καὶ δόρατα, καὶ θώρακας, καὶ ἀσπίδας, καὶ βασιλέας, καὶ ἰδιώτας, καὶ θρόνον βασιλικὸν, καὶ βασιλέα καθήμενον, καὶ βάρβαρον ὑποκείμενον, καὶ αἰχμὴν πεπηγμένην, καὶ ποταμοὺς ῥέοντας, καὶ πεδία ποικίλα, καὶ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ ὁρώμενα διὰ τῆς τέχνης μιμούμενοι, παρέχουσι θεωρίαν τοῖς βλέπουσι, *Pictores naturam arte imitantur, ac colores miſcentes, corporum quæ ſub aſpectum cadunt, imagines depingunt, atque homines, & bruta, & arbores, & bella, & pugnas, & cruoris torrentes, & lanceas, & loricas, & clypeos, & reges, & privatos, & regium ſolium, & regem ſedentem, & Barbarum infra eum jacentem, & peracutam cuſpidem, & amnes fluentes, & varios campos effingunt, atque ut ſummatim loquar, omnia ea quæ oculis cernuntur,*

Pictores quidvis imitantur.

muntur, contemplanda ſpectatoribus proponunt. Vide quoque Nicephorum Gregoram lib. VIII Hiſt. Rom. pag. 156 lin. 57 & ſeqq. Preſſius Socrates apud Xenoph. lib. III Apomnem. Οἱ ζωγράφοι τὰ κοῖλα καὶ τὰ ὑψηλὰ, τὰ σκοτεινὰ καὶ τὰ φωτεινὰ, τὰ σκληρὰ καὶ τὰ μαλακὰ, τὰ τραχέα καὶ τὰ λεῖα, τὰ νέα καὶ τὰ παλαιὰ σώματα διὰ τῶν χρωμάτων ἀπεικάζοντες ἐκμιμοῦνται, *Pictores concava & eminentia, obſcura & lucida, dura & mollia, aſpera & lævia, nova & vetera corpora per colores repræſentando exprimunt.* Theophylactus etiam Simocatus epiſtola 37: Οἱ ζωγράφοι τοιαῦτα πλαστουργοῦσι τοῖς πίναξιν, ἅπερ τελεῖν ἡ φύσις οὐ δύναται, *Pictores talia per tabulas effingunt, quæ natura facere non poteſt.* Plinius libro XXXV, cap. 10: *Pinxit Apelles & quæ pingi non poſſunt: tonitrua, fulgetra, fulguraque: Bronten, Aſtrapen, Ceraunobolon appellant.*

§. 3. Et profecto inter tam multas variaſque artes animi, quibus ingens claritudo paratur, non poſtrema eſt ars imitandi cuncta quæ cœlum capaciſſimo circumflexu tegit. Γραφική ἐστιν εἰκασία τῶν ὁρωμένων. *Ars pingendi eſt aſſimilatio eorum quæ videntur*, Xenoph. lib. III Apomnem. Magnum quidem eſt animatarum inanimatarumque rerum vivas quaſdam imagines animo capere; majus tamen, earundem imaginum indiſcretam ſimilitudinem exhibere: præſertim, ſi non ſatis habeat Artifex inhærere ſingularium naturæ operum ſimilitudini, ſed potius ex diligenti ſpecioſiſſimorum corporum inſpectione perfectum aliquod exemplar animo inſcribat, atque ad hoc, tanquam ad emendatiſſimum Polycleti canonem, conſpicuæ pulchritudinis imagines deſcribat. *Magni eſt ingenii*, inquit Tullius lib. I Tuſculan. quæſt. *revocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere.* Οἱ ἀγαλματοποιοὶ πᾶν τὸ παρ' ἑκάστου καλὸν συναγαγόντες καὶ κατὰ τὴν τέχνην ἐκ διαφόρων σωμάτων ἀθροίζαντες εἰς μίμησιν μίαν, κάλλος ἐν ὑγιὲς καὶ ἄρτιον καὶ ἡρμοσμένον αὐτὸ αὐτῷ ἐξειργάζοντο· καὶ οὐκ ἂν εὕροις σῶμα ἀκριβῶς κατ' ἀλήθειαν ἀγάλματι ὅμοιον· ὀρέγονται γὰρ αἱ τέχναι τοῦ καλλίστου, *Statuarii colligentes atque è diverſis corporibus ex præſcripto artis in unam aliquam imitationem congerentes, quidquid in ſingulis perinſigne judicant, emendatam, luculentam, & undique ſibimet ipſi congruentem pulchritudinem excudunt: undè neque invenire eſt corpus aliquod ita abſolutum, ut ad veram ſtatuæ ſimilitudinem accedat: ſiquidem artes quod pulcherrimum eſt appetunt*, Maxim. Tyr. Diſſert. VII. Atque hoc illud eſt, quod innuere voluit Ovid. XII Metam. * ubi Cyllarum formoſiſſimum Centaurorum deſcribit,

Non omnia referunt ad oculos, qui animo videre quidvis poſſunt.

Ars, æmula Naturæ, Naturam ipſam in multis ſuperat.

* Verſ. 397.

> *Gratus in ore vigor: cervix, humerique, manuſque,*
> *Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis,*
> *Ex qua parte vir eſt.* - - -

Plautus Epidico, Act. V, Scenâ *Male morigerus mihi*, &c.

> *Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſima.*
> *Eſtne? conſidera: vide: ſignum pictum pulchre videris.*

Baſſianum (quem alii poſt adeptum principatum Pſeudantoninum, alii Heliogabalum à ſolis ſacerdotio nuncupârunt) propter ætatis florem atque inemendatam corporis ſtructuram, Dionyſi pulcherrimis imaginibus recte à ſui ſæculi hominibus aſſimilatum fuiſſe tradit Herodianus lib. V. Philoſtratus quoque paſſim perfectiſſimarum formarum ſimilitudinem non aliunde quam à ſtatuis petit. In Heroicis enim de Proteſilao agens, Τετράγωνος ἡ ἰδέα τῆς ῥινός, inquit, οἷον ἀγάλματος, *quadrata idea naſi, perinde ac ſtatuæ.* Et rurſus de Euphorbo, Τὴν μέν γε ὥραν αὐτοῦ, καὶ τοὺς Ἀχαιούς φησι θέλξαι· ἐοικέναι γὰρ αὐτὸν ἀγάλματι, ὁπότε κάλλιστα ἑαυτοῦ ὁ Ἀπόλλων ἀκερσεκόμης τε, καὶ ἁβρὸς φαίνοιτο, *Ipſius itaque pulchritudinem Achivos quoque ait demulſiſſe, ſtatuæque ipſum ſimilem fuiſſe, ut cum pulcherrime Apollo & intonſus & mollis videretur.* De Neoptolemo denique agens, pulcherrimum ac patri Achilli quàm ſimillimum fuiſſe tradit, Λείπεσθαι δ' αὐτὸν τοσοῦτον, ὅσον τῶν ἀγαλμάτων οἱ καλοὶ λείπονται, *Tantum verò ab ipſo ſuperatum, quantum pulcri à ſtatuis ſuperantur.* Recte itaque Proclus lib. II in Timæum Platonis, Εἰ λάβοις τὸν ὑπὸ φύσεως δεδημιουργημένον ἄνθρωπον, καὶ τὸν ὑπὸ τῆς ἀνδριαντοποιητικῆς κατεσκευασμένον, οὐ πάντως ὁ ἐκ τῆς φύσεως κατὰ τὸ σῶμα σεμνότερος· πολλὰ γὰρ ἡ τέχνη μᾶλλον ἀκριβοῖ, *Si ſumas hominem à natura conditum & alium arte ſtatuaria factum, non prorſus, qui eſt à natura, præſtantior erit corpore. Multa enim ars præſtat accuratius.* Cauſam reddit J. Scaliger exercit. 307 ad Cardan. *Mavult ſapiens*, inquit Scaliger, *pulchram imaginem, quàm naturali ſimilem deſignatæ. Naturam enim in eo ſuperat Ars: quia multis eventis à primo homine ſymmetria illa depravata fuit. At nihil impedit plaſten, quominus attollat, deprimat, addat, demat, torqueat, dirigat. Equidem ita cenſeo: nullum unquam corpus humanum tam affabre fuiſſe à Natura factum (duo ſcilicet excipio: unum, primi hominis; alterum, veri hominis, veri Dei) quàm perfecte finguntur hodie doctis Artificum manibus.* Ovidius X Metam. † de Pygmal.

Formoſiſſima quæque corpora ſtatuis affabre factis paſſim aſſimilant auctores.

† Verſ. 247.

> *Interea niveum mirâ feliciter arte*
> *Sculpſit ebur: formamque dedit, quâ fœmina naſci*
> *Nulla poteſt.* - - -

Quod interim quam ſit arduum, nemo non perſpicit. Τὸ γὰρ ἄριστον. δυσεύρετόν τε καὶ δυσεπίκριτον: *Quod optimum, id difficile & inventu, & judicatu*, Apollon. Tyan. epiſt. 19. *Ferunt difficillimam eſſe præcipuæ cujusque formæ imitationem; quia certis ſui notis cito deformitas exprimatur; ſimilitudo pulchritudinis tam ſit ardua, quam rara eſt pulchritudo*, Panegyr. Maxim. & Conſtant. dictus. Sciebat Zeuxis nihil in ſimplici genere omni ex parte perfectum poliviſſe Naturam: vide Tullium, in ipſo ſtatim initio lib. II de Inventione. Aliud enim alii commodi aliquo adjuncto incommodo muneratur, tanquam non ſit habitura quod cæteris largiatur, ſi uni cuncta conceſſerit. Relicturus itaque Crotoniatis excellentem muliebris formæ pulchritudinem, non putavit in uno corpore omnem lucculentæ venuſtatis gratiam quærendam; ſed quinque virgines formoſiſſimas delegit, ut mutum in ſimulachrum ex animali exemplo veritatem transferret; τὰ τ᾽ ἄλλων κρείττω ἀπανθίζων, *optima quæque ex aliis decerpens*, ut loquitur Dionyſ. Halicarnaſſ. καὶ ἐκεῖνο τὸ ἀκρότατον ζητῶν κάλλος, ὅπερ ἀνάγκη ἓν εἶναι, *atque excellentiſſimam illam pulchritudinem quærens, quam neceſſe eſt unicam eſſe:* ut loquar cum Luciano in Hermotimo. Liquet ergo veriſſimum eſſe illud Socratis ad Parrhaſium, Ἐπειδὴ οὐ ῥᾴδιον ἑνὶ ἀνθρώπῳ περιτυχεῖν ἄμεμπτα πάντα ἔχοντι, ἐκ πολλῶν συνάγοντες τὰ ἐξ ἑκάστου κάλλιστα, οὕτως ὅλα τὰ σώματα καλὰ ποιεῖτε φαίνεσθαι: *Quando non facile eſt unum hominem nanciſci, in quo reprehenſionis omnia ſint expertia, de multis colligentes ea quæ in ſingulis pulcherrima ſunt, ita ſcilicet tota corpora ut pulchra videantur efficitis*, Xenoph. lib. III Apomnem.

Maximi quique artifices ex conſummata variorum corporum pulchritudine excellentiſſima quæque libabant, quæ mox in opera transferrent.

Natura fingit homines, & creat imitatores.

§. 4. Hæc eſt illa quæ dicitur Imitatio, unde Pictura, Plaſtice, ac reliquæ artes cognatæ originem trahunt. Βασανίζοντι δὲ τὴν φύσιν τῆς τέχνης. inquit Philoſtratus in Præfatione bipartiti operis Ieonum, μίμησις μὲν εὕρημα πρεσβύτατον καὶ ξυγγενέστατον τῇ φύσει· εὗρον δὲ αὐτὴν σοφοὶ ἄνδρες, τὸ μὲν ζωγραφίαν, τὸ δὲ πλαστικὴν φήσαντες: *Perſcrutanti autem ipſius Artis ortum, imitatio utique eſt vetuſtiſſimum inventum & naturæ quàm maxime conſentaneum. Ipſam autem ſapientes viri excogitârunt, partim pingendi, partim fingendi artem appellantes.* Alter item Philoſtratus lib. II de vita Apollonii, cap. 10 aſſerit, ἡμᾶς φύσει τὸ μιμητικὸν ἔχειν, *nos naturâ habere imitandi facultatem:* & mox; ἄμφω ὁμολογοῦμεν, μιμητικὴν μὲν ἐκ φύσεως τοῖς ἀνθρώποις ἥκειν· τὴν γραφικὴν δὲ ἐκ τέχνης: *Ambo conſentimus, imitandi facultatem à natura hominibus advenire: pingendi vero peritiam, ab arte proficiſci.* Vide quoque Ariſtot. de Poëtica, cap. 4. Grammaticorum certe filiis *imago* dicitur quaſi imitago; quàm vere, mihi nunc non eſt negotium diſcutere. Illud modo ſemel admonuiſſe ſatis erit, *Omnia, quæ ars conſummaverit, à natura initia duxiſſe*. Neque enim dubitari poteſt, quin artium pars magna contineatur imitatione. Atque omnis vitæ ratio ſic conſtat, ut, quæ probamus in aliis, facere ipſi velimus. Sic literarum ductus, ut ſcribendi fiat uſus, pueri ſequuntur; ſic Muſici vocem docentium; Pictores opera priorum; ruſtici probatam experimento culturam in exemplum intuentur: omnis denique diſciplinæ initia ad propoſitum ſibi præſcriptum formari videmus*, Quint. X, 2. Appoſite Seneca, epiſt. XCIV: *Pueri*, inquit, *ad præſcriptum diſcunt; digiti illorum tenentur, & aliena manu per litterarum ſimulachra ducuntur; deinde imitari jubentur propoſita, & ad illa reformare chirographum. Sic animus noſter, dum eruditur ad præſcriptum, juvatur. Regi ergo debet, dum incipit ſe poſſe regere.*

* *Quintil.* II, 17.

Artium præcepta quomodo tradenda.

§. 5. Neque eſt quod quemquam ab hac Arte abſterreat immenſa rerum imitandarum copia; quum nulla omnino ſit Ars, in qua omnia, quæ ab illa effici poſſunt, à doctore tradantur. Neque enim ullus unquam præceptor hoc egit, ut omnes tenuiſſimas particulas atque omnia minima manſa, ut nutrices infantibus pueris, in os inſereret. *Non omnia tribuit præceptor, ſed ex dictis ad ſimilitudinem non dicta intelligenda ſupponit*, Marius Victorin. in lib. II Rhet. Ciceronis. Non patitur certe natura rerum tam late fuſa, ſingulas formarum ſpecies docendo perſequi. *Quod qui facere ſunt conati, duo pariter ſubierunt incommoda; ut & nimium dicerent, nec tamen totum*, Quint. V, 10. Quamobrem etiam qui primarum & certarum rerum genera ipſa didicerunt, reliqua non incommode perſequuntur. *Qui jaculari diſcit, deſtinatum locum captat, & manum format ad dirigenda quæ mittit. Cum hanc vim ex diſciplina & exercitatione perceperit, quocunque vult, illa utitur: didicit enim non hoc aut illud ferire, ſed quodcunque voluerit*, Senec. epiſt. XCIV. *Neque enim artis officium eſt*, ut ait Columella lib. II de re Ruſt. cap. 2, *per ſpecies, quæ ſunt innumerabiles, evagari, ſed ingredi per genera, quæ poſſunt cogitatione mentis & ambitu verborum facile copulari.* Polycletus ille, quum Herculem fingebat, quemadmodum pellem aut hydram fingeret non quæſivit, etiamſi hæc nunquam ſeparatim facere didiciſſet. Phidias quoque Minervæ ſignum efficiens, non ſane, quemadmodum in clypeo minora illa opera faceret, laborabat: *Ut enim in cæteris artibus, quum tradita ſunt cujusque artis difficillima; reliqua, quia aut faciliora, aut ſimilia ſunt, tradi non neceſſe eſt: ita in Pictura, qui hominis ſpeciem pingere perdidicerit, poterit etiam cujusvis vel formæ, vel ætatis, etiamſi non didicerit, ſpeciem pingere: neque eſt periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis*

Artifex plenus atque perfectus quidvis delineare poteſt: quandoquidem res paſſim obviæ ſpecialia quædam ex artificio præcepta non quærunt, nec deeſt Artifici in ejuſmodi rebus facultas ex cæteris rebus comparata.

multis aliis quadrupedibus facere non poſſit *. *Nemo ſic in majoribus eminet, ut eum minora deficiant: niſi forte Jovem quidem Phidias optime fecit; illa autem, quæ in ornamentum operis ejus accedunt, alius melius elaboraſſet* †. *Præceptoris eſt in alio atque alio genere quotidie oſtendere quis ordo ſit rerum, & quæ copulatio; ut paulatim fiat uſus & ad ſimilia tranſitus. Tradi enim omnia, quæ ars efficit, non poſſunt. Nam quis Pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? Sed percepta ſemel imitandi ratione, aſſimilabit quicquid acceperit. Quis enim non faber vaſculum aliquod, quale nunquam viderat, facit* ‡?

* Tullius II de Oratore.
† Quintil. II, 3.
‡ Quintil. VII, 10.

§. 6. Omnes Artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad uſum transferunt; aliter ab iis, qui ipſarum rerum tractatu delectati, nihil in vita ſunt aliud acturi. Iſta diſcuntur facilè, ſi & tantum ſumas quantum opus ſit, & habeas qui docere fideliter poſſit, & ſcias etiam ipſe diſcere: ſed ſi totâ vitâ nihil velis aliud agere, ipſa tractatio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſâ delectatione veſtiges. Ita fit ut agitatione rerum ſit infinita cognitio: facilis uſus doctrinam confirmet, Cicero lib. III de Orat. Prima igitur Artium imitandi rudimenta non ſunt ſtudii immenſi, ſed modicis & non nimium operoſis legitimarum dimenſionum præceptis contenta, faciles cupientibus præbent acceſſus. *Non opus eſt multis præceptis*, inquit Seneca epiſt. XXXVIII, *ſed efficacibus. Seminis modo ſpargenda ſunt: quod quamvis ſit exiguum, cum occupavit idoneum locum, vires ſuas explicat, & ex minimo in maximos auctus diffunditur. Eadem eſt, inquam, præceptorum conditio, quæ ſeminum: multum efficiunt, etſi anguſta ſunt; tantum, ut dixi, idonea mens capiat illa, & in ſe trahat: multa invicem & ipſa generabit, & plus reddet quàm acceperit.* Pauciſſimis certe præceptis ratio pingendi continetur; quæ ut per omnes numeros penitus cognoſcere ad ſummam Artis neceſſarium eſt, ita incipientibus breviùs ac ſimpliciùs tradi magis convenit. Aut enim difficultate inſtitutionis tam numeroſæ atque perplexæ deterreri ſolent; aut eo tempore, quo præcipue alenda ingenia atque indulgentia quadam enutrienda ſunt, aſperiorum tractatu rerum atteruntur; aut, ſi hæc ſola didicerint, ſatis ſe ad Artem inſtructos arbitrantur; aut, quaſi ad certas quaſdam operis leges alligati, conatum omnem reformidant. Viâ igitur opus eſt incipientibus, ſed eâ planâ, & cum ad ingrediendum, tum ad demonſtrandum expeditâ. Credere modo, qui diſcet, velit, certam quandam viam eſſe, in qua multa etiam ſine doctrina præſtare debeat per ſe ipſa natura; ut præcepta, quæ traduntur, non tam inventa à præceptoribus, quam cum fierent obſervata eſſe videantur, Quintilian. in proœmio libri VIII. *Omnia fere quæ præceptis continentur, ab ingenioſis hominibus fiunt; ſed caſu quodam magis, quàm ſcientiâ. Ideoque doctrina & animadverſio adhibenda eſt, ut ea quæ interdum ſine ratione nobis occurrunt, ſemper in noſtra poteſtate ſint; &, quoties res poſtulaverit, à nobis ex præparato adhibeantur*, Aquila Roman. de Fig. ſententiar. Non eſt itaque, quod quis amplius hic ſegnitiæ ſuæ prætexat patrocinia difficultatis: etenim Artes hæ nequaquam faſtidioſo ambitu excitatæ, ingenia vivida ‡ ad ſe penetrare patiuntur; neque hauſtum ſui, cum aliquo perſonarum diſcrimine, largum malignumve indulgent: verum omnibus æqualiter expoſitæ, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis attuleris, æſtimant; inque captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquunt; ut, quantum animo ſuſtinueris, tantum tecum auferas. Neque eſt quod ingens turba eorum, qui Artes haſce infeliciter tractant, curam Artis in quoquam depretiet; *Quia naturâ comparatum eſt, ut in omnibus artibus hoc ſit ſcientiæ pretioſior pompa quò rarior*, Sidon. Apollin. lib. II, epiſt. 10. *Omnia præclara, rara, nec quidquam difficilius, quam reperire, quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum*, Cicero de Amicitia. Ἀεὶ τὰ καλὰ σπάνια, inquit Himerius apud Photium ¶, καὶ δόξαν ἀθάνατον τοῖς ἔχουσι προμνώμενα: *Pulchra ſemper ſunt infrequentia, & cultoribus ſuis immortalem gloriam conciliantia.*

Ars omnia imitandi non eſt immenſi ſtudii laboriſque inextricabilis.

Artificia non ex Artibus nata ſunt, ſed Artes ex Artificiis caſu veluti ſunt exortæ: nimirum primus ille magnarum mentium conatus Artem ipſam, velut umbram, non hoc agens, poſt ſe traxit.

‡ *Tardis enim mentibus, ut loquitur Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. V, virtus non facile committitur.*

§. 7. Quod vero pleroſque ab hiſce Artibus deterret tædium, neſcio quod, laboris infiniti; ex eo eſt, quod ad Artium harum conſummatam perfectionem adſpirantibus audiunt nunquam opus uſque adeo abſolutum elaborari poſſe, ut non aliquid ſemper ulteriori curæ ſit relictum. Qua de re ſic Plato VI de Legibus: Ζωγράφων οὐδὲν πέρας ἔχειν ἡ πραγματεία δοκεῖ περὶ ἑκάστων τῶν ζώων, ἀλλ' ἢ τοῦ χραίνειν ἢ ἀποχραίνειν, ἢ ὅτι δή ποτε καλοῦσι τὸ τοιοῦτον οἱ ζωγράφων παῖδες, οὐκ ἄν ποτε δοκεῖ παύσασθαι κοσμοῦσα, ὥστε ἐπίδοσιν μηκέτ' ἔχειν εἰς τὸ καλλίω τε καὶ φανερώτερα γίγνεσθαι τὰ γεγραμμένα: *Pictorum facultas nullum in pingendis animalibus terminum habere videtur, ſed ſemper inumbrando & deumbrando, vel quomodocunque aliter à pictoribus id vocetur, exornare conatur, nec ceſſat unquam. Non enim poteſt fieri, ut ad pulchriora expreſſioraque incrementum non habeatur.* Perhorreſcunt itaque pondus rei, & deſperant ante experimentum. *Omne opus difficile videtur, antequam tentes*, Veget. lib. II de re Milit. cap. 18. *Imbecillæ mentis atque ægræ eſt, formidare inexperta*, Senec. epiſt. L. Sed hi primùm renuntient ſibi, quanta ſit humani ingenii vis, quàm potens efficiendi quæ velit; cum maria tranſire, ſiderum curſus numeroſque cognoſcere, mundum

¶ *Excerpt. ex oratione in Anatolium præfectum.*

Nihil æque tardat multorum ſtudia, quam quod tædio quodam ex laborioſæ diſciplinæ

primordiis ſenſim ſuccreſcente, velut intolerabili ſarcina depreſſi, experiri noluit quod ſe ferre poſſe diffidunt.

Tullius circa initium libri primi de Finibus.

mundum ipſum pene dimetiri, plures aliæ, ſed difficiliores artes, potuerint. *Τί γὰρ ἂν ἐθελήσασα ἡ παντότολμος ψυχὴ ἀποτύχοιτο? Quid enim, modo velit, aſſequi non poſſit anima quidvis auſa experiri?* Maxim. Tyr. Diſſert. XVIII. *Ubi intenderis ingenium, valet*, Cæſar apud Salluſt. Catilin. conjur. cap. 51. Tum cogitent, quantam rem petant, quamque nullus ſit hoc propoſito præmio recuſandus labor. *Quærenti defatigatio turpis eſt, cùm id quod quæritur pulcherrimum eſt**. *Non eſt viri, timere ſudorem*, Senec. epiſt. XXXI. *Quid autem præclarum, non idem arduum?* Cicero ſub finem lib. III Tuſcul. quæſt. Quod ſi mente conceperint, huic quoque parti facilius accedent, ut ipſum iter neque impervium, neque ſaltem durum putent. Nam id quod prius, quodque majus eſt, voluntate maxime conſtat; quam qui vera fide induerit, facilè has artes accipiet. Quemadmodum enim *docilis eſt is*, ut loquitur Auctor ad Herennium, *qui attente vult audire:* ita quoque *magna pars eſt profectus, velle proficere*, Senec. epiſt. LXXI: ſiquidem ita modicæ & paucæ ſunt harum Artium præceptiones, ut diligens, & memor, & ſobrius Artis candidatus eas omnes brevi tempore percurſas, & prope decantatas habere poſſit. Egregie diſcipulis ſuis præcipit Attalus apud Senec. epiſt. CVIII, *Idem & docenti & diſcenti debet eſſe propoſitum; ut ille prodeſſe velit, hic proficere.* Interim regenda eſt nobis iſta, qua flagramus, diſcendi cupiditas; ne ipſa ſe impediat. *Nec paſſim carpenda ſunt*, inquit idem Seneca ibidem, *nec avide invadenda univerſa: per partes pervenitur ad totum. Aptari opus viribus debet; nec plus occupari, quàm cui ſufficere poſſumus. Non quantum vis, ſed quantum capis hauriendum eſt: bonum tantùm habe animum, capies, quantùm voles.* Neque enim aut tam perplexa aut tam numeroſa ſunt quæ premunt, ut non paucorum admodum annorum intentione diſcantur. Longam enim facit operam, quòd repugnamus: brevis erit inſtitutio, ſi credamus eſſe: atque omnia hæc, ſi ætatem noſtram non ſpatio ſenectutis, ſed tempore adoleſcentiæ metiamur; quod abunde multos ad diſcendum annos habet: omnia enim breviora reddet ordo, & ratio, & modus. Sed culpa eſt in præceptoribus prima, libenter detinentibus diſcipulos, ac multa fuſius, quam neceſſe eſt, proſequentibus: ſive cupiditate diutius exigendi mercedulas: ſive etiam ambitione, dum rebus clariſſimis tenebras obducunt, &, ne parum multa ſcire videantur, ea plerumque conquirunt atque arrogantiæ cauſa ſibi aſſumunt, per quæ Ars difficilis potius quam magna judicetur: ſive denique negligentiâ, vel, quod ſimilius veri eſt, inſcitiâ tradendi. *Nam non ſolùm ſcire aliquid, Artis eſt*, inquit Cicer. lib. II de Legib. *ſed quædam Ars eſt, etiam docendi.* Proxima in nobis culpa eſt, qui morari in eo quod novimus, quàm diſcere, quæ nondum ſcimus, melius putamus. Breve adhæc nobis tempus nos facimus: quantulum enim artibus liberalioribus impertimur? Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis otium, alias ſpectacula, alias convivia trahunt: adjice tot genera ludendi, & inſanam corporis curam. Trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiæ ſollicitudines, multæ cauſæ libidinum, & vinum, & flagitioſus omni genere voluptatum animus. Ne ea quidem tempora idonea, quæ ſuperſunt: quæ ſi omnia ſtudiis impenderentur, jam nobis longa ætas, & abunde ſatis ad diſcendum ſpatia viderentur, diurna tantum computantibus tempora; etiam noctes, quarum bona pars omni ſomno longior eſt, adjuvarent. *Noctu ambulabat in publico Themiſtocles*, verba ſunt Ciceronis, ex lib. IV Tuſcul. quæſt. *quòd ſomnum capere non poſſet: quærentibuſque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ? qui dolere ſe ajebat, ſi quando opificum antelucanâ victus eſſet induſtriâ. Philoſophiæ denique ipſius principes nunquam in ſuis ſtudiis tantos progreſſus ſine flagranti cupiditate facere potuiſſent.* Complures interim ad uberrimam frugem quotidie perveniunt, qui non recuſant bona fide obſecundare Naturæ cum aliquo laboris adminiculo ſeſe proferenti. Nam ut in itinere conficiundo ſæpe dimidio maturiùs pervenit is, qui gnaviter & ſine ullis conceſſationibus permeabit, quàm is, qui cùm ſit unà profectus, umbras arborum, fonticulorumque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captavit; ſic in harum Artium negotio, dici vix poteſt, quid gnavus ignavo & ceſſatore præſtet. Columella lib. XI de re Ruſtica, cap. I, *Silices itinere formicarum attritos videmus*, inquit Plinius XI, 30, *& opere ſemitam factam: ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit quantulacunque aſſiduitas.* Nunc computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. Tot nos præceptoribus, tot exemplis inſtruxit Antiquitas, ut poſſit videri nulla ſorte naſcendi ætas felicior quam noſtra, cui docendæ priores elaboraverunt, Quint. XII, II. Priores tamen Artem inveniſſe potius, quam excoluiſſe videntur. Imo exſtat in iis idea quædam Artis verius, quam Ars. Ultimorum optima eſt conditio; quandoquidem non ad conſumptam, ſed ad ſubactam accedunt materiam. Inventuris inventa non obſtant: &, qui præceſſerunt, non præripuiſſe mihi videntur quæ dici poterant, ſed aperuiſſe: vide Senec. epiſt. LXXIX. Illud modo ſemper cogitemus, fieri non poſſe ut animus libidini deditus; amore, deſiderio, cupiditate, ſæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus; hoc,

Moram quoque huic ſtudio injicit avaritia docentium, & luxuria diſcentium.

Copiâ ciborum ſubtilitas animi impeditur, Senec. epiſt. XV. - - - *Diſſuaſor honeſti Luxus & humanas oblimat copia mentes:* Claudian. lib. III de raptu Proſerpinæ.

quidquid

quidquid eſt, quod conſummata Ars poſtulat, non tantùm agendo, verùm etiam cogitando poſſit ſuſtinere. Neque ulla alia cauſa eſt, cur in tanta voluptate, tanta laude, tantis nobiliſſimarum Artium præmiis tam ſint pauci, ſemperque fuerint, qui gnaviter in hoc labore verſentur. Omittendæ nimirum ſunt omnes voluptates; inanium delectationum ſtudia relinquenda; ſermones etiam penè omnium familiarium deſerendi. Quæ res in hoc genere homines à labore ſtudioque deterret; non, quod aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis.

§. 8. At perficere tantum opus arduum eſt. Ante omnia ſufficit ad exhortationem diligentiæ, non capere id rerum naturam, ut quidquid non eſt factum, ne fieri quidem poſſit; cùm omnia quæ magna ſunt atque admirabilia, tempus aliquod, quo primum efficerentur, habuerint; denique, quidquid eſt optimum, ante non fuerat. Verum etiamſi quis ſumma deſperet, (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas, præceptor non deerunt?) tamen eſt pulchrum, aliis arcem tenentibus, in ſecundis tertiiſque conſiſtere. *Magnæ rei, quantulumcunque poſſederis, fuiſſe participem non minima eſt gloria*, Columella lib. XI de re Ruſtic. cap. 1. *In re tanta eminere eſt, & poſt duos eſſe*, Senec. epiſt. C. Horat. Carm. lib. IV, Ode 9;

Qui ſummum in hiſce Artibus gradum attingere nequeunt, ſecundum tamen tertiumve præterire conentur.

Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedeis Homerus, Pindaricæ latent,
Cææque, & Alcæi minaces,
Steſichorique graves camenæ.

Quinimo ſi hanc cogitationem homines habuiſſent, ut nemo ſe meliorem fore eo, qui optimus fuiſſet, arbitraretur, ii ipſi, qui ſunt optimi, non fuiſſent. Verum ut tranſeundi ſpes non ſit, magna tamen eſt dignitas ſubſequendi. *Non eſt turpe non aſſequi, dummodo ſequaris*, Senec. de Benef. lib. V, cap. 5. Nam neque illud ipſum, quod eſt optimum, deſperandum eſt: & in præſtantibus rebus, magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima. Adde quod magnos modicus quoque Artis uſus parit fructus, & nulla in parte plenius labor gratiam refert: ac ſi quis hæc imperfectioris etiamnum Artis opera utilitate ſolâ metiatur, pene perfectioribus paria ſunt. Neque erat difficile, vel veteribus, vel novis exemplis palam facere, non aliunde majores honores, opes, amicitias, laudem præſentem, futuram, hominibus contigiſſe, ſi tamen artibus dignum eſſet, ab opere pulcherrimo, cujus tractatus atque ipſa poſſeſſio pleniſſimam labori gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem; more eorum, qui à ſe non virtutes, ſed voluptatem, quæ fit ex virtutibus, peti dicunt. Perfecta interim Ars fortunæ lenocinio defecta, fiduciâ juſtâ non exuitur; quamque ſcit ſe laudem mereri, eam, etſi ab aliis non impetrat, domeſtico tamen acceptam judicio refert. Ipſam igitur tantæ Artis majeſtatem toto animo petamus, nitamurque ſemper ad optima: quod facientes, aut evademus in ſummum, aut certe multos infra nos relinquemus, Quintil. XII, 11.

§. 9 Poëtæ in operum ſuorum exordiis Muſarum opem ſolent implorare: Artifex quoque principium trahet à Muſis, atque eas in primo ſtatim conatu advocans, ex earum nominibus veros minime vulgaris ſcientiæ modos ac gradus percipiet. *Prima eſt Clio, quaſi prima cogitatio diſcendi:* κλέος *enim Græce fama dicitur: & quoniam nullus ſcientiam quærit, niſi in qua famæ ſuæ protelet dignitatem, ob hanc rem prima* κλειὼ *appellata eſt, id eſt, cogitatio quærendæ ſcientiæ. Secunda* Εὐτέρπη, *quod nos Latine bene delectans dicimus: quod primum ſit, ſcientiam quærere; ſecundum, delectari quod quæras. Tertia* Μελπομένη, *quaſi* μελέτην ποιουμένη, *id eſt, meditationem faciens permanere: ut primum eſt velle, ſecundum deſiderare quod velis, tertium inſtare meditando ad id quod deſideras. Quarta* Θάλεια, *id eſt, capacitas: velut ſi dicatur* τιθεὶς θάλλοντα, *id eſt, ponens germina: unde & Epicharmus in Deiphilo comœdia ait,* θαλὸν, ὡς ὐ βλέπει, βούλιμος ἐπέταξεν, *id eſt, germen dum non videt, famès conſumit. Quintam* Πολύμνιαν, *quaſi* πολυμνήμην, *id eſt, multam memoriam facientem dicimus; quia poſt capacitatem eſt neceſſaria. Sexta* Ἐρατὼ, *id eſt,* εὑρὼν ὅμοιον, *quod nos Latine inveniens ſimile dicimus: quia poſt ſcientiam & memoriam juſtum eſt, ut aliquid ſimile de ſuo inveniat. Septima* Τερψιχόρη, *id eſt, delectans inſtructione: ergo poſt inventionem oportet te etiam diſcernere ac dijudicare quod inveneras. Octava* Οὐρανία, *id eſt, cæleſtis: poſt dijudicationem enim eligis quid ſumas, quid deſpuas: eligere enim utile, caducumque deſpuere, cæleſte ingenium eſt. Nona* Καλλιόπη, *id eſt, optimæ vocis. Ergo hic erit ordo: primum eſt, velle doctrinam: ſecundum eſt, delectari quod velis: tertium eſt, inſtare ad id quo delectatus es: quartum eſt, capere id quod inſtas: quintum eſt, memorari quod capias: ſextum eſt, invenire de tuo ſimile ad id quod inveneris: ſeptimum eſt, judicare quod invenias: octavum eſt, eligere de quo judicas: nonum, bene proferre quod elegeris*, Fulgent. Mytholog. lib. I, cap. de novem Muſis. Quotquot igitur ab his carceribus decurrent ad metam, in certiſſimam quoque ſpem fiduciamque erigentur, reliqua his principiis

Muſarum nomina & gradus veram proficiendi viam bonarum Artium candidatis præmonſtrant.

piis tandem conſenſura. Ἀρχὴ γάρ, inquit Plato lib. VI de Legibus, λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς, ἐν ταῖς παροιμίαις, ἔργου· καὶ τό γε καλῶς ἄρξασθαι, πάντες ἐγκωμιάζομεν ἑκάστοτε: *Vetus enim verbum eſt, Principium eſſe dimidium totius operis: atque adeo bene aliquid cœpiſſe, magnam paſſim apud omnes habet laudem.*

CAPUT II.

§. 1. *Varietatem rerum, è quibus imagines enaſcuntur, ita demum recte mens humana concipit, quum rerum ſimulachra, quæ aliqui (teſte Tullio) ſpectra appellaverunt, in ſenſus incurrentia hauſit. Horum vero ſpectrorum aſſidua atque irrequieta informatrix eſt uniuſcujuſque cogitatio ſive Phantaſia; quemadmodum vis illa informans atque imaginatrix ab ipſo ſenſu communi formas rerum menti delineandas, atque animo inſigendas mutuari ſolet.*

§. 2. *Cum tamen potiſſima vis hujus Phantaſiæ verſetur, aut circa præſentium atque in oculos incurrentium rerum imagines, aut circa res à conſpectu remotas; poſterior hæc, veluti plus ſibi permittens, non eſt oculis contenta. Majus quiddam ſuſpicatur eſſe ac pulchrius, quod Natura poſuit extra conſpectum. Unde neque immerito ſtatuimus eam eſſe animoſiorem, altiorem, ſtudioque Artificis convenientiorem.*

§. 3. *Excellentiſſimis nimirum Pictoribus manum ſæpe admoventibus imagini rerum nunquam ſibi conſpectarum; quemadmodum & ſimilitudini earum rerum, quæ ut raro viſuntur, ita ſemel viſæ ſtatim ſe ſubducunt ſpectantium oculis.*

§. 4. *Non eſt utique harum Artium cultoribus negligenda res utilitatis uſque adeo exploratæ; ipſâ præſertim Naturâ humanos animos per otium ad hunc indefeſſæ mentis ludum perpetuo invitante, ducente, ac tantum non trahente. Quamobrem etiam à teneris, dum licet, ſerendus eſt capacium ingeniorum campus; ut ſine ullo immodici laboris faſtidio pueri ſenſim concipiant conformentque notiones, vel cum invitis adolituras.*

§. 5. *Conſtat certe nullos unquam ſibi perennis manſurique nominis claritatem ex ullarum Artium uſu peperiſſe, ut non diverſiſſimarum rerum veras vivasque imagines vacuis temporibus in intimos memoriæ ſuæ receſſus, tanquam in fideliſſimas penariæ cellæ latebras, reconderent.*

§. 6. *Habet quidem hæc ratio imagines in animum recondendi nonnullam difficultatem, majoris tamen operæ negotium eſt eas iterum depromere, & veluti ad præſentem uſum è latibulis evocare. Jugi atque indefeſſâ exercitatione omne feres punctum.*

PRæter eam, quam diximus, naturalium corporum imitationem, cujus operâ Artifices, quidquid oculis obire datur, exprimunt, alia adhue & quidem longe nobilior imitationis ſpecies occurrit; quum videlicet peritus Artis audaci conatu accingitur ad producendum imagines earum quoque rerum, quæ ſubduxere ſe mortalium oculis: atque hujus imitationis tota vis in Phantaſia, ſive in facultate imaginativa, quam nonnulli εἰδωλοποιίας dicunt*, conſiſtit. Primas tamen omnium rerum notiones oculorum ſenſui potiſſimum debemus. *Quidquid animo cernimus*, inquit Tullius lib. I de Finib. *id omne oritur à ſenſibus.* Idem de perfecto Oratore; *In formis & figuris eſt aliquid perfectum & excellens, cujus ad excogitatam ſpeciem imitando referuntur ea quæ ſub oculos ipſa cadunt.* Ἡ διάνοια ἐκ τῶν αἰσθητῶν συντίθησι τὰ νοητά· σχῆμα γάρ, καὶ χρόαν, καὶ μέγεθος μήλου, καὶ ὀσμήν, καὶ ἁφήν, καὶ χυμὸν ἀπαγγέλλουσιν αἱ αἰσθήσεις. ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν μεγάλων σχημάτων, τὰ μέρη μὲν ἡ αἴσθησις ὁρᾷ, τὸ δ᾽ ὅλον ἐκ τῶν ὁραθέντων ἡ διάνοια συντίθησιν: *Intellectus ex iis quæ ſenſus ſuppeditat notiones in animo effingit. Figuram enim, colorem, magnitudinemque pomi, tum odorem, tactum, & ſaporem ſenſus renuntiant: ex illis vero intellectus pomi notionem componit. Ipſarumque etiam magnarum figurarum partes cenſus cernit, totum intellectus ex viſis concipit*, Strabo lib. II. Vide quoque Macrob. lib. VII Saturnal. ſub finem cap. 14, quemadmodum & Boëthium lib. V de Conſol. Philoſoph. proſa 4. Recte Themiſtius Paraphraſi in Ariſt. lib. III de Anima: τύπος τῆς αἰσθήσεως καὶ ἴχνος ἐστὶν ἡ φαντασία· ὥσπερ γὰρ ὁ μοχλὸς κινηθεὶς ὑπὸ τῆς χειρός, κινεῖ τὸν λίθον, καὶ ἡ θάλαττα ὑπὸ τοῦ πνεύματος κινηθεῖσα, κινεῖ τὴν ναῦν, οὐδὲν θαυμαστὸν ἤδη ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως τοῦτο συμβαίνειν· αὕτη γὰρ κινηθεῖσα ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰσθητῶν, καὶ τὸ εἶδος ἀναλαβοῦσα τοῦ κινήσαντος, κινεῖ δύναμιν ἑτέραν τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τῶν τελέων ζώων, ἣν φαντασίαν καλοῦμεν· ἧς φύσις ἐστί, τοὺς τύπους οὓς ἡ αἴσθησις αὐτῇ παραδίδωσιν, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀναμαξαμένη, κατέχειν ἐν ἑαυτῇ, καὶ ἐνσφραγίζεσθαι, καὶ δύνασθαι ἀπελθόντων τῶν αἰσθητῶν διατηρεῖν ἐπί τινα χρόνον τὰ ἴχνη: *Typus & veſtigium ſenſus eſt viſio: quemadmodum enim ve-*

ctis

* Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 13.

(a) *Notiones voco rerum ſpecies mente comprehenſas. Phantaſia etenim imagines à ſenſu communi oblatas tradit intellectui, qui poſt diſtinctam oblatarum rerum conſiderationem veram earum notionem quàm altiſſime imprimis animo.* Eſt quaſi rerum ſpeculum intellectus noſter, *inquit J. Scaliger, de Cauſis L. L. cap. 66*, cui niſi per ſenſum repræſententur res, nihil ſcit ipſe. *Vide locum.*

tis à manu motus movet lapidem, & mare motum à ventis movet navem; ita nihil mirum ſi hoc idem in ſenſu quoque uſu veniat. Senſus enim à ſenſilibus exterioribus commotus, & ſpeciem recipiens moventis, movet deinde aliam animæ vim in perfectis animalibus, quam imaginationem ſeu viſionem vocamus: cujus ea eſt natura, ut formas rerum, quas præbet & renunciat ipſi ſenſus, à ſenſilibus recipiens, retineat, & conſignet in ſe, poſſitque, remotis ſenſilibus, ad tempus quoddam ſervare veſtigia: vide locum. Inſpice quoque ejuſdem Themiſtii paraphraſin in Ariſt. de Memoria & reminiſcentia. Maxime tamen Alexandrum Aphrodiſienſem lib. I de Anima: quemadmodum & Apſinem de Arte rhetorica, cap. 21. φαντασίας, autore Quintiliano *, *viſiones* transferre licet. Οἱ Στωικοὶ λέγουσι φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ψυχῇ· τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετενηνεγμένου ἀπὸ τῶν τύπων ἐν τῷ κηρῷ ὑπὸ τοῦ δακτυλίου γινομένων: *Stoici dicunt phantaſiam eſſe impreſſionem in animo; voce ea* (impreſſionis) *proprie tranſlata à figuris quæ in cera per annulos fiunt*, Laërt. lib. VII in Zenone. Quid inter ſe diſcrepent quatuor hæc, φαντασία, φανταστὸν, φανταστικὸν, φάντασμα, docet nos ex Chryſippo Plutarchus de Placitis philoſophorum, lib. IV, cap. 12. Vide quoque Damaſcenum Orthodoxæ fidei cap. 34. * Lib. VI, cap. 2.

§. 2. Cæterum hanc fœcundiſſimorum animorum vim εἰδωλοποιικὴν, vel εἰδωλοποιητικὴν, vel εἰδωλουργικὴν dixit Plato in Sophiſta; atque ejus duas facit ſpecies, εἰκαστικὴν & φανταστικὴν, quarum illa, vivas rerum formas coram intuens, imitatur; hæc, res imaginatione tantum repræſentatas, deſcribit. Τῶν δημιουργῶν οἱ μὲν ἄλλα μιμήσασθαι ἀκριβῶς δύνανται, οἱ δὲ αὐτοὶ δύναμιν ἀναπλαστικὴν ἔχουσι θαυμαστῶν ἔργων πρὸς τὰς χρείας· ὡς ὁ πρῶτος τὴν ναῦν ποιήσας, ἐν ἑαυτῷ τὸ παράδειγμα τῆς νεὼς ἀνέπλασε φανταστικῶς: *Artificum hi quidem alia imitari accurate poſſunt, illi vero ipſi poteſtatem habent fingendi mirabilia opera quæ ad uſum ſpectant. Quemadmodum qui primus in nave conficienda laboravit, exemplum navis imaginando excogitavit*, Proclus lib. II in Timæum Platonis: & mox, Τὸ πρὸς τὸ νοητὸν γεγονὸς, καλόν ἐστι· τὸ πρὸς τὸ γεννητὸν γεγονὸς, οὐ καλόν ἐστιν· ὁ γὰρ πρὸς τὸ νοητὸν ποιῶν, ἢ ὁμοίως αὐτῷ μιμεῖται, ἢ ἀνομοίως· εἰ μὲν δὴ ὁμοίως, καλὸν ποιήσει τὸ μιμηθέν· ἦν γὰρ ἐκεῖ τὸ πρώτως καλόν· εἰ δὲ ἀνομοίως, οὐ πρὸς τὸ νοητὸν ποιεῖ· τοὐναντίον γὰρ ἀπολισθαίνει τῆς ὁμοιότητος· ὁ δὲ πρὸς τὸ γεγονός τι ποιῶν, εἴπερ ὅλως ἀφορᾷ πρὸς ἐκεῖνο, δῆλον ὡς οὐ καλὸν ποιεῖ· αὐτὸ γὰρ ἐκεῖνο πλῆρές ἐστιν ἀνομοιότητος, καὶ οὐκ ἔστι τὸ πρώτως καλὸν, ὅθεν πολλῷ μᾶλλον ἀφεστήξεται τὸ πρὸς αὐτὸ γεγονὸς τοῦ κάλλους· ἐπεὶ καὶ ὁ Φειδίας ὁ τὸν Δία ποιήσας, οὐ πρὸς γεγονὸς ἀπέβλεψεν, ἀλλ᾽ εἰς ἔννοιαν ἀφίκετο τοῦ παρ᾽ Ὁμήρῳ Διός: *Quod juxta imaginem animo conceptam factum eſt, pulchrum eſt. Quod juxta factum fit, non eſt pulchrum. Qui enim juxta imaginationem ſive conceptum agit, vel ſimiliter id imitatur, vel diſſimiliter. Si ſimiliter, bene conficiet id quod imitatur. Erat enim ibi illud præcipue pulchrum. Si vero diſſimiliter, non ad illud facit quod animo concipi poteſt. Contra enim deficit à ſimilitudine. Et qui juxta factum aliquid agit, ſi vere ac ſedulo id inſpiciat, manifeſtum eſt non facere pulchrum. Id ipſum enim plenum diſſimilitudine, neque eſt præcipue pulchrum: unde longe magis deficiet id à pulchritudine, quod juxta hoc factum eſt. Quandoquidem & Phidias, qui Jovis ſtatuam fecit, non ad factum quid reſpexit, ſed in cogitationem ipſi venit Jupiter prout Homerus expreſſit.* Præclare Philoſtr. Iconum lib. II, in Panthia; Πάνθια ἡ καλὴ, Ξενοφῶντι μὲν ἀπὸ τοῦ ἤθους γέγραπται· ἀλλ᾽ ἀνὴρ, ξυγγράφειν μὲν οὐχ ἱκανὸς, γράφειν δὲ ἱκανώτατος, αὐτῇ μὲν τῇ Πανθίᾳ οὐκ ἐντυχὼν, Ξενοφῶντι δὲ ὁμιλήσας, γράφει τὴν Πάνθιαν, ὁποίαν τῇ ψυχῇ ἀνεμάξατο: *Panthia formoſa, Xenophonti ab indole ſcripta eſt. Sed vir ad ſcribendum quidem ineptus, ad pingendum verò aptiſſimus, cum Panthiæ nequaquam occurriſſet; Xenophontem vero eſſet allocutus; Panthiam qualem animo deſignaverat pinxit.* Tullius in Bruto, ſeu de perfecto oratore; *Ego ſic ſtatuo*, inquit, *nihil eſſe in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id ſit, unde illud, ut ex ore aliquo, quaſi imago, exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neque ullo ſenſu percipi poteſt; cogitatione tantum & mente complectimur. Itaque & Phidiæ ſimulachris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, cogitare tamen poſſumus pulchriora. Nec verò ille artifex, quum faceret Jovis formam aut Minervæ, contemplabatur aliquem è quo ſimilitudinem duceret; ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem artem & manum dirigebat. In formis igitur & figuris eſt aliquid perfectum & excellens, cujus ad excogitatam ſpeciem imitando referuntur ea, quæ ſub oculos ipſa non cadunt. Has rerum formas appellat Ideas, ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato.* Seneca epiſt. LVIII: *Quid ſit idea, id eſt, quid Platoni eſſe videatur, audi. Idea eſt eorum, quæ natura fiunt, exemplar æternum. Adjiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere. Exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens quem operi ſuo imponat. Ita illa quæ me docet & inſtruit facies, à qua petitur imitatio, idea eſt. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piſcium, arborum; ad quæ, quodcunque fieri ab illa debet, exprimitur. Nunc quid ſit* εἶδος, *attendas oportet. Paullo ante pi-*

Phantaſia ſuppeditat Artificibus perfectiſſima futuri operis exempla.

Idea Platoni quid ſit.

ctoris imagine utebar. Ille cùm reddere Virgilium coloribus vellet, ipſum intuebatur. Idea erat Virgilii facies, futuri operis exemplar: ex hac quod artifex trahit, & operi ſuo imponit, εἶδος eſt. Quid interſit, quæris? alterum, exemplar eſt; alterum, forma ab exemplari ſumpta, & operi impoſita. Alteram Artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem ſtatua; hæc eſt εἶδος. Habet aliquam faciem exemplar ipſum, quod intuens opifex, ſtatuam figuravit; hæc idea eſt. Etiamnum aliam deſideras diſtinctionem? Idos in opere eſt, idea extra opus: nec tantùm extra opus eſt, ſed ante opus. Idem epiſt. LXV; *Exemplar Plato Ideam vocat, hoc eſt, ad quod reſpiciens Artifex, id quod deſtinabat, efficit. Nihil autem ad rem pertinet, utrum foris habeat exemplar; ad quod referat oculos; an intus, quod ſibi ipſe concepit & poſuit.* Seneca rhetor lib. X, Controverſ. 5: *Non vidit Phidias Jovem; fecit tamen velut tonantem. Nec ſtetit ante oculos ejus Minerva; dignus tamen illa arte animus, & concepit Deos, & exhibuit.* Et rurſus lib. VIII, Controverſ. 2: *Tunc demum illa majeſtas exprimi poteſt, cum animus opera proſpexit.* Vide quoque Photii excerpta ex Himerii Orat. in Anatolium præf. ἰδέαι, Macrobio in Somnium Scipionis libro I, cap. 2, ſunt *originales rerum ſpecies.* Maxime tamen totum hunc locum de admiranda vi phantaſiæ illuſtrat elegans illud inter Theſpeſionem gymnoſophiſtarum principem & Apollonium Tyanëum colloquium, quod pleniſſime nobis retulit Philoſtratus lib. VI, cap. 9; *An veſtri Phidiæ & Praxiteles, inquit Theſpeſion, cælum ſcandentes, atque ibi Deorum effigies exprimentes, eas poſtmodo ad artem attulerunt; anne aliud quid eſt, quod eos fingere docuit? Aliud, inquit Apollonius, & quidem ſapientia plenum. Quidnam id eſt? inquit ille; nihil enim dixeris, præter imitationem. Phantaſia, inquit Apollonius, hæc perfecit; Artifex imitatione ſapientior. Imitatio enim hoc tantùm operabitur, quod vidit: phantaſia vero etiam quod non vidit: proponet enim ſibi id ipſum quod non novit, ad ejus quod eſt relationem. Imitationem quoque ſæpe ſtupor impedit; phantaſiam verò nihil. Etenim ipſa impavida fertur ad id quod ei ſubjicitur. Oportet autem eum qui Jovis imaginem animo concipit, cum cælo & horis & aſtris eum contueri: talem enim tunc eum Phidias ſibi propoſuit. Palladem verò effingere volentem, exercitus, conſilia, artes meditari oportet, quomodo denique ex ipſo Jove proſiliit.*

Phantaſiæ potiſſima vis elucet in repræſentatione rerum aut nunquam, aut brevi ſaltem intuitu conſpectarum.

§. 3. Quinimo plurima ſæpe Artificibus delineanda veniunt, quæ licet in rerum natura non ſint, animo tamen ſuccurrunt; *tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid falſa cogitatione formatum,* ut loquitur Seneca epiſt. LVIII, *habere aliquam imaginem cœpit, quamvis non habeat ſubſtantiam.* Subinde quoque occurrunt & alia quædam quæ nec frequenter nec diu oculis Artificum exponuntur; imo, quorum nunquam fortè conſpectu frui datum ſit: ad quæ delineanda, quis non videt phantaſiæ vires advocandas? *Quid facturi ſumus, ſi bellum voluerimus pingere? diverſas virorum ſtatuemus acies, & in mutua vulnera armabimus manus; victi ſequentur; victores cruenti revertentur? Ne Parrhaſii manus ludat temere coloribus, internecioni humanæ timendum eſt:* Seneca lib. X, Controverſ. 5: vide locum.

Notio rerum ſenſibus perceptarum atque animo penitus infixarum, nihil eſt aliud, quàm earundem rerum conformatio quædam inſignita atque impreſſa intelligentiæ.

§. 4. Quotquot huic commentationi conſtanter atque obſtinate incumbere in animum ſemel induxerunt, non modo ſenſus ſuos, vitatis omnibus debitæ intentionis avocamentis, in officio continent ac velut in vinculis habent; ſed & in publicum prodituri, volucres liberæ mentis motus, huic uni curæ quàm maxime jam mancipatos, licentius evagari exſpatiando non ſinunt: omnes denique cogitationes ſuas palantes non patiuntur erraticis ac mox evanidis inanium rerum imaginibus diutius inſiſtere: ſed notiones externorum ſenſuum miniſterio Phantaſiæ ſubminiſtratas, ut quæque recordationem videtur mereri, uſque adeo alte animis imprimunt atque incidunt, ut nulla exinde quotidie accedentium recedentiumve imaginum turba eximi aut eradi poſſint. Dixeris ergo notiones has nihil aliud eſſe quam indelebilia quædam rerum in mente conſignatarum veſtigia. Quin etiam ex jam dictis patere cuivis poteſt, inſignem eſſe Phantaſiæ potentiam atque Artifici apprime utilem; quandoquidem ejus virtute genuinæ quarumvis rerum ſpecies, etiam abſentium & nunquam antea conſpectarum, tam firmiter humanis mentibus immorantur atque inhærent, ut vel invocatæ adſint, & quantumvis anxiæ imitationi nullo non in oculos incurrente exemplari melius inſerviant. *Quare ſibi quemque ſuo commodo convenit imagines has comparare;* Cornificius *. *Quod quidem nobis volentibus facile continget. Nam ut inter otia animorum, & ſpes inanes, & velut ſomnia quædam vigilantium, ita nos hæ de quibus loquimur imagines proſequuntur, ut peregrinari, navigare, præliari, populos alloqui, divitiarum quas non habemus uſum videamur diſponere; nec cogitare, ſed facere; hoc animi vitium ad utilitatem non transferemus?* Quintil. VI, 3. Quare juventus, imo omnis ætas (*neque enim,* ut eximie Quintil. XII, 1, *rectæ voluntati ſerum eſt tempus ullum;*) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus: forſan & conſummare continget. Τὸ φαντάζεσθαι ἐφ' ἡμῖν κεῖται· καὶ οὐ τὰ δυνατὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀδύνατα παντελῶς· εἶτ' πολυκεφάλους ἀνθρώπους, ὡς τὸν Γηρυόνην· καὶ πτερωτούς,

* Sive auctor ad Herenn. ſub finem libri tertii.

Natura nos veluti

ὡς

ὡς τοὺς Βορεάδας· καὶ ἱπποκενταύρους, καὶ σκύλλας· ὡς γὰρ τοῖς ζωγράφοις ἐπ' ἐξουσίας γράφειν ἃ βούλονται, οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ: *Imaginari quidem in noſtra poteſtate eſt non modo quæ poſſunt eſſe, ſed etiam quæ non poſſunt eſſe; ut multis capitibus præditos, veluti Geryonem; ut alatos, quales Boreades; ut hippocentauros, ut Scyllas: quemadmodum enim pictaribus facultas pingendi quæ volunt, ita & animæ,* Themiſt. in Ariſt. III de Anima. Lucretius libro quarto, verſu 780,

manu ducit ad excolendam Phantaſiam.

Quæritur imprimis, quare, quod cuique lubido
Venerit, extemplo mens cogitet ejus id ipſum? &c.

Sectemur modo ſubinde ſecretum atque liberum arbitris locum; cum nemo unquam dubitaverit ſilentium quam altiſſimum huic ſtudio maxime convenire. Quod ſi tamen ſilentium & ſeceſſus & undique liber animus, ut ſunt maxime optanda, non contingant; non ideo ſtatim, ſi quid obſtrepet, abjicienda commentationis hujus cura, & deplorandus dies. Quid alioqui fiet, ſi fortè in luce publica, in circumſtantium corona, inter diſſentientes ac magnis quoque clamoribus interpellantes momenta artis recto judicio ponderanda ſint? Itaque ab ipſo protinus exercitationis hujus primordio *incommodis repugnandum, & hic faciendus uſus, ut omnia quæ impediunt vincat intentio: quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum, quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum perveniet. An vero frequenter hoc etiam fortuita cogitatio præſtat, ut obvias non videamus, & itinere deerremus; non conſequemur idem, ſi & voluerimus? Non eſt indulgendum cauſis deſidiæ: nam ſi nonniſi refecti, nonniſi hilares, nonniſi omnibus aliis curis vacantes, ſtudendum exiſtimaverimus, ſemper erit propter quod nobis ignoſcamus. Quare in turba, itinere, conviviis etiam, faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum *. Animo videmus, animo cernimus: oculi, ceu vaſa quædam, viſibilem ejus partem accipiunt atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante. Quin & patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quod Corybantiam Græci dicunt,* Plinius nat. Hiſt. XI, 27. Πόθος ἀκριβὴς καὶ ἔρως ἀκραιφνὴς τῶν μὲν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἀλγεινῶν τε καὶ ἡδέων πάντων ὑπερφρονεῖ· πρὸς ἓν δὲ τὸ φιλούμενον καὶ ὁρᾶν καὶ συννεύειν τὸ φρόνημα καταναγκάζει: *Deſiderium vehemens & amor ſincerus omnia quæ extrinſecus accidunt triſtia aut jucunda deſpicit, in unam vero rem præter cæteras dilectam intueri, ac præcipuam in ea curam cogitationemque conferre cogit,* Heliodorus Æthiop. libro 1. Rem omnem paucis complexus eſt Quintilianus, Orat. inſtitut. libro I, cap. I; *Sicut aves ad volatum, equi ad curſum, ad ſævitiam feræ gignuntur; ita nobis propria eſt mentis agitatia atque ſolertia; unde origo animi cæleſtis creditur. Hebetes vero & indociles, non magis ſecundum naturam hominis eduntur, quàm prodigioſa carpora & monſtris inſignia: ſed hi pauci admodum. Fuerit argumentum, quod in pueris elucet ſpes plurimorum; quæ cum emoritur ætate, manifeſtum eſt, non naturam defeciſſe, ſed curam.*

* Quintil. X, 3.

§. 5. Omnibus igitur artium harum candidatis parandæ ſunt quædam velut opes; quibus uti, ubicunque deſideratum erit, poſſint; quaſque in procinctu ſemper ad omnes caſus paratas habeant. *Quo plus recipit animus, hoc ſe magis laxat,* Seneca epiſt. CVIII. *Veſtiaria noſtra, cum fuerint plena, nihil capiunt. Hoc theſaurarium, non gravatur ornatum: ſed cum multa condiderit, ſciendi deſiderio plus requirit,* Caſſiodorus de Anima, cap. 12. Hæ ſunt opes velut ſanctiore quodam ærario reconditæ, unde ad ſubitos quoque caſus, cum res exiget, proferantur, & uſu non exhauriantur. Alioqui, ſicut qui patrimonium non paraverunt, ſubinde quærunt; ita quoque, qui non ſatis hac in parte laborarunt. Magnus ille Achæorum dux Philopœmen, qui terreſtrium certaminum arte quemvis clarorum imperatorum vel uſu vel ingenio æquabat, aſſidua ſeriaque ſcientiæ militaris commentatione quarumvis artium candidatis ſaluberrimum providæ induſtriæ præbuit exemplum. *Erat Philopœmen præcipuæ in ducendo agmine locisque capiendis ſollertiæ atque uſus,* inquit Livius lib. XXXV ab V. C. *nec belli tantum temporibus, ſed etiam in pace ad id animum maxime exercuerat. Ubi iter quopiam faceret, & ad difficilem tranſitu ſaltum veniſſet, contemplatus ab omni parte loci naturam, cum ſolus iret, ſecum ipſe agitabat animo; cum comites haberet, ab iis quærebat, ſi hoſtis eo loca apparuiſſet, quid ſi à fronte, quid ſi ab latere hoc aut illo, quid ſi à terga adoriretur, capiendum conſilii foret? Poſſe inſtructos recta acie, poſſe inconditum agmen & tantummodo aptum viæ occurrere; quem locum ipſe capturus eſſet, cogitando aut quærendo exequebatur; aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim intereſſe) uſurus; quò impedimenta, quò ſarcinas, quò turbam inermem rejiceret; quanto ea aut quali præſidia cuſtodiret; & utrum pergere qua cœpiſſet ire via, an eam qua veniſſet, repetere melius eſſet: caſtris quoque quem locum caperet; quantùm munimenta amplecteretur loci; quà opportuna aquatio, quà pabuli lignorumque copia eſſet; quà paſtero die caſtra moventi tutum maxime iter, quæ forma agminis foret. His curis cogitatio-*

Quanta cum cura excolenda ſit Phantaſia.

nibusque ita ab ineunte ætate animum agitaverat, ut nulla ei nova in tali re cogitatio eſſet. Simile quid in L. Lucullo obſervavit Tullius: *Ad Mithridaticum enim bellum miſſus à Senatu*, verba ſunt Tullii circa initium libri quarti Acad. quæſt. *non modo vicit omnium opinionem quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum: idque eò fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum exſpectabatur, qui adoleſcentiam in forenſi opera, quæſturæque diuturnum tempus, Muræna bellum in Ponto gerente, in Aſiæ pace conſumpſerat. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. Itaque cum totum iter & navigationem conſumpſiſſet partim in percontando à peritis, partim rebus geſtis legendis; in Aſiam factus imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis. Habuit enim divinam quandam memoriam rerum. Itaque, ut litteris conſignamus, quæ monumentis mandari volumus; ſic ille in animo res inſculptas habebat. Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiuſque belli inſtrumentis & apparatu, ut ille Rex poſt Alexandrum maximus, hunc à ſe majorem ducem cognitum, quam quemquam eorum quos legiſſet, fateretur.* Studio igitur præcedente, & acquiſita facultate; & quaſi repoſita etiam hic opus eſſe, perſpicuum eſt: quumque delineare nec ubique nec ſemper poſſimus, cogitationi temporis ac loci plurimum eſt. Præclare Seneca epiſt. LV, *In anguſto viveremus, ſi quidquam eſſet cogitationibus clauſum.* Cicero in Miloniana, *Liberæ ſunt cogitationes noſtræ, & quæ volunt, ſic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus.* Idem lib. I Tuſc. quæſt. *Nulla eſt celeritas, quæ poſſit cum animi celeritate contendere.* Claudianus lib. I de Raptu Proſerp. verſ. 201, *Dum leve ſollicitæ mentis diſcurrit acumen.* Νόος, παρὰ τὸ νέω τὸ πορεύομαι· οὐδὲν γὰρ ταχύτερον τοῦ νοός, Etymol. magnum in Νόος. Huc etiam refer illud Varronis lib. V de L. L. *Volo à volatu; quod animus ita eſt, ut puncto temporis pervolet quò vult.* Appoſite itaque Ovidius III de Ponto, Eleg. 5, *Gratia Dîs, menti quo libet ire licet.* Hæc paucis admodum horis magnas etiam res complectitur. Hæc, quoties intermiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adjuvatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid invenit vacui, nec otium patitur. Neque vero rerum ordinem modo intra ſe ipſa diſponit, ſed totam ita contexit materiam, ut ei nihil præter manum deſit. Nam memoriæ quoque plerumque inhæret fidelius, quod nulla delineandi ſecuritate laxatur: videlicet quod illa quæ ſcriptis repoſuimus, velut cuſtodire deſinimus, & ipſa ſecuritate dimittimus.

Phantaſiam vivis variarum rerum imaginibus fruſtra inſtruxeris, niſi eas, ubi opus erit, ad uſum depromere poſſis.

§. 6. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perveniri poteſt, aut ſubito, aut cito. *Non poteſt parvò res magna conſtare*, Seneca epiſtola XIX. Nam primum facienda quotidiano exercitio quædam forma eſt, quæ nos etiam non cogitantes ſequatur: tum aſſumendus uſus paulatim, ut pauca primum complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint: mox per incrementa tam modica, ut onerari ſe labor ille non ſentiat, augenda uſu & exercitatione multa continenda eſt. Eò tandem perveniet hæc cogitationis excolendæ cura, ut is, cui non refragetur ingenium, acri ſtudio adjutus tantùm conſequatur, ut ea etiam quæ cogitarit, ubi ad delineandum ventum erit, fidem ſervent. Phantaſia etenim animo eſt quædam quaſi tabula vel index imaginum in eo congeſtarum. Πίναξ γάρ ἐστιν ἡ φαντασία τῷ νῷ, ut loquitur Michaël Epheſius in Ariſtotelem de Memoria & reminiſcentia. Alioqui vel extemporalem temeritatem malim, quam male hærentem cogitationem. Quintil. X, 6.

Concipiendis viſionibus (quas φαντασίας vocant) Theo Samius eſt præſtantiſſimus, Quint. XII, 10.

Vidimus nunc qua ratione virtus imaginativa fovenda ſit atque excitanda; quod non perfunctorie faciemus: præſertim cum excellens illa phantaſiæ vis ſtudium imitationis, ab ipſa natura nobis inditum, humi repere non ſinat; verùm, ut proxime ſequenti capite apparebit, ad majores auſus porro impellat atque erigat.

CAPUT III.

§. 1. *Initia Artium imitatricium, ut & aliarum omnium, tenuiſſima olim fuiſſe conſtat.*

§. 2. *Quamvis autem inſignes quondam Artifices multum tribuerint Imitationi priorum, non eſt tamen quod ingentia harum Artium incrementa uni priorum Imitationi debere nos putemus; cum certum ſit nudæ Imitationis aut nullum, aut exiguum prorſus eſſe fructum.*

§. 3. *Loca inſignium auctorum, ſuadentia ut cum quadam virium noſtrarum fiducia ad excolendas Artes accedamus.*

§. 4. *Fuere nempe quædam pingendi genera conditione temporum horridiora, alioqui magnam jam tum ingenii vim præ ſe ferentia. Quo genere Artis capti quidam, cùm coloribus, tum etiam ipſo quaſi ſubruſtico pingendi genere proſequuntur atque imitantur*

anti-

antiquitatem : præferunt picturam ex horrido comptam, non contenti ſimplicitate decoris illius, quem ſequens ætas, veterem illum ſquallorem amœniore veluti hilaritate conſpergens, amplexa eſt.

§. 5. *Quoniam verò complures optimo ſtudio, judicio tamen minus firmo prædití, ſummorum Artificum opera non ipſorum viribus, ſed imbecillitate ſua metiuntur, neque plus in iis laudant, quam ſe imitari poſſe ſperant; non viſum eſt hic alienum, veram imitandi rationem proponere.*

§. 6. *In omni Imitatione primo diſpiciendum nobis eſt, quem imitemur; deinde, quæ maxime excellant in eo quem imitabimur; in quotidiano denique exercitia illum ipſum quem imitandum nobis ſumpſimus, tota mente atque animo intuebimur, eumque imitando ita effingere atque exprimere ſtudebimus, ut ipſiſſimos incorruptæ Artis nervos aſſequamur; non ut multi Imitatores, qui aut ea quæ ſunt facilia, aut etiam illa quæ inſigniter ſpecioſa & pene vitioſa ſunt imitando potiſſimum conſectantur. Nihil eſt enim facilius quàm amictum imitari alicujus, aut ſtatum, aut motum. Si verò etiam vitioſi aliquid eſt, id ſumere & in ea vitioſum eſſe, non magnum eſt. Qui autem ita facere vult, ut oportet; primùm vigilet neceſſe eſt in deligendo: deinde, quem probavit, in eo quæ maxime excellent, ea diligentiſſime perſequetur: omnia interim, quibus eſt adjutus, abſcondens; ipſum tantùm, quod effecit, oſtendet.*

§. 7. *Virium quoque noſtrarum nobis præcipue habenda eſt ratio, ne forte eorum Artificum veſtigia nequicquam perſequi conemur, à quorum Imitatione quadam naturæ noſtræ diſſimilitudine penitus abhorremus. Et quoniam unum aliquem difficillime totum exprimere valemus, minus quoque conſultum ſibi putabunt Imitatores uni alicui inhærere, veluti vindemiam de vitis unius racemis facturi. Sed bene potius in rem ſuam vertant quidquid ubique Imitatione ſua dignum invenerint.*

§. 8. *Tum demum vere priores imitabimur, ſi perſpectas plurium virtutes noſtris quoque dotibus cumulare atque exornare in animum inducamus.*

§. 9. *Ardua illa ſummarum Artium perfectio nunquam ſe totam indulſit ingeniis intra ſolam priorum Imitationem hærentibus, ſuaſque in opere partes non agnoſcentibus. Et profecto, niſi majore olim ſpiritu primi Artifices tantas Artes aggrediendas ſibi putaviſſent, nunquam de tam vario tamque otioſo tot ſæculorum judicio ſecuri, totius poſteritatis libertatem legibus, quas non invenerant, alligaſſent.*

§. 10. *Optimus quiſque Artifex interdum erigitur atque attollitur, interdum effervеſcit atque effertur, interdum etiam, dum virium ſuarum fiducia prærupta atque aliis metuenda audet, accedit ad præceps.*

§. 11. *Ceterum ut ſegetes fœcundæ atque uberes non ſolum fruges effundunt, verum etiam herbas frugibus inimiciſſimas; ita ſæpiſſime ſolet Natura hoc magnarum mentium commodum vitiare, contrariiſque optanda miſcere. Unde frequenter uſu venit, ut in hac Arte minus offendant anguſti jejunique pectoris homines, quàm quos largæ lætiorisque naturæ hilaritas vocat ad majora; quandoquidem hos fidentior animus periculis objicit; illos vero nimia ſui diffidentia deducit in tutum.*

§. 12. *Ridiculus ſane ſit Artifex, qui non niſi* hippocampelephantocamelos (*ut cum Lucilio loquar*) *exprimere velit. Proinde cavebunt Artifices ne feliciſſimi ingenii ſui viribus licenter nimis abutantur, ſed veris potius atque ex ipſa rerum natura petitis imaginibus inſiſtant.*

§. 13. *Monſtroſa denique & nimia inſanientis animi licentia luxurians atque à Naturæ veritate recedens pictura, quemadmodum ſpectatores prima ſui novitate nonnunquam capit, ita ſæpius tractata nauſeam ſolet movere.*

QUam tenuia fuerint olim imitationis hujus initia, ex Æliano facile intelligas. Is enim variarum Hiſt. lib. x, cap. 10 tradit, primos illos Artifices, quum ars jam primum excoli cœpiſſet, & quodammodo in lacte adhuc faſciiſque verſaretur, adeo rudi atque impolito penicillo animalia expreſſiſſe, ut neceſſe habuerint informibus figuris adſcribere, Hoc eſt bos, illud equus, hoc arbor. Vide quoque Ariſtot. Problem. cap. 10. Prima certe pictura nihil aliud fuit, quàm *umbra hominis lineis circumducta*, teſte Plin. lib. xxxv, cap. 3. Athenagoras quoque Legatione pro Chriſtianis meminit, *σκιαγραφίας εὑρεθείσης ὑπὸ Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγράψαντος· γραφικῆς δ' ὑπὸ Κράτωνος, ἐν πίνακι λελευκωμένῳ σκιὰς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐναλείψαντος. Umbratilis picturæ inventæ à Saurio equum in ſole umbra circumſcribentis. Graphicæ vero à Cratone in tabula dealbata viri & mulieris umbras delineantis.* Reſpexit ad rudia hæc artis primordia Quintilianus in eo loco quem mox plenius adducemus, *Si prioribus*, inquit, *adjicere nefas fuiſſet, non eſſet pictura, niſi quæ lineas modo extremas umbræ, quam corpora in ſole feciſſent, circumſcribit.* Exinde ſemper ab hac prima conſuetudine *adumbrandi* vox obtinuit. *Quis pictor omnia*, inquit Quintil. VII, 10, *quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit?* Teſtantur etiam ſcriptores alii non ignobiles, cunctas ante Dædalum ſtatuas con-

Artes primitus naſcentes imperfectiores eſſe ſolent.

niven-

niventibus oculis, pedibus junctis, brachiis in latera demiſſis, ſtatu rigido ac prorſus inconcinno factitatas fuiſſe. Τί δὲ ἡ Γλαύκου τοῦ Χίου τέχνη κατ' ἀρχὰς ἦν; τί δὲ ἡ Ζεύξιδος οὐ πολλοῖς χρόνοις ὕστερον; τότε δὲ ἔδεισαν ἄνθρωποι περὶ τῶν ἀγαλμάτων, μὴ τὴν πεζῶν χρώμενα φύγῃ τῶν Δαιδάλου χειρῶν, &c. *Quid Glauci Chii ars fuit initio? quid item Zeuxidis non multis annis poſt? tunc enim homines metuebant ſibi à ſtatuis, ne pedibus utentes effugerent è manibus Dædali.* Vide Libanii Sophiſtæ orat. XIX, quæ eſt de Saltatione. Τῶν ἀρχαίων ἀγαλμάτων τέχνη ἐδόκει ἡ συστολὴ καὶ ἰσχνότης; *veterum ſimulachrorum ars videbatur contractio & tenuitas;* Demetrius Phalereus (ut vulgari cognomine ejus utar) de Elocut. §. 14. Parmeniſcus certè Metapontinus, genere atque opibus apud ſuos primarius, quum in antrum Trophonii deſcendiſſet, reverſus nunquam poſtea ridere potuit: oraculum ſuper ea re ſciſcitanti, reſpondit Pythia, Matrem domi ſuæ riſum ipſi reſtituturum. Sperans igitur ſe poſt reditum in patriam denuo riſurum, cùm id non contigiſſet, deceptum ſe ab oraculo putavit. Tandem tamen caſu Delum appulit, ubi cum ſingula quæ viſebantur in ea inſula admiraretur, Latonæ quoque fanum ingreſſus eſt, viſurus inſignem, ut putabat, matris Apollinis ſtatuam; verum conſpicatus eam, præter opinionem, ligneam ac prorſus deformem, in riſum effuſus eſt: reſponſum itaque Dei cum animo ſuo revolvens, & miraculo improviſi eventus permotus, Deam exinde maximis quibusque honoribus eſt proſecutus; Athenæus circa initium libri XIV Deipnoſoph. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται Δόκανα καλοῦσι, inquit Plutarch. de Amore fraterno; ἔστι δὲ δύο ξύλα παράλληλα, δυσὶ πλαγίοις ἐπεζυγμένα· καὶ δοκεῖ τῷ φιλαδέλφῳ τῶν Θεῶν οἰκεῖον εἶναι τοῦ ἀναθήματος τὸ κοινὸν καὶ ἀδιαίρετον: *Vetuſta Dioſcurorum ſimulacra Spartani appellant Docana. Sunt autem duo ligna inter ſe compoſita, duobus aliis transverſis conjuncta; videturque fraterno Deorum amori inſeparabilis communitas ſimulacri maxime competere.* Vide quoque Euſtathium ad verſum 744 Iliad. P pagina 1125, 59, editionis Romanæ. Longum & ab hoc loco alienum eſſet ſtupentibus plura exempla artis in ipſo primordio imperfectæ exhibere; cum res aliter ſe non potuerit habere. *Nulla res conſummata eſt, dum incipit; & in omni negotio longè ſemper à perfecto fuere principia:* inquit Seneca Nat. quæſt. VI, 5. *Nulla non res principia ſua magno gradu tranſit:* Idem de Benef. III, 29. *Omnium rerum principia parva ſunt, ſed ſuis progreſſibus & uſu augentur:* Cicero V de Finibus. *Quæ porro ars ſtatim fuit? quid non cultu niteſcit?* Quintilianus Orat. inſtitut. libro IX cap. 4. *Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe, quam ut imitentur veritatem. Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quam Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti, & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent. Similis in pictura ratio eſt: in qua Zeuxim, Polygnotum, & Timantem, & eorum, qui non ſunt uſi plus quam quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. At in Aetione,* (alii *Echione*) *Nicomacho, Protogene, Apelle, jam perfecta ſunt omnia: & neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul & inventum, & perfectum;* Cicero de Claris oratoribus. *Nihil eſt in natura rerum omnium, quod ſe univerſum profundat, & quod totum repente evolet; ſic omnia quæ fiunt, quæque aguntur acerrime, lenioribus principiis Natura ipſa prætexuit;* Idem II de Oratore. Recte Arnobius lib. II adv. gentes: *Non cum animis artes cæli ex penetralibus ceciderunt; ſed exquiſitæ & natæ ſunt in terris hic omnes, & cum proceſſu temporum paulatim meditatione conflatæ. Inops vita, & multarum indigens rerum, fortuita conſpiciens quædam commodule provenire, dum imitatur, experitur, & tentat; dum labitur, reformat, immutat; ex aſſidua reprehenſione parvas & concinnavit ſcientiolas artium, & ad unum exitum temporibus pluribus commentatas perduxit.*

Theocritus Eidyllio XXI,

> Ἁ πενία Διόφαντε μόνα τὲς τέχνας ἐγείρει.
> Αὐτὰ τῷ μόχθοιο διδάσκαλος - - -

Columella de cultu hortorum,

> *Ipſa novas Artes varia experientia rerum,*
> *Et labor oſtendit miſeris, uſusque magiſter.*

Manilius lib. I Aſtron. verſ. 95,

> *Omnia conando docilis ſollertia vincit.*

Lucretius ſub finem lib. V,

> *Navigia, atque agri culturas, mœnia, leges,*
> *Arma, vias, veſtes, & cætera de genere horum*
> *Præmia, delicias quoque vitæ funditus omnes,*
> *Carmina, picturas, & dædala ſigna polire,*

Uſus

Uſus & impigræ ſimul experientia mentis
Paullatim docuit pedetentim progredientis.
Sic unum quidquid paullatim protrahit ætas
In medium, ratioque in luminis eruit oras.
Namque aliud ex alio clareſcere corde videbant
Artibus, ad ſummum donec venere cacumen.

Omnino vide Ariſtotelem circa initium libri 1 Metaphyſ. Artes certe primitus naſcentes atque etiamnum imperfectas, per manus aliquamdiu tradidere priores, neque aliud quàm nudam rudium obſervationum ſylvam in unum congeſſerunt; donec tempus, unica lima & lex Artium, temere congeſta diſtinxit, inque Artis juſtæ formam contraxit. Unde etiam nunc prima quoque, quæ traduntur, Artium adhuc excolendarum præcepta, magis inſtruunt, quàm faciunt Artificem; nec tam conſummare ſcientiam, quàm adjuvare promittunt. *Ingenii vis præceptis alitur & creſcit, novasque perſuaſiones adjicit innatis, & depravata corrigit*, Seneca epiſt. xciv. *Uſus & experientia dominantur in Artibus*, inquit Columella lib. 1 de re Ruſt. cap. 1; *neque eſt ulla diſciplina, in qua non peccando diſcatur. Nam ubi quid perperam adminiſtratum ceſſerit improſpere, vitatur quod fefellerat; illuminatque rectam viam docentis magiſterium.* Sic Tragœdiam olim ſolus chorus agebat; Theſpis deinde, ut chorus interdum requieſceret, unum invenit hiſtrionem; ſecundum poſtea Æſchylus adjecit; tertium Sophocles, ad conſummationem Tragœdiæ addidit: vide Laërt. lib. III in Platone; Themiſtium Orat. xv; Philoſtrat. lib. VI de vita Apollonii, cap. 6. Pari prorſus ratione, teſte eodem Philoſtrato lib. II de vita Apollonii, cap. 10, unus tantùm color primis pictoribus in uſu fuit; poſteriores vero quatuor adhibuerunt; donec tandem ad immenſam illam, qua poſtea ſunt uſi, colorum varietatem perventum eſt.

§. 2. Eſt quidem in confeſſo plures paſſim reperiri, qui quamvis priorum neminem imitentur, ſuapte tamen natura & ſine cujuſquam ſimilitudine, quod velint, admirabilis ingenii ſolertia conſequantur. Tametſi igitur non eſt ſimpliciter neceſſaria Imitatio; non enim primi quem ſequerentur habuerunt; mediocribus tamen ingeniis minime repudianda videtur: quotquot vero omnem priorum Imitationem è medio tollere ſunt conati, nihil effecerunt aliud, quam ut eos quoque ipſos nemo imitatione ſua dignos judicaret. Quemadmodum igitur libens affirmaverim, harum Artium cupidos à priorum Artificum imitatione omnino arcendos non eſſe; ita hoc tantùm ſufficerit hic addidiſſe, Imitationis nudæ nullum aut perexiguum eſſe fructum; quandoquidem iſti, *qui nunquam tutelæ ſuæ ſunt, primum in ea re ſequuntur priores, in qua nemo à priore deſcivit; deinde in ea re ſequuntur, quæ adhuc quæritur: nunquam autem invenietur, ſi contenti fuerimus inventis. Præterea, qui alium ſequitur, nihil ſequitur, nihil invenit, imo nec quærit*: vide Senecam epiſt. XXXIII. *Nihil enim creſcit ſola imitatione; &, ſi prioribus adjicere nefas fuiſſet, non eſſet pictura, niſi quæ lineas modo extremas umbræ, quam corpora in ſole feciſſent, circumſcribit. Ac ſi omnia percenſeas, nulla Ars eſt qualis inventa eſt, nec intra initium ſtetit: niſi forte noſtra potiſſimum tempora damnamus hujus infelicitatis, ut nunc demum nihil creſcat. Quamobrem etiam, qui ſumma non appetunt, contendere potius quam ſequi debent. Nam qui agit ut prior ſit, forſitan, etiamſi non tranſierit, æquabit. Eum vero nemo poteſt æquare, cujus veſtigiis utique ſibi inſiſtendum putat: neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior, qui ſequitur. Adde quod plerumque facilius eſt plus facere, quam idem. Tantam enim difficultatem habet ſimilitudo, ut ne ipſa quidem Natura in hoc ita evaluerit, ut non res, quæ ſimillimæ videantur, diſcrimine aliquo diſcernantur. Adde quod quicquid alteri ſimile eſt, neceſſe eſt minus ſit eo quod imitatur: namque iis quæ in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura & vera vis; contra, omnis imitatio ficta eſt, & ad alienum propoſitum commodatur*, Quint. x, 2. *Unde plurimi, cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio ſuo potuerant habere conatum, velut adſtricti certis legum vinculis, perdiderunt; & magiſtrum reſpicientes, Naturam ducem ſequi deſierunt*, Quint. v, 10. Horat. lib. I, epiſt. 19;

Etſi priores utiliter imitemur, nudæ tamen imitationis perexiguus eſt fructus.

O imitatores, ſervum pecus, ut mihi ſæpe
Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tumultus!
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps,
Non aliena meo preſſi pede. Qui ſibi fidit,
Dux regit examen. - - -

§. 3. Veriſſimum eſt illud Iſocratis in Euagora, τὰς ἐπιδόσεις ὁρῶμεν γιγνομένας, καὶ τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐ διὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς καθεστῶσιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐπανορθοῦντας, καὶ τολμῶντας ἀεί τι κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων: *Et Artes & omnia cætera eſſe aucta videmus, non per eos qui uſitata retinuerunt, ſed eorum opera qui correxerunt, locoque movere pra-*

Artium harum ſtudioſi cum quadam ſui fiducia ad Artes accedant.

va omnia non dubitarunt. Appoſite quoque Auctor Rhet. ad Herenn. lib. IV; *Inutile eſt ei, qui diſcere vult, putare non unum omnia poſſe.* Τῶν γὰρ τελείων οὐκ ἄλλως τύχοιμεν, μὴ τοῖς πρώτοις ἁμιλλώμενοι: *Neque enim aliter primas partes conſequi poterimus, niſi certemus cum primis*, Dio Chryſoſt. Orat. LXIV. *Turpiter deſperatur, quicquid fieri poteſt*, Quintil. I, 10. *Etenim ſupervacuus foret in ſtudiis longior labor, ſi nihil liceret melius invenire præteritis*, Quint. III, 3. Egregie Publius Syrus,

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Πολλὰ τῶν δεόντων ὁ χρόνος ἐξεῦρε καὶ διωρθώσατο· οὐχ ἅπαντα πρὸς παράδειγμα γίνεται· καὶ τῶν γινομένων ἕκαστον ἀρχὴν ἔσχε· καὶ πρὶν γίνεσθαι μήπω γινόμενον ἦν· ἀξιώτερον ἐστι προτιμηθῆναι τῆς συνηθείας τὸ χρήσιμον: *Tempus multa quæ neceſſaria erant invenit & emendavit. Non ad exemplum fieri omnia ſolent, & unumquodque eorum quæ facta ſunt initium habuit, & antequam fieret nondum erat factum. Conſuetudini utilitatem anteponere præſtabilius eſt*, Syneſius epiſt. LVII. Οὐ δεινὸν καινοτομεῖν, εἰ τῷ λυσιτελοῦντος ἡ μῖξις τῷ καινῷ προσείη: *Non grave eſt aliquid innovare, ſi utilitas novitati adjuncta eſt*, Iſidorus Peluſiota lib. II, epiſt. 46.

Male conſulunt Arti, quotquot exemplum ejus non niſi ab inculta antiquitate petunt. Ut ut enim res diligenter compoſuerint antiqui, nullus flos tamen, neque lumen ullum.

§. 4. Recti ſane æſtimatores harum Artium ſentiunt nihil antiquiorum Artificum lineamentis, præter florem pigmentorum nondum inventorum, defuiſſe; defectumque nitoris quem in operibus eorum deſideramus, temporibus magis quam ipſis Artificibus imputandum. Quemadmodum igitur non merentur reprehenſionem, qui præcipuas magnorum hominum virtutes imitari ſtudent, ita perſpicuum eſt graviter eos peccare, qui ſe totos ad primæ antiquitatis exemplum componunt. Nequeo igitur temperare mihi, quin potiſſimum hic inſiſtam veſtigiis Quintiliani, graviter ac ſalubriter in pari negotio diſputantis. Quidam fugiunt ac reformidant omnem in pingendo voluptatem, nihil probantes niſi planum, & humile, & ſine conatu. Ita, dum timent ne aliquando cadant, ſemper jacent. Quod enim tantum in pictura bona crimen eſt? non Arti prodeſt? non ſpectatorem movet? non Artificem commendat? At eſt quoddam genus, quo Veteres non utebantur. Ad quam uſque nos vocatis Vetuſtatem? nam ſi ad illam extremam: multa Phidias & Apelles, quæ ante eos nemo. Quomodo poterit Praxitelem aut Protogenem probare, qui nihil putet ex Calamidis aut Polygnoti operibus mutandum. Sed ante hos ſimplicior adhuc pingendi ratio fuit. Ego vero hæc lumina Artis, velut oculos quoſdam eſſe picturæ puto: ſed, neque oculos eſſe toto corpore velim, ne cætera membra officium ſuum perdant: &, ſi neceſſe ſit, veterem illum horrorem pingendi malim, quam iſtam novam licentiam. Sed patet media quædam via: ſicut in cultu victuque acceſſit aliquis citra reprehenſionem nitor; quem, ſicut poſſumus, adjiciamus virtutibus. Merito itaque requiras in bono pictore, quod in Labieno declamatore laudat Seneca rhetor in Prooemio libri decimi Controv. *Color orationis antiquæ*, inquit, *vigor novæ. Cultus inter noſtrum ac prius ſæculum medius; ut illum poſſit utraque pars ſibi vindicare.* Prius tamen ſit, vitiis carere: ne, dum volumus eſſe meliores Veteribus, ſimus tantùm diſſimiles: Quint. VIII, 5.

Quid maxime obſervandum ſit in operibus eorum, quos imitandos nobis proponimus.

§. 5. Quiſquis igitur exemplum Artis ex aliorum operibus rite petere volet, nunquam primæ obſervationis impetu tranſcurret ea quæ imitanda ſibi proponit, ſed ſæpius reſumet ac repetet. Quemadmodum enim cibos manſos ac prope liquefactos demittimus, quò facilius digerantur; ita obſervatio, non cruda, ſed multa iteratione ſubacta & velut confecta, Imitationi tradatur. *Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur*, Seneca epiſt. ſecunda. Ac diu non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minime fallat, imitandus eſt; ſed diligenter; quoniam præſtantiſſimus quiſque virtutes ſuas frequenter ex induſtria occultat. *Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat*, Seneca epiſt. II. *Qui quò deſtinavit pervenire vult, unam ſequatur viam, non per multas vagetur. Non ire iſtud, ſed errare eſt*, Seneca epiſt. XLV. Neque id ſtatim imitaturo perſuaſum ſit, omnia quæ magni Artifices elaborârint, utique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati; nec ſemper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur. *Nullum ſine venia placuit ingenium*, inquit Seneca epiſt. CXIV; *Da mihi quemcunque vis magni nominis virum, dicam quid illi ætas ſua ignoverit, quid in illo ſciens diſſimulaverit. Multos dabo, quibus vitia non nocuerint: quoſdam, quibus profuerint. Dabo, inquam, maximæ famæ & inter miranda propoſitos; quos, ſi quis corrigit, delet. Sic enim vitia virtutibus immixta ſunt, ut illas ſecum tractura ſint.* Summi ſunt: homines tamen: acciditque iis, qui quicquid apud illos reperiunt, faciendi legem putant, ut, quod facilius eſt, deteriora imitentur, ac ſe abunde ſimiles putent, ſi vitia maximorum Artificum conſequantur*. Quod ſi tamen è multis eligere homines commodiſſimum quemque, quam ſe uni alicui certo mallent addicere; minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitiis perſeverarent, aliquanto ex inſcitia le-

* *Quintil.* X, 2.

levius laborarent. Non enim parum cognôſſe, ſed in parum cognito ſtulte & diu perſeveráſſe turpe eſt: propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum ſingulari uniuſcujusque vitio eſt attributum *. Modeſte tamen & circumſpecto judicio de tantis viris pronuntiandum eſt; ne (quod pleriſque accidit) damnent ea quæ non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem, omnia eorum imitantibus placere, quam multa diſplicere maluerim. Paucos enim, vel potius, vix ullum ex iis qui vetuſtatem pertulerunt, exiſtimo poſſe reperiri, qui judicium adhibentibus non allaturus ſit utilitatis aliquid. Si quis tamen eſt, qui ne minima quidem alicujus certæ fiducia partis, memoriam poſteritatis fruſtra ſperaverit, is primo ſtatim intuitu deprehendetur, & citius nos dimittet, quam ut ejus nobis magno temporis detrimento conſtet experimentum. Verum hic quidam ſolos Veteres imitandos putant; neque in ullis aliis eſſe naturalem ſpeciem & robur viris dignum arbitrantur: habet enim ut in ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas. Nominibus Veterum gloriantur. Alios recens hæc laſcivia, deliciæque, & omnia ad voluptatem imperitæ multitudinis compoſita, delectant. Alii preſſa demum & tenuia ſana putant. Quoſdam elatior ingenii vis, & magis concitata, & plena ſpiritus capit. Sunt & lenis, & nitidi, & compoſiti generis non pauci amatores †. Summatim igitur quid à qua imitatione petere poſſint, qui confirmare facultatem pingendi volunt, attingerem, niſi majoris eſſet operæ, quam præſentis inſtituti ratio fert; & ad Pictores, diſcipulorum inſtitutioni vacantes, pertinere videretur. Hoc tantum addo; quod ea quæ in Artifice maxima judicantur, minime ſunt imitabilia: ingenium nempe, inventio, vis, facilitas, & quidquid Arte non traditur ‡. Quin etiam plures paſſim reperias, qui licet vim atque incitationem Artificis in ipſo opere quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim inſpiciant, veſtigia tamen ingreſſumque vix vident. Quocunque te verteris, quocunque & quotieſcunque præclarum aliquod opus redintegrata attentione perluſtraveris, ea tibi ubique occurrent, quæ facile eminerent & ipſa luce ſua deprehenderentur, niſi inter paria cernerentur. Quare depone iſtam ſpem, poſſe te ſummatim deguſtare ingenia maximorum virorum. Tota tibi inſpicienda ſunt, tota tractanda. Res vera geritur, totumque opus per lineamenta ſui ingenii nectitur, ex quo nihil ſubduci ſine ruina poteſt. Nec tamen recuſo quo minus ſingula quoque membra, dummodo in ipſo opere mutuo ſibi conſerta, conſideres. Atque hic utiliſſima nobis eſt rei difficultas; dum maximos quosque Artifices ſic diligentius cognoſcimus. Non enim opera eorum obſervatione ſecura tranſcurrimus, ſed tractamus ſingula, & neceſſario introſpicimus; & quantum virtutis habeant vel hoc ipſo deprehendimus, quod imitari non poſſumus, Quint. x, 5.

* *Tullius lib. II. de Inventione.*
† *Quintil. x, 1.*
‡ *Quint. x, 2.*

§. 6. Quapropter exactiſſimo judicio circa hanc partem curæ examinanda ſunt omnia. Primum, quos imitemur: nam ſunt plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cujuſque & corruptiſſimi concupierint. Deinde, in ipſis quos elegerimus, quid ſit ad quod efficiendum nos comparemus. Nam in magnis quoque Artificibus incidunt aliqua vitioſa, & peritis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa. Doctus ingenioſiſſimæ antiquitatis Imitator, ut vitia ſollicite declinat, ita virtutes ſtudioſe conſectatur: neque ſolum virtutes eorum, quos in exemplar ſibi aſſumpſit, intelligere debet, verum etiam vitia; quandoquidem ſummi judicii eſt in alienis operibus ea notare, in propriis vitare. Atque utinam tam bona imitantes exprimerent melius, quam mala pejus exprimunt. Nec vero ſaltem iis, quibus ad vitanda vitia judicii ſatis fuit, ſufficiat inanem virtutum imaginem effingere; & ſolam, ut ſic dixerim, cutem; vel potius illas Epicuri figuras, quas è ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introſpectis penitus virtutibus, ad primum ſe velut adſpectum operis aptarunt, & cùm iis feliciſſime ceſſit imitatio, qui lineis atque coloribus ſunt non multum differentes, vim tamen Artis non aſſequuntur, ſed plerumque declinant in pejus, & proxima virtutibus vitia comprehendunt; fiuntque pro grandibus, tumidi; pro preſſis, exiles; pro fortibus, temerarii; pro lætis, corrupti; pro compoſitis, exultantes; pro ſimplicibus, negligentes. Ideoque qui horride atque incompoſite quidlibet frigidum illud & inane expreſſerunt, Antiquis ſe credunt pares, quia carent cultu atque luminibus *. Videndum ergo ne quis nimius triſtis illius atque impexæ Antiquitatis mirator in eorum imitatione dureſcere velit. Nam qui nondum adhuc ſatis vim eorum intellectu conſequuntur, dum vitia, & ſi quid in pejus notabile eſt, parum caute exprimunt & effingunt, ſimiles ſibi (quod eſt peſſimum) magnis viris videbuntur. Proinde, dum aſſequimur firmam illam facilitatem, optimis tantum eſt aſſueſcendum; & multa magis quam multorum Imitatione, firmanda mens & ducendus eſt color. Nihil tamen obſtat quo minus provectiores gemmas quaſdam ex illo impolito vetuſtatis horrore, velut nitentia coruſcantis auri ramenta ex arena, eruant. *Quæ enim invidia eſt*, inquit Caſſiodorus †, *ſi inter ſarmenta ſterilia de vite veteri plantaria eligantur, quibus in ordinem complantatis, uberioris vineæ ſucceſſio propagetur?* Firmis itaque judiciis, jamque extra periculum poſitis, ſuaſerim non modo inſpicere, verum etiam imi-

Vera optimos imitandi ratio quid poſtulet.
* *Quintil. x, 2.*
† *de Amicitia, in prolegom.*

tari antiquos, ex quibus ſi aſſumatur ſolida ac virilis ingenii vis, deterſo rudis ſæculi ſquallore, tum noſter hic cultus clarius eniteſcet. Perfectis demum conſtitutisque ſemel viribus, novorum quoque ac mediocrium Artificum opera licebit inſpicere; non quidem ut corpus Artis faciant, ſed ut obſurdeſcentis palati languorem non ingratæ novitatis varietate excitent: quod etiam in ſplendidis atque opiparis cœnis non raro facimus; quamvis enim optimis ſatiemur, non ingrata tamen eſt varietas, etiam ex vilioribus. Adeſt alioqui novorum quoque quibuſdam vis minime contemnenda in unctiore quadam ſplendidioris Artis conſuetudine. Neque enim nos tarditatis Natura damnavit; ſed totum pingendi fingendique mutavimus genus, & ultra nobis, quàm oportebat, indulſimus. Ita non tam ingenio illi nos ſuperarunt, quam propoſito. Non diu certam regulam habet Ars. Sæculi cujuſque conſuetudo, qua nihil eſt inconſtantius, verſat illam. Quamobrem etiam *mirari non debes corrupta excipi, non tantum à corona ſordidiore, ſed ab hac turba quoque cultiore: togis enim inter ſe iſti, non judiciis diſtant. Hoc magis mirari potes, quod non tantum vitioſa, ſed & vitia laudantur*, Seneca epiſt. CXIV. Licebit ergo & multos aliquando eligere, ſed curandum erit, ne iis, quibus permiſta ſunt eorum opera, inquinemur. Quoſdam vero etiam, quos totos imitari oporteat, & ſemper fuiſſe, & nunc eſſe, libenter non conceſſerim modo, verum etiam contenderim: ſed hi qui ſint, non cujuſque eſt pronuntiare. Tutius circa priores vel erratur, Quint. II, 5. Oculis igitur eruditis opus habet Imitator: primum, quia recondita non videntur, niſi eruantur: deinde, quia illa ipſa quæ apparent, ſæpenumero ita ſunt contexta, ut non niſi à perſpicaciſſimo Artifice ſentiantur: unde etiam cuivis perſpicuum fit, cur hæc Ars in principio deſideret magiſtrum, qui bona fide indicet imitanda, qui doceat, qui emendet ac dirigat, qui denique oſtendat qua diſſimilitudinis ſpecie ſimilia ſint occultanda. Occultator enim Artis ſuæ eſſe debet, qui Imitatoris boni famam quærit. Prorſus eſt puerile iiſdem per omnia linearum ductibus uti. Tametſi enim laudabile eſt ſequi Apellis Venerem Anadyomenen, aut Satyrum Protogenis, eorundemque lineamentorum coloribus atque umbris tam anxie inſiſtere, ut quam proxime ad ipſam abſolutiſſimi exemplaris ſimilitudinem accedamus; majus tamen eſt Artem illam quam Apelles in Alexandri imagine repræſentavit, eandem in Achillis pictura exprimere. Primus igitur conatus in eo conſiſtat, ut ſimilitudo non appareat; alter, ſi appareat, ut id videatur factum de induſtria: quod eruditorum tantum eſt proprium. Sed tum demum faciendum hoc eſt, quum contentione prorſus laudabili certa quædam abſconditæ ſimilitudinis gratia quæritur in rebus diverſis, ac ſolo tractationis genere ſimilibus. *Si alicujus in te comparebit ſimilitudo, quam admiratio tibi altius fixerit*, inquit Seneca epiſt. LXXXIV, *ſimilem eſſe te volo, quomodo filium, non quomodo imaginem. Imago res mortua eſt.*

Imitaturus non niſi conſultis propriis viribus ad imitationem aliorum ſe accingat.

§. 7. Intelligat igitur quiſque quod imitaturus eſt; &, quare bonum ſit, ſciat. Tum in ſuſcipiendo onere conſulat ſuas vires. Quamvis enim nonnulli occulta quadam ingeniorum ſimilitudine in quædam priorum Artificum veſtigia ſubinde incurrant, pleraque tamen ſunt inimitabilia; quibus aut infirmitas naturæ non ſufficiat, aut diverſitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit, ſola velit fortia & abrupta; cui forte quidem, ſed indomitum, amore ſubtilitatis & vim ſuam perdat, & elegantiam, quam cupit, non aſſequatur. Tenuia fortioribus, ut non dicam pinguioribus, ita caute miſcebimus, ne virtus utraque pereat ipſa confuſione. Nihil enim tam indecens, quam cum mollia dure fiunt. Sua cuique propoſita lex, ſuus decor eſt *. Ubi nos minus adjuvabit Ars, rerum inventione pugnandum erit: ſenſus ſublimes variique eruantur: illuminetur opus multo affectuum nitore. Non poſſumus eſſe tam graciles? ſimus fortiores. Subtilitate vincimur? prævaleamus pondere. Proprietas penes alios eſt certior? copia vincamus. Quorundam ingenia etiam minora ſuos portus habent? nos majoribus velis moveamur; validior ſpiritus noſtros ſinus tendat. Non tamen alto ſemper feremur, nam & littora interim ſequenda ſunt †. Nec facilis explicatio, quæ forma maxime excellat; ſed in omni re difficillimum eſt formam, quæ χαρακτὴρ Græce dicitur, exponere optimi; quod aliud aliis videtur optimum, varia enim ſunt judicia. In picturis nimirum, ut diximus, alios horrida, inculta, abdita, & opaca; contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant. Quid eſt, quo præſcriptum aliquod aut formulam exprimas, cum in ſuo quodque genere præſtet, & genera plura ſint? Hac religione à conatu non repellitur Artifex, exiſtimans in omnibus rebus eſſe aliquid optimum, etiamſi latet; idque ab eo poſſe, qui ejus rei gnarus eſt, judicari ‡. Itaque ne hoc quidem ſuaſerim, uni ſe alicui proprie, quem per omnia ſequamur, addicere. Longe perfectiſſimus Apelles; aliquid tamen aliquo in opere melius alii. Plurima ille; ſed non qui maxime imitandus, etiam ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic facere, quomodo Apelles fecit? mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamen nocet ad venuſtatem Apellis quibuſdam in locis aſſumere felicem illam Zeuxidis audaciam, Protogenis diligentiam, Timanthis ingenium, concinnitatem Nicophanis.

* *Quintil.* X, 2.

† *Quintil.* XII, 10.

‡ *Cicero de perfecto Oratore.*

Nam

Nam præter id quod prudentis eſt, quod in quoque optimum eſt, ſi poſſit, ſuum facere; tum in tanta rei difficultate unum intuentes, vix aliqua pars ſequitur. Ideoque, cum totum exprimere quem elegeris, pene ſit homini inconceſſum; plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat*. *Non eſt unus, quamvis præcipuus ſit, imitandus; quia nunquam par ſit imitator auctori. Hæc natura eſt rei, ſemper citra veritatem & minor eſt ſimilitudo*, Seneca rhetor in procemio libri primi Controverſiarum.

* Quintil. x, 2.

§. 8. Imitatio autem (nam ſæpius idem repetam) non fit tantum in cultu. Quamvis enim vulgus plerumque aſſiſtentium & affluens vagusque ſpectator, faſtidita obſoletiore illa ac priſcorum veterno inquinata pictura, non jam amplius perferat triſtem & impexam antiquitatem, ſed aſſueverit exigere quandam operis lætitiam & pulchritudinem; nequaquam tamen in eximiis antiquiorum Artificum operibus ea tantum, quæ ad cultum faciunt, ſollicite excerpenda nobis putabimus. Illuc potius intendenda mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus, quod conſilium, quæ diſpoſitio, quàm omnia, etiam quæ delectationi videntur data, ad famam ſpectent. Hæc ſi perviderimus, tum vere imitabimur. Qui vero etiam propria his bona adjecerit, ut ſuppleat quæ deerunt, circumcidat ſi quid redundabit, is erit (quem quærimus) Perfectus Artifex: nam erit hæc quoque laus ejus, ut priores ſuperaſſe, poſteros docuiſſe dicatur†. Sequatur igitur hic Artifex conſilium illud ſaluberrimum, quod olim agricolis dedit Varro lib. 1 de re Ruſt. cap. 18; *Antiquiſſimi agricolæ tentando pleraque conſtituerunt; liberi eorum magnam partem imitando: nos utrumque facere debemus: & imitari alios; &, aliter ut faciamus, experientia tentare quædam; ſequentes, non aleam, ſed rationem aliquam.* Quod ſi tum forte cuiquam detur novi aliquid prius inventis ſuperaddere, is profecto non priſcis modo Artificibus gloriam ſurripuiſſe, verum etiam poſt futuris gloriæ anſam præripuiſſe judicabitur. Atque hoc eſt illud potiſſimum in Arte; ideoque paulo pluribus verbis debet haberi venia.

Rectus imitator priorum Artificum virtutibus propria quoque ingenii dotes addere conabitur.

† Quintil. x, 2.

§. 9. Cæterum quum ex Quintiliani verbis liqueat, debere Artificem anxiæ Imitationis curæ ſuos quoque conatus addere, commode quoque eo, unde digreſſi eramus, reducimur, perſpicimusque quanto cum judicio negaverit Varro ‡, *Apellem, Protogenem, aliosque Artifices egregios reprehenſionem mereri, quod conſuetudinem Myconis, Dioris, Arimnæ, & aliorum ſuperiorum, non ſint ſecuti. Neque enim Lyſippus Artificum priorum potius eſt vitioſa ſecutus, quam Artem.* Phantaſia itaque exactiores rerum imagines animis illorum ſine exemplo ſuggerente, nihil profecto aliud quam bonæ mentis ejuratio videri potuiſſet, ſi ſlos hominum pravum illaudatæ conſuetudinis amorem inventis melioribus prætuliſſet. *Ego vero utar via veteri*, inquit Seneca epiſt. XXXIII, *ſed ſi propiorem invenero, hanc muniam. Qui ante nos iſta moverunt, non domini noſtri, ſed duces ſunt. Patet omnibus Ars; nondum eſt occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum eſt.* At non eſt integrum, inquiunt, conſtitutæ ſemel Artis regulas movere loco. Quid autem integrum non eſt ſapienti, quod reſtitui poteſt? *Certe enim recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maxime*, inquit Tullius lib. I Tuſc. quæſt. *Optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii. Cujusvis hominis eſt errare; nullius, niſi inſipientis, in errore perſeverare. Poſteriores enim cogitationes, ut ajunt, ſapientiores eſſe ſolent*, idem Philippica duodecima. Ἀναγράφει γὰρ καὶ ἡ γνώμη καὶ ἀνατυποῦται δημιουργίας κρεῖττον, *Mens enim deſcribit & format aliquid omni ſculptura picturave præclarius*, ut inquit Apollonius apud Philoſtr. lib. VI, cap. 9. Et Julianus Imp. Orat. VIII, Οὐ τὰ πρὸ τῶν ὀμμάτων ἡ φαντασία μόνον ἀποτυπωμένη, δίδωσι τῷ νῷ κρίνειν καὶ καθορᾶν· ἀλλὰ καὶ τὰ πόῤῥω μυριάσι σταδίων ἀπῳκισμένα, τῶν λεγομένων πρὸ ποδῶν καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, δείκνυσιν ἐναργέστερον: *Phantaſia, non ſolum ea quæ ſunt ante oculos, præbet menti judicanda & videnda: ſed & ea quæ multis ſtadiorum millibus inde diſſita, clarius illis quæ ante pedes & oculos ſunt, demonſtrat.* Atque hoc eſt grande illud beneficium phantaſiæ, traducentis vegeta & ſtrenua ingenia, à trita ſterilique receptæ imitationis orbita, ad Artis audaciam generoſiorem illam ac fiducia ſui novare quædam geſtientem. Πᾶσα γὰρ τέχνη ἰσχυρόν τι ἔχει καὶ θαῤῥαλέον ἐν τοῖς ἑαυτῆς: *Quælibet enim Ars vehemens aliquid atque imperterritum habet in ſuis rebus*, Arriani Epict. lib. II, cap. 13. Eximie quoque Caſſiod. Variarum II, 3. *Celſos curſus niſi confidentia magna non appetit; dum generoſi eſt animi optare, quod ſummum eſt. Audentes facit homines fiducia ſui; quæ ſe non patitur occulere, quem præcipit natura prodire.*

Vetuſtiores olim Artifices liberum ſibi putabant, melioribus inventis, à priorum recepta conſuetudine recedere.

‡ Lib. VIII. de L. L.

§. 10. Eſt certe aliquid Ars conſummata, neque ad eam pervenire natura humani ingenii prohibet: quod ſi non contingat, altius tamen ibunt qui ad ſumma nitentur, quam qui, præſumpta deſperatione quo velint evadendi, protinus circa ima ſubſtiterint; & quamvis optimos tranſeundi ſpes non ſit, magna tamen eſt dignitas ſubſequendi. *Humilis & inertis eſt, tuta ſectari: per alta virtus it*, Seneca cur bonis viris mala fiant, cap. 5. *Feratur igitur Ars non ſemitis, ſed campis: non uti fontes anguſtis fiſtulis colligatur, ſed ut latiſſimi amnes, totis vallibus fluat; ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat.*

Magni Artificis eſt majora ſemper, vel cum periculo, aggredi.

faciat. Nam quid lege miſerius illa, velut præformatas infantibus litteras perſequentium; &, ut Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſollicite cuſtodientium? Quint. v, 14. *Pleraſque Artes nihil magis quam ancipitia commendant. Vides, qui per funem in ſumma nituntur, quantos ſoleant excitare clamores, quum jam jamque caſuri videntur. Sunt enim maxime mirabilia quæ maxime inſperata; maximeque periculoſa, quæ grandi ſunt ſubjecta diſcrimini. Ideo nequaquam par gubernatoris eſt virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc, admirante nullo, illaudatus & inglorius ſubit portum: at quum ſtridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus & Diis maris proximus,* Plin. Junior IX, 26. Τὸ μὲν γὰρ ἀσφαλὲς, ἐπαινετὸν μόνον· τὸ δὲ ἐπικίνδυνον, καὶ θαυμάζεται: *Quod tutum eſt, laudatur ſolum: quod periculis obnoxium, etiam admirationi habetur,* Plutarch. de Educat. liberor. Quiſquis igitur ancipites atque aſperas ſibi deſumpſerit materias, altius & excelſius *in ore hominum aget; quorum ea natura eſt, ut dubia laudent, ſecura nolint,* Auctor Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ, cap. 38.

Magnæ magnorum Artificum mentes, ut virtutum, ita & vitiorum capaciſſimæ. § 11. Frænis tamen hic indigebunt Artifices, πολὺ τὸ ἀδέσποτον καὶ θυμικῶς ἐκφλεγόμενον ἔχοντες. Neque enim leve periculum erit, ne modum teneant ardentiſſima copioſiſſimaque præſtantium Artificum ingenia, ineſcata fallaci promptiſſime ſubeuntium imaginum illecebra. Ovid. lib. 1 de Remedio amoris, verſ. 45,

> *Terra ſalutiferas herbas, eademque nocentes*
> *Nutrit, & urticæ proxima ſæpe roſa eſt.*

Περὶ τὸ καινόσπουδον μάλιστα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν· ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν τἀγαθὰ, σχεδὸν ἀπ' αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ γίνεσθαι φιλεῖ: *Circa novitatis ſtudium ii, qui nunc ſunt, maxime inſaniunt. A quibus enim ipſa bona nobis, ferme ab iis ipſis, quæ mala ſunt, ortum ſuum habere ſolent,* Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 4. Videas itaque aridos ac jejunos Artifices fidelius fere, quod propoſuerant, premere. Nihil enim eos ſollicitat, nulla novæ Inventionis dulcedo alicunde ſubrepit. *Sic, quæ malam faciem habent, ſæpius pudicæ ſunt: non animus illis deeſt, ſed corruptor*.* Et hoc ipſum *certiſſimum eſt melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate ejus, ut illo male utaris,* Seneca in procemio libri ſecundi Controverſiarum.

* *Seneca Controverſ.* II, 1.

Artifices ingenio ſuo plus quam par eſt indulgentes, peſſime conſulunt Arti. §. 12. Videat itaque Artifex, ne luxuria exultantis nimiumque ſibi indulgentis animi monſtrificas, & à rerum natura abhorrentes imagines effingat. Μάλιστα δὲ κατόπτρῳ ἐοικυῖαν παρασχέσθω τὴν γνώμην, ἀθόλῳ καὶ στιλπνῷ, καὶ ἀκριβεῖ τὸ κέντρον, καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτά· διάστροφον δὲ, ἢ παράχρουν, ἢ ἑτερόσχημον μηδέν: *Præcipue vero ſpeculo ſimilem mentem præbeat, liquido nimirum & ſplendido, quodque accuratum centrum habeat, & quales operum formas receperit, tales etiam ſpectandas exhibeat: at nihil diſtortum, nihil colore, nihil ſpecie diverſum reddat,* Lucianus de Conſcrib. hiſtoria. Nequaquam igitur de qualibet phantaſia hæc, quæ diximus, intelligenda ſunt; ſed de viſionibus legitime conformatis. Νοεῖται ἡ φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη, καὶ ἐναποτετυπωμένη, καὶ ἐναπεσφραγισμένη, οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος: *Viſio ea eſſe intelligitur, quæ ex eo quod eſt, ſicut eſt, talis expreſſa & efficta, ſignataque ſit; qualis ex eo quod non eſt, effingi non poſſet,* ut recte ex ſententia Stoicorum Laërt. lib. VII, in Zenone.

Picturam ſemper oportet veri quid repræſentare. Igitur & ille, quem formamus, Artifex, quàm maxime poteſt componat ſe ad imitationem veritatis. *Si quæ figuræ ſunt, ex rebus conſiſtentibus fiant neceſſe eſt, non ex vacantibus: quia nihil poteſt ad ſimilitudinem de ſuo præſtare, niſi ſit ipſum quod tali ſimilitudine præſtet,* Tertullianus adverſus Hermogenem. Γραφική ἐστιν εἰκασία τῶν ὁρωμένων †, inquit Socrates apud Xenophontem lib. III Apomn. Antiqui certe, ſi credimus Vitruvio ‡, *quod non poteſt in veritate fieri, id non putaverunt, in imaginibus factum, poſſe certam rationem habere. Omnia enim certa proprietate, & à veris naturæ deducta moribus, traduxerunt in operum perfectiones; & ea probaverunt, quorum explicationes in diſputationibus rationem poſſunt habere veritatis.* Unde idem Vitruvius pretium operæ ſe facturum putavit, ſi alibi quoque ¶ præceptum hoc intentiore cura urgeret atque inculcaret. *Pictura ſit imago ejus quod eſt,* inquit, *ſeu poteſt eſſe; ut hominis, ædificii, navis, reliquarumque rerum, e quarum formis certiſque corporum finibus figurata ſimilitudine ſumuntur exempla. Itaque in conclavibus vernis & autumnalibus, æſtivis etiam atriis & periſtyliis conſtitutæ ſunt ab antiquis ex certis rebus certæ rationes picturarum. Sed hæc quæ à veteribus ex veris rebus exempla ſumebantur, nunc iniquis moribus improbantur: nam pinguntur tectoriis monſtra potius, quam ex rebus finitis imagines certæ. At hæc falſa videntes homines, non reprehendunt, ſed delectantur: neque animadvertunt ſi quid eorum fieri poteſt, nec ne. Judiciis autem infirmis obſcuratæ mentes, non valent probare quod poteſt eſſe cum autoritate & ratione decoris: neque enim picturæ probari debent, quæ non ſunt ſimiles veritati. Nec ſi factæ ſunt elegantes ab Arte, ideo de his ſtatim debet repente judicari, niſi argumentationis certas habuerint rationes, ſine offenſionibus probatas.* Horatius quoque,

† *Pictura eſt aſſimilatio eorum quæ videntur.*
‡ *Lib.* IV, *cap.* 2.
¶ *Lib.* VII, *cap.* 5.

que, in ipſo ſtatim initio judicioſiſſimi de Arte poëtica ſcripti, damnat prodigioſas & ægri ſomniis ſimillimas imaginum ſpecies*:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, & varias inducere plumas,
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?

Confutat exinde Horatius vulgatum errorem adſcribentium Pictoribus atque Poëtis parem quidlibet audendi licentiam:

- - - Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Scimus, & hanc veniam petimusque damusque viciſſim;
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Denique ſit, quod vis, ſimplex duntaxat & unum.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum ſylvis adpingit, fluctibus aprum.

* *Qualis erit pictura Onony-choetis Dei, in contumeliam Christianorum Romæ propoſiti. Vide Tertulliani Apologiam adverſus gentes, cap. 16.*

Pictoribus quidlibet audendi licentiam adſcribit vulgatus error.

Ad quæ verba Commentator vetus, *Fingendi poteſtas*, inquit, *debet eſſe artificioſa, non etiam immoderata.* Subit hic itaque mirari, quod homines ad ſingula ſtatim pictorum ac poëtarum portenta, licentiæ tam immanis patrocinium ab Horatio mutuari ſoleant; cùm luce meridiana clarius ſit, eum hanc fingentium vanitatem exoſam habuiſſe, & pro viribus hoc egiſſe, ne pernicioſæ huic veſaniæ porro indulgeant levia atque inepta ingenia. De ſuis igitur operibus pictor bonus dicet, quod de ſuis olim ſcriptis teſtatus eſt Martialis, lib. x, Epigr. 4:

Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyasque
Invenies: hominem pagina noſtra ſapit.

Neque male Lactant. divin. Inſtit. lib. 1, cap. 11: *Neſciunt homines qui ſit poëticæ licentiæ modus, quouſque progredi fingendo liceat: quum officium poëtæ in eo ſit, ut ea, quæ vere geſta ſunt, in alias ſpecies obliquis figurationibus cum decore aliquo converſa traducat. Totum autem, quod referas, fingere, id eſt ineptum eſſe, & mendacem potius quàm poëtam,* &c.

§. 13. Quum itaque licentia pudenter ſumpta maxime ſemper commendet Artificem, minime quoque videtur hic prætereunda inſignis Plutarchi † ſuper hac re obſervatio: ἐν, Ῥώμῃ τινὲς τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἐν μηδενὶ λόγῳ θέμενοι, περὶ τὴν τῶν τεράτων ἀγορὰν ἀναστρέφονται, τοὺς ἀκνήμους, καὶ τοὺς γαλεάγκωνας, καὶ τοὺς τριοφθάλμους, καὶ τοὺς στρουθοκεφάλους καταμανθάνοντες, καὶ ζητοῦντες εἴ τι γεγένηται σύμμικτον εἶδος καὶ ἀποφώλιον τέρας· ἀλλ' ἐὰν συνεχῶς τις ἐπάγῃ τοῖς τοιούτοις αὐτοὺς θεάμασι, ταχὺ πλησμονὴν καὶ ναυτίαν τὸ πρᾶγμα ποριεῖ: *Romæ quidam picturis ſtatuisque ſpretis in monſtrorum foro aſſidue obverſantur, cruribus carentes, brevibus lacertis, tribusque oculis fædos, nec non paſſerculorum capitibus præditos avide contemplantes, & quærentes num aliud aliquod prodigioſum mixti generis monſtrum occurrat. Si quis tamen ſæpiuſcule ad iſtiusmodi ſpectacula advocet eos, cito ſatietatem ac nauſeam perſentiſcent.* Quamobrem neque dubium cuiquam eſſe poteſt, quin toto errent cœlo; qui rectum opus & ſecundum naturam expreſſum, nihil ex ingenio habere arbitrantur; illa vero, quæ utcunque deflexa ſunt, tanquam exquiſitiora mirantur: *Non aliter quàm diſtortis & quocunque modo prodigioſis corporibus apud quoſdam majus eſt pretium, quàm iis quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt,* Quintil. 11, 5.

Monſtroſa & inſanæ novitatis luxuria ſpectabilis Pictura, ut ut primo intuitu non ingrata eſſe videatur, tandem tamen faſtidium creat.

† Περὶ πολυπραγμοσύνης.

Sed quoniam in hoc Capite frequens Pictorum ac Poëtarum mentio peroportune injecta fuit, diſpiciendum porro videtur, quænam ſint præcipua arctiſſimi illius nexus, qui Picturam & Poëſin continet, vincula: cùm præſertim apud omnes in confeſſo ſit, eam, de qua nunc egimus, Phantaſiam Poëtis non minus quàm Pictoribus competere: memores interim, pleraque eorum quæ de Pictoribus dicentur, ad reliquos etiam imitandi Artifices pertinere.

CAPUT IV.

Poſtquam in ipſo quarti Capitis initio docuimus omnes variæ eruditionis partes magnis inter ſe nexibus contineri, comparatione quadam inter Picturam & Poëſin inſtitutâ, totum deinde Caput, pro ratione ſex proprietatum Pictoribus ac Poëtis utrimque communium, in totidem ſectiones dividimus.

I. *Utraque ſequitur occulta quædam naturæ ſemina, & ludibundam impetus arcani laſciviam. Videas enim æſtuantia Pictorum Poëtarumque præcordia ad placitas Artes quodam quaſi fatorum ſtimulo ſine miſſione impelli. Quin etiam ipſi ſæpe perſentiſcunt cæleſtem divini afflatus inſtinctum, nova quadam inſolitarum rerum ſpecie attonitæ ſemel mentis furorem proritante. Haud alios itaque felicius atque ipſis fatis veluti manu-ducentibus conſtat animos ad Picturam Poëſinque applicuiſſe, quàm quos inſitus quidam atque ex occulto erumpens igneæ mentis vigor tam ad hanc quàm ad illam ſua ſponte incitat. Hinc etiam evincitur Artem non minus debere Naturæ quàm doctrinæ. Videmus denique ipſos Pictores & Poëtas cupidine decôris illius, qui impetuoſum hunc pronæ mentis inſtinctum ſolet ſubſequi, iis potiſſimum operibus admovere manum, ad quæ ſuffragante Natura maxime propendere ſibi videntur.*

II. *Utraque, propoſitum ſibi habens unum eundemque ſcopum, contenta eſt viva divinarum humanarumque rerum imitatione.*

III. *Utraque mentibus humanis fallaciſſimæ admirationis illecebra turbatis ſuaviter illudit, animiſque ſpectatorum mirifico horrore adhuc ſtupentibus audaciam Imitationis pro ipſa rerum veritate obtrudit.*

IV. *Utraque animis fraude non imperceptâ delinitis qualemcunque viſum eſt legem affectuum dicit.*

V. *Utraque Deorum hominumque virtutibus debitam gloriam ſempiternæ omnium ſæculorum memoriæ conſecrat.*

VI. *Utraque Phantaſiæ viribus adjuta, nihil humile cogitat, nihil vulgare ſapit. Phantaſia etenim Pictores Poëtaſque velut in rem præſentem deducente, altius eriguntur, impetumque erumpere geſtientem ægerrime ſuſtinentes, & irrequieto intra ſe tumultui impares, per varium ac multiplex concitatæ mentis tormentum egerunt inſolitas rerum ſpecies, & ſimillima vaticinantium furoribus commenta. In affectibus denique movendis potiſſimum dominantur ii, qui præſentioris efficacioriſque Phantaſiæ beneficio quàm proxime ad Perſpicuitatem accedunt.*

Artes omnes quodam veluti cognationis nexu inter ſe continentur. Præcipue tamen Pictoribus atque Poëtis mire in multis convenit.

VEro verius eſt illud Tullii pro Archia Poëta; *Omnes Artes*, inquit, *quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione inter ſe continentur.* Tertullianus de Idololatria; *Nulla Ars, non alterius Artis*, inquit, *aut mater, aut propinqua eſt.* Quare cùm inſtituti operis ratio poſtulet, ut hujus dicti veritatem in mutua Poëſios ad Picturam relatione demonſtremus, omiſſa quidlibet audendi licentia, quam ſatis impudenter ſibi ipſis arrogare ſolent infelicioris genii Pictores, & *Sæcli incommoda, peſſimi Poëtæ**, pauca quædam in medium afferemus, unde appareat Poëſios ac Picturæ pene idem eſſe ingenium, Καὶ ὅτι στενῷ τῷ ἰσθμῷ διώρισται, ut inquit Lucianus de Conſcrib. hiſt. hoc eſt, *arcto interſcinduntur freto*, ut Livius loquitur lib. XXVIII ab U. C. Atque adeo hujus etiam affinitatis intuitu antiquiſſimum diſtichon, imagini Ennii olim ſubſcriptum, dicit eum pinxiſſe facta patrum. Exſtat id Tuſcul. quæſt. lib. 1;

* Catull. Carm. 14.

Adſpicite, ô cives, ſenis Ennii imagini' formam,
Hic veſtrûm pinxit maxima facta patrum.

I. Utraque certe ſequitur occulta quædam naturæ ſemina; unde perſæpe videas cùm Poëtas, tum Pictores, ad amorem Artis non tam provido multum diuque penſitatæ rationis conſilio duci, quàm cæco quodam avidæ mentis impetu trahi atque impelli. De Poëtis eſt illud Ciceronis lib. 1 Tuſcul. quæſt. *Non puto Poëtam grave plerumque carmen ſine cæleſti aliquo mentis inſtinctu fundere.* Et in Orat. pro Archia Poëta; *Sic à ſummis hominibus eruditiſſimiſque accepimus, cæterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtare; Poetam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi divino quodam ſpiritu afflari. Quare ſuo jure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas, quod quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur.* Ovidius Faſtorum lib. VI, circa initium,

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Et

Et rurſus IV de Ponto, Eleg. 2,

Impetus ille jacet, qui vatum pectora nutrit.

Vide Platonem in Ione. De Pictoribus eſt illud Plinii, nat. Hiſt. lib. XXXV, cap. 10, *Nicophanes impetuoſi animi, & cui pauci comparentur:* & rurſus, *Impetus animi, & quædam artis libido in hæc potius tulere Protogenem.* Recte ſane *quædam artis libido*, quum nulli unquam felicius tractent Artes, quàm qui ad eas concitatione quadam animi & ſoluto liberoque motu feruntur. *Male reſpondent coacta ingenia: reluctante natura irritus labor eſt*, Seneca de Tranquill. animi, cap. 6. Recte quoque Photius in excerptis ex vitis decem Rhetorum, ubi de Demoſthene agit, οὐκ ἔστιν ἱκανὴ τέχνη κατορθῶσαι τὸ βούλημα, μὴ συνεργὸν ἔχουσα καὶ τὴν τῆς φύσεως ἰδιότητα. *Non valet Ars voluntatem ſufficienter dirigere, niſi ei ſubſidium proni ingenii acceſſerit.* Atque hoc illud eſt quod *Peripatetici nihil quemquam, niſi quod libeat, præclare facere poſſe dicunt*, Tullius lib. IV Tuſcul. quæſt. Hanc *Artis libidinem* Calliſtratus in Baccha, ἐνθουσιασμὸν τῆς τέχνης, *divinum afflatum Artis*, dixit. Suidas quoque in Ἰάκωβος ἰατρὸς, poſt magnifica eximii medici præconia, tribuit eidem, τὴν ἐρωτικὴν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπιμέλειαν, ἣ μάλιστα φιλεῖ τοὺς τεχνίτας ἑκάστους οἰκειοῦν καὶ προσάγειν τοῖς ἐφόροις τῆς τέχνης· οὕτω καὶ Φειδίαν ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν, οὕτω καὶ Ζεῦξιν εἰκάζειν τὰ ἀγάλματα: *Amatoriam Artis diligentiam, quæ ſingulos Artifices maxime conciliare, & Artis præſidibus commendare ſolet: Sic & Phidiam numine afflatum ſtatuas feciſſe, & Zeuxim imagines effinxiſſe.* Ineſſe igitur Pictoribus debent animi atque ingenii celeres quidam motus, qui & ad excogitandum acuti, & ad exprimendum ornandumque ſint uberes. Neque eſt quod quis hæc Artium ſemina putet ab Arte poſſe proficiſci; ſunt enim naturæ donum: & præclare ſe res habet, quod hæc augeri & excoli Arte poſſunt, inſeri certe & infundi ab Arte non poſſunt. Atque ex hoc nata eſt quæſtio, quam decidit Horat. in Arte,

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt. Ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quid proſit video ingenium. Alterius ſic
Altera poſcit opem res, & conjurat amice.

Cicero pro Archia Poëta, *Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina naturæ ipſius habitu prope divino exſtitiſſe fateor: etiam illud adjungo, ſæpius ad laudem atque virtutem naturam ſine doctrina, quàm ſine natura valuiſſe doctrinam. Atque idem ego contendo; cum ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioque doctrinæ, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolere exiſtere.* Idem lib. II Tuſcul. quæſt. *Ut ager, quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt; ſic ſine doctrina animus. Ita eſt utraque res ſine altera debilis.* Cornificius lib. III Rhet. ad Herennium, *Ars naturæ commoda confirmat & auget.* Præclare Quintil. II, 19, *Scio quæri, naturane plus ad artem conferat, an doctrina. Quod ad propoſitum quidem noſtri operis nihil pertinet. Nec enim conſummatus artifex, niſi ex utraque fieri poteſt. Plurimum tamen referre arbitror, quam eſſe in hoc loco quæſtionem velimus. Nam ſi parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam ſine doctrina multum valebit, doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. Sin ex pari coeant; in mediocribus quidem utriſque, majus adhuc naturæ credam eſſe momentum: conſummatos autem, plus doctrinæ debere quàm naturæ putabo: ſicut terræ nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit; e terra uberi, utile aliquid etiam nullo colente naſcetur: at in ſolo fœcundo, plus cultor, quàm ipſa per ſe bonitas efficiet. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exſculpere, Parium marmor mallem rude: at ſi illud artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet quàm in marmore. Denique natura materiæ, ars doctrinæ eſt. Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars ſine materia; materiæ etiam ſine arte pretium eſt. Ars ſumma, materia optima melior.* Sufficeret hoc, niſi unum his adjiciendum eſſet ex eodem Quintiliano*, cum præcipue in operibus ſpectetur decorum, Naturæ tamen beneficio *ſæpe aliud alios decere. Eſt enim latens quædam in hoc ratio, & inenarrabilis: &, ut vere hoc dictum eſt, Caput eſſe artis, decere quod facias; ita id neque ſine arte eſſe, neque totum arte tradi poteſt. In quibuſdam virtutes non habent gratiam: in quibuſdam vitia ipſa delectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclem placere diverſis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quòd alter Deos, & juvenes, & bonos patres, ſervoſque, & matronas, & graves anus optime: alter acres ſenes, callidos ſervos, paraſitos, lenones, & omnia agitatiora melius. Fuit enim natura diverſa: nam vox quoque Demetrii jucundior, illius acrior. Annotandæ magis proprietates, quæ transferri non poterant: manus jactare, & dulces exclamationes theatri cauſa producere, & ingrediendo ventum concipere veſte, & nonnunquam dextro latere facere geſtus, quod neminem alium præter Deme-*

* Sub finem libri XI Orat. inſtitutionum.

trium

trium decuit; namque in hæc omnia ſtatura & mira ſpecie adjuvabatur. Illum curſus, & agilitas, & vel parum conveniens perſonæ riſus, (quem non ignarus rationis populo dabat) & contracta etiam cervicula. Quicquid horum alter feciſſet, fœdiſſimum videbatur. Quare nôrit ſe quiſque: nec tantum ex communibus præceptis, ſed etiam ex natura ſua capiat conſilium formandi operis. Neque illud tamen eſt nefas, ut aliquem vel omnia vel plura deceant. Propert. lib. III, Eleg. 8:

Turpe eſt, quod nequeas, capiti committere pondus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur ulla jugo.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis.
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.
Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.
Exactis Calamis ſe mihi jactat equis.
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles, &c.

Quamvis præſtantiſſimi ſæpè Artifices inter ſe diſſimillimi videantur, ſinguli tamen ita pingunt, ut nihil iis neque à Natura denegatum, neque à doctrina non adjectum eſſe videatur.

Liquet ergo non ſtatim in Arte pejus eſſe, quicquid aliquo modo diverſum. *Natura nulla eſt, ut mihi videtur, quæ non habeat in ſuo genere res complures diſſimiles inter ſe, quæ tamen conſimili laude dignentur. Una fingendi eſt ars, in qua præſtantes fuerunt, Myro, Polycletus, Lyſippus: qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt; ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem. Una eſt ars ratioque picturæ, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quiſquam eſt, cui quidquam in arte ſua deeſſe videatur,* Tullius lib. III de Oratore. Ἄλλος πρὸς ἄλλο τι πέφυκε: *Alius ad aliud quid natus eſt,* Arriani Epict. lib. III, cap. 15. Effervelcit nempe vivida pulcherrimæ naturæ vis, dum formam ſui quiſque & ingenii & animi paratiſſime reddit. Pauſias ſane Pictor multiplicem florum varietatem feliciſſime expreſſit, dum opera Glyceræ coronariæ, quam deperibat, Pictura imitaretur, *& illa provocans variaret: eſſetque certamen artis ac naturæ: quales etiom nunc extant artificis illius tabellæ: atque in primis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipſam,* Plin. XXI, 2. Androcydes Pictor piſcibus circa Scyllam pictis nobilitatur, creditusque eſt eos (tanquam qui piſcibus impenſe gauderet) magis affectu exſtimulante pinxiſſe, quàm Arte magiſtra, Plutarch. Sympoſiacôn lib. IV, quæſt. 2; & Athenæus lib. VIII, cap. 5. Parrhaſius magno cultu paratuque, multis quoque corporis animique deliciis diffluens, ἁβροδίαιτος ἀνήρ, gravem animi libidinoſi morbum mollibus laſcivisque tabulis prodidit. Talis eſt tabula Suetonio memorata in Tiberio, cap. 44. Verum hanc in iis *libidinem Artis* ex nimia inſanientium animorum libidine impetum ſumpſiſſe dicas: reliquæ autem, quas referemus, proprietates, ex peculiari quadam ad hoc vel illud pronitate naſcentes, eoque in alios nonniſi raro & imperfecte translatæ, minime ſunt hic prætereundæ. Plurimum enim ea, quæ diximus, juvant.

Artificum præſtantiſſimi peculiare aliquod latentis ingenii veſtigium in opera ſua transfundunt.

Propriæ Lyſippi videntur eſſe argutiæ operum, cuſtoditæ in minimis quoque rebus, Plin. XXXIV, 8.

Proprium Polycleti, ut uno crure inſiſterent ſigna, Plin. XXXIV, 8.

Præcipua Apellis in arte venuſtas fuit, Plin. XXXV, 10.

Zeuxis muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præſtabat, Tullius lib. II de Inventione.

Neque ille Callicles, quaternum digitum tabellis nobilis cum eſſet factus; tamen in pingendo adſcendere potuit ad Euphranoris altitudinem, Varro de vita populi Romani, apud Soſipatrum lib. I.

Chæreas optime fecit Reges, Plin. XXXIV, 8. Atque hic obiter obſerva antiqui fuiſſe moris Reges mortuos honoris ergo aquilarum tergis in cœlum quaſi ſubvehendos fingere ac pingere. ἔθος παλαιὸν ἀποθνήσκοντας τοὺς βασιλέας πλάσσειν τε καὶ γράφειν ἐπ' ἀετῶν ὀχουμένους, καὶ διὰ τούτων τῶν δημιουργημάτων τιμᾶν, Artemidorus lib. II Oneirocrit. cap. 20. Et quoniam Deos humanam aſſumentes formam, *ſemper ambit nimbus*, ut loquitur Servius ad verſum 839 quarti Æneidos, pingebant etiam Deos nimbo cinctos. Et rurſus ad verſum 613 ſecundi Æneid. *Nimbus vel nubes divina eſt fulvidum lumen quod Deorum capita tingit.* Ad verſum denique 387 tertii Æn. *Propriè Nimbus eſt, qui Deorum vel imperantium capita, quaſi clara nebula, ambire fingitur.* Solebat quoque ſtatuis Principum Diis adſcriptorum addi *lux divinum verticem claro orbe complectens*, ut eſt in Panegyrico Maximiano Aug. dicto. *Radiatum caput* dicitur Plinio in Grat. act. pro Conſ. Quamquam & alia non minora in Regum atque Imperatorum imaginibus effingendis commenta eſt adulatio: *Apelles in templo Epheſiæ Dianæ pinxit Alexandrum Magnum fulmen tenentem,* Plinius XXXV, 10. *Auguſto ſimulacrum factum eſt cum Apollinis conjunctis inſignibus*, Servius ad verſum 10 Eclogæ quartæ. Innumera hujuſce rei

Cave confundas hunc Deorum atque imperantium Nimbum cum lunatis umbellis, quas μηνίσκους vocabant, & quarumvis ſtatuarum capitibus

rei exempla paſſim occurrunt in hiſtoriis. *Etiam lumen, quod circa Angelorum capita pingitur*, inquit Iſidorus lib. XIX, cap. 31, *vocatur Nimbus, licet ſit denſitas nubis.* Cur vero in Angelorum pictura neceſſario ſemper adhibeatur puriſſimi ſplendoris hilaritas, docemus infra libri tertii cap. 3, §. 8.

imponebant, ne ab avibus conſpurcarentur. Vid. Scholia in Ariſtophanis Aves; Heſychium & Suidam.

Euphranor primus videtur expreſſiſſe dignitates & inſignia Heroum, Plin. XXXV, 11. Quoniam vero Plinius inſignium hic meminit, obiter quoque ex epiſtolis Philoſtrati videtur addendum, Heroas ut plurimum ab antiquis excalceatos fuiſſe depictos; contra quàm pingebantur valetudinarii ac ſenes. Philocteten tamen, ut claudum atque ægrum, calceatum pinxerunt; Jaſonem vero, altero tantum pede calceatum. Λαυλία, καὶ σανδάλια, καὶ κρηπῖδες, καὶ πέδιλα, inquit Philoſtratus*, νοσούντων ἀεὶ φορήματα ἢ γερόντων. Τὸν γοῦν Φιλοκτήτην ἐν τούτοις γράφουσι τοῖς ἐρύμασιν, ὡς χωλὸν καὶ νοσοῦντα· τὸν δὲ ἐκ Σινώπης φιλόσοφον, καὶ τὸν Θηβαῖον Κράτητα, καὶ τὸν Αἴαντα, καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἀνυποδήτους· καὶ τὸν Ἰάσονα ἐξ ἡμισείας· λέγεται γὰρ ὡς τὸν Ἄναυρον διαβαίνοντος αὐτοῦ τὸν ποταμόν, &c. *Lautia, ſandalia, crepidæ, calcei, ægrotantium ſunt geſtamina, vel ſenum. Pictores itaque muniunt Philoctetem calceis, tanquam claudum & ægrum: Sinopenſem vero Philoſophum, & Thebanum Cratetem, & Ajacem, & Achillem diſcalceatos pingunt: at Jaſonem ex parte dimidia. Fertur enim fluvium Anaurum tranſiturus.* Vide locum; nec non Hyginum, fabula XII; & Macrobium in ſomn. Scipionis lib. V, cap. 18. Μονοκρηπίς, una crepida indutus; Mercurii epitheton; quòd is crepidarum alteram Perſeo ad Gorgonas volanti dederit; vide Suidam. Ex hoc more proficiſcitur etiam, quòd Valer. Maximus velut inuſitatum quid annotat, L. Scipionis Aſiatici ſtatuam chlamydatam & crepidatam in Capitolio fuiſſe; *quo habitu videlicet quia aliquando uſus fuerat, effigiem ſuam formatam poni voluit*; vide Val. Max. lib. III, cap. 6. *L. Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit*, inquit Cicero†, *Antiochumque devicit, non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis.* Referenda eſt etiam horridior atque inculta barba inter inſignia Heroüm; nam *Heroës non fuerunt ſoliti tondere barbam*, Servius ad verſ. 393 tertii Æneid. quemadmodum & canis proſequens; vide Pollucis Onomaſticon, lib. I, cap. 4, §. 2. Heroas quoque in pellibus olim pingebant fingebantque. Συνήθες τοῖς ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν, inquit Scholiaſtes Apollonii Rhodii, ad verſ. 324 lib. I Argonaut. Præcipue tamen Herculem fingebant cum pelle; unde eum Tertullianus de Pallio *Scytaloſagittipelligerum* vocat, quòd clavam, ſagittas, & pellem gereret. *Pellem habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur*, Feſtus. Qualis olim fuerit ſtatua Herculis, docet Suidas in Ἡρακλέους ἄγαλμα, & in Ἡρακλῆς. Qualis fuerit ejus pictura, docet Cedrenus. Οὐ μόνον τῷ θλιπαθεῖ Ἡρακλεῖ, ἀλλὰ καὶ τῷ λογίῳ Ἑρμῇ, τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας οἱ ποιηταὶ ἐγχειρίζουσι: *Non ſolum ærumnoſo Herculi, ſed & logio Mercurio, Amaltheæ cornu in manu tradunt Poetæ*, Photius epiſt. 209. Στερφόπεπλος ὁ Ἡρακλῆς, διὰ τὸ δέρμα τοῦ λέοντος, ὃ εἶχεν ἀντὶ περιβολαίου, Etymologicus in Στέρφος. Καλωπίδες, (f. Καλωμίδες) ἅπερ οἱ νομεῖς κατὰ τῶν ὤμων φοροῦσι δέρματα, Heſychius. Heroum quoque pictis fictiſque imaginibus appoſitos olim dracones, (*innoxia numina*, ut loquitur Lucanus lib. IX Pharſaliæ, verſ. 727) diſcimus ex Callimachi Epigrammate XXIX: atque inde eſt quod Artemidorus paſſim draconem Jovi, Soli, Cereri, Proſerpinæ, Triviæ, Æſculapio, Heroibus ſacrum facit. Erant enim dracones veluti cuſtodes ædium ſacrarum. Vide Heſychium in Οἰκουρὸν ὄφιν; quemadmodum & Macrobium lib. I Saturnal. cap. 20, ubi rationem affert, cur *ædium, adytorum, oraculorum, theſaurorum cuſtodia draconibus aſſignetur.* Vetus Scholiaſtes in Plutum Ariſtophanis, Κοινῶς μὲν πᾶσι τοῖς ἥρωσι δράκοντες παρετίθεντο· ἐξαιρέτως δὲ τῷ Ἀσκληπιῷ· δράκοντες δὲ λέγονται ἀπὸ τοῦ δέρκω, ὅ ἐστι βλέπω· ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον· ἀνιέρωται δὲ τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐπειδὴ τὸ γῆρας ἀποβάλλει· καὶ ἡ ἰατρικὴ δὲ φυλάττει φύσει τὸ νέον, ἐξωθοῦσα τὰ νοσήματα. *Serpenti multa creduntur ineſſe remedia, & ideo Æſculapio dicatur*, Plin. lib. XXIX, cap. 4. *Simulachris Æſculapii & Salutis*, inquit idem Macrobius loco proxime citato, *junguntur figuræ draconum; quia præſtant ut humana corpora, velut infirmitatis pelle depoſita, ad priſtinum revireſcant virorem; ut vireſcunt dracones, per annos ſingulos pelle ſenectutis exuta.* Adde his Pompejum Feſtum: *Dracones*, inquit Feſtus, *dicti* ἀπὸ τοῦ δέρκειν, *quod eſt videre: clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex cauſa incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſa finxerunt antiqui; ideoque Æſculapio attribuuntur, quod vigilantiſſimi generis putantur: quæ res medicinæ maxime neceſſaria eſt.* Et rurſus alibi; *In inſula Æſculapio facta ædes fuit; quòd ægroti à medicis aqua maxime ſuſtententur. Ejuſdem eſſe tutelæ draconem; quòd vigilantiſſimum ſit animal, quæ res ad tuendam valetudinem ægroti maxime apta eſt. Canes adhibentur ejus templo; quòd is uberibus canis ſit nutritus. Bacillum habet nodoſum; quòd difficultatem ſignificat artis. Laurea coronatur; quòd ea arbor plurimorum ſit remediorum. Huic gallinæ immolabantur.* Cæterum hæc ratio Æſculapium videtur potiſſimum ſpectare, neque eſt quòd ei ſoli diutius immoremur. Quamobrem igitur Heroibus draconem maxime conſecraverint veteres,

* In epiſt. ad excalceatum adoleſcentulum.

† Pro C. Rabirio Poſthumo.

D docet

docet nos Plutarchus ſub finem vitæ Cleomenis. Niſi malis ob hoc potiùs attributum Heroibus ſerpentem, quòd princeps generis Ophiogenum è ſerpente in Heroëm ſit mutatus, ut eſt apud Strabon. lib. XIII, & Ælian. lib. XII de Animalib. cap. 39: aut quod cum Nicotelea matre Ariſtomenis Meſſenii dæmon quiſpiam aut Deus ſumpta draconis forma concubuerit: quod ipſum quoque de Olympiade Macedones, de Ariſtodama Sicyonii memoriæ prodiderunt; vide Pauſan. lib. IV. De Scipionis matre paria tradit A. Gellius lib. VII noct. Attic. cap. 1: de Atia matre Auguſti, Sueton. in Auguſto, cap. 94. Aut quod draconibus certa quædam vis divinationis ineſſe videatur; quandoquidem, teſte Luciano de Aſtrologia, apud Delphos draco ſub tripode vocem edit. Diſcimus etiam ex Plin. X, 49, & Scholiaſte Apollonii, ad verſ. 118 lib. I Argonaut. ſerpentes vaticinandi peritiam inſpiraſſe Melampodi: prorſus ut Auctor brevium ſcholior. ad verſ. 44 Iliad. H, tradit id ipſum quoque uſu veniſſe Heleno & Caſſandræ. Epirotæ quoque ex draconibus Apollini ſacris de anni fertilitate aut ſterilitate divinant: vide Ælian. lib. XI de Animal. cap. 2 & 16. *In prodigiis accepimus*, inquit Plinius*, *ſerpentem latraſſe, cùm pulſus eſt regno Tarquinius*. Vide Heſych. in Ὄφεις. Phœnices adhæc atque Ægyptii divinitatem quandam ſerpentibus tribuebant, quòd non exteriorum membrorum adminiculo, inſtar aliorum animantium, ſed intrinſeca quadam vivaciſſimi ſpiritus virtute velociſſime incederent, totumque corpus in varias formas mira lubricitate torquerent: accedebat longævitas, & novus exuta ſenili pelle redivivæ juventutis vigor. Teſtatur denique Euſebius † Ægyptios imaginem Mundi à ſerpentibus petere; etenim ſerpentem accipitris caput habentem in medio circulo extendebant. Circulus repræſentabat Mundi magnitudinem ac formam. Serpens referebat bonum dæmonem, Univerſi conſervatorem, hoc eſt, divinum illum ſpiritum per omnia diffuſum, & animalem quandam intelligentiam omnia permeantem. Virgilius lib. VI Æneid.

* *Lib. VIII nat. Hiſt. cap. 41.*

† *Circa finem libri primi de Præparat. Evangel.*

Principio cœlum, ac terras, camposque liquenteis,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus.
Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Servius ad verſ. 85 quinti Æneïd. *Annus ſecundùm Ægyptios indicabatur, ante inventas literas, picto dracone, caudam ſuam mordente; quia in ſe recurrit.* Vide quoque Claudian. lib. II de Laudibus Stiliconis, verſ. 428. Quàm varias interim reconditaſque res inter hieroglyphica Ægyptiorum ſymbola imago ſerpentis deſignaverit, docet Kircherus Obeliſci Pamphilii lib. IV, hierogrammatiſmo 17, ſicuti & lib. V, hierogramm. I. Heroinas textrinæ olim intentas fuiſſe, maritis maxima quæque pericula terra marique adeuntibus, notius eſt quàm ut multis indigeat exemplis. In tranſitu tantùm videtur hic obſervandum, ſtantes texuiſſe; qua de re vide Servium ad verſ. 14 ſeptimi Æneidos, quemadmodum & Heſychium in ἐμπροβόρβαι; nec non Etymologicum in ἐποιχομένην, quibus adde Euſtathium ad verſ. 31 Iliad. Λ, ubi tradit antiquiſſimas illas textrices operi intentas, propter latitudinem (ut videtur) telæ ſtantes, atque etiam hac illac diſcurſantes opus feciſſe. Ægyptiarum vero fœminarum aliquam primam texuiſſe ſedentem; Ægyptioſque exinde ſedentis Palladis imagines paſſim conſecrâſſe. Idem porro Euſtathius ad verſ. 92 Iliad. Z, teſtatur ſimulachra Minervæ in Phocæa & Chio, nec non Maſſiliæ ac Romæ ſedentia conſpici. Conſulatur etiam Strabo lib. XIII, pag. 601 editionis Caſaubonianæ.

Dionyſius nihil aliud quàm homines pinxit, ob id Anthropographus cognominatus, Plin. XXXV, 10.

Nicias Athenienſis diligentiſſime mulieres pinxit, Plin. XXXV, 11: & mox ibidem; *Huic adſcribuntur quadrupedes. Proſperrime canes expreſſit.*

Apellas fecit adorantes fœminas, Plin. XXXIV, 8.

Antimachus & Athenodorus fecerunt fœminas nobiles, Plin. XXXIV, 8.

Ariſtodemus fecit luctatores, Plin. XXXIV, 8.

Apollodorus, Androbulus, Aſclepiodorus, Alevas fecerunt Philoſophos, Plin. XXXIV, 8. Atque in hac eorum repræſentatione, ut ſingulos certa quædam proprietas diſtingueret, curabant. *Per gymnaſia pinguntur Areopagitica vel Prytaneum, Zeuſippus* ‡ *cervice curva, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute diſtenta, Diogenes barba comante, Socrates coma candente, Ariſtoteles brachio exſerto, Xenocrates crure collecto, Heraclitus fletu oculis clauſis, Democritus riſu labris apertis, Chryſippus digitis*

‡ *Fort.* Speuſippus.

digitis propter numerorum indicia conſtrictis, Euclides propter menſurarum ſpatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corroſis, Sidon. Apollin. lib. IX, epiſt. 9. Ad quæ verba vide Savaronem.

Calamis fecit quadrigas, bigaſque, equis ſemper ſine æmulo expreſſis, Plin. XXXIV, 8.

Serapion ſcenas optime pinxit, Plin. XXXV, 10.

Pyreicus arte paucis poſtferendus, tonſtrinas ſutrinaſque pinxit, Plin. XXXV, 10.

Calaces comicis tabellis inclaruit, Plin. XXXV, 10.

Ludio D. Auguſti ætate primus inſtituit amœniſſimam parietum picturam, villas, & porticus; ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piſcinas, euripos, amnes, littora qualia quis optaret, varias ibi obambulantium ſpecies, aut navigantium, terraque villas adeuntium aſellis aut vehiculis. Jam piſcantes, aucupanteſque, aut venantes, aut etiam vindemiantes. Sunt in ejus exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villæ; & qui ſuccollantium ſpecie labantes, mulieres trepidas ferunt: plurimæ præterea tales argutiæ, & facetiſſimi ſales. Idemque ſubdialibus maritimas urbes pingere inſtituit, blandiſſimo adſpectu, minimoque impendio, Plin. XXXV, 10. Vide Catalogum artificum in *Ludius*.

II. Utraque plurimum imitationi vacat: cernas enim Poetas Pictoreſque mutua æmulatione non modo formas Deorum audaci conatu deſignare, verum etiam in hominibus & humanis actionibus imitandis totos eſſe: exprimunt convivandi laſcivam hilaritatem, venandi laborioſam amœnitatem, prœliandi cruentam diritatem, naufragiorum inevitabilem horrorem, feralem alligatorum in profundiſſima cœci carceris nocte ſquallorem ac ſitum; quicquid denique uſpiam ſe noſtris ingerit oculis. De Poëtis eſt illud Hermogenis: Ἡ ποίησις, inquit*, μίμησις ἁπάντων ἐςι· ὁ δὲ μετὰ τῆς περὶ λέξιν κατασκευῆς ἄριστα μιμούμενος καὶ ῥήτορας δημηγοροῦντας, καὶ κιθαρῳδοὺς πανηγυρίζοντας, ὥσπερ τὸν Φήμιον καὶ Δημόδοκον, καὶ τὰ ἄλλα πρόσωπά τε, καὶ πάντα πράγματα, οὗτος ἄριστος ἐςι ποιητής: *Poëſis eſt imitatio omnium: qui vero eloquutionis conſtitutione eximia refert oratores ad populum orationem habentes, & citharœdos in cœtu Græcorum canentes, Phemium puta & Demodocum, item qui optime effingit alias perſonas, & omnia negotia, optimus eſt ille poëta.* Plaſtes quoque teſte Flacco lib. II, epiſt. 2:

* Περὶ ἰδεῶν, lib. II, cap. 10. quod eſt περὶ τοῦ πολιτικοῦ λόγου.

- - - *Argillâ quidvis imitabitur udâ.*

Ὅστις μὴ ἀσπάζεται τὴν ζωγραφίαν, inquit Philoſtratus in procemio Iconum, ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν, ἀδικεῖ δὲ καὶ σοφίαν, ὁπόση ἐς ποιητὰς ἥκει· φορὰ γὰρ ἴση ἀμφοῖν ἐς τὰ τῶν ἡρώων εἴδη καὶ ἔργα: *Quicunque Picturam minime amplectitur, non modo veritatem, verum & eam, quæ ad Poetas pertinet, injuriâ afficit ſapientiam. Eadem enim eſt utriſque ad herouum quàm ſpecies, tam geſta, intentio.* Dio quoque Chryſoſt. Orat. XII, quæ eſt de cognitione Dei, *Pictores*, inquit, *& Statuarii non omnino, in formis Deorum effingendis, à Poetis diſceſſerunt: tum, ne viderentur transgreſſores, & ob hoc pœnis obnoxii eſſent: tum etiam, quod ſe à Poëtis præoccupatos cernerent, eorumque ſimulachra fingendi modum, ut antiquiorem, obtinere. Quare noluerunt vulgo hominibus videri mendaces, & injucundi nova promendo. Ut plurimum igitur, Poëtarum veſtigiis inſiſtentes, & cum iis conſentientes, finxerunt: quædam vero de ſuo quoque introduxerunt, æmuli & ſectatores ejuſdem artis facti cum Poetis: ut quod illi per auditum exhibuerunt palam, id ipſi per viſum, enarraturi divina pluribus pauperioribuſque ſpectatoribus.* Quamobrem etiam non ineleganter Simonides dixit, *Picturam eſſe Poeſin tacentem; Poeſin vero Picturam loquentem. Quas enim res, ac ſi coram agerentur, Pictores repræſentant, eæ oratione ut præteritæ enarrantur atque conſcribuntur. Quumque Pictores idem coloribus & figuris exprimant, quod Scriptores verbis & vocibus, differunt tantum inter ſe materiâ & modo imitationis. Utriſque autem idem propoſitus eſt finis: & is habetur Hiſtoricorum optimus, qui narrationem perſonis & figuris animum moventibus, haud aliter ac Picturam conformat*, Plutarch. Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes.

Arctiſſimam hanc Scriptorum Pictorumque affinitatem evincit antiqua ratio Ægyptiorum, pingentium ſculpentiumve quidquid ſeræ poſteritatis memoriæ commendatum volebant; cujus picturatæ ſcriptionis plurima paſſim veſtigia, etiamnum in antiquis obeliſcis, *effigiatis ſcriptilibus elementis* †, videre eſt. Græcorum quoque τὸ γράφειν eandem ob cauſam ſcribentium pingentiumque facultatem deſignat. Latini denique, quemadmodum paſſim rem aliquam coloribus orationis ad vivum *depictam* eſſe dicunt. Plautus Pœnulo, Act. V, Scen. *Ain' tu dixe*, &c.

† Ut loquitur Ammianus Marcellin. lib. XVII.

Formam quidem hercle verbis depinxti mihi.

Ita viciſſim *ſcribere* frequenter iis nihil eſt aliud quàm pingere. Idem Plautus Aſinariâ, Act. II, Sc. *Ut demonſtratæ*, &c.

Non potuit pictor rectius deſcribere ejus formam.

Statius I Sylvarum, in Equo Domitiani ‡,

- - - *Apelleæ cuperent te ſcribere ceræ:*

‡ Verſ. 102.

* Verſ. 9. Et mox in Tiburtino Manlii Vopiſci *,

Viſa manu tenerâ tectum ſcripſiſſe Voluptas.

† Verſ. 94. Rurſus III Sylv. in Hercule Surrentino †,

Tot virides lucos, tot ſaxa imitantia vultus,
Æraque, tot ſcripto viventes limine ceras.

‡ Verſ. 270. VIII denique Thebaïd. ‡,

- - - Solus ſtat puppe magiſter
Pervigil, inſcriptaque Deus qui navigat alno.

Pari quoque ratione *exſcribere imagines* legas apud Plin. Jun. IV, 28. *Deſcribere tabulas* eſt apud Quintil. x, 2. *Tranſcribere* dixit Plinius lib. xxv nat. Hiſt. cap. 2; *Herbarum pictura*, inquit, *multum degenerat tranſcribentium ſorte varia.* Quemadmodum autem probatis Autoribus *ſcribere* eſt *pingere*, ita pari prorſus ratione Virgil. lib. VI ¶ Verſ. 34. Æneid. ¶ *perlegere oculis* picturam dixit. Ad quem locum Servius, *Perlegerent, perſpectarent, ſcilicet picturam. Non incongrue dictum legerent; nam γράψαι ſcribere ſignificat, & pingere. Hoc eſt quod ait Horatius in Arte poetica, Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi Græco fonte cadant parcè detorta. - - -*

III. Utraque grato jucundoque introitu mentibus hominum illabitur, ac blandæ admirationis lenocinio ſufficienter inſtructa, fictis rerum imaginibus haud aliter ac veris animos noſtros capit, & quaſi ſtupore quodam defixos tenet. Non eſt profecto in pictis tabulis ſubſtantia & corpus, ſed ſimulachrum & nuda ſimilitudo ſine re, mendacium ſplendidum, & inanis verorum corporum imitatio integumentis colorum involuta. *Sic iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & calculi, in quibus fallacia ipſa delectat*, Seneca epiſt. XLV. Vide Platon. x de Republica. Quod ad Poëtas attinet, Comicis certe ac Tragicis proxima eſt cum Pictoribus cognatio. *Quid eſt enim Comœdia aliud*, ut loquitur Commentator vetus in Horatium de Arte, *quàm imago vitæ humanæ?* Cicero quoque de diverſiſſimis Comicorum adoleſcentium inſtitutis agens; ‡ Pro S. Roſcio Amerino. *Etenim*, inquit ‡, *hæc conficta arbitror à Poetis eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtræ vitæ quotidianæ videremus.* Id ipſum etiam de Tragœdia pari jure dixeris; quandoquidem ex ſententia Etymologici, Τραγῳδία ἐστι βίων τε καὶ λόγων ἡρωικῶν μίμησις: *Tragœdia eſt vitarum heroïcarum ſermonumque heroïcorum imitatio.* Appoſite itaque Gorgias apud Plutarchum de Poëtis audiendis, Γοργίας τὴν τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην, ἣν ὅ, τε ἀπατήσας, δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος· καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος: *Gorgias Tragœdiam fraudem eſſe dicebat, in qua qui decipit juſtior eſt eo qui non decipit, & deceptus ſapientior eo qui non decipitur.* De blandis Picturarum illecebris oculos animoſque ſpectatorum gratâ fraude fallentibus eſt hoc Epigramma Anthologiæ lib. IV, cap. 6:

Μικροῦ κατέχον τὸν βότρυν τοῖς δακτύλοις,
Ὑπερπλησθεὶς τῇ θέᾳ τῶν χρωμάτων.

Cl, Hugo Grotius transfert:

Vix eſt ab uvis his ut abſtineam manum,
Ita me colorum forma deceptum trahit.

Et illud ejuſdem libri cap. 9:

Κηφεὺς Ἀνδρομέδην ἢ ζωγράφος ἄρθετο πέτραις;
Καὶ γὰρ ἀπ' ὀφθαλμῶν ἡ κρίσις ἀμφίβολος.
Κῆτος δ' ἀπλάδεσιν ἐπὶ γραμμῆσι χαράχθη,
Ἢ ἀπὸ Νηρῆος γαίτος ἐξανέδυ;
Ἔγνων ταῦτα· σοφός τις ἀνὴρ κάμε· δεινὸς ἀληθῶς
Τόλξατο καὶ βλεφάρων καὶ πραπίδων ἀπάτην.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Cepheus Andromeden, an pictor rupe ligavit?
Namque oculus non quit cernere, credat utrum.
Picta ſuper ſcopulos oſtenditur horrida Piſtrix,
An de vicino tollitur illa mari?
Agnoſco vix ſigna manus. O magnus in arte,
Lumina qui potuit fallere, quique animos!

Ovid. VI Metamorph.

Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam; verum taurum, freta vera putares.

Ipſa

Ipſa videbatur terras ſpectare relictas,
Et comites clamare ſuas, tactumque vereri
Aſſilientis aquæ, timidasque recondere plantas.

Bonas itaque Picturas nihil aliud eſſe dixeris, quàm ludibria quædam oculorum pro veris credita. Quamobrem etiam recte Philoſtratus junior in prooemio Iconum, Ἡδεῖα δὲ καὶ ἡ ἐν αὐτῷ ἀπάτη, καὶ οὐδὲν ὄνειδος φέρουσα· τὸ γὰρ τοῖς οὐκ οὖσιν ὡς οὖσι προσεστάναι, καὶ ἄγεσθαι ὑπ' αὐτῶν ὡς εἶναι νομίζειν, ἀφ' οὗ βλάβος οὐδὲν, πῶς οὐ ψυχαγωγῆσαι ἱκανὸν, καὶ αἰτίας ἐκτός: *Jucunda hac in re deceptio eſt, neque ullum ferens probrum. Enimvero iis quæ non ſunt, perinde ac ſi eſſent, inhærere, atque ab iis ita duci, ut (ſine damno tamen) exiſtimentur eſſe, qui non ad animos demulcendos ſit idoneum & ab omni crimine liberum?* Cur autem falſa rerum ſimilitudine decepti gaudeamus, ex Laërtii lib. II in Ariſtippo diſcimus, Οἱ Κυρηναϊκοὶ λέγουσι μηδὲ κατὰ ψιλὴν τὴν ὅρασιν, ἢ τὴν ἀκοὴν, γίνεσθαι ἡδονάς. τῶν γοῦν μιμουμένων θρήνους ἡδέως ἀκούομεν, τῶν δὲ κατὰ ἀλήθειαν, ἀηδῶς: *Cyrenenſes dicunt, ne nudo quidem vel viſu vel auditu gigni voluptates. Itaque eos qui lamentationes imitantur, libenter; qui autem vere lamentantur, hos ſine voluptate audimus.* Conſulatur inſuper Plutarchus Sympoſ. Problem. V, 1. Locus eſt perquam elegans & lectu digniſſimus. Neque enim Anacharſin Scytham hac in parte omnes ſequuntur, qui ſolus non riſit, accitis in convivium ſcurris ad riſum cuivis movendum exercitatiſſimis; poſtea vero, adducta ſimia, effuſiſſime riſiſſe fertur, riſusque inexſpectati hanc reddidiſſe rationem; quod animal iſtud natura ſit ridiculum, homo autem cura & ſtudio: *Athenæus circa initium lib.* XIV *Deipnoſoph.* Notandum interim in ſimia, quam Strabo* nuncupat animal ἀνθρωπινώτατον, quod nulla unquam pupa, nullave alia ſimilitudine ex argilla vel cera decipi ſe patiatur; Τοὺς πιθήκους οἱ τούτων τροφεῖς καὶ μελεδωνοὶ θαυμάζουσιν, inquit Clemens Alexandrinus †, ὅτι τῶν κηρίνων ἢ πηλίνων ὁμοιωμάτων ἢ κοροκοσμίων ἀπατᾷ τούτους οὐδέν: *Simiarum altores & curatores mirari ſolent nullis eas cereis figulinisque imaginibus pupisve decipi.* Quid Ptolomæo Philopatori reſponderit Sphærus Boſphoranus, cum Rex decepiſſet eum cereis malis Punicis, vide apud Laërtium lib. VII in Sphæro; & apud Athenæum lib. VIII Deipnoſ. cap. 13.

* Lib. XV Geograph.

† In Protrept.

IV. Utraque grata & non improviſa fraude intellectum noſtrum quaſi fallens, movet animos, & affectibus noſtris quam viſum eſt legem dicit. Horat. ‡

‡ Lib. II, epiſt. I.

Ille per extentum funem mihi poſſe videtur
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, vanis terroribus implet,
Ut magus: & modo me Thebis, modo ponat Athenis.

Sanctus Baſilius homilia XX, quæ eſt in XL martyres: Πολέμων ἀνδραγαθήματα καὶ λογογράφοι πολλάκις, καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν· οἱ μὲν τῷ λόγῳ διακοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες· καὶ πολλοὺς ἐπήγειραν πρὸς ἀνδρείαν ἑκάτεροι. *Res in bello fortiter geſtas tum eloquentes homines ſæpenumero, tum Pictores exprimunt; illi ſermone ornantes, hi tabulis delineantes: & utrique multos ad fortitudinem excitant.* Validius tamen id præſtat Pictura, utpote aptior ad ciendos animorum motus, atque ad ſenſum vulgi ipſa eloquentia accommodatior: cujus rei rationem reddit Horat. in Arte:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator - - -

Lucretius libro VI, verſu 164,

- - - *Semper ad auris*
Tardius adveniunt, quam viſum, quæ moveant res.

Nazarius quoque in Panegyr. *Languidiùs ad animum accedunt quæ aurium via manant, quàm quæ oculis hauriuntur.* Ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν: *Aures hominum minus fidei merentur, quàm oculi,* Herodot. lib. I, cap. 8. Ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες: *Oculi ſunt accuratiores teſtes auribus,* Polyb. lib. XII. Ὤτων πιστότεροι ὀφθαλμοί, *Oculi ſunt magis fidi quàm aures,* Apoſtolius Centur. XXI, Parœm. 27. Non malè itaque Quintil. XI, 3, *Pictura tacens opus & habitus ſemper ejuſdem, ſic in intimos penetrat affectus, ut ipſam vim dicendi nonnunquam ſuperare videatur.* Senſerunt hoc olim naufragi: etenim eos prætuliſſe ſuos caſus in tabula pictos, ad eliciendam hominum miſericordiam, notius eſt quàm ut referri debeat. Cauſas quoque acturi frequenter ſolebant exhibere *depictam tabulam in imaginem rei, cujus atrocitate judex erat commovendus,* Quint. VI, 1. Non obſcurum priſci moris veſtigium in graviſſimis ejuſdem autoris verbis deprehendas, *Neque eſt quòd mirari, dives, aut indignari velis,* inquit ¶, *in comitiis plus ſæpe pauperes poſſe. Non omnia poſſunt opes veſtræ; ne-*

¶ Declam. CCLII.

que in omnibus, quæ humanam continent vitam, domina pecunia eſt. Latius poſſidebitis, & numeroſiores familias veſtras ignorabitis; magnam partem civitatis occupabunt domus veſtræ; ingens pondus auri perſtringet oculos. Sed hæc intra privatum valent: cùm in publicum veneris & in campum, ſpectabitur innocentiæ fides. Forſitan gratiæ quoque non parum nobis affert ipſa tenuitas; ubi tabellam pauperes ferunt, tum ſubit tacita quemque cogitatio ſuperbiæ veſtræ. Mihi certe maxime libet in hisce Quintiliani verbis potius agnoſcere pictam illam tabellam, quam pauperes cauſam dicturi deferebant in comitia, quam aliam aliquam ſuffragiorum tabellam. Mire prorſus exclamat Latinus Pacatus, poſtquam exitium nefarii iſtius Maximi pleniſſime deſcripſit, Poëtas tamen Pictoreſque omnes advocat: *Huc, huc,* inquit*, *totas pii vates doctarum noctium conferte curas: vos quoque artifices, vulgata illa veterum fabularum argumenta deſpicite; hæc potius, hæc geſta ſollertes manus ducant; his fora, his templa decorentur; hæc ebore reddantur, hæc marmore, hæc in coloribus vivant, hæc in ære moveantur, hæc gemmis augeant pretium. Pertinet ad ſecuritatem omnium ſæculorum, quondam id factum videri: ut, ſi quis unquam nefaria vota conceperit, monumentis noſtrorum temporum recenſitis, per oculos hauriat innocentiam.* Recte ſane Pacatus, *per oculos* hauriat innocentiam, uſque adeo verum eſt illud Senecæ lib. II de Ira, cap. 2, *Movet mentes & atrox pictura, & juſtiſſimorum ſuppliciorum triſtis eventus.* Alexander certe magnus Epheſi Palamedem per dolum occiſum in tabula ſpectans, manifeſto turbati animi indicio trepidare proditus eſt, quod ei per fraudem interempto perquam ſimilis eſſet Ariſtonicus, (ὁ σφαιριστὴς Ἀλεξάνδρου,) Photius ex Ptolemæi Hephæſtionis novæ ad variam eruditionem Hiſtoriæ lib. I. Vide quæ de hoc Ariſtonico habet Catalogus Artificum in *Timanthes.* Meminit quoque hujus hiſtoriæ Tzetzes, Chiliad. VIII, hiſt. 198, addens ex Æſchrionis Mitylenæi Ephemeridibus, hanc occiſi Palamedis tabulam opus fuiſſe Timanthis. Greg. Nyſſenus in oratione de Deitate Filii & Spiritûs Sancti, poſt prolixam ſatis ac prorſus patheticam immolationis Iſaaci deſcriptionem, etiam hoc addere non dubitavit, Εἶδον πολλάκις ἐπὶ γραφῆς εἰκόνα τοῦ πάθους, καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ τὴν θέαν παρῆλθον, ἐναργῶς τῆς τέχνης ὑπ' ὄψιν ἀγούσης τὴν ἱστορίαν: *Sæpenumero miſerabilis hujus rei imaginem in pictura vidi, neque abſque lachrymis ſpectaculum præterii, adeo perſpicue atque evidenter ars pingendi oculis rem geſtam ſubjecit.* Valerius Maximus lib. V, cap. 4, exemplo ext. I, ubi agit de tabula repræſentante pietatem Perûs, quæ patrem ſuum Cimona, jam ultimæ ſenectutis, & cuſtodiæ carceris traditum, pectori ſuo admotum aluit: *Hærent ac ſtupent,* inquit Valerius, *hominum oculi, cùm hujus facti pictam imaginem vident, caſusque antiqui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione renovant: in illis mutis membrorum lineamentis viva ac ſpirantia corpora intueri credentes.* Porciæ conſtantiam fregit pictura Andromachæ. Vide *Plutarch. in Bruto.* Præſentiſſimam tamen Artis hujus potentiam perſpicias ex ea Polemonis tabula, quam refert Nazianzenus Carm. Jambico XVIII, quod eſt de Virtute. De Polemonis in melius mutatione vide Laërt. lib. IV in Polemone; Lucianum Bis accuſato; Horat. lib. II, Satyra 3; Valer. Maximum lib. VI, cap. 9, exemplo ext. I; *Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo,* inquit Valerius, *neque illecebris tantummodo, ſed etiam ipſa infamia gaudens; quum è convivio, non poſt occaſum Solis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumque repetens Xenocratis philoſophi patentem januam vidiſſet; vino gravis, unguentis delibutus, ſertis capite redimito, pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum hominum ſcholam ejus intravit. Nec contentus tam deformi introitu, conſedit etiam, ut clariſſimum eloquium & prudentiſſima præcepta temulentiæ laſciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, omiſſiſque de quibus diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate ſermonis reſipiſcere coactus Polemo, primùm coronam capite detractam projecit; paulo poſt brachium intra pallium reduxit; procedente tempore oris convivalis hilaritatem depoſuit; ad ultimum totam luxuriam exuit; uniusque orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone, maximus Philoſophus evaſit. Peregrinatus eſt hujus animus in nequitia, non habitavit.* Multum quidem eſſet, quod dicit Valerius, eum depoſuiſſe *oris convivalis hilaritatem,* niſi ex Nazianzeni verbis diſceremus, tantam ad ſeria magis ſobriaque verſo fuiſſe vultus gravitatem, ut ſcortillum projectiſſimæ libidinis, fortuito picti Polemonis conſpectu verecundia tactum, reſipuerit. Sed ipſum nunc audiamus Nazianzenum tantæ rei miraculum fuſius tradentem:

Οὐδ' ὁ Πολέμων ἔμοιγε σιγηθήσεται.
Καὶ γὰρ τὸ θαῦμα τῶν ἄγαν λαλουμένων.
Ἦν μὲν τὸ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἐν σώφροσι,
Καὶ σφόδρα γ' αἰσχρὸς ἡδονῶν ὑπηρέτης·
Ἐπεὶ δ' ἔρωτι τοῦ καλοῦ κατεσχέθη

Σύμβουλον

* *Panegyr. Theod. Aug. dicto.*

Tale picturarum genus recte dixeris *φιλοσοφίαν ἐν ὄψει ἐνδεικνυμένην, Philoſophiam ſalubrium exemplorum intuitu ſpectantium oculos conformantem.*

Athenis comeſſabundi juvenes ante meridiem conventus quoque ſapientium doctrina frequentabant. Plinius lib. XXI, cap. 3.

Σύμβουλον εὑρὼν, οὐκ ἔχω δ' εἰπεῖν τινα,
Εἴτ' οὖν σοφόν τιν', εἴθ' ἑαυτὸν, ἀθρόως
Τοσοῦτον ὤφθη τῶν παθῶν ἀνώτερος,
Ὡς θ' ἕν τι θέσθαι τῶν ἐκείνου θαυμάτων.
Ἑταίραν εἰσκαλεῖ τις ἀκρατὴς νέος,
Ἡ δ' ὡς πυλῶνος ἦλθε φασὶ πλησίον,
Τῆς δ' ἦν προκύπτων Πολέμων ἐν εἰκόνι,
Ταύτην ἰδοῦσα· καὶ γὰρ ἦν σεβασμία·
Ἀπῆλθεν εὐθὺς, καὶ θέας ἡττημένη,
Ὡς ζῶντ' ἐπαισχυνθεῖσα τὸν γεγραμμένον.

Polemo nec ipſe dignus eſt ſilentio.
Sermone celebre namque eſt omnium hoc quoque.
Erat impudicus moribus primo admodum,
Libidinumque ſervus: at poſtquam eſt boni
Amore captus, (neſcio an ſui ipſius
Suaſu ſit uſus, an ſophi cujuſpiam)
Statim ſuarum ſic faces libidinum
Extinxit omnes, iſtud ex miraculis
Ut ejus unum proſequi haud verbis graver.
Scortum vocârat quiſpiam juvenis ſalax.
Ut ergo meretrix atrium tetigit domus,
Polemona pictum prominentem conſpicans,
(Ore venerando namque erat, perquam & gravi)
Superata ſolo rettulit viſu pedem,
Pictum perinde verita, luce ut præditum.

Michaële Theophili filio una cum matre Theodora Orientis imperium adminiſtrante, dira quædam feralis peſtilentiæ lues internecino morbi genere univerſam Bulgariam depopulabatur: omnibus itaque remediis nequicquam tentatis, ſævoque contagio latius indies graſſante atque in ipſos medentes erumpente, ars quoque ipſa malo huic coacta eſt cedere. Princeps interim Bulgarorum Bogoris tanto inſuperabilium calamitatum turbine attonitus, non jam amplius patrios Deos ac ſurda Numina, ſed Chriſtianorum Deum invocat, popularibusque ſuis ut idem quàm demiſſiſſime ſubjectiſſimeque faciant ſuadet. Quod ubi ſine ulla tergiverſatione fecerunt, Chriſtum ſtatim ſenſere propitium. Bulgarica itaque re, ob recentem cœleſtis gratiæ memoriam, à Paganiſmo ad Chriſtianiſmum nonnihil inclinata, acceſſit & aliud, quod Bulgarorum principem à ſalutaris fidei doctrina minus jam abhorrentem ad ſerium veræ pietatis ſtudium porro exacuit. Etenim Princeps iſte pleraque tempora in venando agere ſolitus, in otio quoque atque intra privatos parietes qualicunque voluptatis hujus ſpectaculo gaudebat. Proinde exſtructo nobili prætorio Methodium monachum, patria Romanum, pingendique non rudem, evocat ad ſe, datque ei in mandatis ut patentiſſima regiæ ſubſtructionis triclinia viſenda notabilium rerum Pictura perornaret. Divina tamen providentia totam rem gubernante, nullum Pictori præfinivit argumentum Princeps, ſed liberam ei cujuſvis materiæ electionem permiſit; modo talis eſſet Pictura, quæ multiplici atque inexſpectata formidabilium rerum ſpecie ſpectatores, excuſſa omni conſtantia, in terrore detineret. Methodius depinxit ſecundum Salvatoris noſtri adventum, quum poſt peractas mortalis ævi atque orbium vices exuvias ſuas tandem recepturæ ſunt animæ; hæ, in pœnam horrendam; illæ, in præmium beatiſſimum; utræque tamen in perpetuum & porro vivaces. Bogoris viſa Pictura edoctus quid ſibi vellent ineffabilia piorum ab una parte inter Cœlicolarum chοros gaudia, & inenarrabiles impiorum ab altera parte inter dira Orcicolarum examina pœnæ, hyeme Gallica frigidior adſtitit, neque ullum potuit verbum emittere, fulminatus atque in mortem jam pene demerſus cogitatione imaginis uſque adeo efficacis; donec tandem ejurata gentilium ſuperſtitione, ſe ſuamque gentem Chriſto per myſticam luſtralis aquæ tincturam mancipavit, *Cedrenus pagina 540 editionis Regiæ.*

Plurima non abſimilium effectuum exempla referre poſſem, niſi urgerer magno exemplo Picturæ vincentis iram, odium proſternentis, & incitatam violentiſſimi bellatoris ferociam frangentis. Rege Demetrio, cui ab expugnandarum urbium ſollertia cognomentum Poliorcetes inditum, obſidente atque oppugnante Rhodum, Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo pingebat Ialyſum, & conſtanter adeò inter arma & horrendum ruentium murorum fragorem inhærebat operi, ut ferociſſimus hoſtis, fidentis animi miraculo motus, ultro ad Pictorem, relictis victoriæ ſuæ votis, commeaverit, pingentemque avidiſſimè ſpectaverit. Ergo Artis dulcedo etiam in efferata pertinacibus inimicitiis pectora penetrat, torvosque ac truces hoſtium oculos ad ſe trahit, ac victoriæ inſolentiſſimos

mos ſpiritus admiratione ſui flectit: neque illi difficile atque arduum eſt, inter arma contraria, inter diſtrictos cominus enſes, placidam tutamque ſtationem à truculentiſſimo bellatorum exorare.

V. Utraque effectus ſuos in claris viris recognoſcit, æternitatem largiens omnibus, quorum imagines poſteris tradere dignatur, atque ipſos Deos (ſi vatibus non eſt deroganda fides) cœlo adſcribens. De Pöëſi recte Syneſius ep. 49, Ποιητικῇ ἔδωκεν ὁ Θεὸς ἀποταμιεύειν τὴν εὔκλειαν: *Deus poeticæ facultati tribuit gloriæ diſpenſationem.* Ovidius IV de Ponto, Eleg. 8:

> *Carmine ſit vivax virtus: experſque ſepulchri,*
> *Notitiam ſeræ poſteritatis habet.*
> *Dii quoque carminibus (ſi ſas eſt dicere) fiunt,*
> *Tantaque majeſtas ore canentis eget.*

Idem Amorum lib. 1, Eleg. 10:

> *Scindentur veſtes, gemmæ frangentur & aurum,*
> *Carmina quam dederint, fama perennis erit.*

De Pictura id ipſum quoque teſtatur Cicero lib. v ad Famil. epiſt. 12; *Illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.* Plin. XXXIV, 8, *Mirum in hac arte eſt, quod nobiles viros nobiliores facit.* Latinus Pacatus Panegyr. *Artificibus ſecunda ſors* (à vati-
* Verſ. 401. bus) *ceſſit, dare famam rebus.* Ovid. III de Arte*,

> *Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles,*
> *Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.*

Auguſtus Cæſar in Curia tabulam Philocharis impreſſit parieti. Ejus tabulæ admiratio eſt, puberem filium ſeni patri ſimilem eſſe ſalva ætatis differentia; *Immenſa, vel unam ſi quis tantum hanc tabulam ſpectet, potentia artis: cum propter Philocharem, ignobiliſſimos alioquin, Glaucionem filiumque ejus Ariſtippum Senatus populuſque Romanus tot ſæculis ſpectet*, Plin. XXXV, 4.

IV. Utraque viribus phantaſiæ ſubnixa, manifeſta præbet indicia virtutis aliquid ſibi in conſuetudine novanda licentiæ ſumentis. Conſtat ſane hunc eſſe Poëſeos genium, ut ad aurium voluptatem exerret plerumque extra verum; eo quidem licentius, quòd, cum ſciat ſibi non credi, quicquid fingit, innocentis potius ludi, quàm inverecundi mendacii rem putat. Ποιητικῆς ἀκρατὴς ἡ ἐλευθερία, καὶ νόμος εἷς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ· ἔνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ἐκ Μουσῶν, κἂν ἵππων ὑποπτέρων ἅρμα ζεύξασθαι θέλῃ, κἂν ἐφ' ὕδατος ἄλλους ἢ ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναβιβάσηται. φθόνος οὐδείς· οὐδ', ὁπόταν ὁ Ζεὺς αὐτῶν ἀπὸ μιᾶς σειρᾶς ἀνασπάσας αἰωρῇ ὁμοῦ γῆν καὶ θάλατταν, δεδίασι, μὴ ἀπορραγείσης ἐκείνης, συντριβῇ τὰ πάντα κατενεχθέντα· ἀλλὰ κἂν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλωσιν, οὐδεὶς ὁ κωλύσων. Διὶ μὲν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέρνον δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι, τὴν δὲ ζώνην τῷ Ἄρει· καὶ ὅλως, σύνθετον ἐκ πάντων θεῶν γενέσθαι δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Ἀερόπης· οὐ γὰρ ἱκανὸς ὁ Ζεύς, οὐδ' ὁ Ποσειδῶν, οὐδ' Ἄρης, μόνος ἕκαστος ἀναπληρῶσαι τὸ κάλλος αὐτοῦ: *Poëtices intemperans eſt libertas unaque lex, quod poëtæ viſum fuerit. Etenim fanaticus eſt, & à Muſis afflatus: & ſive equos alatos currui jungere voluerit, ſive ſuper aquam alios, aut ſuper ſummas ariſtas curſuros conſcendere faciat, nemo vetat. Neque cum Jupiter ipſorum una catena ſuſpenſam ſimul terram pontumque attraxerit, metuunt ne dirupta illa conterantur præcipitata omnia. Quin etiam ſi Agamemnonem laudare velint, nemo prohibet quo minus capite & oculis Jovem, pectore vero fratrem ejus Neptunum, balteo Martem referat; ac ſi omnino illum Atrei & Aeropes filium ex omnibus Diis quiddam compoſitum eſſe oporteret. Neque enim ſufficit Jupiter, neque Neptunus, neque Mars, ut pulchritudinem ipſius ſinguli compleant*, Lucianus de Conſcrib. hiſtoria. Σκοποῦντι δέ, inquit Philoſtratus junior in procemio Iconum, καὶ ξυγγένειάν τινα πρὸς ποιητικὴν ἔχειν ἡ τέχνη εὑρίσκεται, καὶ κοινή τις ἀμφοῖν εἶναι φαντασία. Θεῶν τε γὰρ παρουσίαν οἱ ποιηταὶ ἐς τὴν ἑαυτῶν σκηνὴν ἐσάγονται, καὶ πάντα ὅσα ὄγκου, καὶ σεμνότητος, καὶ ψυχαγωγίας ἔχεται· γραφή τε ὁμοίως, ἃ λέγειν οἱ ποιηταὶ ἔχουσι, ταῦτ' ἐν τῷ γράμματι σημαίνουσα: *Conſideranti vero etiam cognationem quandam cum poëſi ars hæc habere deprehenditur, & communis aliqua phantaſia utrique videtur ineſſe. Deorum enim præſentiam in ſcenam ſuam introducunt poetæ, & quæcunque pompam, gravitatem, oblectationemque habent adjunctam. Pictura pari quoque modo, quæcunque memorare queunt poëtæ, in tabula deſignat.* Vide quoque Aurel. Prudentium lib. II contra Symmachum. Atque hoc eſt præcipuum illud, cujus gratia totam hanc Poëſios & Picturæ comparationem inſtituendam putavimus. Poëta certe phantaſiæ viribus, veluti enthuſiaſmo ac vaticino quodam furore correptus, lætas interdum Nympharum choreas & protervam Satyrorum nequitiam, arma quandoque & effrænatos cum curribus ſuis equos, facies quoque Deorum

&

& miſcentes prælia Furias attonitus adſpicit: atque in hoc motæ ſemel mentis calore, non ſuſtinens velut clauſis theſauris diutius incubare, majore quadam vi gravidæ mentis concitatus & inſtinctus, per ambages, Deorumque miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum, præcipitat liberum ſpiritum. Πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας μᾶλλον ἢ ἀληθείας ἐστὶ στοχαστής: *Poeta quilibet non tam veritati ſtudet, quàm ut legentium animos quadam fabularum amœnitate deliniat*, Agatharcides apud Photium. *Poetis aures oblectare propoſitum eſt*, inquit Seneca lib. 1 de Benef. cap. 4, *& dulcem fabulam nectere*. Plautus Pſeudolo Act. 1, Scena *Poſtquam illic*, &c.

Sed quaſi poëta tabulas cùm cepit ſibi,
Quærit quod nuſquam eſt gentium, invenit tamen,
Facit illud veriſimile, quod mendacium eſt.

Αἱ ποιητικαὶ φαντασίαι, ὥς τις εἶπε, διὰ τὴν ἐνάργειαν ἐγρηγορότων ἐνύπνιά εἰσι: *Poëticæ phantaſiæ, ut quiſpiam dixit, ob evidentiam ſuam, ſomnia ſunt vigilantium*, Plutarch. in Erotico. Ovidius certe, ut unum uberrimi Poëtæ exemplum pro omnibus ſit, cum deſcribit improvidum juvenem Solis equis per æthera hac illac raptatum; an non videtur tibi unà cum ipſo Phaëthonte præſens quaſi conſcendiſſe currum, & volucrium equorum indomito ardore abreptus in medio quoque diſcrimine verſatus eſſe? Nunquam enim vel minimam tam multiplicis confuſionis umbram imaginando aſſequi potuiſſet, niſi temerarium aurigam ab ipſis carceribus animo proſecutus, & ancipiti periculo veluti immixtus, in tanto tamen turbine ſingula exitiabilis auſi momenta, ut deprehenderat oculis, enotâſſet. Equos videt pulſu pedum repagula carcerum laceſſentes, & ante ipſum curſum, dum ſe prætentant, atque iræ ſuæ proludunt, mille perdentes veſtigia; adoleſcentem interim, conſcenſo jam curru ſerio triumphantem, admiſſi ſemel equi, onus non ſuum agnoſcentes, & imparis aurigæ imperium detrectantes, qua viſum eſt, tanquam nullo fræna tenente, agunt feruntque. Non opus eſt hic per ſingula ire, cùm totam rem ſatis libero egreſſu ipſe Poëta memoraverit. Etiam Pictor pari modo omnia hæc, atque his majora quoque, coram quaſi contuetur; non aliud interim fœtæ mentis levamentum inveniens, quàm ut profundæ imaginationis obvia ſibi lineamenta propero partu in tabulam egerat atque transfundat. Liquet ergo quod is tantum Artifex, qui res de quibus acturus eſt, quaſi præſentes contuetur, efficax eſſe poſſit, & naturæ rerum, quas ſibi proponit, haud diſſimilis: Ἐναργὴς καὶ τοῖς ὑποκειμένοις ὅμοιος; *Efficax & ſubjectis ſimilis*, ut loquitur Philoſtratus lib. 1 de vitis Sophiſtarum, in Dione Pruſæo. Quod maxime locum habet in affectibus; *Qui cùm ſint alii veri, alii ficti & imitati: veri, naturaliter erumpunt, ut dolentium, iraſcentium, indignantium; ſed carent arte; ideoque ſunt diſciplinæ traditione formandi. Contra, qui effinguntur imitatione, artem habent; ſed hi carent natura; ideoque in his primum eſt, bene affici, & concipere imagines rerum, & tanquam veris moveri*, Quint. XI, 3. Affectus ergo quacunque ratione ex vero ducat Artifex; atque omnia potius tentet, quàm ut concitæ mentis imaginem affectatæ imitationis frigore corrumpi patiatur. *Hiſtrio in terra Græcia fuit fama celebris*, inquit A. Gellius noct. Attic. VII, 5, *qui geſtus & vocis claritudine & venuſtate cæteris antiſtabat. Nomen fuiſſe ajunt Polum. Tragœdias poëtarum nobilium ſcite atque aſſeverate actitavit. Is Polus unice amatum filium morte amiſit. Eum luctum cùm ſatis viſus eſt eluxiſſe, rediit ad quæſtum artis. In eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus, geſtare urnam quaſi cum Oreſti oſſibus debebat. Ita compoſitum fabulæ argumentum eſt, ut veluti fratris reliquias ferens Electra comploret commiſereaturque interitum ejus, qui per vim extinctus exiſtimabatur. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, oſſa atque urnam e ſepulchro tulit filii, & quaſi Oreſti amplexus, opplevit omnia, non ſimulachris neque imitamentis, ſed luctu atque lamentis veris & ſpirantibus. Itaque cùm agi fabula videretur, dolor accitus eſt.* Hoc tantum curent hic Artifices, ne plus quàm par eſt hac in parte ſibi indulgeant. Πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσι: *Frequenter enim cum videantur ſibi divino correpti & incitati furore, non bacchantur, ſed nugantur pueriliter* *. Præſertim cùm Poëticæ phantaſiæ finis ſit ἔκπληξις †, Pictoriæ vero ἐνάργεια ‡. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ut loquitur idem Longinus §, μυθικωτέραν ἔχει τὴν ὑπερέκπτωσιν, καὶ πάντη τὸ πιστὸν ὑπεραίρουσαν· τῆς δὲ ζωγραφικῆς φαντασίας κάλλιστον ἀεὶ τὸ ἔμπρακτον καὶ τὸ ἐνάληθες: *Quæque apud Poëtas reperiuntur, fabuloſiores continent, & modum omnem fidemque ſuperantes caſus. At vero in pictoria phantaſia præſtantiſſimum ſemper actionis poſſibilitas eſt, & inſita veritas.* Quum itaque ex jam dictis perſpicuum ſit, phantaſiam Poëtis atque Pictoribus magnificas imitandarum rerum ſpecies promptiſſime ſuppeditare: nemini quoque dubium eſt, quin utriſque fœcundiſſima hæc imaginum parens ſedulo ſit fovenda atque excitanda: præſertim cùm, *Quod eſt omnium difficillimum, neceſſe ſit opifici imaginem in animo permanere eandem ſemper, frequenter etiam multis annis, donec abſolverit opus*, Dio Chryſoſt. Orat.

* *Dionyſ. Longinus* περὶ ὕψους. §. 2.

† *Admiratio, vel conſternatus attonita admirationis ſtupor.*

‡ *Evidentia, vel perſpicuitas.*

§ Περὶ ὕψους. §. 13.

Orat. XII, quæ eſt de Cognitione Dei. Excitabitur autem & roborabitur vis Phantaſiæ, ſi rebus magnis & obſervatu dignis non leviter tantum atque perfunctorie oculos animumque intendant, ſed mentes ſuas quotidiana inſpiciendarum formarum exercitatione vivis omnium rerum imaginibus uſque adeo alte imbuant, ut memores viſarum rerum ſpecies vel invitos ſequantur. Atque hinc etiam liquet, cur Dionyſ. Longinus † phantaſiæ finem faciat ἐνάργειαν, ſive evidentiam: cur itidem tantam tribuat Phantaſiæ potentiam, ut affirmare ibidem non vereatur, orationem ejus, qui vim hanc imaginativam uſu aſſiduo roboraverit, οὐ μόνον πείθειν τὸν ἀκροατὴν, ἀλλὰ καὶ δουλοῦται: *Non allicere modo, ſed etiam ſubigere auditorem.* Etenim Artem phantaſiæ viribus adjutam facillime impetrare credas ipſa illa quæ extorquet: &, cùm tranſverſum vi ſua ſpectatorem ferat, tamen ille non rapi videatur, ſed ſequi. Vidimus nunc quem ſui uſum Phantaſia præbeat iis, qui ipſi tractant Artes omnia imitantes: reſtat ut porro demonſtremus etiam illis neceſſariam, qui inſignia præclariſſimarum Artium opera cum fructu & voluptate inſpicere ſatagunt.

† Περὶ ὕψους, §. 13.

CAPUT V.

§. 1. Quemadmodum compertiſſimum eſt animos variis negotiis implicatos non poſſe bona fide vacare amœniſſimarum Artium contemplationi, ita ſolito liberiores & magis vacuas ab interventoribus horas huic potiſſimum ſtudio debent, quotquot in hac ſuavitate humanitatis, qua prope jam delectantur omnes altioris ingenii homines, verſari perjucunde ſolent.

§. 2. Variarum præcipue rerum perfectiſſimæ formæ, diverſiſſimarumque inſuper actionum vivæ ſpecies aſſiduæ imaginationis vi mentibus eorum uſque adeo alte ſunt imprimendæ, ut non modo nunquam excidant, verum etiam præſto ſint, quotieſcunque res videbitur poſtulare ut delineatas depictaſque variarum rerum formas cum earum præconcepta ſimilitudine contendamus.

§. 3. Qui non niſi poſt debitam juſtæ præparationis curam ad inſpicienda magnorum Artificum opera accedunt, ipſis quandoque Artificibus felicius de Arte ferunt ſententiam; ſiquidem verendum non eſt ut eos proprii operis amor & alienæ laudis obtrectatio tranſverſos agat.

§. 4. Non eſt interim cur quis indoctos ac rudes harum Artium penitus ab earum inſpectione putet excludendos; quum certum ſit eos ex bona Pictura non minorem percipere voluptatem quàm peritiores, licet æque commodam perceptæ voluptatis rationem reddere nequeant.

§. 5. Ut ut vero imperitiores frequenter admiratione quadam Artis afficiantur, ſoli tamen Artifices poſſunt eam acri exploratoque judicio percenſere. Artifices hic intellige, non eos tantum qui ex quotidiano harum Artium uſu quæſtum faciunt, verum etiam qui ad delicatiſſimarum Artium examen afferunt judicium longa præparatione ſubactum.

§. 6. Maxima quæque & in forenſibus miniſteriis plurimum exercitata ingenia frequenter ad voluptatis hujus tranquillitatem, tanquam ad faciliorem portum refugiunt. Diutina nempe moroſæ commentationis intentione ſatis ſuperque ſatigati, non raro hanc argutæ delectabiliſque deſidiæ voluptatem amplexantur, reliquaſque diei partes conſumunt in ea recreatione quam ſibi ad arbitrium ſuum compararunt.

§. 7. Neque mirum cuiquam videri poterit multos magni animi doctiſſimique ingenii viros hoc præcipue ſtudii genus in oblectationibus habuiſſe, ſi modo cogitabit perſpicaciſſimi cujuſque oculos maxime trahi atque affici pulchritudine, inſignemque ipſius pulchritudinis majeſtatem potiſſimum elucere in Pictura emendatas corporum formas ad Imitationem deligente, ſuaſque dotes ad naturale formæ bonum adjiciente.

§. 8. Non eſt itaque quod quis magnos viros reprehendat, ſi quantum cæteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtas ludorum ſolennitates celebrandas, quantum ad alias voluptates & ipſam animi corporiſque requiem conceditur temporis, quantum adhæc alii ſumtuum tribuunt intempeſtivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum ipſi ad ſigna, tabulas, plerumque Artis argentum ſollicite congerendum inſumant. Quandoquidem æquum eſt hæc opera æſtimari arbitratu eorum, qui ab hac ingenua animorum remiſſione non penitus abhorrere noſcuntur, eaque veris pretiis æſtimare didicerunt.

§. 9. Quemadmodum vero pauciores vellicant beatos illos, qui non nihil, quod Artibus hiſce impendant, de ſuæ fortunæ fundatis præſertim atque optime conſtitutis opibus delibare ſolent; ita plures ſubaccuſandos putant eos, qui anguſtas res ſuas importuno pretioſiſſimarum rerum ſtudio magis adhuc accidunt. Cæterum cum innoxia harum Ar-

tium

tium voluptas & immenſa earundem utilitas tenuioris eas lautiorisque ſortis hominibus abunde commendet; neutros quoque ambitioſo triſtes ac tetrici nugatores à voluptatibus rei familiari nihil ablaturis, virtuti vero plurimum collaturis, debebant avocare.

§. 10. *Sed quoniam modeſtiſſimi quidem riſu, petulantiores vero maledictis excipere ſolent nimium hunc delicatiſſimarum mentium ardorem; ſplendidæ quoque nobilitatis hominibus præcipue cavendum eſt ne ad laudem & decus nati, ſuſcepti, inſtitutique, ſumma ampliſſimi generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta inſano harum Artium amore fœde maculent.*

NEmo unquam Artium imitandi miracula digna æſtimatione penſavit, qui non alto pinguique otio perfruens, delicatum illud occupatiſſimæ contemplationis ſtudium ſeductioris etiam loci ſecreto adjuverit. *Inter omnes convenit*, inquit Seneca de Brevit. vitæ, cap. 6, *nullam rem bene exerceri poſſe ab homine occupato: quando diſtrictus animus nihil altius recipit, ſed omnia velut inculcata reſpuit.* Notiſſimum adhæc eſt illud Ovidii lib. 1 Triſt. Eleg. 1, *Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.* Addo, non tantum carmina ſcripturis, verum etiam poëmata cum cura atque attentione lecturis, & pictas tabulas ſtatuasque cum judicio inſpecturis (ut hoc quoque accedat ad illam, quæ ſuperiori capite fuit, Poëſios & Picturæ comparationem) ſeceſſu atque otio eſſe opus. *Nihil eſt curioſius otioſis*, Plin. junior lib. IX, epiſt. 32. *Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas: ſolitudo conſervat integras ſimulachrorum figuras*, Cornificius lib. III Rhet. ad Herenn. Quamobrem etiam recte Plinius, agens de ea tranquillitate animi & ſecuritate otii quæ debetur harum Artium conſiderationi, *Magni officiorum negotiorumque acervi*, inquit*, *abducunt omnes à contemplatione talium; quoniam otioſorum & in magno loci ſilentio apta admiratio talis eſt.* In promptu eſt ratio: Phantaſiam enim, cujus in diligenti Artis inſpectione præcipuæ partes ſunt, vacuus animus & ſola tacentiaque loca mirifice excitant atque alunt. Quumque perfectum accuratumque Picturarum admiratorem veras omnium rerum ſpecies animo concipere, conceptasque ad examinanda pulcherrimæ Artis experimenta advocare oporteat, manifeſtum etiam eſt neutrum horum ſine virtute imaginativa effici poſſe; ac ne ipſam quidem imaginum conformationem, quotidianis negotiis & diſcurrentium tumultu interpellatam, bene procedere. Videas itaque cultores Artis minime vanos, ſi forte aliquando liberiores & magis vacuos ab interventoribus dies nacti ſint, nunquam non per otium adſuefacere animos abſolutiſſimis quibuſque rerum imaginibus colligendis atque in animum congerendis. Atque hoc eſt illud quod ait Apollonius apud Philoſtratum lib. II, cap. 10: Τοὺς ὁρῶντας τὰ τῆς γραφικῆς ἔργα, μιμητικῆς δεῖσθαι· οὐ γὰρ ἂν ἐπαινέσαι τις τὸν γεγραμμένον ἵππον ἢ ταῦρον, μὴ τὸ ζῷον ἐνθυμηθεὶς ᾧ εἴκασται: *Eos, qui pictoriæ artis opera inſpiciunt, indigere imaginativa facultate. Nemo enim recte laudaverit pictum equum, niſi qui animal illud animo concipiat, cujus ſimilitudinem Pictura exprimit;* vide locum. Inſpice quoque Platonem lib. II de Legibus. Quamvis autem ratio hæc, quam attulimus, ſolitudinem ſatis commendet Artificum opera dijudicaturis; præſto tamen eſt & alia non minus prægnans, quæ idem ſuadeat. Quemadmodum enim medicis non apparentia modo vitia notanda ſunt, verum etiam invenienda quæ latent, ſæpe ipſis, qui ſanandi ſunt, ea occulentibus: ita ad inſpiciendas Picturas admiſſus, plura, quàm prima facie oſtendi videntur, rimabitur; cujus rei in ſolitudine certius judicium; quod in turba ſpectantibus frequenter aut ſuus cuique favor, aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim diſſentire, & velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere; cum interim & vitioſa pluribus placeant, & ab adulantibus laudentur etiam quæ non placent; cum denique optime pictis gratiam prava judicia non referant.

Inſignium Artificum opera cum cura inſpecturos, ab omni graviorum rerum curatione atque adminiſtratione vacuos eſſe oportet.

* Lib. XXXVI nat. Hiſt. cap. 5.

§. 2. Quotquot igitur huic curæ ſedulo incumbere in animum inducunt, de induſtria quandoque ſumunt certas quaſdam imagines, quas quàm numeroſiſſime verſent, velut eadem cera aliæ atque aliæ formæ duci ſolent. Plaſtæ certe atque ii qui coloribus utuntur, ex ipſis rebus capeſſunt notiones quibus lineamenta, lucem, umbram, eminentias, receſſus imitentur. In ſingulis corporibus præſtantiſſimas quaſque veræ pulchritudinis notas obſervant, easque in unum aliquod opus conferunt; ut non tam didiciſſe à Natura, quàm cum ea certaſſe, aut potius illi legem dediſſe videantur. Quis enim putet ullam unquam talem fuiſſe fœminæ cujuſquam pulchritudinem, in qua nihil deſideraret non vulgaris judex? Nam tametſi in ipſis Naturæ normis atque dimenſionibus univerſa perfectio eſt; tamen utriuſque parentis miſtio, tempus, cœlum, locus, improviſus aliquis caſus, & vaga quævis cogitatio naturali formæ nonnihil poſſunt detrahere. *Similitudinum quidem in mente reputatio eſt*, inquit Plinius†, *& in qua credantur multa fortuita pollere; viſus, auditus,* ‡ *memoria, hauſtæque imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam utriuslibet animum ſubito tranſvolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſti-*

Elegantiarum amatoribus non minus quam ipſis Artificibus excolenda eſt Phantaſia.

† Nat. Hiſt. lib. VII, cap. 12.

‡ Memoriaque hauſta imagines ſub ipſo conceptu.

Cogitatio

etiam utriuslibet animum ſubito ſibi transfundant. Ita liber vetus Iſ. Voſſii.

exiſtimatur. Ideoque plures in homine quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ: quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenii varietas multiformes notas imprimit; cùm cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus ſingulisque in ſuo cuique genere. Quamobrem, cùm ne ipſi quidem Artifices ex ipſius Naturæ opere uno conſummatæ pulchritudinis Ideam ſibi putent mutuandam; liquet etiam rectè facere Artificum opera inſpecturos, cùm in hominibus præcipue annotant formas accuratius à Natura quaſi elaboratas. φιλοθεάμονες τοῦ κάλλους Ariſtæneto* dicuntur, qui *elegantes formarum ſpectatores*, Terentio in Eun. Act. III, Sc. 5. Quamquam ne ſic quidem acquieſcunt; ſed in ipſis quoque corporibus eximiæ pulchritudinis notant ætatis, ſexus, conditionis diſcrimina; latiſſime patens cœlum micantibus aſtris variegatum atque diſtinctum; umbriferas imbriferasque nubes; flumina amœniſſimis flexibus campos cingentia, & vaſto ac navigabili alveo commerciis viam præbentia; matutinæ lucis tremulum in aquis ardorem; debilem exſurgentis cadentisque Solis fulgorem, & qualis vertici noſtro ardentiſſimus inſiſtit; ardua montium edita, nunc æquali dorſo continua, nunc in profundum abſciſſa; collium flexa; porrecta camporum; ſylvas crebris arboribus condenſas, purâ interim humo inter arborum truncos internitente; arbuſta non uno modo frugifera; triſtium quoque ac ſqualidorum truncorum retorridos ramos; prata virentia & ſine arte formoſa; lætas undantesque ſegetes; *Varios, terreſtria ſidera, flores*, ut loquitur Columella lib. x; fontes perennibus venis jugiter manantes; rivulos etiam dulce ſtrepentibus aquis inter obſtantes calculos decurrentes;

** Lib. 1. epiſt. 10.*

> \- - - *vivo de pumice fontes*
> *Roſcida mobilibus lambebant gramina rivis,*

inquit Claudianus lib. II de Raptu, verſ. 103. Conſiderant adhæc humiles fumoſasque villas; domos quoque laxitate ac dignitate ſpectabiles obſervant, ſi forte in iis latitudo porticus in longum protenſæ non ſervet proportionem, ſed ultima in anguſtias coëant, & columnarum noviſſima inter ſe jungantur; ſplendidas denique urbes, ac turrito murorum præſidio ſeptas, non minus animo, quàm oculis obire ſolent. Quoniam vero, ut eſt apud Arriani Epictetum†, Ἐν παντὶ γένει φύεταί τι ἐξαίρετον· ἐν βουσὶν, ἐν κυσὶν, ἐν μελίσσαις, ἐν ἵπποις, *In quolibet genere naſcitur aliquid eximium; in bobus, in canibus, in apibus, in equis:* quoniam, inquam, in omnibus animantibus aliquid eſt quod emineat, in ipſis quoque leonibus, equis, canibus, reliquisque beſtiis abſolutam perfectæ formæ gratiam‡ curioſe ſpeculantur, ac vivas omnium rerum ſpecies animis inſcribunt, quas in promptu ſemper atque in officio ſic habeant, ut non modo ad requiſita reſpondere, ſed ut ſemper inhærere ſenſibus videantur. Cogitant adhæc comitia, ſacrificia, feſtas compotationes, tripudiantium choros, agricolas, fabros, curſores, piſcatores, nautas quoque ſolventes oram, ſerenitatem, tempeſtates, & mare nunc tranquillum, nunc procelloſum. *Mare illud nunc, Favonio naſcente*, inquit Tullius§, *purpureum videtur; modo cæruleum videbatur; mane flavum; cùm à ſole collucet, albeſcit & vibrat, diſſimileque eſt proximo & continenti.* Photius in excerptis ex Himerii Propempt. in ſocios adventantes, Ἀμείβει τὴν φύσιν εἰς πολλὰς ἰδέας ἡ θάλαττα· πορφύρει μὲν, ὅταν εἰς γαλήνην στορέσῃ τὰ κύματα· ζοφερὰ δὲ ἔχει τὸ πρόσωπον, ὅταν ἀγριαίνῃ ταρασσομένη τοῖς κύμασιν: *Mare naturam ſuam in varias permutat ſpecies; ſiquidem purpuraſcit, cùm fluctus ſuos ſternit in tranquillitatem; contra verò vultu quaſi nubilo præbet ſe conſpiciendum, quotieſcunque motis fluctibus efferatur.* Caſtra tamen armis virisque horrentia, agrorum depopulationes, urbium expugnationes, quæcunque denique in perculſa ruentis patriæ ſpecie contingere ſolent, quàm maxime intentis oculis acerrime contemplantur. Globi armatorum effractis portis, ac murorum parte ſtrata, tumultuoſe per urbem diſcurrunt, & ruinæ prope ſimilem trepidationem, ſacra, profana, ferro flammaque vaſtantes, paſſim faciunt: ruentium tectorum fragor, clamor quoque variis terrentium paventiumque vocibus, miſto ſimul mulierum ac puerorum ploratu, & ex diverſis clamoribus unus quidam ſonus, miſcet cuncta: plangor præcipue matrum retinere infantes pugnantium, & incerta concurſatio mulierum, nunc hos nunc illos effuſo curſu proſequentium, ac viros natosque interrogantium cui ſe miſeras fato relinquant: facies tantæ calamitatis varia, incerta, fœda, horrida: diverſæ victorum cupidines, aliud cuique fas, nec quicquam illicitum. Non dignitas, non ætas protegit, quò minus ſtupra cædibus, cædes ſtupris miſceantur. Armatos, omnemque ferendis armis idoneam ætatem trucidant. Fratres, ſorores mutuum extremi complexus ſolatium expetentes, in diverſa abripiunt. Grandævos, & male uſque in illum diem fato ſervatos ſenes, exacta quoque ætate fœminas, viles ad prædam in ludibrium trahunt. Ubi adulta forte virgo incidit, vi manibusque rapientium tantum non divulſa, ipſos poſtremo direptores in mutuam perniciem agit; dumque opimum ſpolium ſibi quiſque vindicat, majore aliorum vi obtruncatur. Quidam obvia adſpernati, verberibus tormentisque domino-

† Lib. III, cap. 1.

‡ κάλος ἀπομεμαγμένον τῇ φύσει κάλος καλόν; ut loquitur Ariſtænetus lib. 1. epiſt. 11.

§ Lib. IV Acad. quæſt.

dominorum abdita ſcrutantur, defoſſa eruunt. Faces interim in manibus, quas egeſta jam præda in vacua tecta per inſolentem laſciviam ejaculentur: unde & auratorum penetralium decus cineri permiſcetur, turresque everſæ cives pariter cum oppidis obruunt atque ſepeliunt: quocunque adſpexeris, acti ante ſuum quiſque prædonem catenati occurrunt: undique interim perſonat raucus efferentium repetentiumque prædas clamor: armati, inermes, pueri, equi, tela, fœminæ, viri, hoſtes, cives permixti; nihil conſilio agi; ſors omnia regere; ipſa res faciesque fatalis horæ etiam iratis miſerabilis. Alibi tamen ipſi quoque victores, exercendæ iræ materia magis quàm ira deficiente, torpent, trucibus adhuc oculis circumſpectantes, ſi quem forte pavidum inconſulta fuga iræ ſuæ alicunde objiciat; ſed pleroſque horum ſimul ignis, clamor, cædes, velut attonitos atque alienatos ſenſibus, nec audire, nec providere quidquam ſinunt, & publica ſtrage privatos luctus ſtupefaciente, in ſuis quiſque penatibus adventum hoſtium obſtinato ad mortem animo exſpectant; dum pugnaciſſimi confirmatis ultima deſperatione animis hoſtem jugulo provocantes, in confertiſſimam eorum manum, non impune morituri, irrumpunt; & extrema periturorum rabie velut lymphati, ubi quemque periculum occupat, ibi reſiſtunt, propulſant, & qualicunque inimicorum ſtrage urbis ſuæ excidio parentantes, in veſtigio occumbunt. Alios fuga infert in mediam cædem. Alios in pugnam reverſuros, agmen fugientium avertit atque aufert. Dulcia exinde tecta, in quibus natus quiſque & educatus, ſubinde reſpicientes relinquunt; ac latius fuga manante, clam dilabentes, ſine ullo duce aut conſenſu ſuam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, diſperſi ac palantes exſequuntur. In portis denique coacervantur, non cæde ſolum, ſed etiam fuga, dum alii ſuper alios ruentes, atque integri ſauciis; vivi mortuis incidentes cumulantur. Triſte mox ac ſqualidum fugientium agmen implet vias, ac tum demum flere ibi vacat, aliorum conſpectu miſeratione mutua uberes lachrymas eliciente. Sed rurſus hic patentibus campis grande atque atrox ſpectaculum. Sequi, vulnerare, capere, atque eoſdem aliis oblatis trucidare: paſſim arma, & corpora, & laceri artus, & cruenta humus, & aliquando etiam victis ira virtusque; donec firmis inſequentium hoſtium ordinibus rurſus in fugam verſi, non agmine, ut prius, nec alius alium reſpectantes, ſed rari & vitabundi invicem, longinqua atque avia continenti impetu petunt. Plures non abſimilium rerum uberrimas imagines Artium harum inſpectioni quandoque vacaturi in animis ſuis aſſidua meditatione depingunt. Nihil enim obſtat quo minus hanc imaginum conformationem Picturæ nomine ſignemus, eadem prorſus ratione qua Philoſtratus lib. IV de vita Apollonii, cap. 8, refert Apollonium depinxiſſe formoſiſſimum adoleſcentem, cujus formam acribus tantum oculis denotaverat, atque in animum quaſi recondiderat. Ἀπολλώνιος ἀνδριαντοποιοῦ δίκην, inquit, ἐς τὸν Μένιππον βλέπων, ἐζωγράφει τὸν νεανίαν καὶ ἐθεώρει: *Apollonius, ſtatuarii inſtar Menippum contuitus, diligenter deſignabat juvenem & contemplabatur.* Et rurſus Iconum lib. II, in Inſulis, Ἡ Βάκχη δὲ Διονύσου ἐρῶσα, ἀναλύεται αὐτόν τι, καὶ ἀναγράφει, καὶ ὁρᾷ μὴ παρόντα: *Baccha Dionyſi amore capta ipſum meditatur, atque animo inſcribit, abſentemque intuetur.* Theodoretus de Providentia, Serm. V, Οἰκίαν ὁρῶντες τεχνικῶς μάλα γεγενημένην, εὐθὺς τὸν τεχνίτην θαυμάζομεν, καὶ τὸν οὐ παρόντα ζωγραφοῦμεν τῇ διανοίᾳ: *Si domum videamus artificioſe admodum ſtructam, ſtatim artificem admiramur, & abſentem deſignamus animo.* Hunc loquendi modum, *cogitatione aliquid depingere*, bis habes apud Ciceronem lib. IV Acad. quæſt. & paſſim alibi.

§. 3. Sic inſtructi, ſano rectoque judicio ſummorum Artificum labores excutiunt, ipſis quandoque Artificibus (abſit invidia dicto) felicius; cum in iis proprii operis amor, atque alienæ Artis obtrectatio ſeveritatem integritatemque judicii non raro infringant. Nam quod ad vulgus hominum attinet, de eo appoſite ſatis Pictor quidam apud Plutarchum* *Ajebat rudes & Artis ignaros ſpectatores ſimiles eſſe eorum, qui magnam ſimul turbam ſalutant; ſcitos autem & Artificii ſtudioſos, eorum, qui ſingulatim obvios compellant. Illos nempe non exacte in Artificum opera inſpicere, ſed informem quandam operum concipere imaginem. Hos autem cum judicio partes operis perluſtrantes, nihil inſpectatum, nihil inobſervatum relinquere eorum quæ vel bene vel male facta ſunt.* Ὥσπερ κοινή τις ἀκοὴ λέγοιτ' ἄν, ἡ μόνον φωνῶν διακριτική· ἡ δὲ τῶν φθόγγων οὐκέτι κοινή, ἀλλὰ τεχνική: *Prorſus quemadmodum communis quiſpiam auditus dici recte queat, qui tantum voces valet diſcernere: qui vero ſonos, non jam amplius communis, ſed artificioſus*, Arriani Epictetus, lib. III, cap. 6. Intelligentes Artis Luciano in Zeuxide ſunt γραφικοὶ καὶ μετὰ τέχνης ἕκαστα ὁρῶντες: *Picturæ ſtudioſi, & ſingula ex præſcripto artis contemplantes.* Calliſtratus in ſtatuam Occaſionis, Εἷς τις τῶν περὶ τὰς τέχνας σοφῶν, καὶ εἰδότων σὺν αἰσθήσει τεχνικωτέρᾳ τὰ τῶν δημιουργῶν ἀνιχνεύειν θαύματα: *Unus ex iis qui Artium harum intelligentes omnia opificum miracula cum ſenſu magis artificioſo nôrunt inveſtigare.* Inſignia præcellentium Artificum opera *deliciæ* vocantur Horatio lib. IV, Carm. 8; uti Tullio in Parad. *delicatæ pateræ* ſunt dictæ; quibus lib. IV in Verrem opponitur *luteum negotium*,

Elegantiarum amatores ipſis quandoque Artificibus felicius de operibus Artis judicant.

* In ipſo ſtatim initio libelli de Genio Socratis.

pro

pro opere ineleganti. Intelligentes harum Artium dicuntur *elegantes* Ciceroni, lib. IV in Verrem. Quemadmodum idem ibidem quoque teſtatur Verrem minus intelligentes harum Artium *idiotas* appellaſſe. Illa denique vis animi delicata opera à luteis diſcernens, eidem Tullio de optimo genere Oratorum *intelligens judicium* nuncupatur: & rurſus Academ. quæſt. lib. IV, *Quàm multa vident Pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus?* Ὁρῶμεν κοινῶς οἱ πάντες τὴν ἄμπελον καὶ τὸν ἵππον· ἀλλ' ὁ μὲν γεωργὸς εἴσεται, εἰ ἀγαθὴ πρὸς καρποφορίαν ἢ κακὴ ἡ ἄμπελος· καὶ ὁ ἱππικὸς ἄθυμον ἢ ταχὺν διακρινεῖ ῥᾳδίως: *Communiter omnes videmus vitem & equum: ſed agricola ſolus dignoſcet, utrum ea vitis idonea ſit ad ferendos fructus, an vero inidonea: ſimiliter quoque peritus rerum equeſtrium acrem equum ab ignavo facillime diſcernet*, Clemens Alexandr. Strom. I. Οὐκ ἔχει ἴσην κρίσιν τὸ βλέπειν· καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως φύσει τι μᾶλλον διήρθρωται, καὶ τέχνη συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν· ἐν μορφαῖς καὶ ἰδέαις αἱ τῶν ζωγράφων φρένες· ὥσπερ εἰπεῖν ποτε Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην, φήσαντα μὴ καλὴν αὐτῷ φαίνεσθαι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην· λάβε τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεός σοι φανήσεται: *Haud omnibus videndi idem judicium eſt. Nam viſus viſu, vel natura perfectior eſt, vel exercitatior Arte, ad diſcernendum meliora. Nempe ad formas ſpeciesque judicandas Pictores ingenio ſenſuque plus valent. Quemadmodum Nicomachum aliquando dixiſſe ferunt cuidam idiotæ, qui ſibi Zeuxidis Helenam non pulchram videri dixerat; Cape meos oculos, & videbitur tibi Dea*, Stobæus Serm. de Venere & Amore, ex Plutarch. de Amore. Ælianus tamen, var. Hiſt. XIV, 47, Nicoſtrato tribuit hoc apophthegma. Sunt certe quorundam oculi tales, ut eos cum Æliano, loco proxime citato, τεχνικὰ ὄμματα dicere liceat. *Eruditos oculos* dixit Tullius Parad. 5. Eos igitur habere nos oportet: ſic enim fiet, ut aſſidua harum Artium tractatio quotidie ex ſe gignat aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtigemus.

Artium harum imperiti non ſtatim ab artificioſarum rerum contemplatione excludendi.

§. 4. Si quis tamen ad Artes haſce oculos ſatis exercitatos afferre nondum poſſit, non ideo ſtatim ab inſpectione Artis erit excludendus. Quamquam enim imperitus rationem judicii ſui fortaſſe non reddat, ſentiet tamen hoc illo melius eſſe. Apposite Dionyſ. Halicarnaſſ. in Lyſia, Ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ χάρις πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ἔργοις, πρᾶγμα παντὸς κρεῖττον λόγου καὶ θαυμασιώτατον· ἄριστον μὲν γάρ ἐστιν ὀφθῆναι, καὶ παντὶ ὁμοίως ἰδιώτῃ τε ἢ τεχνίτῃ φανερόν· χαλεπώτατον δὲ λόγῳ δηλωθῆναι, καὶ οὐδὲ τοῖς κράτιστα εἰπεῖν δυναμένοις εὔπορον· ὥς τε εἴ τις ἀξιοίη λόγῳ διδαχθῆναι ταύτην τὴν δύναμιν, ἥ τις ποτέ ἐστιν, οὐκ ἂν φθάνοι καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ καλῶν πραγμάτων δυσπεριλήπτων ἀπαιτῶν λόγον· λέγω δὲ ἐπὶ κάλλους μὲν σωμάτων τί δή ποτ' ἐστὶν ὁ καλούμενος ὥραν· ἐπὶ κινήσεως δὲ μελῶν καὶ πλοκῆς φθόγγων τί λέγεται τὸ εὐάρμοστον· ἐπὶ συμμετρίας δὲ χρόνων, τίς ἡ τάξις καὶ τί τὸ εὔρυθμον· καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ συλλήβδην ἔργου τε καὶ πράγματος, τίς ὁ λεγόμενος καιρὸς, καὶ ποῦ τὸ μέτριον· αἰσθήσει γὰρ τούτων ἕκαστον καταλαμβάνεται, καὶ οὐ λόγῳ: *Virtus & gratia in omnibus operibus efflorescens, res eſt prorſus admiranda & quamvis diſertæ orationis vim exuperans. Maxime quidem idonea eſt conſpici, omnibusque pariter idiotis atque artium harum intelligentibus perſpiciendam ſe præbet; oratione tamen eam explicare etiam iis eſt arduum, qui plurimum dicendo valent. Quiſquis itaque qualemcunque hanc vim explicari ſibi verbis requiret, plurimarum quoque aliarum inſignium atque ineffabilium rerum rationem pari jure poſtulabit. Quidnam videlicet in corporum pulchritudine vocemus* ὥραν. *Quid in mobili illa modulatione ac flexu vocum* εὐάρμοστον *dicatur. Quid in omni convenientia temporum ſit* τάξις *atque* εὔρυθμον. *In omni denique opere atque in omni re gerenda quiſnam ſit ille qui dicitur* καιρὸς, *quemadmodum etiam* τὸ μέτριον *in quo conſiſtat. Senſu enim horum ſingula, non oratione, comprehenduntur.* Brevius totum hunc locum complectitur Quintil. IX, 4; *Docti, rationem artis intelligunt: indocti, voluptatem.* Itaque ex æquo ſæpe quæ plena ſunt ſentiunt, parum expleta deſiderant, fragoſis offenduntur, lenibus mulcentur, fortibus excitantur, ſtabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia faſtidiunt. Nunquam certe de bono Pictore, aut non bono, doctis hominibus cum populo diſſenſio fuit. Etenim neceſſe eſt, qui ita pingat, ut à multitudine probetur, eundem & doctis probari. Vulgo homines egregia ſummorum Artificum opera intuentes, quid efficiatur ſentiunt; docti vero inſuper etiam, cur id efficiatur intelligunt. De populo ſi quem olim ita rogaviſſes, Quis eſt in Arte conſummatiſſimus? in Apelle & Protogene aut dubitaret, aut hunc alius, illum alius diceret. Nemone Pamphilum, tam ſuavem, tam bellum, tam ſpecioſum Artificem his anteferendum putat? nemo profecto. Id enim ipſum eſt ſummi Artificis, ſummum Artificem populo videri. Tu Artifex, quid quæris amplius? delectatur ſpectans multitudo; ducitur Pictura; gaudet, dolet, ridet, miratur; &, Pictura quoſvis affectus inſpirante, ad miſericordiam aut odium inducitur. Quid habes quod diſputes? Quid eſt quod exſpectetur docti alicujus ſententia? Quod enim probat multitudo, hoc idem doctis probandum eſt. Denique, hoc ſpecimen eſt popularis judicii, in quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque diſſenſio. His quàm ſimillima fuſius proſequitur *Tullius de claris Oratoribus*.

§. 5. Li-

Ut ut indocti ſatis commode nequeant de ipſa Arte judicare, debita tamen admiratione tantæ Artis miracula proſequi poſſunt.

§. 5. Liquet ergo rem recta reputantibus via, imperitos quoque ac rudes mirari poſſe præclara Artificum opera, ut ut de iis exacte judicare non valeant. De primo agit Symmachus lib. 1, epiſt. 23; *Licet alienas ſpectare virtutes: nam & Phidiæ Olympium Jovem, & Myronis buculam, & Polycleti Canephoras rudis ejus artis hominum pars mirata eſt. Intelligendi natura indulgentius patet. Alioqui præclara rerum paucis probarentur, ſi boni cujuſque ſenſus etiam ad impares non veniret.* Et rurſus lib. VIII, epiſt. 22; *Careret quippe fama magnorum virorum celebritate, ſi etiam minoribus teſtibus contenta non eſſet.* Tullius quoque III de Officiis; *In picturis uſu venit*, inquit, *& aliis compluribus, ut delectentur imperiti, laudentque ea, quæ laudanda non ſunt; ob eam credo cauſam, quòd inſit in his aliquid probi, quod capiat ignaros; qui iidem, quid in unaquaque re vitii ſit, nequeant judicare: itaque cùm ſint docti à peritis, deſiſtunt facile ſententia.* Idem III de Oratore; *Illud ne quis admiretur, quonam modo hæc vulgus imperitorum notat; quum in omni genere magna quædam eſt vis incredibiliſque naturæ. Omnes enim tacito quodam ſenſu, ſine ulla arte aut ratione, quæ ſint in artibus ac rationibus recta ac prava dijudicant; idque cùm faciunt in picturis, & in ſignis, & in aliis operibus, ad quorum intelligentiam à natura minus habent inſtrumenti; tum multo oſtendunt magis in verborum, numerorum, vocumque judicio, quod ea ſunt in communibus infixa ſenſibus, neque earum rerum Natura quemquam voluit funditus eſſe expertem. Itaque non ſolum verbis arte poſitis moventur omnes, verum etiam numeris ac vocibus. Quotus enim quiſque eſt qui teneat artem numerorum ac modorum? At in his ſi paullum modo offenſum eſt, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. Quid? hoc non idem fit in vocibus, ut à multitudine & populo non modo catervæ atque conventus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes ejiciantur. Mirabile eſt, cùm plurimum in faciendo interſit inter doctum & rudem, quàm non multum differat in judicando.* Ἔγωγε καὶ ἐν τοῖς πολυανθρωποτάτοις θεάτροις, ἃ συμπληροῖ παντοδαπὸς καὶ ἄμουσος ὄχλος, ἔδοξα καταμαθεῖν ὡς φυσική τις ἐστὶν ἁπάντων ἡμῶν οἰκειότης πρὸς ἐμμέλειάν τε καὶ εὐρυθμίαν, κιθαριστήν τε ἀγαθὸν σφόδρα εὐδοκιμοῦντα ἰδὼν θορυβηθέντα ὑπὸ τοῦ πλήθους, ὅτι μίαν χορδὴν ἀσύμφωνον ἔκρουσε καὶ διέφθειρε τὸ μέλος· καὶ αὐλητὴν κατὰ τὴν ἄκραν ἕξιν χρώμενον τοῖς ὀργάνοις, καὶ αὐτὸ τοῦτο παθόντα, ὅτι ἀσυμφώνως ἐμπνεύσας ἢ μὴ πιέσας τὸ στόμα, θρυλιγμὸν ἢ τὴν καλουμένην ἐκμέλειαν ηὔλησε· καί τοι εἴ τις κελεύσειε τὸν ἰδιώτην τοῦτον τι ὧν ἐνεκάλει τοῖς τεχνίταις ὡς ἡμαρτημένων, αὐτὸν ποιῆσαι λαβόντα τὰ ὄργανα, οὐκ ἂν δύναιτο· τί δή ποτε; ὅτι τοῦτο μὲν ἐπιστήμης ἐστίν, ἧς οὐ πάντες μετειλήφαμεν, ἐκεῖνο δὲ πάθους, ὃ πᾶσιν ἀπέδωκεν ἡ φύσις: *Ego & in frequentiſſimis theatris omnigena & illiterata turba plenis, viſus ſum mihi didiciſſe, naturalem quandam eſſe nobis cognationem ad ſuavem numeroſæ modulationis concentum; citharœdum etiam bonum admodumque clarum vidi exploſum à multitudine, quod unicam chordam male pulſaſſet, carmenque corrupiſſet. Item tibicinem, quantum ex arte, poſſit, utentem inſtrumentis, id ipſum paſſum, incongruenter quod inſpirans, vel os non comprimens, murmur quoddam inconcinnum, & modulandi artificio adverſum edidiſſet. Et ſane, ſi quis juſſerit idiotam ſumpto inſtrumento ea, quæ in Artificibus culpabat, ipſum facere; profecto nequeat. Quapropter? Quoniam hoc quidem eſt ſcientiæ, cujus omnes participes non ſumus; illud vero eſt cujuſdam affectionis animi, quam omnibus natura conceſſit*, Dionyſ. Halicarnaſſ. περὶ συνθέσ. ὀνομάτων. De poſteriori eſt illud Anacharſis apud Laërtium lib. 1, qui mirari ſe dixit, quomodo apud Græcos Artifices certarent, judicarent vero qui Artifices non eſſent. Quod non minus in hiſce Artibus fieri mirabitur, qui ſciet in iis non raro latere aliquid nonniſi Artificibus intellectum. Ita Mechopanes placuit *diligentia, quam intelligant ſoli artifices*, Plin. XXXV, 11. Τὸ τὸν ἀνδριάντα ὡς δεῖ κατασκευάσαι, τίνος σοι φαίνεται; ἀνδριαντοποιοῦ· τὸ δ' ἰδεῖν ἐμπείρως, οὐδεμιᾶς σοι προσδεῖσθαι φαίνεται τέχνης; προσδεῖται καὶ τοῦτο: *Statuam rite conficere, cujus tibi videtur? Statuarii. Perita vero ſtatuæ conſideratio, nullamne tibi artem requirere videtur? Requirit & hæc*, Arriani Epict. lib. II, cap. 24. Τὸ τὰ τῶν ἄλλων εἰδέναι κρίνειν καθ' ὅ, τι καλῶς ἂν ἔχοι καὶ ἀκριβῶς, καὶ καθ' ὅ, τι μή, εἴτ' οὖν τῶν ἀρχαίων εἴη τινὸς, ἢ τῶν νεωτέρων, οὐκ ἄνευ τῆς περὶ ταῦτα ἐπιστήμης γένοιτ' ἄν: *Aliorum ſcripta poſſe dijudicare, quatenus ſunt bene, & accurate inſtituta, & quatenus minime, ſive veterum ſint, ſive recentiorum, ſine ſcientia circa hæc fieri non poteſt*, Hermogenes lib. 1 de Formis orationum. Diſertiſſimis denique verbis ait Plin. Junior lib. 1, epiſt. 10, *De pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex judicare non poteſt.* Artifices hic intellige, non tantum opifices manum tabulæ aut marmori admoventes, verum etiam rara imaginativæ virtutis facultate in tantum pollentes, ut veras firmaſque omnium rerum ſpecies animo ſemper obverſantes, cum Picturis ſtatuiſque naturam imitantibus conferre valeant, & certa ſollertique conjectura Artificum diverſiſſimas manus in operis modo ac forma deprehendere poſſint. *Aſſiduus uſus uni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit*, Cicero pro L. Cornelio Balbo. Λακεδαιμόνιοι, εἰ μὲν ἐμάνθανον τὴν μουσικήν, οὐδὲν λέγουσιν· ὅτι δὲ κρίνειν δύναιντο καλῶς τὴν τέχνην, ὁμολογεῖται· ὑπὲρ αὐτῶν γάρ φασι τρὶς ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην αὐτήν: *Utrum didicerint*

Bonæ tabulæ à vulgi hominibus non Arte aliqua perpenduntur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu judicantur.

didicerint muſicam Lacedæmonii, non traditur; in confeſſo tamen eſt eos uſque adeo rectum de ea tuliſſe judicium, ut ter in integrum jam declinantem ac tantum non corruptam reſtituerint, Athenæus lib. XIII Deipnoſoph. cap. 6. Optime Tullius de optimo genere Oratorum, *Ad picturam probandam adhibentur etiam inſcii faciendi, cum aliqua ſollertia judicandi*. Idem de Oratore, *Si eſſet mihi de hiſtrione dicendum, & negarem poſſe eum ſatisfacere in geſtu, niſi palæſtram, niſi ſaltare didiciſſet; neque ea quum dicerem, me eſſe hiſtrionem neceſſe eſſet; ſed fortaſſe non ſtultum alieni artificii exiſtimatorem*. Plutarchus adſcribit Arato Sicyonio, Κρίσιν οὐκ ἄμουσον ἐν γραφαῖς καὶ πίναξι: *Judicium non imperitum in picturis & tabulis*. Talis fuit nobilis ille Vindex celebratus Statio Papinio:

- - - Quis namque oculis certaverit unquam
Vindicis, artificum veteres agnoſcere ductus,
Et non inſcriptis autorem reddere ſignis?
Hic tibi quæ docto multum vigilata Myroni
Æra, laboriferi vivant quæ marmora cælo
Praxitelis, quod ebur Piſæo pollice raſum,
Quod Polycleteis viſum eſt ſpirare caminis,
Linea quæ veterem longe fateatur Apellem
Monſtrabit. Namque hæc, quoties chelyn exuit ille,
Deſidia eſt; hic Aoniis amor avocat antris.

Vide Statium IV Sylv. in Hercule Epitrapezio.

Gravioris alicujus functionis labore fatigati, ad Artium harum amœnitates laxandi levandique animi gratia divertunt.

§. 6. Plures profecto eminentiſſimæ ac nobiliſſimæ ſortis viri, exemplo Vindicis hujus, etiam nunc elegantiſſime intervalla occupationum ſuarum amœno quodam otio diſpungentes, ſi quando cum influentibus forte negotiis paria fecerunt, divina illa excellentium Artificum opera & proprio quodam excultiſſimæ elegantiæ lepore jucunda ſedulo inſpiciunt: parvula quoque momenta Artis tam ſcrupuloſa cura examinant, ut nullam potiorem voluptatem agnoſcere videantur. *Mihi liber eſſe non videtur, qui non aliquando nihil agit: & verus otii fructus eſt, non contentio animi, ſed relaxatio*, Cicero lib. II de Oratore. Quemadmodum enim ſæpe videmus pinguem glebam, dum ceſſat à cultu, ſua ſponte in plantas nulla cultiſſimi ſoli ubertate deteriores eniteſcere; ita magna ingenia exhauſtas egeſtaſque ſtrenuæ mentis vires otio reparant, vegetumque poſt modicam remiſſionem animum altis ac ſe dignis cogitationibus implent. *Præcipue tamen velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur*, Quintil. X, I: *Ut homines labori aſſiduo & quotidiano aſſueti, cum tempeſtatis cauſa opere prohibentur, ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt, aut etiam novum aliquem ſibi in otio excogitant ludum; ſic illi à negotiis publicis, tanquam ab opere, aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati, totos ſe, alii ad Poetas, alii ad Geometras, alii ad Muſicos contulerunt, alii etiam novum ſibi ipſi ſtudium ludumque pepererunt*, Cicero lib. III de Oratore. *Ut enim terræ variis mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illa meditatione recoluntur*, Plin. Junior lib. VII, epiſt. 9. *Danda eſt remiſſio animis; meliores acrioreſque requieti ſurgent. Ut fertilibus agris non eſt imperandum, cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fertilitas; ita animorum impetus aſſiduus labor frangit, vires recipient paulum reſoluti & remiſſi*, Seneca de Tranquill. animi, cap. 15.

Cur maxima quæque ingenia maxime capiantur Artis elegantia.

§. 7. Quod autem vegeta illuſtrium virorum ingenia hujus potiſſimum voluptatis dulcedine trahantur, admirationem nullam meretur. *Pulchritudo enim corporis apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt*, Cicero lib. I de Officiis. Τὸ καλὸν καὶ λίθον κινῆσαι δυνάσθαι: *Quod pulchrum eſt vel lapidem movere valet*, Arriani Epict. lib. III, cap. 23; vide Iſocrat. in Helenæ laudat. quemadmodum & Etymol. in Καλός. Ariſtoteles interroganti, cur quæ pulchra ſunt amentur, reſpondit, Τυφλοῦ τὸ ἐρώτημα; *Cæci hæc interrogatio*, Laërt. lib. V in Ariſtotele. Hinc Stoici, quemadmodum ex Jo. Stobæi Eclogarum Ethicarum cap. 5 diſcimus, Amorem definiebant, ἐπιβολὴν φιλοποιΐας διὰ κάλλους ἔμφασιν; vel, ut eſt apud eundem cap. proxime ſequenti, Διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον; *Studium quo novis amicitiam alicujus conciliare ſtudemus, propter pulchritudinis repræſentationem*; vel, *propter pulchritudinem in eo elucentem*. Scitum quoque eſt illud Euripidis, quod apud Græcos in proverbium abiit, Ὅ, τι καλὸν, φίλον ἀεί; eam etenim vim habent pulchra, ut quorumvis hominum benevolentiam ſibi concilient. Τοὺς γὰρ καλοὺς καὶ βάρβαροι χεῖρες, ὡς ἔοικε, δυσωποῦνται· καὶ πρὸς τὴν ἐράσμιον θέαν ὁ ἀπρόσφιλος ὀφθαλμὸς ἡμεροῦται: *Formoſos etiam barbaricæ manus, ut videtur, ſuſpiciunt; atque ad amabilem pulchrorum conſpectum, etiam immanis oculus manſueſcit*, Heliodorus libro V. Fortaſſe denique Græci Grammatici τὸ καλὸν ob hoc ipſum putaverunt dictum ἀπὸ τοῦ καλεῖν. Quod ea

quæ

quæ pulchra ſunt, oculos omnium ad ſe advocent. Unice quidem humanos animos afficit ipſa ſpecioſiſſimorum corporum pulchritudo, magis tamen pulchritudinis hujus accurata imitatio: etenim mens noſtra perfectæ venuſtatis contemplatione elata & alacrior reddita, gaudium ſuum capere ipſa amplius non poteſt, neque aliter exſultat lætitia & geſtit oſtentatione, ac ſi ipſa rarum illud tantæ pulchritudinis exemplum ex ſe genuiſſet. Ὄψις πλάσμασι, καὶ γραφαῖς, καὶ γλυφαῖς, καὶ ὅσα δημιουργήματα χειρῶν ἀνθρωπίνων ὁρῶσα, ὅταν εὑρίσκῃ τὸ, θ' ἡδὺ ἐνὸν αὐτοῖς καὶ τὸ καλὸν, ἀρκεῖται καὶ οὐδὲν ἔτι ποθεῖ: *Viſus Fictorum, Pictorum, Sculptorumque opera, nec non quævis alia humana manu fabrefacta cernens, quando invenerit quid ſuave & pulchrum ipſis inſit, acquieſcit, & nihil amplius deſiderat*, Dionyſ. Halicarn. περὶ συνθέσ. ὀνομάτων. Οἱ τὰ κάλλη τῶν ἀγαλμάτων θεώμενοι, ἔχονται μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τοῦ πρώτου προσπίπτοντος: μεταβιβάζοντες δὲ ἄλλοτε ἐπ' ἄλλο τὴν θέαν, διαπορῶσιν ὅ, τι πρῶτον θαυμάσωσιν: *Qui pulchritudines ſtatuarum conſiderant, conjiciunt oculos in id, quod primum inciderit. Viſu autem ab alio in aliud tranſeuntes, animi pendent, quid primum contemplentur*, Himerii Sophiſtæ excerpta ἐκ τοῦ εἰς Ἀμπέλιον προπεμπτικοῦ. Verumtamen, cum in eximiis præſtantium Artificum operibus non tam ipſa pulchritudo teneat oculos, quàm felix quædam audacia Artis Naturam ipſam in certamen quaſi provocantis, uſu quoque venire ſolet, ut non pulchrarum modo rerum, ſed & turpium apta imitatio mentem humanam oblectet ac reficiat. ἔςι γὰρ φιλοθέαμον τὸ ζῶον ὁ ἄνθρωπος: *Eſt enim homo animal ſpectandi cupidum*, Arriani Epict. lib. I, cap 29. Γεγραμμένην σαῦραν ἢ πίθηκον, ἢ Θερσίτου πρόσωπον ἰδόντες ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν, οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ὅμοιον. οὐσία μὲν γὰρ οὐ δύναται καλὸν γενέσθαι τὸ αἰσχρόν· ἡ δὲ μίμησις, ἄν τε περὶ φαῦλον ἄν τε περὶ χρηστὸν ἐφίκηται τῆς ὁμοιότητος, ἐπαινεῖται: *Pictam lacertam, aut ſimiam, aut Therſitæ faciem videntes, delectamur & miramur, non pulchritudinis, ſed ſimilitudinis cauſa. Suapte enim natura id quod turpe eſt, pulchrum fieri non poteſt: imitatio autem, ſive pulchræ ſive turpis rei ſimilitudinem exprimat, laudatur*, Plutarch. de aud. Poëtis. Vide quoque eundem Plutarch. Sympoſiacôn lib. v, quæſt. I, ubi præclare admodum ſuper hac ipſa re diſputat, nec non pluribus eam exemplis illuſtrat.

§. 8. Deſinant itaque rudes harum Artium mirari, quidnam ſit illud, quod acres alioquin ac perſpicaces animos in Picturarum ſtatuarumque lineamentis tam otioſe conſiderateque perpendendis detineat: quandoquidem ſemper *difficilis eſt ſatietas bonarum rerum; & tunc maxime animos jucunda quæque ſollicitant, cum videntur explere*, Symmach. lib. IV, epiſt. 16. Deſinant quoque mirari, quod magni viri præclariſſimorum Artificum opera ad rationem ſuam uſumque æſtimantes, permagno ea certatim emant atque in pinacothecas congerant: etenim, qui modus eſt in his rebus perceptæ voluptatis, idem erit æſtimationis. Audiendus itaque Tullius lib. IV in Verrem, ubi de ſtatuarum pretiis agens: *Arbitror*, inquit, *hæc à nobis ita ſpectari oportere, quanti eorum judicio, qui ſtudioſi ſunt harum rerum, æſtimantur*. Fieri adhæc poteſt tabularum ſtatuarumque pretia quandoque intendi ab iis, dum moleſte & acerbe accipiunt Artes haſce paſſim in contemptionem omnibus venire; neque commodiorem ullam rationem inveniunt, quàm ut veſtigiis Apellis, conſilio ab omni parte laudabili, inſiſtant, quem Plin. XXXV, 10, tradit hac ratione Protogeni dignationem Rhodi primum conſtituiſſe: *Sordebat ille ſuis*, inquit, *ut plerumque domeſtica: percontantique quanti licitaretur opera effecta, parvum neſcio quid dixerat: at ille quinquagenis talentis popoſcit: famamque diſperſit, ſe emere ut pro ſuis venderet. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem; nec, niſi augentibus pretium, ceſſit.* Ἀγαλμάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι, μὴ μόνον τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην μὴ βλάψαντας, ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῷ ἔργῳ προστεθεικότας: *Multos egregiarum ſtatuarum amatores fuiſſe audio, qui non ſolum Artificis laudi nihil obfuerint, verum etiam ſuo erga illas amore, veram vivamque voluptatem operi addiderint*, Julianus Imp. epiſt. 34. Non meretur ergo reprehenſionem, quiſquis erogandæ per honeſta pecuniæ cupiens, licitis atque innoxiis voluptatibus eam impendere potius habet, quàm patrimonium ſuum damnoſa alea populari, & avitas opes per gulam ventremque tranſmittere. *Multi prodiderunt*, inquit Suetonius in Julio, cap. 47, *Julium Cæſarem gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe.* Recte Plautus, Aſinaria Act. III, Sc. 3; *Non omnia eadem æque omnibus ſuavia eſſe ſcito.* Virgilius Ecloga II, *Trahit ſua quemque voluptas.* Horat. lib. II, epiſt. 2; *Denique non omnes eadem mirantur amantque.* Quamobrem etiam in manifeſto verſantur errore, qui alienos mores ad ſuos referunt, atque ea quæ ipſis leviora ſunt pari modo apud cæteros eſſe arbitrantur. Οὐ γὰρ πάντα πᾶσι καλά· οὐδὲ ἄξια δοκεῖ σπουδάσαι πᾶσι πάντα: *Nunquam omnia omnibus pulchra; neque omnia omnibus videntur ſtudio digna*, Ælian. in præfat. lib. I de Animalibus. Ἀφιλόκαλον, iners, ac pene etiam turpe eſt non putare tanti cognitionem, qua nulla eſt jucundior, nulla pulchrior, nulla denique humanior. *Natura homo mundum atque elegans animal eſt*, inquit Seneca epiſt. XCII. Si qui tamen ſolidioris doctrinæ fructui inhiantes dignitatem liberaliſſimarum Artium omnibus

Cur ſummi homines accuratius picta ſculptave quovis pretio emant.

Quidquid domi eſt, vile eſt, Seneca lib. III de Benef. cap. 3.

bus ſæculis celebratam uſque adeo inliberaliter adſpernantur ac pro nihilo ducunt, ut eam præ ſuis ſtudiis ne tralatitio quidem aſpectu dignentur; eorum ego ſtomachum feram facile, modo & ipſi diverſam viam inſiſtentibus parcant; memores iſtius Pliniani, *Demus alienis oblectationibus veniam, ut noſtris impetremus*, Plin. Junior IX, 17. Urget id ipſum Horat. lib. 1, epiſt. 18. *Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.* Graviter quoque Seneca de Tranq. animi, cap 9; *Quid habes cur minus ignoſcas nomen marmore atque ebore captanti, quam opera conquirenti aut ignotorum autorum, aut improbatorum, & inter tot millia librorum oſcitanti, cui voluminum ſuorum frontes maxime placent titulique?* Gloriam certe eorum non modo non minui, verum etiam augeri arbitramur, quorum ad populares illuſtresque laudes hæ quoque minus notæ minusque pervulgatæ adjunguntur. Ita Marcellus, victis Syracuſis, primus omnium Urbem imbuit Græcarum venuſtatum intelligentia, idque ipſum, aliis eum vellicantibus, ſedulo triumphabat: vide Plutarchum in ejus vita.

Tenuioris quoque ſortis homines ſummo cum fructu Artium harum contemplationi vacant.

§. 9. Cæterum magnos forte viros, quibus ad id opes non deſunt, animus etiam ſupereſt, facile feras duplici facultatum ac temporis impendio honeſtiſſimis voluptatibus indulgentes: culpes tamen mediocris conditionis homines deliciis hisce vacantes; tanquam qui ſuæ ſortis parum memores, nimio facultatum ſuarum ac boni pariter otii diſpendio nihil profutura conſectentur. At tu, quiſquis tandem es, cui tantum à re tua otii eſt, aliena ut cures, toto, quod ajunt, cœlo erras. Quamvis enim Artibus hisce plurimum inſit voluptatis ingenuæ, nonnihil tamen (ut quod res eſt fateamur) diſcriminis adirent atque in manifeſtum dedecus propter incuriam incurrerent, quotquot in ſumma rei familiaris anguſtia quid porro proventurum ſit animis ad tantæ voluptatis dulcedinem languentibus non proſpiciunt; niſi publica magnarum urbium & ſacrarum ædium ornamenta, privatæ adhæc patentesque magnatum pinacothecæ paſſim advocarent atque admitterent ſucciſivas horas in hac commentatione collocare parantes. *Cur divitiæ deſiderentur?* inquit Cicero lib. V Tuſcul. quæſt. *aut ubi paupertas beatos eſſe non ſinit? Signis, credo, tabulis, ludis. Si quis eſt qui his delectetur, nonne melius tenues homines fruuntur, quàm illi, qui his abundant? Eſt enim earum omnium rerum noſtra in urbe ſumma in publico copia: quæ qui privati habent, nec tam multa, & raro vident, cùm in ſua rura venerint.* Neque eſt cur inutilem dicas contemplationem, quæ judicio noſtro veram pulchritudinem, maximum ſane rerum creatarum bonum, inſcribit; quæ animorum nubila, diſcuſſa omni mœſtitia, ſerenat; quæ multiplicem ac plane mirabilem ſui uſum humano generi præſtat; quæ per imagines rerum geſtarum mentibus noſtris ſtudium virtutis atque innocentiæ amorem inſtillat; quæ denique, ut & hoc adjiciam, potentiſſimis amoris atque iræ affectibus frænum injicit. Propertius certe lib. III, Eleg. 20, contemplationis hujus beneficio Amoris æſtum ac furori ſimilem impetum reprimi poſſe teſtatur. Diſcas etiam ex Plutarcho quàm parata ſemper ſit ſinceræ reconciliationis gratia in candidis elegantiſſimorum hominum pectoribus; aureo ſæculo, ſi penitus inſpexeris, dignos dicas; quotusquiſque enim eorum eſt, quorum animos humaniſſimæ oblectationis dulcedo ſemel intravit, qui amoribus ſerviat, honores appetat: invident nemini, neminem deſpiciunt; pinacothecas tantum imaginantur & bene inſtructas porticus: hæc ſumma curarum, ſumma votorum: mollemque inpoſterum & pinguem, hoc eſt, innoxiam beatamque deſtinant vitam. Unde etiam uſu venire ſolet, ut ſtatim bona fide redeant in gratiam cum iis quibus ſubiraſcuntur, omnemque ſcabitudinem animo ſine cicatrice deleant, præſertim ſi eos ab iſta voluptate, qua ipſi capiuntur, minime abhorrere deprehendant. Ovidius lib. I de Ponto, Eleg. 6;

Αἰδήμων τοῦ χρυσοῦ γένους.

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum.

Horat. lib. 1, epiſt. 18;

Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

Non latuit hoc Polemonem, de quo Plutarch. περὶ ἀοργησίας agit: Πολέμων, λοιδοροῦντος αὐτὸν ἀνθρώπου φιλολίθου καὶ περὶ σφραγίδια πολυτελῆ νοσοῦντος, ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν, τῶν σφραγιδίων δ' ἑνὶ προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ κατεμάνθανεν· ἡσθεὶς οὖν ὁ ἄνθρωπος, Μὴ οὕτως (εἶπεν) ὦ Πολέμων, ἀλλ' ὑπ' αὐγὰς θεῶ, καὶ πολύ σοι βέλτιον φανεῖται: *Polemo maledictis inceſſitus à quodam homine lapidum pretioſorum ſtudioſo, & qui morbo conquirendi ſigilla magno empta laboraret, nihil reſpondit, ſed ſigillorum uni animum advertit, idque perſpexit. Quo facto delectatus ille, Non ſic, inquit, Polemo, ſed expoſitum luci contemplare: longe enim pulchrius tibi videbitur.* Apposite Ovidius lib. III de Arte, verſ. 545.

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et ſtudio mores convenienter eunt.

Arbiter

Arbiter Satyrico, *Incultis aſperisque regionibus diutius nives hærent: aſt ubi ea aratro domefacta tellus nitet; dum loqueris, levis pruina dilabitur. Similiter in pectoribus ira conſidit: feras quidem mentes obſidet, eruditas prælabitur.* Memorabilis eſt Virgilii locus lib. I Æneid.

Hoc primum in luco nova res oblata, timorem
Lenüt: hic primum Æneas ſperare ſalutem
Auſus, & afflictis melius confidere rebus.
Namque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo,
Reginam opperiens; dum quæ fortuna ſit urbi,
Artificumque manus inter ſe, operumque laborem
Miratur; videt Iliacas ex ordine pugnas
Bellaque jam fama totum vulgata per orbem:
Atridas, Priamumque, & ſævum ambobus Achillem.
Conſtitit, & lachrymans, Quis jam locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus: ſunt hic etiam ſua præmia laudi,
Sunt lachrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.
Solve metus; feret hæc aliquam tibi fama ſalutem.
Sic ait; atque animum pictura paſcit inani,
Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Ad quem locum Servius; *Omnis Æneæ ſollicitudo de moribus Afrorum erat; quam nunc picturæ contemplatione deponit. Qui enim depingunt bella, & virtutem diligunt, & miſeratione tanguntur.* Fieri tamen poteſt advenas Tyrios, Perſarum conſuetudinem ſecutos, hæc potiſſimum delineaſſe. Etenim apud Perſas, teſte Ammiano Marcellino libro XXIV, *Non pingitur vel fingitur aliud, præter varias cædes & bella.* Quod ſi forte hæc tanta commoda humanum ingenium ad perfectionem ſui informantia non oſtenderentur, atque una tantum ex his ſtudiis delectatio peteretur, pauciſſimos tamen arbitrater hanc humaniſſimam ac liberaliſſimam fatigatæ mentis remiſſionem agreſti duroque animo repudiaturos. Quin potius in complures paſſim homines alioqui non contemnendos incidas, qui, licet placidiſſimas haſce recreationes neque ipſi attingere curent, neque ſordidioribus aliis voluptatibus obruto ſenſu guſtare poſſint; ſuſpiciunt tamen in aliis ſtudia quæ adoleſcentiam ornant, ſenectutem ſuſtentant, quæ ſecundas res alunt, adverſis perfugium ac ſolatium præbent, quæ vitam omni humanitate perpolitam magis etiam commendant, quæ animos noſtros oblectant domi, non impediunt foris, quæ denique nobiſcum pernoctant, peregrinantur, ruſticantur. Cœlitum ſane vita frui videntur, quorum mentes blandiſſimarum Artium dulcedine identidem delinitæ, in veræ pulchritudinis contemplatione jugiter conquieſcunt. Inde nimirum tantus iis opum, ambitionis, dignitatum contemptus, nec non illius quæ intra vulgus ſtat lætitiæ vel oblivio vel negligentia apud excelſas atque inſuperabiles animas. Verum quid eſt quod ego hiſce Artibus tam ſtudioſe patrocinor? quandoquidem ſatis conſtat eas tantis auctoribus ſemper fuiſſe probatas, tam validis adhæc rationibus eſſe munitas; ut ex malignitate potius proficiſci videatur, ſi quid obtrectantium murmur ingeſſerit; quàm ex aſſentatione, ſi paucula quædam ex tam numeroſa earum gloria delibare conemur.

Principibus interim viris ſedulo cavendum eſt, ne omnia generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta nimio elegantiarum amore deſtruant.

§. 10. Quiſquis igitur & animo & ingenio magnus humaniſſimarum Artium elegantias præcipue in deliciis atque in delectamentis habebit, famæ ſecurus & ad invidiam uſque felix, feſtivis hiſce contemplationibus mentem expleat. Meminerit modo incredibili huic voluptati temperamentum hoc indicere, ne forte imprudens Artium harum dignitatem propriæ dignitatis jactura tueri ſtudeat. Quemadmodum enim apud omnes in confeſſo eſt condimenta mere ſumpta neque eſu grata, neque uſu ſalubria eſſe; ita exquiſitiſſimus hic paſtus ingeniorum ſine utilioris doctrinæ digniorisque honoris dape ſæpenumero plus obeſſe nimis avide appetentibus, quàm prodeſſe deprehenditur. Quamobrem neque laudandos putamus eos, qui ad majores melioresque curas nati & inſtituti, ingenio tamen ſuo atque otio turpiter illudere non verentur, dum in hoc deſidioſæ oblectationis ſtadio totum occiduæ fluxæque vitæ ſuæ curſum conſumunt: ſed conſuetudinem eorum non modo excuſabilem, verum etiam pulchram & magnificam eſſe contendimus, qui hæc elegantiſſimarum Artium delinimenta vel ad animi relaxationem aſſumunt, vel ad ornamentum virtutis illius cui ſe ſuaque ſtudia devoverunt. Adriano certe Imp. cucurbitarum Picturam, qua ſibi Imperator hic ſupra modum placebat, aſpero ſatis joco exprobravit Apollodorus Architectus; vide Xiphilinum. Antiochus quoque Epiphanes, Polybio teſte, nonnunquam ſe è conſpectu omnium cum duobus tribusve famulis abripiens, & ab aulæ ſtrepitu, omiſſis excubiis & fortunæ ſuæ mole, quàm longiſſime ſecedens, Εὑρίσκετο μάλιστα πρὸς τοῖς ἀργυροκοπείοις καὶ χρυσοχοείοις εὑρεσι-

λεγῶν καὶ φιλοτεχνῶν πρὸς τοὺς τορευτὰς καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας: *Inveniebatur maxime cum argenti ſculptoribus & auri fuſoribus in ipſorum officinis copioſe verba fundităns, & de Artis ſubtilitate diſputans cum cælatoribus & aliis opificibus*; vide Athenæum lib. v Deipnoſoph. cap. 4. Attalum adhæc, ſplendidæ alioqui magnificentiæ Regem, ſugillant Hiſtorici, quòd omiſſa regni adminiſtratione, & regiæ majeſtatis pompa ad tempus ſequeſtrata, ærariæ Artis fabricæ vacaverit, cerisque fingendis & ære fundendo procudendoque animum ſuum oblectaverit; vide Abbreviatorem Trogi, lib. xxxvi. Non videtur hic prætereunda illa vocis libertas, quam olim Stratonicus cantor in pari fere negotio exercuit: Πτολεμαίου δὲ βασιλέως περὶ κιθαριστικῆς πρὸς τὸν κιθαριστὴν Στρατόνικον λεγομένου, Ἕτερόν ἐστιν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον: *Ptolemæo regi ſtudioſius cum Stratonico de arte diſſerenti, Aliud, inquit Stratonicus, eſt ſceptrum, ô Rex, aliud vero plectrum*, Athenæus lib. viii Deipnoſoph. cap. 10. Sequatur ergo elegantiarum amator ſanum graviſſimi ſcriptoris conſilium; ὁ Φίλιππος, inquit Plutarchus *, πρὸς τὸν υἱὸν ἐπιτερπῶς ἔν τινι πότῳ ψήλαντα καὶ καλλιτεχνικῶς, εἶπεν, Οὐκ αἰσχύνῃ καλῶς οὕτω ψάλλων; ἀρκεῖ γὰρ ἂν βασιλεὺς ἀκροᾶσθαι ψαλλόντων σχολάζῃ· καὶ πολὺ νέμει ταῖς μούσαις, ἑτέρων ἀγωνιζομένων τὰ τοιαῦτα, θεατὴς γιγνόμενος· ἡ δ' αὐτουργία τῶν ταπεινῶν, τῆς εἰς τὰ καλὰ ῥᾳθυμίας μάρτυρα τὸν ἐν τοῖς ἀχρήστοις πόνον παρέχεται καθ' αὑτῆς· καὶ οὐδεὶς εὐφυὴς νέος, ἢ τὸν ἐν Πίσῃ θεασάμενος Δία, γενέσθαι Φειδίας ἐπεθύμησεν· ἢ τὴν Ἥραν τὴν ἐν Ἄργει, Πολύκλειτος· οὐδ' Ἀνακρέων, ἢ Φιλήμων, ἢ Ἀρχίλοχος, ἡσθεὶς αὐτῶν τοῖς ποιήμασιν· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον εἰ τέρπει τὸ ἔργον ὡς χάριεν, ἄξιον σπουδῆς εἶναι τὸν εἰργασμένον: *Philippus filio ſuaviter in convivio atque artificioſe canenti, Non te pudet, inquit, pulchre adeo canere; nihil enim à Rege amplius exſpectes, quam ut ei vacet pſallentibus aures præbere; ſatisque Regem tribuiſſe Muſis dixeris, cùm dignatur ſpectator eorum fieri, qui de arte Muſica certamen inter ſe inſtituunt. Ipſum vero tenuiſſimarum Artium exercitium ſuam in pulchris ſtudiis negligentiam ipſa inutilioris laboris vanitate prodit. Neque ſane quiſquam generoſæ indolis adoleſcens, qui Piſæ ſpectavit Jovem, Phidias eſſe concupiſcit: neque, qui Junonem Argis, Polycletus: neque ſtatim Anacreon, aut Archilochus, aut Philemon fieri exoptat, quicunque verſibus eorum delectatur. Non enim eſt neceſſe ut auctorem aliquem, cujus opus vel leviter nobis arriſerit, confeſtim quoque ſtudio noſtro dignum judicemus.* Huic ſimile eſt illud Æliani libro ix, cap. 36; Pſaltes quidam Antigono regi exhibebat ſpecimen ſuæ artis. Rege vero ſæpius eum interpellante ac ſubmonente ut nunc minimam chordam, ac rurſus mediam ſtrictius intenderet, indignatus ille dixit, Μὴ γένοιτό σοι οὕτω κακῶς, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐμοῦ ταῦτα ἀκριβοῦν μᾶλλον: *Avertant Dii, ô Rex, ut hæc me accuratius expendiſſe deprehendaris.* Boëthius lib. 1 Muſices, cap. 34: *Omnis ars, omnisque etiam diſciplina honorabiliorem naturaliter habet rationem, quàm artificium quod manu atque opere artificis exercetur. Multo enim eſt majus atque altius ſcire quid quiſque faciat, quàm ipſum illud efficere quod ſciat. Etenim artificium corporale, quaſi ſerviens famulatur; ratio vero, quaſi domina imperat.*

* Circa initium vitæ Periclis.

Hactenus attigimus quaſi cunabula quædam atque elementa Artis; reſtat ut procurſum ejus porro patefaciamus.

FINIS LIBRI PRIMI.

FRAN-

FRANCISCI JUNII DE PICTURA VETERUM LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM LIBRI SECUNDI.

STudium cuncta imitandi hominibus à Natura inditum, ut Phantaſia ad actum perducit atque excolit, ita multæ aliæ cauſæ augent ac promovent. Principalioribus tamen quæ quondam Artes haſce provexerunt cauſis, pie præmittimus omnis boni fomitem ac fontem Deum: cujus immenſam bonitatem protinus excipit ſedula Parentum benevolentia, tum demum de cariſſimis pignoribus ſecura, quum nacta eſt Præceptorem, cui tuto omnes ſpes ſuas ac vota committat. Proximus itaque à Parentibus eſt Præceptor, cujus fideli opera ad omnia fœcundiſſimæ Artis arcana admiſſus adoleſcens, ac jam induſtriæ ſuæ relictus, ſi forte à rectis moderatoris ſui præceptis ad ſequiora declinare parabat, ſtatim commonefaciebat eum officii ſui metus legum in corruptores Artium latarum: ſin autem recto ingenio præditus à primæ inſtitutionis integritate deſciſcere nefas habebat, nihil eum æque atque æmulatio & ſemper melior aliquis incitabat: quumque priores in prodigioſa plane ſimplicitate Artis operibus ſuis commendationem ex vi potius Artis, quàm exquiſitis colorum pigmentis, ſoliti eſſent captare, ipſe quoque in hoc æmulæ Artis certamine ſimplicitatis hujus potiſſimam ſemper habebat rationem. Pertentabat interim animum ejus mira quædam dulcedo Artis inaffectata æmulatione unice gaudentis, & robur quaſi colligentis ex multiplici ac paſſim obvio harum Artium uſu; nec non ex honore, quem omnis ordinis homines digniſſimis Artibus habent: adblandiente mox olim ſperatæ gloriæ ſucceſſu, lætus ac fidens animi, audacia promptiore ad magna accingebatur; non dimiſſa tamen cura tantis Artibus debita; accedente præſertim candore animi, non Artifices modo, verum etiam idiotas quandoque in partem hujus curæ, laudabili prorſus ingenuitate, advocantis: quemadmodum denique ardorem æmulationis, gloriæ cupiditatem, & pleraſque alias hîc aſſignatas cauſas, publica temporum felicitas maxime juvabat, ſic eas privata Artificum fortuna, neſcio qua ratione occulta, ad fidem perducebat.

CAPUT I.

§. 1. *Stultum quorundam Sophiſtarum acumen & fallax nonnullorum Hiſtoricorum vanitas futili ratiocinatione Artium imitatricium primordia referunt ad Deum.*

§. 2. *Pluribus exemplis, plurimorumque tam ſacrorum quàm profanorum Scriptorum auctoritatibus evincitur Deum eſſe auctorem promotoremque Picturæ.*

§. 3. *Artes imitatrices plurimum etiam debent Naturæ.*

Sophiſtæ frivolo prorius argumento inventionem Picturæ aſſignant Deo.

DEus optimus maximus & Natura, quaſi quædam lex Dei, præcipuum incrementum Artibus omnia imitantibus adjeciſſe videntur. *Cœli nempe chorum ſideribus comptum & coronatum ſuda tempeſtate viſimus*, inquit Apulejus de Deo Socratis, *pictis noctibus ſevera gratia, torvo decore; ſuſcipientes in hoc perfectiſſimo mundi, ut ait Ennius, clypeo, miris ſulgoribus variata cælamina.* Καὶ βουλομένῳ μὲν σοφίζεσθαι, inquit Philoſtratus in procemio Iconum de Pictura agens, Θεῶν τὸ εὕρημα, διά τε τὰ ἐν γῇ εἴδη, ὁπόσα τοὺς λειμῶνας αἱ ὧραι γράφουσι, διά τε τὰ ἐν οὐρανῷ φαινόμενα: *Certe, ſi quis Sophiſtarum more loqui velit, Deorum eſt inventum Pictura, cùm ob illas in terra ſpecies quibus diverſæ tempeſtates anni prata pingunt, tum ob ea quæ in cœlo apparent.* Acutos nimirum homines & acri copioſoque ingenio præditos dicas, qui tantum negotium tam paucis verbis confectum reddunt. Prata ſcilicet floribus vernantia, & cœlum variis aſtrorum nubiumque formis conſpicuum ſatis explorata ratio erit ad id quod volunt ſtatim confirmandum: cùm certum ſit aſtris, humani ingenii ſollertia, formas animatarum inanimatarumque rerum adſcriptas; incertam quoque nubium imaginem cuilibet rei, quam vagus & errori oculorum indulgens animus concipit, adſimilari, *Philoſtr. de vita Apollonii lib.* II, *cap.* 10. Pſellus de Operatione Dæmonum, Τὰς νεφέλας ὁρᾷν ἔστιν, ὅτε μὲν ἀνθρώπων, ὅτε δὲ ἄρκτων, ὅτε δὲ δρακόντων, ἢ τινῶν ἑτέρων ἀποπλαττούσας σχηματισμόν: *Videre eſt nubes quandoque hominum, aliquando urſorum, interdum vero draconum aliarumque rerum formas exprimentes.* In Africa certe, ventis maxime quieſcentibus, atque ob hoc aëre concreſcente, immania quædam ſpectra, variarum tremendarumque belluarum formas referentia, ſtuporem ac metum ignaris injiciunt, *Diod. Siculus, lib.* III. Vide quoque *Plinium nat. Hiſt. lib.* VII, *cap.* 2. Mira prorſus atque ab his non multum abhorrentia refert *Photius, Cod.* CCXLII, *in excerptis ex Damaſcio de vita Iſidori Philoſophi.* Prata adhæc floribus diſtincta ſpectantium mentes mire quidem afficere agnoſcunt omnes, non tamen ullam ad nobiliſſimas Artes viam præſternere. Palladium etiam, ancilia, & quotquot unquam ſtatuas cœlo delapſas credula antiquitas celebrat, non ſatis probum ſunt argumentum referendi Artes haſce ad Deos. Vani eſt, narrare talia: ſtulti, credere: potentiſſimis præſertim Regibus tali impoſtura, ut miſeris mortalibus fallax miraculum præpararent, unice gaudentibus. Epheſiorum ſane urbs, quæ ſe odioſe ſatis jactat Νεωκόρον τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς: *Æodituam eſſe magnæ Deæ Dianæ, & a Jove delapſi ſimulachri*, Act XIX: 35, decepta fuit Alexandrino ſimulachro. Rex etenim Ptolemæus ſtatuariis nobilioribus ad conficiendam Dianæ ſtatuam convocatis, Artifices omnes, opere jam perfecto, magnifico regiarum epularum paratu excepit: quumque locum cœnæ deſtinatum fraude clandeſtina alte ſuffodiſſet, evadere non potuerunt, quin univerſi fatalibus epulis intenti, ruina terræ abſorberentur. Atque ita, veris nobiliſſimæ ſtatuæ Autoribus è medio ſublatis, pronum Regi fuit eam quibuſvis, ut cœlo demiſſam, obtrudere: vide *Suidam in* Διοπετής; vel potius *Iſidorum Peluſiotam, lib.* IV, *epiſt.* 207; nam ex eo Suidas hæc mutuatus eſt.

Quomodo Deus probatur eſſe auctor promotorque Picturæ.

§. 2. Sanius profecto philoſophatur ac firmioribus argumentis totius rei veritatem in animis omnium defigit Philo Judæus, Περὶ ὀνείρων, *de inſomniis*; Τὴν ποικιλτικὴν τέχνην ἐνεμέμψαντο μέν τινες οὕτως ἠμελημένον καὶ ἀφανὲς εἶναι πρᾶγμα, ὥστε ὑφάνταις αὐτὴν ἀνέθεσαν· ἐγὼ δὲ οὐ μόνον αὐτήν, ἀλλὰ καὶ τοὔνομα τέθηπα· καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς τὰ τῆς γῆς τμήματα, καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ σφαίρας, καὶ ζῴων καὶ φυτῶν διαφοράς, καὶ τὸ παμποίκιλον ὕφασμα τουτονὶ τὸν κόσμον ἀπίδω· τὸν γὰρ τοῦ πλέγματος τούτου δημιουργὸν καὶ εὑρετὴν τῆς ποικιλτικῆς ἐπινοεῖν εὐθὺς ἐπιστήμης ἀναγκάζομαι, καὶ σέβομαι μὲν τὸν εὑρόντα, τιμῶ δὲ τὴν εὑρεθεῖσαν, τὸ δ' ἔργον καταπέπληγμαι: *Quidam Picturæ Artem adeo neglectam vilemque exiſtimant, ut eam ad textores relegent: ego vero etiam nomen ejus admiror: præſertim, quando terræ ſegmenta, cæleſtes circulos, animalium ſtirpiumque differentias, & hunc mundi multiformem contextum adſpicio. Quæ admiratio cogit me credere, hujus opificem inveniſſe Artem variegandi: atque ita & inventorem veneror, & inventum ejus honoro, operis vero ipſius ſpectaculo ſtupeo.* Validius quoque argumentantur, qui à mundo majore porro tranſeunt ad minorem, homineſque Promethei molli luto formatos memorant: prout nempe Callimacho in Scazonte πηλὸς ὁ Προμήθειος, *lutum Prometheum* dictus eſt Homo. *Democrito vero Abderitæ*, ut eſt apud Cenſorinum de Die natali, cap. 4, *ex aqua limoque primum viſum eſt homines procreatos: nec longe ſecus Epicurus.* Hujus interim limi mentionem quoque faciunt Horatius, Juvenalis, Martialis & alii: neque enim alium agnoſcit Promethea, quiſquis ſanam poſſidet mentem, præter illam divinæ providentiæ vim, cui uni primordia ſua mortales debent, *Geneſ.* II: 7. Quod magis etiam liquet, cùm Palladem, Sapientiæ præſidem, Prometheo homines fingenti ex præſcripto Jovis opem tuliſſe fingunt*: quemadmodum & cùm Curam ex luto cretoſo homines finxiſſe narrant; vide *Hyginum fabula* 220. De hac *hominis figulatione* vide Tertullian. de Reſurrect. carnis; Lactant.

Prometheum olim vocaverunt ſapientes æternam cuncta temperantis Dei mentem.

* *Vide Etymolog. magnum in* Ἰκόνιον.

Lactant. Divin. inſtitut. II, II; Fulgent. lib. II Mytholog. Greg. Nyſſenum de hominis opificio, cap. 22; unde eidem quoque Orat. I de Beatitudinibus homo nuncupatur γήϊνος ἀνδριάς. Et recte Minucius Felix Octavio, *Ipſe homo, ſi recte exiſtimes, Dei ſimulachrum eſt.* Clemens Alexandr. in Protreptico: Ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ ἀριστοτέχνης πατὴρ, τοιοῦτον ἄγαλμα ἔμψυχον ἡμᾶς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν: *Univerſi opifex pater, cujus eſt ars longe optima ac præſtantiſſima, talem animatam imaginem, nos, nempe hominem fecit.* Suidas in Ἀδὰμ, de primo parente agens, Οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος ἀνδριάς· τὸ θεόκλητον ἄγαλμα· ἀφ' οὗπερ ἀπευθύνονται πᾶσαι ἀνθρώπων ἀγαλματουργίαι: *Hic eſt prima ſtatua: ſimulachrum à Deo denominatum; ad quod omnis hominum ſtatuaria, veluti ad regulam, dirigitur.* Uxorem Loth reſpicientem convertit Dominus in ſtatuam ſalis, *Geneſ.* XIX: 26. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ: *Recordemini uxoris Lothi*, inquit Salvator noſter, *Luc.* XVII: 32. Ut itaque ex præcepto Chriſti memoriam uxoris Lot non temere demitteremus, verſa eſt in materiam, ut videtur, durabilem. Plinius certe nat. Hiſt. XXXI, 7, meminit ſalis qui lapicidinarum modo vix etiam ferro cædi queat. Mirum prorſus eſt quod de hac ſtatua refert Aur. Prudentius Hamartigenia:

- - - - Solidata metallo
Diriguit fragili, ſaxumque liquabile facta
Stat mulier, ſicut ſteterat prius omnia ſervans
Caute ſigillati longum ſalis effigiata
Et decus, & cultum, frontemque, oculosque, comamque
Et flexam in tergum faciem, paulumque relata
Menta retro, antiquæ monumenta rigentia noxæ.
Liquitur illa quidem ſalſis ſudoribus uda,
Sed nulla ex fluido plenæ diſpendia formæ
Sentit deliquio, quantumque armenta ſaporum
*Attenuant ſaxum, * tantum lambentibus humor*
Sufficit, attritamque cutem per damna reformat.

* *Vide Benjamini Itinerarium.*

Huc etiam refer typum illius arcæ, quàm Noachus ex præſcripto Domini architectatus eſt, *Geneſ.* VI: 14. Typum adhæc tabernaculi oculis Moſis à Domino coram exhibitum, *Exod.* XXV, *verſ. ult. Act.* VII: 44. *Hebr.* VIII: 5. Serpentem æneum Domini juſſu à Moſe conflatum, *Numer.* XXI: 8. Formam templi Hieroſolymitani, quam rex David filio Salomoni ex præſcripto Dei tradidit, I *Chron.* XXVIII: 19. Magno Conſtantino, templum S. Sophiæ exſtructuro, Angelus per ſomnium deſcriptam templi iſtius imaginem exhibuit. Τὸ σχῆμα τοῦ ναοῦ ἄγγελος κατ' ὄναρ ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ, ut loquitur *Georg Codinus de Originib. Conſtantinopolitanis, edit. Regiæ pag. 67, A.*

Ezechiel Propheta, quo urbi Hieroſolymitanæ non ſolum verbis, verum etiam viva quadam imagine ob oculos poneret omnes impendentium calamitatum gradus, mandatum divinitus accepit, ut urbis obſidionem in tegula depingeret; vide *Ezech.* IV: I. Præcipue tamen hic ſunt memorandi Bezaleël & Aholiab, de quibus ipſe Dominus *Exod.* XXXI, & XXXV Moſen alloquitur, teſtaturque ſe eos nominatim evocaſſe ad exſtruendum tabernaculum fœderis, neque ſolum animos eorum Spiritu Dei impleviſſe, ut ipſi poſſent in omni opere ſcite operari, verùm etiam hanc ſuam ſcientiam in alios docendo transfundere. Neque eſt quod hic prætereamus, τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: *Sine manu factam imaginem Domini & Dei noſtri Jeſu Chriſti*, de qua ſic habe. Augarus Edeſſæ regulus gravi atque inexplicabili implicitus morbo, fama atque auditione nonnihil de divinis Salvatoris noſtri miraculis accepit: in animum itaque induxit eum amice ad ſe per litteras evocare; deligens ad hoc miniſterium Ananiam quendam è curſoribus ſuis, pingendi minime rudem; quo, ſi ipſum forte Chriſtum adducere nequiſſet, imaginem ſaltem ejus ad vivum deſcriptam reportaret. Ananias tradita jam epiſtola, oculis in Chriſtum defixis totius corporis ac vultus lineamenta in animum transferre parans, importunitate multitudinis undique circumfuſæ impeditus, contulit ſe in ſaxum aliquod eminentius, ut ibi extra impulſum inquietæ multitudinis deſiderati domino ſuo vultus indiſcretam ſimilitudinem enotaret. Sed fruſtra ſemper fuit, & ad inchoata ſemel lineamenta minime reſpondebant reliqua, Salvatore noſtro ſubinde vultum ſuum immutante †. Tandem tamen eum voti compotem fecit Chriſtus aqua ad abluendam faciem poſtulata, & quadruplici linteo ad detergendam faciem ſumpto ‡, expreſſam in linteo divini vultus imaginem Ananiæ curſori cum ſuis ad Augarum literis tradidit. De fide tanti miraculi conſule Cedrenum, & cæteros Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores; quibus adde quæ de Chriſti ad Augarum epiſtola, in portis Edeſſæ exſcripta, habet *Procopius lib.* II *de Bello Perſico, cap.* 12. De ænea Servatoris Chriſti ſtatua quam erexit mulier profluvio ſanguinis ab eo liberata, vide *Aſterium Amaſæ Epiſcopum apud Photium, ut & reliquos Eccleſiaſticarum rerum Scriptores.*

† *Aliam affert rationem Damaſcen. Orthod. fidei l.* IV, *c.* 17: *negat enim Pictorem hunc veram Salvatoris noſtri ſimilitudinem exprimere potuiſſe;* διὰ τὴν ἀποστίλβουσαν τοῦ προσώπου λαμπρότητα, ob reſplendentem faciei claritatem.

‡ Ἐναπεμάξατο τῷ ἱματίῳ τὸ ἰδίου προσώπου ἐκμαγεῖον, καὶ οὕτως ἀπέστειλε τοῦτο ποθοῦντι τῷ Αὐγάρῳ: Quaſi abſtergendo expreſſit ſui ipſius imaginem & ſic deſideranti Augaro miſit, *ut ibidem loquitur Damaſcenus.*

Quam-

Quamobrem, cùm Spiritus Domini dignatus ſit nobis frequentia hæc Plaſtices atque Picturæ exempla ſuppeditare, merito quoque excellentiſſimarum Artium harum autorem Deum optimum maximum cum Theodoreto ſtatuimus, quem vide *Serm.* IV *de Providentia. Homo artifex format corpus de corpore*, inquit Auguſtinus Confeſſionum lib. XI, cap. 5, *arbitratu animæ valentis imponere utcunque ſpeciem quam cernit in ſemetipſa interno oculo. Et unde hoc valeret, niſi quia tu feciſti eam? Et imponit ſpeciem jam exiſtenti & habenti ut eſſet, veluti terræ, aut lapidi, aut ligno, aut auro, aut id genus rerum cuilibet. Et unde iſta eſſent, niſi tu feciſſes ea? Tu fabro corpus, tu animum membris imperitantem feciſti; tu materiam, unde faciat aliquid; tu ingenium, quo artem capiat & videat intus quid faciat foris; tu ſenſum corporis, quo interprete trajiciat ab animo ad materiam id quod facit, & renuntiet animo quid factum ſit, ut ille intus conſulat præſidentem ſibi veritatem an bene factum ſit. Te laudant hæc omnia Creatorem omnium.* Neque male Seneca de Beneficiis lib. IV, cap. 6, *Inſita ſunt nobis omnium artium ſemina, magiſterque ex occulto Deus producit ingenia.* Quod ipſum plenius aliquanto expreſſit Julianus Imp. Orat. VII, ὥσπερ ὄρνιθες ἱπτᾶσθαι, καὶ νεῖν ἰχθύες, αἱ τε ἔλαφοι θεῖν ἐπειδὴ πεφύκασι, οὐδὲν τοῦ διδαχθῆναι προσδέονται· κἂν δήσῃ τις, κἂν καθείρξῃ, πειρᾶται ὅμως χρῆσθαι τούτοις τοῖς μορίοις, πρὸς ἃ συνῄδει αὐτοῖς πεφυκόσι ταυτὶ τὰ ζῶα· οὕτως οἶμαι καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος οὐκ ἄλλο τι τὴν ψυχὴν ἔχον, ἢ λόγον καὶ ἐπιστήμην ὥσπερ ἐγκαθειργμένην, ὃ δὴ καὶ λέγουσιν οἱ σοφοὶ δύναμιν, ἐπὶ τὸ μανθάνειν τι, καὶ ζητεῖν, καὶ πολυπραγμονεῖν ὡς πρὸς οἰκειότατον ἑαυτῷ τῶν ἔργων τρέπεται· καὶ ὅτῳ μὲν εὐμενὴς Θεὸς ταχέως ἔλυσε τὰ δεσμὰ, καὶ τὴν δύναμιν εἰς ἐνέργειαν ἤγαγεν, τούτῳ πάρεστιν εὐθὺς ἐπιστήμη: *Quemadmodum aves volare, & natare piſces, cervi vero currere à natura ſic habent, ut diſcere non habeant neceſſe: etiamſi quiſpiam incluſerit & coërcuerit, unumquodque nihilominus partibus hiſce uti tentat, ad quæ ſciunt ſe nata eſſe hæc animalia: ita & arbitror quod humanum genus, non aliud loco animæ habens, quàm rationem & ſcientiam velut incluſam (quam dicunt ſapientes eſſe facultatem ad diſcendum aliquid, & inquirendum, & circa multa negotia verſandum) ad opus ſibi maxime proprium convertitur. Et cui benevolus Deus cito ſolvit vincula, & facultatem in actum reduxit, huic continuo adeſt ſcientia.* Vide Oppianum lib. II de Piſcatione, circa initium; & Maximum Tyrium, Diſſert. XL. Eximie quoque *Plinius lib.* XXXVII, *cap.* 4, ubi agens de adamantis inenarrabili invictaque natura ferrum atque ignes reſpuente; *Id*, inquit, *quod tantis voluminibus hîc docere & mandare conati ſumus, de diſcordia rerum concordiave (quam antipathiam ac ſympathiam appellavere Græci) non aliter clarius intelligi poteſt. Siquidem illa invicta vis, duarumque violentiſſimarum naturæ rerum, ferri igniſque contemptrix, hircino rumpitur ſanguine, neque aliter quàm recenti calidoque macerata: & ſic quoque multis ictibus tunc etiam præterquam eximias incudes malleoſque frangens. Cujus hoc ingenio quove caſu repertum? aut quæ fuit conjectura experiendi rem immenſi ſecreti, & in fœdiſſimo animalium omnium? Profecto non hominum muneris talis inventio; nec quærenda in ulla parte naturæ ratio, ſed voluntas.* Similem quoque inventionem herbarum vitæ noſtræ utilium non operis humani, ſed divinam eſſe oſtendit idem *Plinius lib.* XXVII, *cap.* 1: totumque adeo juſtiſſimæ hujus admirationis ſtuporem *cap.* 2, concludit his verbis: *Quod ſi quis illa fortè ab homine excogitari potuiſſe credit, ingrate Deorum munera intelligit.* Epicharmus de Republica:

Ἔστιν ἀνθρώπῳ λογισμὸς, ἔστι καὶ θεῖος λόγος.
Ὁ λόγος ἀνθρώπῳ πέφυκε περὶ βίον καὶ τὰς τροφάς.
Ὁ δέ γε τὰς τέχνας ἅπασι συνέπεται θεῖος λόγος,
Ἐκδιδάσκων αἰὲν αὐτὸς, ὅ, τι ποιεῖν δεῖ συμφέρον·
Οὐ γὰρ ἄνθρωπος τέχναν εὗρ᾽, ὁ δὲ Θεὸς τοῦτον φέρει·
Ὁ δέ γε τ᾽ ἀνθρώπου λόγος πέφυκ᾽ ἀπὸ τοῦ θείου λόγου.

*Eſt * humana ratio; hanc præter eſt & divina altera.*
Ratio humana circa vitam & victum ſemet occupat.
At divina ratio eſt artis opifex & comes omnibus,
Edocens ipſos quid uſus maxime facto ſiet.
Quippe homo non reperit artem, ſed dat hanc autor Deus.
Ipſaque illa humana ratio nata eſt ratione ex Dei.

* *Ex verſione clariſſ. Grotii.*

Egregie *Jul. Scaliger, Exercitat.* 307 *ad Cardanum*; Inventa omnia, aut per afflationem impertitus eſt Deus ſuorum miniſterio nunciorum, aut emerſerunt quaſi concluſiones ex propoſitis notis. Exempli gratia, cùm bombardarum tubi ſunt primum excogitati. Quia lebetis chymiſtici operculum in laquearia impulſum eſt vi pulveris, qui ipſo in lebete erat, igne concepto. Ars cattiterographiæ, ex gemmarum ſigillis. Horologia ſabuli, ex clepſydra. Solaria, à paſtoribus, ex umbris arborum. Horologia rotarum, ab aliis machinis. Pictura, ab ichnographia: hæc, ab umbris: à quibus & Optice. Architectura,

ſtura, à nativis ſpecubus. Unumquodque vero, poſtquam erutum eſt ex involucris ſuarum cauſarum, repetita perpenſione agitamus, revocamus ad Lydium lapidem, aut ad incudem, aut ignem; id eſt, ad reflexionem rationis; metallorum more, quorum probitas illis legibus tribus exploratur. Hoc vocatur judicium.

Natura plurimum incrementi addidit Picturæ.

§. 3. Interea tamen ne Natura quidem, omnis bonæ malæque rei fœcunda nutrix, otioſa hic fuit; ſed jus præpotentis regni uſque adeo licenter exercuit, ut ſcires recte ab ea plurimum licentiæ vindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit. *Non ad unam Natura formam opus ſuum præſtat, ſed ipſa varietate ſe jactat*, Seneca Nat. quæſt. VII, 27. Quamquam, *quid aliud eſt Natura, quam Deus & divina ratio, toti mundo partibusque ejus inſerta?* Seneca de Benef. IV, 7; & Nat. quæſt. II, 45; Plinius XXVII, 3. Inter præcipua vero efficacis Naturæ miracula non conabor hìc verbis aſſequi; *Arbores varius colorum Picturis in certamen uſque luxuriantes*, Plin. XVI, 25. *Ineffabilem florum maxime ſubtilitatem; quando nulli poteſt facilius eſſe loqui, quàm rerum naturæ pingere: laſcivienti præſertim, & in magno gaudio fertilitatis tam varie ludenti*; Plin. XXI, 1. Superſedebo quoque commemorare *Pavones, aut tigrium pantherarumque maculas, & tot animalium Picturas**. *Picti ſquallentia terga lacerti*, Virgil. IV Georg. verſ. 13. *Pictæ mormyres* memorantur Ovidio Halieutici verſu 110. Etiam *Pictas mormyras* recenſet Plinius libro XXXII, cap. 11, inter piſcium nomina apud Ovidium poſita; *Quæ*, ut ille ait, *apud neminem alium reperiuntur: ſed fortaſſis in Ponto naſcuntur, ubi id volumen ſupremis ſuis temporibus inchoavit.* Talia enim quamvis oblectent ſpectatorem, Artificem tamen minime inſtruunt: niſi forte cuiquam pavonum mentio minime hìc videatur prætereunda. Οὐ γὰρ βασκαίνουσι τῆς ἑαυτῶν ἐπιδείξεως ζωγράφους διδάσκοντες: *Non enim invident ornatum ſuum Pictoribus exemplum inde mutuaturis*, ut loquitur Theophyl. Simocatus epiſt. 31. *Pavo pluma veſtis, & quidem de cataclitis, imo omni conchylio depreſſior qua colla florent, & omni patagio inauratior qua terga fulgent, & omni ſyrmate ſolutior qua caudæ jacent, multicolor & diſcolor & verſicolor, nunquam ipſa, ſemper alia, etſi ſemper ipſa quando alia, totiens denique mutanda quotiens movenda*, Tertull. de Pallio. *Inſidebat ex pavonum pennis intertextæ oculatæque pallæ, ex qua multicoloribus notulis variata pictura vernabat*, Martianus Capella lib. 1, pag. 17. Relictis itaque id genus aliis, adducenda potius hoc in loco verba Galeni, ex cap. undecimo libri primi περὶ θηριακῆς ad Piſonem: Τίνα δ' οὐ πείθει λόγον θαυμάσιόν τι χρῆμα τὴν φύσιν ὑπάρχειν, ὁρῶντα τὸ ὑπὸ τῆς ἄρκτου γιγνόμενον ἔργον; ἀποτίκτει μὲν γὰρ ἡ ἄρκτος ἅπασι τοῖς γεννωμένοις ὁμοίως ζώοις· ἔστι δὲ σὰρξ μόνη γεννωμένη ἄπλαστός τε καὶ ἀδιάρθρωτος, μορφὴν μὲν οὐδεμίαν ἔχουσα, αὖθις δὲ ὑπὸ τῆς γεννώσης τῇ φυσικῇ τέχνῃ διατυπωμένη· τῇ γὰρ γλώττῃ, ὥσπερ χειρί τινι χρωμένη ἡ τίκτουσα, οὕτω μεμορφωμένον ζῶον τὸ τεχθὲν ἀποτελεῖ: *Quis non adducitur ut mirabilem quandam rem Naturam eſſe pronuntiet, ſi opus videat quod ab urſa efficitur? Etenim urſa omnibus quæ generant animantibus ſimiliter parit; caro autem ſola generata, informis & inarticulata eſt, nullam obtinens figuram: ſtatim vero à parente, naturali arte figuratur; quæ lingua veluti manu quadam utens, editum fœtum reddit effigiatum.* Plutarch. περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας, de amore prolis: Ἡ ἄρκτος, ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον θηρίον, ἄμορφα καὶ ἄναρθρα τίκτει. τῇ δὲ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας, οὐ δοκεῖ γεννᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δημιουργεῖν τὸ τέκνον: *Urſa, immitis ac tetrica fera, parit catulos informes atque inarticulatos: lingua vero, tanquam inſtrumento, formans membranaceam futuri corporis molem, non tantum videtur generare, verum etiam elaborare prolem.* Omnino quoque hoc in loco memoranda eſt *gemmarum pictura tam multiplex, lapidum tam diſcolores maculæ*†: interque omnes iſtas, *Regia fama gemmæ Pyrrhi illius, qui adverſus Romanos bellum geſſit. Namque habuiſſe traditur Achaten, in qua novem Muſæ & Apollo citharam tenens ſpectarentur, non arte, ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus maculis, ut Muſis quoque ſingulis ſua redderentur inſignia*, Plin. XXXVII, 1; Solinus cap. 12. Τότε ἡ φύσις ἐπιτυχὴς, ὅταν λανθάνουσαν περιέχῃ τὴν τέχνην: *Tunc natura ſucceſſu eſt felix, quando latens continet artem*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 19. Fortuitas gemmarum lapidumque maculas ab Arte non abludentes, ut & reliqua Naturæ in ſimili genere laſcivientis miracula, Gamahè peculiari nomine appellant raritatum curioſi: de quibus conſule *Gafarellum, cap.* V *Curioſitatum inauditarum*. Quod ſi quis tamen rara iſta opificis Naturæ miracula forte fortuna inter tam multiplices ejus conatus exſtitiſſe dicat; non tamen, puto, negaverit eam in corporibus humanis conſulto quandoque vim ſuam exſeruiſſe. Neque enim fortuitum fuit, quod Seleucum regem, reliquosque ab eo Seleucidas imago ancoræ, femori eorum innata, nobilitavit: qua de re vide *Appianum in Syriacis, Abbreviatorem Trogi lib.* XV, *cap.* 4. *Auſonium in Claris urbibus*: Creon rex Thebanorum nepotem ex Hæmone filio & Antigona prognatum agnovit ex inſigni quod omnes Dracontei generis in corpore habebant: vide *Hyginum, fabula* LXXII. Id ipſum quoque accidit Iphiginiæ in Oreſtem incidenti; Ἡ Ἰφιγένεια οὐκ ἐγνώριζε τὸν ἀδελφὸν, ἕως τὸ Πελόπειον ἐξ ὤμου σή-

* Plin. VII, 1.

† Plin. II, 93; & XXXVII, 1.

 μαντρον

μαντῆρα τὴν ἐλαίαν οἶδεν ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ τῷ δεξιῷ: *Iphigenia fratrem ante non agnovit, quàm in dextro ejus humero conſpexit oleam, certiſſimum Pelopei generis inſigne*, Cedrenus editionis Regiæ pagina 135, A. Τοῖς ἐν Θήβαις Σπαρτοῖς ποτὲ λογχοειδὲς σημεῖον λέγεται εἶναι τοῦ γένους, λόγχη τις, οἶμαι, ἐπὶ τοῦ σώματος· ὃς τις δὲ τοῦτο τὸ σημεῖον μὴ ἔχοι, οὐ δοκεῖ τῶν Σπαρτῶν εἶναι: *Apud Thebanos illis, qui appellantur Sparti, ſignum quoddam dicitur eſſe generis; lancea (opinor) quædam in corpore, & quiſquis id ſigni non habeat, non videtur ex Spartis eſſe*, Dio Chryſoſt. Orat. IV de Regno. Λόγχη λέγεται περὶ τὴν Βοιωτίαν τοῖς Σπαρτοῖς ἐντυπωθῆναι, παρὰ τῆς τεκούσης καὶ θρεψαμένης αὐτοὺς βώλου, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ πολὺ διασωθῆναι τοῦτο τοῦ γένους σύμβολον: *Haſta dicitur Spartis, qui circa Bœotiam degunt, eſſe impreſſa à procreante & nutriente ipſos gleba, deincepsque illis diu remanere iſtud generis indicium*, Julianus Imp. Orat. II, quæ eſt de rebus geſtis Conſtantii Imp. Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει· ὦμος τοὺς Πελοπίδας· λόγοι τὸν μέγαν Θεμίστιον: *Spartos haſta indicat, humerus Pelopidas; ſermones magnum Themiſtium*, Greg. Nazianz. in epiſt. ad Themiſtium. Plutarchus, περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδ. τιμ. Ἀκροχορδόνες καὶ μελάσματα καὶ φακοὶ πατέρων ἐν παισὶν ἀφανισθέντες, ἀνέκυψαν ὕστερον ἐν υἱωνοῖς καὶ θυγατριδοῖς· καὶ γυνή τις Ἑλληνὶς τεκοῦσα βρέφος μέλαν, εἶτα κρινομένη μοιχείας, ἐξανεῦρεν αὑτὴν Αἰθίοπος οὖσαν γένεσιν τετάρτην· τῶν δὲ Πύθωνος τοῦ Νισιβέως παίδων, ὃς ἔναγχος τέθνηκε, λεγομένου τοῖς Σπαρτοῖς προσήκειν, ἐξανέγκαι λόγχης τύπον ἐν τῷ σώματι, διὰ χρόνων τοσούτων ἀνασχούσης καὶ ἀναδύσης, ὥσπερ ἐκ βυθοῦ, τὸ πρὸς τὸ γένος ὁμοιότητος: *Verrucæ, nævi, lentes parentum in filiis non viſi aliquando in nepotibus apparuerunt. Quædam mulier Græca, cùm nigrum peperiſſet infantulum, adulterii poſtulata, invenit ſe quarto gradu progeniei ab Æthiope procreatam. Pythonis quoque Niſibenſis, qui nuper commutavit vitam cum morte, dicebaturque genus à Spartis ducere, filiorum quidam haſtæ figuram in corpore ſuo in lucem extulit: ſimilitudine generis tam multis poſt ætatibus, tanquam è profundo, emergente.* Vide quoque Plinium, lib. VII nat. Hiſt. cap. II; Tzetzem, ad verſ. 152 Lycophronis Caſſandræ. Quibus adde & maculam, velut depicti draconis, in corpore Atiæ, matris Divi Auguſti, *Suetonius in vita D. Auguſti, cap.* 94; quanquam ipſi Auguſto hanc notam tribuit Sidonius Apollinaris in Anthemii Panegyrico:

Magnus Alexander, nec non Auguſtus habentur
Concepti ſerpente Deo, Phœbumque, Jovemque
Diviſere ſibi. Namque horum quæſiit unus
Cinyphia ſub Syrte patrem maculis genitricis:
Alter Phœbigenam ſeſe gaudebat haberi,
Pæonii jactans Epidauria ſigna draconis.

Neque his contenta Natura, Plaſtices quoque non obſcura ſpecimina edidit; non modo quod montibus quibuſdam & promontoriis à diverſiſſimarum rerum imaginibus nomen famamque quæſiverit: qua de re vide *Euſtathium ad verſ.* 89 & 157 *Dionyſii* τῆς περιηγήσεως. Neque etiam quod pleraſque plantas in hanc vel illam ſimilitudinem produxerit; ſicut Pythagoras mandragoram ob hoc ipſum ἀνθρωπόμορφον nominat: quemadmodum & Columella, lib. X de re Ruſt. *ſemihominis* epitheton tribuit eidem mandragoræ. Vide *Theophraſtum*, *Dioſcoridem*, *Plinium*, *Etymol. in* Ἀνδράχλος. Non denique quod paſſim confirmet hanc vulgi opinionem, quidquid naſcatur in parte naturæ ulla, & in mari eſſe; præterque multa, quæ nuſquam alibi. *Rerum quidem*, inquit Plinius, lib. IX nat. Hiſt. cap. 2, *non ſolum animalium ſimulacra ineſſe mari, licet intelligere intuentibus uvam, gladium, ſerram, cucumim vero & colore & odore ſimilem: quò minus miremur equorum capita tam parvis eminere cochleis.* Sed quod è divite ſinu quandoque produxerit conſummatiſſimæ ac ſtupendæ prorſus Artis opera. Carneades *apud Ciceronem, lib.* I *de Divinat.* narrat in Chiorum lapicidinis, ſaxo diſciſſo, Paniſci caput exſtitiſſe. Sic in Pariorum marmore mirabile proditur, gleba lapidis unius cuneis dividentium ſoluta, imaginem Sileni intus exſtitiſſe, *Plin.* XXXVI, 5. De lapididibus dracontiis αὐτογλύφοις vide *Tzetzem*, *Chiliad.* VII, *Hiſt.* 144; *& Chiliad.* VIII, *Hiſt.* 213. Κογχυλίας, λίθος σκληρὸς ἔχων ἐν ἑαυτῷ κογχυλίους τύπους, Heſychius. De Beli oculo, Botryte, Boſtrychite, Bucardia, Capnite, Ceramite, Cerite, Draconite vel Dracontia, &c. Vide *Plinium, lib.* XXXVII, *cap.* 10.

CAPUT

CAPUT II.

§. 1. Largam propitii Numinis benignitatem excipiebat ſedula Parentum cura; quibus nihil erat antiquius quam ut liberos teneris adhuc annis, explorata prius eorum indole, bonis Artibus imbuerent.

§. 2. Propenſiſſima tum voluntate ſpes ſuas probatis Præceptoribus hac lege commendabant, ut non modo ad ſalubrium rerum patientiam, adhibito nolentibus timore; liberos ſuos cogerent; verum etiam ut eos, non niſi poſt exacta juſti tyrocinii tempora, à ſe dimitterent.

Picturæ maximum ex eo incrementum, quòd Romani pariter & Græci liberos ſuos tenera adhuc ætate delineandi artem docebant, neque unquam prono ſtudio eam tractantes, à feliciter inchoata Arte revocabant.

PArentum ſeria cura; vel potius anxia ſollicitudo, de recta liberorum ſuorum educatione: idque ex ſententia Cratetis, qui ſæpiſſime dicere ſolebat, conſcendendum eſſe editiorem, ſi fieri poſſet, urbis locum, & ex eo auribus omnium occinendum, ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε, οἱ χρημάτων μὲν κτήσεως πέρι πᾶσαν ποιεῖσθε σπουδὴν, τῶν δ' υἱέων, οἷς ταῦτα καταλείψετε, μικρὰ φροντίζετε: *Quò tenditis, homines, qui rei faciundæ omne impenditis ſtudium; filiis vero, quibus opes veſtras relinquetis, curam perparvam?* Plutarch. de Educat. liberorum. Unde etiam Diogenes, videns Megarenſes majorem pecorum ſuorum quàm liberorum curam gerere, dixit, ſe malle Megarenſis hominis arietem eſſe, quàm filium; *Ælianus, var. Hiſt.* XII, 56; & *Laert. lib.* VI, *in Diogene*; *Plutarch.* περὶ φιλοστοργίας. A graviſſimo hoc Megarenſium errore cultiores Græci quàm longiſſime aberant: nam Græcorum plerique, ſicuti tradit Ariſtoteles, lib. VIII Polit. cap. 3, liberos ſuos pingendi artem docebant: Οὐχ ἵνα ἐν τοῖς ἰδίοις ὠνίοις μὴ διαμαρτάνωσιν, ἀλλ' ὦσιν ἀνεξαπάτητοι πρὸς τὴν τῶν σκευῶν ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν· ἢ μᾶλλον ὅτι ποιεῖ θεωρητικὸν τοῦ περὶ τὰ σώματα κάλλους: *Non tantum ut in propriis mercibus non aberrent, verum etiam in quorumlibet vaſorum emptione ac venditione decipi nequeant, atque adeo perſpicaciores quoque reddantur in diſcernenda corporum pulchritudine.* Varro, Cato, vel de Liberis educandis, apud Nonium Marcellum in Plumarium, *Etenim nulla quæ non didicit pingere, poteſt bene judicare quid ſit bene pictum à plumario, aut textore, in pulvinaribus plagis.* Non eſt ergo quod quis arbitretur, ſolos Græcos hanc in educandis liberis viam inſtitiſſe, cùm ex hoc Varronis loco liqueat, Romanorum quoque antiquioribus hanc liberorum ſuorum inſtitutionem nequaquam diſplicuiſſe. Paulus certe Æmilius (at quantus ille vir!) liberis ſuis non Sophiſtas modo & Rhetores, ſed Sculptores etiam atque Pictores magiſtros addidit*. Impp. Theodoſius & Valentinianus I, Archiatros illos qui liberales Artes profitebantur, conjunxere cum Pictoribus, & privilegio donarunt; ne cogi poſſent milites excipere hoſpitio, *lib.* XII *Cod. tit.* 41, *de Metat. & Epidem.* Præcipue tamen id curarunt Græci: etenim teſte Plinio xxxv nat. Hiſt. cap. 10, *Pamphili autoritate effectum eſt, Sicyone primum, deinde in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc eſt, Picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui eam exercerent; mox, ut honeſti; perpetuo interdicto, ne ſervitia docerentur. Ideo neque in hac, neque in Toreutice, ullius qui ſervierit opera celebratur.* Quibus Plinii verbis non erit alienum adjicere ſalubre Galeni conſilium in Exhort. ad perdiſcendas Artes: Τέχνην ἀσκητέον ἐστὶ διὰ παντὸς τοῦ βίου παραμένουσαν· ἀλλὰ διττῆς οὔσης διαφορᾶς τῆς πρώτης ἐν ταῖς τέχναις· ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναί· τινὲς δ' εὐκαταφρόνητοι, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικὰς ὀνομάζουσιν· ἄμεινον ἂν εἴη τοῦ προτέρου γένους τῶν τεχνῶν μετέρχεσθαί τινα· τὸ γάρ τοι δεύτερον γένος αὐτῶν, ἀπολείπειν εἴωθε γηρῶντας τοὺς τεχνίτας· εἰσὶ δ' ἐκ τοῦ προτέρου γένους, ἰατρική τε, καὶ ῥητορικὴ, καὶ μουσική, γεωμετρία τε, καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ ἀστρονομία, καὶ γραμματικὴ, καὶ νομική: πρόσθες δ' εἰ βούλει ταύταις πλαστικήν τε, καὶ γραφικήν· εἰ γὰρ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἰσχύος νεανικῆς δεῖται τὸ ἔργον αὐτῶν: *Ars aliqua perdiſcenda eſt per omnem vitam permanſura. Porro cum prima diviſione in geminum diſcrimen artes diſtribuantur (quædam enim ex his ratione conſtant, ſuntque liberales & honeſtæ: quædam contra contemptibiles, quod corporis laboribus conſtent, quas ſedentarias ac manuarias vocant) præſtiterit ex priore genere quampiam diſcere: nam poſterius illud genus deſtituere ſolet ſenectute gravatos artifices. Prioris autem generis ſunt Medicina, Rhetorica, Muſica, Geometria, & Arithmetica, Dialectica, Aſtronomia, Grammatica, ac legum prudentia. Adde his ſi voles fingendi pingendique artificium: quamquam enim hæc manuaria conſtant opera, tamen earum exercitatio non eget robore juvenili.* Quum itaque ex inſtituto univerſæ Græciæ pueros ingenuos ante omnia harum Artium rudimentis imbui ſolitos conſtet: minime quoque mirum videbitur hæc Plinii verba ponderantibus, cur *lib.* xxxv, *cap.* 9, *de Sicyone agens*, dicat, *Diu fuit illa patria picturæ.* Strabo quoque lib. VIII Geograph. Μάλιστα ἐν Κορίνθῳ καὶ ἐν Σικυῶνι ηὐξήθη γραφική τε, καὶ πλαστικὴ, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δη-

* *Plutarch. in Paulo Æmilio.*

μιμηγία: *Maxime Corinthi & Sicyone adauctum eſt pingendi fingendique & omne hujuſmodi artificium.* De Sicyone adhæc vide *Plutarchum in Arato.* De Corintho vero teſtatur Oroſius lib. v, cap. 3, quod *per multa retro ſæcula velut officina omnium artificum atque artificiorum fuit, & emporium commune Aſiæ atque Europæ.* Atque eb eandem hanc cauſam omnes in univerſum Græcos *pingendi fingendique conditores* vocat Plinius in Præfatione ardui operis. Neque immerito *Græcia pictoribus ſignificibusque illuſtris* dicitur Sidonio Apollinari lib. vi, epiſt. 12. Etenim pueri Græcorum ætate adhuc tenera primum Artis limen ingreſſi, manifeſtam ſtatim qualiſcunque indolis ſpem prodebant, atque ex ea ſpe, aut ad alias artes traducebantur, ſi minus hac arte capi viderentur, aut in arte feliciter inchoata conſtanter perſeverabant. Quæ duo quantum ad perfectionem artis contulerint momentum, nemo non perſpicit. Conſtat certe inter omnes, id, quod quis aſſequi ſtudet, aptum atque accommodatum naturæ noſtræ eſſe oportere, & tale, ut ipſum hominem per ſe invitet atque ingeneret illum animi appetitum, quem ὁρμὴν Græci vocant. Ac primo quidem mirabiliter occulta eſt Natura, nec perſpici cognoſcive poteſt: progredientibus autem ætatibus, ſenſim quaſi noſmet ipſos cognoſcimus, ſubſequimurque Naturam quaſi Deum: *Intrandum eſt igitur in rerum naturam, & penitus quid ea poſtulet pervidendum: aliter enim noſmet ipſos noſſe non poſſumus. Quod præceptum, quia majus erat quàm ut ab homine videretur, idcirco aſſignatum eſt Deo. Jubet igitur nos Pythius Apollo noſcere noſmet ipſos,* Cicero lib. v de Finibus. Lucianum ſane ſtatuariam artem docendum putavit pater, cùm puerum è ſchola regreſſum nihil aliud quam boves, equos, homines, & pleraque alia animalia non inconcinne è cera effingere deprehendiſſet; vide *Lucianum in Somnio.* Magnum quidem eſt tractare Artem ad quam naturæ tuæ ſponte propendeas, Μέγιστον εἰς τὸ κατορθῶν ἐφόδιον, ἡ φιλία τοῦ πράγματος, *Maximum ad rem conficiendam adjumentum, amare id ipſum quod geritur,* Syneſius, epiſt. 57. Majus tamen eſt ab ineunte ſtatim ætate eam perdiſcere. *Nihil enim, quod ad ultimum ſui finem perventurum eſt, non & mature & celeriter incipit,* Val. Maximus, lib. viii, cap. 7, Ex. ext. 2. *Magnum eſt enim, ut Ariſton ſcribit, in primordio pueriliquemadmodum incipiat fingi,* Varro, Cato, ſive de Liberis educandis, apud Nonium Marcellum, in *Fingere.* Unde neque immerito Nazianzenus, Orat. xxiii, talem vitæ delectum, tempeſtive habitum, ſtatuit eſſe κρηπῖδα τοῦ πράττειν εὖ ἢ κακῶς: *Fundamentum bene aut male faciendi.* Virg. ii Georg. verſu 271,

- - - *Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.*

Res quidem mea ſententia ſic ſe habet, inquit Tullius lib. iii de Oratore, *ut, niſi quod quiſque cito potuerit, nunquam omnino poſſit perdiſcere.* Recte itaque Quintilianus, libro i, cap. 1: *Minora etiam facilius minores percipiunt: & ut corpora ad quoſdam flexus membrorum formari niſi tenera non poſſunt, ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum efficit.* Et rurſus ejuſdem libri cap. 12: *Magis ſcias, ſi quem jam robuſtum inſtituere cœperis, non ſine cauſa dici* παιδομαθεῖς *eos, qui in ſua quidque arte optime faciant.*

Parentes liberos ſuos fideli præcipue magiſtro committebant, neque patiebantur eos ante tranſacta tyrocinii tempora è ſchola in publicum prorumpere.

§. 2. Præcipuam itaque curam parentes in eo collocabant, ut liberis ſuis præceptor optimus atque electiſſimus obtingeret, *Qui ſumeret ante omnia parentis erga diſcipulos ſuos animum, ac ſuccedere ſe in eorum locum, à quibus ſibi liberi tradebantur, exiſtimaret,* Quintil. ii, 2. *Qui faciem artis, non imaginem præſtaret,* Autor Dialogi de cauſis corruptæ eloqu. cap. 34. Quo ſemel invento, reliqua fidei ejus committebant; Ὁποῖον ἂν ἐπιστήσῃς τοῖς ἵπποις ἡνίοχον, τοιοῦτον ἔλπιζέ σοι τὸ ἅρμα γενέσθαι: *Qualem equis aurigam præfeceris, talem ſpera tibi currum fore,* Libanius in Legatione ad Julianum Imp. Cavebant interim parentes, ne cruda adhuc liberorum ſuorum ſtudia, maturioris lucri ſpe, ante peractum juſti tyrocinii tempus, in publicam lucem protraherent. *Fruges quoque maturitatem ſtatuto tempore exſpectant: adeo etiam illa ſenſus omnis expertia, tamen ſua lege miteſcunt,* Q. Curtius, lib. vi, cap. 3. Μόλις καὶ ῥόδον ἡ φύσις ἀνθρώποις χαρίζεται· καὶ οὐδὲ τοῦτο ὁμοῦ τε φύει καὶ εἰς ἀέρα πετάννυται, ἀλλ' ἐγκρύψασα τὸ πολὺ τῆς ἀκμῆς εἴσω τοῦ κάλυκος, ὀψὲ προκύπτει καὶ σχίζεται· ἀλλ' οὐδ' ὀπωρίζειν ἔξεστιν, ὅταν ὀρέγῃ τὴν τῆς ὀπώρας ἐπώνυμον: *Vix etiam roſam hominibus largitur Natura: ſiquidem ea nunquam ſimul & naſcitur, & in aerem expanditur; ſed maximam vigoris ſui vim aliquandiu intra calicem continens, non niſi longo poſt tempore proſpectat & ſcinditur. Non datur adhæc hominibus, quandocunque ipſis viſum eſt, colligere fructus autumnales; ſed ficus legere volens, exſpectat autumnum,* Himerius apud Photium in excerptis ex Orat. cum rogatus ſpecimen diſtulit, ac poſt aliquod intervallum dixit. Huc etiam pertinet celebre illud Arceſilai dictum, Οὐδεὶς πηλὸς εἰς γραφεῖον φέρει: quod quomodo intelligendum ſit, eleganter exequitur Galenus, lib. ii de Pulſuum differentiis: Τὸ τοῦ Ἀρκεσιλάου καλόν, ὡς οὐδεὶς πηλὸς εἰς γραφεῖον φέρει· τάξις γάρ ἐστιν ὥσπερ ἱερῶν ἐργασίας, οὕτω καὶ μαθημάτων διδασκαλίας· καὶ οὐδεὶς οὔτ' ἀναγινώσκειν διδάσκεται, πρὶν πάσας ἐκμαθεῖν τὰς συλλαβάς· οὔτ' αὐτάς, πρὶν

ἅπαντα

ἄποιστα τὰ στοιχεῖα τῆς φωνῆς· οὔτ' ἂν τὰ ἀνύτονα παλαίσματα, πρὸ τῶν ἁπλῶν καὶ ῥᾳδίων· οὐδὲ ταῦτα, πρὶν τρίψασθαι καλῶς· οὐδὲ τοῦτο, πρὶν ἀλείψασθαι γυμναστικῶς· ἀλλ' ἑκάστου αὐτῶν τὸ μὲν πρῶτον ἐστὶ, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἐστὶν ἐν ἁπάσαις ταῖς τέχναις· οὕτω δὴ καὶ τοῖς κατὰ τὴν διαλεκτικὴν οὐκ ἐνδέχεταί τινα, πρὶν ἐν τοῖς πρώτοις καὶ οἷον στοιχείοις γυμνάσηται, ταῖς τ' ἑξῆς ἀποδείξεσιν ἕπεσθαι: *Illud Arceſilai pulchrum. Quod nemo lanam nondum carminatam ad fullonis officinam deferat. Nam ut lanificii, ſic & diſciplinarum addiſcendarum ordo habetur. Ac nemo ne quidem legere docetur, niſi prius ſyllabas omnes didicerit; neque illas, niſi prius teneat omnia vocis elementa. Neque valida palæſtræ exercitia obeunt, ante ſimplicia & faciliora: neque hæc, priusquam recte fricentur: neque hoc, priusquam ungantur modo gymnaſtico. Sed ſingulorum hoc quidem primum, hoc ſecundum, illud tertium eſt in cunctis Artibus. Pariter quoque in Dialectica minime contingit, ut quis aſſequatur eas quæ poſtea ſequuntur demonſtrationes, niſi in ejus ſcientiæ primordiis atque ipſis veluti elementis exercuerit ſe.* Quod cum parum caverent poſterioris ævi homines, expreſſerunt Arbitro juſtiſſimam querelam, quam nos, ob parem ſæculi noſtri hac in parte incuriam, verbis ejus inſiſtentes, non poſſumus non repetere: *Quid ergo eſt? parentes objurgatione digni ſunt, qui nolunt liberos ſuos ſevera lege proficere. Primum enim, ſicut omnia, ſpes quoque ſuas ambitione donant: deinde, cum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt; & artem, qua nihil eſſe majus confitentur, pueris induunt adhuc naſcentibus. Quod ſi paterentur laborum gradus fieri, ut ſtudioſi juvenes exercitatione ſevera mitigarentur; ut ſapientiæ præceptis animos componerent; ut placita ſemel lineamenta atroci penicillo delerent; ut, quod vellent imitari, diu inſpicerent; ſibi nihil eſſet magnificum, quod pueris placeret: jam illa grandis ars haberet majeſtatis ſuæ pondus. Nunc pueri in ſcholis ludunt; juvenes ridentur in publico; & quod utroque turpius eſt, quod quiſquis perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult.* Vide Dialogum de cauſis corruptæ eloquentiæ, cap. xx & ſeq.

Vel quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus: & quæ
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.

Horat. lib. II, epiſt. I. Verum nos hæc non inviti omittimus, ne minus gratiæ præcipiendo recta, quàm offenſæ reprehendendo prava mereamur.

CAPUT III.

§. 1. Præceptores in Parentum locum ſuffecti imitabantur inſtitutum illius Pamphili, cujus è ludo (tanquam ex equo Trojano) innumeri principes Artis prodierunt: ſiquidem is, ad Artis dignitatem tuendam, paciſcebatur cum iis quos in ſuam recipiebat diſciplinam, ut non modo integrum decennium in delineandi exercitatione perdurarent, verum etiam ut fidelem docentis operam annuis talentis quadraginta remunerarentur.

§. 2. Diligenter deinde explorantes diſcipulorum indolem, inſtitutionisque ſuæ modum captui ſingulorum accommodantes, non modo rudes tyronum animos Artis placitæ præceptis imbuebant, ſed eorum quoque oculos oportuno vivæ inſpectionis exemplo coram aſſuefaciebant.

§. 3. Quoniam vero non eſt è re diſcipulorum ut ſemper ab exemplari pendeant, & quotidie ad magiſtrum reſpiciant, ideo totam Artem pleniſſime edoctos tandem aliquando ſibi relinquebant, rationem interim ſcientiæ ſuæ deſiderantibus invido nunquam ſubtrahentes.

FIdelis præceptorum in erudiendis diſcipulis cura, ſtatim excipit timidam parentum de liberis ſuis ſollicitudinem. In Pamphilo certe, ex cujus ſchola prodiit Apelles, atque alii plures magni nominis Pictores, duo notat Plin. xxxv, 10: *Docuit neminem*, inquit, *minoris talento, annis decem.* Omnino hic in tranſitu monendus lector Budæum lib. II de Aſſe auctoribus antiquiſſ. codd. legere, *docuit neminem minoris annuis talentis* XL, neque enim conſentaneum ei videtur, ut, cùm tanta paſſim pretia tabularum apud Plinium legantur, idem tamen docendi pretium tam parvum poneret, atque ita poneret, ut admirari nos vellet. Exegit itaque annua talenta XL, non ob aliud, quàm ut majorem arti conciliaret autoritatem, ſi ea nemini gratis obtingeret. Atque hoc eſt ipſum illud quod tradit Philoſtr. lib. I de vitis Sophiſt. Πρωταγόρας τὸ μισθοῦ διαλέγεσθαι πρῶτος μὲν εὗρε· πρῶτος δὲ παρέδωκεν Ἕλλησι πρᾶγμα οὐ μεμπτόν· ἃ γὰρ σὺν δαπάνῃ σπουδάζομεν, μᾶλλον ἀσπαζόμεθα τῶν προῖκα: *Protagoras primus de diſſerendo mercedis cauſa cogitavit, ac proinde primus negotium nequaquam reprehenſibile Græcis tradidit. Nam ea ſtudia quæ ſumtu comparamus, longe cupidius complectimur, quàm ea quæ gratis exequimur.* Docuit deinde eos *annis decem*, ut nonniſi poſt juſtam deſignationis commen-

Præceptores non alios in diſciplinam ſuam admittebant, quàm qui juſto pretio annumerato patiebantur ſe ad præſtitutum tyrocinii tempus adſtringi.

tationem

tationem ad colorum pigmenta tarde traducerentur; nihilque neceſſe haberent diſcere adpetente jam docendi tempore: *Virginum Veſtalium more*, inquit Seneca de Vita beata, cap. 29, *quæ annis inter officia diviſis, diſcunt facere ſacra, & , cum didicerunt, docent*. Vide quoque *Plutarchum*, *An ſeniori ſit capeſſenda reſpublica*. Hanc eorum conſuetudinem tangere hic ſupervacuum fuerat, niſi nunc plerique præceptorum, quæſtuoſam inſtitutioni ſuæ caliginem injicientes, conſulto miſcerent ambages, & *Ambitioſa feſtinatione à poſterioribus inciperent; dumque oſtentare diſcipulos circa ſpecioſa malunt, compendio morarentur*, Quintil. I, 4. Lycon certe, φραστικὸς ἀνὴρ, καὶ περὶ παίδων ἀγωγῆς ἄκρως συντεταγμένος: *Vir eloquens, atque ad puerorum inſtitutionem apprime idoneus*, longe melius olim rectæ liberorum educationi conſuluit. Ἔφασκε γὰρ δεῖν παραζεῦχθαι τοῖς παισὶ τὴν αἰδῶ καὶ φιλοτιμίαν, ὡς τοῖς ἵπποις μύωπα καὶ χαλινόν: *Aiebat enim, ut equis frenum & calcaria, ſic pueris pudorem & ambitionem adjuncta eſſe oportere*, Diogenes Laërtius, lib. v.

Præceptores explorata puerorum indole, accommodabant ſe cujuſque captui, & præcepta ſedulo illuſtrabant exemplis.

§. 2. Perſpecta interim diſcipulorum indole ad alias Artes transferre conabantur eos, quos infelicioris naturæ vitio non multum à magiſtro adjuvari poſſe deprehendebant: *In quo eo vel maxime probavi ſummum illum doctorem Alabandenſem Apollonium, qui cum mercede doceret*, inquit Tullius lib. I de Oratore, *tamen non patiebatur eos, quos judicabat non poſſe oratores evadere, operam apud ſeſe perdere, dimittebatque; & ad quam quemque artem putabat eſſe aptum, ad eam impellere atque hortari ſolebat*. Reliquos vero muneribus naturæ mediocriter inſtructos, atque ad Artium harum tractationem non prorſus inhabiles, pro diverſiſſima ingeniorum ratione, diverſiſſime tractabant. *Diligentiſſime hoc eſt eis, qui inſtituunt aliquos atque erudiunt, videndum, quo ſua quemque natura maxime ferre videatur. Etenim videmus ex eodem quaſi ludo ſummorum in ſuo cujuſque genere artificum & magiſtrorum exiiſſe diſcipulos diſſimiles inter ſe, attamen laudandos; cum ad cujuſque naturam inſtitutio doctoris accommodaretur. Cujus eſt vel maxime inſigne illud exemplum (ut cæteras artes omittam) quod dicebat Iſocrates doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frænis uti ſolere: alterum enim exſultantem verborum audacia, reprimebat; alterum cunctantem & quaſi verecundantem, incitabat. Neque eos ſimiles effecit inter ſe, ſed tantum alteri affinxit; de altero limavit; ut id confirmaret in utroque, quod utriuſque natura pateretur*, Cicero III de Oratore. *Virtus, etiamſi quoſdam impetus ex natura ſumit, tamen perficienda doctrina eſt*, Quintil. XII, 2. Salubribus deinde præceptis adoleſcentes indolis bonæ ſedulo attollebant, & ad imitationem ſui vocabant, ſine deſperatione vincendi. *Quæ mihi adhortatio videtur efficaciſſima*, inquit Seneca*; *deterret enim, qui imitandi cupiditatem modo fecit, ſpem abſtulit*. Omnibus denique promiſcue, ſine ullo ingeniorum diſcrimine, frequentia veræ atque incorruptæ Artis exempla præmonſtrabant. *Longum iter eſt per præcepta, breve & efficax per exempla*, Seneca epiſt. 6. *Quid faciendum ſit, a faciente diſcendum eſt*, Idem epiſt. XCVIII. *Siquidem nihil recte ſine exemplo docetur, aut diſcitur*, Columella, lib. XI de re Ruſt. cap. I. *Æque tamen vitandarum rerum exempla ponenda ſunt, quàm ſequendarum*, Seneca, lib. II, Controverſ. 4. *Tum dignum operæ pretium venit, cùm inter ſe congruunt præcepta & experimenta*, Quintil. XII, 6. *Facilius quid imitandum & quid vitandum ſit, docemur exemplo*, Seneca Controverſ. IX, 2. *Exempla teſtimoniorum locum obtinent: id enim quod admonuerit, & leviter præceperit ars & ratio; exemplo, ſicut teſtimonio, comprobatur*, Auctor rhet. ad Herennium, circa initium libri quarti. Et mox ibidem; *Chares quoque à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit, ut ei Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti; ſed omnia magiſtrum coram facientem videbat; cæterorum opera vel ſua ſponte conſiderare poterat*. Τοῖς ζωγράφοις καὶ πλάσταις οὐκ ἀπόχρη εἰπεῖν, ὅτι δεῖ τοιάδε χρώματα εἶναι, ἢ τοιάσδε τὰς γραμμάς, ἀλλὰ μεγίστη ὠφέλεια, εἴ τις αὐτοὺς ἢ γράφοντας ἢ πλάττοντας ἴδοι: *Pictoribus & Plaſtis non ſatis eſt dicere tales eſſe oportere colores, taleſque lineas: ſed maxima utilitas eſt, ſi quis eos aut pingentes, aut fingentes cernat*, Dio Chryſoſt. Orat. XVIII, quæ eſt de Exercitat. dicendi. Vide *Libanium*, *Orat.* XXXIV. Huc etiam refer elegans illud tetraſtichon Greg. Nazianzeni:

Ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ·
Μὴ τῇ μὲν ἕλκειν, τῇ δ' ἀπωθεῖσθαι χερί·
Ἧττον δεήσῃ σε λέγειν, πράττων ἃ δεῖ.
Γραφεὺς διδάσκει τὸ πλέον τῆς ἐκτύπης.

Vel ne doceto, vel doceto moribus:
Illa trahas me ne manu, pellas at hac.
Erit loquendum, ſi probe vivas, minus.
Sermone non tam, quàm manu, pictor docet.

Polycletum teſtatur Galenus† non modo præcepta exactiſſimi canonis ſcripto conſignaſſe,

* Epiſt. C.

† Lib. v de Hippocratis & Platonis dogmatibus.

ſe, verum etiam ſtatuam, unde exemplum peti poſſet, ad eorundem præceptorum normam elaboraſſe. *Fecit Polycletus quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, veluti à lege quadam: ſolusque hominum artem ipſe feciſſe, artis opere judicatur*, Plin. xxxiv, 8.

§. 3. Neque tamen hæc ſic accipi velim, ac ſi diſcipulos ſuos primi illi Artifices ſemper in imitando detinuerint, atque eos nunquam ſuæ ipſorum fiduciæ permiſerint: contra enim præcipit Quintil. 11, 6. *Nonnunquam credi ſibi diſcipulos oportebit*, inquit, *ne mala conſuetudine ſemper alienum laborem ſequendi, nihil per ſe conari & quærere ſciant.* Conſtat certe Lyſippum, *primo ærarium fabrum, audendi rationem cœpiſſe pictoris Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum, quem ſequeretur antecedentium, dixiſſe demonſtrata hominum multitudine, Naturam ipſam imitandam, non artificem*, Plin. xxxiv, 8. Appoſite Theodoretus, Serm. iii de Providentia, Ἀρχέτυπον τῆς τέχνης, ἡ φύσις· ἴνδαλμα δὲ τῆς φύσεως, ἡ τέχνη: *Natura eſt archetypum ſive exemplar primigenium Artis. Ars vero eſt quoddam veluti ſimulachrum Naturæ.* Atque hinc eſt quòd quidam Græcum ποιεῖν derivatum putant ex ποιόν, *quale:* quoniam Natura οὐσίαν ſive ſubſtantiam ſuppeditet; Ars vero, quæ nihil eſt aliud quàm quædam Naturæ imitatrix, nonniſi ποιότητας, ſive qualitates atque accidentia materiæ in tabula deſcribat. Quemadmodum igitur timide adhuc incipientibus manum mento ſollicite ſupponebant, ita jam ſine cortice nataturos ſibi relinquebant: minime quidem primum perceptæ ſemel inſtitutionis laborem deſerentes, ſed eum parata ſalutarium præceptorum copia porro proſequentes; certi, nihil eſſe cuiquam feracius atque uberius ad laudem, profectu diſcipulorum. Majorem adhæc Artium harum uſum aſſidua præceptorum tractatione acquiri: idque ex ſententia Clementis Alexandrini, Stromat. i. Διδάσκων τις, μανθάνει πλεῖον· καὶ λέγων συνακροᾶται πολλάκις τοῖς ἀκούουσιν αὐτοῦ: *Docens aliquis, plus ipſe addiſcit: verba quoque apud alios habens, ſæpenumero coauditor eſt eorum qui audiunt ipſum.* Appoſite quoque Seneca epiſt. vii, *Mutuo iſta fiunt; & homines, dum docent, diſcunt.* Unde factum eſt ut Apelles, non contentus diſcipulum Perſeum docuiſſe, inſuper adhuc ad eum de hac Arte ſcripſerit; *Plin.* xxxv, 10. Præterque Apellem plures alios invenias, qui Artes haſce ſcriptis ac diſſertationibus ſuis illuſtrare ſunt conati. Utrumque Philoſtratum, Calliſtratum, atque eos qui omnium manibus teruntur, prætereo; eos tantum nominaturus, quorum de hoc argumento ſcripta interciderunt.

Diſcipulis poſt juſta tyrocinii tempora e ſchola dimiſſis, perſæpe tradebantur Artis regulæ à fideliſſimis præceptoribus ſcripto conſignatæ.

Adæus Mitylenæus, περὶ Ἀγαλματοποιῶν, *de Statuariis*, citatur apud *Athenæum, Deipnoſoph. lib.* xiii, *cap.* 8.

Alcetas, περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς Ἀναθημάτων, *de iis, quæ Delphis conſecrata*, memoratur *eidem Athenæo, Deipnoſoph. lib.* xiii, *cap.* 6.

Alexis Poëta fecit drama inſcriptum Γραφή, *Pictura.* Videtur autem fabulæ iſtius argumentum ab argumento ſcriptorum, qui hic recenſentur, non plane abhorruiſſe; ſiquidem conjecturam facere liceat ex eo loco quem adduxit *Athenæus* xii, 8. Id ipſum quoque ſentire liceat de Pherecratis Γραφεῦσι, *Pictoribus*, apud *eundem Athenæum*, ix, 11: quemadmodum etiam de Diphili Ζωγράφῳ, *Pictore*, apud *eundem* vi, 4. De Alexandridis denique Ζωγράφοις apud *Pollucem, Onomaſt. lib.* x, *cap.* 14. Plurima adhæc è Pomponii *Pictoribus* loca paſſim adducit Nonius Marcellus.

Anaſimenes ſcripſit de Picturis antiquis, teſte *Fulgentio Placiade, lib.* iii *Mytholog. in Actæone.*

Antigonus Statuarius condidit volumina de ſua Arte, *Plin.* xxxiv, 8. *Item* xxxv, 10, alterius, ut videtur, Antigoni meminit, qui de Pictura ſcripſit. Antigoni opus περὶ Πινάκων, *de Tabulis*, memoratur *Laertio in Chryſippo.*

Apelles de Arte ſua ad Perſeum diſcipulum ſcripſit, ut eſt apud *Plinium, lib.* xxxv, *ſub finem cap.* 10.

Ariſtodemus Carius operam ſingulorum, qui pingendi Artem altius evexerunt, litteris prodidit, ac ſimul recenſuit quot Reges Urbesque bene erga eam fuerint affecti: *Fla. Philoſtr. in proœmio Iconum.* Niſi tamen ſciamus quando Ariſtodemus ille vixerit, inquit clariſſ. Voſſius, neſciemus quoque quouſque hiſtoriam Pictorum & Civitatum Regumque Picturæ amantium perduxerit. Ætatem vero Ariſtodemi non aliunde commodius indagare poſſumus, quàm ex ipſius Philoſtrati ætate. Si audimus Suidam; ſcriptor bipartiti operis Iconum vixerit ſub Severo Imp. uſque ad Philippum. Sed clariſſ. Meurſii opinio erat, floruiſſe temporibus Neronis, uſque ad tempora Trajani. Vide *Meurſii de tribus Philoſtratis Diſſertatiunculam*, quam Philoſtrati epiſtolis, primum à ſe editis, ſubjecit. Hoc ſi eſt, Ariſtodemus iſte Plinio fuerit æqualis: &, utcunque ſupervixerit, non multum tamen poſt eum potuerit hiſtoriam Pictorum producere.

Artemon, περὶ Ζωγράφων, *de Pictoribus. Harpocration in* Πολύγνωτος.

Callixenus ſcripſit ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφὴν, *Pictorum & ſtatuariorum deſcriptionem.* Atque ex hoc Callixeni ſcripto refert Photius concervatum fuiſſe lib. xii Excerpt. varior. Sopatri.

Chriſto-

Chriſtodorus ſcripſit Ἔκφρασιν τῶν ἐν τῷ Ζευξίππῳ ἀγαλμάτων, *Deſcriptionem ſtatuarum quæ ſunt in Zeuxippo.* Vide *Suidam*, *in* Ζεύξιππος, & *in* Χριστόδωρος.

Democritus Philoſophus ſcripſit περὶ Ζωγραφίης, *Laërtius*, *lib.* IX *in Democrito.*

Democritus Epheſius ſcripſit de templo Dianæ Epheſiæ, *Laërtius lib.* IX *in Democrito*; & *Athenæus* XII, 5.

Duris, Δοῦρις περὶ ζωγραφίας, *Duris de Pictura*, *Laërt. lib.* I *in Thalete.*

Euphorion, Εὐφορίων ἐν Ποτηριογλύφῳ, *Euphorion in poculorum ſculptore*, citatur à Scholiaſte Theocriti *ad verſ.* I *Edyllii ſecundi.*

Euphranor Iſthmius Pictor volumina compoſuit de Symmetria & coloribus, *Plinius* XXXV, 11.

Hegeſander, Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, *Hegeſander Delphus in Commentario quem perſcripſit de ſtatuis & imaginibus*, citatur *Athenæo lib.* V, *cap.* 13.

Hippias Eleus Sophiſta diſputavit de Pictura & Statuaria, teſte *Philoſtrato lib.* I *de vitis Sophiſtarum.*

Hypſicrates, περὶ Πινάκων, *de Tabulis*, memoratur *Laërt. lib.* VII *in Chryſippo.*

Jamblichus, περὶ Ἀγαλμάτων, *de Imaginibus*, quod opus ejus confutare aggreſſus eſt Joh. Philoponus: de utroque vide *Photium.*

Juba, rex Mauritaniæ*, ſcripſit περὶ Ζωγράφων, *de Pictoribus*; atque operis ejus librum octavum citat *Harpocration in* Παρράσιος. Scripſit etiam περὶ Γραφικῆς, *de Pictura*, eodem *Harpocratione teſte in* Πολύγνωτος. Photius quoque in Sopatri variis excerptis citat Jubæ librum ſecundum περὶ Γραφικῆς, *de Pictura.*

* *Hic Juba rex fuit* ſtudiorum claritate memorabilior etiam, quàm regno, *Plin.* V, 1, *ſub finem capitis.*

Malchus Byzantius Sophiſta, ἔγραψε τὸν ἐμπρησμὸν τῆς δημοσίας Βιβλιοθήκης καὶ τῶν ἀγαλμάτων τοῦ Αὐγουστείου, *ſcripſit conflagrationem publicæ Bibliothecæ, & ſtatuarum Auguſtalis*, Suidas.

Margeus; Auſonius Moſella:

Forſan & inſignes hominumque operumque labores
Hic habuit decimo celebrata volumine Margei
Hebdomas - - -

Ad quæ verba vide Eliam Vinetum.

Melanthius Pictor, περὶ Ζωγραφικῆς, *de Pictura*, citatur apud *Laërt. lib.* IV *in Polemone.*

Menæchmus Statuarius ſcripſit de ſua Arte, *Plin.* XXXIV, 8.

Menæchmus Sicyonius, περὶ Τεχνιτῶν, *de Artificibus*, citatur apud *Athenæum*, *lib.* II, *cap.* 24; & *lib.* XIV, *cap.* 4.

Menetor, περὶ Ἀναθημάτων, *de Donis ſacris*, Athenæus XIII, 7.

Menodotus, Μηνόδοτος ὁ Σάμιος περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας, *de iis quæ viſuntur in Junonis Samiæ templo*, Athenæus XIV, 20. Quamquam Menodotum hunc nonnulla etiam de Pictoribus ſcripſiſſe ex Laërtii lib. II diſcimus, ubi de Theodoro Atheo agit.

Pamphilus ſcripſit περὶ Γραφικῆς καὶ Ζωγράφων ἐνδόξων, *de Pictura & Pictoribus illuſtribus*; vide Suidam.

Paſiteles quinque volumina ſcripſit nobilium in toto orbe operum: *Plinius lib.* XXXVI, *cap.* 5.

Polemon, περὶ Πινάκων, *de Tabulis*, Laërt. lib. VII in Chryſippo. Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων, *de tabulis Sicyoniis*, Athenæus XIII, 2. Περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον, *de Pictoribus ad Antigonum*, Athenæus XI, 6. Περὶ τῶν ἐν τοῖς Προπυλαίοις πινάκων, *de Tabulis in veſtibulo arcis Athenarum*, Harpocration in Λαμπάς. Πολέμων ὁ περιηγητής, τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει, *Polemon qui orbem deſcripſit, quatuor libros compoſuit de Donariis in Athenarum arce*, Strabo lib. IX Geograph. Videturque idem eſſe ac ille quem ſæpe nominat *Clemens Alexandr. in Protreptico*, & *Laertius lib.* II *in Theodoro Atheo.* Polemon περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πέπλων, citatur apud *Athenæum lib.* XII *Deipnoſoph. cap.* 1.

Porphyrius, περὶ Ἀγαλμάτων, *de Imaginibus.* Affert ex eo quædam *Stobæus*, *cap* XXV *Eclogarum phyſicarum.* Cæterum is non tam de Arte, quàm de cultu ſimulacrorum ſcripſiſſe putandus eſt.

Protogenes Pictor reliquit περὶ Γραφικῆς καὶ σχημάτων βιβλία β', *de Pictura & Figuris libros duos*, Suidas.

Sopatri liber XII var. Excerptorum continebat plurima Pictorum ac ſtatuariorum hiſtoriam ſpectantia. Vide quæ paullo ante de Callixeno & Juba rege diximus.

Theophanes, περὶ Γραφικῆς, *de Pictura*, Laërt. lib. II in Theodoro Atheo.

Xenocrates Statuarius de ſua Arte compoſuit volumina, *Plin.* XXXIV, 8; & rurſus

XXXV,

xxxv, 10. Teſtatur idem quod Antigonus & Xenocrates de Pictura ſcripſere. Quamquam ibi forte Hypſicrates legendum ex Laërtio; qui lib. VII in Chryſippo tres *περὶ πινάκων*, *de Tabulis*, ſcriptores conjungens, Polemonem, Hypſicratem, & Antigonum nominat.

CAPUT IV.

§. 1. Nihil olim Artibus hiſce fuit utilius, quòm quòd licenter nimis à ſalubri Magiſtrorum doctrina deſciſcentes, acrium edictorum veluti quadam indagine ad incorruptum nobiliſſimarum Artium cultum conſtringebantur.

§. 2. Prudentiſſime quoque veteres deſidioſi otii & noxiæ circa plures Artes induſtriæ actionem conſtituerunt, ne cui aut animum aut occaſionem ad depravandas Artes relinquerent.

Metus legum ſeveriſſimarum in ſcientiarum artiumque corruptores latarum. *Nam qui ratione traduci ad meliora non poſſunt, ſolo metu continentur*, Quintil. libro XII, cap. 7. Quàm ſevere caverint olim Romani ne ſcientia rei ruſticæ deſidia atque incuria tolleretur, docet A. Gellius noctium Attic. lib. IV, cap. 12: *Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat neque purgaverat; ſive quis arborem ſuam vineamque habuerat derelictui; non id ſine pœna fuit, ſed erat opus cenſorium; Cenſoresque ærarium faciebant.* Plinius quoque nat. Hiſtoriæ libro XVIII, cap. 3: *Agrum male colere, cenſorium probrum judicabatur: atque (ut refert Cato) quem virum bonum colonum dixiſſent, ampliſſime laudaſſe exiſtimabantur.* Et rurſus libro XIX, cap. 4; *Priſci ſtatim faciebant judicium, nequam eſſe in domo matrem familias (etenim hæc cura feminæ dicebatur) ubi indiligens eſſet hortus.* In veteri Codice Voſſiano notæ optimæ lego, *Priſci ſtatim faciebant judicium nequam eſſent domo matrem familias, & enim hæc cura femine ducebatur, niſi indulgens eſſet ortus.* Unde locum hunc ita reſtituendum ſuſpicor, *Priſci ſtatim faciebant judicium, nequam eſſe in domo matrem familias (etenim hæc cura feminæ ducebatur) niſi indulgens eſſet hortus.* Quum enim in prædicto codice, ſicuti & in reliquis codd. antiquis, *n* & *u* paſſim confundantur, atque *u* habens *i* ſupraſcriptum ubique ponatur pro Ubi, ſicuti & *n* habens *i* ſupraſcriptum poni ſolet pro Niſi, facili quoque lapſu *Ubi* pro *Niſi* crediderim irrepſiſſe. Abderitarum lege cautum erat, τὸν ἀναλώσαντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν, μὴ ἀξιοῦσθαι ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι, *Ut qui patrimonium conſumpſerat, indignus haberetur quem in patria ſepelirent*, Laërtius in Democrito. Muſicæ quoque non male conſuluerunt Argivi, quum mulctam indixerunt ei qui Artem adulterabat, aucto ſeptem chordarum numero, quem reliqui ante eum Artifices conſtanter obſervaverant. Ἀργείους καὶ κόλασιν ἐπιθεῖναί ποτέ φασι τῇ εἰς τὴν μουσικὴν παρανομίᾳ, ζημιῶσαί τε τὸν ἐπιχειρήσαντα πρῶτον τοῖς πλείοσι τῶν ἑπτὰ χρήσασθαι παρ' αὐτοῖς χορδῶν, καὶ παραμιξολυδιάζειν ἐπιχειρήσαντα: *Argivos etiam multam definiviſſe traditur, iis qui Muſicam violaviſſent: eamque ab eo exegiſſe, qui primus fuiſſet auſus uti pluribus quàm ſeptem ab ipſis receptis fidibus, & ad mixolydium tonum alludere*, Plutarch. περὶ μουσικῆς. Lacedæmoniorum certe de expellendo ex urbe ſua Timotheo Mileſio, qui Muſicam Artem innovando corrumpebat, acre Senatusconſultum vide apud *Boethium, lib. I Muſicæ, cap.* 1. Quamquam hunc Timotheum judicio tunc temporis abſolutum fuiſſe teſtatur Artemon apud *Athenæum, lib.* XIII, *cap.* 9, quem vide: vide quoque *Pauſaniam, libro tertio, pagina* 183, 42. Magnus quoque Alexander Chœrilo, quem rerum à ſe geſtarum ſcriptorem elegerat, duram dixit legem; *Pactus cum eo, ut ſi bonum faceret verſum, aureo numiſmate, id eſt, nummo Byzantino donaretur; ſi malum, colapho feriretur: qui ſæpius male ſcribendo colaphis necatus eſt*, Commentator vetus in Horat. de Arte. Huc etiam refer morem theatrorum, in quibus mali Poëtæ ſaxis petebantur, ſicuti boni jaculo floris ſerti & ſoluti honorabantur. φυλλοβολίαν Græci appellabant; de qua erudite multa Caſaubonus in Tranquilli Neronem, cap. 25. At de contraria huic λιθοβολίᾳ fuſe agit idem Caſaub. in Athenæum, lib. VI, cap. 11. *Nobili Græcorum & ampla civitate Epheſi lex vetuſta dicitur eſſe à majoribus conſtituta, dura conditione, ſed jure non iniquo. Nam Architectus, quum publicum opus curandum recipit, pollicetur quanto ſumptu id futurum; tradita æſtimatione, magiſtratui bona ejus obligantur, donec opus ſit perfectum: eo autem abſoluto, cùm ad dictum impenſa reſpondet, decretis & honoribus ornatur. Item, ſi non amplius quòm quarta pars in opere conſumitur, ad æſtimationem eſt adjicienda & de publico præſtatur, neque ulla pœna tenetur: cum vero amplius quàm quarta in opere conſumitur, ex ejus bonis ad perficiendum pecunia exigitur*, Vitruvius in præfat. libri decimi. Κελεύεται τοὺς ἀδικήσαντας ὅπως τὸ ἱερὸν ἀπεργάζωσιν· ἐὰν δέ τις κυβερνῶν σκάφος διαμάρτῃ, προσπεσὼν ἐφεξῆς ἱκα-

σι ἐμπτύουσιν αὐτῷ: *Cercetæ injuſti aliquid patrantes, arcent à factis. Si quis autem gubernaculis admotus, navem fregerit: ſinguli ordine accedentes ſputo eum adſpergunt*, Nicolaus de Moribus gentium, apud Stobæum Tit. de Legibus & conſuetudinibus. Ἀθήναις ἱστοροῦσιν ὀψοποιὸν δὲ ἐν τῷ Λυκείῳ κρέας ταριχηρὸν ὡς τάριχος διαπωλήσαντα, μαστιγωθῆναι ὡς παρασοφιζόμενον πονηρῶς: *Narrant Athenis obſoniorum coquum, tanquam ſceleſtum impoſtorem flagris cæſum fuiſſe, quod ſalſam in Lyceo carnem ſalſi piſcis loca apparaſſet*, Athenæus, lib. IV Deipnoſoph. cap. 6. Hanc in deſides agricolas, patrimonii decoctores, malos muſicos, poëtas, architectos, navarchos, & coquos ſeveritatem, nihilo remiſſius in pictores malos exercuerunt. *Lex erat Thebis, qua Artifices ac Pictores ſinguli jubebantur imaginum formas quoad poſſent optime exprimere: omnibus autem, qui deterius aut feciſſent aut pinxiſſent, mulcta pecuniaria irrogabatur*, Ælianus, var. Hiſt. IV, 4.

§. 2. Præclarum quidem & antiquæ ſeveritatis plenum erat, ſecuritatem Artium pœnæ male feriatorum tueri; præclarius tamen & humanitati convenientius dixeris, quod ſaluberrimo legum temperamento providere ſunt conati, ne pœna eſſet opus. Παρὰ Λακεδαιμονίοις καὶ ἀργίας δίκη: *Apud Lacedæmonios etiam pigritiæ actio inſtituebatur*, Pollux, lib. VIII, cap. 6. Λευκανοὶ δικάζονται ἀλλήλοις, ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἀδικήματος, οὕτω καὶ ἀργίας· καὶ Ἀθήνησι δὲ τῆς ἀργίας εἰσὶ δίκαι: *Lucani, tanquam criminis alicujus, etiam ignaviæ judicia agitant. Etiam apud Athenienſes punitur inertia*, Nicolaus de Morib. gentium apud Stobæum, Serm. de Legib & conſuetud. Vide *Ælianum, lib. IV var. Hiſt. cap. 1*; ubi legem hanc Sardoam eſſe tradit. Τῆς ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρὶς τις ἁλοίη, ἠτιμοῦτο: *Otii porro, ex Draconis lege pœna erat infamia: ex Solonis vero, ſi ter reus peractus eſſet, publica dignitate privabatur*, Pollux, Onomaſt. lib. VIII, cap. 6. Inter Solonis leges etiam hæc fuit, Ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι: *Otioſus obnoxius eſto cuivis accuſare volenti*, Diogen. Laertius, lib. I in Solone; ad quem locum vide Iſaacum Caſaubonum. *Apud prudentiſſimos pacis moribus Athenienſes inertia languore marcens e latebris ſuis in forum, perinde ac delictum aliquod, protrahitur, fitque ut facinoroſæ, ita erubeſcendæ rea culpæ. Eſt & ejuſdem urbis ſanctiſſimum conſilium Areopagus, ubi quid quiſque Athenienſium ageret, aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquiri ſolebat; ut homines honeſtatem (vitæ rationem memores reddendam eſſe) ſequerentur*, Valer. Max. lib. II, cap. 6, ex. 3, 4. *Athenis vetus lex erat præclariſſime conſtituta; ut adoleſcentes, quum pubertatis annos attigiſſent, ad artes deducerentur; deducerentur autem ad hunc modum. Cujuslibet artis inſtrumenta publice proponebantur, atque adoleſcentes ad ea adducebantur; quocunque autem delectari quemque contigiſſet, atque ad id accurreret, hujus quoque artem edocebatur: quod videlicet ea ut plurimum recte ſuccedant, quæ natura duce aggrediuntur: ac contra ea, quæ invita natura ſuſcipiuntur, ſpem fruſtrari ſoleant*, Greg. Nazianzenus, epiſt. 63. *Alexis Athenienſes ait ideo oportere laudari, quod omnium Græcorum leges cogunt parentes ali à liberis: Athenienſium non omnes, niſi eos, qui liberos artibus erudiſſent: omnia enim munera fortunæ cum dantur, ab ea facillime adimuntur: diſciplinæ vero conjunctæ cum animis, nullo tempore deficiunt, ſed permanent ſtabiliter ad ſummum exitum vitæ*, Vitruvius, in præfat. libri ſexti: Galenus, in exhort. ad perdiſcendas Artes. Qua vero occaſione lex hæc fuerit lata, docet Plutarchus in Solone, Ὁρῶν τὸ μὲν ἄστυ πιμπλάμενον ἀνθρώπων ἀεὶ συρρεόντων πανταχόθεν ἐπ' ἀδείας εἰς τὴν Ἀττικήν, τὰ δὲ πλεῖστα τῆς χώρας ἀγεννῆ καὶ φαῦλα, τοὺς δὲ χρωμένους τῇ θαλάττῃ μηδὲν εἰωθότας εἰσάγειν τοῖς μηδὲν ἔχουσιν ἀντιδοῦναι, πρὸς τὰς τέχνας ἔτρεψε τοὺς πολίτας· καὶ νόμον ἔγραψεν, υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι: *Quum videret hominibus quotidie in Atticam undique propter ſecuritatem & libertatem confluentibus urbem compleri, agrum autem fere infœcundum malignumque; eos autem qui mare exerceant, nihil ſolere iis qui nihil reddere habeant importare; traduxit ad artificia cives, tulitque legem, ne filius parentem, qui ipſum non docuiſſet artem, cogeretur alere.* Quamobrem etiam non injuria arbitretur aliquis, Athenienſes virtute legis hujus promeritos laudem, quam tribuit iis Plutarchus; Πολλῶν μὲν δὴ καὶ ἄλλων ἡ πόλις ἥδε μήτηρ καὶ τροφὸς εὐμενὴς τεχνῶν γέγονε, τὰς μὲν εὑραμένη καὶ ἀναφήνασα πρώτη, ταῖς δὲ δύναμιν προσθεῖσα καὶ τιμὴν καὶ αὔξησιν· οὐχ ἥκιστα δὲ ὑπ' αὐτῆς ζωγραφία προῆκται καὶ κεκόσμηται: *Urbs Athenienſium multarum benigna mater & nutrix fuit Artium; quarum alias prima reperit & in lucem protulit; aliis honorem, vim, & incrementa contulit: non minimum vero ab hac urbe provecta ornataque eſt ars pingendi*; vide eum, Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes. Ariſtides quoque in Orat. Panathenaica Athenas appellat omnium rerum bonarum patriam, omniſque ſcientiæ & artis magiſtram: unde fit, inquit, ut non ſtatuis tantum, ſed & Statuariis ipſis excellat. Menander Rhetor, lib. I de Gen. demonſtr. cap. 16, Ἀθηναίους φασὶν ἐπὶ ἀγαλματοποιίᾳ καὶ ζωγραφίᾳ, καὶ Κροτωνιάτας ἐπὶ ἰατρικῇ μέγιστον φρονῆσαι, καὶ ἄλλους ἐπ' ἄλλαις τέχναις: *Athenienſes ajunt in ſtatuaria & pictura, Crotoniatas vero in medicina,*

alios

alios denique in aliis artibus valde ſibi placere. Memoratis nunc Argivorum, Epheſiorum, Thebanorum, & Athenienſium ſaluberrimis legibus, non videtur hic prætereunda lex Ægyptiorum, *Qui artificia maxime excoluerunt, & ad juſtum perduxerunt finem: etenim inter Ægyptios, ſi quis opificum Rempublicam capeſſit, aut plura exercet artificia, graviſſimas incurrit pœnas. Apud hos enim ſolos fabris & opificibus univerſis nullum in Republica munus aliud vel ordinem ſuſcipere licet* *, *niſi à legibus definitum & à parentibus traditum: ut neque magiſtrorum invidia, neque rerum civilium occupatio, neque aliud quidquam, illorum circa hæc ſtudium impediat*, Diodorus Siculus libro primo. Dicæarchus apud Scholiaſten Apollonii Rhodii, *ad verſum 272 libri quarti Argonaut.* teſtatur, Ægypti regem Seſonchoſin tuliſſe legem, ne quis paternam Artem deſereret: illud enim arbitrabatur initium eſſe aviditatis inexhauſtæ. Vide Iſocratem in Buſiridis laudatione, ubi de hac lege aliquanto plenius agit. Quin etiam videri poſſunt Ægyptii beneficio legis hujus aſſecuti mirabilem illam perfectionem Artis, quam in Catalogo Artificum ex Diodoro Siculo referemus†. Omnino enim Artifices illos præcellere neceſſe eſt, qui non admittunt duas curas: unde etiam Plato, lib. IX de Legibus, ex civitate ſua exulare jubet Artifices duabus ſimul Artibus vacantes. Recte Plin. Junior IX, 29: *Satius eſt unum aliquid inſigniter facere, quàm plurima mediocriter.* Αἴσωπός ποτε ἔλεγε κακῶς ἔσεσθαι πᾶσιν, ὅταν πάντες πάντα ἐπιτηδεύωσιν: *Æſopus dicebat male tum fore omnibus, quando omnes omnibus operam dant*, Stobæus Serm. de Republica. *Neque enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt; & quocunque reſpexerit, deſinit intueri, quod propoſitum erat*, Quintil. X, 3. Οὐδεὶς γὰρ ἐπαμφοτερίζων δύναται προκόψαι: *Nemo enim huc atque illuc nutans proficere poteſt*, Arriani Epict. IV, 2. Lucanorum atque Athenienſium lex, inertiam atque ignaviam tollens; Athenienſium rurſus, puerorum indolem explorans; quemadmodum & alia eorundem lex, liberorum ſollicitam ac liberalem educationem ſollicitis parentibus imperans; Ægyptiorum denique lex, Artificem in ſola Arte patria detinens, quid aliud quàm bonarum Artium curam gerunt? Quibus omnibus ſi adjecerimus unicum illud ex Epheſiorum ſcriptis præceptum, Συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῇ χρησαμένων: *Aſſidue reminiſci alicujus ex antiquis qui virtutem coluiſſent*, M. Anton. Imp. de vita ſua, lib. XI: velut manu ducimur ad æmulandi ſtudium, proximam provectarum Artium cauſam.

* Strabo, lib. XV Geograph. apud Indos quoque legem hanc obtinere tradit. Idem, lib. XVI, conſuetudinem hanc non minus in Arabia ſervari affirmat. Herodotus quoque, lib. VI, Lacedæmonios etiam hanc Ægyptiorum conſuetudinem ſecutos eſſe teſtatur.

† In Telecle.

CAPUT V.

§. 1. *Difficile dictu quàm admirabilis progreſſio & incredibilis curſus ad omnem excellentiam ſit factus, poſteaquam Ars, divinitus ſemel conſtituta, ipſa decòris contentione excitavit acres juvenum animos ad æmulandum quod in aliis laudari videbant.*

§. 2. *Maximum tamen Artibus hiſce addidit incrementum, quòd non ſtetit intra ſolos Artifices æmulatio, ſed ipſos etiam ſibi eloquentiæ cultores & hiſtoriarum ſcriptores in certamen gloriæ putavit aſſumendos.*

Mutua Artificum æmulatio ſequitur: etenim *æmulandi amor validior quàm pœna ex legibus & metus*, Tacit. III Ann. cap. 55. *Natura enim glorioſa eſt virtus, & anteire priores cupit*, Seneca de Benef. III, 36. *Habet mens noſtra natura ſublime quiddam & erectum, & impatiens ſuperioris*, Quint. XI, 1. Præclare Scipio apud Livium lib. XXVIII ab U.C. *Maximo cuique id accidere animo certum habeo, ut ſe non cum præſentibus modo, ſed cum omnis ævi claris viris comparet.* Ovidius‡,

Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit,
Cùm, quos prætereat, quosve ſequatur, habet.

Πέφυκεν ἄνθρωπος, ὅσα μὲν πρὸς ἅμιλλαν διαπράξεται, συντονώτερον ἀπεργάζεσθαι· ὅσα δὲ ἄνευ φιλονεικίας, ταῦτα ῥᾳθυμεῖν· καὶ χαύνως ἐμπίπλησιν ἡμᾶς ἡ ἀργίας, τὸ παντάπασιν ἀνανταγώνιστον· ἐρεθίζεται γὰρ ἀεὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς φιλονεικίας πρὸς τὸ φιλόπονον ἡ ψυχή: *Homo ita natus eſt, ut quæ cum æmulatione quadam perfici debent, eadem omni nervorum contentione curet; quæ vero abſque æmulatione efficiuntur, cum quadam negligentia peragat; adeoque inertia & ignavia noſtros animos complet, quidquid omni caret adverſario. Semper enim facile excitatur animus à ſtudio alios ſuperandi ut in ardua tendat*, Themiſtius, Orat. III. *Multos videmus ejuſmodi certamina ſibi cum multa laude ſumpſiſſe, quosque ſubſequi ſatis habebant, dum non deſperant, anteceſſiſſe*, Plin. Junior, lib. VII, epiſt. 9. *Pauſias amavit in juventa Glyceram municipem ſuam inventricem coronarum; certandoque imitatione ejus, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam*, Plinius, lib. XXX, cap. 11. Quandoquidem igitur manifeſtum eſt, maxima quæque ingenia ſtimulis

Æmulatio præcipue juvit Artes, ut quæ nervos atque induſtriam addiderit Artificibus aliorum Artificum gloria excitatis.

‡ Lib. III de Arte, verſ. 595.

mulis æmulationis ad majora ſemper impelli; dubium quoque non poteſt eſſe, quin languidi jacentisque ſit animi candidatus ille, quem ingens undique circumfuſa competitorum turba non impellit ad æmulandum: præterquam quod fere accidit, ut nimis odioſe ſibi placeant, qui cum nemine contendunt, neminem æmulantur. Ῥᾷϛον, οἶμαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, μόνον θέοντα κρατεῖν: *Facillimum arbitror, juxta proverbium, ſolum currentem vincere*, Lucianus pro Imaginib. *Neceſſe eſt ſibi nimium tribuat, qui ſe nemini comparat*, Quintil. 1, 2. Æmulatione igitur eſt opus, atque ea quidem non vulgari. Martial. lib. XII, Epigram. 36:

Vis curſu pedibusve gloriari?
Tigrim vince, levemque Paſſerinum.
Non eſt gloria præterire aſellos.

Marcus Tullius Cicero circa initium libri de perfecto Oratore; *Par eſt*, inquit, *omnes omnia experiri, qui res magnas & magno opere expetendas concupiverunt. Quod ſi quem aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenii vis forte deficiet, aut minus inſtructus erit magnarum artium diſciplinis, teneat tamen eum curſum, quem poterit. Prima enim ſequentem, honeſtum eſt in ſecundis tertiisque conſiſtere. Neque opifices ſe ab artibus ſuis removerunt, qui aut Jalyſi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari. Nec ſimulachro Jovis Olympii, aut Dorypbori ſtatua deterriti, reliqui minus experti ſunt, quid efficere, aut quo progredi poſſent; quorum tanta multitudo fuit, tanta in ſuo cujuſque genere laus, ut, cum ſumma miraremur, inferiora tamen probaremus.* Quo de Ciceronis loco Columella in præfatione libri primi de re Ruſt. *Rectiſſime dixit M. Tullius in Oratore, Par eſt eos, qui generi humano res utiliſſimas conquirere, & perpenſas exploratasque memoriæ tradere concupiverint, cuncta tentare. Nec, ſi vel illa præſtantis ingenii vis, vel inclytarum artium defecerit inſtrumentum, confeſtim debemus ad otium & inertiam devolvi; ſed, quod ſapienter ſperavimus, perſeveranter conſectari. Summum enim culmen affectantes, ſatis honeſte vel in ſecundo faſtigio conſpiciemur. An Latiæ Muſæ non ſolos adytis ſuis Accium & Virgilium recepere, ſed eorum & proximis, & procul à ſecundis ſacras conceſſere ſedes? Nec Brutum, aut Cælium, Pollionemve cum Meſſalla & Catulo deterruere ab eloquentiæ ſtudio fulmina illa Ciceronis. Nam neque ille ipſe Cicero territus ceſſerat tonantibus Demoſtheni Platonique. Nec parens eloquentiæ, deus ille Mæonius, vaſtiſſimis fluminibus facundiæ ſuæ poſteritatis ſtudia reſtinxerat, Ac ne minoris quidem famæ opifices per tot jam ſæcula videmus laborem ſuum deſtituiſſe, qui Protogenem & Apellem cum Parrhaſio mirati ſunt: nec pulchritudine Jovis Olympii Minervæque Phidiacæ ſequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxin, Lyſippum, Praxitelem, Polycletum, quid efficere aut quouſque progredi poſſent. Sed in omni genere ſcientiæ, & ſummis admiratio venerationque, & inferioribus merita laus contingit.* Vell. Paterculus, lib. 1 Hiſt. cap. 16, & 17: *Nequeo temperare mihi*, inquit, *quin rem ſæpe agitatam animo, neque ad liquidum ratione perductam, ſignem ſtylo. Quis enim abunde mirari poteſt, quod eminentiſſima cujuſque profeſſionis ingenia, in eandem formam & in idem artati temporis congruant ſpatium, & quemadmodum clauſa capſa, aliove ſepto, diverſi generis animalia, nihilo minus ſeparata alienis, in unum quæque corpus congregantur; ita cujuſque clari operis capacia ingenia, in ſimilitudinem & temporum & profectuum, ſemet ipſa ab aliis ſeparaverint? Hoc eveniſſe trogicis, comicis, philoſophis, hiſtoricis, grammaticis, plaſtis, pictoribus, ſculptoribus, ut quiſque temporum inſtiterit notis, reperiet eminentia cujuſque operis artiſſimis temporum clauſtris circumdata. Hujus ergo præcedentisque ſæculi ingeniorum ſimilitudines congregantis & in ſtudium par & in emolumentum, cauſas cum ſemper requiro, nunquam reperio quas eſſe veras confidam, ſed fortaſſe veriſimiles, inter quas hanc maxime. Alit æmulatio ingenia; & nunc invidia, nunc admiratio imitationem accendit; matureque, quod ſummo ſtudio petitum eſt, adſcendit in ſummum, difficilisque in perfecto mora eſt; naturaliterque, quod procedere non poteſt, recedit: &, ut primo ad conſequendos, quos priores ducimus, accendimur; ita, ubi aut præteriri aut æquari eos poſſe deſperavimus, ſtudium cum ſpe ſeneſcit; & quod aſſequi non poteſt, ſequi deſinit; & velut occupatam relinquens materiam, quærit novam, præteritoque eo, in quo eminere non poſſumus, aliquid, in quo nitamur, conquirimus: ſequiturque ut frequens ac mobilis tranſitus, maximum perfecti operis impedimentum ſit.*

Quamquam Artifices non tantum aliorum Artificum gloria ad æmulandum vi-

§. 2. Nullam profecto res hæc dubitationem habet, quin Artifices ardor imitationis, ſemperque melior aliquis olim accenderit: ſic tamen, ut non tantum mutua Artificum ad invicem æmulatione Artem provectam eſſe cenſeamus, ſed & facundiſſimorum ſui ſæculi virorum gloria magnos animos ad ſimile aliquid elaborandum æmulationis ſtimulis excitatos fuiſſe arbitremur. Huc facit Aetio Pictor, æmulus ille Thucydidis Hiſtorici. Vide *Lucianum in Herodoto* vel *Aetione*. Atque hoc illud eſt, quod innuere voluit Felix

lix Faber monachus Ulmenſis in hiſtoria Suevorum lib. 1, cap. 8. *Revixit in Germania*, inquit, *ſcientia & eloquentia, & ex conſequenti quæque ingenioſæ artes, ut picturæ & ſculpturæ: amant enim ſe artes hæ ad invicem. Ingenium pictura expetit; ingenium eloquentia cupit, non vulgare, ſed altum & ſummum. Mirabile dictu eſt, dum viguit eloquentia, viguit pictura; ſicut Demoſthenis & Ciceronis tempora docent: poſtquam cecidit facundia, jacuit & pictura*, &c.

dentur impulſi, verum etiam gloria profeſſorum eloquentiæ.

CAPUT VI.

§. 1. *Mirifice adhæc Artem hanc olim provexit amabilis quædam caſtæ atque intemeratæ ſimplicitatis gratia. Nimirum non vacabat priſcis illis Artificibus, ipſa Artis penetralia ſubire parantibus, ad ornamentorum amœnitates colorumque venuſtates diverſitare.*

§. 2. *Sicuti enim univerſum operis contextum cupiebant eſſe virilem, ita quoque vitio dabant aliis nimia colorum pigmenta, & quicquid luxuria, non contenta ſimplici decore, ſolet miſcere.*

Artis ipſius ſimplicitas. Μεγάλας ποιοῦσι τὰς τέχνας, οὐχ οἱ τολμῶντες ἀλαζονεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλ᾽ οἱ τινες ἄν, ὅσον ἔνεστιν ἐν ἑκάστῃ, τοῦτ᾽ ἐξευρεῖν δυνηθῶσιν: *Artibus auctoritatem conciliant, non qui multa inſolenter de iis jactare audent, ſed qui id eruere ac proferre poſſunt, quod in unaquaque continetur*, Iſocrates contra Sophiſtas. *Unumquodque genus cùm caſte pudiceque ornatur, fit illuſtrius; cùm fucatur atque prælinitur, fit præſtigioſum*, A. Gellius, noct. Attic. VII, 14. Nec aliunde major lues Artis, quàm ex attonita quorundam perſuaſione, qui prodeſſe niſi pretioſa non putant. *Sed hæc eſt omni in re animorum conditio, ut à neceſſariis orſa primo, cuncta pervenerint ad nimium*, Plin. XXVI, 4. Ubi quidam vetus Codex Voſſianus; *Hæc eſt in omni re animorum conditio, ut à neceſſariis orſa primum acta pervenerit ad nimium.* Unde ſcribo: *Hæc eſt in omni re animorum conditio, ut à neceſſariis orſa primum, aucta pervenerint ad nimium. Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecere, ex albis melino, ex ſilaceis Attico, ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion* ‡, *Melanthius, Nicomachus, clariſſimi pictores, cum tabulæ eorum ſingulæ oppidorum venirent opibus. Nunc, & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum ſuorum limum, & draconum & elephantorum ſaniem, nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo tunc meliora fuere, cum minor copia. Ita eſt: quoniam rerum, non animi pretiis excubatur*, Plin. XXXV, 7. *Quare vincat veritatem ratio falſa, non erit alienum exponere. Quod enim antiqui inſumentes laborem & induſtriam probare contendebant artibus, id nunc coloribus & eorum eleganti ſpecie conſequuntur; & quam ſubtilitas artificis adjiciebat operibus autoritatem, nunc dominicus ſumptus efficit ne deſideretur. Quis enim antiquorum, non, uti medicamento, minio parce videtur uſus eſſe? At nunc paſſim plerumque toti parietes inducuntur. Accedit huc chryſocolla, oſtrum, armenium. Hæc vero cùm inducuntur, etſi non ab arte ſunt poſita, fulgentes tamen oculorum reddunt viſus; & ideo, quod pretioſa ſunt, legibus excipiuntur, ut à domino, non à redemptore, repræſententur*, Vitruvius, lib. VII, cap. 1. *Dicemus de pictura, arte quondam nobili, tunc cum expeteretur à regibus populisque, & illos nobilitante quos eſſet dignata poſteris tradere; nunc vero in totum marmoribus pulſa, jam quidem & auro: nec tantum ut parietes toti operiantur, verum & interraſo marmore, vermiculatis ad effigies rerum & animalium cruſtis. Non placent jam abaci*, nec ſpatia montis in cubiculo delitentia: cœpimus & lapidem† pingere. Hoc Claudii principatu inventum. Neronis vero, maculas quæ non eſſent in cruſtis inſerendo unitatem variare; ut ovatus eſſet Numidicus, ut purpura diſtingueretur Sinnadicus, qualiter illos naſci optarent ‡ deliciæ. Montium hæc ſubſidia deficientium: nec ceſſat luxuria id agere, ut quàm plurimum incendiis perdat*, Plinius, lib. XXXV, cap. 1. Poſtquam altæ ſecuræque pacis mala in Republica invaluere, Picturæ quoque dignatio imminuta eſt, & marmoris ac ligni maculis pretium acceſſit; vide *Plin.* XXXVI, 6. Tertullianus quoque de Pallio, *Plus togæ*, inquit, *læſere, Rempublicam, quàm loricæ. M. Tullius quingentis millibus nummûm orbem citri emit: quæ bis tantum Aſinius Gallus pro menſa ejuſdem Mauritaniæ numerat. Hem, quantis facultatibus æſtimavere ligneas maculas!*

Minime fucata ſimplicitas antiquæ Artis mire provexit Artem.

‡ Etion, codex Voſſii nota optime. Vide Catalog. Artif. in Echion Pictor.

* Abacina ſpatia montis, habet optime nota codex Voſſianus.

† Lapide, idem codex.

‡ Optaſſent, idem.

§. 2. Antiqui melioris notæ Pictores conſtanter tenebant hanc ſectam, & aliam inſiſtentibus viam minime parcebant: corruptum enim atque omnibus vitiis fractum pingendi genus, eoque pernicioſius, quod abundaret dulcibus vitiis, revocare ad ſeveriora judicia contendebant. Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος, θεασάμενός τινα τῶν μαθητῶν Ἑλένην σχηματίσαντα πολύχρυσον γράψαντα· ὦ μειράκιον, εἶπεν, μὴ δυνάμενος γράψαι καλὴν, πλουσίαν πεποίηκας: *Apelles*

Artificum antiquiſſimi non modo ipſi veram Artis vim ſine ullo pigmen-

torum fuco exercebant, ſed alios quoque opera ſua pretioſis coloribus præſinentes ad priſcam ſimplicitatem ſollicite revocabant.

Apelles Pictor cùm vidiſſet quendam ex ſuis diſcipulis pinxiſſe Helenam multo auro ornatam: O adoleſcens, inquit, cùm non poſſes pingere pulchram, feciſti divitem, Clemens Alexandr. lib. II Pædag. cap. 12. Nequaquam tamen obſtare potuerunt, quò minus imperiti ſpecie quadam nitoris ducti, delicatam poſteriorum Pictorum ſocordiam reſupina voluptate probarent, cùm paſſim jam quæ fortia, ſi licuiſſet, futura erant, ut dura mollirent; & habitum ipſum Artis virilem, atque illam vim ſtricte robuſteque pingendi, tenera quadam fucatæ venuſtatis cute operirent; dumque lævia eſſent ac nitida, quantum valerent, nihil intereſſe arbitrarentur. *Sed mihi naturam intuenti*, inquit Quintil. V, 12, *nemo non vir ſpadone formoſior erit: nec tam averſa unquam ab opere ſuo videbitur providentia, ut debilitas inter optima inventa ſit: nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod, ſi naſceretur, monſtrum erat. Libidinem juvet ipſum effœminati ſexus mendacium: nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, ut, ſi qua pretioſa fecit, fecerit & bona.* Et rurſus lib. XII, cap. 10: *In eo, qui ſe non ad luxuriam ac libidinem referet, eadem ſpecioſiora quoque, quæ honeſtiora.* Περιεργίαν οἶμαι πάμπολυ διαφέρειν καθαριότητος: *Exiſtimo permultum intereſſe inter ſupervacuum cultum & munditiem.* Vide Plutarch. Sympoſ. Problem. VI, 7.

CAPUT VII.

§. 1. *Non eſt quòd magnum aliquid exſpectemus ab iis quorum ſedulitas, quemadmodum parum curat excutere ſordes ſegnibus animis inertium cogitationum torpore adſperſas, ita neque erigitur oblectamento dulcedinis vividas mentes in ipſo magnarum novarumque rerum conatu blandiſſime percellentis.*

§. 2. *Quotquot vero dulcedinis hujus ſtimulis ad laborioſam aliquam Artem incitatos ridere non dubitant, nunquam profecto ſenſiſſe mihi videntur quanta cum voluptate irrequietus ignearum mentium vigor ipſum laborem, veluti unicum ac verum induſtriæ ſuæ fructum, ſoleat amplecti.*

§. 3. *Ipſe profecto maximi cujuſque Artificis animus non capit voluptatem undequaque ingruentem, cùm nullum adit locum aut tam deſertum, aut tam inhumanum, qui non illum affari atque appetere videatur; cùm in nullos tam agreſtes & ab omni humanitate remotos incidit homines, qui ſe, ubi illum adſpexerint, non magnum ſtatim vitæ fructum cœpiſſe putent: toties adhæc ſenſus optimæ ſuaviſſimæque rei animum ejus altiſſime pertentat, toties gaudet gaudium in ipſo pectoris atque animæ penetrali vigens, quoties prætereuntium digito monſtratur & oculis omnium deſignatur.*

§. 4. *Quorum denique robuſta mens in una amœniſſimarum Artium ſuavitate conquieſcit, ſolent vana exquiſitiſſimarum voluptatum delinimenta, nec non ſordidi ſpem lucri & per ipſas opes excitam habendi libidinem ponere infra celebritatem nominis & ſpem perennitatis nullo temporum ſpatio definitæ; gnari præclaros Artifices ignorare legem fatorum, ac tum vigere quam maxime, cùm deſiderium exſtinctorum publico perennis memoriæ teſtimonio illuſtratur.*

Tanta oblectatio eſt in ipſo pingendi exercitio, ut nihil hominum mentibus percipi poſſit jucundius.

DUlcedo quædam oblectans pingentis animum. Etenim *Artifici jucundius eſt pingere, quàm pinxiſſe. Illa in opere ſuo occupata ſollicitudo, ingens oblectamentum habet in ipſa occupatione. Non æque delectatur, qui ab opere perfecto removit manum: jam fructu artis ſuæ fruitur; ipſa fruebatur arte, cùm pingeret. Fructuoſior eſt adoleſcentia liberorum; ſed infantia dulcior*, Senec. epiſt. 9. Οὐ κάμνει τὰ πράγματα πρασσόμενα: *Non laſſantur res dum fiunt*, Apollonius ad Danaum apud Stobæum Serm. de Aſſiduitate. Κοινὸν ἔχει πᾶσα τέχνη. τῷ ἰδιώτῃ καὶ ἀπείρῳ αὐτῆς ὅταν παραδιδῶται· καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα τὴν τε χρείαν εὐθὺς ἐνδείκνυται πρὸς ὃ γέγονε· καὶ τὰ πλεῖστα αὐτῶν ἔχει τι καὶ ἐπαγωγὸν καὶ ἐπίχαρι: *Omnis Ars moleſtiam habet, cum indocto minusque in ea verſato traditur. Ea vero quæ ab Artibus perficiuntur, cùm uſum ſuum ſtatim demonſtrant, tum vero plerumque etiam illecebram quandam habent & ſuavitatem*, Arriani Epict. lib. II, cap. 14. Evidens hujus rei exemplum habes in Nicia, de quo ſic Plutarchus in opere cui titulus, Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum: Οἱ φιλογραφοῦντες οὕτως ἄγονται τῇ πιθανότητι τῶν ἔργων ὥστε Νικίαν γράφοντα τὴν Νέκυιαν, ἐρωτᾶν πολλάκις τοὺς οἰκέτας εἰ ἠρίστηκε: *Picturæ dediti adeo afficiuntur operum ſuorum ſpecie, ut Nicias pingens Necyan ſæpe è ſervis quæſierit, Pranſusne eſſet.* Mens ejus Artis rationibus exquirendis agitandisque alebatur, cum oblectamento ſollertiæ, *Qui eſt unus ſuaviſſimus paſtus animorum*, Cicero, lib. V Tuſc. quæſt. Nunquam certe diverſiſſimæ humanarum mentium ſpecies in ſuam quæque tribum præeunte Natura adoptarentur, nunquam adhæc placitæ ſemel Arti uſque adeo pertinaciter mortales adhærerent; niſi eadem Natura laborem, quem præſcribit, incredibili quadam ſuavitate mulceret. Ζωγράφους οἶδα ἤδη μεθ' ἡδονῆς γράφοντας:

γράφοντας: *Pictores vidi cum cantu delineantes*, Libanius, Declamat. VI: vide quoque Ælianum, lib. IX var. Hiſt. cap. 11. Excitatur, qui pingit, ipſo adblandientis ſucceſſus ſpiritu; nec imaginibus rerum, ſed quaſi rebus incedit. *Vivunt enim omnia, & moventur; excipimusque nova illa, velut naſcentia, cum favore ac ſollicitudine*, Quintil. X, 1. Quamobrem etiam illud affirmare non veremur, iſtam in opere ſuo occupatam ſollicitudinem tam plenam ex ipſa occupatione percipere voluptatem, ut laborem ſedulitas commendet, reliquorumque omnium oblectamentorum memoriam ac ſenſum excutiat.

Homines ad ſemper aliquid agendum natos oblectat ipſe labor.

§. 2. Quotquot igitur indefeſſum hunc eximii operis ardorem in ſummis ingeniis mirantur ac rident, nihil unquam magno ſtudio dignum amaverunt; neque optimam noſtri partem, quæ in nobis divina ducenda eſt, alii laboribus vel ex primis puerulorum ætatulis didicerunt. *Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint; quum vero paulum proceſſerint, luſionibus vel laborioſis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri poſſint; eaque cupiditas agendi aliquid adoleſcit una cum ætatibus*, Cicero, lib. V de Finib. bon. & mal. ubi mox addit, *Apparet ergo nos ad agendum natos.* Recte quoque Seneca, epiſt. 39: *Quemadmodum flamma ſurgit in rectum, jacere ac deprimi non poteſt, non magis quàm quieſcere; ita noſter animus in motu eſt, eò mobilior & actuoſior, quò vehementior fuerit.*

Artificum generoſiſſimus fautorum atque admiratorum turba præcipue addit animos.

§. 3. Ullane adhæc tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quàm ſpectare homines totius orbis gratia ſubnixos, in ſumma omnium rerum abundantia coire & circumfundi coram? Jam vero qui cunctorum comitatus! quæ in publico ſpecies! quæ in circulis veneratio! quod gaudium conſurgendi aſſiſtendique inter tacentes & in unum Artificem converſos! Illud quoque quantum eſt, quod nullius nomen prius parentes liberis ingerunt! quod ſæpius vulgus imperitum & tunicatus hic populus tranſeuntem nomine vocat, & digito demonſtrat! advenæ quoque & peregrini, jam in municipiis & coloniis ſuis auditos, quum primum urbem attigerunt, requirunt, ac vultum eorum cognoſcere cupiunt. Plinius Junior, lib. IV, epiſt. 12, *Omnes qui gloria famaque ducuntur, mirum in modum aſſenſio & laus, à minoribus etiam profecta, delectat.* Horatius, lib. II, epiſt. 1:

Quem tulit ad ſcenam ventoſo Gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator; ſedulus, inflat.
Sic leve, ſic parvum eſt, animum quod laudis avarum
Subruit, aut reficit - - -

Ovid. III de Ponto, Eleg. 4:

Plauſibus ex ipſis populi, lætoque favore
Ingenium quodvis incaluiſſe poteſt.

Qui ſemel ceperunt veræ gloriæ ſenſum, non aliam laborum mercedem, præter hanc laudis gloriæque deſiderant.

§. 4. Sed quid ego hic vulgata & imperitorum quoque oculis expoſita gaudia percenſeo? Illa ſecretiora, & tantum ipſis pingentibus nota, majora ſunt. Sive accuratum elaboratumque affert opus; eſt quoddam, ſicut ipſius operis, ita gaudii quoque ſolidi ac ſinceri pondus & conſtantia: ſive novam & recentem curam, non ſine aliqua trepidatione animus attulerit; ipſa ſollicitudo commendat eventum, & lenocinatur voluptati;

*- - - Magnis favor ortus ob auſis *.*

Quomodo denique non videatur ſibi beatiſſimus, qui jam liber invidia famam in tuto collocavit, quique elato ab ingenti virtutum ſuarum fiducia animo, impletur certioris ſpei, quàm quantam ratio ex fiducia rerum ſubjicere ſolet, & veluti jam nunc æternitati conſecratus, ſentit vivus eam, quæ poſt fata præſtari magis ſolet, venerationem; & quid apud poſteros futurus ſit, coram quaſi contuetur. *Rerum, quas aſſequi cupias, præſumptio ipſa jucunda eſt*, Plin. Junior, lib. IV, epiſt. 15: & Latinus Pacatus Paneg. Theodoſio Aug. dicto; *Fugitiva ſucceſſuum repentinorum voluptas, ut occupat, ſic relinquit: felicitas longior eſt, exſpectare ſecurum.* Neque aliud olim propoſitum ſibi habuere præſtantiſſimi Artifices, qui conſummata jam opera in celeberrimo Apollinis Delphici templo ſuſpendebant, quàm ut vivum quendam perennaturi gaudii fructum animo præciperent: de quo ſic Libanius in Antiochico, Οἱ τοῖς θεοῖς μέγιστα ἀνάψαντες ἀναθήματα, σὺν εὐφροσύνῃ τὸν ὑπόλοιπον ζῶσι χρόνον, ἔχοντες ἐν ταῖς συνουσίαις ὅ, τι κάλλιστον ἑαυτῶν διηγῶνται· μᾶλλον δὲ πάντα λέγειν ἔχοντες ἃ λαμπρῶν πέφυκεν ἀνθρώπων, τὰ ἄλλα σιγῶντες, ἑνὶ τούτῳ φιλοτιμοῦνται θαρροῦντες, ὡς οὔποτε αὐτοὺς λήθη καταλήψεται, τὸ ἔργον αὐτοῖς, ἐν τῷ καλλίστῳ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἑστηκότων, καὶ θαρροῦσί γε εἰκότως· ὁ γὰρ ἐν πλείσταις συνόδοις τῆς αὐτοῦ γνώμης σεμνὸν ἐνδείξας εἰς ἀείμνηστον κατέθετο τὴν δόξαν· ὥσπερ, οἶμαι, τῶν ζωγράφων, οἱ τὴν σοφίαν τῶν χειρῶν εἰς Δελφοὺς ἀναθέντες: *Qui numinibus maxima conſecrant donaria, hilariter reliquam ætatem tranſigunt, habentes in conſortiis pulcherrimum quid quod de ſe commemorent: ea autem*

* Valer. Flaccus, lib. IV Argonaut. verſ. 669.

tem maxime dicentes, quæ apta ſunt ad ſplendorem homini afferendum, reliqua ſilentio prætereuntes, id unum ambitioſius ſtudent, confidentes nunquam nomen ſuum oblivione deletum iri, operibus ſuis in pulcherrimo ſub ſole loco conſtitutis. Rectèque in eo fiduciam collocant. Qui enim, ubi plurimus eſt concurſus, ingenii elaboratum opus oſtendit, ſempiternam comparat gloriam. Quemadmodum, ut arbitror, pictorum ii, qui manuum ſuarum opus artificioſum Delphis ſuſpenderunt. Vide quoque Lucianum in Herodoto.

CAPUT VIII.

§. 1. *Qui genus humanum frequentem Artium imitatricium uſum docuerunt, maximum quoque Artibus hiſce judicarentur addidiſſe incrementum; ſi modo caviſſent ne Artes præclariſſimæ atque in immortale ipſius humanitatis decus productæ, malarum mentium factæ fuiſſent inſtrumentum. Nefas etenim erat rem honeſtiſſimam atque omnibus maxime commendatam, uſu indecoro mortalibusque peſtifero contaminari atque obſcurari.*

§. 2. *Rectius illi, qui Artibus non niſi laudabili vel ſaltem tolerabili uſu conſulendum eſſe putaverunt: atque hic præcipue nobis occurrunt qui eas, neceſſitate jubente, ad humanæ vitæ ſubſidium adhibuerunt.*

§. 3. *Variarum Artium ſcientiarumque præcepta tradentes non raro ab hiſce Artibus lucem mutuantur.*

§. 4. *Magnis quibusdam ducibus non infeliciter olim ceſſerunt plurima ſtratagemata ex quotidiano ſtatuarum uſu oportune deprompta.*

§. 5. *Imprimis tamen eſt notabile, quòd Lacedæmonii emendatiſſimas quaſque Picturas & ſtatuas gravidarum uxorum oculis, in ſpem pulchræ prolis, paſſim putaverunt objiciendas.*

§. 6. *Multiplicem adhæc Picturarum ſtatuarumque uſum nihil æque commendat, quàm quòd earum conſpectu lenimus deſiderium abſentium, memoriam defunctorum prorogamus, legationes obimus, &c.*

§. 7. *Virtuti quoque excellentium hominum hunc ſtatuarum honorem tribuebat certatim antiquitas, quò minime degeneres cæterorum animos ad ſtudium virtutis accenderet.*

§. 8. *Scena maximum olim incrementum maximamque dignationem attulit Picturæ. Cui & illud quodammodo videri poteſt conſentaneum, quòd magni quandoque belli duces nobilis alicujus victoriæ imaginem populo publice ſpectandam propoſuerunt.*

§. 9. *Veſtium acu pictarum nec non textilis Picturæ conſideratio.*

§. 10. *Quibus olim rebus ornamentum aliquod ex Pictura ſtuduerint addere.*

§. 11. *Simulacrorum ſculptilium que imaginum præcipuus uſus.*

§. 12. *Quibus potiſſimum rebus veteres adhibuerint cælaturam.*

§. 13. *Brevis conſideratio pecuniæ.*

§. 14. *Annulorum ſignatoriorum conſideratio.*

§. 15. *Plaſtices antiquitas, arctiſſimaque cum Pictura & Statuaria propinquitas.*

Luxuriæ crudelitatisque inſtrumenta nonnihil etiam (quod indignare) auxerunt Artes imitandi.

MUltiplex ac paſſim obvius harum Artium uſus. *Auxere & artem vitiorum irritamenta. In poculis libidines cælare juvit, ac per obſcænitates bibere*, inquit Plinius in proœmio libri XXXIII. Dædalus Paſiphaën ligneæ vaccæ incluſam pudendæ cupidinis compotem fecit: vide Hyginum fabula XL. Sed nos honeſtioribus tantum cauſis inſiſtendum putamus. Et profecto peſſimum vitæ ſcelus fecere, qui prodigioſa hæc projectiſſimæ libidinis miniſteria ab Arte petenda putaverunt; quemadmodum & importuniſſimi homines ingenii merito dixeris, qui humaniſſimas Artes in organa crudelitatis converterunt. Medea concinnato cavo Dianæ ſimulachro ad excidium Peliæ ſe accinxit, *Diod. Siculus, lib.* IV. Perilli taurus æneus ipſius Phalaridis ad Athenienſes epiſtola innotuit. De bove æreo, in quo combuſtus eſt Antipas martyr, cujus mentio fit Apoc. 11: 13, vide *Cedrenum, pag.* 265. De Agathoclis lectica conſule *Diod. Siculum, lib.* XX. Nabidis tyranni Apegam deſcribit Polybius, *lib.* XVIII. Ovidius, *in Ibin**, meminit equi acerni, in quo guttur miſerorum elidebatur. Erat apud Carthaginienſes ænea Saturni ſtatua, quæ manus ſupinas extendebat, ita ad terram inclinatas, ut impoſitus illis infans devolveretur, & incideret in ſuppoſitam ſuccenſamque voraginem ignis, *Diod. Siculus, lib.* XX; *Suidas in* σαρδόνιος γέλως. *Inhonorus eſt, nec in templo ullo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis humana ſacrificaverunt victima, humi ſtans, ante aditum porticus Ad nationes*, Plinius, lib. XXXVI, cap. 5. Gallorum aliqui habent immani magnitudine ſimulachra, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus ſuccenſis, circumventi flamma exanimantur homines,

* *Verſ.* 569.

Cæſar

Cæſar lib. VI de bello Gallico, cap. 16; Cicero pro Manio Fonteja; Strabo lib. IV Geograph. Impii quoque Reges ac Principes piorum quondam animos explorabant, ſuis aliorumque falſorum numinum ſtatuis in adorationem propoſitis, non ob aliud, quàm ut veri Dei cultores in lucem paſſim protractos perderent, ac penitus exſtirparent. Nabuchodonoſor certe, ſecundis rebus elatus, ſtatuam ſibi auream immenſæ magnitudinis poſuit; quam cùm certatim omnes depravatis adulatione animis adorarent, Ananias, Azarias, & Miſaël deprehenſi ſunt prophano abſtinuiſſe officio: vinctos itaque in medias ardentis camini flammas conjici Rex juſſit: vide *Prophet. Daniel. cap. 3.* Julianus imaginibus ſuis Jovem, Martem, Mercurium, reliquosque divos curavit appingi; adorationemque earum differentes, tanquam hoſtes Imperatoris, confeſtim duci juſſit: *Cedrenus.* Non abſimili ratione in Auxentium Licinius ſævire aggreſſus eſt: vide *Suidam in Αὐξέντιος.* Procul à nobis noſtrisque literis abſint iſta, ſiquidem auxilia atque ornamenta vitæ dicere inſtituimus, non piacula: quique hæc invenerunt oſtenta, everſores juris humani, monſtrorumque Artifices, videntur iſta primi condidiſſe, ne vita unquam eorum oblivisceretur: egregia hercule fruſtratione, ſi, quod maxime voluerunt, non aſſequuntur. Valeant itaque fœda ſævitiæ plus quàm belluinæ exempla, indigna prorſus quæ inter cauſas Artis quondam excultioris locum inveniant: longe melius illi, qui Artibus hiſce incrementum addiderunt, uſum earum ad varias res honeſtas, aut ſaltem non inhoneſtas, paſſim transferendo; *Plinius, lib. XXXV, cap. 2.*

§. 2. Ac primo quidem non paucos invenias, qui neceſſitatem prima harum Artium initia extudiſſe putant; quandoquidem apud omnes in confeſſo eſt, quòd *neceſſitatis inventa antiquiora ſunt, quàm voluptatis,* Tullius de perfecto Oratore. *A neceſſariis artificiis ad elegantiora defluximus,* Idem I Tuſcul. quæſt. *Priores partes agit quod utile eſt, quàm quod delectat,* Varro, lib. I de re Ruſt. cap. 4. Acribus nempe incertæ ſollicitæque vitæ ſtimulis impulſi mortales extudere varias Artes vigilando, agendo. Videmus itaque ut in pleriſque aliis, ita quoque in hiſce Artibus,

Neceſſitas præcipue Artes haſce extudit.

Provocet ut ſegnes animos, rerumque remotas
Ingenioſa vias paullatim exploret egeſtas,
Utque artes pariat ſollertia, nutriat uſus.

Claudianus, lib. II de Raptu Proſerp. Etenim quum homo, ſociale animal, ſermonem cum alterius linguæ hominibus, abſentibus etiam & poſt futuris, habere prohibitus eſſet; neceſſario quoque, litteris nondum inventis, confugiendum ei fuit ad notas quaſdam & imagines animalium, plantarum, atque aliarum rerum ab Arte profectarum; quibus omnibus primorum hominum induſtria utebatur ad intimos animorum ſenſus exprimendos. Diodorus certe Siculus de Æthiopibus, quos omnium gentium antiquiſſimos tradit; *Sunt Æthiopum litteræ,* inquit, *variis animantibus, extremitatibusque hominum, atque artificum præcipue inſtrumentis perſimiles: non enim ſyllabarum compoſitione aut litteris verba eorum exprimuntur, ſed imaginum forma earumque ſignificatione uſu memoriæ hominum tradita.* Tacitus quoque Annal. lib. XI, cap. 14; *Primi per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis effingebant: & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur.* Vide Lucanum, lib. III Pharſal. verſ. 223. Ad hanc neceſſitatem refer etiam exemplum Philomelæ totam violentiſſimæ injuriæ ſeriem textili Pictura exprimentis; *Ovid. VI Metamorph. verſ. 576; Auſon. epiſt. 23.* Eleganter Achilles Tatius, lib. V de Clit. & Leu. amoribus; Ἡ Φιλομήλα σιωπῶσα εὑρίσκει φωνήν· ὑφαίνει γὰρ πέπλον, καὶ τὸ δρᾶμα πλέκει τοῖς κρόκαις, καὶ μιμεῖται τὴν γλῶτταν ἡ χείρ, καὶ Πρόκνης τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ τῶν ὤτων μηνύει, καὶ πρὸς αὐτὴν ἃ πέπονθε τῇ κερκίδι λαλεῖ· ἡ Πρόκνη τὴν βίαν ἀκούει παρὰ τοῦ πέπλου: *Philomela tacentem invenit vocem: texit enim peplum, totamque rei geſtæ ſeriem tramis contexit. Linguam imitatur manus, & oculis Prognes auribus debita nuntiat, ſuosque ei caſus radio narrat. Progne vim ſorori ſuæ illatam audit ex peplo.* Videntur adhæc principes quoque viri, neceſſitatis hujus conſideratione adducti, Q. Pedio, natura muto, celebre illud conſilium dediſſe, quod refert Plinius, lib. XXXV, cap. 4: *Q. Pedius, nepos Q. Pedii conſularis triumphaliſque, à Cæſare dictatore cohæredis Auguſto dati, quum natura mutus eſſet, eum Meſſalla orator, ex cujus familia pueri avia erat, picturam docendum cenſuit; idque etiam divus Auguſtus comprobavit. Puer magni profectus in ea arte obiit.* Parvum quidem dictu, ſed immenſum æſtimatione, quod in tot gentium ſermonibus, tot linguis, tanta loquendi varietate, ut externus alieno penè non ſit hominis vice, ſola Pictura velut una omnium lingua loquatur.

Literæ poſteritatis cauſa repertæ ſunt, inquit Cicero pro P. Sylla, quæ ſubſidio oblivioni eſſe poſſent.

§. 3. Artium denique variarum præcepta tradentes, poſt ſatis prolixos de artibus ſuis ſermones, ſubſidium tamen ab hac Arte petere ſolent. Olim certe, *Irritandæ ad diſcendum infantiæ gratia, eburneas etiam literarum formas in luſum offerebant; vel ſi quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inveniri poteſt, quod tractare, intueri, nominare*

Artium ſcientiarumque doctores non raro ad Artes haſce confugiunt.

nare jucundum ſit. Cùm vero jam ductus ſequi cœperit, non inutile erit eas tabellæ quàm optime inſculpi, ut per illos velut ſulcos ducatur ſtylus: nam neque errabit, quemadmodum in ceris, (continebitur enim utrimque marginibus) neque extra præſcriptum poterit egredi, & celerius ac ſæpius ſequendo certa veſtigia, firmabit articulos, neque egebit adjutorio manum ſuam manu ſuperimpoſita regentis; Quintilianus, Orat. inſtitut. libro primo, cap. 1. Hunc locum expreſſit D. Hieronymus in epiſtola ad Lætam de inſtitutione filiæ. Naturalium quoque rerum cognitionem non parum adjuvat Pictura, dum nobis vivas quaſdam formas herbarum, arborum, avium, piſcium, quadrupedum, ſerpentum, inſectorum, marmorum, atque earum etiam rerum, quæ peregrinæ nobis ſunt, tradit: vide *Ælianum, lib. xv de Animalibus, cap. 2, & ſæpius alibi.* Similiter etiam phœnicis magnitudinem & formam ex ea quæ tum circumferebatur pictura deſumpſit Herodotus, *lib.* 11. Minerva quoque oſtendit Perſeo caput Gorgonis à ſe delineatum, priuſquam eum ad occidendam eam dimitteret: *vide Etymologicum in* Δεικτήριον. Ac dubio procul denſioribus tenebris humanum genus immerſum jaceret, neque unquam ingruentes undiquaque difficultates diſcutere valeret, ſi non arduæ atque excelſæ vis Artis quotidie vetuſtis daret novitatem, novis autoritatem, obſoletis nitorem, faſtiditis gratiam, obſcuris lucem. Minus quoque belli paciſque artes, defectæ Pictura, procedent: hærebit Tacticus, non expediet propoſiti rationem operis Architectus, niſi prius, quicquid illud eſt quod ſunt aggreſſuri, oculis ſuis facili deſignatione ſubjecerint. Priſci ſane atque Heroïci illius ævi bellatores non omnino expertes harum Artium fuiſſe videntur, de quibus in Ovidii epiſtolis Heroïdum hoc teſtatur Penelope,

Atque aliquis poſitâ monſtrat fera prælia menſâ,
Pingit & exiguo Pergama tota mero.

* Verſ. 135. Et lib. 11 de Arte*, Æneæ id ipſum quoque tribuitur,

Ah quoties illum doluit properare Calypſo,
Remigioque aptas eſſe negavit aquas!
Hæc Trojæ caſus iterumque iterumque rogabat;
Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.
Littore conſtiterant; illic quoque pulchra Calypſo
Exigit Odryſii fata cruenta ducis.
Ille levi virga (virgam nam forte tenebat)
Quod rogat in ſpiſſo littore pingit opus.
Hæc, inquit, Troja eſt, (muros in littore fecit)
Hæc tibi ſit Simois; hæc mea caſtra puta.
Campus erat (campum fecit) quem cæde Dolonis
Sparſimus, Hæmonios dum vigil optat equos.
Illic Sithonii fuerant tentoria Rheſi;
Hac ego ſum captis nocte reverſus equis.
Pluraque pingebat; ſubitus cùm Pergama fluctus
Abſtulit; & Rheſi cum duce caſtra ſuo.

Diſcas itaque ex Vegetii lib. 11 de re Milit. cap. 11, unicuique legioni additos fuiſſe Pictores: *Habet legio fabros lignarios,* inquit, *inſtructores, carpentarios, ferrarios, pictores; reliquosque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turres ligneas, cæteraque quibus vel expugnantur adverſariorum civitates, vel defenduntur propriæ, præparatos: qui arma, qui vehicula, cæteraque genera tormentorum vel nova facerent, vel quaſſata repararent. Hæc enim erat cura præcipua, ut, quicquid exercitui neceſſarium videbatur, nunquam deeſſet in caſtris.* Oportet ſane Architectum graphidos ſcientiam habere, *Quò facilius exemplaribus pictis, quam velit, operis ſpeciem deformare valeat,* Vitruvius, lib. 1, cap. 1. Αἱ πόλεις ὅταν ἐκδῶσι ναῶν ἢ κολοσσῶν προγράφουσιν, ἀκροῶνται τῶν τεχνιτῶν ἁμιλλωμένων περὶ τῆς ἐργολαβίας, καὶ λόγους καὶ παραδείγματα κομιζόντων, εἶτα αἱροῦνται τὸν ἀπ' ἐλάττονος δαπάνης τὸ αὐτὸ ποιήσειν καὶ βέλτιον καὶ τάχιον: *Cùm urbes templi coloſſive alicujus locationem publice proponunt; artifices premium de ſuſceptione operis diſceptantes ac rationes pictorumque exemplarium formas afferentes admittunt, atque ita demum eligunt illud ipſum opus minore ſumptu melius & celerius facturum,* Plutarch. εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν. Exemplum hujus rei ſuggerit A. Gellius, noct. Attic. xix, 10: *Aſſiſtebant fabri ædium complures,* inquit, *balneis novis moliendis adhibiti; oſtendebantque depictas in membranulis varias ſpecies balnearum: ex quibus cùm elegiſſet unam formam ſpeciemque operis, interrogavit, quantus eſſet pecuniæ conſpectus, ad id totum opus abſolvendum.* Naupegus quoque graphidis non plane imperitus eſſe debet. Plautus, Milite glorioſo, Act. 111, Sc. *Rem omnem,*

Hoc cogitato, ubi probus eſt architectus,

Bene

Bene lineatam ſi ſemel carinam collocaveris,
Facile eſſe navem facere; ubi fundata & conſtituta eſt.

Quanquam non ſolum pinget exemplaria peritus Artifex, verum etiam finget. οὐχ ὁρᾶτε τοὺς μηχανικοὺς, ὅπως τῶν μεγάλων καὶ ἐξαισίων οἰκοδομημάτων ἐν ὀλίγῳ κηρῷ τὰς μορφὰς καὶ τοὺς τύπους προαναπλάττουσι, καὶ ὁ ἐν τῷ μικρῷ λόγος τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ἐν ταῖς πολλαῖς καὶ μεγάλαις κατασκευαῖς; *An non videtis mechanicos, quemadmodum magnorum & ingentium ædificiorum formas & figuras in exigua cera ſpeciminis loco effingunt atque deſignant? ac ratio quæ in parvo eſt, eandem vim habet in multis ac magnis ſtructuris*, Greg. Nyſſenus, Orat. III in Reſurr. Chriſti. Atque hæc eſt illa quæ Ciceroni lib. I de Offic. *ædificandi deſcriptio* dicitur. Symmacho vero, lib. IX, epiſt. 17, *Pictura fabrilis operis* nuncupatur. *Geometria & Aſtrologia Apellem Polycletumque tranſcendunt; ita quippe memorantur poſſe omnia effigiare, ut labyrintheus Dædalus eas credendus ſit genuiſſe*, Martianus Capella, lib. VI. Vide quoque Arati Phœnomena, verſu 529. *Archimedes Siculus concavo ære ſimilitudinem ac figuram mundi, & aſtrorum figuras in illo ære pictas effictasque machinatus eſt*, Lactant. de Orig. erroris, cap. 5. *Græci autores medicinæ, Cratevas, Dionyſius, Metrodorus, ratione blandiſſima pinxere effigies herbarum, atque ita ſubſcripſere effectus*, Plin. XXV, 2. Oracula de futurorum Imperatorum vita & morte quibuſdam hominum ferarumque imaginibus illuſtrabantur. Hujus rei evidens exemplum affert Zonaras *Annal. Tom.* III, *pag.* 167. Vide quoque *Nicephorum Gregoram, ſub finem lib. noni Hiſtoriæ Romanæ.* De contumelioſa Pictura, qua palam teſtabatur Papa ſe Romanum imperium pro feudo ſuo, & Imperatorem ipſum pro vaſſallo habere velle; vide Guntherum Ligurini lib. VI, pag. 286. *Complura genera avium depicta erant in Hetruſca diſciplina*, Plin. X, 5. Philoſophi quoque vitiis deditos non minus extemporanea aliqua atque inexſpectata improbitatis delineatione, quàm gravi ſeveraque oratione repreſſerunt. Laërtius, lib. II in Menedemo; Μειρακίου καταθρασυνομένου, εἶπε μὲν οὐδέν· λαβὼν δὲ κάρφος, διέγραφεν εἰς τοὔδαφος περαινομένου σχῆμα, ἕως ὁρώντων πάντων, συνῆκε τὸ μειράκιον τὴν ὕβριν, ἀπηλλάχθη. Accipe hic περαίνειν & περαινόμενος pro *conſici*; quod apud Suetonium in Nerone, cap. 29, eſt *obſcœna pati.* Vide Caſaub. ad iſtum Suetonii locum; vide quoque Heſychium in περαίνω. Ex una quoque Thebani Cebetis tabula, Laërtio ibidem in Cebete memorata, liquido conſtare puto quantopere Moralem Philoſophiam totumque adeo humanæ vitæ curſum inſtruat dirigatque Pictura: vide *Suidam*, & *Samuelem Petitum*, *libro* IV *Miſcellan. cap.* 4. Philoſophia quoque naturalis properatæ delineationis operam quandoque poſtulat; Matthæus Paris ad annum 1233; *Eodem tempore, ſexto ſcilicet Idus Aprilis, circa horam diei primam, in finibus Herefordiæ & Vigorniæ, apparuerunt in cœlo quatuor Soles adulterini, præter Solem naturalem, rubri coloris. Hæc viſio multis apparuit, ex quibus unus fuit Johannes Epiſcopus Herefortenſis; qui figuras coram ſe non feſtinanter, ſed ſpatio ſufficienti fecit circinari per manum Capellani ſui nimis perſpicacis & ingenioſi*, &c. Qui magnorum virorum vitas ſcriptis conſignabant, ut non animorum tantum, ſed corporum quoque qualeſcunque formas poſteritati relinquerent, depictas eorum imagines operibus ſuis inſerebant. T. Pomponius Atticus expreſſit verſibus, qui honore, rerumque geſtarum amplitudine cæteros Romani populi præſtiterunt: *Ita ut ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratusque eorum non amplius quaternis quinisque verſibus deſcripſerit*, Corn. Nepos in Attici vita. Varro quoque pari prorſus ratione illuſtrium virorum famam conatus eſt extendere; de utroque conjunctim Plinius, lib. XXXV, cap. 2: *Imaginum amorem flagraſſe quondam, teſtes ſunt & Atticus ille Ciceronis edito de his volumine, & M. Varro benigniſſimo invento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus: non paſſus intercidere figuras, aut vetuſtatem ævi contra homines valere: inventione muneris etiam Diis invidioſus, quando immortalitatem non ſolum dedit, verum etiam in omnes terras miſit, ut præſentes eſſe ubique & claudi poſſent.* Sacrarum etiam rerum Interpretes à Pictura nonnunquam petiverunt auxilium. Exemplo eſt Caſſiodorus, de Divinis lectionibus, cap. 5: *Tabernaculum*, inquit, *templum Domini, ad inſtar cœli formatum, depicta ſubtiliter lineamentis propriis in Pandecte Latino competenter aptavi.* Et rurſus cap. 30: *Cooperiendorum codicum Artificibus multiplices ſpecies facturarum in uno codice depictas, ni fallor, expreſſimus; ut qualem maluerit ſtudioſus tegumenti formam, ipſe ſibi poſſit eligere.* Geographiæ denique longe utiliſſimum ſtudium, Picturæ ſubſidio deſtitutum, vago temere oberrantis animi labore omnem ſpem noſtram fruſtrabitur. Unde Propert. lib. IV, Eleg. 3.

Cogor & è tabula pictos ediſcere mundos,
Qualis & hæc docti ſit poſitura Dei.

Recte *cogor*: etenim parum admodum proficiet induſtria ingentes Geographorum com-

mentarios evolvendo, & nonniſi craſſe ac veluti per caliginem quandam comprehendet ea, quæ breviſſimo pictæ paginæ ſpatio oculis ſubjiciuntur. Anaximander primus edidit Geographicam tabulam, teſte Strabone, libro primo: vide quoque Laërtium, lib. II in Anaximandro. Achillis clypeus *vaſti cælatus imagine mundi*, ut loquitur Ovid. XIII Metam. verſ. 110, coll. cum verſ. 292 ejuſdem libri. Antiquiores autem Romanos religioſiſſime olim veneratos eſſe Geographiam, vel ex eo patet, quòd ei in ædibus ſacris inter aras atque altaria conceſſerint locum; ſiquidem Romæ in æde Telluris conſpiciebatur Italia in pariete depicta, teſte Columella, lib. I de re Ruſt. cap. I. Ariſtagoras quoque Mileſius æneas tabulas totius terræ, Oceani, fluviorumque omnium ſculptam imaginem continentes, Spartanorum regi Cleomeni ſpectandas exhibuit, cùm eum ad bellum Ionibus, Lydis, Phrygibus, aliiſque finitimis inferendum adhortaretur: vide Herodotum, lib. V, cap. 49. M. Agrippa, orbem terrarum Urbi ſpectandum propoſiturus, naturæ conceſſit. Divus deinde Auguſtus porticum iſtam ex deſtinatione & commentariis M. Agrippæ à ſorore inchoatam peregit: *Plin. lib.* III *nat. Hiſt. cap.* 2. Sedulo quoque teſtamento cavit Theophraſtus ut tabulas circuitum orbis terrarum continentes in publica porticu hæredes collocarent: vide Laërtium, lib. V. Memorabile prorſus eſt quod Socrates Alcibiadem poſſeſſiones ſuas immodice jactantem repreſſit oſtenſa tabula Geographica; ut teſtatur Ælianus, var. Hiſt. lib. III, cap. 28. *Qui obierunt maria & terras, gaudent, cum de ignoto multis vel terrarum ſitu, vel ſinu maris interrogantur; libenterque reſpondent, & deſcribunt modo verbis, modo radio loca: glorioſum putantes, quæ ipſi viderint, aliorum oculis objicere*, Macrob. Saturnal. lib. VII, cap. 2. Promptum hic eſſet oſtendere ſimilem in pluribus aliis ſcientiis Picturæ uſum, niſi alia eſſent Artis hujus, & quidem longe majora commoda, belli paciſque Artibus inſervientia.

Maximi quique duces per ſæpe ſtratagemata ſua petierunt ab operibus Artis.

§. 4. Statuarum certè peroportuno admodum ſtratagemate non raro antiquiores privatim ac publice ſibi ſuiſque ſalutem quæſiverunt. Ita Michal patrem Saul à cæde mariti ſui David inhibuit, in locum Davidis, quem ægrum ſimulabat, ſubjecta ſtatua; I Sam. XIX: 13. Cteſias Cnidius in rerum Perſicarum hiſtoria apud Photium refert, Cyrum Sardeis oppugnantem lignea Perſarum ſimulachra Oebaræ conſilio per muros exhibuiſſe, unde incolas perterrefactos urbem tradidiſſe. Theon Sophiſta, Progymn. cap. XI; Polyænus, lib. VII Strat. Jul. Frontinus, lib. III Strat. cap. 8; Tzetzes, Chil. I, Hiſt. I. Semiramidis non abſimile ſtratagema habes apud Diod. Siculum, lib. II; & Tzetzen, Chil. XII, Hiſt. 452. Spartacus etiam pari fraude imminentibus ſibi illuſit; Frontinus, lib. I Stratagematum, cap. 5. Notum eſt illud Virgilii, lib. II Æneid.

Fracti bello, fatiſque repulſi
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,
Inſtar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, ſectaque intexunt abiete coſtas, &c.

L. Sylla, quò paratiorem haberet militem ad pugnandum, prædici ſibi à Diis futura ſimulavit. Poſtremo etiam in conſpectu exercitus, priuſquam in aciem deſcenderet, ſignum modicæ amplitudinis, quod Delphis ſuſtulerat, orabat ut promiſſam victoriam maturaret: *Frontinus, lib.* I *Stratag.* 145; *Valer. Max. lib.* I, *cap.* 2, *exemplo* 3. Pari quoque modo Theagenes aliquo iturus, Hecates ſimulachrum, quod ſemper penes ſe habuit, conſulere ſolebat: vide Suidam in Θεαγένης, & in Ἑκάτειον. Servius ad verſum 68 ſexti Æneid. Ξόανα *ſunt ſimulachra brevia, quæ portabantur in lecticis, & ab ipſis mota infundebant vaticinationem: quod fuit apud Ægyptios & Carthaginenſes:* hæc Servius. *Nero icunculam puellarem, cùm quaſi remedium inſidiarum à plebejo quodam & ignoto muneri accepiſſet, detecta confeſtim conjuratione, pro ſummo numine trinisque in die ſacrificiis colere perſeveravit; volebatque credi monitione ejus futura prænoſcere*, Sueton. in Nerone, cap. 56. Jupiter Junonem ligneo ſimulachro decepit: *Pauſan. lib.* IX, *pag.* 546, 40.

Plutarchus in Sylla ſimulachrum iſtud Apollinis aureum fuiſſe tradit.

Qua occaſione Amaſis ex homine privato ad ſummum hoc regni faſtigium fuerit evectus, docet nos ex Hellanico Athenæus, lib. XV, cap. 7.

Amaſin Ægyptii inter initia principatus ut plebejum atque ignobilem contemnebant, donec ſollertiſſimo invento plebis animos ad venerationem tanto faſtigio debitam traduxit. Inter innumera ſupellectilis regiæ ornamenta pelvis erat aurea, abluendis pedibus ipſius Regis, atque eorum quos convivas advocaverat, inſerviens: eam ille fregit, atque ex ea conflatum Numinis alicujus ſimulachrum publice colendum ſubditis propoſuit. Quumque eos id ſumma cum religione venerari didiciſſet, aperuit Ægyptiis ex ea pelvi factum eſſe ſimulachrum illud, in qua evomere aliquando, & immejere, & pedes abluere ſoliti eſſent: poſtulabat itaque, ut ex hac imagine de ſe quoque judicium facerent; fuiſſe quidem unum è multis, & nihil à ſordida plebe diſcretum; nunc tamen Regio faſtigio debitam reverentiam ſibi etiam deberi: vide Herodotum, libro ſecundo, cap. 172. Amaſis quoque Heliopoli ritum homines mactandi ſuſtulit, jubens pro tribus hominibus Junoni ſacrificandis, tres cereas imagines ſubjici: vide Porphyrium, lib. II de Abſtinentia. Huc etiam refer ea quæ habet Pollux, lib. I, cap. I, §. 27,

quæ

quæ ſunt facetiſſima. Appoſite itaque Servius, ad verſ. 116 ſecundi Æneïd. *Sciendum*, inquit, *in ſacrificiis ſimulata pro veris accipi. Unde, quum de animalibus quæ difficulter inveniuntur, eſt ſacrificandum, de pane vel cera ſiunt, & pro veris accipiuntur.* Amaſis denique in eo quod adverſus Arabes geſſit bello, conſtituit ab Ægyptiorum tergo ſtatuas Deorum qui apud eos in maxima habebantur reverentia; ut promptius pericula ſubirent Ægyptii, arbitrantes additos ſibi ſpectatores Deos, quos per ignaviam ſuam hoſtium rapaciſſimis objicere non ſuſtinebant, Polyænus, lib. VII Stratag. *Simulachra Jovis ad fœdera ſemper adhibebant majores: quod cùm tædioſum eſſet, præcipue quando fiebant fœdera cum longe poſitis gentibus, inventum eſt ut ſceptrum tenentes quaſi imaginem ſimulachri redderent Jovis. Sceptrum enim ipſius eſt proprium*, Servius, ad verſum 206 libri XII Æneïd. Huc etiam refer ejuſdem Servii verba ad verſ. 3 lib. VIII Æneïdos; *Is qui belli ſuſceperat curam, ſacrarium Martis ingreſſus, primo ancilia commovebat, poſt haſtam ſimulachri ipſius, dicens*, MARS VIGILA. Cadaver Alexandri Magni, præfectis de ſucceſſione inter ſe contendentibus, aliquamdiu inhumatum jacuit: vaticinante vero Ariſtandro nullis hoſtium incurſionibus obnoxiam fore terram, quæ feliciſſimi Regis corpus reciperet, certatim pro ſe quiſque cadaver ad ſepulturam popoſcit. Quum vero ſenſiſſet Perdiccas Ptolemæum jam præripuiſſe illud, magniſque itineribus in Ægyptum aſportare, non deſtitit armata manu proſequi Ptolemæum: & jam civili utrimque ſanguine manus imbuiſſent, niſi Ptolemæus Alexandri ſimulachrum Perdiccæ pro ipſo corpore obtruſiſſet: *Ælian. var. Hiſtor. lib.* XII, *cap. ult.* Hannibal, devicto à Romanis Antiocho rege, Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quò ſe tuto reciperet, conſideraret. Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore in diſcrimine, niſi quid prævidiſſet, propter avaritiam Cretenſium. Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiiſſe famam: itaque capit tale conſilium. Amphoras complures complet plumbo, ſummas operit auro & argento. Has Gortyniis præſentibus deponit in templo Dianæ, ſimulans ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. His in errorem ductis, ſtatuas æneas, quas ſecum portabat, omneis ſua pecunia complet, easque in propatulo domi abjicit. Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, non tam à cæteris, quàm ab Annibale, ne quid ille inſcientibus illis tolleret, ſecumque portaret. Sic conſervatis ſuis rebus Pœnus, illuſis Cretenſibus omnibus, ad Pruſiam in Pontum pervenit: *Corn. Nepos, in Hannibale; Juſtinus, lib.* XXXII *Hiſt.* Alcibiades, quum nonniſi capto prius acri experimento, conſiliorum omnium participem eligendum ſibi putaret, ſtatuam in obſcurioris latebræ caligine abſtruſam amicorum ſingulis timide, velut hominis à ſe occiſi cadaver oſtentans, ſupplex ſilentii fidem, nec non conſilium auxiliumque expetebat. Tergiverſantibus pleriſque, ac tanto ſe periculo immiſcere metuentibus, ſolus Callias ad negotii tam ancipitis ſocietatem bona fide animum ſuum applicavit; quo factum eſt, ut eum exinde intimum ſemper habuerit Alcibiades: *Polyænus, libro* I *Stratag.* Lepidiſſimo quoque commento Canopi ſacerdos divinitatem ignis, à Chaldæis numinis loco culti, elevavit. Chaldæis enim unice ſibi placentibus omnia conſumentis ac depopulantis flammæ cultu, eoque de omnibus omnium, quotquot adierant, gentium Dis ſtrenue triumphantibus, occurrit inter alios Canopi ſacerdos, & hydriam fictilem crebris tenuibusque foraminibus undiquaque pertuſam cera rurſus obſtruxit, & implevit aqua: mox alterius ſtatuæ caput abſciſſum una cum aliis membris hydriæ adaptans, coloremque ſubdolo huic ſimulacro inducens, in certamen deſcendit; gnarus, liquefacta cera, ignem ſtatim exſudantis liquoris abundantia exſtinctum iri: refert Cedrenus *ad annum undecimum Imperii Theodoſiani.* Vide quoque *Suidam in* Κάνωπος, ubi totam hanc rem fuſius aliquanto proſequitur. Obiter tamen hîc nota, Sacerdotem adaptandæ forte hydriæ conſilium cepiſſe, dum ex more Ægyptiorum ſacerdotum hydriam ad templum ædemque juſta religione refert. De qua eorum conſuetudine vide Vitruvium, in procemio libri octavi. *Non tantum à tyronibus*, inquit Veget. lib. I de re Milit. cap. 18, *ſed etiam à ſtipendiariis militibus ſalitio equorum deſtricte eſt ſemper exacta. Quem uſum uſque ad hanc ætatem, licet cum diſſimulatione, perveniſſe manifeſtum eſt. Equi lignei, hyeme ſub tecto, æſtate ponebantur in campo. Super hos juniores primo inermes, dum conſuetudine proficerent; deinde armati cogebantur adſcendere. Tantaque cura erat, ut non ſolum à dextris, ſed etiam à ſiniſtris partibus & inſilire & deſilire condiſcerent, evaginatos etiam gladios vel contos tenentes; hoc enim continua meditatione faciebant: ſcilicet ut in tumultu prælii ſine mora adſcenderent, qui tam ſtudioſe exercebantur in pace.* Perſeus Romanis elephantos Libycos ducentibus, ut equos metu inuſitatæ antea belluæ liberaret, præcepit opificibus ut lignea ſimulachra facerent elephantorum figuram coloremque quàm proxime repræſentantia. Quoniam vero fremitus immaniſſimæ beſtiæ ſupra modum eſt formidabilis, juſſit tubicinem ligneum hoc ſimulachrum conſcendere, tubaque per os directa acutam horribilemque vocem emittere. Hoc modo brevi temporis ſpatio edocti ſunt equi gravem elephantorum barritum ferre,

Acrem Gortyniorum avaritiam evincit, quod ut Mercurius lucri largitor pecuniarii nomine Ἑρμῆς *fuerit dictus*, [illegible] *Vide Etymologicum in* Ἑρμῆς.

Θέων Περσικὸς [illegible] *Maximus Tyrius, Differt.* XXXVIII.

Polyænus, ſub finem libri quarti Stratagematum. Perſæ non ſolum aſſuefaciunt equos ferre tinnulum illum reſonantium armorum crepitum, ac gravem armatæ aciei fremitum, ſed & referta paleis cadaverum ſimulacra incitatis objiciunt, ne forte inutiles fiant proſtratos cæſoſque in vero rerum diſcrimine calcare metuentes. *Ælian. de Animalibus*, XVI, 25. Horat. lib. I, epiſt. 2:

Fingit equum tenera docilem cervice magiſter
Ire viam quam monſtrat eques. Venaticus ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in ſylvis catulus. - - -

Duo, quæ ſequuntur, exempla, ut ut non pertineant ad fictarum pictarumque imaginum hiſtoriam, prætereunda tamen non putavi, quandoquidem ex iis intelligitur, quantum apud muta quoque animantia polleant imagines ſpeculo vel aqua repræſentatæ. ψιττακὸς ἀπατώμενος μιμεῖται· ἐσόπτρου γὰρ προκειμένου τὴν μίμησιν κλέπτει· λανθάνοντες γὰρ ὄπισθεν λαλοῦσι τοῦ προκειμένου ἐσόπτρου, ἃ μαθεῖν ἐκεῖνον βούλονται· ὁ δὲ ψιττακὸς ἄλλον δοκῶν ὁρᾶν ψιττακὸν, ἀναδύει πρὸς μίμησιν ἐκείνου φωνῶν: *Pſittacus quoque aſtu deceptus (humanam vocem) imitatur, quando per ſpeculum appoſitum non animadverterit, quem imitetur. Clanculum enim poſt ſpeculum quod objectum eſt loquuntur, quæ diſcere eum cupiunt. Pſittacus vero ratus ſe alium pſittacum videre, voces illas exprimere conatur*, Photius, ex lib. v Theodori Epiſcopi Tarſi, contra Fatum. Ἀγλαΐα καὶ ἐν ταῖς ἵπποις ἡ χαίτη, καὶ γαυροῦσι, καὶ καλλωπίζονται ἐπ' αὐτῇ· ὅθεν καὶ ὀνοβατοῦντες, ἐπειδὰν αἱ ἵπποι τὴν μίξιν τῶν ὄνων ἀτιμάζωσι καὶ ἐφυβρίζωσιν εἰς αὐτοὺς, ἀποκείρουσι τὰς ἵππους, καὶ ἐπὶ πηγὰς ἄγουσιν· αἱ δὲ, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ θεασάμεναι τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος ἀπηγλαϊσμένης τῆς κόμης, ἀνέχονται τὴν πρὸς τὰ χείρω ὁμιλίαν: *Etiam decus in equis eſt jubæ, & ſuperbiunt ornanturque per hanc. Quapropter hi qui volunt, ut ab aſinis equæ ineantur, ſi equæ aſinorum congreſſum aſpernantur, eoſque contumelioſe excipiunt, equarum jubas radunt & ad fontes deducunt. Hæ vero tanquam in ſpeculo cernentes deformitatem corporis & jubæ ſplendorem amiſſum, deterioris poſtea animalis congreſſum admittunt*, Pollux, Onomaſt. lib. I, cap. 11. Vide quoque Ælianum, lib. II de Animalib. cap. 10. Quomodo perdices ac gallos gallinaceos afficiat imago ſua in ſpeculo repræſentata, docet nos Clearchus apud Athenæum, lib. IX Deipnoſoph. cap. 10.

Præcipuus tamen ἀγαλμάτων τετελεσμένων, *inauguratarum ſtatuarum* uſus erat: ut pote quibus hoſtium irruptionem inhiberi, vel alia quædam graviora incommoda averti poſſe putabant. Vide Photium, in excerptis ex Hiſtoriis Olympiodori, col. 181, edition. Rothomagenſis.

Hujuſmodi idola dicebantur olim *Dii tutelares*, auctore Macrobio, libro III Saturnal. cap. 9. Etiam *Averrunci* & contracte *Aurunci*; Gloſſarium vetus, *Auruncus*, Θεὸς ἀποτρόπαιος. Vocantur etiam ἀποτρόπαιοι Θεοὶ, ſicuti & ἀλεξίκακοι Suidæ. Fortaſſe talis fuerit ille Talus, non modo Rhodio Apollonio, verſ. 1638 libri IV Argonaut. verum etiam pluribus aliis ſcriptoribus memoratus.

In Rhodio monte Atabyrio boves ærei fuiſſe traduntur, qui mugitum edere ſolebant, cum Rhodo immineret aliqua calamitas: *Tzetzes, Chil.* IV, *Hiſt.* 138. Vide quoque ſchol. in Odam VII Olymp. Pindari, pagina 71 edit. Pauli Stephani.

Palladium quoque ad certam ſiderum rationem ab Aſio Philoſopho eum in finem fabricatum, ut in ejus tutela eſſet fatum urbis in qua aſſervaretur. Vide Catal. Artificum in *Aſius*.

Iſtiuſmodi θεοὺς πολιούχους putabant aliquando transfugere ad hoſtes, quibus etiam ſe præberent duces: quod ne facerent, eorum ſimulacra ſæpius vinculis alligabant. *Verrius Flaccus ponit auctores*, inquit Plinius, libro XXVIII, cap. 2, *quibus credat, in oppugnationibus ante omnia ſolitum à Romanis ſacerdotibus evocari Deum cujus in tutela id oppidum eſſet: promittique illi eundem aut ampliorem locum apud Romanos, cultumve. Durat in Pontificum diſciplina id ſacrum: conſtatque ideo occultatum in cujus Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent.* Quod ne fieret, quandoque etiam Deos iſtiuſmodi tutelares vinculis alligabant, quomodo Tyrios ab Alexandro obſeſſos aurea catena devinxiſſe Apollinem teſtatur Curtius, libro quarto, cap. 3. Vide porro Plutarchum, quæſt. Romanarum 61. De hac Deorum evocatione vide ſis Macrobium, libro III Saturnal. cap. 9.

Pelopem quidam ajunt neſcio quid ab Amphione Thebano acceptum eo in loco defodiſſe, ubi Taraxippus equos injecto metu conſternabat. *Pauſanias libro ſexto, pag.* 383, 51.

Orchomenii æneo larvæ ſimulachro repreſſerunt larvam quæ agros eorum vexabat: *Idem, libro nono, pag.* 600, 52.

Gazenſis quidam adoleſcens virginem, quam deperibat, ad ſui amorem impulit, ſubter limen

limen domus puellæ tormenta quædam verborum & portentoſas figuras ſculptas in æris Cyprii lamina defodiens. Vide D. Hieronymum, in vita S. Hilarionis.

Aaron magus apud Nicetam Choniatem, libro quinto, deprehenſus eſt factitaſſe ſimulachrum teſtudinis, in quo ſpectabatur imago hominis adſtricti compedibus & pectus clavo transfixi.

Navis æneæ ſimulachrum navibus Byzantinis proſperam præſtabat navigationem. Vide Zonaram, Annal. tomo III, ubi deſcribit Imp. Anaſtaſii Dicori.

Apollonius Tyaneus tribus ciconiis è lapide erectis liberavit Byzantium à ciconiis: *Codinus de originib. Conſtantinopolitanis, editionis regiæ pag. 4.*

Idem Apollonius Antiochiam à ſcorpionibus liberavit, conflato defoſſoque ſcorpione æneo, &c. Vide Cedrenum, editionis regiæ pagina 146, B.

Marmorei bovis caput effoſſum contractumque, boum armenta paſſim obnoxia morbis fecit. Vide Cedrenum, editionis regiæ pagina 644, C.

Tribus tricipitis ſtatuæ capitibus dejectis aut labefactatis, tres quoque hoſtilium exercituum duces deleti aut debilitati. Idem Cedrenus.

Ælianus, libro quinto de Animalibus, cap. 47, multis narrat quemadmodum ferreo annulo, ſe coram intuente, addita ſit vis medendi oculis.

Tales quoque conſtat fuiſſe illos *δακτυλίους φαρμακίτας*, quos & *φυσικοὺς ἢ φαρμακίτας* dicebant, quosque Eudamus Philoſophus faciebat, *πρὸς δαιμόνια, ἢ ὄφεις, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐθεράπευον γὰρ τοὺς ὀφιοδήκτους μᾶλλον ἢ τὴν ἀρχὴν εἴων ὑπ' ὄφεων δάκνεσθαι*: *Contra dæmonia & ſerpentes, & ſimilia: curabant enim à ſerpentibus morſos, magis autem non ſinebant eos ab anguibus morderi.* Ita Schol. in Ariſtophanis Plutum. Refer etiam inter id genus *ἀλεξιφάρμακα* annulos ferreos, qui dicebantur Samothracii. Plura de conſecratis ſive inauguratis ſtatuis atque annulis habent Cl. Salmaſii Notæ in Auguſtæ hiſtoriæ ſcript. pagina 359.

Varro auctor eſt, inquit Plinius, libro XVIII, cap. 29. *ſi Fidiculæ occaſu, quod eſt initium Autumni, uva picta conſecretur inter vites, minus nocere tempeſtates.*

Orobanche eſt herba quæ cicer enecat & ervum, circumligando ſe, Plinius XVIII, 17. *ὀροβάγχη* Græcis; quibus etiam alio nomine *λεοντάριον* vocatur, quod legumina leonis inſtar quaſi invadat atque enecet: quapropter eam ex agris extirpare volentes, quinque teſtas Picturam Herculis leonem ſuffocantis continentes in medio agro atque in quatuor ejus angulis defodiunt. Vide Geoponica Conſtantino Imperatori inſcripta libro ſecundo.

Præbia à prohibendo uſitatum, inquit Varro, ſub finem libri VI de L. L. emendante Scaligero, *quòd ſint remedia pueris.* Niſi forte præferas lectionem, quæ eidem Scaligero & hic & apud Feſtum potior viſa eſt, *Præbra*; ut *præbra* ſit à prohibendo: quemadmodum *inebra* vel *enebra* ab inhibendo. Vide Feſtum in *Inebræ aves.* Unde & integrum Feſti locum, *Prædia rurſus Verrius*, &c. Ita legendum cenſet Scaliger: *Præbra Verrius vocari ait ea remedia quæ Caia Cæcilia uxor Tarquinii Priſci inveniſſe exiſtimatur, & immiſcuiſſe zonæ ſuæ qua præcincta ejus ſtatua eſt in æde Sangi, qui Dius Fidius vocatur. Ex qua zona, quæ periclitantes ramenta ſumunt, ea vocari ait Præbra, quòd mala prohibeant.*

§. 5. Quàm ſit immenſi laboris omnes ſtatuarum atque imaginum ſpecies ad uſum atque ornatum olim factitatas perſequi, vel ex uno Caſſiodoro, Variarum VII, 15, intelligas; *Statuas primùm Thuſci in Italia inveniſſe referuntur; quas amplexa poſteritas, pene parem populum Urbi dedit, quam natura procreavit.* Quemadmodum igitur temerariæ prorſus inſaniæ ſit omnia referre velle, ita modicis viribus noſtris conveniens magis, præter ea, quæ jam diximus, pauca quædam, prout occurrent, de multiplici ſtatuarum atque imaginum uſu adjicere. Iterum tamen hîc in primo ſtatim conatu copia obrutus de ſacrarum ædium auguſtiſſimo ornatu ſilere potius habeo, quàm ſermonis inopia quidquam deterere: prætéribo quoque Forum ac Porticus publicas artificioſiſſimis antiquitatis monumentis ad miraculum uſque exultas: illud magis referam, quòd publice ac privatim pulcherrimarum Picturarum ac Statuarum ſtudioſiſſimi fuerunt antiquiores, ob eandem forte cauſam propter quam Lacedæmonii quondam, in reliquis horridiores, pulcherrimas quaſque picturas in ſummo ſemper habuerunt pretio: dicuntur enim de liberorum ſuorum pulchritudine tantopere ſolliciti fuiſſe, ut formoſiſſimorum adoleſcentium Nirei, Narciſſi, Hiacynthi, Caſtoris & Pollucis, Deorumque ſpecioſiſſimorum, Apollinis nempe ac Bacchi effigies gravidis uxoribus repræſentarent. Huc etiam pertinet illud deformis ruſtici exemplum, quod refert Dionyſ. Halicarnaſſ. *ἐν τῷ περὶ τῆς ἀρχαίων λόγων ἐξετάσεως κεφαλαίῳ.* Vide pag. 68 Tomi ſecundi, edit. Wechel. anno MDLXXXVI. Vide quoque Oppianum, libro primo *κυνηγετ.* ubi & docet equorum atque columbarum altores pari arte uti in pullis equorum ac pipionibus quaſi depingendis. Huc denique refer ſolertiam Patriarchæ Jacobi, *Geneſ.* XXX. Vide *B. Hieronymum*,

Gravidarum uxorum oculis pulcherrimas quaſque Picturas & Statuas proponebant Lacedæmonii.

ronymum, Quæſtionib. in Geneſin; ſicuti & *Iſidorum, Originum libro* XII, *cap.* I. Notius quoque eſt illud Heliodori quàm ut ei multum immoremur, quod Charicleam, candidiſſimam prolem, ex Hydaſpe Æthiopum rege & Perſina regina prognatam, picturæ Andromedæ, quam ipſo conceptus momento intuita erat mater, quam ſimillimam ætas illa viderit: vide *Heliod. lib.* x. Medicorum certe filii ab hac opinione non omnino abhorrent. Etenim *Soranus medicinæ artis magiſter ſcripſit, regem Cyprium deformem conjugi ſuæ, ne deformes pareret, proponere in concubitu formoſam ſolere picturam*, Auguſtinus, Retract. lib. II, cap. 62. Galenus quoque libro primo, cap. undecimo, περὶ τῆς θηριακῆς, ad Piſonem: Ἐμοὶ λόγος τις ἀρχαῖος μηνύει, ὅτι τῶν ἀμόρφων τις δυνάμενος ἤθελεν εὔμορφον γεννῆσαι παῖδα, ἐποίησε γράψας ἐν πλατεῖ ξύλῳ παιδὸς ἄλλο παιδίον, καὶ ἔλεγε τῇ γυναικὶ συμπλεκόμενος, ἐκείνῳ τῷ τύπῳ τῆς γραφῆς ἐμβλέπειν. ἡ δὲ ἀτενὲς βλέπουσα, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ὅλον τὸν νοῦν ἔχουσα, ἀπεκύησε τὸ παιδίον, οὐ τῷ φυτεύσαντι, ἀλλὰ τῷ γεγραμμένῳ ὅμοιον· τῆς ὄψεως οἶμαι διαπεμπούσης τῇ φύσει, οὐκ ἐν ὄγκοις τισὶ, τοῦ γεγραμμένου τοὺς τύπους: *Mihi quædam vetus hiſtoria expoſuit, hominem opulentum quidem ſed deformem extitiſſe, qui cùm affectaret pulchrum ſibi filium procreare, formoſum in ampla tabula puerum depinxit. Inde uxori congrediens præcepit, ut è regione poſitam imaginem diligenter conſideraret: illa vero attente reſpiciens; &; ut ſic dicam, totum animum illuc conjiciens, puerum peperit non patri ſed picturæ ſimilem; viſu, ut opinor, non motibus quibuſdam vel atomis picti corporis imaginem Naturæ tranſmittentibus.* Atomos vero hoc in loco ὄγκους dici juxta receptam Aſclepiadis Medici & Epicureorum conſuetudinem, docet ipſe Galenus circa initium hujus capitis, in quo hoc eorundem commentum refutat. Plurimum etiam in fœtus formatione phantaſiam valere ſtatuebat Empedocles, ſicuti tradit idem Galenus, cap. 32, περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. Vide quoque Gerardi Jo. Voſſii, affinis mihi conjunctiſſimi, arduum opus de Origine & progreſſu idololatriæ, libro III, cap. 22.

Artes imitandi plurimum inter alia commendat, quòd earum beneficio non modo deſiderium abſentium extenuamus, & memoriam defunctorum extendimus; verum etiam quod minacis Picturæ terrore quandoque incommoda quædam ſuperamus, quodque Picturarum Statuarumque opera legationes frequenter obimus.

§. 6. *Non eſt omittenda in Picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula: ſiquidem is in Triumviratu quodam loco deductus à magiſtratibus in nemoroſum hoſpitium, minaciter cùm iis poſtero die expoſtulavit, ſomnum ademptum ſibi volucrum concentu. At illi draconem in longiſſima membrana depictum circumdedere loco; eoque terrore aves tum ſiluiſſe narratur; & poſtea cognitum eſt ita poſſe compeſci*, Plin. xxxv, II. Antoninus Imp. ut populum Romanum adſuefaceret ferre mollem iſtum, quo ipſe delectabatur, Phœnicum habitum, picturam ſuam Romam præmiſit; atque ita nihil inſolens Roma viſa eſt ſibi pati, cùm Imperatorem in iſthoc habitu adventantem fauſta gratulatione exciperet; *Herodianus, lib.* v. Reges quoque dignam tori conſortem exquirentes, utebantur ad hoc internuntia pictura. Claudianus, de Nuptiis Honorii & Mariæ*:

Non ego luxuriam Regum, moremque ſecutus
Quæſivi vultum tabulis, ut nuntia formæ
Lena per innumeros iret pictura penates.
Nec variis dubium thalamis lecturus amorem,
Ardua commiſi falſæ connubia ceræ.

Quin etiam in legationibus uſum quandoque habuiſſe Picturam, diſcimus ex A. Gellio, noct. Attic. x, 27. *Q. Fabius Imperator Romanus dedit ad Carthaginienſes epiſtolam, ubi ſcriptum fuit, populum Romanum miſiſſe ad eos haſtam & caduceum, ſigna duo belli aut pacis; ex quis, utrum vellent, eligerent: quod elegiſſent, id unum ut eſſe miſſum exiſtimarent. Carthaginienſes reſponderunt, neutrum ſeſe eligere: ſed poſſe, qui attuliſſent, utrum mallent relinquere; quod reliquiſſent, id ſibi pro lecto futurum. M. autem Varro non haſtam ipſam, neque ipſum caduceum miſſa dicit; ſed duas teſſerulas; in quarum altera caducei, in altera haſtæ ſimulachra fuerunt inciſa.* Demades Orator miſſus ad regem Philippum atque ab eo interrogatus quales eſſent Athenæ, depinxit urbem in menſa; quod quum Athenienſes urbi ſuæ injurioſum judicarent, domum poſtea reverſum accuſaverunt damnaveruntque injuriarum. Refert Hermogenes libro I. de Invent. cap. II. Δημάδης πρεσβεύσας πρὸς Φίλιππον, καὶ ἐρωτηθεὶς ποταπαί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος, ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτὰς κατέγραψε. Hippodamus Lacedæmonius in urbe Cromno ab Arcadibus circumſeſſus, ut auctor eſt Calliſthenes, populares ſuos clandeſtina quadam ratione certiores fecit quis eſſet circumvallatæ urbis, atque eorum qui in ea clauſi tenebantur ſtatus: nuntium enim à Lacedæmoniis in urbem ſubmiſſum renuntiare matri juſſit, ut mulierculam in æde Apollinis alligatam ante decimum diem ſolveret. Patuit ergo cunctis obſeſſos inopia rei cibariæ preſſos, famem ultra decimum diem tolerare non poſſe, vivoſque in hoſtium poteſtatem propediem venturos, niſi alimentis propere allatis, fames quamprimum ſolveretur. Anſam præbuit conjecturæ hujuſmodi Pictura Famis, quæ in templo Apollinis juxta ipſius Dei thronum conſpiciebatur. Quamobrem etiam Lacedæmonii verbis ejus intellectis, nulla interpoſita mora obſeſſæ urbi maxime neceſſario

* Verſ. 23.

tempore

tempore ſubvenerunt: *Athenæus, lib. x Deipnoſoph. cap.* 19; *Polyænus, lib.* 11 *Strat.* Eubata Cyrenæus ad tuendam conjugii fidem, picta Laidis imagine Cyrenen deportata, Laidem ipſam fruſtratus eſt. Quamobrem etiam reduci ſtatuam poſuit uxor: vide Ælianum, var. Hiſt. lib. x, cap. 2. Apelles vi tempeſtatis Alexandriam expulſus, regnante Ptolemæo, cum quo ei non fuerat gratia in comitatu Alexandri, capitale periculum adiit, dum ſubornato fraude æmulorum planio regio invitatus ad cœnam Regis venit; indignantique Ptolemæo, & vocatores ſuos oſtendenti, ut diceret à quo eorum invitatus eſſet, arrepto carbone exſtincto è foculo, imaginem in pariete delineavit, agnoſcente vultum plani Rege ex inchoato protinus: *Plin.* xxxv, 10. Imago Julii Cæſaris cera expreſſa, ac viginti tribus immaniter inflictis vulneribus conſpicua, populi Rom. animos ad ulciſcendam cædem mire inflammavit: *Appianus, lib.* 11 *de Bello civili.* Statuæ Neronis & æſcopera alligata, ſimulque titulus, *Ego quid potui? ſed tu culeum meruiſti,* Suetonius in Nerone, cap. 45. Galba quoque cùm conſcendiſſet tribunal, propoſitis ante ſe damnatorum occiſorumque à Nerone quàm plurimis imaginibus, deploravit temporum ſtatum, conſalutatusque eſt Imperator: *Suetonius in Galba, cap.* 10. Τὰς εἰκόνας εἰώθαμεν ἀγαπᾶν τῶν ἐρωμένων, ὅταν αὐτοὺς μὴ δυνώμεθα ἰδεῖν: *Soliti ſumus amare imagines eorum quos diligimus, cùm ipſos videre non poſſumus,* Dionyſ. Sophiſta Antiochenus, epiſt. 1. Ovid. lib. 11 de Ponto, Eleg. 8:

Clemens Alexandrinus, Stromat. III, Ariſtotelem Cyrenæum pro Eubate nominat.

Felices illi, qui non ſimulachra, ſed ipſos,
Quique Deûm coram corpora vera vident.
Quod quoniam nobis invidit inutile fatum,
Quos dedit ars vultus effigiemque colo.
Sic homines novere Deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Jove forma Jovis.

Idem, Heroïd. epiſt. XIII, verſ. 151, Laodameia Proteſilao:

Dum tamen arma geris diverſo miles in orbe,
Quæ referat vultus eſt mihi cera tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus; amplexus accipit illa meos.
Crede mihi, plus eſt, quàm quod videatur, imago:
Adde ſonum ceræ, Proteſilaus erit.

Vide quoque Æneam Sophiſtam, epiſt. 12. Expreſſit hoc ipſum Plinius Junior, lib. 11, epiſt. 7: *Amavi conſummatiſſimum juvenem,* inquit, *tam ardenter, quàm nunc impatienter requiro. Erit ergo pergratum mihi effigiem ejus ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, præter hanc commeare. Etenim ſi defunctorum imagines domi poſitæ dolorem noſtrum levant, quanto magis eæ, quibus in celeberrimo loco non modo ſpecies & vultus illorum, ſed honor etiam & gloria refertur?* Quin etiam videntur prima harum Artium initia ex hoc animi humani motu proveniſſe. Lactantius, de Orig. erroris, cap. 2: *Omnium fingendarum ſimilitudinum ratio idcirco ab hominibus inventa eſt, ut poſſet eorum memoria retineri, qui vel morte ſubtracti, vel abſentia fuerant ſeparati.* Mycerinus rex Ægypti juſtitia & religione præter cæteros venerandus, unicam filiam morte amiſſam graviter lugens, cadaver defunctæ in qualecunque ægri animi ſolatium ligneæ & multo auro obductæ bovi incluſit; ipſam deinde bovem de medio non removit, ſed in ſplendidiſſimo regiæ ſuæ conclavi oculis omnium expoſuit, ubi ei quotidie varii odores adolebantur, & ſingulis noctibus lucerna pernox accendebatur. *Herodotus, lib.* 11, *cap.* 129, 130. Vide Etymologicum in ἐντυπῶμαι; vide quoque Cedrenum, ubi de Serucho agit*; lege denique quæ ſuper hac re de Syrophane Ægyptio referuntur à Fulgentio†. Virgo certe Corinthia, amore ſuadente, rudem dexteram tantarum Artium primordiis auſa eſt applicare, umbramque amaſii peregre profecturi ad lucernam lineis deſignare, mox, ut eſt mos hominum parvula initia pertinaci ſtudio perſequendi, pater virginis Dibutades figulus ſpatium lineis comprehenſum exſculpens atque argilla complens, typum fecit, eumque induravit igne, ex tam tenuibus initiis prima Picturæ & Plaſtices rudimenta exhibiturus: unde apparet veriſſimum eſſe illud Caſſiodori Variar. 1, 2, *Mos eſt hominibus occaſiones repentinas ad artes ducere.*

* Pag. 45, D. edit. Regiæ.

† Lib. I Mytholog. §. unde Idolum dicatur.

§. 7. Priſci quoque ævi hæc fuit non illaudata conſuetudo, ut bene de ſæculo ſuo meritos honore ſtatuarum poſt mortem æternitati conſecrarent: quumque defunctorum deſiderium ferre non poſſent, ſuo pariter dolori quærebant remedium, & reliquos mortales, humani generis bono natos, ſplendore gloriæ ad parem virtutis curam excitabant. *Ita quum dignis fructus tribuitur, eandem viam capeſſentibus ſpes paratur,* Symmachus, lib. 1, epiſt. 37: & lib. IX, epiſt. 102; *Omnes ſibi delatum decus judicant, quod dignus acceperit.* Plin. nat. Hiſt. VII, 37: *Aſtrologia Beroſus enituit, cui ob divinas prædictiones*

Quamvis plurimas ob cauſſas ſtatuas erexerint antiqui, præcipue tamen honorem hunc ma-

ſimis in Rempub. meritis tribuerunt, ut conſpectis virtutum premiis ipſi quoque ſpectatores, à virtute non omnino abhorrentes, eandem ſpem præmiorum illico raperent.

ctiones Athenienſes publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuerunt. Idem, lib. xxxiv, cap. 6: *Nulli arbitror plures ſtatuas dicatas, quàm Phalereo Demetrio Athenis: Siquidem* CCCLX *ſtatuère, quas mox laceraverunt: nondum anno hunc numerum dierum excedente.* Pindaro ſtatuam poſuerunt Athenienſes, quod inſigni carmine laudes eorum celebraſſet; *Pauſanias, lib.* 1, *pag.* 14, 26. Æneam hanc imaginem, qua Pindarum in Ceramico honoraverunt Athenienſes, fuſius in quadam epiſtola deſcribit Æſchines: Ἦν αὐτῇ καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι πρὸ τῆς βασιλείου στοᾶς καθήμενος ἐνδεδυμένος καὶ λύραν ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων ἀνειλιγμένον βιβλίον: *Fuit ibi etiam uſque ad noſtram ætatem, ante regiam porticum Pindarus ſedens, cum veſte & lyra, habens diadema & libellum complicatum in genubus.* Chæremoni ruſtico ſtatuam erexere cives ob inſigne amoris in patriam exemplum: vide *Agathiam, libro* 1 *Hiſtoriæ ſuæ.* De Æſopo fabulatore hæc habet Phœdrus, ſub finem lib. 11 Fabularum:

Æſopo ingentem ſtatuam poſuere Attici,
Servulumque collocarunt æterna in baſi:
Patêre honoris ſcirent ut cuncti viam:
Nec generi tribui, ſed virtuti gloriam.

Orphei ſtatuæ Thebis adſtat Myſterii ſimulacrum; circumſtant canentem feræ marmore atque ære expreſſæ: *Pauſanias, lib.* IX, *pag.* 586, 10.

De ſtatua quam Homero Ptolemæus Philopator erexit, vide *Ælianum, lib.* XIII *var. Hiſt. cap.* 22.

De Iſocratis duabus æneis ſtatuis, vide *Photium, in excerptis ex Orationibus Iſocratis.*

Cleanthes Aſſius Zenonis diſcipulus ac Chryſippi magiſter fuit; hujus ſtatuam admirabilem, illuſtre magnificentiæ Romani Senatus ſpecimen, in ipſa Aſſo vidi, inquit Simplicius, in Epicteti Enchirid. *cap.* 77.

Statua Hermodori Epheſii, legum quas Decemviri ſcribebant interpretis, in comitio publice dicata eſt, *Plinius, lib.* XXXIV, *cap.* 5.

Verrius Flaccus, prænobilis Grammaticus, ſtatuam habuit Præneſte, in inferiore fori parte, contra hemicyclum, in quo Faſtos à ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos, publicarat: *Suetonius, de illuſtr. Grammaticis, cap.* 17.

Joſephus, antiquitatum Judaicarum ſcriptor, inter captivos Romam deductus, obtulit Veſpaſiano ac Tito Impp. ſeptem libros expugnationis Hieroſolymitanæ; quibus in publicam bibliothecam tranſlatis, ipſi Joſepho, propter operis famam, ſtatua decreta eſt. Vide *Suidam, in* Ἰώσηπος Ἰουδαῖος φιλαλήθης.

Cùm Romani Proæreſium ob varias animi dotes honorare decreviſſent, ſtatuam ei ex ære pari magnitudine conſecrarunt, cum iſthac inſcriptione, REGINA RERUM ROMA, REGI ELOQUENTIÆ: *Eunapius, in Proæreſio.*

Victorinus Rhetor urbis Romæ, quem poſtea Chriſtianum defunctum eſſe refert Auguſtinus, ob inſigne præclari magiſterii, ſtatuam in Romano foro meruerat & acceperat: vide *Auguſtinum, lib.* VIII *Confeſſ. cap.* 2.

Medico Antonio Muſæ, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat Auguſtus, Patres Conſcripti ſtatuam, ære collato, juxta ſignum Æſculapii ſtatuerunt: *Suetonius, in Auguſto, cap.* 59. De hoc Antonio Muſa, qui Auguſtum Imp. arthritide laborantem frigidis lavacris curavit, vide *Dionem, lib.* LIII, *ad annum* 731 *ab U.C. Plinium, lib.* XIX *nat. Hiſt. cap.* 8; quemadmodum & *lib.* XXV, *cap.* 7; nec non *lib.* XXIX, *cap.* 1; *Horatium* denique, *lib.* 1, *epiſt.* 15, *& veterem Commentat. in hunc locum.*

Timotheus, fugata claſſe Lacedæmoniorum, coëgerat eos de diutina contentione deſiſtere, & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum concedere. *Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum aræ Paci publice ſint factæ, eique Deæ pulvinar publice ſit inſtitutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publice ſtatuam in foro poſuerunt. Qui honos huic uni ante hoc tempus contigit; ut, cùm patri populus ſtatuam poſuiſſet, filio quoque daret. Sic juxta poſita recens filii, veterem patris renovavit memoriam*, Corn. Nepos, in Timothei vita.

Æthidæ ſtatuam erexere Meſſenii, quòd præter cæteros pecunioſus eſſet: *Pauſanias, lib.* IV, *pag.* 277, 2.

Chabrias Athenienſis obnixo genu ſcuto, projecta haſta, impetum excipere hoſtium docuit. *Hòc uſque eo tota Græcia celebratum eſt, ut illo ſtatu Chabrias ſtatuam fieri voluerit, quæ publice ei ab Athenienſibus in foro conſtituta eſt: ex quo factum eſt, ut poſtea Athletæ, cæterique Artifices his ſtatibus ſtatuis ponendis uterentur, cùm victoriam eſſent adepti*, Æmil. Probus in Chabria. Refert Vellej. Paterc. lib. 1 Hiſt. cap. 2, *Magnum Alexandrum impetraſſe à Lyſippo, ſingulari talium auctore operum, ut eorum equitum, qui ex ipſius turma apud Granicum amnem ceciderant, expreſſa ſimilitudine figurarum,*

rum, faceret ſtatuas, & ipſius quoque iis interponeret. Idem quoque refert Arrianus, lib. I de Expedit. Alexandri.

Commodus Imp. ſtatuas ſibi tota urbe poſuit, inque iis unam pro Curia, quæ arcum contendebat, ut etiam imagines ipſæ terrorem ac minas præ ſe ferrent, ſpecimenque Artis, in qua excellere putabatur, exhiberent: vide *Herodianum, lib.* I.

Qui in cauſa publica occidebantur, eorum mortem ſempiterno aliquo monumento ornandam olim putabant. *Legatorum*, inquit Livius, lib. IV ab U. C. *qui Fidenis cæſi erant, ſtatuæ publicæ in Roſtris poſitæ ſunt.* Addit Florus, *quoniam ob Rempublicam occubuerant.* Vide Plinium, nat. Hiſt. XXXIV, 6. Maxime tamen vide Ciceronem, Philippica nona. Anthemocrito quoque ſtatuam erexerunt Athenienſes, ob ſimilem aliquam rationem à Megarenſibus dilaniatum: *Harpocration in* Ἀνθεμόκριτος. Syracuſani propinquum Verris, quod invidiam rapinarum ejus in ſe derivari nolebat, honore ſtatuæ affecerunt: *Cicero, lib.* II *in C. Verrem.*

Nullus locus eſt ad ſtatuam Roſtris clarior, Cicero, pro Rege Dejotaro.

Statua Accii Navii auguris, qui cotem novacula diſcidit, ut effectum ſuæ profeſſionis oculis Tarquinii regis ſubjiceret, fuit in gradibus ipſis ad lævam curiæ, quo in loco res acta eſt: cotem quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant, *Ut eſſet ad poſteros miraculi ejus monumentum*, Livius, lib. I ab U. C.

Statuam M. Valerio Corvino divus Auguſtus in foro ſuo ſtatuendam curavit. In ejus ſtatuæ capite corvi ſimulacrum eſt, rei pugnæque monumentum: vide *A. Gellium, libro* IX, *cap.* II.

Severum imperio inhiantem impulerunt ſomnia quædam & oracula, cæteraque futurorum præſagia; etenim ea tum demum fidem veri impetrare videntur, quum proſperum ſortita ſunt eventum. Horum pleraque Severus ipſe in libris de vita ſua ſcripto conſignavit, & imaginibus publice dedicatis teſtatus eſt. Poſtremam tamen nocturnæ quietis imaginem, quam in ſpem haud dubiam divinitus oblatæ dominationis retraxit, ſilentio prætereundam non putamus. Poſtquam certis nuntiis accepit rem Romanam exſtincto Commodo in Pertinacem tranſlatam, peracto ſtatim ſacrificio ac præſtito jurejurando, ſine mora, inclinato jam in veſperam die, quieti ſe dedit, ac ſibi viſus eſt videre magnum atque acrem equum regiis phaleris inſtratum, qui Pertinacem per urbem media ſacra via vehebat. Excutere tamen Pertinacem equus iſte ſub ipſo fori ingreſſu viſus eſt, ac tergum proxime adſtanti Severo ſubſternere, eumque in forum medium perferre ſublimem atque conſpicuum venerabundæ multitudini. Exſtat etiamnum eo in loco ingens atque ærea ſomnii hujus imago: vide *Herodianum, lib.* II.

Ob expianda prodigia plures ſæpe ſtatuas erectas fuiſſe conſtat. Ita quum Cotta & Torquato Coſſ. complures in Capitolio turres de cœlo percuſſæ, quumque non modo ſtatuæ veterum hominum dejectæ, verum etiam ſimulacra Deorum immortalium eſſent depulſa; haruſpices cædes atque incendia, legum interitum, bellum adhæc civile, nec non totius Urbis atque imperii occaſum appropinquare dixerunt; niſi Dii immortales omni ratione placati, ſuo Numine prope fata ipſa flexiſſent. *Juſſerunt itaque ſimulachrum Jovis facere majus atque in excelſo collocare, &, contra atque ante fuerat, ad Orientem convertere: ac ſe ſperare dixerunt, ſi illud ſignum Solis ortum & forum curiamque conſpiceret, fore, ut ea conſilia, quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis atque imperii, illuſtrarentur, ut à S. P. Q. R. perſpici poſſent*, Cicero, Orat. III in L. Catilinam.

Voto obſtricti, ut ſe religione exſolverent, ſtatuas Diis Deabusve, quibus votum fecerant, conſecrare ſolebant. Exemplo eſt Amaſis Ægyptiorum regis uxor Ladice: vide *Herodotum, ſub finem libri ſecundi; Laërtium, libro quinto, in deſcriptione teſtamenti quod Ariſtoteles moriturus reliquit.*

Optimatum aliquis lætum de victoria nuntium ſollicite ad populum detulerat: populus vero Athenienſis tam grate accepit hanc benevoli hominis promptitudinem, ut ei ob hoc unum æneam poſuerit ſtatuam: *Photius, in excerptis ex Himerii Orat. in Muſonium Proconſulem Græciæ.*

Harmodio & Ariſtogitoni ſtatuas erexerunt Athenienſes. Vide Plinium, lib. XXXIV nat. Hiſt. cap. 8: vide quoque Pauſaniam in Atticis, ubi addit Xerxem eas urbe capta cum reliqua præda aſportaſſe, Antiochum vero Athenienſibus eas poſtmodum remiſiſſe. Valerius tamen Maximus Seleuco hujus facti gloriam tribuit; quem vide *lib.* II, *cap.* 10, *Exemplo ext.* I. Plinius vero Alexandro Magno tribuit loco ſupra citato.

Iphicratis Leæna laudatur. Scortum hoc, lyræ cantu familiare Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio, uſque ad mortem cruciatum, tyrannis non prodidit. Quamobrem Athenienſes & honorem ei habere volentes, nec tamen ſcortum celebraſſe, animal nominis ejus fecere: atque ut intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt: *Plinius, lib.* XXXIV *nat. Hiſt. cap.* 8; vide quoque *Plutarchum, ubi* ἀδολεσχίας; *Polyænum, lib.* VIII *Strateg.*

Philippo & Alexandro, nec non Lyſimacho Regibus ſtatuas poſuere Athenienſes, non tam honori eorum conſultum volentes, quàm parentes adulationi temporibus obſequentis populi: *Pauſanias*, *in Atticis*.

Statuæ frequenter decernebantur iis, qui favore Imperatorum ſupra cæteros mortales extollebantur. Ita paſſim aureæ Sejani imagines ab omnibus colebantur, teſte *Sueton. in Tiberio*, *cap.* 65; uſque dum

- - - *Verboſa & grandis epiſtola venit*
A Capreis &c.

Juvenalis, Satyra x, verſ. 71. Tum enim ſtatuas eorum non minore ſtudio ad nutum Impp. demoliebantur, quam antea erexerant. Exempla paſſim occurrunt apud Hiſtoricos. Non minore ſeveritate abolebant civium quamvis nobilium ſtatuas, qui turbulentis conſiliis Rempublicam miſcuiſſe, & rerum novarum cauſas quæſiviſſe convicti erant: vide *Ciceronem*, *in L. Piſonem*; quemadmodum & *pro C. Rabirio perduellionis reo*. Ita quoque L. Piſo prodidit ſtatuam Sp. Caſſii, qui regnum affectaverat, etiam conflatam à Cenſoribus. Nimirum in ea quoque re ambitioni providebant illi viri: *Plinius*, *lib.* xxxiv, *cap.* 6.

Hipponactis Poëtæ imagines Bupalus atque Anthermus in contumeliam ejus publice propoſuerunt, quòd ſtaturæ brevitate ac vultus fœditate deridiculus eſſet: *Suidas*, *in* Ἱππώναξ; *Plin. lib.* xxxvi *nat. Hiſt. cap.* 5; *Acron in Horat. Epod.* vi.

Theagenes Thaſius athleta integrum taurum, immani ventris & gutturis vitio abſumpſit una cœna; & quoniam Thaſus inexhauſtam ejus aviditatem omnibus ſuis copiis explere non poterat, coactus eſt paſſim apud exteros quotidianum atque ad prorogandam infelicem animam vix ſuffecturum cibum emendicare. Conſpiciebatur itaque ærea ejus imago, veluti vilia ſemperque rurſus petenda alimenta protenſa manu rogantis. Vide Poſidippi in hunc Theagenem epigramma apud Athenæum, lib. x Deipnoſoph. cap. 2. Hinc illuſtra Suidam in Θεαγένης.

Quamvis Piſiſtratus urbem Athenienſium gravi imperio preſſerit, perhibent tamen imaginem ejus in eo quod Athenis erat templo Bacchi ſpectatam: *Athenæus*, *lib.* xii, *cap.* 8.

Annibalis ſtatuæ tribus in locis viſuntur in urbe, cujus intra muros ſolus hoſtium emiſit haſtam: *Plinius*, *lib.* xxxiv, *cap.* 6.

Statua plagoſi Orbilii Beneventi oſtenditur in Capitolio, ad ſiniſtrum latus, marmorea, habitu ſedentis & palliati, appoſitis duobus ſcriniis: vide *Suetonium*, *de illuſtr. Grammaticis*, *cap.* 9.

Phrynes ſtatua aurea Delphis inter Archidami Lacedæmoniorum Regis & Philippi Amyntæ filii ſtatuas locata eſt, cum hac inſcriptione; ΦΡΥΝΗ ΕΠΙΚΛΕΟΥΣ ΘΕΣΠΙΚΗ: vide *Athenæum*, *lib.* xiii *Deipnoſoph. cap.* 6.

Glyceræ ſcorti æneam ſtatuam poſuit Harpalus: *Athenæus*, *lib.* xiii, *cap.* 7.

Clinea quondam potum Ptolemæo Philadelpho miniſtraſſe refert Athenæus, *lib.* x, *cap.* 7: & rurſus *lib.* xiii, *cap.* 5; eique plures paſſim ſtatuas Alexandriæ poſitas fuiſſe, amictas ſimplici tunica, guttumque manibus tenentes.

Claudius Imperator Simoni Mago ſtatuam erexit, titulum hunc addens, SIMONI. DEO. SANCTO: *Tertull. cap.* 13 *Apolog. adverſ. gentes*. Simon Magus Jovem ſe credi volebat; Minervam vero meretricem quandam Selenen, quam ſibi ſociam ſcelerum fecerat; imaginesque & ſuam & ejuſdem meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam Deorum ſimulacra autoritate publica conſtituerat: *Auguſtinus*, *circa initium opuſculi de Hæreſibus*.

Mancinus eodem habitu, quo deditus eſt, ſibi ſtatuit effigiem: *Plinius*, *lib.* xxxiv, *cap.* 5.

Crotoniatam Milonem athletam ferunt egiſſe omnia ſupra quàm homo valet. Victor omnium certaminum obiit. De eo etiam hoc proditur, quòd vivum taurum ſuis humeris ſublatum ictu nudæ manus fecit victimam, eumque ſolidum, qua mactaverat non gravatim ſolus abſumpſit. Punicum malum ita compreſſa manu tenebat, ut nemo ei malum hoc ulla vi extorqueret, neque ipſe tamen illud elideret. Peruncto diſco quum inſtitiſſet, ludibrio habebat omnes eos qui ſe veſtigio educere conabantur. Idem dexteræ manus eam partem, quæ ab humero ad cubitum pertingit, lateri applicans, reliquam partem, quæ à cubito uſque ad extremos digitos excurrit, pollice interim ſublato ac reliquis digitis conjunctis, tanta vi exporrigebat, ut nemo minimum digitum quantovis niſu poſſet à cæteris abjungere. Frontem quoque circumligabat chorda, perinde ac ſi tæniam ſibi circumdaret aut coronam; compreſſis deinde labiis atque intercluſo ſpiritu, cum venæ capitis multo ſanguine ac ſpiritu replerentur, intumeſcentium venarum violentia nervum rumpebat. Hic denique Milo dicitur ſuam ipſius ſtatuam propriis humeris

intra

intra Altin deportaſſe. Vide *Pauſaniam, lib.* VI, *pag.* 369, 31; *Solinum, cap.* 4; *Plinium, lib.* VII *nat. Hiſt. cap.* 20.

Bitonis taurum portantis ſtatua Argis in æde Lycii Apollinis conſecrata erat: *Pauſanias, libro* II, *pag.* 118, 51.

Statua Soſtrati Sicyonii, pancratiaſtæ nobiliſſimi, conſecrata erat in Olympia. Hic Soſtratus dictus eſt Acrocherſites; quod ſummas adverſariorum manus corripiens atque confringens, non dimittebat priusquam eos animum deſpondere ſenſiſſet: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 350, 13.

Glauci Caryſtii ſtatua viſebatur in Olympia. Pater ei fuit Caryſtius Demylus, qui puerum à prima ſtatim infantia procul urbanis deliciis ruſtico duravit opere. Ibi quum puer vomerem fortè refixum aratro rurſus adaptaſſet, manu ſua vice mallei uſus; pater, motus tanti roboris miraculo, filium ſtatim ad Olympicum pugilarum deduxit. Cæterum Glaucus, tanquam prorſus expers illius artis, male paſſim ab adverſariis multabatur. Congreſſus tandem cum eo, cui extrema ſors certaminis obtigerat, ac multis vulneribus tantum non confectus, adverſario jamjam ſuccubiturus videbatur, niſi patrem indignitas rei coëgiſſet inclamare, Illam fili ab aratro. Hac voce excitatus Glaucus, acriore plaga adverſario illata, ſolidam reportavit victoriam: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 361, 35; vide quoque *Suidam, in* γλαύκος καρύστιος.

Leontinus Gorgias princeps ex omnibus auſus eſt in conventu poſcere, qua de re quiſque vellet audire: cui tantus honos habitus eſt à Græcia, ſoli ut ex omnibus, non inaurata ſtatua, ſed aurea Delphis ſtatueretur: *Cicer. lib.* III *de Oratore*; *Valer. Maximus, lib.* VIII, *cap.* 15, *Ex. ext.* 2.

Claudius Druſus, ſtatua ſibi cum diademate poſita, Italiam per clientelas occupare tentavit: *Suetonius in Tiberio, cap.* 2.

Minutius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit, undecimus plebei Tribunus; qua de cauſa ſtatua ei extra portam Trigeminam, à populo ſtipe collata, ſtatuta eſt. Trebius in Ædilitate aſſibus populo frumentum præſtitit; quam ob cauſam & ei ſtatuæ in Capitolio ac Palatio dicatæ ſunt. Ipſe ſupremo die populi humeris portatus in rogum eſt: *Plin. lib.* XVIII *nat. Hiſt. cap.* 3. Serapioni Alexandrino ſtatuæ honorem tribuerunt Elei, quod in ſumma caritate annonæ, ad ludos veniens, ingentem frumenti vim Elidem ſupportandam curaverit: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 389, 50.

Genucio Cippo Prætori paludato portam egredienti, novi & inauditi generis prodigium incidit: namque in capite ejus ſubito veluti cornua emerſerunt, reſponſumque eſt Regem eum fore, ſi in urbem revertiſſet; quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ (quod ad ſolidam gloriam attinet) ſeptem Regibus præferatur. Cujus teſtandæ rei gratia capitis effigies ærea, qua exceſſerat portæ incluſa eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim æra raudera dicebantur: *Valer. Maximus, lib.* V, *cap.* 6, *Exemplo* 3; vide quoque *Ovidium, lib.* XV *Metamorph. verſ.* 565, *& ſeqq.*

Marcus Octavius Herſennus in prima adoleſcentia tibicen, poſtquam Arti ſuæ diffiſus eſt, mercaturam inſtituit, ac bene re geſta decimam Herculi dicavit. Poſtea quum navigans hoc idem ageret, à prædonibus circumventus, fortiſſime pugnavit & victor receſſit; quem in ſomnis Hercules docuit ſua opera ſervatum; quamobrem ei Octavius, impetrato à magiſtratibus loco, ædem cum ſigno ſacravit; & Victorem inciſis litteris appellavit: *Servius, ad verſum* 360 *libri octavi Æneid.*

Eubata Cyrenæus, cùm ei Lybicum oraculum curriculi in Olympia victoriam prædixiſſet, ſtatuam ſibi ante ipſum certamen faciendam curavit, dedicavitque eam ipſo, quo palmam adeptus eſt die: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 358, 49.

Æneto pancratiaſtæ ſtatuam poſuerunt Amiclæi, quoniam is in Olympia victor declaratus, accepta corona, ſtatim exſtinctus eſſet: *Pauſanias, libro tertio, pag.* 196, 10.

Hyſmonis, etiamnum pueri, nervos fluxum quendam infeſtaſſe ferunt, eumque ob hanc cauſam ad quinquertium adjeciſſe animum, ut laboribus pulſo morbo ſanitatem reciperaret; multis itaque illuſtribus victoriis ſtatuam in Olympia eſt adeptus: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 348, 39.

Anacreontis Teji ſtatua conſpiciebatur in arce Athenienſium; habitus ejus eſt veluti hominis per ebrietatem cantantis: *Pauſanias, libro primo, pag.* 44, 30.

Teleſillæ poëtriæ ſtatuam in maſculæ virtutis memoriam erexere Argivi; qua de re vide *Pauſaniam, libro ſecundo, pag.* 121, 34.

Scyllis Scionæus, urinandi peritia præter cæteros clarus, Cyanam quoque filiam edocuerat artem altiſſimum quodque mare ſubeundi: quumque ſævior tempeſtas Xerxis claſſem circa Pelion graviter afflixiſſet, ambo anchoris atque aliis navium retinaculis ſubtractis, pleraſque Perſicas naves demerſerunt. Quamobrem etiam Amphictyones tanti

beneficii memoriam gratiſſimis animis proſecuturi, patri pariter ac filio æternum aliquod formæ ac nominis monumentum putaverunt erigendum: *Pauſanias, lib.* x, *pag.* 642, 50.

Anaximenem, qui non modo priſcas Græcorum, verum etiam recentiores Philippi atque Alexandri res geſtas diligenter perſcripſerat, Olympicæ ſtatuæ honore proſecuti ſunt Lampſaceni, quod civitatem ſuam ſagacis vaframenti beneficio ab imminentis periculi metu vindicaſſet. Quamvis enim Alexandrum regem iræ ſuæ impotenter plerumque ſerviiſſe conſtat; fortuna, ut fit, conceptum ſemel odium magis etiamnum inflammante; hunc tamen dolorem ſuum magna animi contentione perſequentem atque atrocia omnia Lampſacenis minitantem, quod Perſarum rebus jam ſtudere aut novam aliquam fortunam tentaturi viderentur, inſigni arte circumvenit. Lampſacena etenim urbs de aris ac focis, de ſua ſuorumque ſalute ſollicita, ſupplices manus tendens Anaximeni (quem jam pridem apud Alexandrum, quondam vero apud Philippum regem plurimum gratia valuiſſe meminerat) & communis patriæ ſecuritatem atque omnium civium vitam ei commendans, ut ſaluti fortunisque communibus ſuccurreret, ut urbem interitu & cives internecione liberaret, ut hanc denique calamitatem à ſeſe deprecaretur flagitabat. Anaximenes interim, diutius rogari erubeſcens, extra portam prodit obviam Regi. Cæterum is, cum ad exſcindendam urbem ſummo jam ſtudio ferretur, progreſſumque extra mœnia Anaximenem (*præceptorem ſuum*, inquit Valer. Maximus, lib. VII, cap. 3, Ex. ext. 4.) vidiſſet; quia manifeſtum erat, futurum, ut preces ſuas iræ ejus opponeret; advocatis omnibus Græcorum diis juravit omnia ſe contra quàm rogaturus erat Anaximenes facturum. Tunc Anaximenes, Peto, inquit, ut uxores liberosque Lampſacenorum in ſervitutem redigas, urbem ipſam ſolo æques, Deorum denique templis atque delubris ignem ſubjicias. Hæc velociſſimæ calliditatis ſollertia oppidum vetuſta nobilitate inclytum excidio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 376, 54.

Batti ſtatuam Delphis currui impoſuerunt Cyrenæi, quod is ex inſula Thera eos in Africam claſſe deduxiſſet. Auriga currus eſt mater ejus Cyrene. Currui vero inſiſtit ipſe Bacchus & Libya coronans eum. Amphion Acestoris filius Gnoſſius fecit: *Pauſanias, lib.* x, *pag.* 636, 56.

Euagoræ Cypriorum regis ſtatuam in Ceramico poſuerunt Athenienſes, quod Phœniſſas triremes ejus ſuaſu Cononi tradiderat Artaxerxes: *Pauſanias, libro* I, *pag.* 5, 22.

Pantarcen Eleum ſtatuæ honore affecerunt Achæi, quòd pacis inter Achæos & Eleos ſequeſter fuiſſet, quodque iis, qui utrimque capti erant, libertatem impetraſſet: *Pauſanias, lib.* VI, *pag.* 371, 38.

Eurydamo ſtatuam Delphis poſuerunt Ætoli, quòd eo duce contra Gallos feliciter pugnaverant: *Pauſanias, lib.* x, *pag.* 637, 41.

Adraſto Lydo, qui Græcos privatis opibus & conſilio juverat, ſtatuam ex ære poſuere Lydi ante Dianæ Perſicæ templum, addita inſcriptione, oppetiſſe mortem Adraſtum pro Græcis contra Leonnatum prœliantem: *Pauſanias, lib.* VII, *pag.* 408, 25.

Oibotas primus Achæorum in Olympia meruit coronam: ſed cum nullum eo nomine præcipuum adeptus eſſet honorem, Achæis imprecatus eſt, ne quis eorum Olympicam ferret palmam. Extitit omnino Deorum aliquis, cui fuit curæ ratam facere hanc Oibotæ execrationem: neque id ante perceperunt Achæi, quàm mirarentur ſe nunquam amplius Olympicarum palmarum fieri compotes, mitterentque Delphos ad oraculum. Siquidem tum pluribus aliis rebus in honorem Oibotæ oraculi monitu inſtitutis, ſtatuaque ejus in Olympia dedicata, Soſtratus Pelleneus vicit paullo poſt in ſtadio pueros: *Pauſanias in Achaicis, lib.* VII, *pag.* 431, 10.

Phocenſes Elateam incolentes ſtatuam ex ære Delphis poſuerunt Olympiodoro, quod opem tuliſſet iis à Caſſandro deficientibus: vide plura apud *Pauſaniam, lib.* I, *pag.* 44, 51.

Lilæenſes à Demetrio obſeſſi, & Macedonum præſidium intra mœnia recipere coacti, non prius ea calamitate liberati ſunt, quàm Patronis virtute præſidio ſunt dejecti Macedones: quamobrem etiam Patroni, ob tantæ virtutis memoriam, Lilæenſes erexerunt ſtatuam Delphis: *Pauſanias, lib.* x, *pag.* 675, 41.

Meſſeniis chorum triginta quinque puerorum cum chori magiſtro & tibicine Rhegium, ad celebrandum anniverſarium Rheginorum feſtum, tranſmittentibus, omnes nave abſorpta perierunt. Meſſenii puerorum ſingulis, in ſolatia luctus, nec non chori magiſtro ac tibicini, ſtatuas ex ære poſuerunt: *Pauſanias, lib.* v, *pag.* 337, 33.

Anthemion Diphili filius celebratur, quod ex mercenario ordine in equeſtrem tranſlatus eſt. Imago ejus eſt in Acropoli, equus viro adſtans: vide *Pollucem, libro* VIII, *cap.* 10.

Phidelæ Corinthii equa (cui Auræ nomen indidere Corinthii) ſeſſore ſuo ab ipſis ſtatim carceribus excuſſo, deſtinatum nihilominus curſum tanquam rectori obſequens

peregit

peregit, ac ſua ſponte circa metam ſe convertit: audita deinde tuba, vehementius concitata eſt: donec ad ludorum præſides appropinquans, impetum currendi victoriæ conſcia inhibuit. Elei victorem renuntiantes Phidolam, inſuper etiam indulſerunt ei, ut hujus equæ ſuæ ſimulachrum conſecraret: *Pauſanias, libro ſexto, pag.* 368, 12.

Æneum aſini ſimulachrum, victis nocturna pugna Moloſſis, dedicarunt Ambraciotæ; quum etenim abſtruſas iis inſidias comparaſſent Moloſſi, aſinus, qui inter agendum forte in aſinam inciderat, vehementem ſuſtulit ruditum. Agaſone interim per tenebras aſinum ſuum aſpera inconditaque voce increpante, Moloſſi territi & ſuas ipſi latebras promiſcua fuga deſerentes, bene gerendæ rei occaſionem præbuerunt Ambraciotis: *Pauſanias, libro decimo, pag.* 641, 54.

Apud Actium deſcendenti in aciem Auguſto aſellus cum aſinario occurrit. Eutychus, homini; beſtiæ, Nicon erat nomen. Utriuſque ſimulachrum æneum victor poſuit in templo, in quod caſtrorum ſuorum locum vertit: *Suetonius in Auguſto, cap.* 96.

Nero quum Neapoli de motu Galliarum ac defectione Vindicis cognoviſſet die ipſo quo matrem occiderat, Romam prætrepidus rediit; leviterque modo in itinere frivolo auſpicio mente recreata, cùm annotaſſet inſculptum monumento militem Gallum ab equite Romano oppreſſum trahi crinibus, ad eam ſpeciem exiluit gaudio cœlumque adoravit: *Idem, in vita Neronis, cap.* 41.

Sacrilegus quidam, non contemnenda ſacræ pecuniæ ſumma è templo Apollinis Delphici ſurrepta, receperat ſe in eam Parnaſſi partem quæ maxime condenſa erat arboribus ſylveſtribus: ibi cum lupus dormientem occidit, & quotidie urbem cum ululatu ingreſſus eſt. Advertit rei novitas animos hominum, ſuſpicantium lupum non ſine Numine, poſita feritate, inter homines aliquantiſper verſari, ac rurſus in ſolitudinem ſe recipere. Nonnulli itaque, lupi veſtigiis inſiſtentes, invenerunt ſacrum aurum, lupumque ex ære juxta aram maximam dedicarunt: *Pauſanias, libro decimo, pag.* 635, 28.

Eſt in Helicone cerva Telepho Herculis filio ubera præbens: *Pauſanias, lib.* IX, *pag.* 588, 19.

Romulum inauratum in Capitolio parvum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem vidiſtis, inquit Tullius, Orat. III in Catilinam.

Non vidiſti ſimulachrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam ſubito eum quum vidiſſent quadrupedem Galli, tympanis adeo fecerunt manſuem, ut tractarent manibus? Varro apud Nonium in *Manſues*.

Julius Cæſar utebatur equo inſigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum ungulis fiſſis: quem natum apud ſe, cùm haruſpices imperium orbis terræ ſignificare domino pronuntiaſſent, magna cura aluit; nec patientem ſeſſoris alterius, primus aſcendit; cujus etiam inſtar pro æde Veneris genetricis poſtea dedicavit: *Suetonius in Julio, cap.* 61; *Plinius, libro* VIII *Hiſt. nat. cap.* 42; *Solinus, cap.* 55; *Cedrenus editionis regiæ, pagina* 170.

Julius Cæſar in Capitolio habuit ſtatuam æneam Orbi terrarum inſiſtentem, cum inſcriptione Semidei ex Senatusconſulto poſitam: *Dio, libro* XLIII; *Servius ad verſum* 47 *Eclogæ nonæ: ad verſum itidem* 579 *octavi Æneidos.*

Cæſar Dictator loricatam ſibi ſtatuam dicari in foro ſuo paſſus eſt: *Plinius, lib.* XXXIV, *cap.* 5.

Brutus & Caſſius, occiſo Cæſare, delati ſunt Athenas, & magnifice fuerunt excepti ab Athenienſibus. Ἐκεῖνοι δὲ καὶ εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς παρά τε τὴν τοῦ Ἁρμοδίου καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος, ὡς καὶ ζηλωταῖς αὐτῶν γενομένοις, ἐψηφίσαντο. *Illi vero iis decreverunt ærea ſimulachra juxta Harmodium atque Ariſtogitonem, quos Brutus & Caſſius æmulati videbantur*: Dio, libro XLVII, pagina 339 editionis Hanovianæ.

Cajum Octavium Senatus honoravit equeſtri ſtatua, quæ hodieque in Roſtris poſita ætatem ejus ſcriptura indicat: qui honor non alii per trecentos annos, quam Lucio Sullæ, & Cnæo Pompejo, & Cajo Cæſari contigerat: *Vellejus Paterculus, libro* II, *cap.* 61.

Crux terreſtri ſphæræ impoſita quid ſibi velit in manu Imperatorum, & unde res ea traxerit ortum, docet Meurſius, de Romanorum luxu libro II, cap. 8. Sciendum etenim eſt per crucem in Imperatoris manu depictam ſignificari, fidei in crucifixum Deum beneficio Principes adeptos eſſe totius Orbis imperium. Atque adeo primus quoque in Auguſteone ita ſe Juſtinianus effingi curavit poſt ædificatum S. Sophiæ templum. Hoc exemplum ſecuti mox Imperatores reliqui. *Codinus in Originibus Conſtantinopolitanis*; Ἔστησε τὴν αὐτοῦ στήλην (ὁ Ἰουστινιανὸς) ἔφιππον ἐπὶ κίονος· καὶ τῇ μὲν δεξιτερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπεπηγμένου σταυροῦ ἐν αὐτῇ, ὡς διὰ τῆς εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς πάσης ἐγκρατὴς γεγονώς· σφαῖρα μὲν ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος· πίστις δὲ ὁ σταυρός, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα Θεόν. Hæc habes totidem verbis apud *Suidam in Ἰουστινιανός*: vide quoque *Gotfridum Viterbienſem, Chronici parte* XIX.

Duas habuit ancillas Cleopatra regina, Naeram & Charmionen, quarum hæc ungues

Reginæ,

Reginæ, illa comam curabat. Harum fidem, antea ſemper integram, in adverſis quoque contumacem experta eſt Cleopatra: nam utraque viperis pectori, Regina jubente, admotis confeſtim exſpiravit. Quo viſo, ipſa quoque Cleopatra viperas uberibus admovens, triumphi pudorem voluntaria morte prævertit. Hanc amoris fideique conſtantiam teſtabantur quondam æneæ Charmiones Naëræque ſtatuæ, poſitæ ante Cleopatræ ſuggeſtum, quod Mauſoleum vocabant: vide *Zenonis Proverb. Cent.* v, 24.

Fornix Fabianus arcus eſt juxta Regiam in Sacra via, à Fabio Cenſore conſtructus, qui, à devictis Allobrogibus, Allobrox cognominatus eſt, ibique ſtatua ejus poſita propterea eſt: *Aſcon. Pedianus in Proœmium Actionis in Verrem.*

Chryſippo, ſtatura exiguo, ſtatua in Ceramico poſita erat, quæ tota fere à vicino equite occultabatur, unde eum Carneades vocabat κρύψιππον: vide *Laërtium.* Atque hæc fortaſſe fuerit illa Chryſippi ſtatua ſedentis in Ceramico porrecta manu, cujus meminit Cicero, *libro primo de Finibus.*

Notatum ab auctoribus L. Actium poëtam in Camœnarum æde maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe, cùm brevis admodum fuiſſet: *Plinius* XXXIV, 5.

Fronto, Philoſophiæ ſimul & dicendi Præceptor M. Antonini principis; cui tam gratus fuit, ut ipſe Imp. ei à Senatu petierit ſtatuam: *Auctor Capitolinus.*

De ſtatuis Apollinari Sidonio ſuperſtiti etiamnum poſitis, *vide Notas Sirmondi ad ejuſdem Sidonii epiſtolam* 16, *libri noni.*

Cùm diſquirerent Athenienſes qua ratione conglutinarentur libri, Phillatius vel Philtatius, vir ad promovendam rem literariam factus à natura, modum glutini oſtendit: atque ob navatam hanc operam celebrior factus, obtinuit à ſuis civibus honorem ſtatuæ: vide *Photii excerpta ex Olympiodori libris Hiſtoriarum.*

Ajunt duorum heroum, Cerdonis nempe & Mattonis ſtatuas, à quibuſdam Spartanorum coquis Phiditiis olim fuiſſe conſecratas: vide *Athenæum, libro* II *Deipnoſoph. cap.* 3.

In arce Athenienſium viſebatur ſtatua pulcherrimi ephebi nudi, ac prono jam capite ſemetipſum de rupe præcipitaturi, cum duobus gallis gallinaceis quos ulnis geſtabat: vide *Suidam in* Μέλιτος. Valde in tota rei geſtæ ſerie variat hîc Pauſanias, *libro primo, pag.* 58; 1.

Rutrum tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio, ephebi more harenam ruentis exercitationis gratia. Quod ſignum Pompejus Bithynicus ex Bithynia ſupellectilis regiæ Romam deportavit: *Feſtus.* De rutro multa habet Caſaubonus, *Theocriticarum lectionum, cap.* 6.

Metragyrtes quidam Atticam ingreſſus, mulieres Matri Deorum initiabat; Athenienſes autem ægre hoc ferentes, præcipitaverunt eum in barathrum. Graviſſima ergo lue correpti, reſponſum acceperunt, placandos eſſe interempti manes. Hac propter Curiam eodem in loco ædificaverunt, in quo eum occiderant: eandemque Curiam ſepto incluſam conſecraverunt Deorum matri, & Metragyrto ſtatuam erexerunt: vide *Suidam in* Μητραγύρτης. Eadem habet Apoſtolius, *Centuriæ duodecimæ proverbio* 77, ubi ſcribitur Μητραγύρτου θάνατος.

Ariſtonicum Caryſtium, τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν, Athenienſes civitate donaverunt, eique ſtatuam, propter Artis peritiam, erexerunt. Poſteriores enim Græci ſordidas Artes pluris faciebant, quàm rerum intelligentiam ſtudio partam. Eſtiæi quidem & Oritanitæ ſtatuam Theodori cujuſdam manu calculum tenentis in theatro ſtatuerunt, quòd calculos ſcite prorſus inter ludendum ſubduceret. Similiter & Mileſii Archelao citharistæ poſuerunt ſtatuam. Thebani denique, quum nullam Pindari ſtatuam poſſint oſtendere, Cleonis cantoris ſimulachro adſcripſerunt, cum Thebas patriam ſuam nobilitaſſe: vide *Athenæum, lib.* 1 *Deipnoſoph. cap.* 15 *&* 16. Qualis vero hæc Theodori τοῦ ψηφοκλέπτου ſtatua fuerit, egregie docet Caſaubonus ad hunc locum.

Pronomo tibicini ſtatuam poſuere Thebani: *Pauſanias, libro nono, pagina* 560, 24.

Nero ſtatuas ſuas citharœdico habitu poſuit: *Suetonius in Nerone, cap.* 25.

Æreæ Arionis delphino inſidentis ſtatuæ duæ ad Tænarum viſebantur: vide A. Gellium, libro XVI, cap. 19; Solinum, cap. 7; Servium, ad verſ. 56 Eclogæ VIII. Vide Anthologiam Græcorum epigrammatum, libro quarto, cap. 14. De Arionis Methymnæi ætate vide Meurſii Archontes Athen. libro 1, cap. 10.

Aſpendius citharista: *Cicero, libro* 1 *in Verrem*; ubi vide Aſconium Pedianum.

Monſtrabatur apud Locros ſtatua Eunomi Citharœdi, cicadam habens citharæ inſidentem; dicebaturque Eunomus imaginem hanc in patria ſua conſecraſſe, quod ei cum Ariſtone Rhegino concertanti præſto fuerit cicada explens ſonum nervi in ipſo certamine rupti: *Strabo, libro* VI. Vide quoque Anthologiam Græcorum epigrammatum, libro quarto, cap. 16. Neque luſeris operam ſi adeas & alterum Pauli Silentarii in eandem cicadam epigramma, quod habes ejuſdem Anthologiæ libro ſexto, cap. 16.

Huc refer & illam *Urſi togati* ſtatuam, quæ fuit Romæ,

Urſus togatus vitrea qui primus pila
Luſi decenter cum meis luſoribus
Laudante populo maximis clamoribus
Thermis Traiani thermis Agrippæ & Titi
Multum & Neronis. Si tamen mihi creditis,
Ego ſum. Ovantes convenite pilicrepi,
Statuamque amici floribus, violis, roſis,
Folioque multo adque unguento marcido
Onerate amantes & merum profundite
Nigrum Falernum, aut Setinum, aut Cæcubum
Vivo ac volenti de apotheca dominica,
Urſumque canite voce concordi ſenem
Hilarem, jocoſum, pilicrepum, ſcholaſticum,
Qui vicit omnes anteceſſores ſuos.
Senſi decore adque arte ſubtiliſſima
Nunc vera verſu verba dicamus ſenes.
Sum victus ipſe, fateor, à ter conſule
Vero patrono, nec ſemel, ſed ſæpius;
Cujus libenter dicor exodiarius.

Inſcript. Gruteri DCXXXVII, 1.

Præſtigioſum *pilariorum* vel *pilicreporum* in ludo pilæ uſum deſcribit Quintilianus, libro decimo, cap. 7: *Eſt uſus quidam irrationalis quem Græci* ἄλογον τριβὴν *vocant, quo manus in ſcribendo decurrit, quo oculi totos ſimul in lectione verſus flexusque eorum & tranſitus intuentur, & ante ſequentia vident, quàm priora dixerunt. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum, ut ea quæ emiſerint ultro venire in manus credas, & qua jubetur decurrere.* Sed hæc ludicra: illud ſerium eſt, quod Herophili medici ſtatuæ olim quoque pilam inter alia gymnaſtices inſtrumenta addiderunt; innuentes eam non poſtremo inter gymnaſtica loco habitam, vide Euſtathium in Iliad. Θ, editionis Romanæ pagina 1601, 39.

Sordida Magorum dominatione oppreſſa, Darius ſex adjutoribus ejuſdem præclari facinoris aſſumptis, pactum cum præclari operis conſortibus fecit, ut equis inſidentes Solis ortu curſum in quendam locum dirigerent; iſque regno potiretur, cujus equus in eo loco primus hinniviſſet. Cæterum maximæ mercedis competitoribus Fortunæ beneficium exſpectantibus, ſolus Darius acumine equiſonis ſui Oebaris proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt: etenim is manum in equæ genitalem partem demiſſam, cùm ad eum locum ventum eſſet, naribus equi admovit: quo odore irritatus equus, ante omnes hinnitum edidit: auditoque eo, ſex reliqui ſummæ poteſtatis candidati continuo equis delapſi (ut eſt mos Perſarum) humi proſtratis corporibus Darium Regem ſalutaverunt. Conſtituto deinde atque omni ex parte ſtabilito imperio, equeſtri ſui ipſius imagini hanc addidit inſcriptionem, *Darius Hyſtaſpis filius, cùm equi virtute, tum Oebaris equiſonis, regnum Perſarum eſt adeptus:* vide Herodot. lib. III, cap. 88.

Gelon, pugna Himerenſi devictis Carthaginienſibus, totaque Sicilia in poteſtatem redacta, nudus in forum prodiit, ac civibus ſuis liberam publicæ rei adminiſtrationem obtulit. At populus tantæ moderationis reverentia tactus, non modo integrum ei ſervavit jus regni, verum etiam rarum hoc animi regii temperamentum poſteritatis memoriæ commendandum putavit, nuda ei ſtatua in æde Junonis erecta: *Ælianus, lib. VI var. Hiſt. cap. 11.* De alia ejuſdem Gelonis regis ſtatua ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι, *in diſcincta tunica*, vide eundem *Ælian. lib. XIII var. Hiſt. cap. 37.*

Raram pietatem Cleobis & Bitonis, Argiæ ſacerdotis filiorum, meritiſſima laude priora ſæcula celebrarunt. Cùm enim illam ad ſolemne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta, extemplo Cleobis & Biton veſte poſita corpora oleo perunxerunt, atque ad jugum acceſſerunt. Ita ſacerdos advecta in fanum, cùm currus eſſet ductus à filiis, precata à Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſet à Deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes, ſomno ſe dediſſe ferunt, ac mane inventos eſſe mortuos. Præſtantiſſimorum itaque juvenum ſtatuas in perpetuam rei memoriam Delphico Apollini conſecravit antiquitas: vide *Herodotum, lib. I, cap. 31.*

Ferunt ſacerdotem quendam Vulcani, nomine Sethon, regno Ægypti potitum imminuiſſe jura militum Ægyptiorum, tanquam ſibi inutilium. Sanacharibo itaque Arabum Aſſyriorumque rege Ægyptum cum ingentibus copiis invadente, immorigeros atque ad imperia contumaces Ægyptiorum militum pugnaciſſimos bellum deſeruiſſe, ac Regi regnoque operam ſuam denegaſſe. Sacerdos in tanta rerum omnium deſperatione

fanum ingreſſus, ad ſimulachri pedes aliquamdiu proſtratus jacuit; donec per diverſos miſeræ mentis æſtus, & extremam languentis animi laſſitudinem altius obdormiſcenti, ſpecies aſſiſtentis atque auxilium ſpondentis Vulcani per ſomnum oblata eſt. Hoc inſomnio fretus Sethon, ipſe ſe confirmat, & obviis quibuſque inſtitoribus, opificibus, ac forenſibus hominibus aſſumptis Peluſium occupat, uſque dum non vanam tantæ ſpei fiduciam inſigne ſucceſſus inopini miraculum comprobavit. Siquidem immenſa murium agreſtium vis hoſtes adventantes in fugam egit, pharetris eorum, nec non clypeorum anſis, & arcuum nervis de nocte arroſis. Conſpiciebatur olim in templo Vulcani lapidea hujus Regis imago, muſculum tenentis manu; cum hac inſcriptione: ***In me quis intuens, pius eſto:*** vide Herodotum, lib. II, cap. 141.

Argonautis Propontidem tranſituris, Amycus Bebryciorum rex cum ingentibus copiis occurrit. Non auſis itaque Argonautis arma cum eo conferre, ſubduxerunt ſe in deſertum aliquem ſinum & ſylvis undique inſurgentibus opacum. Ibi ſtatim certam victoriæ ſpem conceperunt, poſtquam oculis eorum cœlitus oblata fuit ſpecies viri formidabilis atque aquilinis pennis undiquaque ſuccincti. Quamobrem ipſi ſe confirmantes arma capiunt; & reſumpta impigre pugna, occiſo Amyco, victoriam reportantes, ſtatuam ibi, ad ſimilitudinem oblati ſpectri, conſecrarunt; templum denique in tantæ rei memoriam inibi exſtruxerunt, atque id Soſthenium, à parta ibi ſalute, nominaverunt: ***Cedrenus, editionis regiæ*** 119, D.

Semiramis in urbe Hierapolitana (quæ nonnullis Edeſſa eſt) ad ſiniſtram templi Syriæ Deæ, ſive Junonis, ſtatuam ſuam eo habitu collocavit, ut ædem ipſam dextra veluti demonſtret ad eam appropinquantibus. Legem aliquando tulerat, ut ſe unam Syri omnes divinis honoribus proſequerentur, nulla cæterorum Deorum, atque ipſius etiam Junonis ratione habita. Quo facto, morbis & cladibus Deorum indignatione immiſſis, ab inſania Semiramis deſtitit, ſeſeque mortalem agnoſcens, ſubditis, ut ad Junonis cultum redirent, præcepit. Quamobrem etiam adhuc, inquit Lucianus de Dea Syria, tali habitu conſpicitur, Junonemque, ſe præterita, colendam eſſe admonet.

In Megalopolitano foro conſpiciebatur olim Polybii Lycortæ filii ſtatua, cum inſcriptione, Pervagatum eſſe amicum ac ſocium populi Romani omnes terras atque omnia maria; nihilque ab initio offenſuram fuiſſe Græciam, ſi Polybii conſiliis paruiſſet: jam vero graviter afflictæ unum illum præſidio fuiſſe: Pauſanias, lib. VIII *. Patronis alioqui frequenter ſtatuas ponebant veteres: ***Nemo, quamvis pro ſe dixerit***, inquit Seneca de Benef. V, 8, ***adfuiſſe ſibi dicitur; nec ſtatuam ſibi, tanquam Patrono, ponit.*** Apulejus Miléſ. III: ***Tibi civitas omnis pro iſta gratia honores egregios offert, nam & Patronum ſcripſit, & ut in ære ſtet imago tua decrevit.*** Statuis interim hiſce ut plurimum appenſa erat tabula varios honorum titulos complectens; de qua Juven. Sat. X, verſ. 57;

* Pag. 514, 56.

- - - *Mergit longa atque inſignis honorum*
Pagina - - -

ubi *longa atque inſignis honorum pagina* Scholiaſti eſt *Ænea pagina, quæ ante imaginem eorum ſtans, omnes eorum gradus honorum inſcriptos continet, quam nunc dicimus Patronatus tabulam.* Complures iſtiuſmodi tabulæ occurunt in Antiquarum inſcriptionum voluminibus.

Cùm Porſena rex ad Janiculum veniſſet, prohibitus eſt virtute Coclitis Horatii, ne Tiberim tranſiret: ſolus univerſam Hetruſcorum aciem, aliis interim ſublicium reſcindentibus pontem, ſuſtinuit: ponte rupto, armatus in Tiberim deſiluit; multiſque ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranavit: ***Rem auſus, plus famæ habituram apud poſteros, quàm fidei. Grata erga tantam virtutem civitas fuit, ſtatua in comitio poſita;*** Livius, lib. II ab U. C. Ergo ita honorata virtute, fœminæ quoque ad publica decora excitæ: etenim Clœlia inter plures alias virgines obſes Porſenæ data, cuſtodibus deceptis equum conſcendit, ducemque ſe reliquarum virginum agmini præbens, Tiberim tranavit. ***Romani novam in fœmina virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri, donavere. In ſumma Sacra via fuit poſita virgo inſidens equo,*** Livius ibidem: vide quoque ***Sen. Conſol. ad Marciam, cap.*** 16; ***Servium ad verſ.*** 544 ***octavi Æneid.*** Aliquanto tamen fuſior eſt Plinius ***libro*** XXXIV, ***cap.*** 6: ***Pedeſtres*** (ſtatuæ) ***ſine dubio Romæ fuere in auctoritate longo tempore. Equeſtrium tamen origo perquam vetus eſt; cum fœminis etiam honore communicato. Clœliæ etiam ſtatua eſt equeſtris, ceu parum eſſet togâ eam cingi: cum nec Lucretiæ nec Bruto, qui expulerant Reges, propter quos Clœlia inter obſides fuerat, decernerentur. Hanc primam & Horatii Coclitis publice dicatam crediderim: ante enim ſibi ac Sibyllæ Tarquinium & Reges ſibi poſuiſſe veriſimile eſt; niſi Clœliæ Piſo traderet ab his poſitam qui una obſides fuerant, redditis à Porſena in honorem ejus. E diverſo Annius Fœcialis equeſtrem, quæ fuerit*** &c. Plura habet Plinius ibidem, quemadmodum & Cap. proxime præcedente. Invenitur ſtatua decreta &

Taraciæ Cajæ ſive Suffetiæ virgini Veſtali, ut poneretur ubi vellet: quod adjectum non minus honoris habet, quàm fœminæ eſſe decretam. Meritum ejus, *Quod campum Tiberinum gratificata eſſet populo*, Plin. nat. Hiſt. lib. XXXIV, 6.

Sic M. Lepido Senatus Populusque Rom. pro maximis ejus plurimiſque in Rempublicam meritis, ſtatuam equeſtrem inauratam in Roſtris, aut quo alio loco vellet, collocare permiſit: vide Ciceronem, *Philippica quinta*; vide eundem, *Philippica decima tertia*, ubi teſtatur Senatum decreviſſe M. Lepido ſtatuam in Roſtris, cum inſcriptione præclara, *Quod ſilentio civile bellum confecerat*.

Æmilius Lepidus puer etiam tum, progreſſus in aciem, hoſtem interemit, civem ſervavit; cujus tam memorabilis operis index eſt in Capitolio ſtatua bullata & incinctâ prætexta S. C. poſita. Iniquum enim putavit, eum honori nondum tempeſtivum videri, qui jam virtuti maturus fuiſſet: vide *Valer. Maximum, lib.* III, *cap.* 1, *Exemp.* 1.

Non præteribo C. Octavium ob unum verbum, inquit Plinius, libro XXXIV, cap. 6. *Hic regem Antiochum, daturum ſe reſponſum dicentem, virga, quam tenebat forte, circumſcripſit, & priuſquam egrederetur circulo reſponſum dare coegit. In qua legatione interfecto, Senatus ſtatuam poni juſſit quàm oculatiſſimo loco in Roſtris.* Valde interim metuo ne Plinius hoc in loco memoriæ lapſu C. Octavium dixerit, quem C. Popilium appellat Val. Maximus, libri ſexti cap. 4. At de Cn. Octavii ſtatua hæc habet Cicero, Philippica IX: *Cn. Octavii, clari & magni viri, ſtatuam videmus in Roſtris. Nam cùm eſſet miſſus à Senatu ad animos Regum liberorumque populorum perſpiciendos, maximeque ut nepotem Antiochi regis (ejus, qui cum majoribus noſtris bellum geſſerat) claſſeis habere, elephantos alere prohiberet: Laodiceæ in gymnaſio à quodam Leptine eſt interfectus. Reddita eſt ei tum à majoribus ſtatua pro vita; quæ multos per annos progeniem ejus honeſtaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam ſola reſtaret.*

Miſcuit denario Triumvir Antonius ferrum. Igitur ars facta, denarios probare: *Tam jucunda lege plebi, ut Gratidiano vicatim totas ſtatuas dicaverint*, Plin. XXXIII, 9; atque hic eſt idem ille M. Marius Gratidianus memoratus *Senecæ, lib.* III *de Ira, cap.* 18; quemadmodum & *Ciceroni, lib.* III *de Officiis*. Vide locum.

Actiones quoque ex ſubita impetuoſi animi commotione profectas, honore ſtatuarum dignas quandoque judicaverunt. *Namque Semiramis Aſſyriorum regina, cùm ei circa cultum capitis ſui occupatæ nuntiatum eſſet Babylonem defeciſſe; altera parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam urbem in poteſtatem ſuam redegit. Quocirca ſtatua ejus Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tetendit*, Valer. Max. lib. IX, cap. 3, Ex. ext. 6. Ptolemæus denique rex vindictam ſumpturus de Arſinoë uxore, Dinochari opera, teſte Auſonio in Moſella, uſus eſt;

Juſſus ob inceſti qui quondam fœdus amoris
Arſinoen Pharii ſuſpendit in aëre templi.
Spirat enim tecti teſtudine Corus Achates,
Afflictamque trahit ferrato crine puellam.

Vide quoque Plinium, lib. XXXIV, cap. 14. Nec non Suidam in Μαγνῆτις. Cedrenum denique ad undecimum annum Theodoſii Imp. *Omnibus affectibus proſequenda ſunt bona exempla*, inquit Papinius Statius*, *cùm publice proſunt*. Ipſas itaque virtutes è ſuis olim imaginibus divinum ſplendorem ejectantes multa tum temporis admiratione multiſque laudibus proſequebantur mortales. Animi paullo erectiores per has animi corporumque creberrimas & celeberrimas imagines vel repugnantes rapiebantur ad ſuaviſſimos amplexus virtutum. Et hic quidem ſuæ rei ſummam agi laudatiſſimus quiſque præ ſe ferebat. Honorata virtus ſigni ſat erat, neminem, qui modo eam intra pectus receperat, inhonoratum dimitti. Quotquot itaque ſeræ poſteritatis memoriam reformidandam ſibi non putabant, æterna hæc animi & corporis monumenta poſteris relinquere geſtiebant: unde etiam præſumpta tanti præmii ſpes frigidiſſimos quoſque è latebris ſuis ad veræ fortitudinis laudem proliciebat. At hodie, hoc tanto decore extenuato, ipſa quoque virtus, ſi non omnino ſterileſcit, ac certe quodammodo relangueſcit. Sed ſatis querelæ, ad quam una me impulit admiratio illius ætatis, ad cujus mores ſi noſtri formarentur, nuſquam pro virtute eſſet inertiæ locus. *Præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent, ut non turpe honeſtumque, prout bene ac ſecus ceſſit, expetant fugiantve: cæteri, ubi laboris inertiæ, vigilantiæ ſomno, frugalitatis luxuriæ merces datur, eadem iſta, quibus alios artibus aſſecutos vident, conſectantur; qualeſque ſunt illi, tales eſſe & videri volunt, & dum volunt, ſunt*, Plin. Panegyr. *Non ſine ratione ſacra eſt magnarum virtutum memoria; & eſſe plures bonos juvat, ſi gratia bonorum non cum ipſis cadat*, Seneca de Benef. lib. IV, cap. 30. Præmia tamen virtutum ſancta & caſta eſſe oportet, neque ea aut cum improbis communicari,

* *In epiſt. ad Abaſcantium, quæ præmiſſa eſt libro quinto Sylvarum.*

aut in mediocres conferri; ſiquidem certum eſt minus homines virtutis cupidos fore, virtutum præmio nimis pervulgato. *Quia ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni; hinc factum eſt, ut ruſticis adhuc ſæculis optimi quique civium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur. Atque utinam nihil huic decori facilitas adulantium poſtea derogaſſet: quamvis paria non ſint, quæ diſpari arte quærantur*, Symmachus, lib. x, epiſt. 25. *Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri * cauſa perpetuitatem merentium: primo ſacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ †, ubi omnium qui viciſſent ſtatuas dicari mos erat: eorum vero qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant. Excepta deinde res eſt à toto orbe terrarum humaniſſima ambitione; & jam omnium municipiorum foris ſtatuæ ornamentum eſſe cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi ævo baſibus inſcribi, ne in ſepulchris tantum legerentur: mox forum & in domibus privatis factum atque in atriis. Honos* ‡ clientum *conſtituit ſic colere patronos*, Plin. xxxiv, 4. In bibliothecis etiam ex auro argentove, aut ſaltem ex ære dicabantur illi, quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquebantur. *Aſinii Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecit. An priores cœperint Alexandriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine inſtituêre, non facile dixerim*, Plin. xxxv, 2: vide quoque Suet. in Tiberio, cap. 70; quemadmodum & Plinium Juniorem, lib. iv, epiſt. 28. *Jam inter balnearia & thermas, bibliotheca quoque, ut neceſſarium domus ornamentum expolitur. Ignoſcerem plane, ſi è ſtudiorum nimia cupidine oriretur. Nunc iſta exquiſita & cum imaginibus ſuis deſcripta ſacrorum opera ingeniorum, in ſpeciem & cultum parietum comparantur*, Seneca, de Tranq. animi, cap. 9: vide locum. Quamvis autem defunctorum tantum imagines in publicis bibliothecis dicari mos eſſet, datum tamen hoc aliquando fuit reverentiæ litterarum, ut unius M. Varronis imago poneretur in bibliotheca ab Aſinio Pollione publicata: *Plin. nat. Hiſt.* vii, 30. In privatis vero bibliothecis vivorum quoque imagines poni ſolere, docet nos Martialis in ipſo ſtatim initio libri noni. Privata adhæc eruditorum muſæa magni alicujus viri imagine conſpicua fuiſſe, diſcas ex Ciceronis lib. iv, epiſt. 9 ad Atticum; *Litteris ſuſtentor & recreor*, inquit, *maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quàm in aliorum ſella curuli*. Senecam quoque magnorum virorum imaginibus ædes ſuas privatim inſtruxiſſe, liquet ex hiſce epiſtolæ lxiv verbis: *Multum egerunt qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt: ſuſpiciendi tamen ſunt, & ritu Deorum colendi. Quid ni ego magnorum virorum & imagines habeam, incitamenta animi, & natales celebrem? Quid ni illos honoris cauſa ſemper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt*. Ipſis denique melioris notæ libris effigiem ſcriptoris quandoque præfigebant. Martialis, lib. xiv, Epigramm. 186;

Quàm brevis immenſum cœpit membrana Maronem?
Ipſius vultus prima tabella gerit.

Apud majores denique *in atriis imagines erant, quæ ſpectarentur: non ſigna externorum artificum, nec æra, aut marmora: expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines quæ comitarentur gentilia funera; ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata* ‡ *vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Aliæ foris & circa limina animorum ingentium imagines, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori* ¶ *refringere liceret; triumphabantque etiam dominis mutatis ipſæ domus; & erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum*, Plin. xxxv, 2. *Sæpe audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere; quum majorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi. Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere; ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere; neque prius ſedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit*, Salluſt. bello Jugurth. Vide quoque Valer. Max. lib. v, cap. 8, Ex. 3. Quamquam non modo majorum ſuorum, verum etiam alieniſſimorum ſibi hominum imaginibus ad virtutem & gloriam præclaras mentes plerumque conſtet incitari. Ita Julius Cæſar, ſtatua Alexandri magni Gadibus in delubro Herculis conſpecta, multum ingemuit ac ſortem ſuam deploravit, quòd nullo adhuc præclaro facinore memoriam ſuam æternitati conſecraſſet: *Dio Caſſius, lib.* xxxv. Vide *Tranquillum in Julio, cap.* 7. Obſervandum tamen, quod non tantum in atriis majorum imagines repoſitas habebant, ſed frequenter etiam in annulis circumgeſtabant. Vecors ille Lentulus, Catilinæ in conjuratione ſocius, avi ſui imaginem annulo inſculptam

habuit:

* Induſtriæ cauſa, *habent vett. libri Voſſiani.*

† *Hoc eſt apud Græcos prope majus & glorioſius, quam Romæ triumphaſſe*, ut loquitur Tullius pro L. Flacco.

‡ Colentium, *habent vett. libri Voſſiani.*

‡ *Vide Senec. lib.* iii *de Benef. cap.* 28.

¶ Refigere, *habet vet. codex Voſſi.*

habuit: de quo ſic Tullius, Orat. III in L. Catilinam, *Oſtendi tabellas Lentulo, & quæſivi, cognoſceretne ſignum; annuit. Eſt vero, inquam, ſignum quidem notum, imago avi tui clariſſimi viri, qui amavit unice patriam & cives ſuos: quæ quidem te à tanto ſcelere, etiam muta, revocare debuit.* Et ſi forte nobilia portenta, teterrimis ignaviæ ac nequitiæ ſordibus imbuta, ab avitarum imaginum ſplendore degenerarent, non patiebatur eos juſta propinquorum ſeveritas fulgentiſſimam familiæ gloriam ultra obfuſcare. Filio certe Scipionis Africani, præclaram patris ac patrui gloriam erubeſcendæ turpitudinis maculis polluenti, *Propinqui e manu annulum, in quo caput Africani ſculptum erat, detraxerunt*, Valer. Max. lib. III, cap. 5, Ex. 1. Qui ſequebantur diſciplinam hujus vel illius Philoſophi, honorem hunc exhibebant ſectæ ſuæ auctori, ut imaginem quoque ejus in annulis haberent: *Epicuri imaginem non modo in tabulis noſtri familiares*, inquit Tullius, lib. V de Finibus, *ſed etiam in poculis & annulis habent.*

Cæterum ut bene de publico meritis ſtatuarum honorem olim tribuebant, ita ſtatuas male meritorum communi conſenſu disjiciebant. Juvenalis, Satyra X, verſu 56:

Quoſdam præcipitat ſubjecta potentia magnæ
Invidiæ, mergit longa atque inſignis honorum
Pagina, deſcendunt ſtatuæ reſtemque ſequuntur.
Ipſas deinde rotas bigarum impacta ſecuris
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Jam ſtrident ignes, jam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Sejanus: deinde ex facie toto orbe ſecunda
Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ, &c.

Non eſt interim cur Sejano, atque aliis ſimilibus diutius inſiſtam, cum longe majus exemplum nobis præbeat Imp. Domitianus. Notabilia nimirum ac pauciſſimis hactenus nota ſunt quæ Domitiani olim ſtatuis titulisque accidiſſe teſtatur Procopius, Hiſtoriæ arcanæ cap. 8: *Juſtinianus*, inquit, *Imperator, ut ſpeciem ejus univerſam ſummatim complectar, in plerisque omnibus referebat Domitianum Veſpaſiani filium; cujus improbitatem tantopere averſabantur Romani, ut ne quidem poſt laniénam ejus depoſuerint odium hominis, verum etiam Senatusconſulto caverint ne Cæſaris hujus nomen in titulis ullis conſignaretur, neque ulla ejus ſtatua ſuperſtes remaneret. Quamobrem quoque nuſquam Romæ vel alibi exoſi nominis inſcriptionem ullam videas, niſi olim forte cum aliis Principibus alicubi inſcriptam, neque ullum ejuſdem Imperatoris ſignum ullibi in Rom. imperio apparet, præter æneum unum, hac occaſione poſitum. Erat Domitiano uxor liberali ingenio prædita, & modeſtiæ decore præter cæteras ornata, quæ neque ipſa quemquam mortalium læſerat, neque unquam probaverat præter jus & fas à marito patrata. Hac propter illam plurimum ab omnibus dilectam Senatus accivit, juſſitque petere quicquid maxime ſibi gratum ac volupe foret impetrare. Illa vero id ſolum oravit, ut ſibi liceret cadaver Domitiani humare, atque unam ei ſtatuam æneam dedicare ubicunque vellet. Indulſit hæc ſupplicanti Senatus: at mulier, ſtudens poſteris relinquere monumentum inhumanæ crudelitatis eorum qui maritum excarnificaverant, hujuſmodi commento voti compos facta eſt. Collectis atque apte compoſitis Domitiani membris crudeliter dilaniatis diſtractisque, totum corpus de integro veluti conſutum oſtendit ſtatuariis, jubens eos vivam imaginem eorum quæ paſſus erat maritus imagine ænea repræſentare. Artifices nulla interjecta mora fecere imaginem, quam illa ſtatuit ad clivum Capitolinum, Domitiani ſpeciem fortunamque hac etiamnum ætate repræſentantem.*

§. 8. *Picturæ præcipua dignatio Romæ merevit (ut exiſtimo) à M. Valerio Maxim. Meſſala, qui princeps tabulam* picturæ prælii, quo Carthaginienſes & Hieronem in Sicilia devicerat, propoſuit in latere Curiæ Hoſtiliæ, anno ab Urbe condita quadringenteſimo nonageſimo. Fecit hoc idem L. Scipio, tabulamque victoriæ ſuæ Aſiaticæ in Capitolio poſuit. Idque ægre tuliſſe fratrem Africanum tradunt: iratum haud immerito, quoniam filius ejus illo prælio captus fuerat. Non diſſimilem offenſionem Æmiliani ſubiit L. Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat, ſitum ejus oppugnationemque depictam proponendo in foro, & ipſe aſſiſtens populo ſpectanti ſingula enarrando: qua comitate proximis comitiis Conſulatum adeptus eſt*, Plin. XXXV, 4. De Corn. Balbi triumpho vide Plinium, libro V, cap. 5. Pari ratione Agathocles rex equeſtrem ſuam pugnam in æde Minervæ depictam conſecravit, Cicero, lib. IV Acc. in Verrem. Sempronius quoque Gracchus, ſubacta Sardinia, formam inſulæ & in ea pugnarum ſimulachra picta in æde matris Matutæ dicavit; *Livius, lib. XLI ab U.C. Scripſit & Sylla dictator, ab exercitu ſe quoque* (obſidionali) *donatum apud Nolam, legatum bello Marſico. Idque etiam in villa ſua Tuſculana, quæ poſtea fuit Ciceronis, pinxit*, Plin. XXII, 6. Imperator quoque Maximinus non ſolum per litteras Senatui populoque Romano

Quid maxime illuſtraverit gloriam Picturæ.

* Pictam. vet. codex Voſſii.

mano

mano ſignificavit quàm feliciter Germanorum ferociam in paluſtribus locis contudiſſet, verum etiam vivam totius prælii ſpeciem maximis imaginibus delineatam ante Curiam dedicavit; ut non modo Romani omnem rei geſtæ ſeriem audire, ſed & coram quaſi intueri poſſent: *Herodianus, lib.* VII, & *Jul. Capitolin. in Maximinis. Mentor Syracuſanus in Syria leone obvio ſimpliciter volutante, attonitus pavore, cum refugienti undique fera opponeret ſeſe, & veſtigia lamberet adulanti ſimilis, animadvertit in pede ejus tumorem vulnusque, & extracto ſurculo liberavit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſis*, Plin. VIII, 16. *Agatharchus Athenis, Æſchylo docente Tragœdiam, primum ſcenam fecit, & de ea commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus & Anaxagoras de eadem re ſcripſerunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extenſionem certo loco centro conſtituto ad lineas ratione naturali reſpondere, uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in ſcenarum picturis redderent ſpeciem; & quæ in directis planiſque frontibus ſunt figurata, alia abſcedentia, alia prominentia eſſe videantur*, Vitruvius, in procemio libri ſeptimi. Henricus rex Saxonum ſuam de Hungaris victoriam ad Mereſburgum in ſuperiori cœnaculo depingi curavit, adeo, ut rem veram potius quàm veriſimilem videas: *Luitprandus, lib. ſecundo Hiſtor. cap.* 9. Vitruvius, in procemio libri ſeptimi: *Clariorem eam artem Romæ fecit gloria ſcenæ. Habuit Scena ludis Claudii Pulchri magnam admirationem picturæ; quum ad tegularum ſimilitudinem corvi decepti imagine advolàrunt*, Plin. XXXV, 4; vide quoque Valer. Max. lib. II, cap. 4, ex. 6. *Scena aut verſilis erat, aut ductilis. Verſilis tunc erat, cùm ſubito tota machinis quibuſdam convertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat. Ductilis tunc, cùm tractis tabulatis hac atque illac, ſpecies picturæ nudabatur interior*, Servius, ad verſ. 24 libri IV Georg. Καταβλήματα, ὑφάσματα ἢ πίνακες ἦσαν, ἔχοντες γραφὰς τῇ χρείᾳ τῶν δραμάτων προσφόρους: *Catablemata, texturæ aut tabulæ erant, ad fabularum dramaticarum uſum*, Pollux, lib. IV Onomaſt. cap. 19, §. 2: & aliquanto ante, Τὸ ὑποσκήνιον κίοσι καὶ ἀγαλματίοις κεκόσμητο πρὸς τὸ θέατρον τετραμμένον, ὑπὸ τὸ λογεῖον κείμενον: *Hypoſcenium columnis & imaginibus ornatum erat, ad theatrum converſum, pulpito ſubjacens.* Heſychius quoque, Ἀναδείγματα, τὰ ἐν ταῖς τραγικαῖς σκηναῖς εἴδωλα δεικνύμενα: *Anadigmata ſunt picturæ quæ in tragicis ſcenis oſtenduntur.* Athenienſibus Demetria feſta in honorem Demetrii celebrantibus, Regem ipſum in proſcenio depinxerunt orbi terrarum veluti equo inſidentem: *Athenæus, lib.* XII, *cap.* 9. Quæ hactenus de multiplici Artium imitatricium uſu dicta ſunt, abunde ſufficere judicarem, niſi paſſim apud bonos auctores occurrerent aliquæ affinium Artificiorum ſpecies, quarum ipſa varietas oblectandis, ac ſubinde quoque inſtruendis animis non inidonea videretur.

Phrygionum textorumque Picturæ.

§. 9. Acu pingere veſtes *Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt*, Plin. VIII, 48. Quamquam Ægyptiis quoque gloriam hanc tribuit Lucanus, *lib.* X*. Verum de his alibi uberius. Iſidorus Peluſiota, lib. II, epiſt. 146: Καὶ ζωγράφοι καὶ ὑφάνται, οἱ τὰς Σηρῶν ὑμένας ἐξεργαζόμενοι, πολλοῖς χρώμασί τε καὶ νήμασι τὰς ἑαυτῶν τεχνουργίας ποικίλλουσιν εἰς τελείαν εἰκόνος ἢ ἐσθῆτος συμπλήρωσιν: *Et Pictores, & Textores, qui Serum ſubtiliſſimas veſtes conficiunt, plurimis tam coloribus quàm telis commenta ſua artificioſa variegare ſolent in abſolutam imaginis aut veſtimenti perfectionem.* Textilis Picturæ meminit Tullius, in ipſo ſtatim initio libri quarti in Verrem: *Nego ullam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit.* Macrob. Saturnal. V, 17: *Pictores fictoreſque, & qui figmentis liciorum contextas imitantur effigies.* Lucretius, lib. II, verſ. 34:

* Verſ. 342.

Nec calidæ citius decedunt corpore febres,
Textilibus ſi in picturis, oſtroque rubenti
Jacteris, quàm ſi plebeja in veſte cubandum eſt.

Valer. Maximus, lib. IX, cap. 1, Exem. ext. 4: *Antiochi regis Syriæ exercitus tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit.* Ovid. VI Metamorph. verſ. 86, in Palladis & Arachnes certamine:

Quattuor in partes certamina quattuor addit,
Clara colore ſuo, brevibus diſtincta ſigillis.

Exemplum textilis hujus picturæ quondam exhibuere Acanthina veſtimenta, Alexandrina tapeta, Arcadici pilei, Attalicæ veſtes, ſive Aulæa, Babylonica texta, Campanica periſtromata, Ceſtus Veneris, Chlamydes militares, Diademata regum Ægyptiorum, Judaica vela, Labarum, Peplum Minervæ, Perſica periſtromata, Regum purpuræ, Togæ pictæ.

Acanthina veſtimenta ornantur & conficiuntur arte in imitationem acanthi, flexibilis virgulti: vide Servium, ad verſ. 653 primi Æneid.

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Alexan-

Alexandrina tapetia. Plautus, Pſeudolo, Act. I, Sce. *Exite, agite, ite,* &c.

Ita ego veſtra latera loris faciam ut valide varia ſint,
Ut ne periſtromata quidem æque picta ſint Campanica,
Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

Arcadico pileo quondam uſus eſt Menedemus Cynicus, qui portentoſa quadam vel ingenii, vel diſciplinæ immanitate in feritatem uſque adeo monſtroſam prorupit, ut aſſumpto Furiali habitu circumiret, dicens ex Orco ſe inſpectorem adeſſe eorum quæ perperam inter homines fiunt, ut remeans infernis dæmonibus viſa ſibi renuntiaret: veſtem ſubfuſcam atque in imos uſque pedes deſcendentem punicea adſtringebat zona; caput ejus tegebat pileus Arcadicus, intexta habens duodecim principia *; utebatur quoque cothurnis tragicis, alebat adhæc barbam prope ad pubem uſque promiſſam; fraxineam interim virgam concutiens manu: vide *Laertium, ſub finem libri ſexti.*

* Εἶχεν ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα ζώδια.

Attalicarum veſtium meminit Plinius, VIII, 48. Veſtibus aurum intexere *invenit Attalus rex*, inquit, *unde Attalicis nomen.* Silius tamen Italicus, ſub finem libri XIV, aulæa Attalica acu picta refert,

Quæque Attalicis variata per artem
Aulæis ſcribuntur acu.

Aulæa, ſunt vela picta, quæ ideo dicta, quod primum in aula Attali regis Aſiæ inventa ſunt: *Servius, ad verſ. 701 primi Æneid.* Catullus, Carm. LXV, quod inſcribitur Argonautica, multis deſcribit aulæum continens hiſtoriam Ariadnæ à Theſeo derelictæ:

Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris
Heroum mira virtutes indicat arte.
Namque fluentiſono proſpectans littore Diæ
Theſea cedentem, &c. uſque ad
Talibus amplifice veſtis decorata figuris
Pulvinar complexa ſuo velabat amictu.

Babylonica texta. Plin. VIII, 48: *Babylon colores diverſos picturis intexere maxime celebravit, & nomen impoſuit.*

Campanica periſtromata & *Alexandrina tapetia* conjunxit Plautus, in eo loco quem paullo ante ex Pſeudolo ejus adduximus.

Ceſtus, muliebre ornamentum varie interpunctum, vel acu pictum. Præcipue tamen denotat balteum Veneris nuſquam non ſcriptoribus memoratum: vide *Valer. Flaccum, VI Argonaut. verſ.* 470; vide quoque *Heſychium in* Κεστὸς, *& in* Κυθήρεια; *Etymologicum in* Κεστὸς, *& in* Κύπρις; *Suidam in* Κεστὸς; *Notas Rigaltii in Strategicum Onoſandri.*

Chlamydas militares, ſagulaque equeſtria picturata, nec non reliquam omnis generis armaturam auro argentoque inductam induſit elegantiarum ſtudioſiſſimis Achæis princeps eorum Philopoemen, quo mentes popularium à frivolis luxuriæ apparatibus ad neceſſariam honeſtamque decoræ armaturæ curam traduceret: exiſtimans ſe hac ratione militaribus animis additurum alacritatem. Neque eum ratio fefellit. Ἡ γὰρ ὄψις αὕτη, inquit Plutarch. in Philopoemene, τὸ θάρσος αὔξουσα, καὶ παρακαλοῦσα τὴν ὁρμὴν, ἐποίει φιλοπαραβόλους καὶ προθύμους ἐπὶ τοὺς κινδύνους· ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις θεάμασι πολυτέλεια, τρυφὴν ἐπάγεται καὶ μαλακίαν ἐνδίδωσι τοῖς χρωμένοις, ὥσπερ ὑπὸ κνισμῶν καὶ γαργαλισμῶν τῆς αἰσθήσεως συνεκκλώσης τὴν διάνοιαν· ἡ δ' εἰς ταῦτα, ῥώννυσι καὶ μεγαλύνει τὸν θυμόν· ὥσπερ Ὅμηρος ἐποίησε τὸν Ἀχιλλέα, τῶν καινῶν ὅπλων παρατεθέντων ἐγγὺς ὑπὸ τῆς ὄψεως, ὀργῶντα καὶ φλεγόμενον πρὸς τὴν δι' αὐτῶν ἐνέργειαν: *Ipſa enim ſpecies animos incendebat eorum & alacritatem excitabat, unde periculorum contemptores & prompti ad ſubeunda diſcrimina evaſerant: Quippe profuſio aliis in rebus voluptatem producit, & animos enervat utentium, quaſi per ſtimulos & titillationes animum ſenſu infringente. Contrà impenſa in hujuſmodi res corroborat eum extollitque. Sicut Achillem induxit Homerus novis armis prope ſub oculis poſitis, quaſi exultantem & ardentem, ut ea in opus educeret.* Simile quid de Xenophonte tradit Ælianus, lib. III var. Hiſtor. cap. 24: vide Virgil. V Æneid. verſ. 250 & ſeqq. quemadmodum & IX Æneid. verſ. 582. De picta chlamyde regis Demetrii vide Athenæum, lib. XII, cap. 9. Thoracem lineum ac mirabili diverſiſſimorum animalium textura conſpicuum Lacedæmoniis dono miſit Amaſis rex Ægypti, cui ſimilem alium in Lindo idem Amaſis dedicavit Minervæ: vide *Herodotum, lib.* III, *cap.* 47; vide locum. Quale chlamydis inſigne à Rom. Imperatore acceperint Satrapæ, qui præficiebantur parti Armeniæ Romanis ſubditæ, docet Procopius *de Ædificiis Juſtiniani, lib.* III, *cap.* I.

Diademata Regum Ægyptiorum variegata fuerunt imaginibus aſpidum, mortifero ſæviſſimi

ſævisſimi animalis morſu gravem invictamque offenſi ſemel Regis potentiam adumbrante. Ælian. lib. VI de Animalibus, cap. 38: *Τῶν ὑπ᾽ ἀσπίδος δηχθέντων ἢ μνημονεύεται οὐδεὶς ἐξάντης γεγονέναι τοῦ κακοῦ· ἐνθένδε τοι καὶ τοὺς βασιλεῖς ἀκούω τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῶν διαδημάτων φορεῖν πεποικιλμένας ἀσπίδας, τῆς ἀρχῆς αἰνιττομένους τὸ ἀνίκητον ἐκ τῆς τοῦ ζώου μορφῆς*: *Nemo unquam ab aſpide morſus evaſiſſe memoratur. Et audio quod iccirco reges Ægyptiorum pictas aſpides in diadematibus gerant, ex ejus beſtiæ forma regni invictam vim adumbrate ſignificantes.* Niſi malis diadematis hujus originem referre ad aſpidem Bocchoridis Ægyptii, cui natura aſperiori neceſſitatem vere judicandi impoſuit Iſis, miſſa aſpide quæ cingeret caput ejus, frontemque minitabunda obumbraret: vide *Plutarchum*, περὶ δυσωπίας.

Judaica vela, nimiis monſtris notabilia. Meminit horum Claudianus, lib. I in Eutropium, verſ. 355:

> - - - *Jam frugibus aptum*
> *Æquor, & aſſuetum ſylvis delphina videbo;*
> *Jam cochleis homines junctos, & quicquid inane*
> *Nutrit Judaicis quæ pingitur India velis.*

Labarum olim textilem Chriſti picturam præferebat, ut eſt apud Aur. Prudentium, lib. I contra Symmachum:

> *Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro*
> *Signabat labarum.* - - -

Vide Lilii Gyraldi Dialogiſmum XXV.

Peplum Minervæ, quod Athenienſes in Panathenaïcis quinto quoque anno circumferebant: vide *Suidam in* Πέπλος. Virgil. Ceiri, verſ. 29:

> *Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ;*
> *Magna Giganteis ornantur pepla tropæis;*
> *Horrida ſanguineo pinguntur prælia cocco;*
> *Additur aurata dejectus cuſpide Typho,*
> *Qui prius Oſſæis conſternens æthera ſaxis,*
> *Emathio celſum duplicabat vertice Olympum.*
> *Tale Deæ velum ſolenni in tempore portant.*

Vide ſis Joſ. Scaligerum in hæc verba. Adi quoque Meurſii librum ſecundum Atticarum lectionum, cap. 12; & Panathenæa ejuſdem, cap. 18.

Perſica periſtromata quandam cum Judaicis velis affinitatem habuiſſe, docet nos Heſychius in ἱππαλεκτρυών.

Regum purpuræ. Divus Hieronymus, Epiſt. famil. lib. II, epiſt. 15: *Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas, patibuli ſalutaris pictura condecorat.*

Togæ pictæ. Iſidorus Originum lib. XIX: *Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hoſtibus palmas. Vocabatur & Toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.* Sidonius Apollinaris *:

> - - - *Meritisque laborum*
> *Poſt palmam palmata venit.* - - -

Vide Feſtum, in *Picta quæ nunc toga* &c. Dicebatur etiam Triumphalis, quoniam ea triumphantes utebantur. Nam, ut recte obſervavit Turnebus, Adverſar. v, 9, Metellus à Valerio † in veſte Palmata, à Salluſtio in Picta, à Plutarcho ἐν θριαμβικῇ convivia celebraſſe dicitur. Frequenter quoque nominabatur Tunica Jovis, Ornatus Jovis, Exuviæ Jovis, teſte Servio ad verſ. 27 Eclogæ x. Juvenal. Satyra x, verſ. 38,

> *In tunica Jovis.* - - -

Livius lib. x ab U. C. in oratione P. Decii: *Qui Jovis opt. max. ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium aſcenderet.* Suetonius in Auguſto, cap. 94, de ſomnio Octavii: *Videre viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine & ſceptro, exuviiſque Jovis opt. max. ac radiata corona ſuper laureatum currum bis ſenis equis candore eximio trahentibus.* Quod vero Triumphalis nomina hæc obtinuerit à ſimilitudine tunicæ Jovis, perſpicuum eſt ex ea deſcriptione ornatus Jovis, quam habes apud Sidonium Apollinarem, Carm. XV, quod eſt Epithalamion Polemio & Araneolæ dictum, verſ. 126:

> *At parte ex alia textrino prima Minervæ*
> *Palla Jovis rutilat.* - - -

Inſpice locum, & intelliges Jovis ornatum non fuiſſe ὁλοπόρφυρον, *plane purpureum*, ſed varia ei emblemata, diverſiſſimaſque picturas fuiſſe intextas, unde ipſi purpuræ decor quidam accedebat. Pari ratione Pauſanias lib. v, pag. 306, 13, ornatum Jovis Olym-

pii

* In ipſo ſtatim initio Panegyrici Jul. Valerio Majorano dicti.

† Lib. IX. cap. 10. Ex. 5.

pii deſcribens: Τῷ ἱματίῳ, inquit, *ζώδιά τε καὶ τῶν ἀνθῶν τὰ κρίνα ἐστὶν ἐμπεποιημένα*: *Tunicæ & animalcula, & ex floribus lilia ſunt intexta.* Ab hujus igitur Olympii Jovis ornatu exemplar variegatæ illius tunicæ, qua Jovem ornabant, petiiſſe Romani viderentur, niſi eos conſtaret togam pictam, quemadmodum & pleraque alia magiſtratuum inſignia, Hetruſcis debere. Macrobius, Saturnal. II, 6: *Tullius Hoſtilius Hoſti filius, rex Romanorum tertius, debellatis Etruſcis, ſellam curulem lictoresque & togam pictam atque prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Etruſcorum erant; primus, ut Romæ haberentur, inſtituit.* Salluſt. Catilin. *Majores noſtri inſignia magiſtratuum ab Tuſcis pleraque ſumpſerunt.*

§. 10. Portæ urbium & privatarum ædium januæ Minervæ olim Pictura conſpicuæ erant, quemadmodum in ipſo ſtatim ſuburbiorum introitu Martem depingebant; invenientes Minervæ conſilio prudentiaque intra urbis mœnia ac privatos familiæ cujuſque parietes cuncta adminiſtranda: Martis vero patrocinio indigere, quæ extra urbem erant: Scholiaſtes in Æſchyli ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις; Tzetzes ad verſ. 356 Lycophronis Caſſandræ. Quod Troja equi ſtratagemate expugnata eſſe dicatur, ex eo quidam putant ortum, quòd porta, quam Græcis Antenor aperuit, equum habuerit pictum; vel certe Antenoris domus, quo poſſet agnoſci: *Servius, ad verſ. 15 ſecundi Æneïd.* Quidam tamen pro arbitrio ac lubitu quidvis in ædium ſuarum januis depingebant: unde Auſon. Epigramm. 25 notat vanitatem hominis obſcuriſſima ſordidæ originis initia antiquis Romuli ac Remi nominibus velantis:

Veteres ornamenta Picturæ variis rebus adjecerunt.

Quidam ſuperbus opibus & faſtu tumens,
Tantumque verbis nobilis,
Spernit vigentis clara ſæcli nomina,
Antiqua captans ſtemmata:
Martem, Remumque, & conditorem Romulum,
Primos parentes nuncupans.
Hos ille Serum veſte contexi jubet,
Hos cælat argento gravi;
Ceris inurens januarum limina,
Et atriorum pegmata.
Credo, quod illi nec pater certus fuit,
Et mater eſt vere lupa.

In foro Auguſti introeuntibus ad ſiniſtram fuit Bellum pictum, & Furor ſedens ſuper arma, æneis catenis vinctus, eo habitu quem deſcribit Virgil. primi Æneid. verſu 299; ad quem locum vide Servium.

Canis ingens catena vinctus, non longe ab oſtiarii cella, in pariete erat pictus, ſuperque quadrata littera ſcriptum, CAVE. CAVE. CANEM. Arbiter Satyrico.

Palatium ſuum Theudelinda regina Langobardorum in Modicia condidit, qui locus ſupra Mediolanum duodecim millibus abeſt; atque in eo aliquid & de Langobardorum geſtis depingi fecit. In qua Pictura manifeſte oſtenditur, quomodo Langobardi eo tempore comam capitis tonderent; vel qualis illis veſtitus, qualiſve habitus fuerit: ſiquidem cervicem uſque ad occipitium radentes nudabant, capillos à facie uſque ad os demiſſos habentes, quos in utramque partem in frontis diſcrimine dividebant. Veſtimenta vero eis erant laxa & maxime linea, qualia Anglo-Saxones habere ſolent, ornata inſtitis latioribus, vario colore contextis. Calcei vero eis erant uſque ad ſummum pollicem penè aperti, & alternatim laqueis corrigiarum retenti. Poſtea vero cœperunt hoſis uti, ſuper quas equitantes tubrugos birreos mittebant: ſed hoc de Romanorum conſuetudine traxerunt: *Paulus Diaconus, de geſtis Langobard. lib IV, cap. 23.*

Pleræque ædes barbarorum Aſiam incolentium depictam habebant admirandam illam & repertis ad aurium voluptatem commentis ſimillimam Zariadris atque Odatidis hiſtoriam; quam nos hîc, minime multis notam, Athenæi veſtigiis inſiſtentes, recenſebimus. Hyſtaſpes & frater ejus natu minor Zariadres, cùm eſſent omnium ætatis ſuæ formoſiſſimi, ob inſignem exſuperantis formæ gratiam ex Venere atque Adonide procreati ferebantur. Hyſtaſpes imperitabat Mediæ, & univerſo tractui Mediæ ſubjecto. Zariadres regionem omnem quæ eſt ſupra portas Caſpias adusque Tanaim obtinebat. Provinciis ultra Tanaim præerat Omartes, cujus filia Odatis una inter omnes iſtius ſæculi pulchras excellebat. Zariadres forte incredibili Odatidis in ſomnis ſibi viſæ amore flagrare cœpit: Odatis vieiſſim Zariadrem, non niſi nocturno viſu conſpectum, ſupra omnes amorum fabulas ultraque affectionis humanæ fidem deperibat. Amore illo quotidie magis ac magis, occulto quodam animorum motu & publico famæ præconio, utrimque gliſcente, Zariadres, miſſis ad Omartem nuntiis, filiam ejus in matrimonium ſibi depoſcit. Renuit Omartes, quoniam prole maſcula deſtitutus, non ad alienigenam, ſed ad

M aliquem

aliquem ex agnatis & popularibus regnum devolvi præoptabat. Jamque non generum modo, ſed & nepotes cogitans, ipſa oblectatione incitabatur ad dulciſſimum votum; ac parvo temporis ſpatio intermiſſo convocatis omnibus conſanguineis ac præcipuis Regni ſui proceribus, ingentes inſtruit epulas, veluti nuptias filiæ celebraturus, ſuppreſſo tamen ſponſi nomine. Impigre ad conſtitutam diem convenerant propinqui & purpurati: ad tantæ adhæc rei ſpectaculum non modo homines, ſed prope regiones ipſæ confluxiſſe videbantur, aliquanto etiam latius excitatæ, quàm ipſius vicinitatis nomen ac termini ferrent: circumſteterat interim palatium publica & magni ſecreti impatiens exſpectatio; neque erat quiſquam omnium, qui non teneretur miro atque incredibili deſiderio videndi quemcunque beatum illum, & Principali faſtigio Fortuna ſuffragante inducendum. Cæterum Rex, erectos ſuſpenſoſque omnium animos arte quadam tractans, omiſſa mentione nuptiarum, de ſolo magnificentiſſimi atque opimioris convivii apparatu cogitaſſe videri volebat. Itaque omnes ferme ab ea cura, quam Regem jam depoſuiſſe putabant, animum cogitationemque avocant. Diſcumbitur interim ab univerſis; celebratur omnium ſermone lætitiaque convivium; poſt minuta & rorantia primæ menſæ pocula, fit ſermo inter eos & invitatio, ut ſe affluentius vino inundarent; ipſo denique Rege hortante poſcerent capacioribus poculis, ſtatim etiam cœptum eſt immanioribus ſcyphis miniſtrari; volantibus itaque meracis potionibus, convivisque omnibus prodiga libidine in omnem intemperantiam effuſis, reſultantia quoque perpotantium vocibus tecta perſonabant, nihilque tantis clamoribus ſatis clauſum. Poſteaquam ſatis calere res viſa eſt Regi, filiam ſuam derepente jubet intro vocari, convivis omnibus attonitis, atque animos cogitationesque ſobriorum hominum paulliſper reſumentibus. Ibi tum Rex, omnium in ſe vultibus auribusque converſis; Ego te, Odati, matrimonium reipublicæ debentem & nullo adhuc ſuſpirantem affectu, imperio meo in hoc ſubjici nolo, ut ex arbitrio patris tui nubas. Quis enim amare alieno animo poteſt? Cæterum advocavi præcipua florentiſſimi hujus Regni ornamenta, ita æquabiliter ſeu dignitate ſeu moribus elucentia, ut generis claritatem animorum vigore ſuperare, & acceptam à majoribus gloriam plurimis virtutibus auxiſſe judicentur. Præſto eſt totius ditionis noſtræ flos; datur tibi lectiſſimæ juventutis principes oculis, dum accumbunt, otioſe obire; omnes adhæc idem cupiunt; te unam timidiſſimo tacitorum votorum murmure ſibi quiſque expetit. Circumfer oculos, ac tecum penſita quem apud te priores partes habere velis; ipſa elige cum quo ætatem agas, ipſa comitem curarum & voluptatum omnium perpende. Hic nuptiis dictus eſt dies. Reliquum modo eſt ut phialam auream impleas vino, te ipſam tantique indubitatam ſpem Regni cum phiala pariter tradens ei, quem animo tuo præter cæteros complacuiſſe ſenties, virumque ſatis tibi firmum fore ſperabis. Nos fauſtis acclamationibus noſtram quoque ſignificabimus voluntatem, cœlum atque omnes Deos conteſtantes, ut non modo vobis integram & ſuperſtitem iniquorum ſobolem largiantur, verum etiam ut per vos longamque ſeræ poſteritatis lineam genti Medorum proſpera omnia; id eſt, digna ſanguine noſtro contingant. Difficile dictu eſt quæ tunc in caſu tam ancipiti miſerrimæ atque improviſo turbine perculſæ virginis mens, quæ temporis illius cogitatio fuerit, cum non ſolum animo commota, verum etiam toto corpore perhorreſcens inter plures & juxta inviſos incerta æſtimatione diſcurreret, atque in tanta rerum omnium confuſione unum illum, cujus nocturnam imaginem fatali quadam præſagientis animi divinatione ad ſpem haud dubiam retrahebat, requireret oculis. Nihilominus compoſita in obſequium & cunctabunda lentaque manu, ne patris ſui deſtinatis contumaciter adverſari videretur, vinum miſcens, fractum interim animum qualicunque ſpe videndi Zariadris erigebat; quandoquidem volucrem ad eum nuntium de præſtituta nuptiarum die miſerat. Commodum ad ripam Tanais metabatur caſtra Zariadres, cùm adamatæ ſibi Odatidis periculum negligentiam ſuam non manere intelligens, eodem veſtigio ſe cum ſolo auriga exercitui ſubducit, & fluvio intempeſta nocte tranſmiſſo, atque octingentis ſtadiis vehiculo ſtupendæ celeritatis citatim permenſis, currum ſimul cum auriga prope urbem, in qua nuptiæ celebrabantur, relinquit; ipſe ſtola Scythica ornatus recta petit Regiam, & ſedula ultro citroque curſitantium turba in genialia feſtæ domus penetralia perductus, deflexit ſtatim oculos ad abacum, quem tremulo aureorum atque argenteorum calicum ſplendore coruſcantem luculenta flentis phialamque auream languida manu protendentis matronæ pulchritudo penitus exſtinxerat; quumque Zariadres timeret fidem oculorum, ne quid temere faceret, propius acceſſit, agnitamque Odatidem ſubmiſſa ſtatim voce compellans, Erige animum, inquit, attolle triſtiſſimam faciem, Odatis mea; adſpice inclamatum tibi Zariadrem, certiſſimum voti, laboris, ſollicitudinis ſocium. Odatis inter laſſa ſuſpiria atque anhelos ſingultus vultum lachrymis ubertim manantibus obſcuratum ad nomen Zariadris obiter attollens, & conniventibus quaſique poſt longinquam aciem per media intervalla caligantibus oculis conſpicata peregrinum hominem, qui ætatem ac formam nocturnæ imaginis mira ſimilitudi-

ne

ne exſcripſerat, inoplnato gaudio ſuo quantum res patiebatur indulgens, phialam novo hoſpiti oppido quam libens obtulit. Locus & tempus non dabant longiores conſultandi moras. Eo rapidius inſtitit deſtinatis Zariadres, ne quidem deliberans, ut videretur cunctatus, verum ſtatim ab extrema parte verbi accepta phiala, virginem quoque in ultimum jam diſcrimen adductam velocitate tanto amori debita abripuit, ſponſaque ſua, nemine prohibente aut fugam demorante, in currum ſemel recepta, nihil ſibi ad celeritatem fecit reliqui. Cunctos interea vino epuliſque deditos & ſolita convivio celebrantes obſcura ſpes & cœca tanti eventus exſpectatio ſuſpenſos tenet; alii alios adſpiciunt, capita ſollicite conferunt; mirantur quid regiam virginem tam diu detineat; crebro circumſpectant; inter ſe nonnihil ſubinde muſſitant: ipſe etiam Rex, pertæſus lentitudinis, increpat odioſe nimis ceſſantem filiam, neque deſiſtit eam impatientiſſima rauci clamoris indignatione ſatis pro imperio minaciter flagitare, donec aliquo conceſſiſſe nuntiatum eſt. Habebant quidem famuli non ſtulti, quo illos duceret conjectura, & integri ſervorum atque ancillarum abacum undiquaque circumſtipantium greges uſque adeo multa atque in tantum arguta mutui amoris indicia in advena & regia virgine notaverant, ut res nequaquam celari poſſe videretur: ſed omnes inauditam blandiſſimi furti temeritatem prono favore proſequentes, omnia ſibi raro quodam humaniſſimæ taciturnitatis rigore putaverunt eſſe cohibenda; quin etiam ſciſcitante Rege infinitæ iſtius cunctationis & ſeceſſus intempeſtivi cauſam, negaverunt ſibi conſtare quonam ſe proripuiſſet Odatis, neque eum in ulla inquiſitionis veſtigia induxerunt. Univerſi Aſiam incolentes barbari totum mirificæ narrationis contextum liberiore egreſſu memorari ſibi gaudent; adprime adhæc nobiles filiabus ſuis Odatidis nomen imponere geſtiunt; in pluribus denique templis, baſilicis, privatiſque ædibus pictam decantati amoris hujus imaginem, tanquam digniſſimum ſaluberrimumque imitationis exemplum, ſpectatoribus exhibere ſolent: *Athen. lib.* XIII *Deipnoſoph. cap.* 5.

Tabernarum ſigna picta. *C. Julius cum Helmio Manciæ ſæpius obſtrepenti ſibi diceret, jam oſtendam tibi qualis ſis, iſque plane inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet; digito demonſtravit imaginem Galli in ſcuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum*, Quintil. lib. VI Orat. inſtitut. cap. 3.

In pluribus Tabernis muſtelarum ac murium pugna depicta viſebatur: vide *Phædrum, fabula* LXIV.

Veſta filia Saturni prima invenit rationem ædificandi. Eam intus in ipſis ædibus pingebant, ut eas contineret atque inhabitantium præſes eſſet. Pari quoque ratione ἐφέστιον Δία vocant, cui ædium tutelam adſcribunt. Ἡ ἑστία θυγάτηρ ὑπὸ Κρόνου, καθεξῆς τὴν οἰκίαν ἔθρωσε· ἣν ἔθος τῶν οἴκων ἔγραφον, ἵνα τούτους συνέχῃ, καὶ τῶν οἰκούντων εἴη φύλαξ· οὕτω καὶ ἐφέστιον Δία καλοῦσιν, ὡς ἐν φυλακῇ τῶν οἴκων γράφοντες: Scholia in Plutum Ariſtophanis. *Herceus Juppiter intra conſeptum domus cujuſque colebatur, quem etiam Deum penetralem appellabant*, Feſtus.

Areopagitica gymnaſia Philoſophorum Pictura conſpicua fuiſſe teſtis eſt Sidonius Apollinaris, lib. IX, epiſt. 9.

In thermarum quoque calidiſſima parte M. Agrippa marmoribus incluſerat parvas tabellas, Plinius XXXV, 4.

Agrippa ſingulari cura compluribus ſalientibus aquis inſtruxit Urbem. Idem Virginem in agro quoque Lucullano collectam Romam perduxit. *Virgo appellata*, inquit Frontinus de Aquæductibus Romæ, *quod quærentibus aquam militibus, puella virguncula quaſdam venas monſtravit, quas ſecuti qui fodiebant, ingentem aquæ modum invenerunt. Ædicula fonti appoſita hanc virginem pictam oſtendit.*

Nullus ſine Genio locus eſt, inquit Servius ad verſum 85 lib. V Æneid. *qui per anguem plerumque oſtenditur.* Perſius,

Pinge duos angues: pueri, ſacer eſt locus, extra
Mejite - - -

Perſii locus, quem citat Servius, eſt Satyr. 1*, ad quem locum Cornutus, *Mos erat ut* * verſ.
tabernarii, cupientes terrere pueros, ne mingerent per ſtationum ſuarum angulos, pin- 113.
gerent ſupra duos angues: deinde interdicerent micturientibus, oſtendentes religionem loci, per quod deſignat ſacrum.

De peculiaribus denique portarum, domorum, thermarum & ſtabulorum Geniis agit Prudent. lib. II contra Symmachum,

Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum?
Quum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios; perque omnia membra

Urbis, perque locos Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus unus ab umbra.

Juvenalis Satyra VIII, verſ. 157;

- - - Jurat
Solam Eponam, & facies olida ad præſepia pictas.

Recreati à morbo, in tabula depictum habebant Æſculapium, ut grata memoria ſalutaris numinis cultum proſequerentur: *Libanius, Declamat.* XXXIX. In templis quoque aliorum Deorum, quos propitios ſibi ſenſerant in morbo, ſuſpendebant pictas tabellas. In Iſidis æde frequentiſſimas eas fuiſſe, diſcimus ex Tibulli *lib.* I, *Eleg.* 3: vide ſis Caſaubonum, *Commentario in Perſii Satyram* I, *verſ.* 89.

Naufragorum & cauſas agentium tabellas alibi attigimus. Mannii quoque Curii accuſator in Sipario omnibus locis, aut nudum eum in nervo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxit: vide *Quintil. lib.* VI *Orat. inſtitut. cap.* 3.

Tutela navis committebatur certo alicui Deo in puppe depicto. Virgil. X Æneid. verſu 171:

- - - Aurato fulgebat Apolline puppis.

Valer. Flaccus, lib. VIII Argonaut. verſ. 292:

Puppe procul ſumma vigilis poſt terga magiſtri,
Hæſerat auratæ genibus Medea Minervæ.

Ut plurimum vero naves à pictura tutelæ denominari ſolebant; unde Priſtis, Chimæra, Centaurus, Scylla navium ſunt nomina apud Virgilium, *lib.* V *Æneid. verſ.* 116. Vide quoque *Servium, ad verſ.* 166 *decimi Æneidos*; *Etymologicum in* Βυζάρας; *Scholia in verſ.* 168 *libri ſecundi Argonauticôn Apollonii Rhodii.* Uberrime interim de Tutelis ac Paraſemis navium egit Cl. Salmaſius, *Plinianarum exercitationum pag.* 570 *& ſeqq.* Omnino tamen vide Æſchyli Septem contra Thebas; & quæ ad illius Tragœdiæ verſ. 214 eximie annotavit Thomas Stanlejus. De claſſium atque onerariarum navium pictura vide *Plin.* XXXV, 7. *Fuit & terra per ſe in Theodoti fundo inventa Smyrnæ, qua veteres ad navium picturas utebantur*, Plinius, XXXV, 6.

Pictores ea quæ mittebantur hoſpitibus, picturis imitantes, xenia appellaverunt, Vitruvius, lib. 6 Architect. cap. 10. Philoſtratus, Iconum lib. II, pictam Xeniorum tabellam eleganter deſcribit.

Monumentum Corinnæ, quæ ſola in Tanagra non incelebri Bœotiæ oppido cantica fecit, publice apud Tanagræos conſpiciebatur. Ipſam vero in gymnaſio tænia redimitam depinxerant, propter eam qua Pindarum Thebis ſuperaverat victoriam. Quamquam videri poſſit Corinna dialecto potius quàm ipſo cantu ſuperior evaſiſſe: neque enim Dorica, uti Pindarus, ſed Æolibus familiari dialecto cecinit; præterquam quod quidam ei victoriam hanc ob ſingularem formæ venuſtatem adjudicatam cenſent, ſiquidem pictura indicio eſſe poteſt eam inter omnes iſtius ſæculi formoſas excelluiſſe: *Pauſanias, lib.* IX, *pag.* 574, 30.

Monumenta mortuorum pigmentis quibuſdam ſolebant exornare: *Suidas in* Γραφάς. Monumenta vero martyrum, in ipſo paſſionis loco erecta, totam plerumque crudelis laniena ſpeciem depictam præferebant: vide *Prudent. Periſteph. in paſſione Caſſiani martyris:* quem, cùm ludimagiſter eſſet, diſcipuli ſui ſtilorum acuminibus, tyranno cogente, confoderunt: vide quoque *Eundem ibidem, in paſſione Hippolyti martyris*; nec non *Paulum Diaconum, lib.* IV *de geſtis Longobardorum, cap.* 17.

De topiario opere ac diagraphice Plinii verba alibi attulimus.

Mæandrum, genus picturæ, dictum à ſimilitudine flexus amnis, qui appellatur Mæandrus, Feſtus. Picturæ quoque in lacunaribus propterea dicuntur μαίανδροι, *mæandri.* Μαίανδρος, κόσμος τις ὀροφικός: Heſychius. Atque inde eſt *mæandratus.* Varro, περὶ Μοιπκυ, apud Nonium Marcellum in Mæander, *Mihi facies mæandrata & vermiculata, atque adeo cingens orbem terræ.* Vide quoque Servium, ad illud quinti Æneïdos, verſ. 251:

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura mæandro duplici Melibæa cucurrit.

Cupreſſus trahitur etiam in picturas, opere hiſtoriali: venatus, claſſeſve, & imagines rerum tenui folio, brevique, & virente ſuperveſtiens*, Plin. XVI, 33.

Cornibus urorum Septentrionales barbari potant; urnaſque binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa haſtilia cuſpidant. Apud nos in laminas ſecta tranſlucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt; multaſque alias ad delicias conferuntur; nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ† ceroſtrota picturæ genere dicuntur, Plin. XI, 37; & XVI, 43.

* Operi hyſtoriarum, vet. cod. Voſſ.

† Ceſtrota, vetus cod. Voſſ.

Pavi-

Pavimenta apud Græcos originem habent elaborata arte, picturæ ratione; donec lithoſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Soſus, qui Pergami ſtravit quem vocant aſaroton œcon; quoniam purgamenta cœnæ in pavimento, quæque everri ſolent, veluti relicta fecerat parvis e teſſiculis, tinctiſque in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam umbra capitis infuſcans, abripiente alia eſcam. Ludentes videres in canthari labro. Apricantur aliæ, ſcabentes ſeſe, Plin. XXXVI, 25. *Multi prodiderunt Julium Cæſarem in expeditionibus teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe*, inquit Suetonius in Julio, cap. 46; ad quæ verba vide Caſaubonum. *Lacedæmone exciſum lateritiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſum, Romam deportavere in Ædilitate, ad comitium exornandum, Muræna & Varro. Quod opus cùm per ſe mirum eſſet, tranſlatum tamen magis mirabantur*, Plin. XXXV, 14. Vide quoque Vitruvium, lib. II, cap. 8.

Tentoria picta: Claudianus, lib. I de laudib. Stilic. verſ. 157:

- - - Hic picta Saces, fucataque Medus,
Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus.

Vide Catalogum Artificum in *Jobe*.

Picta mitra: *Juvenal. Satyra* III, *verſ.* 66.

Pictæ penulæ: Sueton. in Caligula, cap. 52; *Sæpe depictas gemmatasque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum proceſſit.*

Pictiles balthei: *Apulejus*, X *Metamorph.*

Picta pharetra: *Ovid.* II *Metamorph. verſ.* 421, *& paſſim alibi.*

Picta fræna: *Ovid.* IV *Metam. verſ.* 24.

Pictæ pilæ: *Ovid.* X *Metam. verſ.* 262:

Lilia, perpictaſque pilas. - - -

Πάλλα, σφαῖρα ἐκ ποικίλων ἱμαντίων πεποιημένη, Heſychius.

Picti tori: *Virgil.* I *Æneid verſ.* 712; *&* IV, *verſ.* 206.

Picta arma: *Virgil.* VIII *Æneid. verſ.* 588; *&* XI, *verſ.* 660; *&* XII, *verſ.* 281; *Lucanus, lib.* I, *verſ.* 398.

Picti phaſeli: *Virgil.* IV *Georg. verſ.* 289. Tentyritæ in Ægypto teſtaceis utebantur naviculis, quas qualicunque Pictura inſignibant: *Juvenalis, Satyra* XV, *verſ.* 127.

Pictas pelles: *Virgil.* IV *Georg. verſ.* 342, Nebridas dixit, ac Nymphis tribuit hunc venatricum habitum; quia multas, ut ait Servius, legimus è venatricibus factas Nymphas. Statius I Sylvarum, in Epithalamio Stellæ & Violantillæ, verſ. 229:

- - - Flavam maculoſo Nebrida tergo.

Et rurſus lib. II Achilleïd. verſ. 43:

- - - Varioque adſperſas Nebridas auro.

Picti faſti: *Ovid. lib.* I *Faſt. verſ.* 11.

Picti cothurni: *Ovid. Amorum lib.* II, *Eleg.* 18, *verſ.* 15: & rurſus *Amorum lib.* III, *Eleg.* I, *verſ.* 31.

Murrhina picta: *Martial.* XIII, 107.

Rogi picti: *Plin.* XXXV, 7; ubi & de pictis muneribus gladiatoriis agit.

Teſtudinem pingebant: *Seneca de Benef.* VII, 9; *Plin.* XVI, 43.

Vitrum picturæ accommodatiſſimum eſt: *Plin.* XXXVI, 26.

Pictæ lampades. Ἔγραφον γὰρ ἢ ὑπέγραφον τὰς λαμπάδας, inquit Scholiaſtes in Veſpas Ariſtophanis.

Argentum tingit & Ægyptus, ut in vaſis Anubim ſuum ſpectet: pingitque, non cælat argentum. Tranſit inde materia ad triumphales ſtatuas; mirumque, creſcit pretium fulgoris excæcati. Vide Plinium XXXIII, 9.

Rapa durant ſinapis acrimonia domita; etiam coloribus picta, præter ſuum, ſex aliis: purpureo quoque. Neque aliud in cibis tingi decet, Plin. XVIII, 13.

Linum quoque tentatum eſt tingi & veſtium inſaniam accipere, in Alexandri magni primum claſſibus, Indo amne navigantis, cùm duces ejus ac præfecti in certamine quodam variaſſent inſignia navium, ſtupueruntque littora flatu verſicoloria vela implente. Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit imperatoriæ navis inſigne. Vela nuper & colore cæli diſtenta per rudentes, terra etiam in amphitheatris principis Neronis rubente, Plin. lib. XIX nat. Hiſt. cap. 1.

Inventa eſt & in liliis ratio inficiendi monſtrificis hominum ingeniis. Colliguntur namque menſe Julio ſcapi areſcentes, liliaque ſuſpenduntur in fumo. Dein nudantibus ſe nodulis, in fæce nigri vini vel Græci menſe Martio macerantur, ut colorem percipiant:

utque ita in ſcrobiculis feruntur, hemmis facis circumfuſis. Sic fiunt purpurea lilia, mirumque, ita tingi aliquid, ut naſcatur infectum, Plin. lib. XXI, cap. 5.

Vidimus jam & viventium ovium vellera purpura, cocco, conchylio ſeſquilibris infecta, velut illa ſic naſci cogente luxuria, Plin. lib. VIII, cap. 48.

Imaginarii, vel imaginiferi, inter principalium militum nomina appellantur, qui Imperatorum imagines portant, Vegetius, lib. II de re Militari, cap. 7. Recepta inter milites Romanos conſuetudine omnibus vexillis nomen Imperatoris noviter creati inſcribebatur; vide *Suetonium, in Veſp. cap 6; & Dionem, lib.* XL: ubi etiam diſcimus nomina illa vexillis olim inſcripta φοινικοῖς γράμμασι, puniceis literis. Sub iis literis picta Imperatoris imago conſpiciendam ſe præbebat, ut apud Dionem Vitellii imago ſub iſtis literis picta viſebatur. Contra deficientes ab Imperatore, ſolebant nomina illa atque imagines dilacerare; ſic accipe illud Dionis de Vitellii imaginibus, καθαιρεῖν τὰς εἰκόνας, quod eſt apud Tacitum, lib. II Hiſt. cap. 85, *Laceratiſque vexillis Vitellii nomen præferentibus.*

Scuta pingebant. Servius ad illud Virgilii ſub finem VII Æneïd. - - *picti ſcuta Labici. Picti ſcuta*, inquit, *id eſt in bello frequenter probati. Nam apud majores virorum fortium picta erant ſcuta: è contra inertium & tyronum pura erant. Unde eſt illud, Parmaque inglorius alba, id eſt, non picta.* Idem, ad verſ. 394 ſecundi Æneid. *Scutis Græcorum, Neptunus; Trojanorum, fuit Minerva depicta.* Idem, ad verſ. 784 decimi Æneid. *Lino tegebantur ſcuta, ut poſſent inhærere picturæ.* Idem, ad verſ. 93 undecimi Æneid. *Antiqui in funere invertebant ſcuta, propter numina illic depicta, ne eorum ſimulachra cadaveris polluerentur adſpectu.* Heroum clypeos antiqui Aquilæ pictura inſignibant: vet. Scholiaſt. in Ariſtophanis Ranas, ἔ᾽ωθασι ζωγραφεῖν ὡς τὰς ἀσπίδας ἀετούς. Vegetius, lib. II de re Milit. cap. 18: *Ne milites aliquando in tumultu prælii à ſuis contubernalibus aberrarent, diverſis cohortibus diverſa in ſcutis ſigna pingebant, quæ ipſi nominant δίγματα, ſicut etiam nunc moris eſt fieri: præterea in adverſo ſcuto uniuſcujuſque militis litteris erat nomen adſcriptum, addito ex qua cohorte, quave centuria.* Primis quoque Imperatorum Chriſtianorum temporibus, teſte Aur. Prudentio, lib. I contra Symmachum:

> - - - *Clypeorum inſignia Chriſtus*
> *Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.*

Vide Sam. Petiti Obſervat. III: 5.

Galeas pingebant: unde non modo ex proxime præcedenti Prudentii loco diſcimus, galearum criſtas crucis olim imagine fuiſſe conſpicuas; ſed ipſum quoque Cæſarem Auguſtum legimus depictam habuiſſe ſtellam in galea. *Dum hæres Auguſtus ſacrificat Veneri Genetrici, ludoſque funebres exhibet Julio*, inquit Servius, ad verſ. 579 lib. octavi Æneïd. *per triduum ſtella in Septentrione apparuit; quod ſidus Cæſaris putatum eſt, Auguſto perſuadente. Ideo Auguſtus omnibus ſtatuis, quas ob divinitatem Cæſaris ſtatuit, hanc ſtellam adjecit. Ipſe vero Auguſtus, in honorem patris, ſtellam in galea cœpit habere depictam.*

Statuas denique ipſas quandoque pingebant: non minio tantum pingentes, ut eſt apud *Plin.* XXXIII, 7; *Plutarch. Problem. Rom.* 98: aut bitumine tingentes, ut eſt apud eundem *Plinium*, XXXIV, 4: ſed uſitatos picturis colores ad earum etiam ornatum adhibentes. Pauſanias certe, *lib.* IX, *pag.* 590, 4, Creuſide, quod Theſpienſium navale erat, ſignum Liberi patris fuiſſe affirmat pictura illuminatum; Ἄγαλμα Διονύσου, γύψου πεποιημένον, καὶ ἐπικεκοσμημένον γραφῇ: *Signum Bacchi gypſo fabricatum, & pictura illuminatum.* Ægyptii quoque in conviviis circumferunt in loculo mortuum è ligno factum, ſed pictura atque opere verum mortuum quam maxime referentem: Νεκρὸν ἐν σορῷ ξύλινον πεποιημένον, μεμιμημένον ἐς τὰ μάλιστα καὶ γραφῇ καὶ ἔργῳ: *Mortuum in loculo è ligno factum, quam maxime vero pictura atque opere variegatum*, Herodot. lib. II, cap. 78. Vide quoque Eundem ibidem, cap. 86, ubi deſcribit ſepeliendi morem prorſus mirabilem, Ægyptiis olim uſitatum: quemadmodum & lib. III, cap. 24, non abſimilem Æthiopum morem deſcribit. Statuarum tamen nullis colorum pigmentis imbutarum frequentior apud antiquos erat uſus; tanquam quæ non ſolum intra privatos parietes, ſed etiam ſub dio perdurarent, & verus exactiſſimæ artis ductus colorum fuco minime celarent. Tranſeo nunc ad multiplicem ſignorum, ſigillorum, aliorumque ſculptilium uſum.

Statuæ ſculptileſque imagines immenſi olim fuere uſus.

§. II. Sentio quidem quas res, quantaque earum commoda, quo ambitu orationis amplectar; ſed cum multa & magna breviter dicenda ſint de clariſſimis præſtantiſſimæ Artis monumentis, ſermo infinitis rebus circumfuſus ad propoſiti noſtri rationem accommodabitur: non enim omnia accurate nobis deſcribenda, ſed recordanda ſumimus.

Ægis. Martialis, libro VII, Epigr. 1, de lorica Cæſaris:

> *Accipe belligeræ crudum thoraca Minervæ,*

Ipſa

Ipſa Meduſææ quem timet ira comæ.
Dum vacat hæc, Cæſar, poterit Lorica vocari:
Pectore cùm ſacro ſederit, Ægis erit.

Virgil. VIII Æneïd. de Cyclopibus in officina Vulcani operi intentis:

Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquammis ſerpentum auroque polibant,
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

Ad quem locum Servius, *Ægis proprie eſt munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit, Ægis vocatur: ſi in pectore hominis, ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus, lorica dicitur. Hoc autem caput ideo Minerva fingitur habere in pectore, quod illic eſt omnis prudentia, quæ confundit alios, & imperitos ac ſaxeos comprobat.* Fulgentius, lib. II Mythol. *Gorgona addunt in pectore Minervæ quaſi terroris imaginem; ut vir ſapiens terrorem contra adverſarios geſtet in pectore.* Notandum hic interim, Græcos veſtitum atque ægides Minervæ ſimulachrorum à Libybus, qui circa Tritonidem palùdem incolunt, mutuatos: vide Herodot. lib. IV, cap. 180. Αἰγὶς, ἣν αἱ Λίβυσσαι φέρουσι δοράν: Heſychius, Suidas.

Ἀγοραῖος Ἑρμῆς, Mercurius forenſis æneus, juxta pœcilen, litteris undiquaque circumſcriptis, teſte Luciano in Jove Tragœdo: vide quoque *Pauſaniam in Achaïcis.* Ariſtophanes Equitibus, Νὴ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀγοραῖον: *Per Mercurium forenſem.* Ad quæ verba Scholiaſtes: Ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ ἵδρυται Ἑρμοῦ ἀγοραίου ἄγαλμα: *In medio fori poſitum eſt ſignum Mercurii forenſis.* Vide quoque Heſychium.

Agyieus vel Agylleus, villanus Apollo: quia in villis & vicis ejus ſtatuæ erant: *Comment. vetus in Horat. lib.* IV *Carm. ode 6; Macrob. Saturnal.* I, 9; *Stephanus de Urbibus, in* Ἀγυιά; *Heſychius; Suidas, Harpocration.* Ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσαμένοις θεοῖς, inquit Scholiaſtes in Equites Ariſtophanis, ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν· ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσωσι τοῦτοις· εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψωσιν: *Moris erat Diis, quos in vicis conſecraverant, propter adventantes nuntios ſacrificare; ut, ſi fauſti eſſent, annuerent iis; contra vero, averterent.* Hic Apollo Græcis quoque Θυραῖος dicebatur, de quo mox in hac ipſa ſerie alphabetica.

Anteſixa, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur ſub ſtillicidio: *Feſtus:* ad quem locum vide *Joſ. Scaligerum.*

Ἀνθήλιοι θεοί, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι. Ἀντήλιος, ὁ ἀντικρὺ ἡλίου ἱδρυμένος βωμὸς ἢ θεός: *Antelii, ſive ſoli obverſi dii qui ante portas collocati ſunt.* Ἀντήλιος, *Soli oppoſitum altare aut Deus*, Heſychius.

Aries, teſtudo, muſculus, & plures aliæ id genus machinæ bellicæ ab animalium varia ſimilitudine olim nomen ſortitæ, antiquis paſſim ſcriptoribus memorantur: vide *Servium, ad verſ.* 505 *noni Æneid.* Arietum adhæc hircorumque nomine Lybicas naves quaſdam, ob formæ ſimilitudinem, antiquos deſignaſſe tradit Julius Pollux; addens taurum, Europæ vectorem, fuiſſe navem taurina ſpecie: vide *Pollucis Onomaſt. lib.* 1, *cap.* 9, *§.* 1.

Artificum plerique Diis ſuarum artium præſidibus patroniſque (alii autem aliarum artium erant præſtites) ponebant ſtatuas, teſte Max. Tyrio, Diſſertatione XXXVIII; cujus hac de re verba feliciſſime emendavit Sam. Petitus, *Miſcellaneorum* IV, 3.

Balnea ſtatuis olim beatuli exornabant. *Cùm ad balnea libertinorum pervenero*, inquit Seneca, epiſt. LXXXVI, *quantum ſtatuarum, quantum columnarum eſt nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſa?*

Βασκάνια. Pollux, Onomaſt. lib. VII, cap. 24, §. 2: Πρὸ τῶν καμίνων τοῖς χαλκεῦσιν ἔθος ἦν γελοῖά τινα καταρτᾷν ἢ ἐπιπλάττειν, ἐπὶ φθόνου ἀποτροπῇ· ἐκαλεῖτο δὲ βασκάνια: *Fabris mos erat ante caminos ridicula quædam ſuſpendere, aut illinere ad invidiæ averſionem; quæ Baſcania appellabantur.* Diſcimus quoque ex Euſtath. ad verſ. 455 Odyſſ. Ρ, edit. Romanæ pag. 1827, 55, juxta quoſvis olim caminos collocatos fuiſſe Vulcanos fictiles, velut δαίμονας quoſdam ἐπιστάτας, *deos præſides.* Vide adhæc ſcholia *in Aves Ariſtophanis*; quemadmodum & *Suidam in* Ἐπιστάτης.

Bulla aurea utebantur patricii: qua de re hæc habet Aſconius Pedianus in III contra Verrem Orat. *Simul cum prætexta etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea: quaſi bullientis aquæ ſinus communiens, pectuſque puerile.* Cæterum aureæ huic bullæ cordis figuram addebant, ut ex Macrobio, lib. I Saturn. cap. 6 diſcimus: *Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum*, inquit, *ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent; quam inſpicientes, ita demum ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent. Togamque prætextam his additam, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore regerentur*: vide locum. Adi quoque Feſtum in *Bulla aurea*, ſicuti & Plutarchum, quæſt. Rom. 101.

Cadu-

Digitized by Google

Caduceus ideo ſerpentibus inligatur, ut ſicut illi obliti veneni ſui in ſe coëunt, ita hoſtes contemptis & depoſitis inimicitiis in amicitiam revertantur: Servius ad verſ. 138 octavi Æneid. quemadmodum & ad verſum 242 libri quarti. *Complexus anguium & efferatorum concordia*, inquit Plinius, XXIX, 3. *cauſſa videtur eſſe, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neque enim criſtatos eſſe in caduceo mos eſt.* Plenius aliquanto Scholiaſtes, in lib. I Hiſt. Thucydidis: Κηρύκιόν ἐστι ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους πρὸς ἀλλήλους κειμένους· ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μεθ' αὑτῶν· καὶ οὐκ ἔξεστιν αὐτοὺς ἀδικεῖν παρ' οὓς ἀπέρχονται· σύμβολον δὲ ἦν, τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον, τοῦ ὀρθοῦ λόγου· τὸ δὲ περὶ ἑκάτερον εἶδος τῶν ὄφεων, τὰ ἀντιπρόσωπα στρατόπεδα· ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ: *Caduceus eſt recta virga, duos utrimque habens angues, qui eam capitibus mutuo ſibi obverſis circumplectuntur. Hanc virgam caduceatores ſecum ſolent deferre: neque ipſos ullo modo lædere par eſt. Recta virga ſignificat vim erecti liberique ſermonis; gemini utrimque angues ſignificant adverſa caſtra; ſiquidem fortis atque erecta oratio pervadit utraque caſtra.* Vide quoque Polybium, lib. III Hiſt. Macrobium, lib. I Saturnal. cap. 19: Suidam in Κηρύκειον. *Mercurio virgam ſerpentibus nexam ob hoc adjiciunt*, inquit Fulgentius*, *quod mercatoribus det aliquando regnum, ut ſceptrum; & vulnus, ut ſerpentium.* Χρυσῆν ἄγκυραν νομίζουσιν οἱ Ἰνδοὶ κηρύκειον, ἐπὶ τῷ πάντα ἴσχειν: *Indi habent auream anchoram pro caduceo; propterea quod omnia contineat*, Philoſtratus, lib. III de vita Apollonii, cap. 3.

* Lib. I Mythol.

Canes aurei atque argentei circa veſtibulum regiæ Alcinoï utrimque quaſi excubabant: *Homerus, Odyſſ.* H, *verſ.* 91.

Caryatides erant ſtatuæ muliebres in columnis, quarum & Plinius meminit, lib. XXXVI, cap. 5. Rationem denominationis hanc eſſe tradit Vitruvius, lib. I, cap. I; *Carya, civitas Peloponneſi, cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit: poſtea Græci, per victoriam glorioſe bello liberati, communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, civitate deleta, matronas eorum in ſervitutem abduxerunt. Nec ſunt paſſi ſtolas neque ornatus matronales deponere; uti non uno triumpho ducerentur, ſed æterno ſervitutis exemplo gravi contumelia preſſæ, pœnas viderentur dare pro civitate. Ideo qui tunc Architecti fuerunt, ædificiis publicis deſignaverunt earum imagines oneri ferundo collocatas, ut etiam poſteris nota pœna peccati Caryatidum memoriæ traderetur.* Plura habet Voſſii Etymologicum Latinum, in *Caryatides.*

Ceromata & palæſtras athletarum olim imaginibus exornabant: *Plinius, libro* XXXV, *cap.* 2

Charila. Χαρίλας, παιδικὸν εἴδωλον, *Charilæ ſimulachrum puerile.* Vide Plutarchum, Græcarum quæſtionum duodecima, ubi quæritur, Τίς ἡ παρὰ Δελφοῖς Χαρίλα; *Quænam ſit illa apud Delphos Charila.*

Cicadas aureas geſtabant olim Athenienſes in capillorum cincinnis, teſte Thucyd. lib. I; ad quem locum Schol. vet. Ἐφόρουν τέττιγας, διὰ τὸ μουσικὸν, ἢ διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι· καὶ γὰρ τὸ ζῶον γηγενές: *Portabant cicadas, quia animal eſt Muſicum, aut quia indigenæ ſunt: quippe animal hoc è terra naſcitur:* vide Heſychium in Τεττιγοφόροι; Scholia in Nubes Ariſtophanis; Meurſium de Fortuna Athenarum, cap. I. Priſcos quoque Ionas, Athenienſium colonos, id ipſum quoque factitaſſe, idem Thucyd. ibidem auctor eſt. Samiis denique hanc ipſam conſuetudinem cicadas capillis inſerendi uſurpatam olim fuiſſe, diſcimus ex Aſii verſibus apud Athenæum, lib. XII, cap. 6.

Citeria appellabatur effigies quædam arguta & loquax, ridiculi gratia, quæ in pompa vehi ſolita eſt: *Feſtus.*

Claves ædium ſacrarum, apud Ægyptios, gerunt effigies leonum: vide *Scholia ad verſum* 152 *Phænomenôn* Arati.

Concordiæ ſignum C. Caſſius Cenſor in Curia dedicandum putabat. *Concordiæ ſignum volebat in Curia*, inquit Tullius, pro Domo ſua, *Curiamque ei Deæ dedicare. Præclara voluntas, atque omni laude digna; præſcribere enim ſe arbitrabatur, ut ſine ſtudiis diſſenſionis ſententiæ dicerentur, ſi ſedem ipſam ac templum publici conſilii religione Concordiæ devinxiſſet.*

Conviviorum hilaritatem maximi quondam duces Deorum epitrapeziorum ſimulachris adhibitis celebrabant: non tantum ut convivium ac ſacra menſæ reverenter habenda eſſe monerent; verum etiam ut non minus oculos animumque gratiſſimo ſpectaculo, quàm corpus exquiſitiſſimis cupediis paſcerent ac ſatiarent, utque multiplices epularum libentias gratiasque utilibus delectabilibusque ſermonibus inde tractis veluti condirent. Hunc morem tangit Arnob. lib. II adv. gentes, *Sacras facitis menſas, ſalinorum appoſitu, & ſimulachris Deorum.* Εὐφράδης, παταικὸς ἐπιτραπέζιος, Heſychius. Dicitur autem Εὐφράδης, ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, quod feſtæ conviviorum hilaritatis præſides haberent Deos epitrapezios. Exponitur vero Heſychio παταικὸς ἐπιτραπέζιος, propterea quod Pataici magnitudinem Dii epitrapezii non excedebant: vide *eundem Heſychium* in Γιγῶν. Il-

luſtre

luſtre hujus rei exemplum habes apud Statium, lib. IV Sylv. Ibi enim Herculem epitrapezium inter alia multa antiquitatis monumenta, quæ penes Vindicem erant, ſummis effert laudibus.

Hæc inter caſtæ Genius Tutelaque menſæ
Amphitryoniades, multo mea cepit amore
Pectora, nec longo ſatiavit lumina viſu:
Tantus honos operi; firmoſque incluſa per artus
Majeſtas. Deus ille, Deus: ſeſeque videndum
Indulſit Lyſippe tibi, parvuſque videri
Sentirique ingens; & cum mirabilis intra
Stet menſura pedem, tamen exclamare libebit,
(Si viſus per membra feras) Hoc pectore preſſus
Vaſtator Nemees; hæc exitiale ferebant
Robur, & Argoos frangebant brachia remos.
Hoc ſpatio tam magna brevi mendacia formæ.
Quis modus in dextra, quanta experientia docti
Artificis curis, pariter geſtamina menſæ
Fingere, & ingentes animo verſare Coloſſos?

Magni artificis eſt clauſiſſe totum in exiguo, Seneca, epiſtula LIII.

Inſpice ſis ipſum Statium, & ex eo diſces eundem hunc Herculem Lyſippi Alexandro magno, Hannibali, ac Syllæ quoque, velut omnium expeditionum ſocium, in deliciis præcipue fuiſſe. Quod ipſum quoque teſtatur Martialis, *lib.* IX, *Epigr.* 44; quem vide. Ne quis tamen inclytos duces eminentiſſimæ fortunæ blanditiis delinitos atque enervi languore corruptos hanc ſibi voluptatem oculorum inter caſtrenſes epulas comparaſſe calumnietur, omnino hîc videntur in ſummorum Imperatorum patrocinium verba Tullii adducenda: *Erant quidem illa caſtra plena curæ*, inquit Cicero Philippica ſecunda, *verumtamen homines, quamvis in turbidis rebus ſint, tamen, ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur.*

Cubilia virorum ſalutatoria ſimulachris noctium conſciis conſpicua erant: *Plin.* XV, 11. Cubiculares imagines, *Sueton. in Auguſto*, cap. 7, ad quem locum vide *Caſaubonum.*

Currum Darii regis Deorum ſimulachra ex auro argentoque expreſſa utrimque decorabant; diſtinguebant intervenientes gemmæ jugum; ex quo eminebant duo aurea ſimulachra cubitalia, quorum alterum* in alterum belli gerebat effigiem. Inter hæc auream aquilam pinnas extendenti ſimilem ſacraverant: *Q. Curtius, lib.* III, *cap.* 3.

Delphinos quinis millibus ſeſtertiis in libras emptos C. Gracchus habuit: *Plin.* XXXIII, 11. Ubi intellige elegantiſſimum aliquod vaſorum argenteorum genus in formam delphinorum fabricatum. Δελφινίδος τραπέζης, *delphinidis menſæ*, meminit Lucianus in Lexiphane. Δελφὶν, σιδηροῦν κατασκεύασμα ἢ μολύβδινον, ὡς δελφῖνα ἐσχηματισμένον· τοῦτο δὲ ἐκ τῆς κεραίας τῆς ἱστοῦ ῥιπτοῦσιν εἰς τὰς τῶν πολεμίων, καὶ κατέδυσε· δελφινοφόρος τις ἡ ναῦς: *Delphin, ferreum inſtrumentum, vel plumbeum, quod ad Delphinis piſcis ſimilitudinem eſt factum. Hoc autem ex mali antennis in hoſtium naves impetuoſe dimittebant, & eas demergebant. Et navis Delphinos hujuſmodi ferens* δελφινοφόρος *vocabatur*: Suidas; Heſychius; vetus Scholiaſtes in Equites Ariſtophanis. Thucydides lib. VII meminit navium Delphinos ferentium; ubi vide Scholiaſten. In hydraulicis machinis etiam Delphinos æreos adhibet Vitruvius, lib. X, cap. 12.

* Ita Curtii editt. vett. ſed placet emendatio Jof. Scaligeri, Quorum alterum Nini alterum Beli gerebat effigiem.

Dracones apud Indos equitum turmis erant loco vexilli: vide Suidam in Ἰνδοί. Scytharum quoque non abſimile vexillum deſcribit idem in Σημαῖα Σκυθικά. Utrobique ſane perquam eleganter ac fuſe iſtiuſmodi Draconum formam rationemque tradit. Antiquiores olim Romani ſolas noverant Aquilas, de quibus conſule Dionem, lib. XL; Servium ad verſum 564 noni Æneïdos. Intellige tamen hîc per antiquiores Romanos tantum eos qui vixerunt poſt C. Marii tempora; ſiquidem ex Plinio diſcimus lupum, minotaurum, equum, aprumque ſingulos olim ordines anteiſſe. *C. Marius in ſecundo Conſulatu ſuo*, inquit Plinius†, *Aquilam legionibus proprie dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat; reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit*: vide Feſtum in *Porci effigies*; quemadmodum & in *Minotaurus*. Vegetius quoque lib. III de re Militari, cap. 6; *Tutiſſimum in expeditionibus creditur facienda neſciri: ob hoc veteres Minotauri ſignum in legionibus habuerunt; ut quemadmodum ille in intimo & ſecretiſſimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis conſilium ſemper eſſet occultum.* Pari prorſus ratione Thebani habuerunt Sphinges pro ſignis militaribus; qua de re vide Lactantium ad verſum 252 libri ſeptimi Thebaidos. Romanos vero interdum etiam Leonum imagines inter ſigna habuiſſe, teſtis eſt Etymo-

† Lib. X nat. Hiſt. cap. 4.

logicus in Σημαίαις, quem vide. *Pilam inter ſigna conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes in cunčto orbe ſubjectas, ut magis figuram orbis oſtenderet*, Iſidorus, lib. XVIII, cap. 3. Poſteriorum denique Imperatorum ævo, omnibus hiſce paullatim omiſſis, iterum ſucceſſere Dracones. Auguſtinus, lib. II de doctrina Chriſtiana, cap. 2: *Vexilla draconesque militares per oculos inſinuant voluntatem ducum.* Vide Suidam in Ἡγεμόνες, vide quoque Greg. Nazianz. Orat. III. Vegetius, lib. II de re Milit. cap. 7: *Signiferi, qui ſigna portant; quos nunc Draconarios vocant.* Claudianus in Panegyr. de III Conſ. Honorii, verſ. 138:

Hi volucres tollunt Aquilas, hi picta Draconum
Colla levant, multusque tumet per nubila ſerpens
Iratus ſtimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.

Idem, lib. II in Rufinum, verſ. 177:

- - - *Lateque videres*
Surgere purpureis undantes anguibus haſtas,
Serpentumque vago cœlum ſævire volatu.

Et mox, verſ. 365:

- - - *Spiriſque remiſſis*
Manſueſcunt varii, vento ceſſante, Dracones.

Sidon. Apollinaris, Panegyr. Valerio Majoriano Aug. dicto:

- - - *Textilis anguis*
Diſcurrit per utramque aciem, cui guttur adactis
Turgeſcit Zephyris; patulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem, pannoque furorem
Aura facit, quoties craſſatur vertile tergum
Flatibus, & nimium jam non capit alvus inane.

Ammianus Marcellinus lib. XVI, ubi deſcribit Conſtantii Imp. Romam ingreſſuri pompam triumphalem, *Alios purpureis ſubtegminibus*, inquit, *texti circumdedere dracones, haſtarum aureis gemmatiſque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflatiles, & ideo velut ira perciti ſibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Aurel. Prudentius Periſteph. hymno in Hemiterium & Chelcdonium martyres Calagurritanos:

Milites, quos ad perenne cingulum Chriſtus vocat,
Cæſaris vexilla linquunt, eligunt ſignum Crucis:
Proque ventoſis Draconum quos gerebant palliis,
Præferunt inſigne lignum, quod Draconem ſubdidit.

Vide Suidam in Σημαίαι.

Ἑκαταῖα, τὰ πρὸ τῶν θυρῶν Ἑκάτης ἀγάλματα· τινὲς δὲ τὰ ἐν τριόδοις: *Hecatæa, ſigna pro foribus Hecates; aut ſecundum alios in triviis*, Heſychius. Unde etiam Ἐνοδία ἡ θεὸς καλεῖται, *compitalis Dea nuncupatur*, Artemid. Oneirocrit. lib. II, cap. 42. Hecate ſive Diana triformis in triviis colebatur; Ovid. I Faſtor. verſ. 141; Euſtathius ad verſ. 206 Iliad. Λ, edit. Romanæ pag. 87; Pauſanias lib. 2, pag. 140, 54. Quamobrem autem triformis fingatur Diana, docet Servius ad verſum 511 libri IV Æneid. & Cleomedes, lib. II, cap. 5. Triformis quoque Mercurii imaginem nonnunquam videntur in triviis conſecraſſe: vide Suidam in Τρικέφαλος ὁ Ἑρμῆς.

Engythecæ æneæ ac ferreæ ſigillis Satyrorum bubuliſque capitibus exornatæ erant: *Athenæus, lib. V Deipnoſoph. cap. 12.*

Ἐνοδία θεὸς memoratur Philoſtrato, de vita Apollonii Tyanei, lib. IV, cap. 4: vide Servium ad illud Maronis Eclogæ III, verſ. 26:

- - - *Non tu in triviis, indocte, ſolebas*
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Ἑρμῆς στροφαῖος, ὁ παρὰ τὰς θύρας ἱδρυμένος· ἀπὸ τῆς στροφῆς τῆς θύρας: *Mercurius verſatilis, qui juxta fores conſiſtit, à converſione januæ*, Etymol. magnum, Scholia in Plutum Ariſtophanis: vide quoque Heſychium in Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς, & in Ἑρμῆς στροφαῖος. Harpocration, in Πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς: dicebatur etiam Λοξίας. Vide *Photium, in excerptis ex Helladii Beſantinoi Chreſtomathia.*

Ἑρμῖνες, οἱ τῆς κλίνης πόδες: *Hermines lecti pedes*, Suidas. Ἑρμὶς, ὁ κλινόπους· ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς ἔγλυφον ἀγάλματα Ἑρμοῦ, ὡς ἐφόρου ὕπνου καὶ ὀνείρων: *Hermis, lecti pes: quoniam in ipſis ſculpebant ſigna Mercurii, tanquam præſidis ſomni & ſomniorum*, Etymolog. magnum:

gnum; Heſychius, in Ἑρμαῖ: vide quoque Didymum (ita ſubinde Auctorem brevium ſcholiorum brevitatis cauſa appello) ad verſ. 198 Odyſſeias ψ.

Εὔνοστος, ἀγαλμάτιον ἁπλοῦν ἐν τοῖς μύλωσιν, ὃ δοκεῖ ἐφορᾶν: *Eunoſtus, ſigillum exiguum in piſtrinis, quod videtur inſpicere:* vide Heſychium, & Etymologicum.

Προμυλαία θεὸς, καὶ εὔνοστος, Pollux, lib. VII, cap. 23, §. 8. Προμυλία, θεὸς προμύλιος· ἐπεὶ ἱδρύεται ἐν τοῖς μύλωσιν, ὡς εὔνοστος, Suidas. Προμυλαία, θεὸς ἱδρυμένη ἐν τοῖς μύλωσι, Heſychius. Μυλάντειοι, θεοὶ ἐπιμύλιοι, Idem. Vide eundem in Μυλάς & Διαλαῖς.

Faſtigia ædium ornantur ſignis fictilibus aut æreis inauratis, Vitruv. III, 2. Iſtiuſmodi ſigna templorum faſtigiis ad ornatum impoſita dicuntur Heſychio ἀκρωτήρια.

Fonti è quo hauriebant aquam, qua ἐν ταῖς περὶ ὕδωρ δίκαις utebantur, inſiſtebat leo æneus, κρηνοφύλαξ Athenienſibus olim dictus: *Pollux, lib.* VIII *Onomaſt.* §. περὶ γυναικονόμων ἀρχῶν.

Galeis diverſarum ferarum immania rictibus ora ad hoſtium terrorem addita fuiſſe, paſſim apud auctores invenias: longum eſſet inſiſtere exemplis. Facetum interim in armatura Mirmillonum, quod in eorum galeis imago piſcis inerat: unde etiam, Retiario pugnanti adverſus Mirmillonem, cantabatur: *Non te peto: piſcem peto. Quid me fugis Galle?* Feſtus in Retiario pugnanti, &c. Vide plura apud Carolum Paſchalium, Coronarum lib. X, cap. 16, 17, & ſeqq. Nec galeis tantum, ſed & thoracibus militaribus ſæpe addebant δράκοντας σεσιδηρωμένους, ut teſtatur Poſidippus apud Athenæum, *lib.* IX *Deipnoſoph. cap.* 5. Cur vero gallus gallinaceus in Elide inſiſtat caſſidi Minervæ, docet Pauſanias, *ſub finem libri ſexti, pag.* 394, 12. Vide quoque Plutarchum, *Cur Pythia nunc non reddat oracula carmine.*

Γέρων ἐκαλεῖτο τὸ ἐργαλεῖον καθ' ὃ εἵλκυσθαι ἐξάπτοντες τὰ σύντριμα· ἦν δὲ ἐκ ξύλου τετραγωνισμένον, χεῖρας Ἑρμοῦ τετραγώνου ἔχων, ᾧ γέροντος ἐπῆν πρόσωπον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα: *Seneculus vocabatur inſtrumentum cui ſtuppas circumvolvunt ſuſpendentes. Erat autem factum ex ligno columnari, manus Mercurii tetragoni habens, cui ſenis facies inerat, unde & nomen ſumpſit*, Pollux, Onomaſt. VII, 16.

Gymnaſiis præſidebant Mercurius, Hercules, Theſeus; atque ideo ſtatuas eorum in Gymnaſiis paſſim conſecrabant: vide *Pauſaniam, lib.* IV, *pag.* 276, 55; *Ciceronem, lib.* I *ad Att. epiſt.* 5, 6, 7, 8; *Lactant. de falſa Relig. cap.* 20: conſule denique *Didymum, ad verſ.* 198 *Odyſſ.* ψ; & *Servium, ad verſ.* 141 *lib. octavi Æneïd.* Lucillius certe in Anthologia, Epigr. lib. VII, cap. 25, Mercurium vocat τ̄ γυμνασίων ἐπίσκοπον, *inſpectorem gymnaſiorum.* Vide quoque Anthol. lib. IV, cap. 12, Epigram. Ἑρμῆς εἰμὶ ἐγὼ, &c. Cur vero Amorem quandoque in gymnaſiis una cum Hercule & Mercurio conſecraverint, eleganter admodum docet Athenæus, *lib.* XIII *Deipnoſoph. ſub finem cap.* I.

Hermæ. Arnobius, lib. VI adverſ. gentes, *Quis eſt qui ignoret Athenienſes illos Hermas Alcibiadis ad corporis ſimilitudinem fabricatos?*

Hermathena, proprium Tullianæ academiæ ornamentum: vide *epiſtolas* 3, 6, 7, 8 *libri primi ad Attic.*

Ἱππάρχειοι ἑρμαῖ, erant ſtatuæ quinque, ab Hipparcho Athenis erectæ: quibus inſcribebantur Elegiæ, quas prætereuntes non ſine fructu legebant: *Heſychius.* Vide *Meurſii lectionum Atticarum lib.* V, *cap.* 6; item *Piſiſtratum, cap.* 32.

Ipſullices, bracteæ in virilem muliebremque ſpeciem expreſſæ: *Feſtus, ſuo loco, & in Subſiles.* Vide *Joſ. Scaligerum.*

Irminſul effigies erat armati toto corpore, quam Saxones divinis olim honoribus proſequebantur: *Conr. Abbas Urſperg. ad annum* DCCCCXIV. Vide quoque *Bataviam Hadriani Junii, cap.* XVI: maxime tamen *Henr. Spelmanni Gloſſarium, in Irminſul*; item *Voſſium, de orig. & progr. Idololat. lib.* II, *cap.* 32.

Jupiter Cteſius, veluti divitiarum dator, conſecrabatur in ærario: vide *Harpocrationem, in* Κτησίου Διός; *Suidam, in* Ζεὺς κτήσιος, *&* Κτησίου Διός: vide quoque *Athenæum, lib.* XI, *cap.* 6.

Jovis Βουλαίου & Minervæ Βουλαίας ſimulacra erant in Quingentorum curia; ibique Senatores, cùm ingrederentur in Senatum, prò felici introitu vota nuncupabant: vide *Meurſii lectiones Atticas, lib.* VI, *cap.* 27.

Καλιαί, νεοσσιαὶ ἐκ ξύλων καὶ ξύλινα τινὰ περιέχοντα ἀγάλματα εἰδώλων: *Nidi è bacillis ac feſtucis; ac cellulæ ligneæ, quibus ſimulachra continentur*, Heſychius.

Κάναθρα καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν τῇ πομπῇ: *Canathra appellant, gryphorum & tragelaphorum lignea ſimulacra, quibus puellas in pompa transferunt*, Plutarchus, in Ageſilao: vide quoque *Heſychium.*

Κίνναβος, τὸ εἴδωλον πρὸς ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες, διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες: *Cinnabus, ſimulacrum & exemplar in quod intuentes Fictores & Pictores ſuum opus delineant fingentes & pingentes*, Suidas, & Apoſtolius parœmiographus, in Α' π' ἀπροφασίστως.

 Lam.

Lampades in uſum nocturni luminis præferebant ſimulacra aurea argenteave in juvenilem ſpeciem efformata. Lucretius, lib. II, verſ. 24:

Si non aurea ſunt juvenum ſimulachra per ædes,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur.

Vide quoque *Homerum, Odyſſ.* II, *verſ.* 100; & *Athen. lib.* IV *Deipnoſoph. cap.* 2.

Lares: de his vide *Plutarchum, Rom. quæſt.* 51.

Leonum olim effigies ad caput Alphei fluminis conſecrari ſolebant, teſte Heſychio, in Λεόντιος νόμος.

Leones lapidei mortuorum tumulis imponebantur. Photius, in excerptis ex lib. II Ptolemæi Hephæſtionis Novæ ad variam eruditionem hiſtoriæ, tradit Herculem, devorato à Nemæo leone digito, novem duntaxat digitos habuiſſe. Quamobrem etiam leonem lapideum Lacedæmone tumulo digiti impoſitum fuiſſe, in ſignum Herculei roboris: unde mos inolevit in reliquorum quoque ſepulchris lapideos leones ſtatuendi. Romuli certe ſepulchrum pro Roſtris fuit, ubi etiam in ejus rei memoriam duos leones erectos fuiſſe conſtat. Atque inde quoque factum eſt ut pro Roſtris mortui laudarentur: vide quæ Joſ. Scaliger huc pertinentia congeſſit ad Feſtum, in *Niger lapis*. Leonidæ quoque tumulo ſuperimpoſitum fuiſſe leonem lapideum, teſtis eſt Herodotus, *lib. ſeptimo, cap.* 225. Anthologia, *Epigr. lib.* III, *cap.* 5, Leo lapideus loquitur:

Θηρῶν μὲν κράτιστος ἐγὼ, θνατῶν δ' ὃν ἐγὼ νῦν
φρουρῶ, τῷ δὲ τάφῳ λαΐνῳ ἐμβεβαώς.

Καὶ ἄλλως·

Ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε λέων ἐμὸν ὡς ὄνομ' εἶχεν,
Οὐκ ἂν ἐγὼ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.

Cl. Hugo Grotius utrumque epigramma tranſtulit:

Quantum vinco feras ego robore, vicerat ille
Tantum homines, cujus ſub pede buſta premo.

Et aliter:

Hunc tumulum nollem pede tangere, nomine ſi me
Æquaſſet non & viribus iſte leo.

Vide ibidem & paullo poſt aliud in eundem Leonidam epigramma Baſſi, conſtans tribus diſtichis.

Aquila impoſita fuit tumulo Ariſtomenis Meſſenii: vide Antipatri Sidonii in eam epigramma, *Anthologiæ lib.* III, *cap.* 9. Fuit & Aquila ἐπίσημα clypei ejus: *Pauſanias, libro* IV, *pagina* 247, 3.

Thebanis, qui in acie adverſus Philippum ceciderant, commune ſepulchrum fuit, nulla appoſita inſcriptione. Inſigne tumuli leo eſt, ad ſignificandam eorum animi magnitudinem: *Pauſan. lib.* IX, *pag.* 606. Apud Longobardos tale quid poſterioribus ſeculis ſtructatum. Si quis enim in aliquam partem, aut bello, aut quomodocunque extinctus fuiſſet, conſanguinei ejus intra ſepulchra ſua perticam figebant, in cujus ſummitate columbam ex ligno factam ponebant, quæ illuc verſa eſſet, ubi illorum dilectus obiiſſet: ſcilicet, ut ſciri poſſet, in quam partem is qui defunctus fuerat quieſceret: *Paul. Diaconus, lib.* V *de geſtis Longobard. cap.* 34. Aliquando quoque inſigniebant vetuſtiores monumentum imagine animalis mortuo cognominis. Ita Chares dux Athenienſium uxore in ea expeditione quam pro Byzantinis contra Philippum Macedonem ſuſceperat amiſſa, buculam ex albo lapide ſepulchro ejus impoſuit, exiſtimans memoriam extinctæ cum ſimulachro iſtoc facilius perennaturam, ſi poſteris innotuiſſet principem fœminam Damalin hac cognominis animalis ſpecie deſignari: vide *Georg. Codinum, de Originibus Conſtantinopolitanis*. Sæpius tamen decorabant clarorum virorum monumenta imagine aliqua mores animi aut formam corporis referente. B. Auguſtinus, ſive quiſquis ille auctor libri de Scripturæ mirabilibus, tradit Ægyptios juxta ſepulchrum Patriarchæ Joſephi, ob decantatiſſimam rei frumentariæ procurationem, qua Ægyptiis in fame præſidio fuit, bovem ſtatuiſſe. Cui quodammodo affine apud Suidam, in voce Σάραπις, traditum nonnullis, Apim fuiſſe ſymbolum Joſephi, vel alterius alicujus hominis, aut Memphitici regis qui Ægyptiis ingruente dira fame proſpexerat de frumento. Fuſius hac de re agit Ger. Voſſius, *lib.* I *de Orig. & progr. Idolol. cap.* 29, quem adi. Sardanapali certe buſto prope ipſa Anchiali mœnia ſito, ſuperſtabat ipſius Sardanapali plaudentium more manus collidentis ſtatua, cum hac inſcriptione, *Sardanapalus Anacyndaraxæ filius, Anchialum & Tarſum uno die condidit. Tu vero, hoſpes, ede, bibe, lude; cum cætera*

res

res humanæ tanti non ſint. Plauſum ſignificans, quem manus colliſæ faciunt: *Arrianus, lib.* II *de Expedit. Alexandri Magni; Suidas, in* Σκαρδαμύκτης. Cur in Argivorum finibus aries è marmore impoſitus fuerit monumento Thyeſtæ, docet Pauſanias, *lib.* II, *pag.* 115. Sirenem Iſocratis monumento ſpecie cantantis impoſuerunt, oſtendentes quanta vi perſuadendi vir ille fuerit præditus: vide *Philoſtratum, lib.* I *de vitis Sophiſt. in Iſocrate.* Corinthii tumulo Diogenis Cynici ſuperimpoſuere canem ex Pario marmore: *Laërtius, lib.* VII *in Diogene*: vide quoque *Suidam, in* φιλίσκος. Laidis meretricis monumento leæna inſculpta erat, prioribus pedibus arietem tenens: *Pauſanias, lib.* II, *pag.* 88, 33. Virgil. VI Æneïd. verſ. 232:

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum
Imponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque.

Ad quæ verba Servius, *Remum & tubam, ipſi chara, ſculpſit in ſaxo, quia bellator & remex fuerat: licet poſſimus etiam ſolam tubam accipere: Remus enim dicitur lorum quod continet tubam.* Vide quoque Anthologiam Græc. Epigr, *lib.* III, *cap.* 4. Archimedis ſepulchro ſphæram cum cylindro impoſuere Syracuſani; qua de re vide Tullium, lib. V Tuſcul. quæſt. *Statua eſt Ludii, ejus, qui quondam fulmine ictus in Circo, ſepultus eſt in Janiculo, cujus oſſa poſtea ex prodigiis oraculorumque reſponſis Senatus decreto intra Urbem relata in Volcanali, quod eſt ſupra Comitium, obruta ſunt, ſuperque ea columna cum ipſius effigie poſita eſt,* Feſtus. *Prior Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo imponi, clarumque illud nomen, imo vero ſpolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere ſupremo cum poëtæ titulo legi juſſit,* Plinius, lib. VII nat. Hiſt. cap. 30: Cicero pro Archia poëta: vide quoque Valer. Max. lib. VIII, cap. 14, Ex. I. Temulentorum ſepulchris inſculpebant calicem: *Anthol.* III, 20. Epaminondam Thebani eo ipſo loco ſepeliverunt, in quo cum hoſtibus confligens lethale acceperat vulnus: columnæ monumento ejus ſuperſtructæ impoſuere clypeum draconis imagine conſpicuum, quò conſtaret omnibus eum è Spartis prognatum: vide *Suidam, in* Ἐπαμινώνδας. Argivi monumento Pyrrhi regis Epirotarum inſculpſerunt cum alia quibus in bello utebatur, tum vero etiam elephantos: *Pauſanias, lib.* II, *pag.* 123. Theodota nobile ſcortum Athenienſe Alcibiadem in Meliſſa, Phrygiæ pago, inſidiis Pharnabazi interemptum ſepulturâ ibidem affecit. Nobilitabatur itaque pagus iſte Alcibiadis monumento, ad quod bos quotannis immolabatur ex decreto Adriani Imp. optimi, qui etiam Alcibiadis ſtatuam è Pario marmore ſepulchro imponi curavit: Athenæus, lib. XIII, cap. 4. *A. Junius Valens, in prætorio D. Auguſti centurio, vehicula cum culeis onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus; carpenta apprehenſa una manu retinere, obnixus contranitentibus jumentis; & alia mirifica facere, quæ inſculpta monumento ejus ſpectantur. Ideo M. Varro; Ruſticellus, inquit, Hercules appellatus, mulum ſuum tollebat,* Plinius, libro VII nat. Hiſt. cap. 20. Nero Romam properans ut conatibus Vindicis obſtaret, *Leviter modo in itinere frivolo auſpicio mente recreata, cùm annotaſſet inſculptum monumento militem Gallum ab equite Romano oppreſſum trahi crinibus, ad eam ſpeciem exiluit gaudio, cælumque adoravit,* Sueton. in Nerone, cap. 41. *Tanagræa quædam meretrix fuiſſe dicitur,* inquit Cicero, pro Domo ſua, *cujus non longe à Tanagris ſimulachrum è marmore in ſepulchro poſitum fuit.* Hoc ſignum ab homine quodam nobili ad ornatum Ædilitatis ſuæ de buſto meretricis ablatum, atque è Græcia Romam deportatum, P. Clodius poſtea in divæ Libertatis nomen adoptavit, & M. Tullio fugato, imaginem viliſſimi ſcorti, ornamentum ſepulchri meretricii, in ſeminuta Ciceronis domo, veluti religioſiſſimus aliquis ſacerdos Libertatis, dedicavit. Quidquid autem hac ratione monumentis imponitur, ἐπίσημα dicitur: unde Suidæ ἐπίσημα exponitur [illegible]. Pauſaniæ paſſim ἐπίθημα vel ἐπίθεμα dicitur. Plura huc pertinentia habet Cl. Salmaſius, Plinianarum exercitat. pag. 1221.

Locis ſacris Deorum ſuorum ſimulachra ſtatuebant ethnici, ut Chriſtianis profanatorum jam locorum venerationem excuterent. *Ab Hadriani temporibus uſque ad imperium Conſtantini, per annos circiter centum octoginta, in loco Reſurrectionis, ſimulachrum Jovis; in crucis rupe, ſtatua ex marmore Veneris à gentibus poſita colebatur; exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem Reſurrectionis & Crucis, ſi loca ſancta per Idola polluiſſent,* D. Hieronymus, lib. II, epiſt. famil. 14. Oroſius quoque, lib. VII, cap. 5: *Caligula omnes Judæorum ſacras ædes,* inquit, *atque imprimis antiquum illud in Hieroſolymis ſacrarium profanari ſacrificiis gentilium, ac repleri ſtatuis ſimulachriſque imperavit, ſeque ibi ut Deum coli præcepit.* Fecerat hoc ante Caligulam Antiochus, qua de re vide Machab. lib. II, cap. 6; quemadmodum & Suidam, in [illegible]. Ælius Hadrianus Imp. de nomine ſuo Æliam, hoc eſt, Hieroſolymam reſtauraturus, ſuum (quo Judæis ægre faceret) marmori curavit inſculpi in fronte portæ, quam Bethlehemum ituri tranſibant; Auctor Caſſiodorus in Chronico.

Lunula calceis adſuta diſcernuntur patricii à noviciis; Vet. Commentator ad Juvenalis Satyr. v, 192. *Patricios calceos Romulus repperit*, inquit Iſidorus, Originum lib. xix, cap. 24. *quatuor corrigiarum, aſſutaque luna: hiis ſoli patricii utebantur. Luna autem in eis non ſideris formam, ſed notam centenarii numeri ſignificabat: quod initio patricii centum ſenatores fuerint.* Alias hujus antiqui ritus rationes reddit Plutarch. quæſt. Rom. 76. Nicolao tamen Loënſi miſcellaneorum Epiphill. lib. iv, cap. 25, probabilior videtur ratio quam Iſidorus affert. Philoſtrato, libro ii de vitis Sophiſtarum in Herode Attico, iſtiuſmodi *Lunula* dicitur ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς: vide locum. Siquidem idem Loënſis, lib. v eorundem miſcellaneorum; cap. 2, ex proxime citato Philoſtrati loco demonſtrat in qua pedis parte haſce Lunulas geſtaverint Romani.

Lychnuchi penſiles ex ære placuere & in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes: qualis eſt in templo Apollinis Palatini, quod Alexander magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem Deo: *Plinius*, *libro* xxxiv, *cap.* 3.

Manducus, effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas formidoloſaſque ire ſolebat, magnis malis, ac late dehiſcens, & ingentem dentibus ſonitum faciens: *Feſtus* *. Μάνης ἀνδριάς, *Manes ſtatua*; vide Athenæum, lib. xi, cap. 11; & Pollucem, lib. vi Onomaſt. cap. 19; nec non Scholia in Pacem Ariſtophanis; Suidam in Κοτταβίζειν.

* Vide cap. xii Manuſſa Meurſii. ad lib. de Romanorum luxu.

Marſyas miniſter Liberi patris per civitates in foro poſitus, libertatis indicium eſt: qui erecta manu teſtatur nihil urbi deeſſe: *Servius ad verſ.* 58 *libri* iv *Æneidos*: quemadmodum & ad verſ. 20 libri iii Æneid. *Civitates*, inquit, *apud majores aut ſtipendiariæ erant, aut fœderatæ, aut liberæ. Sed in liberis civitatibus ſimulachrum Marſyæ erat, qui in tutela Liberi patris eſt, cui ſacrificabant cauſa libertatis.*

Mercurius fingebatur forma capitis humani, lapidi quadrato impoſita, atque eidem cubo inſcribebatur quo via duceret: vide *Voſſium*, *de Orig. & progr. Idolol.* ii, 32.

Navium ſummitati additæ erant ſtatuæ atque imagines Deorum: Ἐπὶ τῷ ἀκροστολίῳ ἦσαν ἀγάλματα καὶ εἰκόνες τῶν θεῶν: *Auctor brevium Scholiorum ad verſ.* 241 *Iliad.* ι.

Νευρόσπαστα. Vide Lucianum de Syria Dea; Herodotum in Euterpe. Horatius, lib. ii, Satyr. 7, verſ. 82:

> *Duceris, ut nervis alienis mobile lignum.*

Ariſtoteles de Mundo, Οἱ νευροσπάσται μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι καὶ χεῖρα τοῦ ζώου, καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμόν, ἔστι δὲ ὅτε πάντα τὰ μέρη, μετά τινος εὐρυθμίας. Quem locum ſic tranſtulit Apulejus; *Qui in ligneolis hominum figuris geſtus movent, quando filum membri, quod agitari ſolet, traxerint; torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad miniſterium præſto erunt, nec invenuſte totus videbitur vivere.* Apud Xenophontem etiam in Sympoſio circulatores & præſtigiatores hujuſmodi νευροσπάσταις vulgi admirationem captant, atque ita pecunia emungunt imperitiores. Refert itaque Xenophon, quendam ex hoc hominum genere à Socrate interrogatum, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖ, *ob quam cauſam ſe efferret*, reſpondiſſe, Ἐπὶ τοῖς ἄφροσιν· οὗτοι γὰρ τὰ ἐμὰ νευρόσπαστα θεώμενοι, τρέφουσί με: *Propter homines ſtultos. Nam illi quod ſpectent imagunculas meas, quæ fidiculis tentæ moventur, me alunt.*

Nympharum imagines domi ſuæ habebant Siculi; neque tantum ſacrificare iis, ſed & bene appoti juxta eas pernoctare, & circum earum ſimulachra choreas ducere ſolebant: vide *Athenæum*, *lib.* vi *Deipnoſoph. cap.* 13.

Obeliſci effigiem radiorum Solis referebant. Plinius, lib. xxxvi, cap. 8, agens de Lapide Syenite: *Circa Syenen Thebaidis*, inquit, *Syenites eſt, quem ante pyrrhopœcilon vocabant. Trabes ex eo fecere Reges quodam certamine, Obeliſcos vocantes, Solis numini ſacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie eſt: & ita ſignificatur nomine Ægyptio*: vide locum.

Oppidorum captorum argenteæ atque eburneæ imagines inter pompam triumphalem circumferebantur: Ovid. ii de Ponto, Eleg. 1:

> *Protinus argento veros imitantia muros*
> *Barbara cum victis oppida lata viris.*

Idem iii de Ponto, Eleg. 4:

> *Oppida turritis cingantur eburnea muris;*
> *Fictaque res vero more putetur agi.*
> *Squallidus immittat fracta ſub arundine crines*
> *Rhenus, & infectas ſanguine notet aquas.*

Mos hic locum dedit facetiſſimo joco, quem refert Quintilianus, Orat. inſtitut. lib. vi, cap. 3: *Chryſippus, cum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata, & poſt dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas eſſe oppidorum Cæſaris dixit.*

Oraculum quercuum Dodonæarum harmonico æris tinnitu, à ſtatua moto, nobilitatur: vide Suidam in Δωδωναῖον χαλκεῖον, & in Δωδώνη.

Orbem manu dextra geſtabant Imperatorum ſtatuæ, ſicuti videre eſt apud Ammianum, lib. XXI & XXV. In veteri quoque nummo Severus orbem manu tenens viſitur.

Oſcilla: Virgilius, lib. II Georg. verſ. 387;

Et te Bacche vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Ad quem locum videndus Servius; Feſtus in Oſcillum; Hyginus fabula 130; Macrob. lib. I Saturnal. cap. 7, & ſub finem capitis 11; Auſonius in epiſtola Centoni nuptiali præfixa: *Ludicrum quod Græci* ſτομάχιον *vocavere. Oſcilla ſunt: ad ſummum quatuordecim figuras Geometricas habent. Sunt enim æquilatera; vel triquetra; extentis lineis; aut rectis angulis, vel obliquis; iſoſcele, vel iſopleura; orthogonia quoque, vel ſcalena. Harum vertibularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum: elephantus bellua, aut aper beſtia: anſer volans, & mirmillo in armis ſubſidens, venator, & latrans canis; quin & turris, & cantharus, & alia hujuſmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegant. Sed peritorum concinnatio; miraculum eſt; imperitorum junctura; ridiculum.* Vide Joſ. Scaligerum, Auſonianarum lectionum lib. II, cap. 25.

Palæſtras athletarum imaginibus exornabant: *Plin.* XXXV, 2.

Παλλάδια ἐν ταῖς πρώραις τῶν τριήρων ἐπὶ ἀγάλματά τινα ξύλινα τῆς Ἀθηνᾶς καθιδρυμένα· ὧν ἐπιμελοῦνται μέλλοντες πλεῖν: *Palladia in triremium proris ſunt lignea ſimulachra Minervæ collocata, quorum curam gerebant navigaturi*, Vetus Scholiaſtes in Acharnenſes Ariſtophanis; Suidas in Παλλάδιον.

Pataici Phœnicum effigiem hominis Pygmæi exprimebant, atque eos Phœnices in triremium ſuarum proris circumferre ſolebant: *Herodotus, lib.* III. *cap.* 37; *Suidas, in* Παταϊκοὶ θεοί; *Heſychius, in* Παταικός, *& in* Πυγμαῖος. Vide locum.

Πέλανοι, κοινοὶ πᾶσι θεοῖς· καλοῦνται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὥσπερ ὁ βοῦς· πέμμα γάρ ἐστι, κέρατα ἔχον: *Pelani, omnibus Diis ſunt communes: ac vocantur à figura, veluti bos: nam eſt libum, cornua habens*, Pollux, lib. VI, cap. 11; vide Meurſii Regnum Attic. libro I, cap. 9.

Πεντετηρίδων γραφαί, Athenæo lib. V, cap. 7, dicuntur Tabulæ quinquennalis ludicri Olympici ſolennitatem depictam exhibentes: nam in illis Pictorum tabulis, quarum argumentum erat Penteteridis alicujus celebratio, repræſentabant Artifices omnium Deorum ſimulachra, fercula, tenſas, totius denique veteris Theologiæ imaginem ad vivum expreſſam.

Phallus; veretrum ligneum vel coriaceum: vide Lexicographos in φαλλὸς & φαλλοφόροι.

Penates: vide *Servium ad verſum* 12 *libri tertii Æneid.* quemadmodum & ad *verſum* 148 *ejuſdem libri.* Cornutus in Perſii Satyram quintam; *Gabino habitu cinctuque*, inquit, *Dii Penates formabantur, obvoluti toga ſupra humerum ſiniſtrum, dextro nudo.*

Pilæ, inquit Feſtus, *& viriles & muliebres effigies in compitis ſuſpendebantur Compitalibus ex lana; quod eſſe Deorum inferorum hunc diem feſtum, quos vocant Lares, putarent; quibus eo die tot pilæ, quot capita ſervorum; tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur: ut vivis (ſic enim invocantur) parcerent, & eſſent his pilis & ſimulachris contenti.* Ab hiſce pilis πιλητοὶ φοινικίδες, authore Henr. Stephano in πιλητός, putantur dictæ coactiles iſtiuſmodi imagunculæ purpureæ. Nam apud Diod. Siculum, ubi narrat Alexandrum in funere Hephæſtionis poſuiſſe ἀνδριάντας χρυσελεφαντίνους, καὶ ἐν τοῖς μεταξὺ τόποις φοινικίδας ἀναπεπταμένας πιλητάς, intelligunt (ut Stephanus ibidem ait) pilas purpureas; additque ſigillis atque imaginibus iſtis veſtes olim circumponi ſolitas. Ab hiſce pilis (quemadmodum annotat Scaliger ad Feſtum) olim quoque ſtramentitias illas effigies, quorum objectu tauros irritabant, vocarunt Pilas; quod aliquoties invenias apud Martialem. Gloſſ. Græco-Lat. *Pilæ*, [illegible], [illegible]. Orator quoque in initio Cornelianæ *fœneos homines* dixit, alludens ad fœneas haſce effigies. Ad eas denique alluſit etiam Varro, quum unam de Menippeis ſuis inſcripſit titulo Ajacis ſtramentitii. Hæc Scaliger.

Πλαγγών, κήρινόν τι κοροκόσμιον, *Icuncula cerea, pupa cerea*, Heſychius. Quidam arbitrantur fuiſſe εἴδωλόν τι Ἀφροδίτης κήρινον, ſeu κόσμιον ἐγκάρδιον γυναικεῖον. Videtur quoque δαγὺς dici: Δαγύς, κοράλλιον, νύμφη λευκόκηρος: *Corallium, pupa ex cera alba*, Heſychius. Apud Scholiaſtem Theocriti δαγὺς dicitur: Αἱ πλαγγόνες κοσμάριά τινα δαγύδια· δαγὺς δέ ἐστι κοροκόσμιόν τι· καλοῦσι δὲ αὐτὸ νύμφην· οἱ δὲ πλαγγόνιον, ἀπὸ τοῦ πεπλάσθαι ἐκ κηροῦ. Et rurſus; Δαγὺς, κόσμος ἐγκάρδιος ἐστι γυναικεῖος. Vide Scholia in verſ. 110 Idyllii ſecundi. Etymologico tamen πλαγγὼν aliud eſt; γίνεται γὰρ εἰς πλάτος καὶ ἀπέτλου τῶν κηρίων.

Portis urbium adſtabant ſtatuæ. *Ambracia ante portas ſtatuit duas virileis ſpecies aheneas*: Varro, lib. IV de L. L. vide Act. Apoſt. XIV: 13. Cedrenus etiam teſtatur,

Edeſſæ

Edeſſæ ante publicam urbis portam in ſublimiore loco conſecratam olim fuiſſe ſtatuam, quam ingreſſuri urbem adorare ſolebant. In ea Meſſenes porta, qua Megalopolim itur, Mercurii ſignum Attici operis collocatum fuiſſe teſtis eſt Pauſanias, *lib.* IV, *pag.* 278, 54. Apollonii certe Tyanei ætate Babylonem ingreſſuris aurea magni Regis imago exhibebatur; neque enim cuiquam regiam urbem intrare dabatur, niſi prius imaginem iſtam Perſicæ adorationis more veneratus eſſet: vide *Philoſtratum*, *lib.* I *de vita Apollonii*, *cap.* 19. Προνώπια dicuntur iſtæ parietum concavitates, in quibus ante portam collocabantur ſtatuæ. Προνώπια, τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν· καθάπερ ἐνώπια, τὰ ἔνδον, ἔνθα αἱ εἰκόνες τίθενται, Heſychius. De talibus ſtatuis eſt illud Lucretii lib. I, verſ. 314:

Stillicidi caſus lapidem cavat; uncus aratri
Ferreus occulte decreſcit vomer in arvis;
Strataque jam volgi pedibus detrita viarum
Saxea conſpicimus; tum portas propter ahena
Signa manus dextras oſtendunt attenuari
Sæpe ſalutantum tactu, præterque meantum.

Portus quoque maritimi habebant ſimulachra ſua: *Varro certe & alii complures magnos deos adfirmant ſimulachra duo virilia Caſtoris & Pollucis in Samothracia ante portum ſita, quibus naufragio liberati vota ſolvebant:* Servius ad verſum 12 tertii Æneid.

Πραξιδίκη, teſte Heſychio & Suida, erat Dea cujus ſolum caput conſecrabatur; videturque fuiſſe *Laverna*, furtorum præſes Dea. Recte Gloſſæ, *Laverna*, πραξιδίκη. Alia habet Meurſii Regnum Atticum, lib. I, cap. 5. Etiam Priapum, quem λιμενίτην vel λιμενορμίτην vocant, *præfectum cuſtodiæ portuum*, dedicabant in litore ac portu: vide *Anthol. Epigr. lib.* I, *titulo* LVI, *de Navigatione.*

Προστατήριος. Τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι· παρ᾽ ὅσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο: *Præſidem vel Patronum dicebant Apollinem, quatenus eum ante fores conſecratum ſtatuebant*, Heſychius.

Προσωπῆτις παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὠνομάζετό τι χαλκοῦν ἀγγεῖον, ἐχίνῳ παραπλήσιον, περὶ τὸ στόμα ἔχον πρόσωπα λεόντων ἢ καὶ βοῶν· ἀφ᾽ ὧν καὶ ὠνόμαστο: Προσωπῆτις *apud Atticos vas quodpiam erat æneum echino ſimile, circa os facies leonum boumque habens, à quibus & nomen accepit*, Pollux, lib. II, cap. 4. Heſychio eſt, Πολέμιον ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἔχον ἐπὶ τοῖς χείλεσι πρόσωπα, ἐν ᾧ τὰ ἱερὰ ἔπεμπον: *Bellicum vas æneum habens in labris imagines quaſdam, quo ſacra mitterent.*

Prytaneum veterum Philoſophorum imaginibus conſpicuum fuiſſe, teſtis eſt Sidonius Apollinaris, lib. IX, epiſt. 9.

Pupas ſuas Veneri conſecrabant virgunculæ pubertati jam vicinæ, poſtquam iis primæ infantiæ ſimplicitatem ſatis oblectaverant. Perſius, Satyr. II, verſ. 69:

Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine pupæ.

Satyrica ſigna tutelæ hortorum adhibebantur: *Plinius*, *lib.* XIX, *cap.* 4. De Lampſaceno ſive Helleſpontiaco Deo in hortis paſſim conſecrato, notius eſt quàm ut referatur: vide quoque *Heſychium*, *in* ὀρθάνης *&* πιαμύλης.

Sceptro Babyloniorum ſinguli utebantur, atque in ejus ſummitate aut malum, aut roſa, aut lilium, aut aquila, aut aliud aliquod inſigne ſemper viſebatur: de quo ſic Herodotus, lib. I, Σφρηγῖδα δ᾽ ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον, χειροποίητον· ἐπ᾽ ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ αἰετός, ἢ ἄλλο τι· ἄνευ γὰρ ἐπισήμου οὔ σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον: *Annulum ſignatorium ſinguli geſtant & ſceptrum affabre factum, cui ſuperſtat aut malum, aut roſa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quippiam. Nam abſque inſigni geſtare ſceptrum ipſis nefas eſt.* Multa de Sceptris habet Henr. Spelmanni Gloſſ. in *Fiſtuca.*

Sceptrum Conſulum Romanorum. Juvenalis, Satyra X, verſ. 43:

Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.

Aurel. Prudentius, in Romano martyre:

Quum Conſulatum initis, ut vernæ ſolent,
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis;
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
Geſtator ejus, ac ſuperbit belluæ
Inflatus oſſe, cui figura eſt alitis.

Solebant interim antiqui ſceptrorum extremitati in ornatum addere imaginem hujus illiusve avis, potiſſimum tamen aquilæ in ſceptris regalibus. Εἰώθεσαν ἐν τοῖς σκήπτροις ἐπὶ τῷ

ἄκρῳ [illegible] ὄρνιθας εἰς ὑπόμνημα· ἐποίει δὲ ἐπὶ τῶν σκήπτρων ὡς ἐπίπαν ἀετούς· ἐν τοῖς σκήπτροις τῶν βασιλέων ἦν αἰετός, Scholiaſtes in Aves Ariſtophanis; ubi quoque meminit ſceptrorum ciconiam in ſummo, hippopotamum in imo habentium, inſinuantiumque juſtitiam vi potiorem eſſe. Cur ſceptro Junonis juxta Mycenarum urbem impoſitus fuerit cuculus, docet Pauſanias lib. II, pag. 515.

Scholas liberalium Artium ſtudioſis frequentatas novem Muſarum atque Apollinis imaginibus exornabant: vide *Inſcript. Gruteri* CLXIX, 5. Stratonici certe Athenienſis citharœdi ſcholam novem Muſarum atque Apollinis imaginibus conſpicuam duo tantum frequentabant diſcipuli; quibus docendis dum ſedulo vacat Ariſtonicus, interrogavit eum alter quiſpiam, Quot haberet diſcipulos; Cum Diis, inquit, duodecim: *Athenæus lib.* VIII, *cap.* 8. Similem Diogenis jocum vide apud *Laertium in ejus vita.*

Scorpio ligneus. Lyſimachus rex paraſitum ſuum Bithen perterrefecit, ſcorpione ligneo veſtibus ejus injecto. Bithen vero cognita re dixiſſe ferunt, *Ego quoque, ô Rex, incutiam tibi terrorem; Da mihi talentum.* Erat enim Lyſimachus ſupra modum avarus: *Athenæus lib.* VI, *cap.* 12.

Sella curulis. Ovid. lib. IV de Ponto, Elegia 9.

Signa quoque in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.

Signa tabernarum in Romano foro. *C. Julius, cum Helvio Manciæ ſæpius obſtrepenti diceret, Jam oſtendam qualis ſis: iſque plane inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet: digito demonſtravit imaginem Galli in ſcuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum*, Quintilianus Orat. inſtitut. lib. VI, cap. 3. Hoc ipſum aliter aliquanto narrant Cicero II de Oratore; & Plinius nat. Hiſt. lib. XXXV, cap. 4.

Siſtrum. Τῇ ἁψῖδι τοῦ σείστρου κατὰ κορυφὴν ἐντορεύουσιν αἴλουρον ἀνθρώπου πρόσωπον ἔχοντα, κάτω δ' ὑπὸ τὰ σειόμενα, πῇ μὲν Ἴσιδος, πῇ δὲ Νέφθυος πρόσωπον: *Curvamini ſiſtri in vertice inſigunt felem humana facie, imæ parti, qua quatiuntur, aliquando Iſidis, interdum Nephthyos faciem*, Plutarchus, de Iſide & Oſiride.

Σκελετὸς in locupletiorum Ægyptiorum conviviis circumlatus erat mortui cubitalis, aut quandoque etiam bicubitalis imago è ligno: vide *Herodotum lib.* II, *cap.* 78: ubi etiam diſcas ejus haud alium fuiſſe uſum, quàm Larvæ iſtius argenteæ, de qua in Satyrico ſuo Arbiter; *Potantibus nobis*, inquit, *& accuratiſſime lautitias mirantibus, larvam argenteam attulit ſervus, ſic aptam, ut articuli ejus vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur. Hanc cùm ſuper menſam ſemel iterumque abjeciſſet, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit,*

Heu, heu nos miſeros, quàm totus homuncio nil eſt!
Sic erimus cuncti poſtquam nos auferet Orcus.

Aliquando tamen Ægyptii non ſceleton aliquod ligneum, ſed ipſa verorum mortuorum cadavera condita atque exſiccata convivio adhibebant; quemadmodum legere eſt apud Lucianum, *de Luctu.* Σκευοποιοὶ dicuntur Heſychio, οἱ τὰ πρόσωπα ποιοῦντες, *Qui ad apparatum hiſtrionium perſonas ſive larvas faciunt.* Vide quoque Pollucem, Onomaſtici lib. IV, cap. 18, §. 1. Quamvis autem Herodotus, atque alii quidam Scriptores tradant Ægyptios cadaveris imaginem aliquam convivarum oculis obtuliſſe, ut eos brevis caducæque memoria vitæ ad præſentem exquiſitiſſimarum voluptatum uſum concitarent; mihi tamen videntur Ægyptiorum primi ſaluberrimo prorſus inſtituto ſceleton aliquod in conviviis circumtuliſſe: non tam ut hoc qualecunque anguſtæ fluxæque vitæ noſtræ ſpatium prodiga in delicatiores cibos libidine luxui impendendum eſſe monerent, quàm ut convivas ſuos ad ſobrietatem traducerent, ac vivos etiamnum ab ea intemperantia averterent, quæ mortuos ab immortalium cœtu excluſura videbatur. Præcipue firmat hanc noſtram conjecturam funebris ille antiquiſſimorum Ægyptiorum ritus, memoratus Porphyrio lib. IV de Abſtinentia: Οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς ἀποθανόντας τῶν ἐν γενναιότητι ὄντων ταριχεύοντες, ἰδίᾳ τὴν κοιλίαν ἐξελόντες καὶ εἰς κιβωτὸν ἐνθέντες, μετὰ τῶν ἄλλων ὧν διαπράττονται ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ, καὶ τὴν κιβωτὸν κατέχοντες πρὸς τὸν ἥλιον μαρτύρονται, ἑνὸς τῶν ταριχευτῶν ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ ποιουμένου λόγον· ἔστι δὲ καὶ ὁ λόγος, ὃν ἡρμήνευσεν Εὔφαντος ἐκ τῆς πατρίου διαλέκτου τοιοῦτος. Ὦ δέσποτα ἥλιε, καὶ θεοὶ πάντες, οἱ τὴν ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις δόντες, προσδέξασθέ με καὶ παράδοτε τοῖς ἀιδίοις θεοῖς σύνοικον· ἐγὼ γὰρ τοὺς θεοὺς, οὓς οἱ γονεῖς μοι παρέδειξαν, εὐσεβῶν διετέλουν, ὅσον χρόνον ἐν τῷ ἐκείνων αἰῶνι τὸν βίον εἶχον· τούς τε τὸ σῶμά μου γεννήσαντας, ἐτίμων ἀεί· τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων οὔτε ἀπέκτεινα, οὔτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀνήκεστον διεπραξάμην. εἰ δέ τι ἄρα κατὰ τὸν ἐμαυτοῦ βίον ἥμαρτον, ἢ φαγὼν, ἢ πιὼν, ὧν μὴ θεμιτὸν ἦν, οὐ δι' ἐμαυτὸν ἥμαρτον, ἀλλὰ διὰ ταῦτα· δείξας τὴν κιβωτὸν, ἐν ᾗ ἡ γαστὴρ ἦν· καὶ ταῦτα εἰπὼν, εἰς τὸν ποταμὸν ῥίπτει· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, ὡς καθαρὸν, ταριχεύει. Οὕτως ἀπολογίας ᾤοντο δεῖν πρὸς τὸ θεῖον

ὥσπερ ἂν ἔφαγεν καὶ ἔπιεν καὶ διὰ ταῦτα ὕβρισεν: *Ægyptii, quum aliquos ex nobilioribus fato functos condiunt, privatim ventrem eximentes & in arca reponentes, poſt alia quadam juſta exequiarum quibus funus proſequuntur, etiam arcam verſus Solem tenentes attestari ſolent, condientium uno orationem ſuper funere habente. Eſt autem oratio hujuſmodi, prout eam Euphantus ex patrio ſermone tranſtulit. Summe rerum arbiter Sol, omnesque vitæ humanæ autores Dii, accipite me ac ſempiternis Diis contubernalem addite. Etenim Deos a parentibus mihi traditos, dum ſuppetiit vita, religioſe perſeverando colui; corporis hujus genitoribus debitum ſemper honorem exhibui; reliquorum hominum occidi neminem; depoſitum neque defraudavi, neque ullum aliud malum deploratum feci. Si quid autem in vita peccavi, nonnulla præter fas edendo aut bibendo; non per me peccavi, ſed per hæc. Demonſtrata interim arca inteſtinis oppleta, eam dicto citius in flumen dejicit; reliquum vero corpus, veluti purum, condit. Tali igitur Apologia ſibi apud Deum opus eſſe arbitrabantur; culpam eorum, quæ protervius egerant, in cibum & potum conferentes.* Vide quoque quæ de hoc ſceleto habet Plutarchus, in Sympoſio ſeptem ſapientum, pag. 648 editionis Pariſ. 1624.

Sphinges. Αἰγύπτιοι πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἱδρύονται, ὡς αἰνιγματώδους τοῦ περὶ Θεοῦ λόγου καὶ ἀσαφοῦς ὄντος· τάχα δὲ καὶ ὅτι φιλεῖν τε δεῖ καὶ φοβεῖσθαι τὸ θεῖον· ἀγαπᾶν μὲν, ὡς προσηνὲς καὶ εὐμενὲς τοῖς ὁσίοις· δεδιέναι δὲ, ὡς ἀπαραιτήτως δίκαιον τοῖς ἀνοσίοις· θηρίου γὰρ ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπου ἡ σφίγξ αἰνίσσεται τὴν εἰκόνα: *Ægyptii ante templa Sphinges conſecrant; quia doctrina, quæ de Deo, ænigmatica eſt & obſcura. Forte autem, quod Deum oporteat amare & timere: amare quidem, ut ſanctis benignum ac propitium; timere vero, ut qui ſit impiis juſtus inexorabiliter. Feræ enim ſimul & hominis imaginem Sphinx ſignificat*, Clemens Alexandr Stromat. v; Plutarch. de Iſide & Oſiride; Strabo, lib. xvii Geograph.

Stabulum Eponæ ſimulacris adornabant. *Reſpicio pilæ mediæ*, inquit Apulejus iii Metamorph. *quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat, in ipſo fere meditullio Eponæ Deæ ſimulachrum reſidens ædiculæ, quod accurate corollis roſeis & quidem recentibus fuerat ornatum.*

Tabernaculum Alexandri Magni ſtatuæ ſuſtinere ſolitæ traduntur: vide *Plinium, lib.* xxxiv *nat. Hiſt. cap* 8.

Telamones in ædium ſtructura Latinis erant, qui Græcis dicebantur Atlantes. *Si qua virili figura ſigna mutulos aut coronas ſuſtinent*, inquit Vitruv. lib. vi, cap. 10, *noſtri Telamones appellant, Græci vero eos ἄτλαντας vocitant.*

Terminis inſculptæ variæ figuræ varie accipiebantur. Terminus ſive petra naturalis, ſi brancam lupi habuerit factam, arborem peregrinam ſignificat. Terminus ſive petra naturalis, ſi brancam urſi habuerit, lucum ſignificat. Terminus ſive petra naturalis, ſi ungulam pecoris bifurcam habuerit, de ſub ſaxo egredientem aquam ſignificat. Terminus ſive petra naturalis, ſi caput vituli ſculptum habuerit, de duobus montibus aquas egredientes ſignificat, per quas lineæ confinales deſcendunt: ſuper ſe autem ſacra paganorum oſtendit in triſinio. Terminus, ſi ungulam equi ſculptam habuerit, terminum curſorum ſignificat, & uſque in fontem mittit, & triſinium facit: vide *Auctores vett. de Limitibus agrorum.*

Teſtudo, ſcutorum eſt connexio, curvata in modum & ſimilitudinem teſtudinis, inquit Servius, ad verſum 505 noni Æneidos, *cum à militibus aliqua civitas obſidetur, & fit ut murus ejus ſubruatur: namque in armorum generibus milites ſumunt ab animalibus nomina; ut Aries. Inventor autem Teſtudinis Artemon Clazomenius fertur, idemque Arietis repertor dicitur.*

Themidis ſimulacrum in concionem olim apportari ſolitum tradunt, ut cognitionibus publicis intervenientes, integram juris æquique reverentiam ad judicium afferrent. Vide *brevia Scholia ad verſ. 69 Odyſſ.* β.

Θυραῖος Ἀπόλλων, eſt idem qui Græcis etiam Ἀγυιεὺς nuncupatur: quaſi viis præpoſitus urbanis. Illi enim vias, quæ intra pomœria ſunt, ἀγυιὰς appellant. Celebrant aras ejus ante fores ſuas: ipſum exitus & introitus demonſtrantes potentem. Vide *Macrob. lib.* 1 *Saturn. cap.* 9; & quæ aliquanto antè in hac ipſa ſerie alphabetica diximus in *Agyieus*.

Tripodes ex ære, præmia fortium. Horatius lib. iv, Ode 8:

> *Donarem tripodas, præmia fortium*
> *Grajorum* - - -

Ubi vetus Commentator; *Viri fortes in agone accipiebant tripodes.* Plinius lib. xxxiv, cap. 3; *Ex ære factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicos; quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur.* Tripodum formam deſcribit Diodorus Siculus, pag. 427 edit. Wechelianæ, 1604.

Tritones æreos ſummis olim turribus imponebant; quemadmodum nunc bractea in galli gallinacei ſpeciem efformata, & ſummis turrium metis impoſita, ventos indicat. *Nonnullis placuit eſſe ventos quatuor*, inquit Vitruvius lib. 1, cap. 6, *ab oriente æquinoctiali*

ctiali Solanum, à meridie Auſtrum, ab occidente æquinoctiali Favonium, à ſeptentrionali Septentrionem. Sed qui diligentius perquiſiverunt, tradiderunt eos eſſe octo; maxime quidem Andronicus Cyrrheſtes; qui etiam exemplum collocavit Athenis turrim marmoream octogonon, & in ſingulis lateribus octogoni ſingulorum ventorum imagines exſculptas contra ſuos cujuſque flatus deſignavit: ſupraque eam turrim marmoream metam perfecit, & inſuper Tritonem æreum collocavit dextra manu virgam porrigentem, & ita eſt machinatus uti vento circumageretur, & ſemper contra flatum conſiſteret, ſupraque imaginem flantis venti indicem virgam teneret. Itaque ſunt collocati inter Solanum & Auſtrum, ab oriente hyberno, Eurus; inter Auſtrum & Favonium, ab occidente hyberno, Africus; inter Favonium & Septentrionem, Caurus, quem plures vocant Corum; inter Septentrionem & Solanum, Aquilo. Meminit Varro, lib. III de re Ruſt. cap. 5. Cum hac Andronici turre non alienum erit conferre Theodoſii Imp. δίζαν ἀνέμων, prout eam deſcribit Cedrenus, pag. 323 edit. Regiæ.

Tritones cum buccinis faſtigio Saturni ædis ſuperpoſiti; quoniam ab ejus commemoratione ad noſtram ætatem hiſtoria clara & quaſi vocalis eſt; ante vero muta & obſcura & incognita: quod teſtantur caudæ Tritonum humi merſæ & abſconditæ, Macrobius, lib. I Saturnal. cap. 8. Ἀκρωτήρια dicebantur animalia templorum faſtigio ſuperimpoſita. Vide *Heſychium*.

Vellus aureum. Nobile illud aurei velleris inſigne à Philippo II duce Burgundiæ inſtitutum, nobiliores florentiſſimi regni proceres omni ſtudio appetere ſolent, prorſus ut flos olim Græciæ Jaſone duce nullos non labores ſpe potiundi velleris exantlavit: quamquam longe aliam rationem fuiſſe conſtet hodierni velleris arte fabrili fuſi vel excuſi, & veteris illius Colchici quod animoſa juventus abſtulit. Aureum enim vellus nihil aliud fuiſſe putatur, quàm liber quidam in membranis exaratus, & tradens quemadmodum Chymicæ artis ſubſidio aurum fiat: vide *Suidam in* Δέρας, *in* Διοκλητιανὸς, *& in* Χημεία; vide quoque *Euſtathium, ad verſ. 689 Dionyſii* τ͂ περιηγητ͂, ubi Charax vetuſtiſſimus hujus opinionis auctor citatur. Non videntur itaque ſine ratione Æetæ genus veteres ad Solem, unicum caloris metallifici fomitem ac fontem retuliſſe. Medeam quoque Diogenes, apud Stobæum *, non veneficam, ſed ſpectatæ ſapientiæ fœminam fuiſſe teſtatur; tanquam quæ molles atque effœminatos homines exercitiis roboraverit, & ad priſtinum juventæ vigorem veluti coquendo revocaverit. Vide quoque *Scholia ad verſ. 200 libri tertii Argonauticôn Apollonii Rhodii*, ubi liquet maternum etiam genus Medeæ inſigni artis medicæ ſcientia claruiſſe. Addit Palæphatus eam medicandorum capillorum ſingularem habuiſſe peritiam; & decoctione quadam (quam πυρίεφθον vocabant) inventa, plurimorum infirmitatibus calidi hujus lavacri beneficio ſuccurrere ſolitam: vide *Palæphatum de Fabuloſis narrationibus*, quemadmodum & *Euſebium, lib. x de Præparatione Evangelica*. Huc etiam facit, quod ipſe Jaſon in diſciplinam traditus fuit Chironi Centauro, exploratiſſimo medicæ artis magiſtro: ſub quo tantum profecit, ut dictus ſit Jaſon, ἀπὸ τ͂ ἰᾶσθαι, à medendo. Παρὰ Χείρωνι ἔμαθε τὴν ἰατρικὴν, ὅθεν καὶ Ἰάσων ἐκλήθη, παρὰ τὴν ἴασιν, ut loquitur vetuſtiſſimus Scholiaſtes Apollonii Rhodii, *ad verſ. 154 libri primi Argonaut.* Vide quoque *Scholia ad verſ. 436 Phænomenôn Arati*, & *brevia Scholia ad verſ. 70 Odyſſeas* Μ. Quamobrem neque magnam cuiquam præbere debet admirationem, quod Jaſon medicinæ ſtudioſiſſimus nobiles illas chymicæ artis membranas tanto ſtudio petierit, cumque iis Medeam, paterni materníque generis inſtituto medendi ſcientiſſimam, ſecum avehendam putaverit.

Veritatis ſimulacrum in gemma exſculptum ſacerdotes Ægyptiorum de collo pendens geſtabant, ἄγαλμα τ͂ ἀληθείας, *ſimulacrum veritatis.* Vide Ælianum, var. Hiſt. XIV, 34; vide quoque Diod. Siculum, lib. I, pag. 45 & 68; quemadmodum & Iſidorum Peluſiotam, lib. III, epiſt. 10, confer cum Hiſt. ſacra. Plinius quoque, lib. XXXIII, cap. 3; *Harpocratem, ſtatuaſque Ægyptiorum numinum, in digitis viri quoque portare incipiunt.* Ex quibus loquendi modis manifeſtum eſt, ſculpturam ac cælaturam à ſtatuaria parum admodum diſtare: quemadmodum enim gemmis inciſæ imagines *ſtatuæ* hic per tranſlationem dicuntur, ita paſſim apud ſcriptores æneæ, eburneæ, argenteæ figuræ alteri cuipiam materiæ impreſſæ, *ſigna* generali nomine dici ſolent. Virgil v Æneidos:

> - - - *Hoc munus habebis*
> *Cratera impreſſum ſignis.* - - -

Statius III Sylv. in Hercule Surrentino, verſ. 38:

> - - - *Signis creſcit torus aſper eburnis.*

Quin etiam præſtantiſſimi quique ſignifices cælaſſe deprehenduntur. *Phidias Amazonum prælium cælavit intumeſcente ambitu parmæ*, Plin. XXXVI, 5: & mox, *Scopas*,

 Bryaxis,

Bryaxis, *Timotheus*, *&* *Leochares pariter cælavere Mauſoleum.* Menſam quoque ex ebore & auro fecit Colotes, de qua vide *Pauſaniam lib.* v, *pag.* 325, 34. Valvas quoque ex ebore atque auro magnifice cælatas deſcribit Virgil. III Georg. verſ. 26:

In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto
Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini.

Scribit Zozimus lib. v, Stiliconem in magna pecuniæ inopia mandaſſe, ut fores Capitolii, quæ magno pondere auri obductæ erant, laminis iis ſpoliarentur; quibus detractis, apparuit ſcriptura quæ ſub ipſis antea laminis delituerat, INFELICI REGI SERVANTUR. Eas autem laminas egregia cælatura fuiſſe notabiles diſcas ex Claudiani Paneg. in VI Conſ. Honorii, verſ. 44:

- - - *Juvat intra tecta Tonantis*
Cernere Tarpeja pendentes rupe Gigantes,
Cælataſque fores. - - -

Vertumnus multiformis poſitus in multis locis civitatis; & fere in omnibus municipiis Italiæ conſecrabantur ſimulacra ambigui vultus, qui pro habitus diverſitate in diverſas facies Deorum vertebantur: *Acron in Horat. lib.* II, *Sat.* 7. Vide *Propertium, lib.* IV, *Eleg.* 2.

Vortumnus Deus invertendarum rerum eſt, id eſt, Mercaturæ. Signum Vortumni in ultimo vico Thurario eſt, ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad poſtremam dexteram partem: *Aſconius Pedianus in Verrinam de Prætura urbana.*

Cæterum omiſſa ea, quæ in ædibus ſacris erat, cælatura, ad varium in aliis rebus cælaturæ uſum tranſibo.

Cælaturæ multiplex uſus.

§. 12. Ancæſa dicta ſunt ab antiquis vaſa quæ cælata appellamus; quod circumcædendo talia fiant. Ipſum quoque cælare verbum ab eadem cauſa eſt dictum, D litera cum L permutata: *Feſtus.*

Baltheus cælatus. Ovid. IX Metamorph. verſ. 189:

Thermodoontiaco cælatus baltheus auro.

Bipennis cælata argento: *Virgil.* V *Æneid. verſ.* 307.

Capuli multum ebore etiam faſtidito, cælantur argento; vaginæ, batillis; balthei, laminis crepitant, Plin. XXXIII, 12; vide Suidam in Λάκαινα, & in Τυρόννησις. Gladius Pelopis in capulo habuit cornu Amaltheæ ex auro atque ebore elaboratum: vide *Pauſaniam lib.* VI, *pag.* 378, 56. Theſeo eburnea capuli cælatura ſaluti fuit: *Ovid.* VII *Metamorph. verſ.* 423. Macedonum regi Philippo Pauſaniæ capulus, quadrigæ cælatura inſignis, fatalis fuit: *Valer. Maxim. lib.* I, *cap.* 8, *Ex. ext.* 9.

Carrucas ex argento cælare invenimus, Plin. XXXIII, 11.

Cryſtallis quibuſdam eſt *capillamentum rimæ ſimile; hoc artifices cælatura occultant:* Plin. XXXVII, 2.

Cunæ ſegmentatæ: Juvenal. Satyra VI, verſ. 89.

Cymbia. Virgil. V Æneid. verſ. 266:

Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas,
Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

Eſſeda cælata. Propert. II, 1: *Eſſeda cælatis ſiſte Britanna jugis.*

Figulina vaſa cælata. Plutarchus in apophth. Regum & Impp. Κότυς φύσει ὀξὺς ὢν εἰς ὀργὴν, καὶ πικρὸς τῶν ἁμαρτανόντων ἐν ταῖς διακονίαις κολαστὴς, σκεύη ποτὲ κεράμεια κομίσαντος ξένου εὔθραυστα καὶ λεπτὰ, τεχνικῶς δὲ καὶ περιττῶς εἰργασμένα γλυφαῖς τισὶ καὶ τορείαις, τῷ μὲν ξένῳ ἔδωκε δῶρα, τὰ δὲ σκεύη πάντα συνέτριψεν, ὅπως (εἶπε) μὴ δι' ὀργὴν πικρότερον κολάζω τοὺς συντρίβοντας: *Cotys, cum natura iracundus eſſet, acerbeque in miniſtrorum delicta animadvertens, cùm hoſpes quidam ei fictilia vaſa attuliſſet, tenuia ac fragilia admodum, alioquin eleganter ac ſubtiliter ſculpturis cælaturiſque adornata: hunc quidem donis affecit, ſed vaſa iſta omnia confregit, quod vereri ſe diceret, ne miniſtros ea ſi confringerent ſævius puniret.* Martial. lib. IV, Epigr. 46:

Parcæ ciſtula non capax olivæ,
Et craſſo figuli polita cælo.

Filicata patera dicta, quod ad filicis herbæ ſpeciem ſit cælata: *Feſtus.* Ita quoque *Hederaceas* & *Corymbiatas pateras* dicebant à genere cælaturæ, de quibus alibi.

Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio: *Cicero, lib.* IV *in Verrem.* Caſſidis cælatæ meminit Juvenalis Satyra XI, verſ. 103.

Hydriæ grandes cælatæ opere Corinthio: *Cicero, lib.* IV *in Verrem.*

Laquearia cælata: *Seneca, epiſt.* XC. φατνώματα, σανιδώματα, ἤγουν διάγλυφα, *Suidas.*

Lemniſci,

Lemniſci, qui coronis adjiciebantur, puri diu fuere. Cælare eos primus inſtituit P. Claudius Pulcher, bracteaſque etiam philyræ dedit: vide *Plinium*, *lib.* XXI, *cap.* 3.

Lesbium, genus vaſis cælati à Lesbis inventum: *Feſtus*.

Panis cælaturæ: *Plin.* XIX, 4.

Putealia ſigillata: *Cicero*, *lib.* I *ad Atticum*, *epiſt.* 8; *Turnebus*, *Adverſ.* 11, 2.

Scaphia cum emblematis: *Cicero*, *lib.* IV *in Verrem*.

Scutis, qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines; unde & nomen habuere Clypeorum (a); *non, ut perverſa Grammaticorum ſubtilitas voluit, à cluendo: *Origo plena virtutis faciem reddi in ſcuto cujuſque, qui fuerit uſus illo. †Pœni ex auro factitavere & clypeos & imagines; ſecumque in caſtris tulere. Certe captis eis talem Aſdrubalis invenit Q. Marcius; Scipionum in Hiſpania ultor: iſque clypeus ſupra fores Capitolinæ ædis uſque ad incendium primum fuit:* Plin. XXXV, 3. Clypeum Achillis à Vulcano mira arte cælatum deſcribit Homerus Iliad. Σ, verſ. 474 & ſeqq. vide quoque junioris Philoſtrati Imagines in Pyrrho. - - - *Clypei non enarrabile textum*, à Vulcano Æneæ fabricatum, & multiplici cælatura ornatum deſcribit Virgil. ſub finem libri octavi Æneidos: vide eundem VIII Æneïd. verſ. 657 & 789. Idomeneus erat Minois nepos, à Paſiphaë filia Solis oriundus; habuit igitur gallum gallinaceum, avem Soli ſacram, in ſcuto pro inſigni: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 338, 33. Epaminondæ clypeus draconis imagine notabilis erat, ut conſtaret omnibus eum è Spartis prognatum: vide *Suidam* in Ἐπαμεινώνδας. Ovid. lib. V. Metamorph. verſ. 187:

* Origo, plenam virtutis, vett. Voſſii codices.

† Pœni & ex auro, iidem codd.

> *At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo*
> *Ementitus erat; clypeo quoque flumina ſeptem*
> *Argento partim, partim cælaverat auro.*

Statius, lib. IX Thebaïd. verſ. 333, deſcribit Crenæi clypeum cælatura inſignem. Aliorum quoque clypeos paſſim alibi deſcribit. Silius Italicus, lib. I Punici belli:

> *Flumineaque urna cælatus Bragada parmam.*

Idem, lib. IV de Chryxo Bojorum duce:

> *Ipſe tumens atavi Brenni ſe ſtirpe ferebat*
> *Chryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat:*
> *Tarpejoque jugo demens, & vertice ſacro*
> *Penſantes aurum Celtas umbone ferebat.*

Idem, lib. VIII:

> *Ducit avis pollens, nec dextra indignus avorum*
> *Scævola, cui diræ cælatur laudis honora*
> *Effigie clypeus. Flagrant altaribus ignes;*
> *Tyrrhenum valli medio ſtat Mutius ira*
> *In ſemet verſa, ſævitque in imagine virtus.*

Idem, lib. X:

> *Inter mille viros jacet ingens Phorcus, ab antris*
> *Herculeæ Calpes, cælatus Gorgone parmam,*
> *Unde genus triſtiſque Deæ manabat origo.*

Idem, lib. XVII:

> *At contra ardenti radiabat Scipio cocco,*
> *Terribilem oſtentans clypeum, quo patris & una*
> *Cælarat patrui ſpirantes prælia dira*
> *Effigies. - - -*

Quemadmodum igitur ex locis jam allatis patet magnorum olim clypeos virorum ſpectabiles plerumque fuiſſe cælatura, quæ originem generis aut majorum virtutem repræſentabat, ita nonnunquam clypeos ſuos alio quovis inſigni pro libitu exornabant. Agamemnonis certe clypeo inſculptus erat Terror habens caput leonis, *teſte Pauſania*, *lib.* V, *pag.* 323, 54. Sicut Hercules apud Heſiodum, & Agamemnon apud Homerum, ita quoque Lamachus apud Ariſtophanem in Acharnenſibus, Gorgonem in ſcuto geſtavit. Ὁ Λάμαχος εἶχε τὴν μορμὼ καὶ τὴν γόργονα ἐπίσημον, inquit Scholiaſtes in Pacem Ariſtophanis. In Menelai ſcuto expreſſus erat draco; is nempe, qui Aulide inter ſacra repens, pro oſtento fuit: *Pauſanias libro* X, *pag.* 660, 14. Steſichorus tradit Ulyſ-

(a) *Vult itaque Plinius* Clypeos *dici quaſi* glypheos: ἀπὸ τοῦ γλύφειν, ſcalpere, cælare: *prorſus ut Belgicum* ſchild, ſcutum, *dictum putant à* ſchilderen, pingere. *Diverſis etenim cohortibus militum diverſa quoque in clypeis picta erant δείγματα, ſigna, quemadmodum ſupra ex Vegetio monuimus. De imaginibus Impp. thorace tenus in clypeo multa eximie Joſ. Scaliger, ad annum Euſebii* MMCCLXXXVI, *pag.* 238.

ſem in clypeo circumtuliſſe delphini ſpeciem: vide *Tzetzem in Lycophronis Caſſandram.* Ariſtomenis Meſſenii clypeus pro inſigni habuit aquilam paſſis ad extremos margines ejus alis: *Pauſanias libro* IV, *pag.* 247, 3. Alcibiades, ut ſemper alias, ita maxime in bello cùm præeſſet exercitui, pulcher videri ſtuduit; quamobrem etiam ſcutum ex ebore & auro confectum habuit, & in eo Cupidinis fulmen amplexantis inſigne: *Athenæus lib.* XII, *cap.* 9; vide quoque *Plutarchum in Alcibiade.*

Scyphi ſigillati: Cicero, lib. IV in Verrem.

Vehiculorum cælatorum meminit Seneca, epiſt. LXXXVII: Vehicula decem, multo auro argentoque cælata, proſequebantur agmen Darii: *Q. Curtius, lib.* III, *cap.* 3.

Vitrum aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur, Plin. XXXVI, 26. Achilles Tatius, lib. II de amoribus Clitophontis & Leucippes: Κρατὴρ περίκειτο μετὰ τὸν Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον· ὕαλος μὲν τὸ πᾶν ἔργον ὀρωρυγμένης· κύκλῳ δὲ αὐτὸν ἄμπελοι περιέστεφον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κρατῆρος πεφυτευμέναι, οἱ βότρυες πάντη περικρεμάμενοι, ὄμφακες μὲν αὐτῶν ἕκαστος ἕως ἦν κενὸς ὁ κρατήρ· ἐὰν δὲ ἐγχέῃς οἶνον, κατὰ μικρὸν ὁ βότρυς ὑποπερκάζεται, καὶ σταφυλὴν τὴν ὄμφακα ποιεῖ· Διόνυσός τε ἐντετύπωται τῶν βοτρύων, ἵνα τὴν ἄμπελον γεωργῇ: *A Glauci Chii cratere alterum poculum adhibuit. E cælato id vitro erat, ejuſque oram vites in eo ipſo natæ coronabant, à quibus racemi paſſim pendebant, ſicco omnes poculo acerbi: immiſſo autem vina paulatim rubentes & maturi: inter racemos vero Dionyſius effictus erat ut vitem coleret.* Apulejus Mileſ. libro ſecundo meminit *Vitri fabre ſigillati.*

* Aurum celando, ita vett. codd. Voſſii.

Reſtat ut hoc in loco addam illud Plinii libro XXXIII, cap. 12: *Mirum* in auro cælando inclaruiſſe neminem, argento multos.* Atque ita procedam ad inſpectionem Pecuniæ, quæ Juvenali Satyra XIV, verſ. 291 recte dicitur,

Conciſum argentum in titulos facieſque minutas.

Pecuniæ conſideratio.

§. 13. Pecuniæ conſiderationem hoc in loco minime prætereundam, juxta mecum fatebitur, quiſquis conſiderabit antiquiorum elegantiarum curioſos ex ipſa vett. numiſmatum bona malave moneta levi negotio dignoſcere ſæcula cultiora ab impolitioribus, gentes itidem in liberalium Artium tractatione curaque exercitas, à ſemibarbaris atque alienis ab omni humanitate ſcientia hominum digniſſima.

Pecunia ipſa à pecore appellabatur, Plinius lib. XVIII, cap. 3. *Servius rex ovium boumque effigie primus æs ſignavit*, Idem ibidem. Et rurſus lib. XXXIII, cap. 3: *Servius rex primus ſignavit æs: antea rudi uſos Romæ, Timæus tradit. Signatum eſt nota pecudum, unde & Pecunia appellata.* Plura de vocabuli origine habet Voſſii Etymologicum in *Pecunia.* Auctor brevium ſcholiorum ad verſ. 449 Iliados Β, Ἑκατόμβοιος exponit, ἑκατὸν βοῶν τιμῆς ἄξιος, ἢ ἑκατὸν χρυσῶν νομισμάτων: *Centum boum, aut centum aureorum nummorum pretium æquans.* Οἱ γὰρ ἀρχαῖοι, inquit, τιμῶντες τὸ ζῶον τὸν βοῦν διὰ πολλὰ μὲν, καὶ ὅτι δὲ ἱερὸν ἐστιν, ἐνεχάραττον τῷ μὲν ἑνὶ μέρει τοῦ νομίσματος βοῦν, τῷ δὲ ἑτέρῳ τὸ τοῦ βασιλέως πρόσωπον: *Antiqui enim pecus bubulum magnifacientes cùm ob alia multa, tum etiam quòd ſacratum eſſet, inſculpebant uni lateri numiſmatis bovem, alteri vero faciem regis.* Affine huic eſt illud ejuſdem Scholiaſtæ ad verſ. 79 Iliados Φ: Οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐπινοηθῆναι τὸ νόμισμα, τὰς ἀνταλλαγὰς ἐποιοῦντο διὰ τῶν τετραπόδων· ὅθεν ὕστερον εὑρεθέντων τῶν νομισμάτων, βοῦν ἐπ' αὐτῶν ἐξετύπωσαν ἐνδεικνύμενοι τὸ ἀρχαῖον ἔθος· καὶ παροιμία· Βοῦς ἐπὶ γλώσσης, ὅ ἐστι νόμισμα, ἁρμόζει δὲ ἡ παροιμία αὐτὴ ἐπὶ τῶν ῥητόρων τῶν λαμβανόντων νομίσματα ὑπὲρ τοῦ μὴ καταδημηγορῆσαί τινι, ἀλλὰ σιωπῆσαι: *Antiqui ante inventam pecuniam, commercia inſtituebant per quadrupedes: unde poſtea, repertis nummis, bovem in iis effigiaverunt, indicantes antiquam conſuetudinem. Eſt & parœmia, Bos in lingua: id eſt nummus. Quadrat autem hæc parœmia in rhetores argentum accipientes ne alicui patrocinentur, ſed ſileant.* Similia quoque habet Euſtathius, edit. Romanæ pag. 252, 19. Vide quoque de hac Parœmia Pollucem, lib. IX, cap. 6; Heſychium, in Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ, & Parœmiographos; Zenobium, Centur. II, 70; & Diogenianum, Cent. III, 48.

Πρῶτος ἐχάραξε νόμισμα Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος: *Primus inſcripſit nummum Athenienſibus Erichthonius*, Pollux libro nono, cap. 6.

Dionyſius Poeta quidam & Rhetor cognominatus eſt Χαλκοῦς, quoniam Athenienſibus perſuaſit uti numiſmate æreo: *Euſtathius ad verſ. 393 Iliad.* Φ, *edit. Romanæ pag.* 1243, 16. Callia archonte cuſa eſt primum Athenis moneta ænea. Ἐπὶ Καλλίου νόμισμα χαλκοῦν ἐκόπη, *Suidas in* Χαλκία.

Euſebii Chronicon ad annum MCCCVI: *Numa Pompilius Capitolium à fundamentis ædificavit, & congiarium dedit aſſes ligneos & ſcorteos.* Ubi Scaliger: Græca lectio addit tertium genus, omiſſum ab Hieronymo: Ἀσσάρια ξύλινα καὶ σκύτινα καὶ ὀστράκινα; *Aſſes ligneos, & ſcorteos, & teſtaceos.* Vide locum. Cedrenus de Numa, ſecundo rege à Romulo: Ἀσσάρια ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο, πρὶν διὰ σκυτίνων καὶ ξυλίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων· ἅπερ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμμία ἐκάλεσε:

λεῖ: *Aſſes ex non ſignato argento & ære cuſos primus Romanis largitus eſt, quum antea eorum uſum ſcortei, lignei, & figulini ſupplerent: vocavitque nummos ex ſuo nomine*. Eadem habet Suidas in Ἀσσάρια.

Λακεδαιμόνιοι νομίσματι χρῶνται σκυτίνῳ: *Lacedæmonii numiſmate utuntur ſcorteo*, Stobæus, titulo de Legibus & conſuetudinibus, ex Nicolao de Moribus gentium. Corium forma publica percuſſum fuit apud Lacedæmonios, quod uſum numeratæ pecuniæ præſtitiſſe dicit Seneca, *lib. v de Benef. cap.* 14; Donatus ad illud Maronis, libro primo Æneidos:

Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Dicunt, inquit, *pecuniam tunc ex corio bubulo fuiſſe, & inde Pecuniam dictam, quòd ex pecore originem duceret; tantumque fuiſſe in pretio loci, quantum bovis unius corium conficere potuiſſet*. Vide quoque Caſſiodorum, Variarum VII, 22, Iſidorum, Originum lib. XVI, cap. 17.

Byzantini ferreo utebantur numiſmate. Σιδαρέοισι, ὡς ἐν Βυζαντίῳ ἦν εἰσὶ ἐν τῷ λεγομένῳ νομίσματι ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζάντιοι. Σιδάρεοι, παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις, Heſychius. Vide quoque *Schol. in Ariſtophanis Nebulas*. Lacedæmoniis etiam in uſu fuit numiſma ferreum; ita Pollux libro VII, cap. 24, §. 2: Νόμισμα σιδηροῦν, τὸ Λακεδαιμονίων καὶ Βυζαντίων. Ac plura quoque habet idem Pollux libro nono, cap. 6. Romanis denique regem Numam primum dediſſe æream ferreamque monetam auctor eſt Suidas in Ἀσσάρια. *Miſcuit denario triumvir Antonius ferrum. Miſcent æra falſa moneta. Alii è pondere ſubtrahunt, cùm ſit juſtum* LXXXIIII *è libris ſignari. Igitur ars facta, denarios probare; tam jucunda lege plebi, ut Mario Gratidiano vicatim totas ſtatuas dicaverit. Mirumque in hac artium ſola vitia diſcuntur, & falſi denarii ſpectatur exemplar, pluribuſque veris denariis adulterinus emitur*, Plinius lib. XXXIII, cap. 9.

Nummus plumbeus dicebatur genus nummi viliſſimi. Plautus Caſina, Act. I, Scena *Omnibus rebus* &c.

Cui homini hodie peculi nummus non eſt plumbeus.

Idem Trinummo, Act. IV, Scena I:

- - - Eine aurum crederem,
Cui, ſi capitis res ſiet, nummum nunquam credam plumbeum?

Heſychius; Ἐπίχυτον, εἶδος νομίσματος ἐξ ἀργύρου ἢ μολύβδου κεχυμένον.

Stannum argenti loco habitum Syracuſis auctor eſt Dionyſius. Vide *Pollucem libro nono, cap.* 6.

Janus fertur nummum æreum ſignaſſe primus. De Jano hæc habet Draco Corcyræus, apud Athenæum lib. XV, cap. 13: Ἰανὸν λόγος ἔχει διπρόσωπον γεγονέναι· τὸ μὲν ὄπισθεν, τὸ δ᾽ ἔμπροσθεν ἔχοντα πρόσωπον· ἀπὸ τούτου καὶ τὸν Ἰανὸν ποταμὸν καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομάζεσθαι, κατοικήσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους· πρῶτον δὲ στέφανον εὑρεῖν καὶ σχεδίας καὶ πλοῖα, καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξαι· διὸ καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν ἢ στέφανον ἢ πλοῖον: *Janum fama eſt bifrontem fuiſſe, habentemque faciem unam retrorſum, antrorſum alteram: ab hoc etiam Janum fluvium, Janumque montem nomen accepiſſe, quòd in iſthoc monte habitaverit: illum etiam primam coronam inveniſſe, & rates, ac navigia, nummum quoque æreum primum ſignaſſe: multas itaque urbes Græcas, Italas, Siculas monetæ ſuæ inſculpere vultum bicipitem, & ex altera parte ratem, aut coronam, aut navem*. Vide quoque Plutarch. Rom. quæſt. 41. Plin. lib. XXXIII, cap. 3: *Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis*. Macrobius Saturnal. lib. I, cap. 7: *Janus, cùm Saturnum claſſe pervectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate muneravit. Cùm primus quoque æra ſignaret, ſervavit & in hoc Saturni reverentiam, ut, quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte ſui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur; quo Saturni memoriam in poſteros propagaret. Ita fuiſſe ſignatum hodieque intelligitur in aleæ luſu, cùm pueri denarios in ſublime jactantes*, CAPITA AUT NAVIA, *luſu teſte vetuſtatis exclamant*.

Lydi primi cuderunt aureum argenteumque nummum ad uſum. Herodotus libro I, cap. 94: Λυδοὶ πρῶτοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο· πρῶτοι δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο, &c.

Itonus, Theſſaliæ rex, inventor auri argentique conflandi, & primus auctor monetæ. Lucanus libro VI, 402:

Primus Theſſalicæ rector telluris Itonus
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ,

Fudit

Fudit & argentum flammis, aurumque moneta
Fregit, & immenſis coxit fornacibus æra.

Æginetæ primi percuſſerunt monetam, atque ab iis nomen accepit numiſma Æginæum. Αἰγινῆται πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον: Ælian. var. Hiſt. XII, 10. Euſtathius in Iliad. B, edit. Romanæ pag. 288, 9: Ἐκόπη δὲ ἀργύριον πρῶτον ὑπὸ Φείδωνος ἐνταῦθα (ſcilicet in Ægina inſula, de qua in præcedentibus egerat) καὶ ἦν ἐξαίρετόν τι ἐν ἀργυρίοις ὁ Αἰγιναῖος ὀβελός. Confer hunc Euſtathii locum cum verbis Strabonis, lib. VIII, pag. 376 edit. Caſaubonianæ: Ἔφορος ἐν Αἰγίνῃ ἄργυρον πρῶτον κοπῆναί φησιν ὑπὸ Φείδωνος· ἐμπόριον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας, τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς· ἀφ᾽ οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγιναίαν ἐμπολὴν λέγεσθαι: *Ephorus in Ægina primum ait cuſum fuiſſe argentum: emporium enim factam hanc inſulam, hominibus propter ſoli ſterilitatem negotiatorum inſtar mare exercentibus: unde & dici cœptum, Aliquem viles Æginetarum merces tractare.* Videtur interim argentea Æginetarum moneta magnitudine aliorum populorum numiſmata ſuperaſſe. Heſychius: Αἰγιναῖον, νόμισμα ἀργυροῦν μέγα. Plura habet Pollux libro nono, cap. 6.

Victoriatus lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus, mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus Victoria, & inde nomen: *Plinius libro* XXXIII, 3.

Cyziceni ſtateres celebrabantur ut bene excuſi. Typus eorum erat facies muliebris, in altero latere erat prior pars leonis. Κυζικηνοὶ στατῆρες διεβεβόηντο ὡς εὖ κεχαραγμένοι· πρόσωπον δὲ ἦν γυναικεῖον ὁ τύπος· ἐπὶ δὲ θατέρου προτομὴ λέοντος, *Suidas.* Vide quoque *Heſychium, Zenobium, Diogenianum.*

Darici. Εἰσὶ μὲν χρυσοῖ στατῆρες οἱ Δαρεικοί· ἠδύνατο δὲ ὁ εἷς τοσοῦτο, ὅσπερ καὶ ὁ χρυσοῦς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενος. ἐκλήθησαν δὲ Δαρεικοί, οὐχ ὡς οἱ πλεῖστοι νομίζουσιν, ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρός, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ ἑτέρου βασιλέως: *Darici ſunt ſtateres aurei. Unus eorum tantum valebat, quantum aureus Atticus. Denominatus autem eſt Daricus, non, ut plerique arbitrantur, à Dario patre Xerxis, ſed ab Regis alterius nomine*, Harpocration in Δαρεικός. Vide quoque Suidam in Δαρεικὸς & Δαρεικοῖς: confer cum his quæ habet Heſychius in Δαρεικοί.

Δημαρέτιον, νόμισμα ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ Γέλωνος κοπέν, ἐπιδούσης αὐτῷ Δημαρέτης τῆς γυναικὸς εἰς αὐτὸ τὸν κόσμον: *Demaretium, nummus in Sicilia à Gelone percuſſus, exhibente ei uxore Demarete mundum ſuum muliebrem ad hoc efficiendum*, Heſychius. Meminit & hujus numiſmatis vet. Scholiaſtes, circa initium Odæ II Olympiorum Pindari: ac plenius etiamnum Pollux lib. IX, cap. 6.

Γαλύσια, τὰ ἐν Γαλύσῳ νομίσματα, Heſychius.

Καλλιχέλωνος, ὁ ὀβολός· εἶχε γὰρ τὸ νόμισμα χελώνην ἐπικεχαραγμένην: *Obolus dicebatur* καλλιχέλωνος: *habuit enim teſtudinem inſculptam:* Heſychius. Meminit & Pollux libro nono, cap. 6.

Πῶλος, νόμισμα Κορίνθιον, ὅτι Πήγασον εἶχεν ἐντετυπωμένον: *Pullus, numiſma Corinthium, quòd Pegaſum haberet inſculptum*, Pollux libro nono, cap. 6.

Homerium dicebatur Smyrnæis nummus æreus in memoriam Homeri cuſus. Inter plurima certe quæ Smyrnam decorabant, refert Strabo libro XIV, pag. 646 edit. Caſaubonianæ, & bibliothecam & Homerium, porticum quadratam habentem Homeri templum & ſimulacrum. Ἀντιποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ· καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ᾽ αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται: *Nam & hi præcipue ſibi vendicant Homerum, & numiſma quoddam æreum apud eos appellatur Homerium.* Etiam Chios pecuniæ ſuæ inſcripſiſſe Homerum auctor eſt Pollux lib. IX, cap. 6: ubi quoque addit Mitylenæos monetæ ſuæ inſculpſiſſe Sappho.

Cyrenæi in una nummi ſui parte Ammonem, in altera ſilphium exſculpſerunt: vide Heſychium & Suidam in Βάττου σίλφιον.

Diobolum Atticum habebat noctuam inſculptam, triobolum vero in utraque parte faciem Jovis, tetrobolum denique faciem ſimiliter & duas noctuas: *Pollux lib.* IX, *cap.* 6. Γλαῦξ, νόμισμα Ἀθήνῃσι τετράδραχμον, Heſychius. Et mox apud eundem in Γλαῦκες: Γλαῦξ τὸ ἐπιχάραγμα τοῦ στατῆρος. Vide quoque eundem Heſychium in Παλλάδος πρόσωπον στατήρ, &c. & vet. Scholiaſtem in Ariſtophanis Aves.

Ἰασεῖς τῷ νομίσματι ἐνεχαράξαντο, παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον· Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην. Ἀσπένδιοι, παλαιστάς. Κεφαλλῆνες, ἵππον. Θάσιοι, Πέρσην. Ἀργεῖοι δέ, μῦν: *Jaſii monetæ inſculptum habebant, puerum delphino vectum. Dardani, pugnam gallorum gallinaceorum. Aſpendii, palæſtritas. Cephallenes, equum. Thaſii, Perſen. Argivi, murem*, Pollux lib. IX, cap. 6. Integrum locum habet Catal. Artificum in *Demodice.*

Argivorum nummis inſculpuntur lupi: *Vet. Scholiaſt. circa init. Electræ Sophoclis.*

Samii pavone monetam ſignant: *Athenæus lib.* XIV, *cap.* 20.

Trœze-

Trœzeniorum vett. nummi tridentis habent inſigne & caput Minervæ: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 142, 6.

Anaxilas Rheginus, cùm Sicilia uſque ad illud tempus, ut Ariſtoteles ait, nullos genuiſſet lepores, ipſe vero ibi eos importaſſet ac nutriviſſet, ſimulque rheda victoriam in Olympia adeptus eſſet, monetæ Rheginorum rhedam inſculpſit & leporem: *Pollux libro quinto, cap.* 12, *§.* 1.

Βροῦτος ἐς τὰ νομίσματα, ἃ ἐκόπτετο, εἰκόνα τε αὑτοῦ, καὶ πῖλον, ξιφίδιά τε δύο ἐνετύπου· δηλῶν ἔκ τε τούτου καὶ διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι τὴν πατρίδα μετὰ τοῦ Κασσίου ἠλευθερωκὼς εἴη: *Brutus numiſmatis, quæ faciebat, inſculpſit ſui ipſius imaginem & pileum & pugiones duos: hoc facto & per inſcriptionem declarans, quòd una cum Caſſio patriam liberaſſet*, Dio lib. XLVII, pag. 341 edit. Hanovienſis.

Auguſtus tantam fati fiduciam habuit, ut thema ſuum vulgaverit, nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit*, Suetonius in vita Oct. Auguſti, cap. 94. Vide Sam. Petiti Obſervationum lib. I, cap. 5; Lud. Carrionis Emendat. lib. II, cap. 2.

Nero ſtatuas ſuas citharœdico habitu poſuit, qua nota etiam nummum percuſſit, Suetonius in Nerone, cap. 25.

Tenedius quidam rex legem tulit, ut utriſque in adulterio deprehenſis caput præcideretur; quod & in proprio filio, cùm deprehenſus teneretur, obſervavit. Quamobrem in altero Tenedii numiſmatis latere ſecuris inſculpta erat, in altero vero capita duo habentia cervicem unam: *Suidas, in* Τενέδιος ξυνήγορος: vide quoque *Heraclidem in Tenediorum politia.*

Noſtris temporibus, inquit D. Proſper de Prædict. & promiſſ. Dei, lib. III, promiſſ. 34, *apud Perſas perſecutionem factam novimus, imperante Arcadio religioſo & Chriſtiano principe. Qui, ne traderet ad ſe confugientes Armenios, bellum cum Perſis confecit eo ſigno; ante quam potitus victoria, jam coeuntibus in prælium militibus, aëriæ cruces in veſtibus paruere. Unde etiam victor auream monetam cum eodem ſigno crucis fieri præcepit, quæ in uſu totius Orbis & maxime Aſiæ hodieque perſiſtit.*

Soli reges Francorum inter omnes barbaros ex auro Gallico cudunt nummos, non Imperatoris (prout fieri ſolet) ſed ſua imagine ſignatos: *Procopius de Bello Gotthico, lib.* III, *cap.* 23.

Beliſarius poſt victoriam adeo acceptus fuit Juſtiniano Imp. ut is, percuſſo nummo, ſe in una parte, in altera vero Beliſarium armatum effinxerit, cum hac inſcriptione: BELISARIUS DECUS ROMANORUM: *Cedrenus editionis regiæ, pag.* 370, D.

Joannes Tzimiſces Imp. gratias Chriſto ſervatori pro tropæis relaturus, edixit ut aureo nummo atque obolo inſcriberetur imago noſtri Soſpitatoris, quod antehac non fuerat receptum: juſſitque alteri utriuſque nummi lateri inſcribi: JESUS CHRISTUS REX REGUM. Hoc ipſum & reliqui deinceps obſervarunt Imperatores quotquot Chriſtum Dominum agnoſcebant: *Cedrenus editionis regiæ, pag.* 683, B.

Unum etiamnum æris miraculum non omittemus, inquit Plinius lib. XXXIV, cap. 13. *Servilia familia, illuſtris in Faſtis, trientem æreum paſcit auro & argento, conſumentem utrumque. Origo atque natura ejus incomperta eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſalæ ſenis ponam: Serviliorum familia habet trientem ſacrum, cui ſumma cum cura magnificentiaque ſacra quotannis faciunt: quem ferunt alias creviſſe, alias decreviſſe videri, & ex eo aut honorem aut diminutionem familiæ ſignificari.*

Michalatus erat nummi genus Archangeli Michaëlis imagine ſignatum: *Chronicon Caſinenſe lib.* III, *cap.* 57: vulgo quoque hoc noſtro ſæculo *Angelottos* vocant, ab effigie Angeli.

Δανάκης genus erat nummi barbarici, obolo majoris: hunc ori mortuorum inſerebant, ut eſſet unde portorium ſolverent Acheruſiam trajecturi: vide Auctorem Etymologici, in Δανάκης. Similia quoque habent Heſychius & Suidas, in Δανάκη; nec non idem Suidas, in Ἀχερουσία. Potiſſimum tamen vide hac in re facetiſſime ludentem Lucianum περὶ πένθους. Qui tamen incolebant loca ubi ᾅδου καταβάσεις proxima eſſe putabatur, nullum à ſe naulum portitorem ob viciniam exacturum credebant. Παρ' Ἑρμιονεῦσι τεθρύλληται τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν σύντομον εἶναι· διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τοῖς νεκροῖς ναῦλον: *Brevis apud Hermionenſes fertur eſſe deſcenſus ad inferos; propterea non indunt ibi mortuis naulum*, Strabo lib. VIII, pag. 373: ad quæ verba vide obſervata Caſaubono.

§. 14. Annulos ſignatorios Hebræorum vetuſtiſſimis in uſu fuiſſe, perſpicitur ex eo annulo, quem Thamar à Juda pignori acceperat: *Geneſ.* XXXVIII. Huc etiam refer gemmas illas in pectorali ſacerdotis, quibus lapidarii Artifices ex præſcripto Domini ſigilli ſculpturis inſculpſerant nomina filiorum Iſraël: *Exod.* XXXIX, 6. Apud Græcos nonniſi ſero videntur adhibiti; videturque ſerior eorum uſus proveniſſe, aut ex ignoran- Annulorum ſignatoriorum conſideratio.

tia ſcalpendi gemmas, aut ex nimia earum reverentia. Ignorantiam videtur arguere, quod ne quidem ferro, ære, argento, auro ſignaſſe eos legamus: quin contra teſtis eſt Heſychius vetuſtiores ante inventionem annulorum ſignatoriorum ligno à vermibus corroſo ſignaſſe: vide *Heſychium* in Θριπόβρωτος, & *Etymologicum* in Θριπήδεστον. Tzetzes quoque ad verſ. 508 Caſſandræ Lycophronis: Πρὶν εὑρεθῆναι τὰς σφραγῖδας, οἱ παλαιοὶ ἐσφράγιζον ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις, διὰ τὸ αὐτὰ πολυκέντητα εἶναι: *Antequam invenirentur annuli ſignatorii, veteres ſignabant lignis à vermibus corroſis, quod eſſent multis punctis diſtincta.* Vide quoque Theophraſti Hiſt. plantarum, lib. v, cap. 1. Ac ne ſua quidem ætate majorem partem gentium hominumque, qui ſub imperio Romano degebant, ullos omnino annulos habuiſſe affirmat Plinius xxxiii, 1. Ubi & hoc addit: *Non ſignat Oriens aut Ægyptus etiam nunc, litteris contenta ſolis.* Reverentiæ gemmis quondam exhibitæ meminit Plinius in procemio libri trigeſimi ſeptimi: *Ut nihil inſtituto operi deſit*, inquit, *gemmæ ſuperſunt, & in arctum coacta rerum naturæ majeſtas, nulla ſui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiæ, decori; * violari etiam ſignis gemmas nefas ducentes.* Et mox cap. v ejuſdem libri, de ſmaragdis loquens, *Iidem plerumque & concavi, ut viſum colligant. Quapropter decreto hominum iis parcitur, ſcalpi vetitis.* Herodotus tamen Thalia, & Suidas in Σμάραγδος, tradunt nobilem illam Polycratis Samii gemmam ſignatoriam ſmaragdum fuiſſe à Theodoro Samio ſcalptum, contra quam Plinius lib. xxxvii, cap. 1: de quo plura, adſpirante Deo optimo maximo, dicemus in Catalogo Artificum.

* Violare etiam ſigna, quæ cauſa gemmarum eſt, nefas ducentes.

Βάττος, ὡς Ἀριστοτέλης, ἐν Λιβύῃ Κυρήνην λαχὼν ἔκτισε κατὰ τὸ δοθέντα αὐτῷ παρὰ Ἀπόλλωνος χρησμόν· καὶ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀνταποδιδόντες τῆς εὐεργεσίας βουλόμενοι χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν εἰκόνα, ὡς δέ τινες, δακτύλιον ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῶν προσέφερε τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον: *Battus, ſicuti tradit Ariſtoteles, in Lybia condidit urbem Cyrenen juxta editum ab Apolline oraculum. Cives itaque Cyrenæi cum hac Regis ſui benevolentia paria facere volentes, fecerunt ei ſtatuam, vel, ut alii, annulum, in quo urbs eorum offert Regi ſilphum*: Scholiaſtes in Ariſtophanis Plutum: ex quo Suidas eadem fere habet in Σίλφιον. De immani Cyrenæorum circa cultum annulorum ſignatoriorum inſania, & de mirabili eorum in ſculpendis annulis ſollertia, vide *Ælianum, lib.* xii *var. Hiſt. cap.* 30.

Ita codex Chiſletii, & alter Iſ. Voſſii codex MS.

Ægyptiorum bellatores in ſignatoriis annulis habebant inſculptum ſcarabæum, legiſlatore nimirum adumbrante ſolos omnino mares pro ſolo patrio debere pugnare, cum natura cantharis femineum ſexum denegaverit: *Ælianus, Hiſt. animal. lib.* x, *cap.* 15. Eadem habet Plutarchus de Iſide & Oſiride. Κάνθαρος, ὁ δακτύλιος τῶν ἱερῶν, *Heſychius.*

Regium Perſarum ſigillum eſt imago Rhodogunes incompoſitis capillis in vindictam defectorum proruentis: vide *Polyænum, libro* viii *Stratagematum.*

Amphitryonis ſigillum erat *Cum quadrigis Sol exoriens*, Plautus Amphitryone, Act. 1, Scena *Qui me alter eſt* &c.

Hephæſtion apud Photium ait Pana piſcem eſſe marinum, balænæ magnitudine, Panis formam referentem. In hoc piſce lapidem inveniri aſteriten, quem ſoli expoſitum incendi ferunt; valere etiam ad philtrum; adeoque Helenam habuiſſe hunc lapidem inſculpta Panis piſcis imagine, qua in obſignando ſit uſa. Ptolemæi Hephæſtionis Novæ ad variam eruditionem hiſtoriæ libri ſeptem in bibliothecæ Photianæ numero eſt codex cxc: vide extrema Excerptorum ex eo codice.

Locri occidui etiam Ozolæ dicuntur, habentque in publico ſigillo Heſperum inſculptum: *Strabo, libro nono Geograph. editionis Caſaubonianæ pagina* 416, D.

Clearchi annulo inſculptæ erant Caryatides ſaltantes: *Plutarchus in vita Artaxerxis.* Quæ vero fuerint iſtæ Caryatides, docet Nicol. Loënſis Epiphill. lib. iv, cap. 13; Meurſius miſcell. Laconicorum lib. ii, cap. 12.

D. Octavius Auguſtus in diplomatibus, libellis, epiſtolisque ſignandis, initio Sphinge uſus eſt; mox imagine Alexandri Magni; noviſſime ſua, Dioſcoridis manu ſculpta; qua ſignare inſecuti quoque Principes perſeveraverunt, Suetonius in Auguſto, cap. 50; Plinius lib. xxxvii, cap. 1; vide quoque *Dionem libro* li, *pag.* 444 *editionis Hanovienſis.*

De imagine Tiberii Cæſaris quam Paulus prætorius ectypam & eminente gemma in annulo habuit, & de periculo quod ei inde creatum fuit, vide *Senecam de Beneficiis, libro* iii, *cap.* 26.

Mæcenas rana ſignabat: *Plin. lib.* xxxvii, *cap.* 1.

Imagine Auguſti omnes poſt Auguſtum Impp. obſignabant ſuas litteras, excepto Galba, qui ſigillum à majoribus acceptum uſurpavit, Canem videlicet è prora navis proſpectantem: vide *Dionem lib.* li, *pag.* 444 *editionis Hanovienſis.*

Ulyſſis ſcutum habuiſſe delphinum pro inſigni, etiam ſcripſit Steſichorus. Zacynthii narrant cauſam, ut Critheus teſtatur. Nam Telemachum puerum in mare profundum de litore prolapſum delphini ſervaverunt, ſubeunteſque natando extulerunt: at pater, ut

ut animali referret gratiam, ſignatorio annulo hanc ſculpturam, & clypeo hunc ornatum addidit: vide *Plutarchum ſub finem operis de Solertia animalium.*

Lacedæmoniorum rex Areus ſignabat aquila quæ draconem unguibus teneret. Exſtat apud Joſephum Judaïcarum antiquitatum libro XII, cap. 5, dicti Regis ad Oniam Sacerdotem epiſtola, quam ſic claudit: τὰ γεγραμμένα, ἐστὶ τετράγωνα· ἡ σφραγίς, ἐστιν ἀετὸς δράκοντος ἐπειλημμένος: *Literæ, ſunt quadrangulæ: ſigillum, eſt aquila draconem unguibus tenens.*

Ἀργεῖοι περιχεῖλον λίθον τὸν γλύφεσθαι καὶ τετυπῶσθαι τὰς σφραγῖδας, Euſtathius ad verſ. 694 Dionyſii τ. Περιηγητοῦ; Stephanus de Urbibus, in Ἄρεια.

Qui apud Lacedæmonios plurimum poterant, pro ſigillo utebantur imagine regis Polydori, in honorem ejus. Qua de re ſic Pauſanias *libro tertio, pag.* 181, 18: Prope Oreſtis ſepulchrum, eſt Polydori regis Alcamenis filii effigies: cui præ cunctis aliis regibus tantam venerationem exhibuerunt Lacedæmonii, ut quæ publice obſignari ſit neceſſe, ea Polydori imagine magiſtratum gerentes obſignent.

Deorum annulatæ ſtatuæ. *Singulis priſcò digitis geri mos fuerat,* inquit Plinius libro XXXIII, cap. 1, ubi de gemmis atque annulis ſignatoriis agit: *qui ſunt minimis proximi: ſic in Numæ & Servii Tullii ſtatuis videmus. Poſtea pollici proxima induere, etiam Deorum ſimulacris. Dein juvit & minimo dare.*

Gemmæ ad ſignandum ſcalptæ, ipſæ impreſſas habent figuras, non expreſſas; in cavo inciſas, non exſtantes. Ἔγγλυμμα Græci vocant, τὸ γλύμμα τῆς σφραγῖδος. At cum ceram ſignant, imaginem in ea exprimunt, quod eſt ἐκτύπωμα: unde *Ectypæ imagines,* quæ exſtant ac prominent. Plautus eleganter & convenienter:

> *Ea cauſſa miles heic reliquit ſymbolum,*
> *Expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem.*

Ex annulo ergo in cera imago exprimitur, non imprimitur: *Salmaſius Exercitat. Plinianarum pag.* 1104.

Ἡ σφραγὶς ἐν τῷ ἰδίῳ τύπῳ τὸ ἀρχέτυπον δείκνυσι, καὶ ἡ εἰκὼν τὸ τοῦ ἀπεικονισθέντος κάλλος δι' αὐτῆς ἐμφανίζει: *Sigillum in proprio typo archetypum exhibet, & imago aſſimilatæ rei pulchritudinem per ſe ipſam notam facit,* Greg. Nyſſenus Orat. X, contra Eunomium.

Annuli apoſphragiſma: Plinius Junior lib. X, epiſt. 16.

Vecors ille Lentulus, Catilinæ in conjuratione ſocius, annulo ſignatorio inſculptam habuit imaginem avi ſui, viri optimi ac patriæ amantiſſimi: vide quæ ſupra diximus ſub finem §. 7 hujus capitis octavi.

Julius Cæſar habuit in ſigillo Venerem armatam. Dion Caſſius, libro XLIII, ubi de eo loquitur: τήν τε γὰρ Ἀφροδίτην πᾶσαν ἀνέκειτο, καὶ πείθειν πάντας ἤθελεν, ὅτι καὶ ἄνθος τι ὥρας ἀπ' αὐτῆς ἔχοι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ γλύμμα αὐτῆς ἔνοπλον ἐφόρει, καὶ σύνθημα αὐτὴν ἐν τοῖς πλείστοις καὶ μεγίστοις ἐποιεῖτο: *Omnino autem Venerem colebat totus, & valebat omnibus perſuadere, aliquem ſe formæ florem ab illa habere: ideoque etiam inſculptam ipſam annulo armatam geſtabat: eaque teſſera in rebus plurimis maximiſque utebatur.*

Thucydidis Scholiaſtes tradit Darii ſigillo inſculptum fuiſſe equum, cujus hinnitu felix regni auſpicium acceperat.

Callicrates, adulator Ptolemæi regis ejus nominis in Ægypto tertii, adeo fuit aſſentandi peritus, ut non modo in annulo ſignatorio Ulyſſis imaginem circumferret, ſed & liberis ſuis Telegoni & Anticleæ nomina inderet: *Athenæus lib.* VI, *cap.* 13.

Seleuci Nicatoris annulus delphinum habuit inſculptum: *Juſtinus lib.* XV, *cap.* 4.

Athenion gerebat aureum annulum cum inſculpta regis Mithridatis effigie: *Athen. libro* V, *cap.* 13.

L. Sylla Jugurtha à Boccho rege ad Marium perducti totam ſibi laudem tam cupide aſſeruit, ut annulo, quo ſignatorio utebatur, inſculptam illam traditionem haberet, Valer. Maxim. libro VIII, cap. 14, Ex. 4. *Sylla Dictator traditione Jugurthæ ſemper ſignavit,* Plinius lib. XXXVII, cap. 1; Plutarchus in Sylla. Idem Sylla uſurpavit & annulum in quo tria inſculpta erant tropæa, quali quoque uſus eſt Pompejus: *Dio libro* XLII, *pag.* 193, *editionis Hanovienſis.*

§. 15. *Plaſtice prior fuit quam ſtatuaria,* Plinius libro XXXIV, cap. 7: & rurſus lib. XXXV, cap. 12, *De Pictura ſatis ſuperque; contexuiſſe his & Plaſticen conveniat. Ejuſdem enim operæ terra fingere & argilla ſimilitudines.* Vide totum illud caput, ex quo plurima figulinam & Figulorum nobiliſſimos ſpectantia paſſim retulimus in Catalogum Artificum. Nonnihil quoque ſupra, hujus videlicet capitis §. 12, de Figulorum cælatura breviter diximus. Plaſtices antiquitas.

CAPUT IX.

§. 1. Artificum induſtria præcipue ſpectat laudis gloriæque mercedem. Quemadmodum enim vaniſſimæ ac ſtolide ambitioſæ levitatis eſt, quaſlibet aucupari rumuſculos & inanem umbram etiam falſæ gloriæ conſectari; ſic degeneris eſt animi & lucem ſplendoremque metuentis, juſtam gloriam, qui eſt fructus laboris honeſtiſſimus, repudiare.

§. 2. Inclyti olim Reges quæſitiſſimos quoſque honores in eximios Artifices propalam congerentes numeroſamque eorum laudem auctoritate ſua ſublevantes, ad ipſorum quoque Artificum officinas, ſplendidis purpuratorum gregibus undique laterum ſtipati, accedere non erubeſcebant.

§. 3. Inſana adhæc pretia quæ ſummi olim monarchæ nobiliſſimæque urbes operibus Artis ſtatuebant, adeo ut nonnunquam ſupra omnem quoque taxationem haberentur hujuſmodi opera, magis etiam in edito Artis dignitatem collocarunt.

§. 4. Ac ne quid eximiæ harum Artium gloriæ deeſſet, complura quoque loca publica nomen ſuum ſortita ſunt à ſtatuis ibi conſecratis.

§. 5. Tanta Artibus hiſce circumfuſa majeſtas, Artificum quoque totum animum uſque adeo alte occupavit, ut de ſe atque Arte ſua nihil amplius humile cogitarent.

§. 6. Hac itaque Artium ſuarum veneratione tacti Artifices, judicabant præclara magnificæ Artis opera minime intra privatarum ædium parietes contineri, ſed in publica luce atque in celebritate verſari debere: unde & operum ſuorum gloriam propitiis fatis poſteritati commendare volentes, ſumma cum cura Artium nobiliſſimæ incumbebant.

§. 7. Conſtanter hunc laudis & gloriæ curſum tenuerunt Artifices, donec duravit Artibus honor: Artium vero dignitate ſemel abjecta conculcataque, vix ullus Artifex inventus eſt qui omnes ætatis atque induſtriæ ſuæ nervos impendendos putaret ſpretis jam deſpectiſque Artibus.

§. 8. Quemadmodum peſſime conſulunt Artibus, qui omnia quæſtu ſuo, non illarum dignitate metiuntur; ita detrahunt Artibus ſuam majeſtatem, qui eas lucri tantum cauſa exercent, & ut habeant quod illicitis voluptatibus impendant. Rectius illi, qui veræ gloriæ ſenſu ad excolendas Artes excitati, ferunt ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam & gloriam eſſe.

Paratiſſime ſtudiis ſuis deſerviunt homines, quæ in honore apud omnes æſtimatione ſunt, nec non plurimis atque ampliſſimis præmiis celebrantur.

HOnor Artibus olim exhibitus. *Honos alit artes, omneſque trahimur ad ſtudia gloria; jacentque ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur;* Cicero circa initium lib. 1 Tuſcul. quæſt. *Gloria induſtria alitur;* Salluſt. 11 de Rep. ordinanda. *Præmia in omni re maxime ſpectantur,* Plin. lib. XIV nat. Hiſt. cap. 4. Τῷ γὰρ ὄντι φύσις αὕτη, ὡς ἔοικεν, ἀσκεῖσθαι μὲν τὸ τιμώμενον, ἀμελεῖσθαι δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. *Revera enim, ut videtur, hæc rei natura eſt; exerceri ſolere quicquid in pretio eſt, negligi vero, quicquid deſpicitur.* Themiſt. Orat. 11. Adeo præmium omnia ſpectant, ut Pictura quoque, quamquam plurimum habeat in ſe voluptatis, maxime tamen præſenti fructu laudis opinioniſque ducatur. *Nam quid ſibi voluit C. Fabius nobiliſſimus civis? qui cùm in æde Salutis, quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxiſſet, nomen his ſuum inſcripſit. Id enim demum ornamenti familia conſulatibus, & ſacerdotiis, & triumphis celeberrima deerat. Videlicet Phidiæ ſecutus exemplum, qui clypeo Minervæ effigiem ſuam incluſit; qua convulſa, tota operis colligatio ſolveretur.* Valer. Maxim. lib. VIII, cap. 14, Ex. 6. *Non poetæ modo, ſed opifices etiam poſt mortem nobilitari voluunt. Quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Minervæ, cùm inſcribere non liceret?* Cicero, lib. 1 Tuſcul. quæſt. *Pendemus ex laude, atque hanc laboris noſtri ducimus ſummam,* Quintil. IV, 2. In hujus rei exemplum Sauron atque Batrachon præterire minime debemus, *Qui fecere templa Octaviæ porticibus incluſa; natione ipſi Lacones. Quidam & opibus prapotentes fuiſſe eos putant, ac ſua impenſa conſtruxiſſe, inſcriptionem ſperantes. Qua negata, hoc tamen alio loco & modo uſurpaſſe: ſunt certe etiamnum in columnarum ſpiris inſcalpta nominum eorum argumento Rana atque Lacerta,* Plin. XXXVI, 5. Pulchre itaque Plutarchus in ipſo ſtatim initio libri ſecundi de virtute aut fortuna Alexandri, demonſtrat regis magni temporibus maximum fuiſſe Artificum proventum, non ob aliud, quàm quod viderent præclara ingenia paratam ſibi fore ſui judicis æquam æſtimationem. Appoſite quoque Plinius lib. XXXV, cap. 4. *Pictura, ars quondam nobilis, tunc cùm expeteretur à regibus populiſque.* Artificem nempe ſuo aut ſeculi genio ad ſumma provectum conducebant rerum potentes, etiam quanti ſe ipſum indicabat, ſi vilius forte non poſſent; ipſa interim ſtipendii magnificentia Artificem ipſum ac gloriam poſſidentis juxta commendante.

Non eſt quod miremur Ar-

§. 2. Intelligentiſſimos certe artis fuiſſe priſcorum ſeculorum magnates, ex eo quo Artifices proſequebantur amore, facile percipias: nam ut recte Sidon. Apollinaris lib. v, epiſt.

epiſt. 16, *Naturali vitio fixum eſt radicatumque pectoribus humanis, ut qui non intelligunt artes, non mirentur artifices.* Vitruvius quoque in procemio libri tertii, *Propter ignorantiam artis virtutes obſcurantur.* Artifici clamore plauſuque opus eſt, & velut quotidiano theatro; qualia quotidie antiquis Artificibus obtingebant, quum plures viri nobiles officinas eorum nunquam non coartarent: quod quantum ardorem ingeniis, quas Artificibus faces admoviſſe putamus? Demetrius ille poliorcetes, bellatorum acerrimus, Protogenem picturæ Ialysi intentum videre non dubitavit, *Relictiſque victoriæ ſuæ votis, inter arma & murorum ictus ſpectavit artificem*, Plinius xxxv, 10. Alexander quoque Magnus frequenter in officinam Apellis ventitabat; quamquam ei honorem clariore præbuerit exemplo. *Namque cum dilectam ſibi ex pallacis ſuis præcipue nomine Campaſpen nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle juſſiſſet, eumque tum pari captum amore ſenſiſſet, dono eam dedit. Magnus animo, major imperio ſui, nec minor hoc facto, quàm victoria aliqua; quippe ſe vicit; nec torum tantum ſuum, ſed etiam affectum donavit artifici, ne dilectæ quidem reſpectu motus, ut, quæ modo regis fuiſſet, modo pictoris eſſet;* Plin. xxxv, 10. Ex eo quoque quem artibus hiſce honorem idem Rex habuit, proceſſit *Quòd imaginem ſuam, quo certior poſteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgo contaminari; ſed edixit univerſo orbi ſuo, ne quis effigiem regis temere aſſimilaret ære, colore, cælamine; quin ſolus eam Polycletus ære duceret, ſolus Apelles coloribus delinearet, ſolus Pyrgoteles cælamine duceret. Præter hos tres, multo nobiliſſimos in ſuis artificiis, ſi quis uſpiam reperiretur alius ſanctiſſimæ imagini regis manus admolitus, haud ſecus in eum quàm in ſacrilegum vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum, ſolus Alexander ut ubique imaginum ſummus eſſet; utque omnibus ſtatuis, & tabulis, & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur*, Apulejus in Floridis. In tranſitu interim hic nota Cæſarem Auguſtum eandem ſcriptoribus dixiſſe legem, quam Alexander jam olim dixerat Artificibus. *Auguſtus Cæſar*, inquit Suetonius*, *recitantes & benigne & patienter audivit; nec tantum carmina & hiſtorias, ſed & orationes & dialogos. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſerio, & à præſtantiſſimis offendebatur, admonebatque Prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri.*

§. 3. Inſana adhæc tabularum ſtatuarumque pretia, quid aliud quàm venerationem Artibus olim præſtitam produnt? Apelles certe, cum pinxiſſet Alexandrum Magnum fulmen tenentem, in templo Epheſiæ Dianæ, viginti talentis auri, manupretium ejus tabulæ, in nummo aureo menſura accepit, non numero: *Plin.* xxxv, 10. In confeſſo eſt Bularchi Pictoris tabulam à Candaule rege Lydiæ repenſam auro; tanta jam dignatio Picturæ erat: *Plin.* xxxv, 8. L. Mummius, cum in præda vendenda rex Attalus sex mill. ſeſtertium emiſſet Ariſtidis tabulam, pretium miratus, ſuſpicatuſque aliquid in ea virtutis, quod ipſe neſciret, revocavit tabulam, Attalo multum querente: *Plin.* xxxv, 4. Ariſtides Thebanus pinxit prælium cum Perſis, centum homines ea tabula complexus, pactuſque in ſingulos minas decem à tyranno Elateenſium Mnaſone: *Plin.* xxxv, 10. Et mox ibidem: *In arte tantum valuit, ut Attalus rex unam tabulam ejus centum talentis emiſſe tradatur.* De hac ipſa tabula eſt & illud ejuſdem Plinii lib. vii, cap. 38. *Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis Attalus rex licitatus eſt.* Polycletus Diadymenum fecit molliter juvenem, centum talentis nobilitatum: *Plin.* xxxiv, 8. Arceſilao plaſtæ à Lucullo H-S. lx ſignum Felicitatis locatum, cui mors utriuſque inviderit: *Plinius* xxxv, 12. Et mox; Octavio equiti Romano cratera facere volenti, exemplar è gypſo factum talento. Aſclepiodoro Mnaſon tyrannus pro duodecim Diis dedit in ſingulos minas trecenas, idemque Theomneſto in ſingulos heroas minas centenas: *Plin.* xxxv, 10. Cydiæ tabulam Argonautas H-S. xliv Hortenſius Orator mercatus eſt, eique ædem fecit in Tuſculano ſuo: *Plin.* xxxv, 11. Timomachus Byzantius Cæſaris dictatoris ætate Ajacem ei pinxit & Medeam, ab eo in Veneris Genetricis æde poſitas, octoginta talentis venumdatas: *Plin.* xxxv, 11. In mentione ſtatuarum eſt & una non prætereunda, licet autoris incerti, juxta Roſtra, Herculis tunicati Eleo habitu Romæ, torva facie, ſentienteque ſuprema in tunica. In hac tres tituli: L. Luculli Imperatoris de manubiis: alter, pupillum Luculli filium ex S. C. dedicaſſe: tertius, T. Septimium Sabinum Ædilem curulem ex privato in publicum reſtituiſſe. Tot certaminum tantæque dignationis ſimulacrum id fuit: *Plin.* xxxiv, 8. M. Agrippa, vir ruſticitati propior quàm deliciis, mercatus eſt à Cyzicenis duas tabulas Ajacis & Veneris H-S. xii M: *Plin.* xxxv, 4. Tiberius Cæſar amavit Archigallum Parrhaſii, atque, ut autor eſt Decius Eculeo, lx ſeſtertiis æſtimatam, cubiculo ſuo incluſit: *Plin.* xxxv, 10. Ajunt Cois pro Veneris anadyomenes Pictura de tributi imperati ſumma remiſſa fuiſſe c talenta: *Strabo lib.* xiv *Geograph.* Nicomedes rex voluit à Gnidiis Praxitelicam Venerem mercari, totum æs civitatis alienum, quod erat ingens, diſſoluturum ſe

ter hanc in ſummam veniſſe gloriam, Principibus ubique viris numeroſam eorum laudem auctoritate ſua ſublevantibus.

* In Auguſto, cap. 89.

Egregia ſummorum Artificum opera quam pluris poſſim [illegible], & ſæpe ſupra [illegible] æſtimationem erant.

 pro-

promittens. Omnia perpeti maluere, nec immerito: illo enim ſigno Praxiteles nobilitavit Gnidum: *Plin.* XXXVI, 5. Lyſippus fecit diſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante thermas ſuas dicavit, mire gratum Tiberio principi, qui non quivit ſibi temperare in eo, quanquam imperioſus ſui inter initia principatus, tranſtulitque in cubiculum, alio ibi ſigno ſubſtituto: cùm quidem tanta populi Rom. contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon flagitaverit: princepsque, quanquam adamatum, repoſuerit: *Plin.* XXXIV, 8. Refer huc etiam illa Tullii verba ex lib. IV Accuſat. in C. Verrem, *Quid arbitramini Rheginos merere velle, ut ab eis marmorea Venus illa ne auferatur? Quid Tarentinos, ut ne Europam in tauro ſedentem amittant? ut Satyrum, qui apud illos in æde Veſtæ eſt? ut cætera. Quid Theſpienſes, ut Cupidinis ſignum, propter quod unum viſuntur Theſpiæ? Quid Cnidios, ut Venerem marmoream? Quid, ut pictam, Coos? Quid Epheſios, ut Alexandrum? Quid Cyzicenos, ut Ajacem, aut Medeam? Quid Rhodios, ut Ialyſum? Quid Athenienſes, ut ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis buculam?* Ætas noſtra vidit in Capitolio, priuſquam id noviſſime conflagraret à Vitellianis incenſum, in cella Junonis canem ex ære vulnus ſuum lambentem: cujus eximium miraculum & indiſcreta veri ſimilitudo non eo ſolum intelligitur, quòd ibi dicatus fuerat, verum & nova ſatiſdatione: nam ſumma nulla par videbatur: capite tutelarios cavere pro eo inſtitutum publice fuit: *Plin.* XXXIV, 7. Olympum & Pana, Chironemque cum Achille in Septis, quæſtio eſt qui fecerint; præſertim cum capitali ſatiſdatione fama judicet dignos: *Plin.* XXXVI, 5. Exemplum denique Cleſidis injuria Stratonices reginæ nobilitati, minime hic prætereundum. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piſcatore, quem reginam amare ſermo erat; eamque tabulam in portu Epheſi propoſuit; ipſe velis raptus eſt. Regina tolli vetuit, utriusque ſimilitudine mire expreſſa: *Plinius* XXXV, 11.

Frequenter etiam publicis quibusdam locis a nobili aliqua picturâ ſtatuave nomen indebatur.

§. 4. Evidentiſſimum denique argumentum venerationis Artibus hiſce olim exhibitæ præbent loca denominationem ſuam à ſtatuis picturisve mutuantia. Quæ conſuetudo Romæ quoque atque alibi obtinuit; licet Etymologicus tradat peculiare fuiſſe Athenienſibus loco alicui nomen imponere à rebus in eo conſpicuis. Ἀττικὸν ἔστιν ἔθος, τὸ καλεῖν ἀπὸ τῶν ἐν τόποις καὶ αὐλαῖς τοὺς τόπους, Etymolog. in Δεῖγμα. Βλαύτη, τόπος Ἀθήνησι: *Blautæ, locus quidam Athenis*, Heſychius. Videturque vicus iſte nomen ſortitus ab imagine Herois, qui dicebatur ἥρως ἐπὶ βλαύτῃ. Vide *Pollucis Onomaſticon, lib.* VII, *cap.* 22. Inter Megalopolin & Meſſeniam exiguus eſt tumulus digito è lapide exciſo conſpicuus. Oreſtem tradunt ibi unum alterius manus digitum abroſiſſe: unde etiam loco nomen eſt δακτύλου μνῆμα, *digiti monumentum*: Pauſanias in Arcadicis. Athenis erat forum τὸ ἐπὶ λύκῳ, cognominatum ab ejus ſtatua ibidem erecta, lupi forma: vide *Meurſii librum* III *lectionum Attic. cap.* 9. Celeberrima porticus Athenis ποικίλη cognominata eſt, poſtquam rariores picturæ nobilitarunt eam: antea Πεισιανάκτειος dicebatur: *Idem Meurſius libro* VI *Atticarum lection. cap.* 18. Appii forum Romæ à quodam ſimulacro Appii nomen accepit: Iſidor. Peluſiota lib. 1, epiſt. 337. *Marſya, ſtatua erat pro Roſtris, ad quam ſolebant convenire cauſidici, qui lites & negotia tractabant & componebant. Locus autem à ſtatua nomen accepit; quòd ibi cauſæ agi ſolebant & vadimonia ſiſti*, vetus Commentator Horatii ad verſ. 120 Satyræ 6 libri primi. *Porticum Auguſtus fecerat, in qua ſimulachra omnium gentium collocaverat; quæ porticus appellabatur Ad nationes*, Servius ad verſ. 620 libri octavi Æneidos. *Janus platea dicitur, ubi mercatores & fœneratores ſortis cauſa convenire ſolebant*, inquit vetus Horatii Commentator ad verſ. 54 epiſtolæ 1 libri primi. Plenius tamen ad verſ. 18 & 19 Satyræ 3 libri ſecundi; *Ad medium Janum frequens eſt forum mercatorum. Jani autem ſtatuæ tres erant: una in ingreſſu fori: altera in medio, ubi erat ejus templum prope baſilicam Paulli, vel pro Roſtris; huc concurrebant & potiſſimum ſtationes ſuas habebant fœneratores, alii ad reddendum fœnus, alii ad accipiendum: tertia autem ſtatua erat ad exitum fori. Ideo Janus dictus eſt Deus mercatorum, quia incipit & in eum deſinit annus, qui ſemper volvitur; ita & mercatores ſunt in perpetua volutatione emendo & vendendo. Qui & biceps eſt, quia mercatores non tantum debent curare quanti rem emant, ſed & quanti vendere poſſint.* Βοῦς λέων publicus quidam in urbe Conſtantinopolitana locus, ita dictus à marmoreo leone in buculam inſiliente: vide *Conſtantini Manaſſis Annales, pag.* 187 & 188; quemadmodum & *Cedrenum*, ubi de Leone Armenio prima imperii ſpatia ingreſſo agit. Plura id genus exempla paſſim occurrunt apud pleroſque Romanæ & Conſtantinopolitanæ hiſtoriæ Scriptores.

Artibus hiſce ingentia apud omnes tunc gloria que florentibus,

§. 5. Ex omnibus hiſce exemplis liquet, quanto olim ſtudio reges urbesque præclara ingenia foverint: neque id immerito: nullorum enim æque intererat ne diſcrimen omne virtutis ignaviæque periret. Quinetiam ipſis quoque Artificibus profuit cultus ille, quem mortalium celſiſſimi Artibus exhibebant: adeo jam nihil amplius humile atque abjectum de ſuis Artibus ſentientes, tanti eas arbitrabantur eſſe, quanti eas ab orbis terrarum moderatoribus

deratoribus

denatoribus fieri videbant, animosque hac opinione imbutos, exemplo quoque intrahat ſtupendus raræ magnanimitatis amor. *Polygnotus pinxit Athenis porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuito; cùm partem ejus Mycon mercede pingeret: unde major huic autoritas: ſiquidem Amphictyones, quod eſt publicum Graciæ conſilium, hoſpitia ei gratuita decrevere*, Plin. XXXV, 9. Et mox: *Zeuxis donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret; ſicuti Alcmenam Agrigentinis, Pana Archelao.* Nicias quoque, teſte Plin. XXXV, 11: *Necyian vendere noluit Attalo regi talentis ſexaginta; potiusque patriæ ſuæ donavit, abundans opibus.* Prudenter omnes: noluerunt elevare tantæ artis autoritatem; quandoquidem *pleraque hoc ipſo poſſunt videri vilia, quod pretium habent*, Quintil. XII, 7.

Sublimia quoque erectaque Artificum ingenia cœpere pulchritudinem ac ſpeciem excelſæ magnæque gloriæ vehementius appetere.

§. 6. Artium adhæc tam impenſe ab omnibus honoratarum conſideratione, ipſi quoque Artifices ad majorem Artibus hisce honorem habendum accendebantur: nam tantæ ac tam late patentis Artis verecundia eos tenente, *Non parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco manſuras, quæ ex incendiis rapi non poſſent. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Nulla in Apellis tectorio pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat: Pictorque res communis terrarum erat*, Plin. XXXV, 10. *Exſtat certe M. Agrippæ oratio magnifica & maximo civium digna, de tabulis omnibus ſignisque publicandis: quod fieri ſatius fuiſſet, quàm in villarum exilia pelli*, Plin. XXXV, 4. Neve ſperata forte gloria exciderent, *Pingendi fingendique conditores inſcripſerunt abſoluta opera, & illa quoque quæ mirando non ſatiamur, pendenti titulo: ut,* * *Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta, ut contra judiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velus emendaturo quidquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt, quod omnia opera tanquam noviſſima inſcripſere, & tanquam ſingulis fato adempti. Tria non amplius, ut opinor, abſolute traduntur inſcripta; Apelles fecit; quæ ſuis locis reddam: quo apparuit ſummam artis ſecuritatem autori placuiſſe; & ob id magna invidia fuere omnia ea*, Plinius in præfatione ardui operis. Quod autem cura gloriæ tam anxia bene ceſſerit iis, docet idem Plinius XXXV, 11: *Illud vero per quam rarum ac memoria dignum*, inquit, *etiam ſuprema opera artificum, imperfectasque tabulas, ſicut Irim Ariſtidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, & Venerem Apellis, in majori admiratione eſſe, quàm perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipſæque cogitationes artificum ſpectantur: atque in lenocinio commendationis dolor eſt: manus, cum id agerent, exſtinctæ deſiderantur.* Ad quæ poſtrema ſenioris Plinii verba mire facit hic junioris Plinii locus lib. V, epiſt. 5: *Mihi videtur acerba ſemper*, inquit, *& immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem vivunt, vivendi cauſas quotidie finiunt: qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat.* Verba denique Tullii, mortem eximii Artificis juſta querimonia proſequentis, non videntur multum abludere ab iis quæ attulimus: *Quis noſtrum tam animo agreſti ac duro fuit*, inquit Cicero †, *ut Roſcii morte nuper non commoveretur? Qui cùm eſſet ſenex mortuus, tamen, propter excellentem artem ac venuſtatem, videbatur omnino mori non debuiſſe. Ergo ille corporis motu tantum ſibi amorem conciliaverit à nobis; nos animorum incredibiles motus celeritatemque negligemus?* Illud interim hic in tranſitu minime prætereundum, quod cùm perennaturæ ſpem gloriæ ſummis olim Artificibus calcar ſubdidiſſe contendimus, de ſolida veraque gloria id volumus intelligi; minime vero de caduca falſaque ejus umbra, quam aviditate mira captare ſolent Artifices vanæ tantum oſtentationi inſervientes. Etenim dum præpropere nimis ad finem gloriæ laudisque tendunt, omnes pingendi Artes, perverſa quadam ambitione ducti, ſtatim aperire ſatagunt, ornatum omnem frivolo imprimis ac ſcenico more confeſtim exponere geſtiunt, & quicquid uſpiam nitidum, jucundum, elaboratum, velut inſtitores quidam Artis intuendum atque oculis pene pertrectandum exhibere ſtudent: nam eventum ad ſuam ipſorum, non ad Artis gloriam referunt. *Sed tam contumelioſos in ſe, invitem ars ridet*, Quintil. X, 7. Dumque videri volunt imperitis periti, peritis imperiti videntur. Τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστιν ἀπαρέσκειν: *Multis placere, eſt ſapientibus diſplicere*, Plutarch. de Educat. liberorum.

Indignum interea judicantes Artem tanto ſtudio excultam intra privatos parietes includi, præcipua operum, quàm maxime poterant perpolita, oculis omnium exponebant.

* Vide Angeli Politiani Miſcellaneorum Centuriam I, cap. 47.

† Pro Archia Poeta.

§. 7. Duravit Artificibus generoſus veræ laudis amor, quam diu regibus populisque Artium reverentia manſit: at poſtquam pecuniæ amor eam ex animis hominum ejecit, defecerunt & ipſi Artifices. Notavit illud elegantiſſimus Arbiter; *Cœpi prudentiorem conſulere ætates tabularum*, inquit, *& quædam argumenta mihi obſcura; ſimulque cauſam deſidiæ præſentis excutere, cùm pulcherrimæ artes periſſent; inter quas Pictura ne minimum quidem ſui veſtigium reliquiſſet. Tum ille: Pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica inſtituit. Priſcis enim temporibus, cùm adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, ſummumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum ſæculis diu lateret.*

Spretis tandem Artibus, ipſa quoque Artificum ſtudia languere cœperunt; nec permde, atque debebant,

in ſtudiis & gloriæ cupiditate verſabantur.

lateret. Verum, ut ad plaſtas convertar, Lyſippum, ſtatuæ unius lineamentis inhærentem, inopia exſtinxit; & Myron, qui pene hominum animas ferarumque ære comprehenderat, non invenit hæredem. At nos vino ſcortiſque demerſi, ne paratas quidem artes audemus cognoſcere; ſed accuſatores antiquitatis, vitia tantum docemus & diſcimus. Noli ergo mirari, ſi Pictura defecit, cum omnibus Diis hominibuſque formoſior videatur maſſa auri, quam quidquid Apelles Phidiaſve, Græculi delirantes, fecerunt. Vide quoque Plinium lib. XIV, in Proœmio; quemadmodum & Dionyſ. Longinum περὶ ὕψους, §. ultima; Theocritum Idyllio XVI; Senecam in proœmio lib. I Controverſ.

Deficiente itaque hominum potentium ſtudio, ipſius quoque Artis memoria ſenſim velut obſcurata eſt atque evanuit, pleriſque Artificibus non tam famæ, quam lucro inſervientibus.

§. 8. Poſtquam igitur ſummi viri, qui præſidio Artibus eſſe debuerant, ſola gaudia in poſſidendo ponere cœperunt, peſſum quoque iere vitæ pretia; omneſque à maximo bono liberales dictæ Artes, in contrarium cecidere, fœdamque ſubiere ſervitutem; Artificibus paſſim libidini atque avaritiæ, cùm gloriæ amplius non poſſent, inſervientibus: quumque eorum opera nemo uteretur, otii ſolatium libidine quærentes, libidinis autem ſumptus avaritia ſupplentes, qualeſcunque vividæ indolis reliquias duplici hac vitiorum peſte penitus exſtinguebant. *Nihil eſt tam mortiferum ingeniis, quam luxuria*, Seneca in proœmio libri primi Controverſiarum. *Quod ſi agrorum nimia cura, & ſollicitior rei familiaris diligentia, & venandi nimia voluptas, & dati ſpectaculis dies, multum ſtudiis auferunt (huic enim rei perit tempus quodcunque alteri datur) quid putamus facturas cupiditatem, avaritiam, pœnitentiam? quarum impotentiſſimæ cogitationes, ſomnos etiam ipſos, & illa per quietem viſa perturbant. Quis inter hæc bonis artibus locus? Non hercle magis, quàm frugibus in terra ſentibus ac rubis occupata*, Quint. XII, 1. Ἐπιθυμία πλούτου ταπεινοὺς ποιεῖ: *Divitiarum cupiditas animos reddit humiliores abjectioreſque*, Arrian. Epict. IV, 4. Eminentiſſimarum adhæc Artium famam dignationemque multitudo atque imperitia Artificum fœde afflixit, pleriſque ad ea quæ promittunt rudibus, & vanum modo nomen quo commendentur quærentibus. Ita eſt profecto: nam ut primum Ars cœpit eſſe in quæſtu, inſtitutumque ejus bonis male uti, curam quoque cultus, qui Artifices habebantur, omiſerunt: unde Ars deſtituta ac deſolata infirmioribus ſtatim ingeniis velut prædæ fuit. Pauciſſimis ergo remanſit operis amor: nec quia ſit Ars hæc pulcherrima atque honeſtiſſima, petitur ipſa, ſed plerique ad vilem uſum & ſordidum lucrum accinguntur, vividam illam & maximæ Arti ſuffecturam ingenii vim enervantes frangenteſque. Horat. de Arte:

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere. Dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Uncia, quid ſuperat? Poteras dixiſſe triens. En,
Rem poteris ſervare tuam. Redit uncia: quid fit?
Semis. Ad hæc animos ærugo, & cura peculi
Cùm ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & levi ſervanda cupreſſo?

Pecunia ex quo in honore eſſe cœpit, verus rerum honor cecidit: mercatoreſque & venales invicem facti, quærimus, non quale ſit quid, ſed quanti, Seneca epiſt. CXV. *Quondam æs confuſum auro argentoque miſcebatur, & tamen ars pretioſior erat, nunc incertum eſt, pejor hæc ſit, an materia: mirumque, cum ad infinitum operum pretia creverint, autoritas artis exſtincta eſt. Quæſtus cauſa enim, ut omnia, exerceri cœpta eſt, quæ gloriæ ſolebat*, Plin. XXXIV, 2. Non eſt tamen quod quis arbitretur omne lucrum hic à me damnari; neque enim video, quæ juſtior eſſe poſſit ratio acquirendi, quàm ex honeſtiſſimo labore; præſertim, cùm hæc ipſa opera, tempuſque omne huic negotio datum, facultatem aliter acquirendi recidant: ſed famæ primam ſemper atque præcipuam rationem habendam puto; lucrum vero in ſecundis ponendum: tanquam quod, ſi non adſit ſordida animi ſolam pecuniam adpetentis cupiditas, curam Artis non leviter ſoleat intendere. Uſque adeo in omnibus Artibus locum habet illud Teletis*: Τέχνας τίμας μισθὸς ὁ μέγας τρέφει: *Juſtis commodis ſtudia conſtat artium nutrienda.* Caſſiodorus variarum VII, 15: Λυσιτελὴς λιμώττει χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπειον γένος· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τέχναι τῷ βίῳ εἰσήχθησαν, καὶ πόλεις ᾠκοδομήθησαν, καὶ συναλλαγμάτων ὁμάρτεια· εἰ δὲ δεῖ συλλήβδην εἰπεῖν, πάσης εὐκοσμίας ἐστέρητο ἂν τὸ πλεῖστον ἐνδιαίτημα, εἰ μὴ χρυσὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλων ἐπιδεεῖς ἐπεκλήσατο· οὐ γὰρ ἂν πλωτὴρ ἐναυτίλλετο· οὐχ ὁδοιπόρος ἐνεπορεύετο· οὐκ ἀροτῆρες βοῦν ὑπὸ γεωργοῦντες ἐνέτεινον· οὐ βασιλικῆς ἡγεμονίας ἐπιστολαὶ συνέβησαν· οὐκ ἀρχαῖς καὶ φόρους τὸ ὑπήκοον ἐνεπόρευετο· οὐ στρατηγὸς ἐδημαγώγει τὸ στράτευμα· εἰ δὲ καὶ ἀπόρρητον λόγον θέλεις μαθεῖν, ἀρετῆς καὶ κακίας ὁ χρυσὸς τὰς ὁδοὺς πεπίστευται, καὶ βασανίζεται ἔφεσις ψυχῆς δι' αὐτοῦ, καὶ τῷ Κελλικῷ πελαγῷ ἐστιν ἐφάμιλλος· νόθος γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθινός: *Utilis eſt auri fames humano generi. Inde etenim & artes vitæ acceſſerunt & urbes ædificatæ ſunt, & in contractibus orta conventio. Si vero ſummatim dici debeat, omni ornatu*

* *Apud Stobæum, Serm. de Laude divit.*

natu privatus eſſet quacunque terrarum locus inhabitatus, ſi non auri interceſſione factum foret, ut homo alter alterius invicem indigeret. Nam neque nauta navigabat, neque viator faciebat iter, neque aratarem bovem agricolæ poſſidebant, non regiæ majeſtatis adorabantur Sceptra, non magiſtratibus & juridicis ornati erant ſubditi, non dux agebat exercitum. Quod ſi autem ſecretum ſermonem ſcire vis, virtutis & malitiæ habenas habet aurum, & probatur appetitus animæ per ipſum, Celticique fluminis eſt æquale viribus. Falſæ enim virtutis & vitii veriſſimum eſt argumentum, Theophylactus Simocatus epiſt. 10. Mercurium Deum lucri dicebant, unde eum cum ſaccello pleno pecuniæ pingebant: *Cornutus in Perſii Satyram ſextam.* Τοῦ κέρδους αἴτιον λέγουσι καὶ ἔμπορον τὸν Ἑρμῆν· ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱστῶσι βαστάζον μάρσιπον· ἀλλὰ καὶ οἱ Φοίνικες τοὺς θεοὺς αὐτῶν πλάττουσιν ἐπιφέροντας βαλάντια, ὡς τοῦ χρυσοῦ συμβόλου ὄντος δυναστείας: *Mercurius dicitur eſſe lucri auctor & negotiator: quapropter etiam tribuunt ſtatuæ ejus marſupium. Quin etiam Phœnices Deos ſuos fingunt ſacculos ferentes, quod aurum ſit potentiæ indicium*, Georg. Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis: vide quoque Suidam in Ἑρμῆν τοῦτον; quibus adde Greg. Nazianzenum circa finem Prioris in Julianum.

CAPUT X.

§. 1. *Quemadmodum vividæ magnorum Artificum mentes circumfluentis gloriæ dulcedine ineſcatæ, & ipſa jam ſucceſſu acriores factæ, ſentiebant delatos honores mirifice ſibi augere ſtudium famæ; ita totum deinceps animum atque omnem curam, operam, diligentiamque ſuam in audaciore ac minus aliis tentato expertoque conatu collocabant.*

§. 2. *Ponenda itaque hic eſt nimia illa verecundia, quæ minime alioqui generoſos impromptarum mentium impetus frequenter infringit. Artifex interim accuratiſſimarum Artium difficultate rite penſata, atque ea quoque infamia, quam à ſcopo Artis aberrantes adeunt, cogitatione pertractata, nihil ſibi temere credit agendum in Artibus oculorum tantummodo voluptati ſervientibus; ſiquidem in iis Arti ſolet officere, quicquid ſpectatorem non valet afficere.*

§. 3. *Propenſiore ſane cura nobis eſt elaborandum, quicquid præſentibus & poſt-futuris propter Artem cupimus eſſe commendatum. Quod ſi tamen perſentiſcamus nos nihil etiamnum dignum oculis hominum, dignum fama elaborare potuiſſe, ſatius erit profecto pudorem nondum excutere; modo ſubinde in adoleſcentia, dum adhuc tutum eſt audere, qualiacunque Artis ſpecimina in teſtimonium fidentioris induſtriæ benevolorum cenſorum judiciis committamus. Siquidem pleraque adoleſcentium ſtudia, non tam re & maturitate, quàm ſpe & exſpectatione laudari ſolent.*

AUdax majora aggrediendi conatus. Etenim bonæ manſuræque famæ conſenſu ad juſtam ſui fiduciam elatus Artifex, incrementis quoque gloriæ, celebrior jam factus, intendit animum. *Evecta ſupra humanam fidem ars eſt ſucceſſu*, inquit Plinius XXXIV, 7, *mox & audacia.* Per *ſucceſſum* hic intellige dignationem illam, quam ars, regibus populiſque eam expetentibus, eſt conſecuta. *Mox & audacia*, inquit: innuens Artificibus ex eo ſucceſſu additam alacritatem & majora conandi ſtudium, placendi cupidine ſecundos impetus mirifice ſemper augente. Exemplo ſunt immanes antiquorum Coloſſi, quos idem Plinius ibidem in fidentioris audentiæ teſtimonium recenſet: uſque adeo verum eſt illud Livii lib. IV ab U. C. *Magnos animos magnis honoribus fieri* affirmantis. Præcipuus tamen hac in parte Zeuxis, qui *fores artis ab Apollodoro apertas intravit, audentemque jam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit*, Plin. XXXIV, 7. De hac tanti Artificis audentia vide Lucianum in Zeuxide. Notabile quoque exemplum confidentiæ exhibuit Dinocrates, quod in Catalogo Artificum referemus. Ἡ πλαστικὴ ἀπαυθαδιεῖ: *Plaſtice ſubarroganter aliquid effingit*, Philoſtr. Iconum lib. I, in Amphione. Μελάνθιος ὁ ζωγράφος ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς φησὶ δεῖν αὐθάδειάν τινα καὶ σκληρότητα τοῖς ἔργοις ἐπιτρέχειν: *Melanthius pictor in libris de pictura ait in operibus arrogantiorem quandam ſui fiduciam & duritiem expreſſam eſſe oportere*, Laërt. lib. IV in Polemone. *Euphranoris Theſeus eſt, in quo dixit, eundem apud Parrhaſium roſa paſtum eſſe, ſuum vero carne*, Plin. XXXV, 11. Cæterum nos, *Tanquam conſummata ſint omnia, nihil generare audemus ipſi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur*, Quint. VIII, 6. *Adeo nihil invenitur ex his quæ parum inveſtigata antiqui reliquerunt; ut multa, quæ inventa erant, obliterentur*, Seneca ſub finem libri ſeptimi Naturalium quæſtionum. Artifex gloria circumfluens atque aliquamdiu in ſumma laude verſatus, confirmatiore jam animo majus aliquid moliendum ſibi putabat.

§. 2. Plurimum itaque hic valet animi præſtantia, quam nec verecundia frangat, nec judicantium auctoritas ultra debitam reverentiam tardet. Horatius lib. I, epiſt. 17: Nihil eſt quod rectum retardet Artificem,

Sedit, qui timuit ne non ſuccederet: eſto.

Quid, qui pervenit, fecitne viriliter? Atqui
Heic eſt, aut nuſquam, quod quærimus. Hic onus horret
Ut parvis animis & parvo corpore majus;
Hic ſubit, & perfert. Aut virtus nomen inane eſt;
Aut decus & pretium recte petit experiens vir.

non labaſcit, non deficit: ſed certo confirmatoque animo viam, quam decreverat, perſequitur.

Nam ut abominanda ſunt contraria his vitia confidentiæ, temeritatis, arrogantiæ; ita citra conſtantiam & fiduciam, nihil Ars, nihil ſtudium, nihil profectus ipſe profuerit, ut ſi des arma timidis & imbellibus. Vitanda igitur præpoſtera verecundia, quæ nihil eſt aliud quàm *Timor quidam reducens animum ab iis quæ facienda ſunt; unde confuſio & cœpti pœnitentia. Quis porro dubitet vitiis adſcribere affectum propter quem honeſte facere pudet? Invitus mehercle dico, quoniam & aliter accipi poteſt, ipſam verecundiam, vitium quidem, ſed amabile, & quæ virtutes facillime generet; eſſe interim adverſam; multisque in cauſa fuiſſe, ut bona ingenii ſtudiique in lucem non prolata, ſitu quodam ſecreti conſumerentur. Optima eſt autem emendatio verecundiæ fiducia; & quamlibet imbecilla frons, magna conſcientia ſuſtinetur*, Quintil. XII, 5. Sollicitus tamen ſit Artifex, & periculum intelligat; ſed intellectus hic ſit operis, non metus; moveaturque, non concidat. Nam quantum in hoc opere periculum eſt, in quo frequenter ſpecie recti decipimur:

- - - Sectantem levia, nervi
Deficiunt, animique: profeſſus grandia, turget:
Serpit humi tutus nimium timidusque procellæ.
In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.

Horat. de Arte. Ingenti quoque male judicantium turba in errorem inducimur, dum indocti fortius iis pingere videntur. Imperiti enim majorem vim habere credunt ea, quæ non habent Artem: ut effringere, quàm aperire: rumpere, quàm ſolvere: trahere, quàm ducere putant robuſtius. Rudia quoque politis majora, ſparſa compoſitis numeroſiora credunt: *Quintil.* II, 12. Unde etiam, ut quiſque optime pingit, ita maxime difficultatem operis, varioſque eventus Artis, ac dubiam hominum exſpectationem pertimeſcit. In media luce, atque inter vera adoleſcentis famæ diſcrimina, nemo impune ſtulte aliquid facit. Non alios itaque magis admirationem omnium dixeris mereri, quàm qui Artibus ad ſolam delicati animi oblectationem utilibus, commendationem ex artificii elegantia quærunt. Quemadmodum enim menſæ extremæ congeſtu bellariorum luxuriant, ut ſtomachus nimia ſatietate torpens novo quodam ſuavioris condimenti blandimento reparetur; ita maſcula ſolidiorum ſcientiarum voluptate ſaturatos amœniſſimarum Artium cibus quantumvis divinus nunquam afficiet, niſi guſtum jam languentem eximia quadam ac minime vulgari dulcedine ſibi ſentiant excitari. Magnum eſt onus Orbis univerſi judicium opera ſua publicando ſubire: multumque apparatus intereſt apud invitatum hoſpitem & oblatum: moroſius judicant, qui provocantur; neque illecebris tantum & grata novitate tenendi ſunt, ſed veræ viribus Artis. Ferme etiam fit, ut acutius atque acrius vitia in alienis operibus, quàm recta videamus: atque ita, ſi quid eſt in quo offenditur, id etiam illa quæ laudanda ſunt obruit. In iis præcipue Artibus, in quibus non utilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio, quàm ſollicite & quàm prope faſtidioſe judicamus! *Omnes artes, quæ nobis populi ſtudia conciliant*, inquit Cicero pro L. Muræna, *& admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere.* Horat. de Arte:

Ut gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſum unguentum, & Sardo cum melle papaver
Offendunt: poterat duci quia cœna ſine iſtis:
Sic animis natum inventumque poema juvandis,
Si paulum ſummo diſceſſit, vergit ad imum.

Quod de Poëtis dicit hic Horatius, Pictoribus quoque ac Statuariis uſu venit; præſertim cùm omnis eorum labor æque deſudet ἐπὶ εὐφροσύνῃ ὀφθαλμῶν, *ad oblectationem oculorum*; ut loquitur Maximus Tyrius Diſſertatione v. A quibus enim rebus nihil præter voluptatem oculorum quæritur, in iis offendimur, ſimulatque imminuitur aliquid de voluptate. *Ars enim, quum à natura profecta ſit*, inquit Tullius*, *niſi natura moveat ac delectet, nihil ſane egiſſe videatur.* Oculi enim, vel potius animus oculorum nuntio, naturalem quandam in ſe continet elegantiarum intelligentiam; & quemadmodum concinna atque omnibus numeris perfecta ſemper exſpectat, ita mutila & quaſi decurtata ſtatim ſentit atque aſpernatur; iisque, tanquam debito fraudatus, offenditur. Miſeras profecto atque inſuaves epulas dixeris, quibus faſtidium pro voluptate paritur; nihilque eſt infelicius, quàm ſaturare ſpectatorem, antequam expleas.

* Lib. III de Oratore.

§. 3.

§. 3. Eſt igitur Artifici diligenter providendum, non ut illis tantum, quibus neceſſe eſt, ſatisfaciat; ſed ut iis quoque admirabilis eſſe videatur, quibus liceat libere judicare. Non tuo, ſed judicis arbitratu bene pingendum eſt; cui ſi non videare bene pingere, non ſolum nequicquam, ut conſignatiſſime locutus eſt Jul. Scaliger, ſed etiam nequaquam bene pinxeris: igitur fine tuo fruſtratus abeas, etiamſi fueris conſecutus. Horat. de Arte,

Nec ſi quid fricti ciceris probat, & nucis emptor,
Æquus accipiunt animis, donantve coronæ.

Quod ſæculis dedicatur & in exemplum editur, terſum ac limatum, & ad certam legem normamque compoſitum eſſe oportet; quia veniat in manus intelligentium, & judices Artis habeat Artifices. Qui vero nihil poteſt dignum re, dignum nomine Artificis, dignum hominum oculis efficere, neque tamen Artem ipſam quam contaminat reveretur; is mihi, etiamſi infamiam quàm maxime declinare ſtudeat, tamen impudens videbitur. *Non enim pudendo, ſed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus*, Cicero lib. 1 de Oratore. Quamobrem etiam hic modus mihi videtur quidam tenendus, *Ut neque præpropere diſtringatur immatura frons, & quicquid eſt illud adhuc acerbum proferatur: nam inde & contemptus operis innaſcitur, & fundamenta jaciuntur impudentiæ, & (quod eſt ubique perniciosiſſimum) prævenit vires fiducia. Nec rurſus differendum eſt tyrocinium in ſenectutem: nam quotidie metus creſcit, majusque fit ſemper quod auſuri ſumus; & dum deliberamus quando incipiendum ſit, incipere jam ſerum eſt. Quare fructum ſtudiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet; &, ſi quid deſit operi, ſupplet ætas; & ſi qua ſunt picta juveniliter, pro indole accipiuntur*, Quintil. XII, 6. Et mox: *Ceterum juvenem teneris adhuc viribus nitentem, incipere à quàm maxime facili ac læta materia velim, ut catuli ferarum molliore præda ſaginantur; & non utique ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere. Sic & tyrocinii metum, dum facilius eſt audere, tranſierit; nec audendi facilitatem uſque ad contemptum operis adduxerit.* Primo tamen ductorem fidum caute ſequatur, uſque dum tutum eſſe deprehendat audendi rationem cum Lyſippo ſumere Pictoris Eupompi reſponſo; *Eum enim interrogatum, quem ſequeretur antecedentium, dixiſſe ferunt demonſtrata hominum multitudine, Naturam ipſam imitandam eſſe, non artificem*, Plinius XXXIV, 8. Vide quæ ſuper hac re diximus cap. III hujus libri, §. 3.

Propter ipſius inſanam Artis ſplendorem & magnitudinem ſedulo ſemper cavebit Artifex, ne perverſa via ſequatur ambitionem: niſi enim ſummam laudem ex Arte aſſequitur, via videtur ſummam vituperationem poſſe vitare.

Aliud aliis annis magis convenit, Quintil. V, 10.

CAPUT XI.

§. 1. Ardentiſſima & magni cujuſvis auſi capacia ingenia intentiorem interim curam & diligentiam non modo ad prima harum Artium rudimenta afferre debent, ſed in ipſa quoque Arte deinceps exercenda excolendaque omnes ſuas curas & cogitationes ſerio defigere.

§. 2. Sed quoniam tardum eſt omne momentum ſperantibus, atque ipſa quoque itineris breviſſimi compendia longa moleſtaque videntur iis quos cupido & exſpectati deſiderium eventus ad impatientiam impellunt, incidunt itaque media, ne ſerius veniant ad extrema. Quidam adhæc ſeverioris cultus tædium exoſi & improvida crudarum adhuc virium luxuria laſcivientes, refugiunt juſtum doctiſſimarum Artium laborem: frequenter itaque videas præfeſtinam inaniſſimorum ingeniorum vim, poſt primum brevemque abortivæ Artis impetum, ſic ſubſiſtere, ut exhauſto ſpecioſiſſimo illo ac favorabili præcocioris indolis conatu, tanto ſint inter viros inferiores, quanto antea inter pueros eminebant.

§. 3. In primis itaque Artium imitatricium elementis acrior adhibenda eſt cura, tyronesque aſſiduiſſime revocandi ad explendas omnes penſi ſui partes. Confuſio certe eſt & manifeſta cæcitas, primis poſtrema præferre: neque ulli fructum Artis fidelius percipiunt, quàm qui per omnes utilium præceptorum gradus in ipſam Artem inducuntur.

§. 4. Nihil itaque mirum eſt Artem viliorem quotidie levioremque haberi, cum propemodum omnes, vel ſtulta ſui fiducia ſubnixi, vel inconſulta inanis famæ cupidine incitati, vel doloſa affulgentis nummi ſpe ineſcati, ſemicrudos conatus in publicam lucem irreverenter protrudant. Præclara adhæc multorum ingenia minus crebro præconceptam de ſe hominum exſpectationem fruſtrarentur, ſi eadem illa Natura, quæ indulſit impetum, frænum etiam addidiſſet.

§. 5. Poſteaquam prima harum Artium fundamenta rite jacta ſunt, aſſidua tantum exercitatione opus eſt ad nutricandam roborandamque eam Artis facultatem quam jam ſumus aſſecuti: quiſquis enim cogitabit Artem ipſam ſine pingendi aſſiduitate non mul-

tum juvare, univerſam quoque ſibi rationem præceptionum ad exercitationem intelliget eſſe accommodandam.

§. 6. *Cum in omni diſciplina infirma ſit vel maxime ſollicita Artis præceptio ſine exercitationis aſſiduitate, tum vero in hisce Artibus minimum valebit doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia juvetur. In quotidiano interim delineandi exercitio etſi quandoque utile eſt ſubito pingere, utilius tamen eſt, ſumpto ad cogitandum ſpatio, exquiſitiſſimum aliquod argumentum accuratius pingere. Non modo rectus ac bene inſtitutus Artifex expedite magis quàm concitate pingit, verum etiam eum, quem mediocrem tantum huic ſtudio operam tribuiſſe conſtat, vix intelligas id agere quod quàm maxime agit, adeoque libens fatearis adeſſe ei quandam Artis facilitatem potius quàm celeritatem.*

§. 7. *Quemadmodum igitur minime ſunt excuſandi, qui nimium opera ſua præcipitant; ita quoque moleſte ac faſtidioſe pingentes, detrimentoſæ tarditatis crimen effugere nequeunt. Neſciunt quod bene ceſſerat relinquere, & minima quæque momenta fœcundiſſimæ Artis importuna ſedulitate calumniantes, varietatis commendationem inter tam delicatas epulas præpoſtere quærunt ex embammate.*

§. 8. *Ratio tamen emendationis videtur ſubinde brevem aliquam moram poſtulare: non tantum ut ad limam aſperiorem revocemus ea quæ nobis ſubito calore & quadam feſtinandi voluptate effluxerant, verum etiam ut intentionem ſatigatam qualicunque interſtitione reparemus.*

§. 9. *In operibus noſtris interdum (quod & in ſumma germinum ubertate ruſtici falce compeſcunt) ineſt luxuries quædam ſtilo depaſcenda. Fidelius tamen feliciuſque defunguntur hac cura, qui opera ſua poſt aliquam intercapedinem, veluti aliena aut nova, retractant.*

§. 10. *Inter præcipitem concitæ feſtinationis impetum & pigrum languidæ cunctationis torporem, medio quodam ac maxime laudabili temperamento non male conſulunt Artis, quotquot vitatis omnibus nobiliſſimæ Artis compendiis, ex præſcripto Imp. Auguſti lente ſibi feſtinandum eſſe cogitant.*

Quotquot perfectæ gloriam Artis ad poſteros tranſmittere cupiunt, omnes ſuas curas in exercitii aſſiduitate defigunt.

CUra ut diligens, ita minime præceps & ad operis finem quomodocunque feſtinans. Recte Fab. Maximus apud Livium lib. XXII ab U. C. *Omnia non properanti certa claraque erunt: feſtinatio improvida eſt & cæca.* Artifici ergo apprime utilis eſt *diligentia, maximum etiam mediocris ingenii ſubſidium*, Seneca in procemio libri tertii Controverſ. *Non enim Natura, quod vult, ſatis efficit, niſi eam labore cum ſtudio juveris*, Columella lib. IV de re Ruſtica, cap. 28. *Non poſſum non ingenio primas concedere*, inquit Cicero*, *ſed tamen ipſum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat. Diligentia omnibus in rebus plurimum valet; hæc præcipue colenda nobis; hæc ſemper adhibenda eſt; hæc nihil eſt quod non aſſequatur.* Μητροκλῆς ἔλεγε τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν, ἀργυρίου ὠνητὰ εἶναι, οἷον οἰκίαν· τὰ δὲ, χρόνου καὶ ἐπιμελείας, ὡς παιδείαν: *Metrocles rerum quaſdam eſſe ajebat quæ argento emi poſſent, ut domum; quaſdam quæ tempore & ſtudio, ut ſcientiam*, Diog. Laërt. lib. VI. Pamphili ſchola, ut ſupra ex Plinio didicimus, diſcipulos nonniſi poſt exactum decem annorum tyrocinium dimittebat. Salubri prorſus inſtituto: quia *profectus præcipue diligentia conſtat*, ut loquitur Quintil. II, 7. *Nihil eſt quod non expugnet pertinax opera*, inquit Seneca epiſt. L, *& intenta ac diligens cura. Robora in rectum, quamvis flexa, revocabis. Curvatas trabes calor explicat; & aliter natæ, in id finguntur, quod uſus noſter exigit. Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obſequentior?* Cæterum diligentiam hanc, quam ad prima Artis rudimenta afferebant antiqui, non ſtatim, ex umbra ſcholarum in publicam lucem progreſſi, deſerebant; ſed Artem ſtudioſo animo ſemel inchoatam, conſtanti perſeverantia porro excolendam ſibi putabant. *Perdet agricola quod ſparſit*, inquit Seneca†, *ſi labores ſuos deſtituet in ſemine. Multa cura ſata perducuntur ad ſegetem. Nihil in fructum pervenit, quod non à primo uſque ad extremum æqualis cultura proſequitur.* Niciæ diligentiam ſupra attigimus. *Protogenes, cùm pingeret Ialyſum, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtinerent & ſitim, ne ſenſus nimia cibi dulcedine obſtrueret. Huic picturæ quater colorem induxit, ſubſidio injuriæ & vetuſtatis, ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet*, Plin. XXXV, 10. *Apelli fuit perpetua conſuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem; quod ab eo in proverbium venit*, Plinius ibidem. Ubi etiam diſcas, Apellem ex quotidiano hoc lineas ducendi exercitio palmam præripuiſſe Protogeni in celeberrimo ſubtilium linearum certamine. *Scitum eſt inter Protogenem & Apellem quod accidit*, inquit Plinius. *Ille Rhodi vivebat; quò cùm Apelles adnavigaſſet, avidus cognoſcendi opera ejus fama tantum ſibi cogniti, continuo officinam petiit. Aberat ipſe; ſed tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam, anus una cuſtodiebat. Hac Protogenem foris eſſe reſpondit; inter-*

* Lib. II de Orat.

† Lib. II de Benef. cap. 11.

interrogavitque, à quo quæſitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles; arreptoque penicillo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Reverſo Protogeni, quæ geſta erant, anus indicavit. Ferunt artificem protinus, contemplatum ſubtilitatem, dixiſſe Apellem veniſſe: non enim cadere in alium tam abſolutum opus: ipſumque tunc alio colore tenuiorem lineam in illa ipſa duxiſſe: præcepiſſeque abeuntem, ſi rediſſet ille, oſtenderet, adjiceretque hunc eſſe quem quæreret. Atque ita evenit. Revertitur enim Apelles; ſed vinci erubeſcens, tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens amplius ſubtilitati locum. At Protogenes victum ſe confeſſus; in portum devolavit, hoſpitem quærens. Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi, omnium quidem, ſed artificum præcipuo miraculo. Conſumptam eam conſtat priore incendio domus Cæſaris in palatio, avidè ante à nobis ſpectatam, ſpatioſiore amplitudine nihil aliud continentem, quàm lineas viſum effugientes, inter egregia multorum opera inani ſimilem, & eo ipſo allicientem, omnique opere nobiliorem. Non latet me, quàm multi paſſim Pliniani hujus loci longe aliam faciant mentem; minime tamen movent ut verba hæc aliter accipienda putem, quàm de nudo linearum ſuſpenſa manu ſubtiliſſime ductarum certamine: de quo alibi. Nunc ad inceptum redeo: quandoquidem operæ pretium eſt penitius Artificum veterum diligentiam pernoſcere, differentiamque noſtræ deſidiæ & inſcientiæ adverſus acerrima & fœcundiſſima eorum ſtudia demonſtrare.

§. 2. Nihil hic derogamus ingenio, quin contra plurimum ei tribuimus; ſi quidem hanc præclaræ veritatis ſententiam, pauciſſimis verbis à Tullio comprehenſam, lubentes agnoſcimus: *Ingenium ſæpe*, inquit Tullius*, *etiam ſi induſtria non alitur, valet tamen ipſum ſuis viribus.* Quapropter etiam perſuaſione ſua frui ſinimus eos, qui hominibus, ut ſint Artifices, ſatis putant naſci: noſtro modo labori dent veniam, qui nihil credimus eſſe perfectum, niſi ubi natura cura juvetur†. Præſertim, quum eos tantum magnorum olim Artificum famam aſſecutos videamus, qui non contenti Pictorum ſcholas proſpexiſſe, ac breve tyrocinium quaſi tranſiiſſe, diu penituſque perdiſcenda putaverunt quæ mox præcipere deberent, ne quidquam diſcendum haberent tempore docendi. *In univerſa diſciplina*, inquit Columella‡, *ſicut in cætera vita, pretioſiſſimum eſt intelligere quemque neſcire ſe quod neſciat; ſemperque cupere, quod ignoret, addiſcere.* Qua cura paulatim elangueſcente, funditus quoque obtrita eſt majeſtas Artis incuria ſeneſcentis. *In ruinam prona ſunt, quæ ſine fundamentis crevere*, Seneca lib. I de Ira, cap. ultimo: vide quoque Arriani Epictetum lib. II, cap. 15. Quamobrem etiam non leviter errant, qui falſa inſtituentium perſuaſione ſeducti, Artem hanc ab elegantia ſeverioris doctrinæ ſegregant, eamque in facili quodam & expedito ingenii atque exercitationis genere præcipue collocandam putant. *Feſtinantibus omnia, quæ antequam id quod ultimum eſt exſequantur, inania videri neceſſe eſt*, Quintil. IV, 5. Unde non infrequenter ſequitur eos hoc vitium, ut neceſſaria deſerant, dum ſpecioſa ſectantur: negligunt enim & faſtidioſe prætereunt magna illa quæ Artibus hiſce ſubſterni debent adminicula: *Nullam ingenii ſperantes gratiam circa res, etiamſi neceſſarias, procul tamen ab oſtentatione poſitas; ut operum faſtigia ſpectantur, latent fundamenta;* Quintil. in proœmio libri primi. Prima itaque elementa aut omnino non diſcunt, aut prius deſiſtunt, quam intelligant cur diſcenda ſint. *Voluptas enim vel utilitas talium diſciplinarum in poſt-principiis exiſtit, cùm perfectæ abſolutæque ſint: in principiis vero ipſis, ineptæ & inſuaves videntur*, Varro apud Aulum Gellium libro XVI, cap. 18. Alii pigritiæ arrogantioris, poſtquam paulum aliquid ſederunt in Pictorum ſcholis, prima Artis præcepta deſpicientes, captant autoritatem contemptu eorum qui non modo manum ſuam tabulis, ſed omnia quæcunque ſciunt profutura, deberi putant. *Hi ſunt qui parva facile faciunt; & audacia provecti, quidquid illud poſſint, ſtatim oſtendunt. Poſſunt autem id demum, quod in proximo eſt. Non multum præſtant, ſed cito. Non ſubeſt vera vis, nec penitus immiſſis radicibus nititur; ut quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt; & imitatæ ſpicas herbulæ, inanibus ariſtis ante meſſem flaveſcunt. Placent hæc annis comparata; deinde ſtat profectus, admiratio decreſcit*, Quintil. I, 3. *Non poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus*, inquit Cicero lib. II de Oratore, *quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum.* Οὕτω καρπὸς γίνεται· κατορυγῆναι δεῖ, χρόνον τὸ σπέρμα κρυφθῆναι, κατὰ μικρὸν αὐξηθῆναι, ἵνα τελεσφορηθῇ· ἂν δὲ πρὸ τοῦ γόνυ φῦσαι τὸν στάχυν ἐξενέγκῃ, ἀτελής ἐστιν, ἐκ κήπου Ἀδωνιακοῦ· τοιοῦτον εἶ καὶ σὺ φυτάριον· θᾶττον τοῦ δέοντος ἤνθηκας, ἀποκαύσει σε ὁ χειμών: *Sic fruges naſcuntur: defodi oportet, ad tempus aliquod ſemen occultari, paulatim augeſcere, ut ad juſtam perveniat maturitatem. Cæterum ſi ſpicam ante geniculum protulerit, imperfectum eſt frumentum, eſt ex hortis Adonidis. Tu quoque talis es plantula; citius quàm par eſt floruiſti, aduret te hyems*, Arriani Epictetus lib. IV, cap. 8.

Quamvis libenter fateamur primas hic eſſe ingenii partes, præcipuam tamen curam Artium harum primordiis deberi contendimus.

* *Pro M. Cælio.*

† *Quintil.* XI, 3.

‡ *Lib.* XI *de re Ruſt. cap.* I.

Quidam non proficere, ſed conſpici cupiunt: ſufficit iis, quidquid ad laureolam ſatis eſt.

§. 3 Quiſquis igitur ad Artium harum plenam cognitionem adſpirat, nihil ſibi alienum, ſine quo Artificem non poſſe fieri conſtat, judicabit; neque ad ullius rei ſummam, Nullum unquam fructum

niſi

ferunt Artis, niſi qui per omnes utilium præceptorum gradus in ipſam Artem inducuntur.

niſi præcedentibus initiis perveniri; atque ob hoc etiam ad minora illa, ſed quæ ſi negligas, non ſit majoribus locus, demittere ſe non recuſabit. Ἀγὼν καὶ ὁ προαγὼν, καὶ μυστήρια τὰ πρὸ μυστηρίων: *Certamen eſt, ipſa certaminis prælusio; quemadmodum & ea myſteria ſunt, quæ præcedunt myſteria*, Cl. Alexandr. I Stromat. *Eſt etiam ſua ſtudiis infantia*, Quintil. I, I: & ut corporum mox etiam fortiſſimorum educatio à lacte cunisque initium ducit, ita futurus in Arte conſummatiſſimus, hæſit aliquando circa primas linearum formas, & uſque dum firmaret articulos, adjutorio manum ſuam manu ſuperimpoſita regentis indiguit. *Ut perveniri ad ſumma, niſi ex principiis non poteſt; ita procedente jam opere, minima incipiunt eſſe quæ prima ſunt*, Quintil. X, I. *Omnium magnarum artium, ſicut arborum, altitudo nos delectat, radices non item; ſed illa ſine his non poteſt*, Cicero de perfecto Oratore. Manilius libro II Aſtronom.

Ut rudibus pueris monſtratur littera primum
Per faciem nomenque ſuum: tum ponitur uſus:
Tum conjuncta ſuis formatur ſyllaba nodis:
Hinc verbis ſtructura venit per membra legendi:
Tum rerum vires, atque artis traditur uſus,
Perque pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt.
Singulaque in ſumma prodeſt didiciſſe priora.
Quæ niſi conſtiterint propriis fundata elementis;
Verſis, quæ propere dederant præcepta magiſtri,
Effluat in vanum rerum præpoſterus ordo.

Parva iſta (quamquam nihil in ſtudiis parvum eſt) non contemnendo, priores maximam hanc Artem fecerunt; contenti tardo magis rerum exitu, quàm dubio: *Adeo ex parvis ſæpe magnarum momenta rerum pendent*, Livius lib. XXVII ab U. C. *Illa vero deridenda arrogantia eſt, in minoribus navigiis rudem eſſe ſe confiteri; quinqueremes autem, aut etiam majores naves gubernare didiciſſe*, Cicero lib. I de Oratore.

Magnam adhuc obtineret Ars dignitatem, ſi nihil niſi ingenio excultum, cura limatum, induſtria expolitum in publicam lucem proferrent Artifices.

§. 4. Quam longe ab hac ſecta diſcrepant noſtrorum adoleſcentium mores? *Nam quotuſquiſque vel ætati alterius, vel autoritati ut minor cedit? Statim ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia; neminem verentur, imitantur neminem, atque ipſi ſibi exempla ſunt*, Plin. Jun. lib. VIII, epiſt. 23. Olim ſumma cum veneratione pulcherrimum opus colebatur. Nunc autem plerique inuſitatam Artis viam indagantes, tritam relinquunt: & poſtquam primum cœpit eſſe quod maximum eſt, ſine modo ac modeſtia res agitur; ſaniora conſilia pati nemo poteſt; *Refractis pudoris & reverentiæ clauſtris, omnia patent omnibus; nec inducuntur, ſed irrumpunt:* ut eſt apud eundem Plinium *libro* II, *epiſt.* 14. Vix unum aliquem invenias, qui per utilium præceptorum calcatam antiquioribus ſemitam contendendo, & in minoribus quoque documentum ſui dando, ad qualemcunque magnificæ Artis conſummationem adſpiret: ſed omnes pravo conſenſu utiliſſimam Arti in minoribus diligentiam faſtidientes, dum tranſcendunt media atque ima ſummis continuant, nullum quoque laboris incaſſum exantlati reportant fructum: Οὐδὲν γὰρ καλὸν ἀπὸ ῥᾳστώνης γίγνεται: *Nihil quod pulchrum ab ignavia producitur*, Maximus Tyrius diſſert. XXXIV. Et recte Libanius in Progymnaſm. Οὔτε τοῖς μικροῖς ἱδρῶτας συνέζευξεν ἡ φύσις, οὔτε τοῖς μεγάλοις τὴν ῥᾳθυμίαν: *Neque parvis ſudorem natura admiſcuit, neque ſecordiam maximis*. Nequicquam interim revoces eos ad bonam mentem; quoniam ſenſus eorum præſenti lætitia occupati, nihil, quo vanius fiat gaudium ſuum, non modo ad animum, ſed ne ad aures quidem admittunt. Τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον, μωρὸν οὔτε πεῖσαι οὔτε ῥῆξαι ἔστι: *Hoc eſt illud quod dici ſolet, Stultum neque mutari, neque frangi poſſe*, Arriani Epict. lib. II, cap. 15. Artem difficilem facit communis inſania. In vitia alter alterum trudimus. Quomodo autem ad ſalutem revocari poſſunt, quos nemo retinet, populus impellit? *Ad deteriora faciles ſumus; quia nec dux poteſt, nec comes deeſſe: & res etiam ipſa ſine duce ſine comite procedit: non pronum iter eſt tantùm ad vitia, ſed præceps*, Seneca epiſt. XCVII. *Probant qualecunque ingreſſi ſunt iter; nec facile inculcatas pueris perſuaſiones mutaveris: quia nemo non didiciſſe mavult quàm diſcere*, Quintil. III, I. Ille demùm in id quod quærimus, aut ei proximum, poterit evadere, qui ante diſcet recte pingere, quàm cito. Quiſquis contra pinxiſſe quàm pingere maluerit, nihil ei pro ſpe continget, neque alium circulatoriæ jactationis fructum reportabit, quàm inane ſtolidorum ſpectatorum gaudium, &, quæ magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogantem de ſe perſuaſionem, contemptum adhæc operis, inverecundam frontem, & conſuetudinem peſſime faciendi. Ζωγράφος ἀθλίως Ἀπελλῇ δείξας εἰκόνα, ταύτην (ἔφη) νῦν γέγραφα. ὁ δὲ, Καὶ ἂν μὴ λέγῃς (εἶπεν) οἶδα ὅτι ταχὺ γέγραπται· θαυμάζω δὲ πῶς οὐχὶ τοιαύτας πλείους γέγραφας: *Ineptiſſimus quidam Pictor oſtendens Apelli imaginem à ſe pictam, Hanc, inquit, ſubito pinxi: ille vero, Etiam te tacente, inquit, feſtinanter pictam eſſe video: miror tamen cur non plures iſtiuſmodi pinxeris*,

Plutarch.

Plutarch. de Inſtit. liberorum. φασὶν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥᾳδίως τὰ ζῷα ποιεῖν, ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν εἰπεῖν, Ἐγὼ δ᾽ ἐν πολλῷ χρόνῳ· ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν· ὁ δ᾽ εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος, ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν: *Memorant cùm gloriantem ſe pictorem Agatharchum quod cito & facile pingeret imagines, audiviſſet Zeuxis, dixiſſe, Ego vero longo tempore. Facilitas enim efficiendi & acceleratio non addit pondus operi durabile, neque abſolutum decorem; tempus vero ad producendum labori conjunctum, robur addit ad operis conſervationem*, Plutarch. in Pericle. Geminum huic & non minus probabile eſt reſponſum quod Alceſtidi Poëtæ tragico dedit Euripides: cùm enim apud eum quereretur quòd eo triduo non ultra tres verſus maximo impenſo labore deducere potuiſſet, atque is ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur: Sed hoc intereſt, inquit Euripides, quòd tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient. *Alterius enim fœcundi curſus ſcripta*, inquit Valer. Maximus lib. tertio, cap. 6, *intra primas memoriæ metas corruerunt; alterius cunctante ſtylo elaboratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.* Εἰ καὶ σφόδρα ἦν σοφὸς Φειδίας ἐν χρυσῷ καὶ ἐλέφαντι μορφὴν ἐπιδείξασθαι θεῶν ἢ ἀνθρωπίνην, ὅμως χρόνου γε ἐδεῖτο καὶ σχολῆς πλείονος εἰς τὰ ἔργα. λέγεται οὖν, ἡνίκα ἐδημιούργει τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδὲ εἰς τὴν κρηπῖδα τοῦ θεοῦ μόνην ὀλίγου χρόνου προσδεηθῆναι: *Etiamſi ad exprimendam auro atque ebore Dei aut hominis effigiem peritus eſſet admodum Phidias, temporis nihilominus otiique abundantiam ad opera perficienda requirebat. Sic igitur ferunt; cùm is Minervæ ſimulacrum effingeret, ad unam baſim ac crepidinem non parum inſumpſiſſe temporis*, Themiſtius Orat. ad eum, qui poſtulaverat, ut ex tempore ſermonem haberet. Prima rudimenta non tam Artis indigent, quàm laboris: conſtet modo quos imitari & quorum ſimiles velimus eſſe, ne prava conſuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. *Nihil proficient præcepta, quam diu menti error obfuſus eſt*, Seneca epiſt. xciv. Τὸ γὰρ ἀπ᾽ ἀρχῆς πεπλανῆσθαι, ἐπὶ πλεῖον τὴν πλάνην παρέχει: *Etenim ab ipſo ſtatim initio in errorem abduci, graviorem facit errorem*, Artemid. Oneirocrit. lib. 1, cap. 13. Præterquam quod *Hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bona facile mutantur in pejus: nunc, quando in bonum verteris vitia?* Quintil. lib. 1 Orat. inſtit. cap. 1.

§. 5. Educenda deinde ars eſt ex hac domeſtica & umbratili exercitatione medium in agmen, in clamorem, in ſummum diſcrimen; ſubeundus eſt uſus omnium, periclitandæ vires ingenii, & illa commentatio incluſa in lucem proferenda. *Difficile eſt tenere quæ acceperis, niſi exerceas*, Plin. Junior lib. viii, epiſt. 14. *Omnes artes omniaque opera, quotidiano uſu & jugi exercitatione proficiunt*, Vegetius lib. iii de re Militari, cap. 10. *Quamquam ipſi arti exercitatio ineſt; nec quiſquam percipere tot reconditas ac tam varias res poteſt, niſi ut ſcientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis accedat. Per quæ colligitur eandem eſſe rationem & percipiendi quæ proferas, & proferendi quæ perceperis*, Autor Dialogi de cauſis corr. eloquentiæ, cap. 33. Videas profecto nonnullos, cùm in publicam lucem protrahuntur, novitate rerum ſtupentes omnia adhuc privatis exercitationibus ſimilia deſiderare. Etenim dum judex ſuſpenſus tacet, æmulus obſtrepit, fautor applaudit, & nihil recte aut ſecus pictum præteritur, fiducia in ſollicitudinem verſa miſere tumultuari ac trepidare incipiunt; vix ſe inveniunt. *Itaque velut ex obſcuro & umbroſo prodeuntes loco*, inquit Seneca Rhetor in prooemio libri noni Controv. *claræ lucis fulgor obcæcat; ſic iſtos à ſcholis in forum tranſeuntes, omnia tanquam nova & inuſitata perturbant: nec ante corroborantur, quàm multis perdomiti contumeliis, puerilem animum ſcholaſticis deliciis languidum vero labore durârunt:* vide locum. Vide quoque procemium libri tertii Controverſ. Optime ergo excolunt Artem, qui eam indefeſſo ſtudio tractant & ad uſum quotidianum applicant. Etenim, cùm in omni diſciplina infirma ſit Artis præceptio, ſine ſumma aſſiduitate exercitationis, tum vero in [illegible] minimum valet doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia comprobetur, niſi denique Ars ipſa multo & pertinaci ſtudio laborata congeſtaque in publicum proferatur. Et hercle, quantumlibet ſecreta ſtudia contulerint, eſt tamen proprius quidam publicationis profectus: *Pluſque, ſi ſepares, uſus ſine doctrina, quàm citra uſum doctrina valet*, Quintil. xii, 6. Cognita itaque hujus exercitationis utilitate, non te fallet, quod tanto opere utile ſit, quanto labore ſit appetendum.

Quemadmodum conſtas accuratam ſcientiam Artis, hinc aſſiduitate pingendi, non multum juvare, ita ſollicita utilium præceptorum inculcatio ſemper ad exercitationem eſt accommodanda.

§. 6. Adhibitis igitur extrinſecus omnibus auxiliis, ut laboris ſic utilitatis longe plurimum affert exercitatio frequens & aſſidua. *Uſus magiſter eſt optimus*, inquit Cicero pro C. Rabirio Poſthumo. Et rurſus lib. 1 de Oratore: *Uſus frequens omnium magiſtrorum præcepta ſuperat.* Ovidius ii de Arte, verſ. 676;

Solus & artifices qui facit, uſus adeſt.

Etenim Artibus hiſce initium dedit natura; ſtudium & incrementum, utilitas; ſummam, ratio & exercitatio: *Quintilian.* x, 3. Διὰ τοῦτο παραγγέλλουσιν οἱ φιλόσοφοι, μὴ ἀρκεῖσθαι

Futurus Artifex, jactis rite fundamentis, intentiſſimam dierum noctiumque ſollicitudinem indefeſſo Artis

exercitio impendit, ac ſi eum hæc una cura, hæc ſola difficultas circumſtaret.

ἀρκεῖσθαι μόνῳ τῷ μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ μελέτην προσλαμβάνειν, εἶτα ἄσκησιν: *Propterea monent Philoſophi, non in ſola doctrina acquieſcendum eſſe; verum etiam aſſumendum eſſe & ſtudium, & exercitationem*, Arriani Epict. lib. II, cap. 9: vide quoque cap. 18 ejuſdem libri ſecundi. Πρωταγόρας ἔλεγε, μηδὲν εἶναι μήτε τέχνην ἄνευ μελέτης, μήτε μελέτην ἄνευ τέχνης: *Protagoras dicebat, nihil eſſe vel artem ſine cura, vel curam ſine arte*, Stobæus Serm. de Diſciplina & eruditione. Τοῖς ζωγραφεῖν βουλομένοις, οὐδὲν ὄφελος κατανοεῖν τά τε Ἀπελλοῦ καὶ Πρωτογένους καὶ Ἀντιφίλου ἔργα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ γράφειν ἐπιχειρῶσιν: *Picturæ ſtudioſis nihil profuerit cognoviſſe Apellis, Protogenis & Antiphili opera, niſi & ipſi pingere tentarint*, Theo Sophiſta Progymn. cap. I. Nihil certe ipſa rerum natura voluit magnum effici cito; præpoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem; quæ naſcendi quoque hanc fecerit legem, ut majora animalia diutius viſceribus parentum cootinerentur. Et quemadmodum terra alte effoſſa generandis alendisque ſeminibus fœcundior eſt; ſic profectus non à ſummo petitus, ſtudiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet: *Quintil.* X, 3. Sicut denique lana quoſdam colores ſemel ducit, quoſdam, niſi ſæpius macerata & recocta, non perbibit: ſic alias diſciplinas ingenia, cùm accepere, protinus præſtant: hæc, niſi alte deſcendit & diu ſedit, animumque oostrum non coloravit, ſed infecit; nihil ex his, quæ promiſerat, præſtat. Poteſt quidem Ars, ſi qua eſt, velociter viam demonſtrare omnibus iis, qui ſpontaneo animorum impetu ad eam feruntur; verum Ars ſatis præſtat, ſi copias ſuas pooit in medio: noſtrum eſt uti eis ſcire: *Quintil.* VII, *cap. ultimo.* Exercendum ergo quam diligentiſſime; & ſic ante omnia vires faciemus, quæ ſufficiant tuendæ Artis dignitati: nihil enim æque augetur cura, vel negligentia intercidit. Sit tamen in ipſa etiamnum incude ſtudiorum poſitis, primo vel tardum, dummodo diligens exercitium. Hoc, dum egredimur è portu, ſi nos nondum ſatis aptatis armamentis aget ventus; deinde paulatim ſimul euotes aptabimus vela, & diſponemus rudentes, & impleri ſinus optabimus: *Quintil.* X, 7. Hanc moram & ſollicitudinem, cùm profectus adhuc adoleſcit, initiis impero. Nam primum hoc conſtituendum, hoc obtinendum eſt, ut quam optime faciamus; mox celeritatem dabit conſuetudo; paulatim res facilius ſe oſtendent & ſequentur; cuncta denique, ut in familia bene inſtituta, in officio erunt. Summa hæc eſt rei; Cito faciendo, non fit ut bene faciamus: bene faciendo, fit ut cito: *Quintil.* X, 3. Conſuetudo & exercitatio facilitatem maxime parit: quæ ſi paululum intermiſſa fuerit, noo velocitas illa modo tardatur, ſed & νάρκημα * ipſum coit atque concurrit. Minore tamen ſtudio continetur hæc facultas, quàm paratur: etenim proprium hoc & in expedito poſitum, qualicunque quotidiani uſus exercitatione facillime contineas: *Quintil.* X, 7.

* *Obſcurioris hebetiorisque ſenſus quidam veluti ſtupor.*

Merentur hic reprehenſionem, quotquot operum ſuorum brevitatem & copiam lenta ſeveraque cenſura maligne prorſus exſcindunt.

§. 7. Abunde ounc de iis egimus, quorum feſtinatio temeritatis crimine laborat: reſtat ut attingamus etiam eos, quorum nimia cura tarditatis notam ſubit. Neque enim à præcipiti temerariæ feſtinationis curſu candidatos Artis eo inhibui, ut aliquouſque jam progreſſos ad infelicem calumniandi ſe pœnam rurſus alligarem. Nam quomodo quæſo tantæ Arti tandem aliquando ſufficient, qui ſingulis partibus ejus inſeneſcunt? *Ceſſator eſſe noli*, inquit Cicero ad Quintum fratrem libro III, epiſt. 6, *& illud* γνῶθι σεαυτὸν, *noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verum etiam ut bona noſtra norimus.* Nimirum, *Minime ſibi quiſque notus eſt, & difficillime de ſe quiſque ſentit*, ſicuti ait L. Craſſus apud Tullium, libro tertio de Oratore. Plurimum interim obeſt anxius limæ labor & mora. Finem hunc ſpectabit Artifex, ut videatur optumum argumentum optume expreſſiſſe: & abunde pinxit bene, qui materiæ ſatisfecit: Quintil. XII, 9. *Quicquid in ſuo genere ſatis effectum eſt, valet*, Quintil. VIII, 3. Peritus Artifex, ſi qua

Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit †,

† *Horat. de Arte.*

Maximamque in eo ſemper curam ponit, ne curam faſſus incidat in κακοζηλίαν ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον τῆς μιμήσεως καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἐπιτεινόντων: *Pravam affectationem imitationis modum tranſgredientium, & æquo vehementius eam intendentium*, Lucian. de Saltatione. Neve *Nimia contra ſe calumnia verum ſanguinem perdat*, Quintil. X, 1. Etenim in auguſtiſſimis accuratæ Artis operibus, Ὥσπερ ἐν τοῖς ἄγαν πλούτοις, εἶναί τι χρὴ καὶ παρολιγωρούμενον: *Quemadmodum in nimiis divitiis, neceſſe eſt aliquid ferme negligi*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 29. Negligentia quædam appareat, & habebit Pictura quandam ex illa vitii ſimilitudine gratiam: ut in cibis interim acor ipſe jucundus eſt. Quibuſdam tamen oullus finis calumniandi eſt, & cum ſingulis pene lineis commorandi, qui etiam cùm optima ſint reperta, quærunt aliquid quod ſit melius; oeque intelligunt κακόζηλον ‡ eſſe, quicquid eſt ultra virtutem; quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur; omnium in Arte *vitiorum peſſimum; nam cætera cùm vitentur, hoc petitur*, Quint. VIII, 3. *Sunt ergo quibus nihil ſit ſatis; omnia mutare, omnia aliter formare, quàm occurrerit, volunt: increduli quidam & de ingenio ſuo peſſime meriti, qui diligentiam putant, facere*

‡ *Perverſæ affectationis fœditate notabile.*

cere ſibi operis difficultatem. Nec promptum eſt dicere, utros peccare validius putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil. Accidit enim etiam generoſis adoleſcentibus frequenter, ut labore conſumantur, & in torporem uſque deſcendant nimiâ bene faciendi cupiditate. Ita ſe res habet: Curandum quidem eſt ut quam optime faciamus, faciendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus eſt ſtudio, non indignatione. Quare, ſi ferat flatus, danda ſunt vela: & aliquando ſequemur affectus, in quibus fere plus calor, quàm diligentia valet: dummodo nos indulgentia illa non fallat. Omnia enim noſtra nobis; dum naſcuntur, placent, Quintil. x, 3.

§. 8. Quapropter etiam præter eam quam paulo ante ſuaſimus moram, quamque in hoc deſignationis exercitio, quamlibet properato, cogitationi noſtræ dat non conſequens celeritatem ejus manus, ſubinde redibimus ad judicium, & laxamento quodam cogitationibus dato, retractabimus ſuſpectam facilitatem. *Sæpe quod quærenti non comparuit, aliud agenti præſto eſt*, inquit Seneca Rhetor in prooemio libri primi Controverſ. Nam præter id, quod ſic melius jungentur prioribus ſequentia, vitabimus quoque inimicam ulteriori diligentiæ nimiam fatigationem (nam ingenii laſſitudo, quæ non minor eſt quàm corporis, ſed occultior, non ad præſens modo tempus animos noſtros, ſed etiam in futurum afficit) & calor ille, qui diutina in experiundo mora nonnihil refrixit, recipiet ex integro vires, & velut repetito ſpatio ſumet impetum; quod in certamine ſaliendi fieri videmus, ut conatum longius petant, & ad illud quo contenditur ſpatium curſu ferantur: utque in jaculando brachia reducimus, & expulſuri tela nervos retro tendimus: *Quintil.* x, 3. Diverſum eſt huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam cogitatione quàm velociſſime volunt, & ſequentes calorem atque impetum ex tempore delineant; repetunt deinde quæ effuderant; ſed partes emendantur; manet in rebus temere congeſtis quæ fuit levitas. *Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio ſic opus ducere, ut cælandum, non ex integro fabricandum ſit*, Quintil. x, 3.

Quandoque tamen, cùm cunctationem res ipſa deſiderat, moræ aliquid videtur interponendum.

§. 9. Curam tamen hanc utcunque excipiet longe utiliſſima ſeveræ emendationis cura. Ita enim ſervabitur pondus, & innatans illa primorum conceptuum facilitas in altum reducetur; ſicut ruſtici proximas vitis radices amputant, quæ illam in ſummum ſolum ducant, ut inferiores penitus deſcendendo firmentur: *Quintil.* x, 7. Non omittenda ſunt hic Favorini Philoſophi verba, prout ea refert A. Gellius noct. Attic. XVII, 10: *Amici, inquit, familiareſque P. Virgilii, in his quæ de ingenio moribuſque ejus memoriæ prodiderunt, dicere eum ſolitum ferunt, parere ſe verſus more atque ritu urſino. Namque ut illa beſtia fœtum ederet ineffigiatum informemque, lambendoque id poſtea, quod ita edidiſſet, conformaret & fingeret; proinde ingenii quoque ſui partus recentes, rudi eſſe facie & imperfecta; ſed deinceps tractando colendoque reddere iis ſe oris & vultûs lineamenta.* Αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκαστα ταῖς ἰδέαις διαρθροῦσιν· ᾗ Πολύκλειτος ὁ πλάστης εἶπε χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται): *Artes initio rudia fingunt & informia opera, poſtmodo ſingula ſuis formis concinnant. Quare etiam Polycletus fictor dixit, opus tunc eſſe difficillimum, quum ad unguem exigitur lutum*, Plutarch. Sympoſ. probl. II, 3. Huc refer illud Heſychii: Ὀνυχιεῖ, ἐπιμελῶς, ἐξετάσει. Ovid. III de Ponto, Eleg. ultima:

Præcipuam curam poſtulat emendatio. Quamobrem etiam toto pectore laborem hunc amplectuntur Artifices qui exiſtimationem ſuam, qua nihil habent carius, in ea re putant agi.

Non eadem ratio eſt, ſentire & demere morbos;
Senſus ineſt cunctis, tollitur arte malum.
Scribentem juvat ipſe favor, minuitque laborem,
Cumque ſuo creſcens pectore fervet opus.
Corrigere at tanto res eſt magis ardua, quanto
Magnus Ariſtarcho major Homerus erat.

Caſſius Parmenſis in Orpheo:

Non levis adſcenſus, ſi quis petit ardua; ſudor
Plurimus hunc tollit; nocturno exſomnis olivo
Immoritur; delet, quod mox laudaverat in ſe;
Qui cupit æternæ donari frondis honore.

Sic ſemper cujuſque natura tulit, ut vel vitiis noſtris indulgeamus, vel etiam invitis nobis proferant ſe atque erumpant. Quamobrem neque ſine cauſa creditum eſt penicillum non minus agere, cùm delet. *Hujus autem operæ eſt adjicere, detrahere, mutare. Sed facilius in his ſimpliciuſque judicium, quæ replenda vel dejicienda ſunt. Premere vero tumentia, humilia extollere, luxuriantia adſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exultantia coërcere, duplicis operæ: nam & damnanda ſunt, quæ placuerant: & invenienda, quæ fugerant. Nec dubium eſt, optimum eſſe emendandi genus, ſi delineata in aliquod tempus reponantur, ut ad ea poſt intervallum velut nova atque aliena redeamus, ne nobis inventa noſtra tanquam recentes fœtus blandiantur*, Quintil. x, 4.

Ita eſt profecto; animi noſtri veluti prono decurrentis inventionis flumine ducti, tum magis atque acrius judicant, cum impetus ille ſtetit & intuendi tempus dedit: unde etiam uſu venire ſolet, quod Pictores, qui poſt aliquam temporis intercapedinem, refrigerato jam novæ inventionis amore, ad intermiſſum opus velut ſpectatores redeunt, Arti melius conſulant, quàm qui feſtinatione præpropera manu ultimam tabulæ imponere geſtiunt. Καλῶς μοι δοκοῦσι ποιεῖν οἱ ζωγράφοι, διὰ χρόνου τὰ ἔργα, πρὶν ἢ συντελεῖν, ἐπισκοπῶντες· ὅτι τὴν ὄψιν αὐτῶν ἀφιστάντες, τῷ πολλάκις κρίσει ποιοῦσι καινὴν, καὶ μᾶλλον ἁπτομένην τῆς μικρᾶς διαφορᾶς, ἣν ἀποκρύπτει τὸ συνεχὲς καὶ τὸ σύνηθες: *Recte mihi facere videntur Pictores, qui priuſquam abſolvant opera ſua, ex intervallo temporis ſolent ea contemplari; propterea quod oculos ſuos ſubinde avertentes, cenſuram repetito ſæpe judicio veluti renovant, leviſſimaſque differentias, quas aſſiduitas & aſſuetudo celaverat, facilius deprehendunt*, Plutarch. in ipſo ſtatim initio libelli περὶ ἀοργησίας. Modicum modo ſpatium illud ſit quod interponitur: quandoquidem *Nemo profectum ibi invenit, ubi reliquerat*, Seneca epiſt. LXXI. *Conſtat omnem operam, ſi longa intercapedine quieſcat, ægre reſumi. Quiſnam enim ignorat cunctis aut artificibus aut artibus maximum decus uſu venire? quumque ſtudia conſueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigreſcere in artibus? Unde eſt & illud, quod ſero correptus aut raro, plus arcus manui, jugo bos, equus fræno rebellat*, Sidon. Apollinaris lib. IX, epiſt. 12. *Interdum continuatus labor firmiores facit*, inquit Seneca Rhetor lib. 1 Controverſ. 8: *ſæpe quos labor roboraverat, deſidia conſumpſit.* De nimia itaque remiſſione intelligendum eſt illud Muſonii: *Remittere animum*, inquit Muſonius apud Macrobium libro 1 Saturnal. cap. 5, *quaſi amittere eſt.* Claudianus de Mallii Theod. Conſ.

Nec me quid valeat Natura fortior uſus
Præterit, aut quantum neglectæ deſluat arti.
Deſidis aurigæ non audit verbera currus;
Nec manus agnoſcit, quem non exercuit, arcum.

Compendiariæ Artis viæ plurimum ſemper officere Artibus.

§. 10. Prolixius adhue diligentiæ minime præcipitis curam Artifici commendavimus; brevius id ſibi præcipiet ipſe Artifex, ſi auribus ſuis quotidie putet occini ſapiens illud Σπεῦδε βραδέως, *Feſtina lente**. Cæterum lentæ huic feſtinationi, quemadmodum plurima, quæ hactenus retulimus, officiunt; ita maxime adverſatur ei compendiaria pingendi ratio. Etenim peſſime conſulunt Arti, quotquot juſti laboris tædio confugiunt ad hoc diverticulum deſidiæ. Arbiter ſane in Satyrico recenſens Artes inertiſſimorum ſæculorum injuria afflictas, *Grandis*, inquit, *&, ut ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed naturali pulchritudine exſurgit. Nuper ventoſa iſthæc & enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigravit, animoſque juvenum ad magna ſurgentes veluti peſtilenti quodam ſidere afflavit, ſemelque corrupta eloquentiæ regula ſtetit & obmutuit. Ac ne carmen quidem ſani coloris enituit: ſed omnia quaſi eodem cibo paſta, non potuerunt uſque ad ſenectutem caneſcere. Pictura quoque non alium exitum fecit, poſtquam Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam invenit.* Quænam vero fuerit compendiaria hæc via pingendi, quam ab Ægyptiis detrimento ſummæ Artis Petronius inventam tradit, nondum videor mihi conjectura aſſequi potuiſſe: neque enim adduci poſſum, ut ex ſententia quorundam compendiariæ Artis nomine intelligam *Libros literis ignorabilibus prænotatos; partim figuris cujuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes; partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus, à curioſa profanorum lectione munita*, Apulejus XI Metamorph. Clem. Alexandr. Stromat. V: vide quoque Plin. XXXVI, 8. Imo ne quidem compendium hoc Artis conſtituendum puto in ea veſtium tingendarum pingendarumve ratione, quam exponit Plinius lib. XXXV, ſub finem capitis undecimi: *Pingunt & veſtes in Ægypto*, inquit, *inter pauca mirabili genere; candida vela, poſtquam attrivere, illinentes non coloribus, ſed colorem ſorbentibus medicamentis. Hoc cùm fecere, non apparet in velis; ſed in cortinam pigmenti ferventis merſa, poſt momentum extrahuntur picta. Mirumque, cùm ſit unus in cortina color, ex illo alius atque alius fit in veſte, accipientis medicamenti qualitate mutatus; nec poſtea ablui poteſt. Ita cortina non dubie confuſura colores, ſi pictos acciperet, digerit eos ex uno, pingitque dum coquit: & aduſtæ veſtes firmiores ſunt, quàm ſi non urerentur.* Caucaſi montis incolæ non abſimili ratione varias plurium animantium figuras in veſtibus ſuis depingunt: vide *Herodotum lib 1, cap. 203.* Quin potius aliud aliquod pingendi compendium, nobis incognitum, in uſu fuiſſe Ægyptiis arbitror: nihil enim prohibet, quo minus etiam ipſi quoque Ægyptii potuerint invenire novam aliquam pingendi rationem, qualem nempe Philoxenus Eretrius, diſcipulus Nicomachi Pictoris velociſſimi, invenit. *Hic enim celeritatem præceptoris ſecutus, breviores etiamnum quaſdam picturæ vias & compendiarias invenit*, Plin. XXXV, 10.

* Vide Suetonium in Auguſto, cap. 25.

CAPUT

CAPUT XII.

§. 1. Serius ac minime vanus Artifex ſe circumſpicit atque æſtimat, præbetque æſtimandum: quandoquidem in hac Arte pernicioſiſſimus eſt nimius ſui ſuſpectus, atque inſitum mortalibus vitium ſe ſuaque mirandi.

§. 2. Graviter adhæc homines inepte inutiliterque verecundi peccant, qui obſtantibus importuni pudoris præpedimentis omne amici judicii examen reformidant.

§. 3. Immodicus certe amor, quo uoſmet ipſos atque omnia noſtra proſequimur, poſtulat non modo ut amicorum experientiſſimis opera noſtra exhibeamus inſpicienda, verum etiam ut cuivis vulgo hominibus præſtemus examinandi poteſtatem.

§. 4. Ita memoriæ proditum eſt celeberrimos olim Artifices mortalium neminem ab operum ſuorum nondum evulgatorum cenſura excluſiſſe, quòd ſcirent in eo agi ſuam exiſtimationem, qua nihil iis carius.

CAndor animi non ſpernentis judicia hominum. Minucius apud Livium, lib. XXII ab U. C. Heſiodum exprimens, *Sæpe ego audivi*, inquit, *eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quid in rem ſit; ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe.* Recte quoque Calpurnius Flaccus Declam. 18: *Sicut in vita nunquam errare, felicis eſt: ita errorem quamprimum emendare, ſapientis.* Propius hanc rem preſſit atque ad diſciplinas applicavit Heraclitus Phyſicus, de quo Maximus*, Ἡράκλειτος ὁ Φυσικὸς τὴν οἴησιν ἔλεγεν ἐγκοπὴν προκοπῆς: *Heraclitus Phyſicus arrogantem ſui exiſtimationem eſſe dicebat impedimentum profectus.* Vide Arriani Epictetum lib. II, cap. 17. Recte quoque Seneca cap. 1 de Tranq. animi: *Puto multos potuiſſe ad ſapientiam pervenire, niſi putaſſent ſe perveniſſe.* Neque male Fulgentius de Virgiliana continentia: *Niſi vanæ laudis pompam obrueris, nunquam ſecreta ſapientiæ penetrabis: vanæ enim laudis appetitus nunquam veritatem inquirit; ſed falſa in ſe adulanter ingeſta, velut propria reputat. Omnis contritio omnem vanam laudem exſtinguit. Ideo Tritonia dicta eſt dea ſapientiæ. Omnis enim contritio ſapientem facit.* Nihil itaque pejus eſt iis, qui paulum aliquid ultra primas lineas progreſſi, falſam ſibi Artis perſuaſionem induerunt; nam & cedere peritioribus indignantur, & veluti quodam neſcio cujus autoritatis jure, quo fere hoc hominum genus intumeſcit, ſecuri, ſtultitiam ſuam produnt: *Quintil.* 1, 1. Alia longe veteribus mens, alius animus: *Pictores, & ii qui ſigna fabricantur, & vero etiam poëtæ, ſuum quiſque opus à vulgo conſiderari vult; ut, ſi quid reprehenſum ſit à pluribus, id corrigatur; itaque & ſecum, & cum aliis, quid in eo peccati, exquirunt*, Cicero lib. 1 de Offic. *Nihil curæ meæ ſatis eſt*, inquit Plinius Junior VII, 17, *cogito quàm ſit magnum, dare aliquid in manus hominum: nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis & ſæpe tractandum, quod placere & ſemper & omnibus cupias.* Οἱ βουλόμενοι κιθαρίζειν, ἢ αὐλεῖν, ἢ ἱππεύειν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἱκανοὶ γενέσθαι, πειρῶνται ὡς συνεχέστατα ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται δυνατοὶ γενέσθαι, καὶ μὴ καθ' ἑαυτούς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἀρίστους δοκοῦντας εἶναι· πάντα ποιοῦντες, καὶ ὑπομένοντες ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἄνευ τῆς ἐκείνων γνώμης ποιεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἀξιόλογοι γενόμενοι: *Qui cupiunt citharizare, tibia ludere, ſive equitare, aut ſimilis artis compotes fieri, ſtudent continue facere ea, in quibus excellere volunt, neque id ſolum apud ſemet ipſos, verum etiam apud eos qui videntur præter cæteros excellere. Omnia agentes & tolerantes nequid præter ipſorum ſententiam faciant, tanquam aliter ſi agerent celebres minime fierent*, Xenophon lib. 1 Apomnem.

Quidam ventoſa quadam jactantia inflati, dum deſpiciunt omnes, & Artificem præ ſe neminem putant, nullius quoque judicio opera ſua ſubjiciunt.

* Serm. XXXIV, περὶ κενοδοξίας.

§. 2. Incidas rurſus in alios, nullo quidem falſo de ſe opinionis tumore inflatos, frontis tamen uſque adeo imbecillæ, ut hominum de ſuis operibus judicia elicere atque experiri vereantur. Horat. lib. 1, epiſt. 16:

Quoſdam rurſus importuna quædam verecundia & nimius ſui deſpectus inhibet, quo minus labores ſuos aliis tradant æſtimandos.

Stultorum incurata malus pudor ulcera celat.

Virgil. III Georg.

- - - *Alitur vitium, vivitque tegendo.*

Cæterum hi renuncient ſibi primum, quòd *Pudoris ſuſtinere jacturam neſciunt, qui ſe prius judicè corriguntur*, Caſſiod. Variarum V, 4. De quo ſi forte deſperabunt, proximum erit, ut cogitent, quòd *Confeſſæ imperitiæ ſumma prudentia eſt*, Minucius Felix in Octavio. Horat. de Arte:

Cur neſcire pudens prave, quàm diſcere malo?

Ad quæ verba Commentator vetus: *Pudens prave, præpoſtere verecundus & erubeſcens. Quare ille eſt pudens prave, qui erubeſcit diſcere, quod ei eſt utile & honeſtum ſcire:* vide locum. Viderint itaque iſti ne in ipſos quadret illud M. Porcii Catonis, *Næ ſimul*

pudere,

pudere, quod non oportet, cœperit; quod oportet, non pudebit, Livius lib. XXXIV ab U. C. Plautus Epidico, Act. II, Sc. 1:

Plerique homines, quos, quum nihil refert, pudet; ubi pudendum eſt,
Ibi eos deſerit pudor, quum uſus eſt ut pudeat. - - -

Quum primis illis Artificibus ſuſpectior eſſet nimius noſtri amor, aliorum Artificum æſtimationi ſua ſemper putaverunt eſſe permittenda.

§. 3. Nec deeſt ratio graviſſima, cur importunum profectui noſtro pudorem deponere atque aliorum judicius committere noſtra debeamus. *Nemo unquam neque poeta, neque orator fuit, qui quemquam meliorem quàm ſe arbitraretur. Hoc etiam malis contigit*, Cicero epiſt. 23 libri XIV ad Atticum. *Familiariter domeſtica adſpicimus, & ſemper judicio favor officit. Non eſt enim quòd nos magis aliena judices adulatione perire, quam noſtra*, Seneca cap. 1 de Tranquillitate animi. *Neſcio quo pacto ſuum cuique pulchrum eſt*, inquit Cicero lib. V Tuſcul. quæſt. *Sic ſe res habet; Te tua, Me delectant mea.* Οὕτω φίλαυτόν τι χρῆμα ἄνθρωπος: *Uſque adeo ſui amans eſt homo*, ut loquitur Eunapius in proæreſio. Viderunt hoc Amazones in templo Dianæ Epheſiæ dicaturi. Etenim *Quum Amazones in templo Epheſiæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum Artificum, qui præſentes erant, judicio, cùm apparuit eam eſſe, quam omnes ſecundam à ſua quiſque judicaſſet*, Plinius XXXIV, 8. Quamobrem, cùm noſtra nobis plus juſto placere ſemper ſoleant, conſultiſſimum quoque judicaverunt ex alieno potius quam ex proprio pendere judicio. Videas itaque priſcos illos, qui in ore Famæ ſunt, Artifices, aliorum Artificum de ſuis operibus judicia maximi ſemper feciſſe. Τὰς πιθήκους φασὶν ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασιν ἀτενίζειν τοῖς βρέφεσιν, ἀγαμένας τοῦ κάλλους· οὕτως ἐστὶν ἡ φύσις φιλότεκνον· τὰ δὲ ἀλλήλων ὁρῶσιν, ὅπερ ἐστὶ, πιθήκων παιδία· ἑτέροις οὖν ἐπιτρεπτέον ἐξετάζειν τὰ ἔγγονα· αἱ γὰρ εὔνοιαι δεινοὶ δεκάσαι τὰς ψήφους· διὰ τοῦτο Λύσιππος Ἀπελλῆν εἰς τὰς γραφὰς εἰσῆγε, καὶ Λύσιππον Ἀπελλῆς: *Simias ferunt poſtquam pepererint, in fœtibus ſuis, tanquam ſimulacris, obtutus defigere, pulchritudinem demirantes: adeo natura ejus quod pepererit amans eſt. Aliorum porro invicem vident id quod ſunt, ſimiarum eſſe partus. Quamobrem aliis permittenda in ſobolem inquiſitio eſt, favor enim corrupendis ſuffragiis efficaciſſimus eſt. Ob id Lyſippus Apellem ad tabellas admittebat, & Apelles Lyſippum*, Syneſius epiſt. 1. *De Nicia dicebat Praxiteles interrogatus, quæ maxime opera ſua probaret in marmoribus, quibus Nicias manum admoviſſet: tantum circumlitioni ejus tribuebat*, Plin. XXXV, 11.

Non ſolos tamen Artifices, ſed promiſcuam ſæpe hominum multitudinem ad cenſuram operum ſuorum advocabant.

§. 4. Non tamen ſolos ad hoc Artifices advocabant, ſed frequentes ac ſubinde novos ſpectatores, ex invidis & faventibus, dari ſibi exoptabant, ut nec male nec bene facta diſſimulanter præterirent. *Scias enim magnam illam & duraturam famam, non minus in diverſis ſubſelliis parari, quàm ſuis: quinimo conſtantius ſurgere ibi, fidelius corroborari**. Gnari denique, *Plus pollere multorum ingenia conſiliaque*†, ne quidem infimam plebem à ſocietate hujus curæ excludebant; vide *Plinium Juniorem lib.* VII, *epiſt.* 17. Imo etiam ab ea carpi opera ſua quandoque ſuſtinebant: *Neque enim ulli patientius reprehenduntur, quàm qui maxime laudari merentur*, Plin. Junior VII, 20. Fertur certe Phidias propoſita, quam Eleis fecerat, Jovis imagine, conſulto poſt oſtium prope in occulto ſtetiſſe, ut omnem eorum ſermonem caperet, qui hoc vel illud in opere ejus laudabant culpabantve. His vero naſum craſſiorem, illis autem faciem longiorem, aliis denique aliud aliquid ſugillantibus, ſingulorum ſpectatorum judicia poſt eorum diſceſſum dicitur expendiſſe, atque opus ſuum clam ad plurium arbitrium conformaſſe. Sententiam tantæ multitudinis non putabat inſuper habendam; judicans fieri aliter non poſſe quin frequens undique confluentis populi turba plus videret ſe uno, licet ſatis meminerat ſe eſſe Phidiam: vide *Lucianum pro Imaginibus*. Quod vero deſpicatiſſimis viliſſimorum homuncionum capitibus tantum in opera ſua juris conceſſerint, non eo factum eſt, quod ex eorum inſulſo infrunitoque judicio ad famæ ſuæ ſummam vel minimam ſperarent acceſſionem. Horat. de Arte:

* *Autor Dialogi de cauſis corr. eloq. cap.* 34.

† *Livius lib.* III *ab U. C.*

Indoctus quid enim ſaperet, liberque laborum
Ruſticus urbano confuſus, turpis honeſto?

An quidquam ſtultius eſt, quàm quos ſingulos, ſicut operarios barbaroſque contemnas, eos aliquid putare eſſe univerſos? Cicero lib. V Tuſcul. quæſt. Vide quoque Ælianum lib. II var. Hiſt. cap. 1 & 6. Πάλαι μὲν τὸ ἀρέσκειν τοῖς ὄχλοις ἐδοκίμαζον, σημεῖον ἦν κακοτεχνίας: *Olim certe populari turba placuiſſe, argumentum erat artis minus abſolutæ*, inquit Athenæus lib. XIV, cap. 7: vide locum. Unde etiam Polycletus facetiſſimo joco craſſis inſubidæ plebis judiciis illudere non dubitavit; qua de re vide *Ælianum var. Hiſtor.* XIV, 8. Sed quemadmodum ſingulos in iſtis quas profitebantur Artibus nonnihil videre putabant, ita eos ultra exſpatiari non ſinebant. *Apelles perfecta opera proponebat pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia quæ notarentur auſcultabat, vulgum diligentiorem judicem quam ſe præferens. Feruntque à ſutore reprehenſum,*

quod

quod in crepidarum una intus pauciores feciſſet anſas. Eodem poſtero die ſuperbo emendatione priſtinæ admonitionis, cavillante circa crus, indignatum proſpexiſſe, denuntiantem, ne ſupra crepidam ſutor judicaret; quod & ipſum in proverbium venit, Plinius XXXV, 10. Sequatur igitur hanc laudatiſſimam priſcorum Artificum conſuetudinem, quiſquis clariſſimam ſibi per gentes notiſſimamque famam conciliare volet. Aut, ſi deſint periti judices apud quos qualemcunque deſideratæ ſibi famæ ſpem prætentet, Quinctilio ſaltem alicui ſe ſuaque committat; de quo Horat. in Arte:

Præcipue tamen amicorum judicio tradebant opera prope jam abſoluta

Quinctilio ſi quid recitares, Corrige, ſodes,
Hoc, ajebat, & hoc. Melius te poſſe negares,
Bis terque expertum fruſtra; delere jubebat;
Et male tornatos incudi reddere verſus.
Si defendere delictum, quàm vertere, malles;
Nullum ultra verbum, aut operam ſumebat inanem,
Quin ſine rivali teque & tua ſolus amares.
Vir bonus & prudens verſus reprehendet inerteis:
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus: nec dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ ſeria ducent
In mala, deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre.

CAPUT XIII.

§. 1. *Iniquiſſimi ſunt erga res humanas qui putant Orbem ſenio pigrum effœto jam atque intermortuo ad ſtudia virtutis ævo effudiſſe nos, prolem male natam, ultimum dedecus Mundi, & fœdum fatiſcentis Naturæ opprobrium. Eſt tamen propria quædam hujus noſtri ævi labes ac macula, ſplendidam ſuperſtitum gloriam nimia jam olim defunctorum laude obſcurare; ut ut apud omnes in confeſſo ſit præclara quædam noſtrorum hominum ingenia (inducantur modo in rectam veræ Artis viam, & propenſa Mæcenatum benevolentia induſtriam eorum augeat) ne minimum quidem antiquis conceſſura.*

§. 2. *Perperam itaque occaſum Artis imputamus neſcio cui ſiniſteritati Naturæ ingenia humana quotidie imminuentis atque infringentis; cùm certum ſit non tam ingeniorum quam temporum vitio totam cultiſſimarum Artium compagem labefactari atque convelli. Lætis nempe proſperarum rerum incrementis gaudent Artes. Pacis eſt comes, otiique ſocia, & bene jam conſtitutæ reipublicæ quaſi alumna quædam, Curioſitas: unde neque in conſtituentibus rempublicam, nec in bella gerentibus, nec in impeditis & iniqua dominatione preſſis ulla curioſarum Artium cupiditas naſcitur.*

PUblica temporum felicitas. Cæterum hanc nequaquam in eo conſtituo, quod antiquiorum ſæculorum ingenia noſtrorum hominum ingeniis præſtitiſſe cum Seneca credam: *Neque enim dubium eſt,* inquit Seneca epiſt. 90, *quin meliora mundus nondum effœtus ediderit, & alti ſpiritus fuerint viri (ut ita dicam) à Diis recentes.* Sidonius quoque Apollinaris lib. VIII, epiſt. 6: *Artium virtutes ſæculis potius priſcis ſæculorum rector ingenuit; quæ per ætatem mundi ſeneſcentis, laſſatis veluti ſeminibus emedullatæ, parum aliquid hoc tempore in quibuſcunque, atque id in paucis mirandum ac memorabile oſtentant.* Aliter legatus Rhodius, apud Livium lib. XXXVII ab U. C. de ſuæ gentis hominibus agens: *Certare pio certamine cujuſlibet bonæ artis ac virtutis auſi ſumus cum parentibus.* Plinius quoque Junior lib. VI, epiſt. 21: *Sum ex iis, qui mirer antiquos; non tamen, ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim quaſi laſſa & effœta natura, ut nihil jam laudabile pariat.* Vide Galenum in opuſculo cui titulus, Ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος; *Lactant. de Origine erroris, cap.* 8. Tacitus denique lib. III Annalium, cap. 55: *Rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, ut, quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur. Nec omnia apud priores meliora; ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit. Verum hæc nobis in majores certamina ex honeſto maneant.* Neque aliam veriorem iniquiſſimæ de ſæculorum noſtrorum infelici ſterilitate opinionis cauſam invenio præter eam, quam reddidit Autor Dialogi de cauſis corr. eloqu. cap. 18: *Vitio malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſunt.* Paterculus quoque libro II Hiſt. cap. 92: *Naturaliter audita viſis laudamus libentius: præſentia, invidia; præterita, veneratione proſequimur:*

Male quidam arbitrantur humana ingenia, neſcio qua infelicitate atque ad malum pronitate Naturæ, quotidie decreſcere.

 &

& his, nos obrui; illis, inſtrui credimus. Phædrus denique lib. V Fabularum, in principio:

> . . . . *Plus vetuſtis nam favet*
> *Invidia mordax, quàm bonis præſentibus.*

Quod ſi tamen omnino aliquid priſcis illis temporibus eſt tribuendum, illud certe fateri liceat, Heroïca priorum ſæcula feraciora fuiſſe virtutum: atque ex eo factum, ut præmia quoque virtutum frequentius ab Artibus peterentur. *Ita eſt profectò; artes deſidia perdidit: & quoniam animorum imagines non ſunt, negliguntur etiam corporum*, Plin. XXXV, 2.

Nunquam Artes magis floruiſſe deprehenduntur, quàm cùm, imperio gentium felicibus monarchiæ alicujus auſpiciis conſtituto, diuturnitas pacis otium confirmavit.

§. 2. Intelligimus ergo hic per publicam temporum felicitatem, inconcuſſum tranquillæ pacis bonum. *Pace non modo ii, quibus natura ſenſum dedit*, inquit Tullius*, *ſed etiam tecta atque agri mihi lætari videntur.* Appoſite itaque Caſſiodorus Variarum I, I: *Pax eſt bonarum artium decora mater.* Neque male Solinus cap. I de temporibus Auguſti Cæſaris: *Hoc tempus ferme ſolum repertum eſt, quo plurimum & arma ceſſaverunt, & ingenia floruerunt; ſcilicet, ne inerti juſtitio languerent virtutis opera, bellis quieſcentibus.* Delicatiſſimarum certe Artium ſtudium, præliis promulgatis, totum jacet: *Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur, ſimulatque aliquis motus novus bellicum canere cœpit*, Cicero pro L. Muræna. Et aliquanto ante: *Simulatque increpuit tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt.* Excutiunt nempe omnem ingeniis conſtantiam fatales regnorum ac rerumpublicarum motus, quum præter atrocia multa quæ premunt, adhuc pejora ſunt quæ timentur. Ovid. IV de Ponto, Eleg. 12:

> *Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit,*
> *Et ſenſus cum re, conſiliumque fugit.*

* *Orat. IV de Lege agraria.*

Ardorem adhæc æmulationis & gloriæ cupiditatem ſecura florentis ævi hilaritas maxime nutrit. Tacit. Annal. libro XV, cap. 16: *Certamen virtutis, & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus.* Ovid. V Triſt. Eleg. 12:

> *Nominis & famæ quondam fulgore trahebar,*
> *Dum tulit antemnas aura ſecunda meas.*
> *Non adeo eſt bene nunc, ut ſit mihi gloria curæ;*
> *Si liceat, nulli cognitus eſſe velim.*

Atque hoc illud eſt, quod urget Diod. Siculus in ipſo ſtatim initio libri duodecimi; Ἡ Ξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεία, διὰ τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως τὸν μέγιστον φόβον ἐπέστησε τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ἂν ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ μελλόντων πολεμεῖν· τοῦ δὲ πολέμου παρὰ τὴν προσδοκίαν παράδοξον, οὐ μόνον τῶν κινδύνων ἀπελύθησαν οἱ τὴν Ἑλλάδα κατοικοῦντες, ἀλλὰ καὶ δόξαν μεγάλην κατεκτήσαντο· καὶ τοσαύτης εὐπορίας ἐπληρώθη πᾶσα πόλις Ἑλληνίς, ὥστε πάντας θαυμάσαι τὴν εἰς τοὐναντίον μεταβολήν· ἀπὸ τούτου γὰρ τοῦ χρόνου ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα πολλὴν ἐπίδοσιν ἔλαβεν ἡ Ἑλλὰς πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν· ἐν τούτοις γὰρ τοῖς χρόνοις αἵ τε τέχναι διὰ τὴν εὐπορίαν ηὐξήθησαν, καὶ τότε μέγιστοι μνημονεύονται τεχνῖται γεγονέναι· ὧν ἐστι Φειδίας ὁ ἀγαλματοποιός: *Xerxis in Græciam expeditio, propter ſtupendam exercitus multitudinem, ſummum Græcis terrorem incuſſit, cum extremæ ſervitutis periculum hoc bello adire ſibi viderentur. Cæterum bello præter omnium exſpectationem ſecundum eventum ſortito, non modo à tanto diſcrimine Græcorum gens liberata eſt, ſed ingentem præterea gloriam obtinuit. Et tantis tunc opibus ſingulæ Græcorum civitates repletæ ſunt, ut cuncti relapſas in contrarium fortunæ vices demirarentur: ex eo namque tempore per annos quinquaginta inſignes ad ſummam felicitatem progreſſus fecit. Temporibus enim hiſce omnes bonæ artes propter opum abundantiam, magnopere excultæ, & artifices maximi ſæculum illud gloria auxiſſe memorantur, è quorum numero eſt Phidias ſtatuarius.* Non eſt denique prætereundus memorabilis Athenæi locus ſub finem libri quarti Deipnoſoph. Ἐγένετο ἀνανέωσις πάλιν παιδείας κατὰ τὸν ἕβδομον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου Πτολεμαῖον, τὸν κυρίως ὑπὸ τῶν Ἀλεξανδρέων καλούμενον Κακεργέτην· οὗτος γὰρ πολλοὺς τῶν Ἀλεξανδρέων ἀποσφάξας, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ φυγαδεύσας τῶν κατὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐφηβευσάντων, ἐποίησε πλήρεις τάς τε νήσους καὶ πόλεις ἀνδρῶν γραμματικῶν, φιλοσόφων, γεωμετρῶν, μουσικῶν, ζωγράφων, παιδοτριβῶν τε καὶ ἰατρῶν, καὶ ἄλλων πολλῶν τεχνιτῶν, οἳ διὰ τὸ πένεσθαι διδάσκοντες ἃ ἠπίσταντο, πολλοὺς κατεσκεύασαν ἄνδρας ἐλλογίμους: *Renovatæ ſunt omnes diſciplinæ ſub Ægypti ſeptimo rege Ptolemæo, quem vere atque apte Cacergeten vocavere Alexandrini. Hic enim plurimis Alexandrinorum jugulatis, & non paucis eorum, qui cum ipſius fratre pubeſcentes adoleverant, in exilium actis, urbes inſulaſque replevit Grammaticis, Philoſophis, Geometris, Muſicis, Pictoribus, Ludimagiſtris, Medicis, & aliis multis artificibus, qui ob inopiam ea docentes quæ ſcirent, omni humanitate præclaros viros expolverunt.* Eximie Manilius libro primo Aſtron.

> *Et labor ingenium miſeris dedit; & ſua quemque*
> *Advigilare ſibi juſſit fortuna premendo.*

Cujus

Cujus loci mentem optime explicant verba Jo. Chryſoſtomi, doctoris aurei, in *quarta ad populum Antiochenum*; ubi afflictionem in hoc utilem docet, quod vagum animum & circa plurima hiantem, ſerio cogit attendere atque ad ſeipſum convertit. Ἡ θλίψις εἰς σύννοιαν ἐπανάγει, καὶ συσταλμένην ἔξω καὶ περὶ πολλὰ τὴν διάνοιαν κεχυμένην πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφει. Sapienter quoque Gaditani (ut ex Æliano tradit Euſtathius, *ad verſum* 450 *Dionyſii Afri de Situ orbis*) Paupertati atque Arti communem ſtruxerunt aram: ſiquidem veriſſimum eſt illud Gelaſimi, paraſiti Plautini, qui convenienter profeſſioni ſuæ ait in Sticho:

Gelaſimo nomen mihi indidit parvo pater.
Propter paupertatem hoc adeo nomen repperi,
Quid inde jam à pauxillo puero ridiculus fui;
Eo, quia paupertas fecit ridiculus forem:
Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.

CAPUT XIV.

§. 1. Quemadmodum recta quidem, ſed modica multorum ingenia proſperioris Fortunæ flatus quotidie provehit; ita pertinacioris egeſtatis iniquitas verſa vice magnam ſæpe nonnullorum indolem, & (ſi per Fortunam licuiſſet) in exemplum fulgentiſſimæ virtutis ſuffecturam, excuſſa omni ſublimium cogitationum memoria affligit, hebetat, confundit, frangit. Præcipue tamen miſerum eſt naſci non ſuo ſæculo; cùm ingenia favor hominum oſtendat, favor alat.

§. 2. Fortuna virtute pares non raro impari felicitate diſtinguit, magniſque fautoribus minores quandoque Artifices commendat. Frequenter igitur præclaræ magnarum mentium dotes veluti debiles atque ipſa paupertate languidæ prætereuntur, dum mediocria quorundam ingenia, ſed magis ad oſtentationem pompamque facta, immenſis opibus & quæſitiſſimis honoribus tantum non obruuntur.

§. 3. Præcipue tamen malignam experiuntur Fortunam, qui propter iniquiſſimum minus excultæ Artis præjudicium in obſcura ignominioſaque paupertate jacentes, non utique inveniunt propitiam virorum principum manum, qua ad dignas induſtria ſua curas honoreſque ſubleventur.

PRivata ipſorum Artificum fortuna inter tam multa quæ Artem olim provexerunt, noviſſimum jure locum occupat; quandoquidem ſine hac parum admodum per ſe valebunt ea quæ præmiſimus. Divinum propenſioris naturæ donum, ſedula Parentum ac Præceptorum cura, Metus legum ſaluberrimarum, Æmulatio, Simplicitas & Dulcedo Artis, atque ea quæ porro ſequuntur, qualemcunque ipſius Artificis fortunam adhuc exſpectant: non eam, quæ Protogenis canem & Nealcis equum miro quodam caſu perfecit; quum impacta iracunde ſpongia imperfectum opus equi male ſpumantis abſolvit. *Non eſt ars, quæ ad effectum caſu venit*, Seneca epiſt. XXIX. Sed eam, quæ Artificem, veluti alumnum ſuum, Regibus ac dynaſtis ingerit, ut per eos Orbi terrarum commendentur. *Plurimum refert, in quæ cujuſque virtus tempora inciderit* *. *Neque enim cuiquam tam clarum ſtatim ingenium eſt, ut poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatorque contingat*, Plin. Junior libro VI, cap. 23.

Solent ingenia humana perfici aut mutari, prout caſu fortunave in ſplendidiorem aut ſqualidiorem vivendi ſortem favore magnatum perducuntur.

§. 2. Non ſtatuimus tamen totam Artificum famam ex fortuna pendere; quin potius hanc ipſam fortunam nihil aliud, quàm quendam ante partæ exiſtimationis fructum eſſe arbitramur. Neceſſe eſt enim, ut primum inſigni aliquo exactiſſimæ Artis ſpecimine januam famæ ſibi aperiant. *Nemo imaginem ſuam pingendam committit, niſi probato prius artifici per quædam experimenta*, Corn. Celſus in epiſt. ad C. Julium Calliſtum. Τοὺς ἀνδριαντοποιοὺς δοκιμάζομεν, inquit Socrates apud Xenophontem, lib. III Apomnem. οὐ τοῖς λόγοις αὐτῶν τεκμαιρόμενοι, ἀλλ' ὃν ἂν ὁρῶμεν τοὺς πρόσθεν ἀνδριάντας καλῶς εἰργασμένον, τούτῳ πιστεύομεν καὶ τοὺς λοιποὺς εὖ ποιήσειν: *Statuarios probamus, non ſermonibus ipſorum confidentes; ſed quem videmus priores ſtatuas rite perfeciſſe, eum credimus & reliquas recte facturum.* Mox inter illos, quos eadem vis Artis commendat, (ut omnia felicibus ex facili ſolent provenire) peculiaris quædam ſecundioris fortunæ potentia deprehenditur. Præclare Ariſtænetus lib. I, epiſt. 13: Τῷ μακρῷ καὶ τοῦτο κατέμαθον χρόνῳ, ὡς καὶ τέχναι πᾶσαι προσδέονται τύχης· καὶ τύχη διακοσμεῖται ταῖς ἐπιστήμαις· αἱ μὲν γὰρ ἀτελεῖς, μὴ συνεργοῦντος τοῦ θεοῦ· ἡ δὲ μᾶλλον ἐπιδείκνυσι, τὰς ἑαυτῆς ἀφορμὰς τοῖς ἐπιστήμοσι δωρουμένη: *Longi temporis uſu etiam hoc perdidici; & Artes omnes indigere Fortuna, & Fortunam viciſſim ab Artibus ornari. Artes enim, deſtitutæ Numinis hujus auxilio, ſunt imperfectiores; Fortuna vero magis magiſque inclareſcit, cùm ſuas oportunitates largitur peritioribus.* Recte quoque Vitruvius in Præfatione libri tertii: *Artifices*, inquit, *etiamſi polli-*

* *Plin. nat. Hiſt.* VII, 28.

Fortuna virtute pares non raro impari felicitate diſtinguit, & magnis fautoribus minores quandoque Artifices commendat.

polliceantur ſuam prudentiam, ſi non ſint pecunia copioſi, ſeu vetuſtate officinarum habuerint notitiam, aut etiam gratia & forenſi eloquentia non fuerint prædití, pro induſtria ſtudiorum autoritates non poſſunt habere, ut eis, quod profitentur ſcire, id credatur. Maxime autem id animadvertere poſſumus ab antiquis ſtatuariis & pictoribus, quod ex his, qui dignitatis notas & commendationis gratiam habuerunt, æterna memoria ad poſteritatem ſunt permanentes; uti Myron, Polycletus, Phidias, Lyſippus, cæterique qui nobilitatem ex arte ſunt conſecuti. Namque ut civitatibus magnis, aut regibus, aut civibus nobilibus opera fecerunt, ita id ſunt adepti. At qui non minore ſtudio, & ingenio, ſollertiaque fuerunt, ignobilibus & humili fortuna civibus non minus egregie perfecta fecerunt opera, nullam memoriam ſunt aſſecuti; quòd non ab induſtria, neque artis ſollertia, ſed à felicitate fuerunt deſerti; ut Hellas Athenienſis, Chion Corinthius, Myagrus Phocæus, Pharax Epheſius, Bedas Byzantius, etiamque alii plures. Non minus item Pictores; uti Ariſtomenes Thaſius, Polycles Atramitenus, Nicomachus, cæterique quos neque induſtria, neque artis ſtudium, neque ſollertia defecit; ſed aut res familiaris exiguitas, aut imbecillitas fortunæ, ſeu in ambitione certationis contrariorum ſuperatio obſtitit eorum dignitati. Smilidem Æginetam & Dædalum, eodem ævo florentes, atque arte propemodum pares, Fortuna diſtinxit: *Pauſanias lib.* VII *in Achaïcis.* Telephanem Phocæum nimia loci, ubi habitavit, ignobilitas fecit obſcuriorem: *Plin.* XXXIV, 8. Idem quoque Plinius alibi teſtatur, exactiſſima quædam Scopæ opera, quemvis alium locum nobilitatura, Romæ viventibus pene incognita fuiſſe, tot tantarumque artificioſiſſimarum rerum copia gloriam ejus premente atque obſcurante. *Multorum artificum obſcurior fama eſt, quorundam claritati in operibus eximiis obſtante numero artificum; quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nominari poſſunt*, Plinius libro XXXVI, cap. 5.

Ut ſæpe ſumma ingenia in occulto latent? Plautus Captivis, Actu 1, Sc. *Adverte animum ſis tu, &c.*

Plurimum hic valet inveteratum de ipſis Artificibus præjudicium.

§. 3. Fieri denique poteſt ſano de Artificum operibus judicio præjudicium aliquod de ipſis Artificibus obſtitiſſe; ſplendida nempe eorum fortuna aut fama auctoritatem iis conciliante. In Zeuxide certe, quemadmodum & in Polycleto, & Phidia, ſi Maximo Tyrio Diſſertat. XXXIX credimus, Παρέπεμπεν τὰ ἔργα αὐτῷ μετ' εὐφημίας ἡ τῆς τέχνης δόξα: *Artis fama commendavit ipſa opera poſteritati cum quadam nominis celebritate.* Similem certe hallucinantium animorum errorem in amantibus deprehendere eſt: etenim *De forma judicare non poſſunt, quia ſenſum oculorum premit amor*, Quintilian. VI, 2. Τὰ τῶν ἐρωμένων, ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ, καλὰ φαίνεται τοῖς ἐρῶσι· καὶ τὸ δοκιμάζειν ἀφέντες, ὡς ἐπὶ θαυμαστοῖς βοῶσι: *Amatorum res qualeſcunque ſint, pulchræ videntur amantibus, & æſtimationem mittentes, tanquam de mirabilibus exclamant*, Libanius Proſphonetico. Τὸ αὐτὸ τῆς αἰσθήσεως πάθος οὐχ ὁμοίως διατίθησι τὴν ψυχὴν ὅταν μὴ προσῇ δόξα τοῦ λογικῶς ἢ φιλοτίμως περαίνεσθαι τὸ γινόμενον: *Eadem ſenſus affectio non eodem modo animum adficit, niſi acceſſerit perſuaſio, id quod fit cum ratione quoque, & cum quadam æmulationis contentione ad finem perductum eſſe*, Plutarch. Sympoſ. problem. lib. V, quæſt. 1. Ubi & inter alia hujus loci propria facetiſſimam de ſue Parmenonis narratiunculam ſubnectit: vide ſis locum lectu digniſſimum. *Sic eſt vulgus: ex veritate, pauca: ex opinione, multa æſtimat*, Tullius pro Q. Roſcio Comœdo: vide *Ælianum var. Hiſt. libro primo, cap.* 24.

FINIS LIBRI SECUNDI.

FRAN-

FRANCISCI JUNII DE PICTURA VETERUM LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM LIBRI TERTII.

Vidimus nunc, quemadmodum cuncta imitandi ſtudium à natura nobis inditum non phantaſia modo adjuverit atque excitaverit, ſed & multæ aliæ cauſæ porro provexerint. Reliquum adhuc eſt, ut conſideremus, quid imitatricem illam animorum noſtrorum vim perfecerit, atque ad Artis conſummatæ faſtigium perduxerit. Obſervabantur itaque ab antiquioribus in Pictura quinque hæc capita: Inventio ſive Hiſtoria: Proportio ſive Symmetria: Color, & in eo Lux & Umbra, Candor & Tenebræ: Motus, & in eo Actio & Paſſio: Collocatio denique ſive œconomica totius operis Diſpoſitio. Quatuor prima capita, Inventionem nempe, Proportionem, Colorem, & Motum, in omnibus Picturis ſollicite obſervabant, ſive eæ ex una tantum figura, ſive ex pluribus conſtarent: ſolam Diſpoſitionem in plurium figurarum tabula præcipue curabant, ut ipſa variorum ſchematum apta collocatio lucem aliquam adderet diverſiſſimis rebus hinc inde, pro argumenti natura, in unum corpus congeſtis. Nequaquam tamen in legitima horum quinque capitum obſervatione ſummam Artis collocandam eſſe putabant, niſi peculiaris quædam Venus ac Gratia ex ſingulorum capitum decora concinnitate, mutuaque congruentia reſultans, totam Picturam commendaret. Quamobrem etiam penitiorem Gratiæ iſtius conſiderationem minime hic prætereundam exiſtimavimus: præſertim, cùm ſine pleniore ejus notitia nemo unquam homo tam varia fertiliſſimæ Artis momenta recte excutere ac percenſere valuerit.

CAPUT I.

§. 1. *Et invenire & judicare, quid pingas, magna certe ſunt, & tanquam animi inſtar in corpore. Quum enim Natura humanis animis nihil intelligentia majus dederit, quæ omnis Inventionis veluti fœcunda quædam eſt parens; ejuſdem quoque Naturæ inſtinctu atque impulſu uſu venire ſolet, ut, quàm quiſque ingenio maxime præſtat, tam is ad ſemper aliquid inveniendum atque comminiſcendum maxime intentus ac pronus eſſe videatur. Eruditis præſertim hominibus nunquam deeſſe poteſt argumentum; cùm multa ſuffertim ſoleant paullo doctioribus occurrere, quæ expeditam non inepti Artificis manum videntur exſpectare.*

§. 2. *Inſignis ac tanti nominis famam impleturus Artifex, æſtimatis primum viribus propriis, grandem paremque animo ſuo materiam deligit: quotquot enim dulciſſimarum Artium nobilitatem digna æſtimatione penſantes, efferveſcentis ingenii viribus ad non impares copioſiſſimæ materiæ conatus nituntur aſſurgere, magnos quoque animos ipſa ingruentium rerum mole vegetari potius quam delaſſari ſentiunt.*

§. 3. *Ne itaque Artificem incœpti mox negotii pœniteat, danda imprimis eſt opera ut*

habeat ſatis magnum campum præceps ille præclari animi atque indefeſſæ induſtriæ curſus. Præcipue vero adoleſcentibus in effrænata novi, atque eo magis adblandientis conatus libidine incurioſos impetus effundere concedamus, neque acerbos adhuc eorum animos ad nimiam laboris maturitatem revocemus: monentes interim, ne leves atque inexpertas mentes nimio ſecuræ inconſultæque fiduciæ æſtu in præceps abripi patiantur: ſolutum quiddam habeant, nec vagum tamen; ut ingredi libere, non ut licenter videantur errare. Ætas & poſteræ curæ limabunt ac depaſcent agnatam melioribus ingeniis luxuriem. Etenim ut vina, quò ſunt adolitura generoſius, eò adhuc recentia deſpumant turbulentius; ita prima quorundam adoleſcentia inſano quodam temerarii incautique impetus fervore ebullit, quam tamen placitæ ſemel Artis amore flagrantem, fervidæ adhæc naturæ prægnantiſque ingenii viribus elatam, juvenilis denique animi exultantia concitatam, mox uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit.

§. 4. Utendum eſt iis, quæ ſe non gravate offerunt. Nam procaciter & pervicaciter imagines aliunde arceſſere, impudenter etiam atque improbe hinc inde corrogare, miſeræ prorſus ac jejunæ inventionis eſt. Fœcundus Artifex, ut ſemel cœpit impetum, eundem ſecundi curſus tenorem, eadem utique aura à tergo jugiter adſpirante, ſervat; & ſucceſſu operæ non infelicis captus, ut ſemel expanſis velis abreptus eſt in altum, nec vela colligere, nec tenere modum velificando valens, ventis totum ſe ferentibus permittit. Quamvis autem prudentiſſimus quiſque effrænem moti ſemel animi impetum nonnihil ſtudeat inhibere; proni tamen ſtudii certius indicium eſt, ſupra vires niti, quàm viribus ex facili uti: alter enim, quod poteſt, præſtat; alter, etiam plus quàm poteſt. Qui tumet atque abundantia laborat, plus habet furoris, ſed plus etiam roboris: illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul & inſanit & deficit; qui non tam habitum corporis opimum, quam gracilitatem conſectatur; quem denique, modo bona ſit valetudo, tenuitas ipſa delectat.

§. 5. Eſt ridiculum ad ea quæ habemus animum non advertere, quærere vero quæ habere non poſſumus. Huic igitur curæ præcipue incumbat Artifex, dum integros adhuc ſpiritus ad opus adducit, ut novis ac vigentibus etiamnum conceptibus injiciat manum; quandoquidem conceptarum ſemel imaginum memoriam exigua ſæpe interpoſiti temporis mora ſubducit; quæque recentia in animis noſtris vigent, ea brevi ſpatio interjecto obſoleſcunt.

§. 6. Quidquid Artifex pingendo fingendoque exprimit, apud Græcos Latinoſque ſcriptores, aliam atque aliam, pro ratione ſcopi, ſortitur denominationem.

§. 7. Maximis quibuſque Artificibus, nonniſi elegantioris humanioriſque doctrinæ flore libato, limpidæ atque uberes felicium inventionum venæ ex divina quadam reconditæ eruditæque mentis ſcatebra ſolent provenire. Omnes Artes aliquod ſtipendium huic noſtro ſtudio conferunt. Quumque Pictura nihil aliud ſit, quàm perfectio quædam Sapientiæ ex omni bonarum Artium orbe mutuatæ; frequenter etiam genuinam hanc veræ Philoſophiæ ſobolem experimur abortivam, abſque illo liberalium Artium orbe, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocant Græci.

§. 8. Mathematicarum diſciplinarum præcipuum eſſe in Pictura & Statuaria uſum, plurimis evincitur exemplis. Quotquot vero præter omnium opinionem in minimis tenuiſſimiſque rebus labuntur, iis plerumque uſu venit, ut aliis miſerandi, aliis irridendi eſſe videantur.

§. 9. Naturalium quoque rerum ſcientiam rem eſſe utilitatis maxime exploratæ, apud omnes in confeſſo eſt. Facillimus tamen à Morali Philoſophia in omnes haſce Artes decurſus eſt; ſiquidem ea etiam illos, quos non ſibi tantum exercet, abunde inſtruit. Quoniam vero pingendi facultas non debet eſſe jejuna & nuda, ſed aſperſa atque diſtincta jucunda quadam plurimarum rerum varietate, boni quoque Artificis eſt multa auribus accepiſſe, multa vidiſſe, multa animo & cogitatione in hominum moribus diverſiſque humanæ mentis permotionibus notaſſe, multa etiam legendo percurriſſe; neque ea, ut aliena, libaſſe; ſed, ut ſua, poſſediſſe. Ex hac certe profunda variarum rerum cognitione efformatur illa in animis Opificum prudentia, quam veluti unicam laborioſæ curæ Ideam in artificii ſui æſtu Pictura intuetur.

§. 10. Maximorum celeberrimorumque Artificum exemplis probatur, nihil ad inveniendum uberius atque feracius eſſe omnigena doctrina.

§. 11. Apellis, Lyſippi, aliorumque excellentium virorum pereruditа ubique ac facilis inventio ſatis ſuperque evincit plurimas variæ doctrinæ notas in eorum operibus emicuiſſe.

§. 12. Quemadmodum igitur Artificem iſtum non injuria dicimus Sapientem, cui in priſcarum elegantiarum utiliore illa ac delectabili doctrina pleraque omnia veterum quæſita, meditata, evigilataque ſunt; ita porro ad debitam Artibus hiſce prudentiam requiritur mens Artificis erecta, ardua, expedita, ſepta ſolide, nunquam connivens,

nuſquam

Digitized by Google

nuſquam aciem ſuam flectens, & in meram compertamque veritatem, in opportunam occaſionem, in non iniquam honeſtatem, in grandem denique ſuſcepti argumenti magnificentiam ſemper intenta. Eum itaque Artificem judicamus veritati optime conſuluiſſe, qui ipſam Naturam vice legis obſervans, omnia ejus opera uſque adeo accurate æmulatur, exprimit, reddit, ut pulchritudinem ipſam veritati poſthabendam, omnemque Artis perfectionem atque utilitatem ex ſola veritate putet hauriendam.

§. 13. Artifices opportunæ occaſionis non immemores, varia ſchemata totamque univerſi operis ſpeciem circumſtantiis loci, temporis, perſonarum tam ſcite atque adtemperate accommodant, ut omnibus pareat eos integrum opus ſano maturoque judicio inſtituiſſe. Quemadmodum enim abſurdos aut certe diſſolutos recte dixeris Choragos, qui Herculis Titanumque perſonas venuſtulis Cupidinibus promiſcue adaptant; ita quoque importune ridiculam rem feciſſe judicantur Artifices, qui non verentur togam inducere ſaltanti perſonæ.

§. 14. In argumento, cujus æquitatem juſtitiamque nemo poſſit merito arguere, ita caute verſabitur cordatus ac vere prudens Artifex, ut aſpernetur omnia immanioris atque atrocioris crudelitatis incitamenta; omnia adhæc perditæ nequitiæ & nefandæ obſcœnitatis irritamenta vitabundus prætereat; blandam quoque lutulentorum vitiorum ſpeciem, veluti contagioſam peſtem, ſedulo averſetur ac fugiat; ut denique innoxiæ ſemper voluptatis memor, non ſolum quod opus eſt proferat, verum etiam quod non opus eſt non producat.

§. 15. Excelſus Artifex nunquam non ingentem magnificæ dignitatis ſpeciem operibus ſuis adſpergit: contra vero humiles & Minerva veluti invita Artibus hiſce vacantes, rariſſime aſſurgunt; adeo eos vel materia, vel ingenium, vel etiam voluntas cohibet. Ne tamen nihil egiſſe videantur, fragile aliquod falſæ choragium gloriæ, ventoſa quadam temporariæ granditatis affectatione tumentes, ſtruere ſibi gaudent; & improvida temeritate quovis modo ſublati, cùm in extremos aſſurrexerunt digitos, ſuam ipſi ſtolide mirantur magnitudinem.

§. 16. Inter enormem inflatioris arrogantiæ tumorem & juſtam genuinæ ſublimitatis magnificentiam hoc maxime intereſt, quòd quæ ſola ſpecie lepidæ concinnæque granditatis animos noſtros capiunt, cita quoque faſtidioſiſſimum ſenſum oculorum afficiunt ſatietate; quæ vero re ipſa ampla ſunt & pulchra, placere diu poſſunt. Grandia non ſolum delectant, ſed etiam ſine ſatietate delectant; cum in quavis alia re maximis fere voluptatibus faſtidium ſoleat eſſe finitimum.

§. 17. Altus atque exſuperantis ingenii fiducia ſupra tritas aliorum inventiones elatus Artifex, pares animo ſuo ſenſus plerumque concipit; nunquam enim cadunt grandes ingentium rerum imagines, niſi in eximiam amplitudinem & quaſi quandam exaggerationem animi a quotidianis humilium ſordidarumque curarum acerbitatibus feriati. Artificibus itaque grandioris inventionis vim ſibi innatam, magnorumque Artificum imitatione roboratam opere ipſo uſurpare atque exercere volentibus, adeſſe quoque neceſſe eſt vacationem rei familiaris cæterarumque ſollicitudinum certam immunitatem. Nam quæ tanta, quæſo, mens eſt, vel in corpore feliciſſime conſtituta, ut res multas ac varias complecti ſimul & ſuſtinere poſſit, niſi cætera immunis ſit ipſa ac feriata? Animi certe tranquillitate ac ſecuritate opus eſt ad concipiendos ſenſus altiores: neque enim cœleſtis ille afflatus Muſarum, qui ſuppeditator eſt ejuſcemodi ſenſuum, hauriri poteſt ab animis non compoſitis nec apud ſe exiſtentibus. At ſine eo nihil naſcitur excellens, quodque illuſtre eſſe poſſit; cum alioquin omnium diſciplinarum ſtudium, ſit negotium hominis ab omni alia ægritudine curaque vacui. Quomodo enim ſperent famam, qui diurno quæſtu ægre propulſant famem?

§. 18. Præclarum aliquod Artis ſuæ ſpecimen poſteritati famæque traditurus Artifex, non tantum ingenitam ſibi magnanimitatem, ſed aſſiduam quoque ſublimium rerum commentationem ad opus afferet, ut invicta magnæ mentis robore ſubnixus ad Artem accedat. Siquidem animus humanus, ubi ſe excelſæ cogitationis magnitudine ſupra reliquos mortales levare cœpit, altius ſpirat, ſublimius fertur, & ad rerum dignitatem, contemptor legis ſeverioris, atque immemor preſſioris judicii, fidentius exſurgit. Neque eſt quod ſperemus aut ſuppetere nobis poſſe quod poſt tantam vulgatorum operum varietatem quotidie proferatur, niſi animos noſtros nova interim doctrina recolamus; aut ferre animos tantam poſſe contentionem, niſi eos eadem doctrina ſubinde relaxemus.

§. 19. E veterum ſcriptorum, maxime tamen Poëtarum, myrothecio depromendum eſt quidquid ætatem ferre atque in poſt-futura ſæcula ire cupimus. Hoc una potiſſimum inſtinctu excitantur heroicæ mentes ad ea ſuſcipienda, quæ longe ſupra vulgi captum exſurgant: præterquam quòd ſuaviſſimus ille ac floridiſſimus multijugæ lectionis afflatus per omnem vitam proſequitur etiam aliud agentes, & viridus ille opulentæ eruditionis fons nunquam non grata exuberantis impetus vi ſecum raptat corda laudabilis æmulationis amore lymphata.

§. 20. *Majore quoque animo Artes haſce aggredientur, qui non modo indoctorum juxta ac doctorum exiſtimationi ſatisfacere ſtudent, verum etiam Artificum delectiſſimos paſſim ante oculos habebunt, tanquam opus illis præſentibus atque inſpectantibus facturi. Semper nimirum diligentiſſime laborioſiſſimeque exercuerunt Artem, qui ſe ipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrantur. Quotquot vera famam ante collectam confirmare & reliqui temporis ſpem conſervare non laborant, minus ſevere minusque diligenter agere ſolent; quoniam nihil, quod deperdant, habent; & quamvis turpiſſime diſcedant, nihil tamen de ſuis veteribus ornamentis requirunt. Verus Artifex præter luculentam ſpem propoſiti ſibi honoris, qualemcunque Artis exiſtimationem, multo labore, ſudore, vigiliisque collectam, porro conſervare, tueri, ac confirmare ſtudet: non ignarus ea, quæ dixi, incolumia ac ſalva remanſura, ſi diligentiam ſuam univerſis probaverit; ſi tantulum aſſenſum titubatumque ſit, uno tempore, quæ ſingillatim ac diu collecta ſunt, univerſa perditurum.*

§. 21. *Cuncta hæc in felicem quandam liberalemque naturam incidentia, inventionem efficiunt dilucidam, ornatam, illuſtrem, aſſidua denique exercitatione plurimoque uſu coagmentatam ac bene ſolidam: in operibus vero Artificum præclaris hiſce doctæ Artis adminiculis deſtitutorum profert ſe paſſim genus inventionis non liquidum, non fuſum ac profluens, ſed exile, aridum, conciſum, minutum. Quamvis autem non deſint qui, ad captandam acrioris ingenii famam, humanioris doctrinæ ſtudia ſoleant elevare; facile tamen eſt eos perſpicere, integumentis illis profundæ diſſimulationis evolutos; quandoquidem nuſquam non in operibus eorum ingerunt ſe res neſcia unde ex abdita erutæ, paſſimque viva quædam egregiæ profundæque eruditionis imago uſquequaque ſuffuſa & undiqueverſum exuberans deprehenditur.*

§. 22. *Omnia ſupradicta in unum competere, rariſſimæ prorſus eſt felicitatis. Quò fit ut nullus forte memoria noſtra exſtiterit Artifex, utique ſi ad priſcam formulam velimus Artem exigere. Genuina enim primæ Artis majeſtate imminuta, imo penitus ſublata, nihil in ea ſoliti decoris eſt relictum, interque inania quædam antiquæ dignitatis inſignia, ſola remanſit magni atque olim ſacroſancti nominis umbra. Quotquot itaque veram Artem aſſequi non poſſunt, iſtuc potiſſimum delabuntur, ut bene ſecum agi putent, ſi frigidum aliquod ſubinſulſæ atque inficetæ inventionis ſchema lineamentis coloribusque hinc inde mutuatis adornent; ignari ſola colorum lineamentorumque majeſtate fultum opus debilitari & cadere, niſi abundantem rerum copiam operi ſubminiſtraverit inventio.*

Inventionis primum opus eſt ex innumeris rebus, delectu habito, unam aliquam occupare materiam.

PRimas atque præcipuas partes Inventioni merito aſſignamus: etenim *Nemo, quamvis paratos habeat colores, ſimilitudinem reddet, niſi jam conſtet quid velit pingere*, inquit Seneca epiſt. LXXI. Et mox ibidem: *Scire debet quid petat ille qui ſagittam vult mittere, & tunc dirigere ac moderari manu telum. Errant conſilia noſtra, quia non habent quò dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus ſuus ventus eſt.* Quæque Artifex elaboraturus eſt, *Ut vult Zeno, ſenſu tincta eſſe debent*, Quintil. IV, 2. Γραπτὴ πανοπλία, τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δ' οὐδεμίαν παρέχει: *Picta totius hominis armatura voluptatem quidem, nullam vero utilitatem adfert*, Socrates apud Stobæum, Serm. de Adulatione. *Picta nebula non longius, quàm dum videtur, oblectat*, Auſon. epiſt. 17. Niſi forte ea ſit talis, qualem idem Auſonius deſcribit *Edyllio* 6: ibi enim picta nebula furvam infernæ caliginis umbram repræſentans Pictor, Cupidinem in ea cruci affixum argumento ſatis ingenioſo deſignavit. Artificem ergo ante omnia par eſt ſibi proponere, quid potiſſimum imitari velit; quod in tanta rerum varietate arduum ei eſſe non poterit, ſi non reſupinus tectum ſuſpiciat, cogitationesque ſuas obſcuro murmure ſequatur, exſpectans interim numquid alicunde obventurum ſit aliquid quod res poſcat: alioqui magis erit metuendum, ne copia obrutus, in tam numeroſa digniſſimarum rerum materia electionem experiatur difficillimam. Difficilior enim delectus eſt, ubi copia laboratur. Certe *Mens noſtra quidvis videtur cogitatione poſſe depingere*, Tullius lib. 1 de Nat. Deorum. *Cogitatio quamvis regionem poteſt amplecti, & in ea ſitum loci cujuſdam ad ſuum arbitrium fabricari & architectari*, Auctor Rhet. ad Herennium lib. III. Atque hæc eſt ea quæ dicitur Topotheſia, de qua Lactantius in II Thebaid. *Ubi veri loci facies demonſtratur*, inquit Lactantius, *Topographia dicitur: ubi fictum quid venit, Topotheſia. Animo nihil non eodem quo intendit momento pervium eſt*, Seneca lib. II de Benef. cap. 29. *Animo etiam remota & ſolitudinibus intercluſa penetrantur*, Idem de Benef. VII, 3. *Tendimus vigorem animi in diverſas partes multasque regiones, & phantaſtica imaginatione ad capitis noſtri judicium perducitur, quod per diverſas mundi partes cognoſcitur exquiſitum*, Caſſiod. de Anima, cap. 15. *Nihil eſt feracius ingeniis, iis præſertim, quæ diſciplinis exculta ſunt*, Cicero in Bruto. Præclare Maximus Tyrius Diſſertat. XXVIII: Ἴδιον ψυχῆς εὕρεσις, αὐτουργός τις οὖσα, καὶ αὐτοφυὴς, καὶ ξύμφυτος: *Propria enim animæ eſt inven-*

inventio, quæ ſpontanea, genuinaque, & agnata eſt nobis. Quod videns Homerus, ingeniorum fons, homines veluti generali quodam epitheto ἀλφηστὰς quandoque dixit; quaſi acres indagatores & mira quadam inveniendi vi præditos: aliquando etiam id vocabulum abſolute pro hominibus ipſis uſurpavit; quaſi ſcilicet hoc hominis maxime proprium eſſe exiſtimaret, indagare & invenire. Vide *Etymologicum magnum in* ἀλφηστής.

§. 2. Judicium tamen hic adhibebit Artifex; nec inveniet ſolum quid pingat, ſed proprias quoque vires expendet, juxta illud Horatii de Arte:

Magnus Artifex magnam atque animo ſuo parem expetit materiam, ſumpturus impetum ex ipſa rerum dignitate.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus; & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

Martialis lib. XII, Epigramm. 100:

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Recte quoque Seneca lib. III de Ira, cap. 7: *Negotia expedita & habilia, ſequuntur auctorem: ingentia & ſupra menſuram agentis, nec dant ſe facile, &, ſi occupata ſunt, premunt atque adducunt adminiſtrantem; tenerique jam viſa, cum ipſo cadunt. Itaque fit ut frequenter irrita ſit ejus voluntas, qui non quæ facilia ſunt aggreditur; ſed vult facilia eſſe, quæ aggreſſus eſt.* Plin. XXXV, 11: *Pauſias & ipſe pinxit penicillo parietes Theſpiis, cùm reficerentur quondam à Polygnoto picti; multumque comparatione ſuperatus exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet.* Præcipue tamen audiendus hic erit Tullius in Bruto: *Sumendæ res erunt*, inquit, *aut magnitudine præſtabiles, aut novitate primæ, aut genere ipſo ſingulares: neque enim parvæ, neque uſitatæ, neque vulgares admiratione aut omnino laude dignæ videri ſolent.* Cornificius lib. III Rhet. ad Herennium: *Docet nos ipſa Natura quid oporteat fieri: nam ſi quas res in vita videmus parvas, uſitatas, quotidianas, eas meminiſſe non ſolemus; propterea quòd nulla, niſi nova, aut admirabili re, commovetur animus. At ſi quid videmus aut audimus egregie turpe, aut honeſtum, inuſitatum, magnum, incredibile, ridiculum; id diu meminiſſe conſuevimus. Itemque quas res ante ora videmus aut audimus, obliviſcimur plerumque; quæ acciderunt in pueritia, meminimus optime ſæpe: nec hoc alia de cauſa poteſt accidere, niſi quòd uſitatæ res facile è memoria elabuntur; inſignes & novæ, manent diutius. Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt: & eclipſeis Solis mirantur, quia raro accidunt; & Solis eclipſeis magis mirantur quàm Lunæ, quoniam hæ crebriores ſunt. Docet ergo ſe Natura vulgari & uſitata re non exſuſcitari; novitate vero & inſigni quodam negotio commoveri. Imitetur igitur Ars Naturam; &, quod ea deſiderat, inveniat; quod oſtendit, ſequatur.* Appoſite quoque Auctor Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ, capp. 36 & 37: *Ars magna, ſicut flamma, materia alitur, & motibus excitatur, & urendo clareſcit. Creſcit enim cum amplitudine rerum vis ingenii; nec quiſquam clarum & illuſtre opus efficere poteſt, niſi qui materiam parem invenit.* Seneca epiſt. LXXXIX: *Impetus ex dignitate rei cujuſque concipitur; perinde remiſſus acriorve, prout illa digna eſt peti.* Nazarius quoque Panegyrico Conſtantino Aug. dicto: *Certum eſt pro negotii modo animoſam eſſe virtutem, quod ex uſu rerum captum ſuum temperat. In parvis, prope ad ſecuritatem remiſſa; in mediocribus, modice intentior; ubi magna venerunt, juxta magnitudinem exantlandi operis erigitur.* Pompejus Magnus in ornamentis theatri mirabiles fama poſuit effigies, *Ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elaboratas*, inquit Plinius nat. Hiſt. VII, 3. Obſervatum hoc etiam fuit in illis viginti & ſeptem tabulis, quas pulcherrime pictas Verres ex æde Minervæ ſuſtulit, *In quibus erant imagines Siciliæ regum ac tyrannorum; quæ non ſolum pictorum artificio delectabant, ſed etiam commemoratione hominum, & cognitione formarum*, Cicero lib. IV in C. Verrem. *Mentor Syracuſanus in Syria leone obvio ſuppliciter volutante, attonitus pavore, cum refugienti fera undique opponeret ſeſe & veſtigia lamberet, adulanti ſimilis, animadvertit in pede ejus tumorem vulnuſque, & extracto ſurculo liberavit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur Syracuſis*, Plinius nat. Hiſt. lib. VIII, cap. 16. Prudenter itaque Ariſtoteles Philoſophus Protogeni ſuaſit, *Ut Alexandri Magni opera pingeret, propter æternitatem rerum*, Plin. XXXV, 10. *Lyſippus fecit Alexandrum Magnum multis operibus, à pueritia ejus orſus*, Plin. XXXIV, 8. Polydamas Scotuſſæus pancratiaſta reliquos omnes ætatis ſuæ homines ſtatura corporis atque animi robore ſuperavit; adeo ut juvenis etiamnum ingentem & præferocem leonem in Olympo inermis ipſe interemerit. Apprehenſum quoque è medio grege maximum & ferociſſimum taurum poſteriorum pedum altero, quamvis contra nitentem & ſubſultantem, tam obnixe detinuit, ut vix, & non niſi relictis ungulis, effugere potuerit. Ajunt eundem Polydamantem altera tantum manu retractos à tergo currus ſiſtere ſolitum,

litum, auriga equos nequicquam incitante. Huic Polydamanti Lyſippus ſtatuam in Olympia poſuit, atque eam ſplendidis raræ fortitudinis titulis inſignivit. Vide *Pauſan. lib. ſexto, pag.* 352, 23. In magnorum interim virorum Pictura non raro uſu venit, ut inſignia quædam eorum facta aut dicta expeditam aliquam non abſurdæ inventionis rationem ſuggerant.

Confer cum iſthoc Boëthii lib. III *de Conſolat. metro* 8, Eheu, quam miſeros tramite devio, *&c.*

Nam ut in terra non omni generantur omnia, inquit Quintil. V, 10, *nec avem aut feram reperias, ubi quæque naſci ſoleat, ignarus: & piſcium quoque genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus etiam littoribusque diſcreta ſunt: nec helopem noſtro mari aut ſcarum ducas: ita non omne argumentum undique venit, ideoque non paſſim quærendum eſt. Multus alioqui error eſt: & exhauſto labore, quod non ratione ſcrutabimur, non poterimus invenire niſi caſu. At ſi ſcierimus ubi quidque naſcatur, cum ad locum ventum erit, facile quod in eo eſt pervidebimus. In primis igitur argumenta ſæpe à perſona ducenda ſunt.* Appoſite igitur Nazianzenus Orat. III: Ταῖς τῶν βασιλέων εἰκόσιν, ἄλλοι μὲν ἄλλο τι τῶν βασιλείων προσεπιγράφεσθαι χαίρουσιν· οἱ μὲν τῶν πόλεων τὰς λαμπροτέρας δωροφορούσας, οἱ δὲ νίκας ὑπὲρ κεφαλῆς στεφανούσας, οἱ δὲ τὰς ἐν τέλει προσκυνοῦντας, καὶ τοῖς τῶν ἀρχῶν τιμωμένους συνθήμασιν· οἱ δὲ θηροφονίας καὶ εὐστοχίας· οἱ δὲ βαρβάρων ἡττημένων καὶ ὑπὸ τοῖς ποσὶν ἐρριμμένων πολυειδῆ σχήματα· Φιλοῦσι γὰρ οὐ τὰς ἀληθείας τῶν πραγμάτων μόνον, ἐφ' οἷς μέγα φρονοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων ἰνδάλματα: *Imperatoriis imaginibus alii Imperatores aliud quiddam præterea appingi gaudent; quidam clariſſimas quaſque urbes dona offerentes: alii victorias caput eorum corona cingentes: nonnulli magiſtratus adorantes, & dignitatum notis exornantes: alii ferarum cædes & ſcitas jaculationes: alii Barbarorum domitorum atque ad pedes jacentium varias multiplicesque figuras. Neque enim rerum earum, ob quas magnifice de ſe ſentiunt, veritatem ſolum amant; ſed earum quoque ſimulacra.* Herbam invenit Achilles, diſcipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alii primum æruginem inveniſſe, utiliſſimam emplaſtris; *Ideoque pingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in vulnus Telephi*, inquit Plinius lib. XXV, cap. 5, & lib. XXXIV, cap. 15. Ludis, quos non multo poſt Julii obitum Veneri Genetrici fecit Auguſtus hæres, ſidus crinitum per ſeptem dies continuos fulſit; creditumque eſt animam eſſe Cæſaris in cœlum recepti; & hac de cauſa ſimulacro ejus, quod mox in foro conſecravit Auguſtus, ſtellæ hujus inſigne in vertice adjici curavit. *Hæc ille in publicum*, inquit Plinius nat. Hiſt. lib. II, cap. 25, *interiore vero gaudio ſibi illud natum, ſeque in eo naſci interpretatus eſt: &, ſi verum fatemur, ſalutare id terris fuit.* Præcipue vero hac in parte ingenioſum fuit commentum celeberrimæ Halicarnaſſeorum reginæ Artemiſiæ de Rhodiis ſupplicium ſumpturæ. *Poſt mortem Mauſoli*, inquit Vitruvius lib. II, cap. 8, *Artemiſia uxore ejus regnante, Rhodii indignantes mulierem imperare civitatibus Cariæ totius, armata claſſe profecti ſunt ut id regnum occuparent. Tum Artemiſiæ cùm id eſſet renuntiatum, in ſecreto portu abſtruſam claſſem, celatis remigibus & epibatis comparatis, reliquos omnes cives in muro eſſe juſſit. Cùm autem Rhodii ornatam claſſem in portum majorem expoſuiſſent, plauſum juſſit ab muro his darent, pollicerique ſe oppidum tradituros. Qui cum penetraſſent intra murum, relictis navibus inanibus, Artemiſia, repente foſſa facta, in pelagus eduxit claſſem ex portu minore, atque ita invecta eſt in majorem. Expoſitis autem militibus & remigibus, claſſem Rhodiorum inanem abduxit in altum. Ita Rhodii, non habentes quò ſe reciperent, in medio concluſi atque in ipſo foro ſunt trucidati: ita Artemiſia, in navibus Rhodiorum ſuis militibus & remigibus impoſitis, Rhodum eſt profecta. Rhodii autem cum proſpexiſſent ſuas naves laureatas venire, opinantes cives victores reverti, hoſtes receperunt. Tunc Artemiſia Rhodo capta, principibus occiſis, trophæum in urbe Rhodo ſuæ victoriæ conſtituit; æneaſque duas ſtatuas fecit, unam Rhodiorum civitatis, alteram ſuæ imaginis, & iſtam figuravit Rhodiorum civitati*

De hac omnium Græcorum, præcipue tamen Rhodiorum Religione, vide Ciceronem libro II in C. Verrem.

ſtigmata imponentem. Poſtea autem Rhodii religione impediti, (quòd nefas eſt trophæa dedicata removeri) circa eum locum ædificium ſtruxerunt, & id erecta Graja ſtatione texerunt, ne quis poſſet aſpicere, & id abaton vocitari juſſerunt. Hactenus Vitruvius. Timotheus, dux Athenienſium, maximis rebus proſpere geſtis, negabat ſibi tantarum rerum gloriam tribuendam, ſed Fortunæ. Unde eum fœcunda procacium Pictorum ingenia pinxerunt in tentorio dormitantem; Fortuna interim, quæ ei ad caput adſtabat, civitates in naſſam pertrahente: *Ælian. var. Hiſt.* XIII, 43; *Schol. in Plutum Ariſtophanis; Suidas in* Τιμόθεος. Cæterum hi videntur quæſiviſſe riſum, qui eſt, mea ſententia, vel tenuiſſimus ingeniorum fructus. Alius eſt veri atque ſeveri Artificis animus, alia mens. Quamobrem etiam ſimplicius id pleroſque olim Artifices factitaſſe deprehendimus. Theodoretus certe Serm. 10 de Providentia tradit, Ἀριστέα μὲν ἐν παρατάξει νίκην νενικηκότα τινά, καὶ εἰκόνι παρὰ τῶν ὁμοφύλων τιμώμενον, μετὰ τῆς σκευῆς ἐκείνης, ᾗ χρώμενος τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, ἢ γράφεσθαι, ἢ πλάττεσθαι, ἢ διαγλύφεσθαι, εἴτε λίθος, εἴτε χαλκὸς εἴη, εἴτε ὅπως τῆς εἰκόνος ἡ ὕλη· καὶ εἰ μὲν τόξοις κεχρημένος ἐνίκησε, μετὰ τῶν τόξων αὐτῶν ἐκτυποῦσθαι· εἰ δὲ αἰχμῇ, καὶ κράνει, καὶ ἀσπίδι, μετὰ ταύτης ἂν πάλιν τῆς σκευῆς· οὐ μόνον δὲ στρατηγὸν ἔστιν ἰδεῖν οὕτω τιμώ-

τιμώμενον, ἀλλὰ καὶ ἀθλητὴν, καὶ πύκτην, καὶ δρομέα, καὶ τραγῳδίας ὑποκριτὴν, καὶ ἁρμάτων ἡνίοχον· τούτων γὰρ ἕκαστος, μεθ᾽ οὗ ἐνίκησε σχήματος, τὴν στάσιν ἐν ταῖς εἰκόσι λαγχάνουσι· καὶ ὁ μὲν, ἕστηκε μετὰ τῶν ἐμβαδῶν, καὶ τῆς στρατηγικῆς στολῆς, Οἰνομάου τινὸς, ἢ Κρέοντος πρόσωπον ἔχων, μονονουχὶ λέγων πρὸς ἅπαντας, ὅτι μετὰ τούτων ὑποκρινάμενος, καὶ μετὰ τούτων νενίκηκα· ὁ δὲ γυμνὸς τρέχει διδάσκων τοῦ ἀγῶνος τὸ εἶδος· ὁ δὲ παλαίειν δοκεῖ, ἢ κατέχει τὸν στέφανον, καὶ διδάσκει τοὺς ἀγνοοῦντας ποῖον ἀγῶνα ἠγώνισται· ὁ δὲ, πυκτεύει, καὶ τὸν ἀντίπαλον παίει· ὁ δὲ, δηλοῖ διὰ τοῦ σχήματος καὶ τῆς μάστιγος ὁποίαν μετιὼν τέχνην, τῆς νίκης ἔτυχε: *Strenuum ducem victoriam in acie reportantem, ſtatuæque honore à popularibus ſuis ornatum, cum ea qua hoſtes in fugam egit armatura vel pingi, vel fingi, vel ſculpi, ſive lapis, ſive æs, ſive etiam aſſer aliquis materiam præbuerit imagini: quod ſi forte arcu ſuperarit, cum ipſo arcu effingi; ſin vero haſta, vel galea, vel clypeo victoriam ſibi pepererit, cum iiſdem rurſus armis exſculpi. Neque vero ſolum Imperatorem honore iſto affici ſolere videmus, ſed athletam quoque, & pugilem, & curſorem, tragœdum denique & eſſedarium; ſiquidem horum ſinguli victoriæ ſuæ modum ac rationem in imaginum ſtatu ac ſpecie repræſentant. Et hic quidem cum pulpito atque paludamento ſtatuitur, Oenomai cujuſdam aut Creontis perſonam gerens, omnibus tantum non referens horum ſe perſonas egiſſe atque in iis palmam æmulis omnibus præripuiſſe, hic vero nudus currit, ut nos ipſo habitu genus certaminis edoceat, alius etiammum videtur luctari, aut coronam tenet, ut magnitudinem exantlati laboris ſpectatorum oculis coram veluti ingerat: alius adhuc pugnat feritque adverſarium: alius denique habitu atque eo quem manu ſua continet flagello teſtatur qua arte victoriam, atque hoc qualiſcunque victoriæ præmium ſit conſecutus.* Nonnulli quoque Artifices non vulgaris ſollertiæ famam captantes, longius petitæ inventionis gloriam præcipue ſibi amplexandam putabant. Ita Galaton Pictor, *teſte Æliano var. Hiſtor.* XIII, 22, pinxit immenſum gregem poëtarum limpidas atque ubertim ex ore Homeri redundantes aquas avidiſſime haurientem. Hanc imaginem repræſentavit Ovidius III Amorum, Eleg. 8:

Adſpice Mæoniden, à quo, ſeu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Manilius quoque circa initium libri ſecundi de Homero:

- - - *Cujusque ex ore profuſo*
Omnis poſteritas latices in carmina duxit.

Plinius denique lib. XVII nat. Hiſt. cap. 5, videtur eò reſpexiſſe, cùm Homerum vocat *fontem ingeniorum.* Dionyſius Thrax præceptorem ſuum Ariſtarchum depingens, pectori ejus Tragœdiam inſcripſit; innuens ſingularem ejus in Tragœdiis conſcribendis vim, quòd illas nullo quaſi negotio è ſummo pectore videretur effundere: *Etymologicus in* Διονύσιος ὁ Θρᾷξ: vide quoque *Euſtathium.* Omnino itaque ſollicite caveat hîc Artifex ne quid hac in parte peccet. Pauſanias in Bœoticis de Heſiodo, qui cum cithara pictus erat: Οὐδέν τι εἰκότα Ἡσιόδῳ φρονήματα· δῆλα γὰρ δὴ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν ὅτι ῥάβδου δάφνης ᾖδε. Ipſe enim ſibi in Theogonia dicit traditum à Muſis ex lauri ramo baculum, tanquam vati futurorum præſcio. Attylam oblatæ rei indignitas impulit ad mutandam inventionem Picturæ in ſe gentemque ſuam contumelioſæ; ſiquidem expugnato atque in ſervitutem redacto Mediolano, ſimulac Romanorum reges aureis thronis inſidentes, & cæſos Scythas pedibus eorum ſubſtratos in tabula conſpexit, furenter iratus & Picturam atrocibus oculis ſtomachabundus intuens, auctorem tabulæ quoquo modo inveſtigari atque ad ſe confeſtim adduci jubet: adducto & tota cogitatione in mortem jam pene demerſo Artifici nihil gravius imperat, quàm ut ſe, mutata ſpecie totius operis, in excelſo collocaret ſolio, ac Romanos imperatores marſupia humeris bajulantes ſibique grandem auri acervum demiſſiſſime ſubjectiſſimeque offerentes pingeret: vide *Suidam in* Κόρυκος *&* Μεδιόλανον. Si ullam huic Scythæ curam antiquitatis crederem fuiſſe, contenderem eum hac in re ſecutum Æmilii Pauli exemplum, qui (ut auctor eſt Plutarchus in ejus vita) conſpecta Delphis inſigni columna, cui imponenda erat aurea ſtatua regis Perſei à ſe devicti; ſuam poni juſſit: dicens Æquum eſſe ut victi victoribus loco cederent.

§. 3. Hiſtoria quoque tanto robuſtior, quanto verior, expeditam dignæ inventionis rationem ſuggeret. Sic tamen, ut ea non ſit prorſus arida atque jejuna, ſed abundantior, ſuperfluens, atque ultra quàm oporteat fuſa: ut ea gaudens animus generoſo lætæ indolis conatu exſpatietur, & vel plura juſto concipiens ſpiritus audeat licentius aliquid, & nimiis floribus atque affluentia peccet potius, quàm inopia contabeſcat. Manilius lib. III Aſtronom. verſ. 25:

Aptiſſima hic eſt ubertas hiſtoriarum; quòd inventionem quantumvis alat, & juvenilis animi luxuriam ad generoſiores conatus excitet.

- - - *Facile eſt ventis dare vela ſecundis,*
Fœcundumque ſolum varias agitare per artes,

Auroque

Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipſa
Materies niteat. - - -

Quamobrem etiam *Eligenda eſt fertilis materia, quæ capiat ingenium, quæ excitet*, Seneca epiſt. XLVI. Et rurſus epiſt. LXXXVIII: *Laxum ſpatium res magna deſiderat.* Nam, quid agat, quo ſe vertat, ubi immoretur caſſa rebus inventio? Præterquam quòd inopia atque exilitas inventionis minus inteutum habere ſolet Artificem, tædio aliquoties interruptæ atque ægre per obſtantia eluctantis tarditatis. Plerique certe prona recentium inventionum dulcedine ducti, noſtris plus æquo ingeniis eorumque fœturis indulgemus; & ſimulac parturire ante exactos menſes cœpimus, geſtientis gliſcentisque uteri impetum, quaſi muſti ferventis, ſuſtinere non poſſumus: ita fit ut ejectitia interdum pro maturis pariamus, ac tota inventio quaſi quidam irriti partus eſt nixus, & veluti urinum ovum, quod nec diuturno aſſiduoque incubatu ad vitalem fœtum perducitur. Non eſt itaque quod hîc arbitretur aliquis, me licentiam illam inconſultam ac temerariam ſuadere, quæ paſſim amœniſſima quæque ingenia in certiſſimum exitium impellit; ſed hoc intelligi volo; laxandos eſſe inventioni frænos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum acres impetus reſtringendos. Quemadmodum enim nobiles equos curſus & ſpatia probant; ſic eſt aliquis Artificum campus, per quem niſi liberi & ſoluti ferantur, debilitatur ac frangitur concitatus generoſiſſimæ Artis curſus. Videtur itaque nonnihil hîc indulgendum adoleſcentiæ, neque ea ſtatim ad ſobriam ſeverioris Artis legem revocanda eſt, ſi forte juvenilis animi luxuria in redundantioris inventionis ubertate acquieverit: ſicuti enim perſæpe arbores, quæ multo ac valido ſucco in tenues atque inutiles ramos exuberant, felicem fructuum proventum, nimia illa luxurie tempeſtive coërcita, ferre ſolent; ita quoque frequenter videas juvenes inconſulta laſcivientium animorum licentia elatos, aliquando tandem, poſt inanem tumultum atque irritos præmaturæ ſpei conatus, juſta & ad ſeverioris diſciplinæ cultum appoſita moderatione reſidere. Animus nempe jam robuſtior factus & ſe ſtudiaque ſua, primæ adoleſcentiæ veluti caligine excuſſa, circumſpiciens, quemadmodum miratur ſe tam improvide potuiſſe peccare, ita ex hoc qualicunque errore bona fide emergere totumque ſe attollere conatur. *Impetus animi, cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam in adoleſcentia, tanquam in herbis, ſignificant, quæ virtutis maturitas & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ*, Cicero pro M. Cœlio. Idem libro II de Oratore: *Volo ſe efferat in adoleſcente fœcunditas: nam facilius, ſicut in vitibus, reſecantur ea quæ ſeſe nimium profuderunt; quàm, ſi nihil valet materies, nova ſarmenta cultura excitantur. Ita volo eſſe in adoleſcente, unde aliquid amputem: non enim poteſt in eo ſuccus eſſe diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum.* Præclare Accius Poëta Tragicus apud A. Gellium libro XIII noct. Atticarum, cap. 2: *Quod in pomis eſt*, inquit, *itidem eſſe ajunt in ingeniis, quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & jucunda: ſed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, atque in principio ſunt uvida; non matura mox fiunt, ſed putria.* Egregie quoque Seneca Hippolyto, Actu II, Scena 2:

Quid te coërces, & necas rectam indolem?
Seges illa magnum fœnus agricolæ dabit,
Quæcunque lætis tenera luxuriat ſatis:
Arborque celſo vertice evincit nemus,
Quam non maligna cædit aut reſecat manus.
Ingenia melius recta ſe in laudes ferunt,
Si nobilem animum vegeta libertas alit.

Appoſite denique Horat. de Arte Poëtica:

- - - *Nec deſilies imitator in arctum,*
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex.
Omne ſupervacuum pleno de pectore manat.

Sed facile remedium eſt ubertatis, ſterilia nullo labore vincuntur. *Semper ad ſanitatem proclivius eſt, quod poteſt detractione curari*, Seneca Controv. IX, 2. Multum inde decoquet ratio; multum cura limabit; aliquid opere ipſo veluti deteretur: ſit modo unde excidi poſſit, & quod exſculpi; erit autem, ſi non ab initio tenuem nimis laminam duxerimus, & quam cælatura altior rumpat.

Coactæ & longius aliunde petitæ inventionis nulla eſt gratia.

§. 4. Res denique Artis ſuæ cura dignas, non optime tantum, ſed etiam facillime inveniet Artifex: ſiquidem ingenioſiſſimus quiſque hunc morem commentandi ſequi ſolet, ut ſtatim atque altum tenuit plena vela pandat, nec emenſum jam ſpatium reſpectet, quoad, ſecundiſſimorum ventorum afflatu pronum curſum deſtituente, tumentes velorum ſinus flacceſcant. Quamvis autem præter cæteros magnus judicetur, qui per

ſublimia

ſublimia aut raptim aut remiſſe ita ſolet volare, ut alas nec nimis valide nec nimis ſæpe quatiat; quiſquis tamen intra facilitatem ac citra extremum, modicatum virium impetum meditabitur, ad nova ſemper capeſſenda, nunquam animo fatiſcente, recens atque integer redibit. Neque enim vis ſumma inveniendi eſt admiratione digna, ſi infelix uſque ad ultimum ſollicitudo perſequitur Artificem, eumque macerat & coquit, ægre oblatarum rerum monſtra verſantem, & perpendendis eis coagmentandiſque intabeſcentem. Nitidus ille, & ſublimis, & locuples, circumfluentibus undique inventionis copiis imperat. Deſinit enim in adverſa niti, qui pervenit in ſummum. Scandenti circa ima labor eſt; cæterum, quantum proceſſeris, mollitur dives ac lætius ſolum: inde fructus illaborati offerunt ſeſe, & omnia ſponte proveniunt; quæ tamen quotidie, niſi decerpantur, areſcunt. Sed & copia habeat modum, ſine quo nihil nec laudabile nec ſalutare eſt; & nitor ille cultum virilem habeat, & inventio judicium: quemadmodum enim in hoc vitæ noſtræ curriculo multa quotidie tolerabilia occurrunt, pauca delectant, pauciora pariunt admirationem; ita etiam in pectus Artificis multa ſeſe inſinuant, omnia tamen admittenda non ſunt: plurima de immenſa inventarum rerum congerie quandoque ſunt detrahenda, & talis habendus eſt delectus, qui inventionem noſtram peculiari quodam luculentiſſimi nitoris ſplendore illuſtret. Quiſquis itaque vel mediocriter ſapiet, malit profecto etiam boni quidpiam tollere, quod placere poſſit; quam aliquid relinquere, quod vel ſolam ſuſpicionem afferre queat offenſionis. Sic erunt magna, non nimia; ſublimia, non abrupta; fortia, non temeraria; ſevera, non triſtia; gravia, non tarda; læta, non luxurioſa; jucunda, non diſſoluta; plena, non tumida: ſimilis in cæteris ratio eſt. Tutiſſima fere per medium via eſt, quia utriuſque ultimum vitium eſt: Quintil. XII, 10. *Optimus quidem modus eſt; quis neſcit? Sed non minus non ſervat modum, qui infra rem, quam qui ſupra. Alius, exceſſiſſe materiam; alius, non impleſſe. Æque uterque: ſed ille, imbecillitate; hic, viribus peccat. Quod certe, etſi non limatioris, majoris tamen ingenii judicium eſt*, Plin. Junior lib. I, epiſt. 20. Quos vero illa magnæ indolis fiducia deſtituit, humiles ſtatim fiunt, & velut terram ſpectantes nunquam ſe attollere audent: dumque, quod maxime nocet, omnia timent, nihil conantur. *Macies illis pro ſanitate, & judicii loco infirmitas eſt; & dum ſatis putant vitio carere, in id ipſum incidunt vitium, quod virtutibus carent*, Quintil. II, 4. *Aridi, & exſucci, & exſangues imbecillitati ſuæ Sanitatis appellationem, quæ eſt maxime contraria, obtendunt; & quia clariorem illam vivi ſplendoris vim, velut Solem, ferre non poſſunt, umbra magni nominis delitеſcunt*, Quintil. XII, 10. Quotquot denique in eodem valetudinario hæc oſſa & hanc maciem probant, mœſti ut plurimum atque inculti illam ipſam, quam jactant, ſanitatem infirmitate & jejunio conſequuntur. *Porro ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quæ animi anxietate contingat. Parum eſt ægrum non eſſe, fortem & lætum & alacrem volo. Prope abeſt ab infirmitate, in quo ſola Sanitas laudatur*, Auctor Dialogi de cauſis corr. eloqu. cap. 23.

§. 5. Nequaquam igitur cuiquam autor hic fuerim, ut ad arceſſendam inventionem multum diuque in cogitando perſiſtat: deteritur enim fulgor nimia rerum tractatione, atque ipſe ille mucro ingenii ſupervacuo & nihil profuturo labore retunditur. Frequenter etiam *Extemporalis audaciæ, atque ipſius temeritatis vel præcipua jucunditas eſt. Nam in ingenio quoque, ſicut in agro, quamquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora tamen quæ ſua ſponte naſcuntur*, Autor Dialogi de cauſis corr. eloquent. cap. 6. *Sectas ad nimiam tenuitatem vires, ipſa ſubtilitas conſumit*, Quintil. XII, 2. Τὸ γὰρ ξυνεχῶς βούλεσθαι προάγειν πάντα, ἄγχει τὴν γνώμην, καὶ ἀπάγει τοῦ ἑτοίμου. *Nam ex ſpeculatione omnia velle producere, mentem occupat, & a promptitudine arcet*, Philoſtr. lib. II de vitis Sophiſt. in Ariſtide. Non patiemur ergo frigeſcere hoc opus, &, inventione ad ſummum perducta, acquieſcemus; quia *Quicquid non adjicit prioribus, etiam detrahere videtur*, Quintil. VI, 1. *At pleroſque videas hærentes circa ſingula, & dum inveniunt, & dum inventa ponderant ac dimetiuntur: quod etiamſi idcirco fieret, ut ſemper optimis uterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat; quæ curſum animi refrænat, & calorem cogitationis exſtinguit mora ac diffidentia*, Quintil. in procemio libri octavi. *Humilitatis eſt ubique perhorreſcere. Inhibeat enim neceſſe eſt hic metus impetum mentis, & a potioribus avertat*, Quintil. IX, 4. Quamobrem etiam ſatius eſt latos lætoſque uberrimæ inventionis campos calcantes, quandoque σχεδιάζειν, & primum illum incaleſcentium animorum impetum quem tamen accuratius poſtea reſumant atque excolant, ſequi. *Vides non eodem motu flumina de ſtagno ſerpere, & de fonte properare? Omne quod in curſu eſt, viget*, Symmachus lib. VII, epiſt. 60. *Equorum curſum, qui dirigit, minuit; & paſſus qui æquat, curſum frangit*, Quintil. IX, 4. Et quemadmodum faces ignem aſſidua concuſſione cuſtodiunt, dimiſſum ægerrime reparant: ſic inventionis calor & intentio continuatione ſervatur, intercapedine & quaſi remiſſione langueſcit. Nam bene concepti affectus, & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur,

Quemadmodum ſollicitus inveniendi labor totam inventionis vim enervat, ita recentis inventionis vigorem deſtruit mora.

runtur, quæ ſæpe manum non exſpectant, & ſemel dilatæ non revertuntur. Utique vero cum infelix illa cavillatio acceſſit, & curſus ad ſingula veſtigia reſiſtit, non poteſt ferri contorta vis inventionis & æquabili impetu placere: ſed ut optime ſingularum partium cedat electio, non tamen continua erit, ſed compoſita: *Quintil.* x, 7. Sufficit ſæpe operi, cui ſe parem credidit, quiſquis rem aggreſſus eſt toto animo: pectus enim eſt, quod promptos facit, & vis mentis. Maxima pars inventionis conſtat animo, hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus agimus, neceſſe eſt: *Is porro quò generoſior celſiorque eſt, hoc majoribus velut organis commovetur: ideoque & laude creſcit, & impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet*, Quintil. 1, 2.

Inventarum rerum seriem, quam delineandam ornandamque ſibi ſumit Artifex, varie appellant Græci Latinique ſcriptores.

§. 6. Quicquid tandem illud erit, in quod Artis ſuæ curam Artifex conferre dignabitur, aliter atque aliter à ſcriptoribus vocari ſolet. Luciano *in Zeuxide* nunc ὑπόθεσις eſt, aliquando ἔννοια, interdum γνώμη τῆς γραφῆς. Demetrio Phalereo *de Elocutione*, §. 76, ſimiliter ὑπόθεσις dicitur, & præterea ὕλη. Philoſtrato *Iconum lib.* 1 *in Andriis*, & *lib.* 11 *in Ajace Locro*, & *in Theſſalia*, nec non juniori Philoſtrato *in Hercule vel Acheloo*, vocatur ὁ λόγος τῆς γραφῆς. Rurſus *Iconum lib.* 11 *in Antilocho*, *in Panthia*, & *in Caſſandra*, τὸ τῆς ζωγραφίας δρᾶμα dicitur. Nominatur denique ab eodem Philoſtrato, *Iconum lib.* 11 *in Panthia*, ἱστορία τοῦ ἔργου. Atque inde eſt ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς, apud Lucian. *epiſt. Saturnal.* 3. Quinimo ſi morale aliquid in ſe continet, dicitur ἦθος τῆς γραφῆς Philoſtrato *in vita Apollonii*, *lib.* 11, *cap.* 9; quemadmodum & juniori Philoſtrato *in Achille in Scyro*. Sed omnes hæ denominationes locum habent in tabula in qua perſpicuum ſtatim eſt quid ſibi velit Artifex: ubi vero id minus apparet, ſed conjectura indiget, jam non amplius ἱστορία, verum αἴνιγμα τῆς γραφῆς vocatur. Philoſtratus *Iconum lib.* 1, *in Amoribus*, καλὸν τὸ αἴνιγμα, inquit: vide locum. Lucianus *in Hercule Gallico*; Ἐγώ σοι λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα: *Solvam tibi picturæ ænigma.* Non luſerit operam, ſi quis Lucianum conſulens ænigmatis illius enodationem inde petierit. Cebetis tabula de ſe teſtatur, quod ſit ſimilis τῷ τῆς σφιγγὸς αἰνίγματι, ὃ ἐκείνη προὔβαλλε τοῖς ἀνθρώποις: *Ænigmati ſphingis quod illa proponebat hominibus:* vide locum. Probatis ſcriptoribus Latinis eſt *argumentum:* nam teſte Agrætio, vetere Grammatico, *Arguere eſt oſtendere & patefacere.* Virgil. *Degeneres animos timor arguit.* De hac argumenti voce ita Quintil. v, 10: *Apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam Argumentum appellari; nec mirum, cum id inter opifices quoque vulgatum ſit: unde Virgilio, Argumentum ingens: vulgoque paulo numeroſius opus dicitur Argumentoſum.* Locus Virgilii eſt ſub finem libri ſeptimi Æneid.

At lævem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, jam ſetis obſita, jam bos.
Argumentum ingens; & cuſtos virginis Argus;
Cælataque amnem fundens pater Inachus urna.

Ovid. vi Metamorph. verſ. 69:

Et vetus in tela deducitur argumentum.

Rurſus xiii Metamorph. verſ. 684:

- - - *Fabricaverat Alcon*
Myleus; & longo cælaverat argumento.

Propert. lib. iii, Eleg. 8:

Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ.

Niſi quis forte in hoc Propertii loco formas ipſas & ſigilla putet *argumenta* dici; quemadmodum & in hiſce Tullii verbis lib. iv in Verrem: *Ex ebore diligentiſſime perfecta argumenta erant in valvis. Ea detrahenda curavit omnia. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, revellit atque abſtulit*, Plin. lib. xxxv, cap. 12. *Nealces pinxit Venerem, ingenioſus & ſolers in arte. Siquidem cum prælium navale Ægyptiorum & Perſarum pinxiſſet, quod in Nilo, cujus aqua eſt mari ſimilis, volebat intelligi; argumento declaravit, quod arte non poterat. Aſellum enim in littore bibentem pinxit, & crocodilum inſidiantem ei.* Suetonius in Tiberio, cap. 44: *Parrhaſii tabulam, in qua Meleagro Atalanta morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, ut, ſi argumento offenderetur, decies pro ea H-S. acciperet: non modo prætulit, ſed & in cubiculo dedicavit.* Auſonius in epiſtola ad Gregorium filium, præfixa Edyllio vi de Cupidine cruci affixo: *Hanc ego imaginem ſpecie & argumento miratus ſum.* In pavimento lithoſtroto & vaſis appellatur *emblema*, ἔμβλημα. Lucilius:

Quàm lepide lexeis compoſtæ! ut teſſerulæ omnes
Arte pavimenti atque emblemate vermiculatæ.

Digitized by Google

Plin. XXXIII, 12: *Ulyſſes & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium ſurripientes.* Cicero lib. IV in Verrem: *Scaphia cum emblematis.* Et mox ibidem, cùm retulit Verrem Haluntinorum vaſa omnia cælata ex urbe ad ſe deportata corripuiſſe, addit vaſis omnibus probatioribus cruſtas aut emblemata detracta; (ea enim exemptilia fuiſſe, vel ex hoc uno loco liquere poteſt) & Haluntinis nihil relictum præter purum argentum: *Sic Haluntini*, inquit, *excuſſis deliciis, cum argento puro domum reverterunt. Quod unquam, judices, hujuſmodi everriculum in ulla provincia fuit?* Et, *ne forte hominem exiſtimetis hanc tantam vim emblematum ſine cauſa concervare voluiſſe; videte quanti vos, quanti exiſtimationem populi Romani, quanti leges & judicia, quanti teſtes Siculos negotiatoresque fecerit. Poſteaquam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquiſſet; inſtituit officinam Syracuſis; in regiam maximam palam artifices omnes, cælatores, ac vaſcularios convocari jubet; & ipſe ſuos complures habebat: eò conducit magnam hominum multitudinem. Menſes octo continuos opus his non defuit; cùm vas nullum fieret, niſi aureum; tum illa, ex patellis & thuribulis quæ evellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata eſſe diceres.* Obiter interim hic monendum, quod prorſus mirum ſit temporibus Tiberii Imper. de voce hac Latine reddenda tam anxie laboratum *, præſertim, cùm Publius Mimus jam ante ſub Auguſto *inſerta* dixerit. *Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.* Ad quæ verba pretium operæ conſulere Joſephum Scaligerum.

* *Sueton. in Tiberio, cap. 71.*

§. 7. Quin vero nunc vel unius hujus inventionis ergo Artifex dici ſapiens mereatur, nemini dubium eſſe poteſt. *Prudentia dicitur ſcientia cujuſdam artificii*, inquit Cornificius lib. III Rhet. ad Herennium. Quamquam Artificem non eo tantum ſenſu ſapientem recte dixerimus, quo Phidiam, λιθουργὸν σοφὸν, *lapidicidam* vel *marmorarium ſapientem* vocat Ariſtoteles lib. VI Ethicorum ad Nicomachum, cap. 7; nec non Ethicorum Eudemiorum lib. V, cap. 7. Quo item antiquioribus quivis Artifex teſte Didymo & Euſtathio † dicebatur σοφὸς, ſed nimirum majus eſt hoc quiddam quàm homines opinantur & pluribus ex Artibus ſtudiiſque collectum, quo ſolo verus ille profectus & altis radicibus nixus paratur. Etenim quamvis anxius inveniendi labor citra hæc ſtudiorum adminicula, velut rectore carens, vagatur ac fluitat. Ac mea quidem ſententia nemo poterit eſſe omni laude cumulatus Artifex, niſi erit omnium rerum magnarum atque Artium ſcientiam conſecutus. *Tardi ingenii eſt, rivulos conſectari; fontes rerum, unde omnia manant, non videre*, Cicero lib. II de Oratore. Etenim ex profunda omnium rerum cognitione efflorefcat & exuberet & redundet oportet recta inventio: quæ niſi ſubeſt, res animo percepta & manu elaborata inanem quandam & pene puerilem habebit voluptatem, quæ aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur. Plurimarum itaque diſciplinarum ſcientia comprehendenda, onerandum complendumque pectus maximarum & plurimarum rerum ſuavitate, copia, varietate: neque enim fœcundiſſimæ Artis hujus vis & facultas, ſicut cæterarum rerum, anguſtis & brevibus terminis cluditur. Tenenda præcipue eſt omnis antiquitas & immenſa illa hiſtoricorum atque poëticorum exemplorum vis: omnes animorum motus, quos hominum generi natura rerum tribuit, penitus pernoſcendi; quod vis omnis ratioque pingendi in iis ad vivum exprimendis verſetur, & nihil æque in tam numeroſa tabularum ſtatuarumque varietate dominetur: unde neque dubium cuiquam poteſt eſſe, quin vetuſtioribus Pictores Fictoreſque peculiari quadam ratione ſapientes vocentur; cùm vix aliam aliquam liberalium Artium plura majoraque altioris doctrinæ adjumenta deſiderare certum ſit. (Loquor hic de Arte conſummata & omnibus numeris perfecta. *Semper enim quacunque de arte aut facultate quæritur*, inquit L. Craſſus apud Tullium lib. III de Oratore, *de abſoluta & perfecta quæri ſolet; vis enim & natura rei, niſi perfecta ante oculos ponitur, qualis & quanta ſit, intelligi non poteſt.*) Atque hoc illud eſt, quod urgere non deſtitit Pamphilus ille præceptor Apellis, & primus in Pictura omnibus litteris eruditus, præcipue Arithmeticæ & Geometricæ; negabat enim Artem ſine his perfici poſſe, teſte Plinio XXXV, 10. *Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendique idem mirus artifex fuit*, Quintil. libro duodecimo, cap. 10.

Inventionis ubertas nunquam deſtituit eos, quibus pleraque omnia veterum litterarum quæſita, meditata, evigilataque ſunt.

† *Ad verſ. 392 Iliad. O.*

§. 8. Quod vero Geometria & Optica ſummum habeant in Picturis uſum, multis docet Tzetzes, *Chiliad.* XI, *Hiſt.* 381; expreſſius tamen *Chiliad.* VIII, *Hiſt.* 193, ubi illuſtre hujus rei adducit exemplum. Athenienſes, inquit, cùm in animo haberent ſimulacrum aliquod nobile ſuper excelſa columna Minervæ conſecrare, Phidiæ & Alcameni negotium hoc dederunt, quo deinde geminarum imaginum unam, quæ judicio omnium elegantiæ primas ferret, Deæ dedicarent. Alcamenes Geometriæ & Optices expers talem Deam fecit, ut nihil ea prope adſpectantes elegantius fieri potuiſſe judicaverint: Phidias autem, circa plurium Artium ſpecies præſtantiſſimus, præcipue tamen in Opticis & Geometricis verſatiſſimus, conſiderans pro ratione altitudinis totam

Mathematicarum diſciplinarum cognitio Pictoribus apprime neceſſaria eſt.

quoque rerum faciem immutari, labia Deæ aperta finxit, nares ejus convulſas, & cætera ad hunc modum. In medium itaque prolato utroque ſimulachro, parum abfuit quin Phidiam univerſus populus lapidibus inceſſeret: donec tandem, imaginibus in deſtinatam altitudinem evectis, immane quantum diſcrimen omnes deprehenderint; unde Alcamenem inſignis infamia, Phidiam vero debita laus & gratulatio ſunt proſecuta. Harum quoque Artium atque Optices præcipuo ſubſidio perfecta eſt Amulii Minerva, *Spectantem adſpectans quacunque adſpiceretur*, Plin. XXXV, 10. In templo Syriæ Deæ ſimulacrum Junonis erat, quod, ſi ex adverſo ſtans intuearis, ad te adſpicit: ſi inde tranſeas, viſu te ſequitur: ſi alius quiſpiam aliunde intuetur, eadem erga illum facit: vide Lucianum de Syria Dea. *Bupali & Anthermi in Chio Dianæ facies in ſublimi poſita, cujus vultum intrantes triſtem, exeuntes exhilaratum putant*, Plinius XXXVI, 5. *Apellis arbitrantur manu eſſe in Antoniæ templo Herculem averſum, ut (quod eſt difficillimum) faciem ejus oſtendat verius pictura, quam promittat*, Plinius XXXV, 10. Suſpicari denique liceat, ab hoc loco πλαστικὴν illam θαυματοποιίαν minime alienam, quam Greg. Nyſſenus cap. 18 de Hominis opificio attingit: Ἔστιν ἰδεῖν, inquit, ἐν τοῖς πλάσμασι τὰς διγλύφους μορφὰς, ἃς μηχανῶνται πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἐντυγχανόντων οἱ τὰ τοιαῦτα φιλοτεχνοῦντες, μιᾷ κεφαλῇ δύο μορφὰς προσώπων ἐπιχαράσσοντες: *Videre eſt quaſdam effigies in quibus duplex eſt expreſſa forma, fingentibus has artificibus, atque uni capiti geminas vultuum formas inſculpentibus, ut eas ſpectatores quodam cum ſtupore intueantur.* Neque enim videtur hoc intelligendum de ridiculis iſtis Antonini Picturis, quæ in capite uno duos Antonini atque Alexandri dimidiatos vultus exhibebant, τ' ἐν περιφερείᾳ κεφαλῆς μιᾶς, ὄψεις ἡμιτόμους δύο: *In circuitu unius capitis duos dimidiatos vultus*; ut eſt apud Herodianum lib. IV. Quemadmodum neque de ſtatuis ad exemplum Jani bicipitis atque Hecates triformis elaboratis: ſed plus aliquid hæc Nyſſeni verba comprehendunt, ſicut & illa Luciani, in Jove tragœdo, Ὁ χρησμὸς ὃν τῷ Λυδῷ ὁ Πύθιος ἔχρησεν, ἀκριβῶς ἀμφήκης ἦν καὶ διπρόσωπος, οἷοί εἰσι τῶν ἑρμῶν ἔνιοι, διττοὶ, καὶ ἀμφοτέρωθεν ὅμοιοι, πρὸς ὁπότερον ἂν αὐτῶν μέρος ἐπιστραφῇς: *Oraculum quod Pythius Lydo reſpondit, callide anceps erat: cujuſmodi ſunt quædam Mercuriales imagunculæ duplices, & utrimque ſimiles, ad quamcunque illarum partem te verteris.* Theodorus quoque Prodromus lib. IX de Rhodanthes & Doſiclis amoribus in ſerico opere non abſimiles textoriæ Artis præſtigias vidiſſe tradit; niſi forte craſſum ac vulgare fuit hoc opus, quale etiamnum hodie aulæa multa referunt. Ait autem Prodromus, ſe vidiſſe unum caput in quatuor corpora recedens, aut quatuor capita in unum corpus veluti coaleſcentia, Leonem & leones. Nam cervices & reliquum omne corpus ad extremam uſque caudam diſtantia ſua feras multiplicabant; unico vero capite unum tantummodo leonem omnes exhibebant. Sed ſatius eſt ipſius Prodromi verba adſcribere.

Εἶδον κἀγὼ πολλάκις ἐν πολλοῖς πέπλοις,
Οὓς δημιουργεῖ σηρικὴ μιτουργία·
Μία μὲν οὖσα τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας,
Πολυχρόοις τε ταῖς βαφαῖς κεχρωσμένη·
Ταύτην εἰκόνισμα καινοῦ ζωγράφου,
Ὑφαντικῆς εὕρημα δηλαδὴ τέχνης,
Μίαν κεφαλὴν εἰς τετρακτὺν σωμάτων,
Οἷον συνεζευγμένων εἰς κάραν μίαν·
Ζῶόν τι τετράσωμον· ἢ τοὐναντίον,
Μονοπρόσωπον τετράρων ζώων πλάσιν.
Λέοντα καὶ λέοντας· οἱ γὰρ αὐχένες
Ἅπαν τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς οὐρᾶς μέχρι
Τοὺς θῆρας ἐπλήθυνον τῇ διαστάσει·
Τῷ δὲ προσώπῳ πάντες ἦσαν εἷς λέων.

Adde his D. Bernardi verba, ex Apologia ad Gulielmum Abbatem: *Patiamur hæc fieri in eccleſia*, inquit, *quia etſi noxia ſunt vanis & avaris, non tamen ſimplicibus & devotis. Cæterum in clauſtris, coram legentibus fratribus, quid facit illa ridicula monſtruoſitas, mira quædam deformis formoſitas, ac formoſa deformitas? Quid ibi immundæ ſimiæ? quid feri leones? quid monſtruoſi centauri? quid ſemihomines? quid maculoſæ tigrides? quid milites pugnantes, quid venatores tubicinantes? Videas ſub uno capite multa corpora; & rurſus, in uno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda ſerpentis, illinc in piſce caput quadrupedis: ibi beſtia præfert equum, capram trahens retro dimidiam; hic cornutum animal equum geſtat poſterius. Tam multa denique tamque mira diverſarum formarum ubique varietas apparet, ut magis legere libeat in marmoribus quàm in codicibus; totumque diem occupare ſingula iſta mirando, quàm in lege Dei meditando.*

§. 9.

§. 9. Naturalium autem rerum ſcientiam Artifici apprime neceſſariam docet nos Philoſtratus *Iconum lib.* 1, *in Paludibus.* Ibi enim luculento ſatis exemplo teſtatur, quàm expeditam pulchræ inventionis rationem in ponte jungendo ſuggeſſerit Artifici, quod naturam palmarum rectè perſpectam cognitamque habuerit: vide locum. Audiendus etiam eſt Philoſtratus junior in prooemio Iconum: Χρὴ τὸν ὀρθῶς ἐπιστατήσοντα τῆς τέχνης, inquit, φύσιν τε ἀνθρωπείαν εὖ διεσκέφθαι, καὶ ἱκανὸν εἶναι γνωματεῦσαι ἠθῶν σύμβολα, καὶ σιωπώντων· καὶ τί μὲν ἐν παρειῶν καταστάσει, τί δὲ ἐν ὀφθαλμῶν κράσει, τί δὲ ἐν ὀφρύων ἤθει κεῖται, καὶ ξυνελόντα εἰπεῖν, ὁπόσα ἐς γνώμην τείνει. Τούτων δὲ ἱκανῶς ἔχων, ξυναιρήσει πάντα, καὶ ἄριστα ὑποκρινεῖται ἡ χεὶρ τὸ ἑκάστου δρᾶμα· μεμηνότα εἰ τύχοι, ἢ ὀργιζόμενον, ἢ ἔννουν, ἢ χαίροντα, ἢ ὁρμητικὸν, ἢ ἐρῶντα· καὶ καθάπαξ, τὸ ἁρμόδιον ἐφ' ἑκάστῳ γράψει: *Oportet eum qui pingendi artem rectè moderaturus eſt, cùm naturam humanam pulchre perſpectam habere, tum idoneum eſſe ad morum notas judicioſe exprimendas, etiam in iis qui tacent: adhæc, quid in genarum conſtitutione, quid in oculorum temperie, quid in ſuperciliorum indole ſitum ſit, & ut ſummatim dicam, quæcunque ſpectant mentem. Quiſquis hac cognitione ſatis ſuperque imbutus erit, omne proculdubio feret punctum, & cuivis operi non infeliciter manum admovebit. Inſania percitum, ſi fors feret, aut iratum, aut cogitabundum, aut lætitia exſultantem, aut incitatum, aut amantem; uno verbo, quod cuique concinnum ac maxime proprium eſt, id pinget.* Non requiritur hic ut Artifex omnia Philoſophorum de hiſce rebus placita excutiat, nec utique ad minutiſſima Geometriæ opera deſcendat, (etenim *diviſæ ſunt profeſſionum vices,* Quintil. in prooemio libri primi) ſatis ſuperque inſtructus accedet, ſi per animos hominum peragrando & ſenſus menteſque eorum pertractando, quemadmodum varii affectus varie vultus hominum afficiant, obſervaverit. *Omnis enim motus animi, ſuum quendam a natura habet vultum,* inquit Cicero lib. III de Oratore. Horatius de Arte:

Naturalis & Moralis Philoſophiæ præceptis abundare oportet eos, qui celebrem ex harum Artium tractatione ſperant famam.

Recta veroque Artificis eſt omnem humanæ vitæ rationem, diverſiſſimos hominum mores, varias denique animi permotiones diligentiſſime notare.

Reſpicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, & vivos hinc ducere vultus.

Quamvis autem Pictorem (qui debet eſſe Sapiens) non Moralis Philoſophus aut Geometres faciat, juvabunt tamen hæ quoque Artes ut ſit conſummatus, vel ſaltem conſummatis proximus eſſe judicetur: neque enim quidquam ex iis nocuerit, præterquam quod ſupervacuum eſt. *Non obſtant hæ diſciplinæ per illas euntibus, ſed circa illas hærentibus,* Quintil. lib. 1, cap. 7. Niſi forte antidotum quidem atque alia quæ morbis aut vulneribus medentur, ex multis atque interim contrariis quoque inter ſe effectibus componi videmus, quorum ex diverſis virtutibus fit illa miſtura una, quæ nulli earum ſimilis eſt quibus conſtat, ſed proprias vires ex omnibus ſumit; & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem, vario florum ac ſuccorum genere perficiunt; nos mirabimur, ſi Pictura pluribus Artibus eget, quæ etiam cùm ſe non oſtendunt in opere, nec proferunt, vim tamen occultam ſuggerunt, & tacite quoque ſentiuntur. Fuit forte aliquis ſine his non contemnendus Artifex: at ego Pictorem volo: id eſt, virum cùm ingenii natura præſtantem, tum vero tot pulcherrimas Artes penitus mente complexum; datum tandem rebus humanis qualem nulla antea vetuſtas cognoverit, ſingularem, perfectumque. Cæterum Artes hæ fortaſſe non ita multum adjicient: ſed æque non erit totum, cui vel parva deerunt: *Quintil.* 1, 10.

* *Auſonius Edyll.* VII: Pingere ſi noſtram Pictor meditaris alumnam, Æmula Cecropias ars imitetur apes. *Vide quoque Senecam epiſt.* LXXXIV.

§. 10. Hac ſcientia inſtructus Zeuxis pinxit Penelopen, in qua mores pinxiſſe videtur: *Plin.* XXXV, 9. Timomachus Ajacem furentem: *Philoſtr. in vita Apollonii, lib.* II, *cap.* 10. Silanion Apollodorum iracundiſſimum; nec hominem tantum ex ære fecit, ſed & ejus inſaniam: *Plin.* XXXIV, 8. Protogenes Philiſcum meditationi intentum: *Plin.* XXXV, 10. Praxiteles Phrynen gaudentem: *Plin.* XXXIV, 8. Parrhaſius puerum cum armis in certamine decurrentem: *Plin.* XXXV, 10. Ariſtidis anapauomenos celebris fuit propter fratris amorem moriens: *Plin.* XXXV, 10. Bacchus quoque ille apud Philoſtratum *Iconum lib.* 1, *in Ariadne:* Ἐκ μόνου τοῦ ἐρᾶν γέγραπται; *Ex ſolo amore pictus eſt:* juxta illud Anacreontis:

Artificum veterum operibus plures inesse doctrinarum notas, probatur exemplis.

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι	*Equi ſolent inuſtum*
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι·	*Coxis habere ſignum.*
Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας	*Parthique de tiaris*
Ἐγνώρισεν τιάραις·	*Plerumque noſcitantur.*
Ἐγὼ δὲ τοὺς ἐρῶντας	*Statim ſed ipſe quoſvis*
Ἰδὼν ἐπίσταμ' εὐθύς·	*Noſco videns amantes:*
Ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν	*In corde namque ſignum*
Ψυχῆς ἔσω χάραγμα.	*Inuſtum habent minutum.*

Quin etiam exemplo notabili monentur Artifices; nihil rerum naturalium cura ſua indignum judicare. Etenim equum abſolutiſſimi operis à Nicone, vel ſecundum alios Poly-

gnoto, in Pœcile depictum, conſtat ſæculi iſtius judiciis traductum, æſtimantis totam elegantiſſimæ picturæ gratiam imminutam, propterea quod contra naturam animalis pilos inferioribus palpebris adpictos haberet: *Tzetzes Chiliad.* XII, *hiſt.* 427. Pollux tamen *Onomaſtici ſui lib. ſecundo*, §. περὶ βλεφάρων, hiſtoriam hanc, ut videtur, tangens; Ὁ Σίμων, inquit, τοῦτο ὄνειδος τῆς ἀμαθίας Μίκωνι προσήνεγκεν, ὅτι καὶ τὰς κάτω βλεφαρίδας προσέγραψεν ἵππου γραφῇ: *Simon hoc inſcitiæ probrum objecit Miconi, quod equi picturæ etiam inferiorum palpebrarum pilos addidiſſet.* Vide quoque *Ælianum lib.* IV *de Animalibus, cap* 50.

Apelles, Lyſippi, aliorumque ſuperfluentis doctrinæ Artificum opera ingenioſa eruditæ inventionis facilitate abundant.

§. 11. Apelles certe hac Sapientia duce ſtupendam illam Calumniæ Picturam, Luciano memoratam, elaboravit; quemadmodum & Lyſippus eam conſuluit, vivam prætervolantis Occaſionis imaginem mortalibus exhibiturus: vide *Excerpta ex Himerio apud Photium*; ſicuti & *Auſonium Epigramm.* XII. Theophylactus Simocatus epiſt. 54: Ἐπαινῶ τοὺς ζωγράφους· ὑποπτέρους γὰρ τοὺς ἔρωτας ἀναγράφουσι, καὶ τέχνῃ διαμορφοῦσι τὰ πράγματα, καὶ τοῖς πλάσμασι τὴν ἀλήθειαν περιάδουσιν: *Laudo Pictores: alatos enim Amores pingunt, & arte ipſas rerum formas effigiant, veritatemque operum ſuorum figmentis prodigioſe exprimunt.* Vide ſis Servium ad verſ. 667 libri primi Æneidos; Ariſtotelem de Animalium inceſſu, cap. XI; Photium epiſt. 217; Tzetzem Chil. V, hiſt. 11. Notum eſt illud Propertii libro II, Eleg. 10:

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?

Vide locum. Heliodorus lib. IV Æthiop. Οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ τὸν Ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γράφοντες, τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκρατημένων αἰνιττόμενοι; *Neſcis quòd alatum faciant Amorem pictores, faciles motus amore captorum ænigmatice deſignantes?* Xenophon lib. I Apomnem. Ἴσως καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν: *Fortaſſis etiam Amores ſagittarii propterea vocantur, quòd pulchri etiam eminus vulnerent.* Vide quoque Alexandrum Aphrodiſ. lib. I, problem. 87. Cur Pictores Cupidini faces atque alas tribuant, docet Iſidorus Peluſiota lib. II, epiſt. 233. *Cornua Liberi patris ſimulacbro adjiciuntur*, inquit Feſtus, *eo quod homines nimio vino truces fiant.* Vide quoque Euſtathium in Odyſſ. Φ, editionis Romanæ pag. 1910, 16. Ac fortaſſe huc etiam pertinet illud Ovidii agentis de ebrietate lib. I de Arte, verſu 229:

- - - *Tum pauper cornua ſumit.*

Latinus Pacatus Panegyrico Theodoſio Aug. dicto: *Recte profecto germana illa pictorum poëtarumque commenta Victoriam fecere pennatam; quod hominum cum Fortuna euntium, non curſus eſt, ſed volatus.* Non incommode *germana pictorum poetarumque commenta* dixit: nam quod de Poëtis Theophyl. Simocatus epiſt. 82 teſtatur, Τὰ τῆς ποιήσεως παίγνια, inquit, πάσης ἔμπλεα σοφίας: *Poeſeos etiam ludicra plena ſunt omnis ſapientiæ*; id ipſum quoque de Pictoribus ac Statuariis refert Ælianus var. Hiſt. XIV, 37: *Statuas & imagines*, inquit, *quas nobis ars fictorum exhibet, non oſcitanter aut obiter ſpectare ſoleo: nam in his etiam ars manuaria judicium aliquod ſapientiamque adhibet: Atque id ſic ſe habere, cùm ex multis aliis conjici poteſt, tum ex eo potiſſimum, quod nemo pictorum ſeu plaſtarum auſus eſt unquam Muſis, filiabus Jovis, adulternas atque alienas ſpecies affingere; neque quiſquam opificum tam eſt à ratione alienus, qui eas armatas exhibuerit. Certiſſimo argumento, vitam quæ Muſis tribuitur, placidam, facilem, tranquillamque iis eſſe oportere.* Sapientiæ hujus non obſcurum exemplum exhibuit Prodicus in imagine Herculis; cujus quaſi veſtigiis inſiſtens Themiſtius parem prorſus veræ fictæque amicitiæ imaginem nobis reliquit in Orat. de Amicitia. Iſidorus adhæc Peluſiota *lib.* II, *epiſt.* 233, genuinam Avaritiæ Picturam vivis coloribus deſcripſit. Vide quoque apud A. Gellium *noct. Attic.* XIV, 4, imaginem Juſtitiæ ſeveris atque venerandis verborum coloribus à Chryſippo depictam. Huc denique refer Cebetis tabulam, & illam Cleanthis, quam verbis pingere ſolebat, jucundam vitam ſine honeſta vita haberi non poſſe diſputans. *Jubebat eos, qui audiebant, ſecum ipſos cogitare pictam in tabula Voluptatem, pulcherrimo veſtitu & ornatu regali in ſolio ſedentem: præſto eſſe virtutes, ut ancillulas, quæ nihil aliud agerent, nullum ſuum officium ducerent, niſi ut Voluptati miniſtrarent, ut eam tantum ad aurem admonerent (ſi modo id pictura intelligi poſſet) ut caveret, ne quid perficeret imprudens, quod offenderet animos hominum; aut quidquam, è quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes ſic natæ ſumus, ut tibi ſerviremus; aliud negotii nihil habemus*, Cicero lib. II de Finibus bonorum & malorum. Plura ſapientiæ hujus exempla paſſim apud probatiſſimos quoſque ſcriptores invenias: præcipua tamen plurium avido ſuggeret Philoſtratus *Iconum lib.* I, *in Paludibus, in Paſiphae, in Mercurii natalibus, & in Pelope:* ſimiliter *Iconum lib.* II, *in Venere, in Antigone, in Palæſtra, & alibi.* Ex his ergo cuivis perſpicuum, quod Artium harum ſtudia recon-

ditis

ditis fere atque abditis è fontibus hauriuntur ſapientiæ; ac proinde Apollonio apud Philoſtratum *lib.* VI, *cap.* 9, phantaſia, quæ inventionis hujus mater eſt, non injuria dicitur Μεςὸν σοφίας πρᾶγμα, *Negotium plenum ſapientiæ.*

Præſtantis magnitudinem ſapientiæ maxime produnt Artifices in accurata veritatis, occaſionis, æquitatis, magnificentiæque obſervatione.

§. 12. Quod ſi quis tamen ſapientiæ hujus ingenium aliquanto altius inſpicere dignabitur, is deprehendet, præter ea quæ jam diximus, quatuor potiſſimum eſſe quæ eam perficiant: ἀλήθεια nempe, καιρὸς, δικαιοσύνη, atque ex omnibus his promanans σεμνότης. Ac primum quidem Pictura veritatis eſt ſtudioſiſſima; quamobrem etiam ἡ γραφὴ τὴν ἀλήθειαν τιμῶσα, *Pictura veritatem colens*, ut loquitur Philoſtratus *Iconum lib.* I, *in Narciſſo*, ubi duo hæc quàm maxime in exprimenda veritate obſervat: ut nihil eorum exprimat, quæ non ſunt in rerum natura: ut nihil eorum omittat, quæ ſunt in rerum natura. Prorſus ut in hiſtoria, *Fallere non minus videtur, qui geſta præterit ſciens, quam ille qui nunquam facta fingit*, Ammian. Marcellinus lib. XXIX. De primo Vitruvius libro VII, cap. 5: *Pictura ſit imago ejus quod eſt, ſeu poteſt eſſe*, &c. Οἱ ζωγράφοι τὴν φύσιν μιμοῦνται, καὶ τῶν ὁρωμένων γράφουσι τὰς εἰκόνας: *Pictores naturam imitantur, & eorum quæ videntur imagines pingunt*, Theodoretus Dialogo II, qui inſcribitur ἀσύγχυτος. Ἅπας ὁ μιμητὴς διὰ τῶν φύσει προσηκόντων τοῖς παραδείγμασιν ἀπεικονίζεται τὴν ἐκείνων ἰδέαν, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἐναντιωτάτων καὶ πόῤῥω τῆς τῶν ἀρχετύπων οὐσίας καὶ δυνάμεως βεβλημένων: *Omnis imitator juxta ea, quæ natura conveniunt exemplis, effingit eorum ideam; non autem juxta ea quæ maxime contraria & longe ab exemplorum eſſentia & potentia ſunt remota*, Proclus in Polit. Platonis. De ſecundo Philoſtratus lib. II, in Venere, τὰ συμβαίνοντα οἱ μὴ γράφοντες, οὐκ ἀληθεύουσιν ἐν τῇ γραφῇ: *Abludunt à veritate in picturis, qui ea quæ contingere ſolent prætermittunt.* Quinimo pulchritudinem quoque ipſam veritati loco cedere debere, Pictorum præſtantiſſimi ſemper judicarunt. Philoſtratus *Iconum lib.* I, *in Amphiarao*, de equis Amphiarai ſudore multo ac pulvere ſuperfuſo ſquallidis agens: Διαβρόχους τὰ ὑπὸ ἱδρῶτος ὄντας, inquit, πρόσκειται λεπτὴ κόνις· ἧττον μὲν καλοὺς ὑποφαίνουσα τοὺς ἵππους, ἀληθεστέρους δέ: *At ſudore madefactis equis, tenuis inhæret pulvis; deformiores quidem, verum veriores eos reddens.* Pulchre ſane: neque enim poterat hic alius equorum habitus animo concipi, tota re in diſcrimen ultimum adducta & aciebus utrimque miſtis. Ubi vero neceſſitas uſque adeo accuratam in minimis rationem veritatis non exiget, prudenter quoque offecturam pulchritudini ſimilitudinem miſore cum cura elaborabimus. Τοὺς τὰ καλὰ καὶ πολλὴν ἔχοντα χάριν εἴδη ζωγραφοῦντας, ἂν προσῇ τι μικρὸν αὐτοῖς δυσχερὲς, ἀξιοῦμεν μήτε παραλιπεῖν τοῦτο τελέως, μήτ' ἐξακριβοῦν· τὸ μὲν γὰρ αἰσχρὰν, τὸ δ' ἀνομοίαν παρέχεται τὴν ὄψιν: *Pictores qui decoras & eximie venuſtas pingunt imagines, ſi aliquid inſit iis levis vitii, nolumus neque ut prætereant id prorſus, neque ut undequaque exprimant; quippe quum hoc deformem, diſcrepantem illud reddat effigiem*, Plutarchus in vita Cimonis. Artifex denique utrumque hoc obſervans, eidem Philoſtrato *Iconum lib.* II, *in Telis*, dicitur, Ἀγαθὸς δημιουργὸς καὶ δεινὸς τὴν ἀλήθειαν: *Artifex bonus & ad amuſſim vera referens.* Et rurſus Calliſtrato in Bacchæ ſtatua, δημιουργὸς ἀληθείας, *artifex veritatis* vocatur. Atque adeo toti quoque Picturæ ſtudium illud veritatis notabilem addet gratiam pulcritudinemque ejus mirifice promovebit. Οἱ ἀγαθοὶ εἰκονογράφοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν, ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφουσιν: *Periti formarum delineatores cum propriam tribuunt formam, faciendo ſimiles, pulcriores quoque pingunt*, Ariſtoteles de Poëtica, cap. 15. Utcunque tamen potiſſimam ſemper in Pictura veritatis rationem fatebimur habendam, ſi cogitemus Picturam non tantum delectationem, verum etiam utilitatem ſibi habere propoſitam: Τὸ γὰρ χρήσιμον ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται: *Utile enim ex ſola veritate colligitur*, ut loquitur Lucianus de conſcribenda Hiſtoria.

Occaſionis atque omnium circumſtantiarum debita obſervatio mirifice commendat Artem.

§. 13. Καιρὸν exinde obſervant Artifices: unde Philoſtratus *Iconum lib.* I, *in Paludibus*: σοφίαν καὶ καιρὸν, *ſapientiam & occaſionem*, non injuria κράτιστα τῆς τέχνης, *potiſſima in arte*, vocat. Et rurſus in Ariadne: Ὁ Διόνυσος ἐκ μόνου τοῦ ἐρᾷν γέγραπται· σκευὴ μὲν γὰρ ἀνθηρὰ, καὶ θύρσοι, καὶ νεβρίδες, ἔῤῥιπται ταῦτα, ὡς ἔξω τοῦ καιροῦ: *Bacchus ex ſolo amore pictus eſt. Florida enim veſtis, thyrſique ac nebrides, ut ad præſentem occaſionem minime facientia, abjecta ſunt.* Philoſtratus junior in Heſione: Τὸ τῆς κόρης κάλλος ὁ καιρὸς ἑρμηνεύειν ἐπ' ἀκριβὲς οὐκ ἐᾷ· τὸ γὰρ περὶ τῇ ψυχῇ δέος, καὶ ὁ ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ἀγὼν, ἀπομαραίνει μὲν τὸ τῆς φύσεως ἄνθος, δίδωσι δ' ὅμως τοῖς ὁρῶσιν ἐκ τῶν παρόντων τὸ ἐντελὲς στοχάζεσθαι: *Virginis decus, tempus accurate explanare non permittit. Etenim formido de vita & certamen ſuper iis quæ videntur, naturæ quidem florem exſtinguit; videntibus tamen concedit ex iis quæ adſunt, rei perfectionem conjectura aſſequi.* Similem Andromedæ mox dilaniandæ pulcherrimum timorem expreſſit Pictor ille apud Achillem Tatium, lib. IV de Clitophontis & Leucippes amoribus. Vitruvius lib. VII, cap. 5: *Neque picturæ probari debent*, inquit, *quæ non ſunt ſimiles veritati; nec, ſi factæ ſunt elegantes ab arte, ideo de his ſtatim debet repente judicari, niſi argumentationis habuerint rationes ſine offenſionibus explicatas. Etenim etiam Trallibus cum Apaturius Alabandeus elegan*ti

Picturam nihil à veritate & recta ratione averſum ſpe-

ſtatoribus exhibere decet.

elegandi manu finxiſſet ſcenam, in eaque feciſſet pro columnis ſigna, Centaurosque ſuſtinentes epiſtylia, coronaſque capitibus leoninis ornatas: præterea ſupra eam nihilominus epiſcenium, in quo tholi, pronai, ſemifaſtigia, omniſque tecti varius picturis fuerat ornatus. Itaque cùm aſpectus ejus ſcenæ propter aſperitatem eblandiretur omnium viſus, & jam id opus probare fuiſſent parati; tum Licinius Mathematicus prodiit, & ait Alabandeos ſatis acutos ad omnes res civiles haberi, ſed propter non magnum vitium indecentiæ inſipientes eos eſſe judicatos; quod in gymnaſio eorum quæ ſunt ſtatuæ, omnes ſunt cauſas agentes; in foro autem diſcos tenentes, aut currentes, ſeu pila ludentes. Ita indecens inter locarum proprietates ſtatus ſignorum, publice civitati vitium exiſtimationis adjecit. Itaque Apaturius contra reſpondere non eſt auſus, ſed ſuſtulit ſcenam, & ad rationem veritatis commutatam, poſtea correctam approbavit. Huc etiam refer ex Anthologiæ libro IV, cap. 24, epigramma in clypeum habentem Chriſti nativitatem:

> Σῦ πάντων ἀλήθης ὁ ζωγράφος, ὅτι χαράσσει
> Κοίρανον εἰρήνης ἀσπίδι τικτόμενον.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Communi ſenſu pictor caruiſſe videtur,*
> *Per quem Rex pacis naſcitur in clypeo.*

Neque eſt quod quiſpiam hìc ſtudioſis harum Artium præcepta immutabili neceſſitate conſtricta, tanquam rogationibus plebisve ſcitis ſanctas quaſdam leges, ferri poſſe putet. Erat enim Pictura res prorſus facilis & parva, ſi uno ac brevi præſcripto, pro ſolis frequentiſſima tradens, contineretur: ſed paſſim alibi, maxime tamen in recta occaſionis hujus conſideratione, pleraque cauſis, temporibus, neceſſitate mutantur. *Conſilia rebus aptantur*, Seneca epiſt. LXXI. *In artifice res præcipua conſilium eſt; quia varie & ad rerum momenta convertitur*, Quintil. II, 13. Et rurſus lib. VI, cap. ultimo: *Illud dicere ſatis habeo, nihil eſſe in omni vita prius conſilio; fruſtraque ſine eo tradi cæteras artes: pluſque vel ſine doctrina prudentiam, quàm ſine prudentia facere doctrinam. Nec multum à judicio credo diſtare conſilium, niſi quod illud oſtendentibus ſe rebus adhibetur, hoc latentibus, & aut omnino nondum repertis, aut dubiis; & quod judicium frequentiſſime certum eſt, conſilium vero eſt ratio quædam alte petita, & plerumque plura perpendens & comparans, habenſque in ſe & inventionem & judicationem.* Multo labore, aſſiduo ſtudio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altiſſima prudentia, præſentiſſimo conſilio conſtat Ars pingendi. Præceptis interim adjuvatur quoque; ſi tamen ea rectam viam, non unam orbitam monſtrent: & quotieſcunque præcepta deficiunt, ingenium advocandum eſt, ut pro circumſtantiarum ratione diſpiciamus quid deceat, quid expediat. *Pingendi recte ſapere eſt & principium & fons.* Timanthes certe, in ea qua Coloten vicit tabula, quædam operienda ſibi animadvertit; aut oſtendi ea non debere, aut pro dignitate exprimi non poſſe, judicans: quamobrem *Cùm in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtem Calchantem, triſtiorem Ulyſſem, addidiſſet Menelao quem ſummum poterat ars efficere mœrorem, conſumptis affectibus, non reperiens quo digne modo patris vultum poſſet exprimere, velavit ejus caput, & ſuo cuique animo dedit æſtimandum*, Quintil. II, 13. De hoc plenius aliquanto Plinius XXXV, 10: *Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Ejus enim eſt Iphigenia, oratorum laudibus celebrata: qua ſtante ad aras peritura, cùm mæſtos pinxiſſet omnes, præcipue patruum; cùm triſtitiæ omnem imaginem conſumpſiſſet, patris ipſius vultum velavit, quem digne non poterat oſtendere. Sunt & alia ingenii ejus exemplaria; veluti Cyclops dormiens in parvula tabella: cujus & ſic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros, thyrſo pollicem ejus metientes: atque in omnibus ejus operibus intelligitur plus ſemper, quàm pingitur; &, cùm ars ſumma ſit, ingenium tamen ultra artem eſt.*

Æquitas omnem inhumanæ crudelitatis immanitatem, illicitarumque voluptatum laſciviam averſatur.

§. 14. Δικαιοσύνη denique τῆς γραφῆς Pictori minime negligenda eſt. Non raro enim adverſus eam peccant, qui ἀλήθειαν & χάριν plus quàm par eſt ſectantur. Et quemadmodum in Tragœdia, ſic etiam in Pictura, non omnia in propatulo ſpectatorum oculis ſubjicienda ſunt; juxta illud Poëtæ Venuſini in Arte:

> *Nec pueros coram populo Medea trucidet*, &c.

Servius ad verſ. 563 quarti Æneïd. *Non induxit occidentem ſe Didonem, ſed oſtendit occiſam; & hoc tragico fecit exemplo, apud quos non videtur quemadmodum fit cædes, ſed facta narratur.* Auſonius Epigramm. 122, in Medeam Timomachi:

> *Laudo Timomachum; matrem quod pinxit in enſem*
> *Cunctantem, prolis ſanguine ne maculet.*

Sunt nimirum quædam ſeveris moribus indigna, quæ ſatius eſt vel hiſtoriæ detrimento præterire,

præterire, quàm verecundiæ. Et in materiis, quas hilarior quædam ac petulans laſcivia improvidis animis commendare ſolet, hoc tenebimus temperamentum; ne, dum ingenioſi Artificis captamus famam, perdamus viri boni & gravis autoritatem. Lucianus profecto de Domo picturam Pyladis & Oreſtis, qua Clytemneſtræ atque Ægiſthi cædes ab iis patrata deſignatur *, nominare non dubitavit [illegible], & hujus denominationis, ut videtur, novæ hanc reddit rationem, Σεμνόν τι ὁ γραφεὺς ἐποίησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμὼν, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τῷ τοῦ μοιχοῦ φόνῳ: *Honeſtum quiddam Pictor excogitavit, qui quod impium in hac re fuit id oſtendit ſolum, & quaſi jam actum prætercurrit: ſed adoleſcentes, in cæde adulteri immorantes, exprimit.* Huc etiam facit elegans Epigramma ex cap. 9 libri quarti Anthologias:

* Theon pinxit τὸν Ὀρέστην μητροκτονοῦντα. Plutarch. de aud. Poetis. Theodorus pinxit ab Oreſte matrem & Ægiſthum interfici. Plin. xxxv, 11.

> Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χεὶρ,
> Ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,
> Μυρίον ἤρατο μόχθον ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
> Ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
> Ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν. Ὅρα τύπον· ἐν γὰρ ἀπειλᾷ
> Δάκρυον, ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται.
> Ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων
> Ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου.

Auſonius Epigramm. cxxi ſic vertit:

> *Medeam vellet quum pingere Timomachi mens,*
> *Volventem in natos crudum animo facinus;*
> *Immanem exhauſit rerum in diverſa laborem,*
> *Fingeret affectum matris ut ambiguum.*
> *Ira ſubeſt lachrymis. Miſeratio non caret ira.*
> *Alterutrum videas ut ſit in alterutro.*
> *Cunctantem ſatis eſt: nam digna eſt ſanguine mater*
> *Natorum, tua non dextera, Timomache.*

Præcipue tamen δικαιοσύνην hanc lædunt, quotquot laſcivioribus Picturis ſpectantium animos in fœdas cupiditates improbe præcipitant; ſcelerum ſuaſores; qui ſatyrion propinant marcenti libidini. Viderunt hoc antiquiores cùm religionem ſacrificii, quod pro populo fieri dicitur, violari nefas habebant, *Sic ſubmotis extra conſpectum omnibus viris, ut picturæ quoque maſculorum animalium contegantur*, Seneca epiſt. xcvii. Recte itaque Propertius lib. ii, Eleg. 5:

> *Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas*, &c.

Vide locum: vide quoque Clem. Alexandrinum in Protreptico; & Ariſtot. lib. vii Polit. cap. 17. Chæream certe apud Terentium † amor & nihil moderabile ſuadens ſolutu-do ſatis ad vitium virgini inferendum ſtimulabant, ut ut non acceſſiſſet repente Pictura ad reliqua aggrediendæ virginis hortamenta. *Suſpectans tabulam quandam*, inquit, &c. ubi Donatus: *Philoſophice nunc Terentius demonſtravit, quam cladem moribus hominum & civitatibus afferant figmenta poetarum, cùm exempla ſcelerum afferunt peccaturis.* Quibus Donati verbis addi poteſt etiam ſequens obſervatio Auguſtini: *Omnes cultores talium Deorum*, inquit Auguſtinus lib. ii de Civitate Dei, cap. 7, *mox ut eos libido perpulerit ferventi, ut ait Perſius, tincta veneno, magis intuentur quid Jupiter fecerit, quam quid docuerit Plato, vel cenſuerit Cato. Hinc apud Terentium flagitioſus adoleſcens ſpectat tabulam quandam pictam in pariete, ubi inerat pictura hæc, Jovem quo pacto Danae miſiſſe ajunt in gremium quondam imbrem aureum: atque ab hac tanta authoritate adhibet patrocinium turpitudini ſuæ, cùm in ea ſe jactat imitari Deum. At quem Deum? inquit, Qui templa cœli ſummo ſonitu concutit. Et ego homuncio id non facerem? Ego vero illud feci, ac lubens.* Simili Picturarum libidinoſarum incitamento permotus ille apud Arbitrum: *Ergo amor etiam Deos tangit?* inquit. Tales hiſtorias Horatius lib. iii Carm. Ode 7, appoſite ſatis *Peccare docentes hiſtorias* dixit. *Nam quod exemplo fit*, inquit Cicero lib. iv, epiſt. 3 ad famil. *id etiam jure fieri putant; & aliquid, atque adeo multa, addunt & afferunt de ſuo.* Κἂν γὰρ εἰς σωφροσύνην τις ἑαυτὸν παιδεύῃ, τῷ παραδείγματι πρὸς τὴν μίμησιν ἐρεθίζεται, καὶ μάλιστα ὅταν ἐκ τοῦ κρείττονος ᾖ τὸ παράδειγμα· ἡ γὰρ ὧν ἁμαρτάνει τις αἰδὼς, τῷ τοῦ βελτίονος ἀξιώματι παῤῥησία γίνεται: *Quamquam ad temperantiam aliquis comparatus eſt, exemplo tamen ad imitandum trahitur: eoque facilius, quò nobilius proponitur exemplum. Nam pudor, qui à peccando revocabat, præſtantioris alicujus dignitate loco pulſus, in licentiam commutatur*, Achilles Tatius lib. i de Clit. & Leuc. amoribus. *Maſſilia ſeveritatis cuſtos acerrima eſt; nullum aditum in ſcenam mimis dando, quorum argumenta majore ex parte ſtuprorum continent actus; ne*

† Eunuch. Act. iii, Sc. 5.

 talia

talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat, Val. Maximus lib. II, cap. 6, exemplo 7. Refer huc etiam *Vaſa adulteriis cælata, tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio invitatur ebrietas*, Plin. XIV, 22. Adde quoque exemplum illud virginis Afræ componentis ſe ad ſimulacrum Veneris: *Proſper Aquitanus Dimid. temp. cap.* 6. Sidonius quoque Apollinaris lib. II, epiſt. 2, prædium ſuum Abitatum deſcribens, ait, *Non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis proſtat hiſtoria; quæ ſicut ornat artem, ſic devenuſtat artificem.* Quotquot nempe turpia ſpectacula aliis exhibent, æternam dedecoris ſui memoriam veluti in theatro aliquo publice proponunt. Huc ſpectat illud Greg. Nazianzeni epiſt. 74; Τὸ προϑεῖναι ϑέας αἰσχρὰς, ἑαυτὸν ἐςι ϑεατρίζειν: *Quotquot aliis turpia exhibent ſpectacula, ſuam ipſorum infamiam publice veluti in theatrum producunt.* Contra vero δικαιοπόλιν hanc rite obſervantes, Tertulliano * *licite pingere* dicuntur. Neglexit hanc virtutem Arellius ille, de quo Plinius XXXV, 10: *Fuit Arellius Romæ celeber, paulo ante Divum Auguſtum, niſi flagitio inſigni corrupiſſet artem, ſemper alicujus fœminæ amore flagrans, & ob id Deas pingens, ſed dilectarum imagine.*

* *Adverſ. Hermogenem.*

Magnificentia vulgarem modum ſupergreſſa plurimum amplificare ſolet Artis & Artificis auctoritatem. Quidam tamen hic ab improvida temeritate quovis modo ſublati, cùm in extremos digitos aſſurrexerunt, ſuam ipſi ſtolide mirantur magnitudinem.

§. 15. Σεμνότης ſive μεγαλοπρέπεια, Quintiliano lib. IV, cap. 2, dicitur *magnificentia.* Plinio Juniori lib. VI, epiſt. 21, & lib. IX, epiſt. 26, *granditas* vocatur, & maximam Arti gratiam autoritatemque conciliat. Debet enim Pictura plurimum gravitatis habere, & omnino omnia in ſe continere, quæ pertinent ad amplificandam dignitatem: ſplendoris tamen, feſtivitatis, & quæſitæ concinnitudinis minimum præ ſe ferat; propterea quod ex his ſuſpicio quædam diligentiæ nimis anxiæ naſcitur, quæ Artifici ſæpius adimit, quàm addit autoritatem. Quiſquis autem imperitus & accuratiſſimæ Artis hujus parum intelligens,

> - - - *Dum vitat humum, nubes & inania captat.*

Horat. de Arte. Solent profecto ſtatura breves in digitos erigi, & plura ſemper minantur infirmi: etenim quo quiſque ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere & dilatare conatur. Prudent. lib. II contra Symmachum:

> *Ut Tragicus cantor ligno tegit ora cavato,*
> *Grande aliquod cujus per hiatum carmen anhelet.*

Fit igitur interdum, ut valentioris inventionis laudem ſine dubio reportet, ac turgenti germine veluti efflorеſcat, ſicut indomitus ager quaſdam quoque lætiores herbas ſubinde producit; maximum tamen quod eſt in ipſa inventione *Periculum minus vitat, conaturque perdite: unde evenit nonnunquam ut aliquid grande inveniat, qui ſemper quærit quod nimium eſt. Verum & raro invenit, & cætera vitia non penſat*, Quintil. II, 12. Quæ vero à tali animo proficiſcuntur, Τεϑορύβηται ταῖς φαντασίαις μᾶλλον, ἢ δεδείνωται· καὶ ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς, ἐκ τοῦ φοβεροῦ κατ' ὀλίγον ὑπονοστεῖ πρὸς τὸ εὐκαταφρόνητον: *Turbata & phantaſiis exæſtuantia potius, quàm cum gravitate tractata & exaggerata videntur; & ſi unumquodque iſtorum ad rationis radios inſpicias, ex terribili ad vile contemtumque paulatim abſcedit*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 2. Cui malo medicas confeſtim manus admovere ſatius eſt, quàm committere, ut frivola, & acrioribus oculis intuenti ridicule tumida pro excelſis & grandibus amplectatur ad alta adſpirans animus; ſciatque Artifex, quòd quemadmodum *Quadrupedes, cùm viridi pabulo nimis diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur, & ſic ad cibos viribus conſervandis idoneos redeunt; ita ſibi quoque tenuandas adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet. Alioqui tumor ille inanis primo cujuſque veri operis conatu deprehendetur*, Quintil. II, 10. In exemplum itaque hic aſſumendus eſt Nicophanes, graviſſimus Artifex, de quo Plinius XXXV, 10: *Nicophanes elegans & concinnus, ita ut vetuſta opera pingeret propter æternitatem rerum: impetuoſi animi, & cui pauci comparentur: cothurnus ei & gravitas artis.* Contra, ut idem Plinius ibidem teſtatur: *Pyreicus arte paucis poſt ferendus, propoſito neſcio an deſtruxerit ſe; quoniam humilia quidem ſecutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Tonſtrinas, ſutrinasque pinxit, & aſellos, & obſonia, ac ſimilia; ob hoc cognominatus Rhyparographus; in iis conſummatæ voluptatis: quippe eæ pluris væniere, quam maximæ multorum.* Nota hic in tranſitu, ῥωπογράφους pari prorſus ratione dictos, qui nihil aliud quàm virgulta & vepres delineabant. Vide *Etymologicum in* ῥῶπος.

Grandia non ſolum delectant, ſed etiam ſine ſatietate delectanticum in quavis alia re ma- . . .

§. 16. Hydropicorum corpora, humore aquoſo diſtenta, conſtat aridiſſima eſſe. Idem iis quoque uſu-venit, quorum ſiniſtra magnitudinis affectatio nihil habet ſolidi, ſed in fumum tandem inanemque flatum evaneſcit. Longe tamen aliter ſe res habet, quoties ſenſus aliquis veræ granditatis animum ſpectatoris tangit. Quiſquis enim indubium ſublimioris magnificentiæ veſtigium in raræ Artis tabula deprehendit, ſtatim quoque ſeipſum erigit, & magnis cogitationibus implet animum, favens ingenio ſuo, credensque à ſe &

inventum

inventum & factum, quod ab alio feliciter elaboratum cernit. Genuinam itaque magnificentiæ ac granditatis notam ſuggerit nobis Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 5: Τοῦτο τῷ ὄντι μέγα, inquit, οὗ πολλὴ μὲν ἡ ἀναθεώρησις, δύσκολος δὲ, μᾶλλον δ' ἀδύνατος ἡ κατεξανάστασις, ἰσχυρὰ δὲ ἡ μνήμη καὶ δυσεξάλειπτος· ὅλως δὲ καλὰ νόμιζε ὕψη καὶ ἀληθινὰ, τὰ διὰ παντὸς ἀρέσκοντα καὶ πᾶσιν· ὅταν γὰρ τοῖς ἀπὸ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων, βίων, ζήλων, ἡλικιῶν, ἕν τι καὶ ταὐτὸν ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἅπασι δοκῇ, τόθ' ἡ ἐξ ἀσυμφώνων ὡς κρίσις καὶ συγκατάθεσις τὴν ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ πίστιν ἰσχυρὰν λαμβάνει καὶ ἀναμφίλεκτον: *Illud vero magnum, quod ſubinde cogitandum conſiderandumque nobis occurrit, quod vix, ac ne vix quidem, animo excidere poteſt, ſed conſtanti, firma, ac indelebili memoria retinetur. Denique præclaram illam demum granditatem & veram eſſe ducito, quæ per omnia & omnibus placeat. Quum enim qui moribus, vitæ ratione, inſtitutis, ſtudiisque & ætatibus differunt, idem ſimul de iiſdem ſentiunt omnes, tum à diſſidentibus alias & diſcrepantibus veluti profectum judicium & approbatio unanimis ei, quod habetur in admiratione, fidem certam & minime dubiam acquirit.* Recte Symmachus lib. 1, epiſt. 72: *Non patet ſuſpicionibus judicatum, à quo nemo diſſentit.* Sumpſit ex occaſione non abſimili fiduciam Plinius Junior bene de ſuis ſcriptis ſperandi: *Libellis meis*, inquit*, *peregre manere gratiam, quam in urbe collegerint, delector. Incipiò enim ſatis abſolutum exiſtimare, de quo tanta diverſitate regionum diſcreta hominum judicia conſentiunt.*

mis fere voluptatibus faſtidium ſoleat eſſe finitimum.

* Lib. IX, epiſt. 11.

§. 17. Cæterum inſignis hæc ſublimioris inventionis vis, quemadmodum ex ingenita quadam animorum magnitudine proficiſci videtur; ita ex imitatione optimorum auctorum, qui grandes materias non infeliciter tractarunt, incrementum ac vires ſumit. Γεννᾶται τὰ μεγαλοφυῆ, καὶ οὐ διδακτὰ παραγίνεται, καὶ μία τέχνη πρὸς αὐτὰ, τὸ πεφυκέναι: *Natura quæ magna ſunt proveniunt, nec ulla doctrina comparari poſſunt; & una ars ad illa conſequenda, ita à natura comparatum eſſe*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, § 2. Et rurſus §. 7: Εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ: *In elatis ſpiritus homines maxime cadunt, quæ ſunt grandia:* perſpicitur id in Parrhaſio. Quæritur ergo hic Artifex Τῇ φύσει μεγαλόφρων τις ὤν, εἴτε μή, τῇ γε προαιρέσει πάντως τὸ σεμνὸν καὶ θαυμαστὸν διώκων: *Sive natura ipſa magnanimus, ſive de induſtria quovis modo gravitatem captans & ad mirabilitatem*, Dionyſ. Halicarn. in Iſocrate. Nam quemadmodum uſu venire ſolet iis qui concentibus muſicis interfuerunt, ut jucundæ vocis modulationem longe poſt in aure veluti circumferant; ita quoque memoriæ cogitationique noſtræ alti veterum ſcriptorum ſpiritus identidem obverſari atque inerrare ſolent. Quandoquidem igitur cuivis pro comperto liquet hanc imaginum ſublimitatem nihil aliud eſſe, quam (a) ἀπήχημα quoddam μεγαλοφροσύνης, ſequitur etiam animum Artificis ad maxima hæc ſe accingentis, omnem humilium ac ſordidarum rerum curam deponere debere, atque iis potiſſimum cogitationibus vacare, unde eum non id agentem vivus quidam auguſtæ majeſtatis decor furtim proſequatur. Non poteſt quidem ſtudio pulcherrimi operis vacare mens, niſi ſoluta ſordidis curis: ſic enim libera demum, ac tota, nulla diſtringente atque alio ducente cauſa, ſpectabit id ſolum, ad quod accingitur. Et quemadmodum in eodem pectore nullum poteſt eſſe excelſarum humiliumque rerum conſortium; ita cogitare elata ſimul atque abjecta, non magis eſt unius animi, quàm ejuſdem hominis largum eſſe animo & anguſtum. Recte Longinus περὶ ὕψους, §. 7: Οὐχ οἷόν τε μικρὰ καὶ δουλοπρεπῆ φρονοῦντας καὶ ἐπιτηδεύοντας παρ' ὅλον τὸν βίον, θαυμαστόν τι καὶ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον: *Fieri non poteſt, ut exilia quædam ac ſervilia per omnem vitam cogitantes curanteſque admirabile quid atque omni ævo dignum producant.* Huc facit illud Platonis, negantis ullum animal mœſtum canere: Οὐδὲν ζῷον λυπούμενον ᾄδει. Similiter dicebat Jo. Chryſoſtomus in libro de Sacerdotio, Sollicitudinum aſſiduitate aciem ingenii hebetari, & graviorem plumbo effici, qui prius ales poterat videri. Et jam ibidem dixerat, Vel maximas ingenii vires ad ultimam imbecillitatem aſſiduis curis redigi. Καὶ αἱ συνεχεῖς φροντίδες δειναὶ καταβαλεῖν ψυχῆς δύναμιν, καὶ εἰς ἀσθένειαν κατάγειν τὴν ἐσχάτην. Pictorum ergo & Poëtarum hac in parte par quoque ratio eſt. Juvenalis Satyra VII;

Innatam & magnorum Artificum imitatione roboratam granditatem ſordidæ rerum quotidianarum curæ intringunt ac depriment. Quomodo enim ſperent famam, qui diurno quæſtu ægre propulſant famem?

Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena,
Qui nihil expoſitum ſoleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triviale moneta;
Hunc, qualem nequeo monſtrare, & ſentio tantum,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus ſilvarum, aptuſque bibendis
Fontibus Aonidum: neque enim cantare ſub antro

V 2 *Pierio,*

(a) Ἔσχατον ἀπήχημα *dicitur tinnulus ille extremus vel ſoni vel vocis pulſus: & quò longiſſime tenor ſoni permeare poteſt, illic eſt* ἀπήχημα, *velut extrema reſonantia. Metaphora itaque inde ſumpta, imaginum ſublimitatem ex magnanimitate potiſſimum reſultare, hoc loquendi modo innuimus. Græcis* ἔναυλον ἔχειν *eſt perſonare aures alicujus quibuſdam vocibus: de quo loquendi modo vide* Petr. Victorium var. Lect. lib. 1, cap. 20.

Pierio, thyrſumve poteſt contingere ſana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque
Corpus eget. Satur eſt, cùm dicit Horatius Euhoe.
Quis locus ingenio, niſi cùm ſe carmine ſolo
Vexant, & dominis Cirræ Nyſæque feruntur
Pectora noſtra, duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda
Attonitæ, currus & equos, facieſque Deorum
Adſpicere, & qualis Rutulum confundat Erynnis.

Vide Carmen ad Calp. Piſonem, quod Lucano adſcribitur. T. quoque Calphurnius Siculus Ecloga IV, quæ inſcribitur Cæſar:

O mihi quàm tenero decurrunt carmina verſu!
Tum Melibœe ſonent, ſi quando in montibus iſtis
Dicar habere Larem; ſi quando noſtra videre
Paſcua contigerit. Vellit nam ſæpius aurem
Invida Paupertas, & dixit, Vilia cura.

Egregie Cicero epiſtola 5 libri tertii ad Quinctum fratrem: *Opus eſt ad poëma quadam animi alacritate.* Apposite quoque Caſſiodorus in Præfat. libri XI Variarum: *Argutum inventum lætum fundit ingenium.* Protogenes certe nonniſi poſt longiſſimum tempus, anguſtia rei familiaris conatibus ejus obſtante, emergere & ad majora aſſurgere potuit. *Summa ejus paupertas initio, artiſque ſumma intentio, & ideo minor fertilitas. Quidam & naves pinxiſſe uſque ad annum quinquageſimum putant*, Plin. XXXV, 10.

Altius aſſurgunt ac majora ſemper ſpirant animi aliquo veluti pabulo elatioris doctrinæ ſubnixi.

§. 18. Altius profecto aſſurgunt, ac majora plerumque ſpirant animi aliquo veluti pabulo elatioris doctrinæ ſubnixi. Ad majora igitur contendens, non magnis tantum cogitationibus, ut monuimus, implebit mentem ſordida rerum abjectiſſimarum cura vacuam; verum etiam generoſiores hosce humo ſe tollentis animi impetus, meliorum ſcriptorum æmulatione fovebit ac nutriet: multarum enim magnarumque rerum ubertatem ac divitias dabit lectio, ut iis non ſolum quomodo occurrerint, ſed etiam quomodo oporteat, utamur. *Ægreſcit profecto ingenium, niſi jugi lectione reparetur. Cito expenduntur horrea, quæ aſſidua non fuerint adjectione fulcita. Theſaurus ipſe quàm facile profunditur, ſi nullis iterum pecuniis compleatur? Sic humanus ſenſus, cum alieno non farcitur invento, cito poteſt attenuari de proprio*, Caſſiodorus in Præfat. libri XI Variarum. Non poteſt interim grande aliquid & ſupra cæteros cogitare, niſi mota mens. Cùm vulgaria & ſolita deſpexit, inſtinctuque ſacro ſurrexit excelſior, tunc demum aliquid concipit grandius animo mortali. Deſciſcat oportet à ſolito, & efferatur, & mordeat frænos, & rectorem rapiat ſuum, eòque ferat, quò per ſe timuiſſet aſcendere. *Omnia profecto, qui ſe à cœleſtibus rebus referet ad humanas, excelſius magnificentiuſque & dicet & ſentiet*, inquit Tullius de perfecto Oratore. *Eſt enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum, Conſideratio contemplatioque Naturæ*, ut inquit Idem lib. IV Acad. quæſt. *Erigimur: elatiores fieri videmur: humana deſpicimus: cogitanteſque ſupera atque cœleſtia, hæc noſtra, ut exigua & minima, contemnimus. Indagatio ipſa rerum tum maximarum, tum etiam occultiſſimarum, habet oblectationem; ſi vero aliquid occurrit, quod veriſimile videatur: humaniſſima completur animus voluptate.* Recte quoque Seneca epiſt. CXVII: *De Deorum natura quæramus, de ſiderum alimento, de his tam variis ſtellarum diſcurſibus: an ad illarum motus noſtra moveantur corpora, an corporibus omnium animiſque illinc impetus veniat: an hæc & quæ fortuita dicuntur certa lege conſtricta ſint, nihilque in hoc mundo repentinum aut expers ordinis volutetur. Iſta levant animum, & ad ipſarum quas tractant rerum magnitudinem attollunt.* Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιον, ὃν οἱ τότε ἄνθρωποι νοῦν προσηγόρευον, ὑπερφυῶς θαυμάζας ὁ Περικλῆς, καὶ τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον (ὡς ἔοικε) τὸ φρόνημα σοβαρὸν καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχεν καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, ἀλλὰ καὶ προσώπου σύστασις ἄθρυπτος εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότης πορείας, καὶ καταστολὴ περιβολῆς, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάντας θαυμαστῶς ἐξέπληττεν: *Anaxagoram Clazomenium, quem illius temporis æquales Mentem appellavere, mirum quanti Pericles fecerit. Imbutus autem rerum ſcientia ſublimium & cœleſtium, non ſolum ſcilicet elato fuit animo, & ſublimi uſus eſt dicendi genere, puro à plebeja atque accerſita garrulitate: verum etiam ſerius vultus, inceſſus comis, modeſtus veſtitus, & reliqua ejus generis omnes ſupra modum adduxerunt in ſtuporem*, Plutarch. in Pericle.

Poeſis præcipue auget inveniendi

§. 19. Lectione tamen Poëtarum præcipue alitur & eniteſcit, veluti pabulo lætiore, imaginatio. Μεγαλήγορος γὰρ καὶ διηρμένη ἡ ποιητική: *Magniloqua enim & elata eſt Poëſis*, Lucian. de conſcrib. Hiſt. *A poëtis & in rebus ſpiritus ac ſublimitas, & in affectibus mo-*

tus

tus omnis, & in perſonis decor petitur, Quintil. x, 1. Neque immerito cuiquam videri poſſit Phidias tantum contuliſſe Artibus hiſce lumen, quod in hos quoque ſtudiorum receſſus excurrit: unde ne quidem ipſe fateri erubuit, ſe in fingendo Jove Olympio ſecutum Homericam Jovis deſcriptionem: *Valer. Maximus libro* III, *cap.* 7, *Exemplo ext.* 4. Et non injuria tribuit ei Dionyſius Halicarnaſſ. in Iſocrate, τὸ σεμνὸν, καὶ μεγαλότεχνον, καὶ ἀξιωματικόν: *Gravitatem, amplitudinem, & majeſtatem.* Dem. Phalereus de Elocut. §. 14: Μεγαλεῖόν τι καὶ ἀκριβὲς ἅμα: *Magnum quid & accuratum ſimul.* Plin xxxv, 5, *magnificentiam* eidem Phidiæ adſcribit. *Apelles quoque pinxit Dianam ſacrificantium virginum choro immiſtam, ſecutus Homerum id ipſum deſcribentem,* Plin. xxxv, 10. Timanthes certe, quem in Iphigeniæ immolatione ingenii palmam tuliſſe ſcriptores judicant, inventionem hanc videtur hauſiſſe ex Euripidis in Iphigenia Aulidenſi verbis:

facultatem, & quaſi divino quodam afflatu excitat vim inſtinctæ ſemel mentis.

- - - Ὡς δ' εἰσεῖδεν Ἀγαμέμνων ἄναξ,
Ἐπὶ σφαγὰς στείχουσαν εἰς ἄλσος κόρην,
Ἀνεστέναξε· κἄμπαλιν στρέψας κάρα,
Δάκρυα προήγαγεν, ὀμμάτων πέπλον προθείς.

Calliſtratus quoque in deſcriptione Bacchi Praxitelici, teſtatur Praxitelem in iſthoc ſimulacro effingendo Euripidem ſecutum. Medeam quoque inter cædem ac miſericordiam fluctuantem expreſſuri Artifices, ab Euripide veram æſtuantis animi ſpeciem petendam ſibi putaverunt, teſte eodem Calliſtrato in deſcriptione ſtatuæ Medeæ. Paſſim denique in operibus Artificum, qui huic curæ incubuerunt, deprehendas proprium quendam guſtum liberalioris doctrinæ, & tacitam quandam eruditionem ex optimorum auctorum lectione depromptam: quæ cùm ſemper ſecum afferat aliquid propriæ voluptatis, habet etiam quiddam, quod nobis faciat videndi ſitim: *Quintil.* vi, 3. Quod vero mentes noſtræ, quotieſcunque divinos tantorum animorum ſpiritus libero hauſtu attraxerunt, altius inſurgere ſoleant, pereleganti ſimilitudine teſtatum fecit Longinus §. 11: Πολλοὶ, inquit, ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει τρίποδι πλησιάζουσαν, ἔνθα ῥῆγμά ἐστι γῆς ἀναπνέον, ὥς φασιν, ἀτμὸν ἔνθεον αὐτόθεν, καὶ ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθισταμένην δυνάμεως παραυτίκα χρησμῳδεῖν κατ' ἐπίπνοιαν· οὕτως ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζηλούντων ἐκείνους ψυχὰς, ὡς ἀπὸ ἱερῶν στομίων ἀπόρροιαί τινες φέρονται, ὑφ' ὧν ἐπιπνεόμενοι καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοὶ, τῷ ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει· ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν, ἢ πλασμάτων, ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις· καὶ τῷ ὄντι καλὸς οὗτος καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγὼν καὶ στέφανος· ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τῶν προγενεστέρων οὐκ ἄδοξον: *Multi alieno ſeu divino ſpiritu afflati rapiuntur eodem prorſus modo, quo fama eſt Pythiam tripodi admotam corripi: ubi ut perhibent hiatus quidam eſt terræ vaporem inde auramque exhalans divinam: factamque Deo plenam, numinis inſtinctu, conſulentibus reſponſa dare & oracula reddere: ſic ab illis priſcorum magnis ingeniis in animos imitantium ipſos, tanquam ex ſacris oſtiis, rivi quidam feruntur; a quibus afflati etiam qui ſuapte natura non iſto Phœbeo aguntur furore, aliorum magnitudine impulſi, rapiuntur ſimul. Factum porro hoc non eſt cenſendum furtum, ſed tanquam ab honeſtis & præclaris moribus, aut figmentis effecta expreſſaque forma. Et revera præclarum hoc & victoria digniſſimum pro gloria certamen & prælium: quippe in quo à majoribus vinci non ſit inglorium.*

§. 20. Ipſos denique ſpectatores doctos, indoctos, ſuſcitare altiſſimum Artificis animum, vel ex eo evincitur, quòd plebem ipſam, quam opere tantum inchoato ædium ſuarum limine parietibuſque diſcreverat Artifex, perfecto demum opere veluti obvia oſtentatione conquirat. Altius tamen adhuc eriget animum idem Artifex, majoreſque ad opus afferet ſpiritus, qui præter utiliſſimum hunc æmulæ virtutis conatum, Apellem, Protogenem, Phidiam, Polycletum, in operis quaſi ſocietatem adſciſcit; non tantum ſe conſulens, quid in ſimili opere elaborando magnæ animæ, ſi forte pingentibus fingentibuſve nobis interveniant, ſuaſuræ ſint; verum etiam, quam de operibus noſtris ad finem perductis opinionem ſint habituræ. *Prodeſt ſine dubio, cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & habere quem reſpicias, quem intereſſe cogitationibus tuis judices,* Seneca epiſt. xxv: vide quoque epiſt. xi. Addit ad hanc curam etiam pudor ſtimulos, addit & exſpectata laus, placendi cupidine ſecundos impetus mirifice augente. Mirumque videri poteſt, quod plerique Artifices qui tantopere, dum intenti ſunt operi, ſecreto gaudent, ut omnes fere arbitros reformident; perfectis jam operibus ſpectatorum frequentia, ut milites congeſtu ſignorum, excitantur. *Res enim, quæ ad omnes pertinet, nunquam uno teſte contenta eſt*, Symmachus lib. 1, epiſt. 49. Eſt videlicet quædam tacita dedignatio, vim pingendi, tantis comparatam laboribus, tanto temporis impendio emptam, ad unum alterumve ſpectatorum demittere. Senſit hunc animi motum Martialis quoque: *Si quid eſt in libellis meis quod placeat*, inquit, *dictavit auditor.* Vide epiſtolam ejus

Ipſos denique ſpectatores doctos, indoctos, ſuſcitare altiſſimum Artificis animum, vel ex eo evincitur, quòd plebem ipſam, quam opere tantum inchoato ædium ſuarum limine parietibuſque diſcreverat Artifex, perfecto demum opere veluti obvia oſtentatione conquirat.

ejus ad Priſcum, præfixam libro duodecimo Epigrammatum. Unde etiam inutile non eſſe intelligas, ut quotidie opera noſtra inſpecturos admittamus, maxime tamen de quorum ſimus opinione atque judicio ſolliciti. *Rarum eſt enim, ut ſatis ſe quiſquam vereatur*, Quintil. x, 7 Sed hoc ipſum plus etiamnum habebit momenti, ſi præſentis ac futuri ſæculi de nobis æſtimatiouem ex eorum, quibus nos reformandos ac velut recoquendos tradidimus, judicio pendere ſentiamus: neque enim fieri poteſt, ut humile quid ſapiat animus æternitatem cogitans. Τῷ γὰρ ὄντι μέγα τὸ ἀγώνισμα, τοιοῦτον ὑποτίθεσθαι τῶν ἰδίων ἔργων δικαστήριον καὶ θέατρον, καὶ ἐν τηλικούτοις ἥρωσι, κριταῖς τε καὶ μάρτυσιν ὑπέχειν τῶν γραφομένων εὐθύνας, καὶ μὴ πεπαῖχθαι: *Revera enim certamen eſt ingens, tale operum ſuorum conſtituere judicium & theatrum; nec non apud tantos heroas arbitros & teſtes pro ſcriptis cauſam dicere, eademque illorum judicio citra omnem jocum ſubjicere*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 12: vide locum. Lucianus etiam ſub finem libri de Conſcrib. hiſtoria, id ipſum quoque hiſtoriam ſcripturo præcipit; atque hanc immortalitatis curam ei commendat exemplo Soſtrati Cnidii Architecti Ptolemæo Philadelpho Pharum exſtruentis. Vide Catalog. Artificum *in Soſtratus Architectus*. *Non poteſt quicquam abjectum & humile cogitare, qui ſcit de ſe ſemper loquendum*, Mamertinus Paneg. Juliano Imp. dicto. Ita eſt profecto; inſurgunt mente, *Qui non modo proximum tempus lucemque præſentem intueri ſatis credunt, ſed omnem poſteritatis memoriam ſpatium vitæ honeſtæ & curriculum laudis exiſtimant*, Quintil. xii, 2. *Longius quàm quantum humanæ vitæ ſpatium eſt, cupiditas gloriæ extenditur; maximaque pars ejus in memoriam ac poſteritatem prominet*, Livius lib. xxviii ab U. C. *Trahimur omnes laudis ſtudio*, inquit Cicero pro Archia Poeta, *& optimus quiſque maxime gloria ducitur. Certe, ſi nihil animus præſentiret in poſterum; &, ſi, quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas; neque tantis ſe laboribus frangeret, neque tot curis vigiliiſque angeret: nunc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam.* Quamobrem quiſquis imaginem ipſam ſubſecuturæ gloriæ divina quadam mente conceperit, fructumque non ex vili mercede, ſed ex animo ſuo & contemplatione ac ſcientia petet, perpetuum illum, nec fortunæ ſubjectum, is anxius de fama ingenii, facile perſuadebit ſibi, ut tempora, quæ plerique ſpectaculis, campo, teſſeris, otioſis denique ſermonibus, ne dicam ſomno & conviviorum mora conterunt, magnificis potius imaginibus conformandis impendat, longe plus delectationis habiturus, quàm ex illis ineruditis voluptatibus. *Dedit enim hoc providentia hominibus munus, ut honeſta magis juvarent*, Quintil. i, 12.

Admirabilis illa magnificæ inventionis fœcunditas ex multa eruditione, ex pluribus Artibus, atque ex omnium rerum ſcientia exuberat.

§. 21. Deſinamus igitur mirari, quæ cauſa ſit Artificum paucitatis, cum ex iis rebus univerſis hæc Ars conſtet, quibus in ſingulis elaborare permagnum eſt. Nihil certe eorum, quæ ad omnium bonarum Artium ſcientiam cognitionemque pertinent, latere debet Artificem. Subacto* nimirum opus eſt hic ingenio; ut agro non ſemel tantum arato, ſed novato atque iterato; quo meliores poſſit & grandiores fœtus edere. Quemadmodum enim totius argumenti ubertas ex varia, ex multa, ex accurata, ex multiplici lectione depromitur; ita ſingulæ ejus partes, ſedulo perpenſæ ac retractatæ, deliguntur cum quodam faſtidio judicii acri penicillo condocefacti. Longe alia ratio eſt eorum, qui omnium ſcientiarum doctrina vacui ad Artes haſce non verentur accedere. Nam ut quiſque in tabulam varia hinc inde ſchemata congeſſit, ſenſumque teneriorem vibrantibus colorum pigmentis qualitercunque adumbravit, putat ſe continuo in ipſa jam operoſiſſimæ Artis adyta receptum. Plerique certe ſuaves videri malunt, quàm graves. Cæterum, neque generoſior ſpiritus vanitatem amat; neque concipere aut edere juſtæ maturitatis partum mens poteſt, niſi ingenti flumine litterarum inundata. Reliqui vero, aut non viderunt viam quà iretur ad Artem, aut viſam timuerunt calcare. Non quidem latet me plures eſſe, qui communi eruditione ſatis ſuperque imbuti, contemnunt potius litteras quàm neſciunt; tanquam majorem induſtriæ & laboris gloriam habituri, ſi ingenium eorum nullis alienarum Artium adminiculis inniti videretur†; cæterum hos ex antiquitatis veſtigiis male diſſimulatis ſtatim deprehendere licebit. Illorum potius hominum os miremur, qui ad tantam Artem ſine ulla rerum neceſſariarum ſcientia audent accedere, cùm ne quidem communia illa & protrita humaniorum diſciplinarum præcepta primoribus labris delibaſſe deprehendantur; tantum abeſt ut unquam eruditum illum pulverem, qui maxima Artibus hiſce ſubſidia ſubminiſtrat, attigerint. Uſque adeo in malos quoque Pictores quadrat illud Martialis‡: *Nil ſecurius eſt malo poeta.*

* *Subactionem hic nihil aliud quam auditionem, lectionem, litteras, quotidianum denique Artis uſum vocamus.*

† *Auctor Dialogi de cauſis corr. eloquent. cap. 2.*

‡ *Lib. xii, epiſt. 64.*

In excellentium Artificum operibus inſignes

§. 22. Minime itaque ſufficere hic judicamus, ut ad tempus ſimplex quid & uniforme doceamur. Primum enim aliter utimur propriis, aliter commodatis; longeque intereſſe manifeſtum eſt, poſſideat quis quæ profert, an mutuetur: deinde ipſa multarum Artium ſcientia etiam aliud agentes nos ornat, atque ubi minime credas, eminet, excellit.

cellit. Idque non doctus modo & prudens ſpectator, ſed etiam populus intelligit, ac ſtatim ita laude proſequitur, ut legitime ſtuduiſſe, ut per omnes eruditionis numeros iſſe, ut denique Pictorem etiam fateatur: quem non poſſe aliter exiſtere, neque unquam exſtitiſſe confirmo, niſi eum, qui tanquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in publicum omnibus Artibus ornatus exierit. Ut enim qui pila ludunt, non utuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ, ſed indicat ipſe motus, didicerintne palæſtram, an neſciant: ſic in pingendo, etiam ſi proprie cæteræ non adhibentur Artes; tamen facile declaratur, utrum is qui pingit, tantummodo in iſta Arte ſit exercitatus, an vero ad pingendum omnibus ingenuis Artibus inſtructus acceſſerit. Quod adeo negligitur ab horum temporum Artificibus, magiſtrorum pravitate adoleſcentes ad ſimilitudinem ſui paſſim configurante, ut in operibus eorum fœdo ac pudendo vitio trivialium inventionum fæces deprehendantur: dumque ſapientiæ ſtudium & præcepta prudentium penitus reformidant, in paucisſimos ſenſus & anguſtiſſimos exiguiſſimi gyri limites auguſtam detrudunt Artem, velut expulſam regno ſuo: ut quæ olim omnium domina Artium pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa & amputata, ſine apparatu, ſine honore, pene dixerim ſine ingenuitate, quaſi una ex ſordidiſſimis artificiis diſcatur*. Sed quid indignor? ridere ſatius eſt: ne ſe magnum quid adeptos putent, qui huc felicitate perveniunt, ut rideantur†. Gratulemur itaque ſummis illis ſine labore, ſine ratione, ſine diſciplina Artificibus; diu florentes atque incolumes fruantur hac ſua Arte tam dulci, tam delicata, tam blanda; precamur ut fertilem porro gratamque experiantur Artem, quam ſine rivali tantopere mirantur atque amant: illud interim cogitantes, quòd ii qui mentem multo ſtudio ſubactam & vires ſummis operibus ſuffecturas ad Artem non afferunt, magno conatu nulla re geſta plerumque ſteriles animos & inveniendis rebus impares, relictis irritæ ſpei illecebris, alio vertant, & nihil habere niſi beneficii alieni curent; illaudatos illos Pictores ſectari contenti, qui *In id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant*, Quintil. x, 2. Similes infelicibus iſtis procis Penelopes, qui cùm ipſa potiri non poſſent, ad cultum famularum ejus ſe convertebant. *Ajunt in Græcis artificibus eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerint*, Cicero pro Muræna. Horat. de Arte:

passim doctrinarum notæ deprehenduntur. Contra vero impolitiores in exiguum ſine gyrum, ex ingenti quodam immenſoque campo, compellunt fecundiſſimas Artes.

* *Auctor Dialogi de cauſis corr. eloquent. cap.* 32.

† *Plin. Junior lib.* VII, *epiſt.* 29.

- - - Fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare. Quid hoc, ſi fractis enatat exſpes
Navibus, ære dato qui pingitur? Amphora cœpit
Inſtitui; currente rota cur urceus exit?

Neque enim tales recte dixeris pingere; quod eorum tantùm eſt proprium, qui omnia, quæ ſublimi conceperint animo, expedite quoque promere atque ad ſpectaturos perferre valent. Illud enim niſi aſſecutus fuerit Artifex, ſupervacuo tantum labori inſudaverit, ac priora omnia ſimilia ſint gladio condito atque intra vaginam ſuam hærenti. Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος: *Occultæ muſicæ nullus eſt reſpectus*, inquit Nero apud Suetonium, cap. 20. Claudianus de IV Conſ. Honorii, verſ. 222:

Vile latens virtus. Quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis:
Vel lyra, quæ reticet: vel, qui non tenditur, arcus.

Horatius libro IV Carm. Ode 9:

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus. - - -

Hoc itaque maxime docetur; hoc nullus niſi Arte adſequi poteſt; huc ſtudium adhibendum; hoc exercitatio petit; hoc imitatio quærit; hic omnis ætas conſumitur; hoc uno Artifex Artifice præſtantior; hoc genera ipſa pingendi alia aliis potiora. Verum longius fortaſſe progredior, fallente tranſitu. Proximum eſt ut de proportione ſive Symmetria nonnihil dicamus.

CAPUT

CAPUT II.

§. 1. Fruſtra totum animum atque omnem operam diligentiamque ſuam inventioni impenderit Artifex, niſi pari prorſus cura proſequatur inventæ materiæ delineationem. Atque in hoc delineandi labore propenſius incumbet Proportioni; quam ideo Symmetriam dixere Græci, quòd Artifex commenſus iſtius virtute externam elaborati operis formam, internæ atque animo ſuo inſcriptæ imagini mire aſſimilet.

§. 2. Analogiæ quoque atque Harmoniæ voces, à numeris Arithmeticis concentibusque Muſicis deſumptas, huic Proportioni, propter quandam ſimilitudinem, accommodarunt Artifices.

§. 3. Quemadmodum humana mens unam rationem inter plures alias nobiliſſimas dotes habet præcipuam, ita incredibile rationis hujus acumen ex ſollerti Proportionum inveſtigatione atque uſu facile deprehenditur: ſicut etiam in pleriſque aliis Artibus rivuli quidam ab inexhauſto divini ſplendoris fonte deducuntur, per quos ad cœleſtem ſupernæ lucis originem recurritur; ita quoque par eſt ſagacem illam vegetamque humanarum mentium vim, in exacta ſubtiliſſimarum Artium contemplatione, immenſam ſummi Numinis benignitatem admirari ac prædicare: ſiquidem apud omnes in confeſſo eſt, ſpeciem illam in animo Artificis ex multorum præceptorum perceptione, variarumque rerum obſervatione præconceptam, nihil aliud eſſe, quàm divinum aliquod exemplar internæ illius formæ, quàm exteriori materiæ Artifex imprimit.

§. 4. Priſci Artifices prima elegantiſſimarum Artium rudimenta in perdiſcenda corporis humani Symmetria collocabant, eaque omni cogitatione ſedulo pertractata, nihil eorum prætermittebant quæ ad operum ſuorum venuſtatem dignitatemque conducere poſſe videbantur; qualecunque interim dignitatis hujus lenocinium ex ſpecioſa operum ſuorum amplitudine captantes.

§. 5. Memoriæ quoque proditum eſt, magnas illas, & univerſum Orbem terrarum nominis ſui gloria impleturas animas, diutule olim ſingularium ſpecioſiſſimorumque corporum contemplationi vacaſſe; neque ullum laboris hujus ſudoriſque feciſſe finem, priuſquam deſiderati profectus ſatietate traducerentur ad penitiores potioreſque conſummatioris Artis conatus.

§. 6. Relicta itaque ſingularium corporum imitatione, acri atque admiranda ſedulitate exprimebant exemplar ideæ diutina exercitatione animis inſcriptæ: in pulchrorum interim Pictura, maximam ſemper faciei impendebant curam.

§. 7. Quamvis vero magnam ſemper in elaboranda ſimilitudine curam deſigebant.

§. 8. Majore tamen ſollicitudine Symmetriæ leges, vel cum quodam ſimilitudinis diſpendio, obſervabant.

§. 9. Unde etiam cuivis ex aſſiduo iſthoc elaborandæ Symmetriæ ſtudio manifeſtum fit, cur priſci Artifices Græci ſpecimen Artis in nudis imaginibus potius quàm velatis exhibuerint: præterquam quòd apertam nudi operis ſpeciem, propius judicabant accedere ad conſummatam illam atque incorruptioris Naturæ æmulam ſimplicitatem; cujus miraculo etiam nunc tacti ſpectatores, nihil æque in antiquiſſimis operibus ſuſpiciunt.

§. 10. In tam anxia interim obſervatione Symmetriæ, illud quoque permagni referre arbitrabantur, ut non modo baſis proportioni ſtatuæ, verum etiam ſtatua ipſa magnitudini loci reſponderet.

§. 11. Exercitati Artifices & in percipiendis penſitandisque veræ Proportionis rationibus bene callidi, magnas quandoque res, atque omnem modum admirationis egreſſas virtute Symmetriæ hujus confecerunt.

§. 12. Linearis tamen Pictura, nullis etiamnum coloribus adjuta, præcipue nata eſt omnes ſpecioſiores Symmetriæ illecebras ſpectatorum oculis apertiſſime ſubjicere, donec eam vividius variorum pigmentorum flos porro illuſtret, ac propius etiamnum ad ipſam veri ſimilitudinem accedere faciat.

Symmetriæ vocem quomodo Latinorum ſcriptorum nonnulli tranſtulerint.

INvento argumento, proximum eſt, ut in eo delineando Artifex juſtæ proportionis rationem habeat; quæ Philoſtrato atque aliis paſſim ξυμμετρία, ἀναλογία, ἁρμονία vocari ſolet. Quamobrem etiam tria hæc non putavit disjungenda Philoſtratus junior in procemio Iconum: Δοκοῦσί μοι παλαιοί τε καὶ σοφοὶ ἄνδρες, inquit, πολλὰ ὑπὲρ ξυμμετρίας τῆς ἐν γραφικῇ γράψαι. οἷον νόμους τιθέντες τῆς ἑκάστου τῶν μελῶν ἀναλογίας, ὡς οὐκ ἐνὸν τῆς κατ' ἔννοιαν κινήσεως ἐπιχειρεῖν ἄριστα, μὴ ἐντὸς τοῦ ἐκ φύσεως μέτρου τῆς ἁρμονίας ἡκούσης· τὸ γὰρ ἔκφυλον καὶ ἔξω μέτρου. οὐκ ἀποδέχεσθαι φύσει, ὀρθῶς ἐχούσης κίνησιν: *Videntur mihi antiqui ac ſapientes viri, multa de Symmetria in pingendi arte conſcripſiſſe, legibus quibuſdam de ſingularum membrorum analogia veluti conſtitutis: tanquam integrum non eſſet motum optime, ſecundùm animi notionem, inſtituere; niſi harmonia intra modum à natura datum accederet*

deret (quod enim extra genus ſuum & menſuram eſt, natura non admittit) dum rectum obtinet motum. Quamquam vero naturalis Hiſtoriæ Scriptor diſerte dixerit lib. xxxiv, cap. 8: *Non habet Latinum nomen ſymmetria;* videtur tamen eam *congruentiæ* atque *æqualitatis* nominibus reddere voluiſſe Plinius Junior lib. 11, epiſt. 5: *Si avulſum ſtatuæ caput aut membrum aliquod inſpiceres*, inquit, *non tu quidem ex illo poſſes congruentiam æqualitatemque deprehendere; poſſes tamen judicare, an id ipſum ſatis elegans eſſet.* Suetonius in Tiberio, cap. 68: *Latus fuit ab humeris & pectore*, inquit, *cæteris quoque membris uſque ad imos pedes æqualis & congruens.* In Octavio tamen Auguſto, cap. 79, *Æquitatem membrorum* nuncupavit; *Habuit ſtaturam brevem*, inquit, *ſed quæ commoditate & æquitate membrorum occultaretur; ut non niſi ex comparatione adſtantis alicujus procerioris intelligi poſſet.* Quamquam hic forte ex prioribus Suetonii ac Plinii Junioris verbis, pro *æquitate* non male *æqualitate* reponas. Tullius eam vocat *Convenientiam partium & aptam compoſitionem membrorum:* etenim lib. 1 de Officiis, de ſumma hominis dignitate agens: *Eorum*, inquit, *quæ adſpectu ſentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, convenientiam partium ſentit.* Et mox: *Pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt.* A. Gellius noct. Attic. lib. 1, cap. 1, appellat eam *Naturalem membrorum omnium inter ſe competentiam.* Vitruvius paſſim *commenſum* dixit, & aliquando aliter. Quamquam autem Symmetriæ vocem ita varie varii autores interpretandam putaverint, minime tamen arbitramur ignoraſſe Plinium, quod Symmetriæ vox his & pluribus aliis modis potuerit transferri; ſed accuratiſſimo diligentiſſimi ſcriptoris judicio nihil horum ſatisfeciſſe putamus. Aliter de Analogiæ voce ſenſit Quintil. 1, 6: *Analogiam*, inquit, *proxime ex Græco in Latinum transferentes, proportionem vocaverunt.* Reſpexiſſe videtur Quintilianus ad hæc verba Tullii: *Omnia duo*, inquit*, *ad cohærendum, tertium aliquid requirunt, & quaſi nodum vinculumque deſiderant. Sed vinculorum id eſt aptiſſimum atque pulcherrimum, quod ex ſe atque ex his quæ adſtringit, quam maxime unum efficit. Id optime aſſequitur quæ Græce* ἀναλογία, *Latine (audendum eſt enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici poteſt.* A. Gellius quoque noct. Attic. 11, 24: *Analogiam quidam Latine proportionem vocant.* Seneca denique epiſt. 120: *Analogiæ verbum cum Latini grammatici civitate donaverint, ego damnandum non puto, nec in civitatem ſuam redigendum.* De Harmonia eſt hic locus Tullii: *Animus*, inquit†, *oculorum effugit obtutum. Eſt autem unus ex omnibus rationis contentioniſque* (ἁρμονία *Græce*) *ſempiternarum rerum & ſub intelligentiam cadentium compos & particeps.*

* De Univerſo.

† Ibid.

Analogiæ & Harmoniæ voces à numeris & concentibus mutuentur Artifices.

§. 2. Ἀναλογίας certe & ἁρμονίας voces videntur hic Artifices mutuati ab ea, quæ in numeris Arithmeticis & concentibus Muſicis deprehenditur proportione. Neque enim aliud quid eſt Proportio, quàm certa quædam lex numerorum, quam ſequuntur Artifices. *Omnium formarum corporearum artifices homines*, inquit Auguſtinus‡, *in arte habent numeros, quibus coaptant opera ſua; & tam diu manus atque inſtrumenta in fabricando movent, donec illud quod formatur foris, ad eam quæ intus eſt lucem numerorum relatum, quantam poteſt impetret abſolutionem, placeatque per interpretem ſenſum interno judici ſupernos numeros intuenti.* Plutarchus quoque περὶ τοῦ ἀκούειν, hanc ipſam rem diſertiſſimis tradidit verbis: Τὸ μὲν καλὸν, inquit, ἐκ πολλῶν οἷον ἀριθμῶν εἰς ἕνα καιρὸν ἡκόντων, ὑπὸ συμμετρίας τινὸς καὶ ἁρμονίας ἐπιτελεῖται· τὸ δ' αἰσχρὸν, ἐξ ἑνὸς τοῦ τυχόντος ἐλλείποντος ἢ προσόντος ἀτόπως, εὐθὺς ἑτοίμην ἔχει τὴν γένεσιν: *Id quod in quacunque re pulchrum eſt, ex multis veluti numeris ad unum temporis articulum convenientibus quadam concinnitate & concentu perficitur: cùm turpitudo ſtatim exiſtat, vel una aliqua etiam levicula re deficiente, aut abſurde poſita.* Mintanor quoque Muſicus, ſuadente arctiſſima Muſices atque Picturæ cognatione, videtur Muſicæ artis librum à ſe editum inſcripſiſſe χρωματοποιῶν, teſte Fulgentio *lib. 1 Mytholog.* Damaſcius quoque apud Photium, ubi de Jacobo Medico agit, genus aliquod Muſices χρωματικὸν vocat. Patet denique ex Plin. xxxv, 5, Pictores τόνου & ἁρμογῆς voces à Muſicis deſumptas ad Artem ſuam tranſtuliſſe. Videmus ergo non Muſicos tantum à Pictoribus, ſed Pictores etiam à Muſicis vice verſa terminos Artis non ob aliud mutuatos, quàm ut oſtenderent parem prorſus in utraque Arte rationem eſſe multiplicis illius, quæ in numeris conſiſtit, Proportionis: prorſus quaſi altera alterius auxilio indigeret.

‡ Lib. 11 de Libero arbitrio, cap. 16.

Inanem ſemper operam ſumere judicantur Artifices, qui operum ſuorum perfectionem

§. 3. Quamobrem cùm apud omnes in confeſſo ſit, nihil in hac rerum Univerſitate amplius nihilque admirabilius eſſe divino iſthoc, & juſta numerorum, ponderum, menſurarumque proportione temperato conſenſu; numerorum adhæc conſiderationem, quamlibet levem, præſentiſſimum rectæ rationis uſum poſtulare (nihil enim æque imminutæ mentis homines prodit, quàm in continuandis & comparandis numerorum rationibus laborare, hærere, excidere) liquet etiam hanc analogiam tanto magis exigere judicium acre, tanquam quæ numerorum proportionem animo conceptam ad materiam

aliunde, quam ex accuratiſſima rerum creatarum pulchritudine & proportione, putant hauriendam.

porro applicare, & veram artificis Naturæ rationem quàm proxime exprimere ſtudeat. Διὰ συμμετρίας λόγου ἡ τέχνη ἅπτεται: *Per Symmetriam ars ipſa rationem attingit*, Philoſtrat. in proœmio Iconum. Ex hac denique Symmetriæ cùm recta ratione cognatione perſpicuum cuivis eſſe poteſt, recte tradi in libro Sapientiæ, *Cap.* XI, *verſ* 21, Deum optimum maximum unicam veræ atque incorruptæ rationis ſcaturiginem, diſpoſuiſſe omnia menſura, numero, & pondere. Prorſus quemadmodum olim Pythagoræi affirmare non dubitabant, τήν τε ἀρετὴν ἁρμονίαν εἶναι, καὶ τὴν ὑγίειαν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν, καὶ τὸν θεόν· διὸ καὶ καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα: *Virtutem harmoniam eſſe, ſanitatem quoque, nec non omne bonum, ipſumque adeo Deum: proptereaque univerſa hæc harmoniæ potiſſimum beneficio conſiſtere.* Vide Laërtium lib. VIII. Plutarchus quoque περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, ſub finem libri: Οἱ πάλαι θεολόγοι, inquit, πρεσβύτατοι φιλοσόφων ὄντες, ὄργανα μουσικὰ θεῶν ἐνεχείριζον ἀγάλμασιν· οὐχ ὡς λύραν τι ἢ αὐλεῖν, ἀλλ' οὐθὲν ἔργον οἰόμενοι θεῶν, ὥσπερ ἁρμονίαν εἶναι καὶ συμφωνίαν: *Priſci Theologi, Philoſophorum vetuſtiſſimi, inſtrumenta muſica in manus deorum imaginibus poſuerunt: non ſane quòd eos lyra aut tibia ludere putarent, ſed quod nullum Deo opus convenientius eſſe judicarent, quam conſonantiam & harmoniam.* Univerſi ſane machinator atque opifex Deus non obſcura pulcherrimæ harmoniæ veſtigia rebus omnibus à ſe creatis impreſſit, quæ ſequantur Artifices, neque ullus unquam Artifex, ſine accùrata ſymmetriæ hujus obſervatione, vel minimam aſſecutus eſt umbram pulchritudinis iſtius, quæ apta membrorum compoſitione & lepido partium omnium inter ſe conſenſu oculos movet. Atque hæc eſt illa ἁρμονία τοῦ σώματος, *congruentia corporis*, Philoſtrat. Heroic. in Proteſilao: ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις, *apta conjunctio membrorum*, quæ una abſolvit atque conſummat corpora. Τῶν γὰρ μελῶν ἓν μὲν οὐδὲν τμηθὲν ἀφ' ἑτέρου καθ' ἑαυτὸ τι ἀξιόλογον ἔχει· πάντα δὲ μετ' ἀλλήλων ἐκπληροῖ τέλειον σύστημα, κυκλούμενα τῇ κοινωνίᾳ, καὶ ἔτι τῷ δεσμῷ τῆς ἁρμονίας περικλειόμενα: *Membrorum unum amputatum ab altero per ſe ipſum nihil quidem retinet laudabile: ſed alia cum aliis conjuncta omnia ſimul totius corporis compagem conſtituunt, & juſtam ipſi magnitudinem afferunt*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 35. *Longe multo pulchrius eſt corpus, quod ex membris pulchris omnibus conſtat, quam ipſa membra ſingula, quorum ordinatiſſimo conventu completur univerſum, quamvis & illa etiam ſigillatim pulchra ſint*, Auguſtinus lib. III Dulciloq. cap. 26. Τὸ κάλλος τοῦ σώματός ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθεστώτων αὐτῷ πρὸς ἄλληλά τε, καὶ πρὸς τὸ ὅλον: *Pulchritudo corporis eſt congruentia membrorum apte conſtitutorum ad invicem, & ad totum*, Stobæus Eclog. Ethic. cap. 5. Recte quoque Iſidorus Peluſiota lib. III, epiſt. 131: Τοῦ σωματικοῦ κάλλους ὅρος, ἡ τῶν μελῶν συμμετρία: *Congruus modus membrorum, corporeæ pulchritudinis eſt apex* Quemadmodum igitur vera naturalium corporum pulchritudo ſine hac harmoniæ concinnitate nulla prorſus eſt; ita etiam recta naturalium corporum imitatio in legitima proportionis hujus obſervatione potiſſimum conſiſtit. Ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ: *Statuæ omnia membra pulchra eſſe oportet*, Socrates apud Stobæum, Serm. I. Ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις, οὐ τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν, ἀλλὰ τοῖς καθόλου προσέχομεν μᾶλλον, εἰ ἔχει καλῶς τὸ ὅλον: *In operibus enormibus, non quærimus quid accuratum ſit in ſingulis partibus, ſed potius ad univerſam rem attendimus, ut pulchrum ſit totum*, Strabo lib. I. Μάλιστα ταῦτα γελῶμεν τῶν μιμημάτων, ὅσα τὴν ἐν τοῖς πλείστοις μέρεσιν ὁμοιότητα διαφυλάττοντα, τὴν ἐν τοῖς κυριωτάτοις παμμέγεθες σφάλλεται: *Maxime inter opera quæ imitatio effingit ea ridemus, quæ in plurimis partibus ſimilitudinem ſervant, in præcipuis vero ſæpe peccant*, Galenus lib. primo de uſu partium corporis humani. In Symmetria præter cæteros excelluere Parrhaſius & Lyſippus. *Parrhaſius primus ſymmetriam picturæ dedit*, Plin. XXXV, 10. *Lyſippus ſymmetriam diligentiſſime cuſtodivit*, Plin. XXXIV, 8. Hinc etiam liquere cuivis poteſt quanta cum ratione *metan* Anglo-Saxonibus non modo *metiri*, ſed *pingere* denotaverit. Unde & *metod beon* iis eſt *pingi*; *Metere*, *Pictor*; *meting*, *pictura*, &c. de quibus vide Laur. Noëlum, Guilj. Somnerum, aliosque Lexicographos Anglo-Saxonicos. Nonnihil quoque huc faciunt quæ habet Gloſſarium noſtrum Gothicum in MEΛGAN, ΓAMEΛGAN; *ſcribere*.

Symmetriam corporis humani, & quicquid verum conſtituit pulchritudinem, ex aſſidua perfectiſſimorum corporum inſpectione ante omnia perdiſcit Artifex.

§. 4. Præcipuum igitur ſtudium ſuum Artifex in pernoſcenda corporis humani ſymmetria ponet, commenſum proportionum præmonſtrante Vitruvio lib. III, cap. I. Diſcet quoque ex indefeſſa emendatiſſimorum corporum inſpectione, *Corpus hominis id demum pulchrum eſſe, in quo non eminent venæ, nec oſſa numerantur; ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra & exſurgit toris, ipſos quoque nervos rubore tegit & decore commendat*, Auctor Dialogi de cauſis corr. eloquent. cap. 21. *Oſſa, ut eſſe & adſtringi nervis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt*, Quintil. in proœmio libri primi. *Recta facies, ut ſtupere immobili rigore non debet, ita ſæpius in ea quam natura dedit ſpecie continenda eſt*, Quintil. IX, 3. Monebitur etiam in oculos paſſim incurrentibus exemplis, quod *Corporis bonam habitudinem ſæpe tumor imitatur*, Auctor rhet. ad Herennium, lib. IV. Κακοὶ ὄγκοι ἐπὶ σωμάτων: *Mali tumores in corporibus*, Dionyſ. Longinus

ginus περὶ ὕψους, §. 2. *Virgines propter ætatis teneritatem gracilioribus membris figuratas, effectus recipere in ornatu venuſtiores*, Vitruvius lib. IV, cap. I. *Non eſt formoſa mulier, cujus crus laudatur, aut brachium; ſed illa, cujus univerſa facies admirationem ſingulis partibus abſtulit*, Seneca epiſt. 33. Talis facies Ariſtæneto lib. I, epiſt. 16, elegantiſſime vocatur πρόσωπον ἀπρόσωπον: niſi forte quis putet illam tantum fœminam feſtivam ac lepidam eſſe, cujus elegantiſſimum os, minima quaſi pars eſt decoris in omnibus totius corporis partibus elucentis. Idem certe Ariſtænetus lib. I, epiſt. 3, talem formoſi corporis exſuperantiam tribuit Limonæ: Ἡ Λιμώνη καὶ ὑπερφυῶς εὐπρόσωπος οὖσα, ἐπειδὰν ἀποδύηται, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἔνδον ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ: *Limone ſupra quam dici poteſt formoſa exiſtens, ſimulac veſtem exuit, propter præcellentiam eorum quæ ſub veſte intus latebant, malam videtur habere faciem.* Statius lib. VI Thebaid. verſ. 570, de Parthenopæo Atalantæ filio formoſiſſimo:

> *Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro.*
> *Effulſere artus, membrorumque omnis aperta eſt*
> *Lætitia, inſignesque humeri, nec pectora nudis*
> *Deteriora genis, latuitque in corpore vultus.*

Tullius lib. I de Officiis: *Cùm pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas; venuſtatem, muliebrem ducere debemus; dignitatem, virilem. Formæ autem dignitas, coloris bonitate tuenda eſt; color, exercitationibus corporis.* Et mox: *Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à valetudine.* Seneca epiſt. CXV: *Non eſt ornamentum virile concinnitas.* Agrœcius quoque in viro quidem dignitatem oris, in fœmina vero venuſtatem commendari teſtatur. Quamobrem etiam Tullius in Oratore perfecto utrumque conjunxit: *Vultus vero*, inquit, *qui ſecundum vocem plurimum poteſt, quantam affert tum dignitatem, tum venuſtatem?* Dignitatis hujus illuſtriorem aliquanto ſpeciem operum ſuorum, amplitudine quærebant: *Statuas, ſigna, picturas, hominum denique mutorumque animalium formas, arborum etiam, ſi modo ſint decoræ, nihil magis quàm amplitudo commendat*, Plinius Junior libro I, epiſt. 20. *Zeuxis plus membris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus, atque (ut exiſtimant) Homerum ſecutus, cui validiſſima quæque forma etiam in fœminis placet*, Quintil. XII, 10. *Deprehenditur Zeuxis grandior in capitibus articuliſque*, Plin. XXXV, 9. *Euphranor primus videtur uſurpaſſe ſymmetriam; ſed fuit in univerſitate corporum exilior, capitibus articuliſque grandior*, Plin. XXXV, 11.

§. 5. Omnium ſæculorum annales evolve; ſingulos, qui Artes haſce feliciter tractarunt, obſerva; & quocunque te animo ac cogitatione converteris, deprehendes, eos tantum in hiſce Artibus nomen famamque conſecutos, qui naturæ conſentaneam ſymmetriarum rationem non incurioſe introſpexerant. Etenim ex commentationis hujus aſſiduitate perfectiſſimarum intelligentes formarum, ad eas potiſſimum imitandas toto impetu ferebantur; & quotidianæ exercitationis beneficio, dum contemplationi pulcherrimorum corporum diutius immorabantur, abſolutiſſima veræ pulchritudinis idea animos imbuentes, nihil non perfectum & exactis legitimarum proportionum rationibus ſubnixum dabant. Prima tamen pingendi fingendique rudimenta ex ſingularium corporum imitatione hauſerunt, dum nonniſi formoſiſſima quæque imitanda ſibi ſumebant. *Statuarum artifices pictoreſque clariſſimi, cùm corpora quàm ſpecioſiſſima fingendo pingendove efficere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis ſumerent ſibi, ſed Doryphoron illum aptum vel militiæ vel paleſtræ, aliorumque juvenum bellicoſorum & athletarum corpora, quæ eſſe decora vere exiſtimarunt*, Quintil. V, 12. Appoſite itaque Plinius Junior lib. I, epiſt. 5: *Stultiſſimum credo ad imitandum non optima quæque proponere.* Pictores olim ad Laidem confertim curſitare ſolebant, pectus atque ubera belliſſimi corporis delineaturi; eamque ob id ipſum, vix dum adultam, magno in pretio habuit Apelles; qui etiam nobilem illam Venerem anadyomenen pinxit ad exemplum Phrynes apud Eleuſinem Neptuni feriis mare ingreſſæ, capillo paſſo, depoſitis veſtibus: *Athenæus libro* XIII. Quamquam Plin. libro XXXV, cap. 10, ad exemplum Campaſpes pellicis Alexandri magni pictam tradat Venerem illam è mari emergentem. Teſtatur etiam Clemens Alexandrinus in Protreptico, imagines Veneris à Pictoribus Phrynes formam, quamdiu ea in flore ætatis fuit, imitantibus delineatas; à marmorariis ſimiliter Hermas ad accuratiſſimam Alcibiadis formam effictos. Ariſtænetus libro I, epiſt. I de Laide ſua: Ταύτην ἐκείνοις, ὡς εἰπεῖν τι ἰδοῦ, οἱ κορυφαῖοι γεγράφασι τῶν ζωγράφων· ἡνίκα ἂν δέοι γράφειν Ἑλένην, ἢ Χάριτας, ἢ καὶ αὐτήν γε τὴν ἀρχηγὸν τῶν Χαρίτων, εἰς ὑπερφυὲς παράδειγμα κάλλους ἀφορῶντες, ἀνασκοποῦσι τὴν εἰκόνα Λαΐδος, κἀντεῦθεν ἀπολυποῦνται θεσπεσίως τι φιλοτεχνούμενον εἶδος: *Pinxere ipſam ſibi quàm potuere optime pictorum eximii: tum ſi quando ipſis Helena, Gratiæve, aut ipſa Gratiarum præſes effingenda, velut ad eximium pulchritudinis exemplar, reſpiciunt ad ima-*

Singularium corporum imitationi diutiſſime immorabantur priſci Artifices.

imaginem Laïdis, *atque inde formam*, *quam accurate fingendam ſibi propoſuere*, *divinæ exprimunt*. Pari plane ratione confluebant Artifices ad Theodotam meretricem, cujus cum Socrate diſſertatiunculam refert Xenophon Apomnem. lib. III. *Quis Praxitelem neſcit*, *Poſidippum ſi relegat*, *ad formam Cratinæ meretricis*, *quam infelix perdite diligebat*, *os Veneris Cnidiæ ſollerti aliarum coegiſſe certamine?* Arnob. lib. VI adv. gentes. Plautus Pœnulo, Actu V, Scen. *Fuit hodie*, &c.

- - - O Apella, ô Zeuxis pictor,
Cur numero eſtis mortui? Hinc exemplum ut pingeretis.
Nam alios pictores nihil moror hujuſmodi tractare exempla.

Potiſſimam tamen in hoc Picturarum genere vultus habuerunt rationem, atque ei non immerito plurimum ſemper impenderunt laboris ac ſtudii. Videas profecto *In facie vultuque noſtro*, *cùm ſint decem aut paulo plura membra*, *nullas duas in tot millibus hominum indiſcretas effigies exiſtere*, Plin. VII, I. Quumque reliqua humani corporis lævia propemodum ſint, ſolus vultus varietatis plurimum habet, propter operoſam in eo partium eminentium ac recedentium aſperitatem. Τραχὺ γὰρ τὸ πρόσωπον, διότι ἐξ ἀνωμάλων καὶ ἀνίσων σύγκειται μορίων, στόματος, καὶ ῥινὸς, καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν μὲν προσεστῶσαν ἐχόντων τὴν θέσιν, τῶν δὲ κοίλην: *Facies eſt aſpera*, *quia ex particulis inæqualibus & imparibus conſtat*, *ut ex naſo*, *oculis*, *& reliquis*, *quarum ſitus partim prominens eſt*, *partim cavus*, Ammonius in decem categorias Ariſtotelis, cap. περὶ ποιοῦ καὶ ποιότητος. Quamquam non ob hoc tantum plus laboris atque operæ in vultu collocandum olim putaverint; verum etiam, quod totius oris lineamenta quaſi quoddam ſpecimen morum exhibeant. Οἱ ζωγράφοι τὰς ὁμοιότητας ἀπὸ τοῦ προσώπου, καὶ τῶν περὶ τὴν ὄψιν εἰδῶν, οἷς ἐμφαίνεται τὸ ἦθος, ἀναλαμβάνουσιν, ἐλάχιστα τῶν λοιπῶν μερῶν φροντίζοντες: *Pictores ex facie & vultu*, *ex quibus elucent mores*, *deſumunt ſimilitudines*, *nec de cæteris membris laborant magnopere*, Plutarch. in Alexandro circa initium. *Qui corporum formas æmulantur*, *poſtpoſitis quæ reliqua ſunt*, *ante omnia effigiant modum capitis*, *nec in alia membra prius lineas deſtinant*, *quàm ab ipſa (ut ita dixerim) figurarum arce auſpicium faciant inchoandi*, Solinus in epiſtola ad Antium Polyhiſtori præfixa. Inventionis tamen œconomia poſtulante expreſſam formoſi corporis faciem, exquiſitiſſimo colorum atque Artis apparatu eam ornare ac minime celare ſolebant. Πρόσωπα ὀφείλεται μὲν παρὰ τῶν ζωγράφων τοῖς ἐν ὥρᾳ· καὶ τυφλώττουσί γε ἄνευ τούτων αἱ γραφαί: *Facies quidem à pictoribus debentur iis qui in vigore ætatis etiamnum conſtituti ſunt*; *ſiquidem abſque his quodammodo excæcantur picturæ*, Philoſtratus Iconum lib. I in Como. Ubi obiter quoque affert rationem cur hoc in ea, quam ibi deſcribit, Comi Pictura obſervatum non ſit. Cautius vero notabili quodam oris dehoneſtamento inſignes exprimebant; *Habet in pictura ſpeciem tota facies*, inquit Quintilianus lib. II Orat. inſtitut. cap. 13, *Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero oſtendit*, *ut amiſſi oculi deformitas lateret*. Periclem totius corporis ſpecie ſatis probatum, caput oblongum ac minus reliquo corpori congruum habuiſſe tradit Plutarchus in ejus vita. Ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι, inquit Idem ibidem, κράνεσι περιέχονται, μὴ βουλομένων, ὡς ἔοικε, τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν: *Unde galeatæ ſunt propemodum omnes ejus imagines*, *nolentibus artificibus*, *ut veriſimile eſt*, *hoc ei vitium exprobrare*. Sollicite interim cavebant ne à ſimilitudine prorſus exciderent, ſi vultui, quem exprimendum ſibi ſumpſerant, pluſculum gratificarentur: manum itaque *Ne in melius quidem ſinebant aberrare*, ut loquitur Plinius Junior lib. IV, epiſt. 28. Οἱ τοὺς ἐν ὥρᾳ γράφοντες, ὅταν χαρίζεσθαί τι παρ' ἑαυτῶν εἰς τὴν γραφὴν βουληθῶσι, τὸ πᾶν εἶδος τῆς ὁμοιώσεως διαφθείρουσιν· ὥστε ἅμα τε τοῦ παραδείγματος ἡμαρτηκέναι καὶ τοῦ κάλλους. *Qui formoſulos in ætatis flore conſtitutos pingunt*, *voluntque picturæ lenocinium quoddam & gratiam de ſuo adjicere*, *totam depravant repræſentatam effigiem*, *ſic ut ab exemplari propoſito pariter*, *& à vera forma aberrent*, Eunapius in Jamblicho.

Exinde ſtudium ſuum transferebant ad pulchritudinem illam exprimendam, cujus exemplar animo jam olim inſcripſerant.

§. 6. Poſt hanc ſingularium corporum imitationem inſtructiore jam animo tranſibant ad magis arduam imitationem pulchritudinis crebra exercitatione animo impreſſæ; atque hic non ita anxie curabant, ut certi alicujus corporis indiſcretam ſimilitudinem exprimerent, ſed ut corpus aliquod juxta veram ſymmetriæ rationem effingerent, aſſequerenturque illam decoræ formæ gratiam, quæ ut ſorte in uno aliquo corpore nuſquam deprehenditur, ita multorum perfectiſſimorum corporum curioſa inſpectione efficitur. Καὶ πλάσται, καὶ γραφεῖς, ἀνδριαντοποιοί τε, καὶ ὅλως ἀγαλματοποιοὶ τὰ κάλλιστα γράφουσί τε καὶ πλάττουσι καθ' ἕκαστον εἶδος, οἷον ἄνθρωπον εὐμορφότατον, ἢ ἵππον, ἢ βοῦν, ἢ λέοντα, τὸ μέσον ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει σκοποῦντες· καί πού τις ἀνδριὰς ἐπαινεῖται Πολυκλείτου κανὼν ὀνομαζόμενος, ἐκ τοῦ πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τὴν πρὸς ἄλληλα συμμετρίαν ἔχειν, ὀνόματος τοιούτου τυχών: *Plaſtæ*, *pictores*, *ſtatuarii*, *aliique denique fictores*, *quæ pulcherrima in omni ſpecie ſunt pinguntſinguntque*, *veluti hominem*, *equum*, *bovem*, *leonem formoſiſſimum*, *ad id*, *quod medium*

medium eſt in illa ſpecie collineantes. Laudantque homines quandam Polycleti ſtatuam, canonem appellatam, inde adeo id nomen ſortitam, quod partium inter ſe omnium competentiam ad unguem habeat, Galenus lib. I περὶ κράσεων.

§. 7. Similitudini ſemper quantum ſatis erat indulgebant. Ἐπὶ ἀνδριάντων ζητεῖται τὸ ὅμοιον ἀνθρώπῳ: *In ſtatuis requiritur quod eſt ſimile homini*, inquit Dionyſius Longinus περὶ ὕψους, §. 32. Vide quoque Nazianzenum Orat. IV de Theologia. *Neque enim rectum eſt dicere aut appellare ſimulachrum*, ut loquitur Arnobius lib. VI adverſus Gentes, *quod non pariles lineas principali ab ore traducat*. Τὸ γὰρ ἐν τῇ εἰκόνι γεγραμμένον τοῦ Σωκράτους ὁμοίωμα, εἰ μὴ καὶ τὸ φαλακρὸν, καὶ τὸ σιμὸν, καὶ τὸ ἐξόφθαλμον ἔχει τοῦ Σωκράτους, οὐκέτ᾽ ἂν αὐτοῦ λέγοιτο εἶναι ὁμοίωμα: *Niſi enim in imagine depicta Socratis ſimilitudo, & calvitiem, & ſimas nares, & oculos prominentes habeat Socratis, ejus imago nequaquam dici poſſit*, Ammonius in Ariſtot. περὶ ἑρμηνείας. Apelles certe *Adeo indiſcretæ ſimilitudinis imagines pinxit, ut incredibile dictu Apion grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem (quos metopoſcopos vocant) ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ*, Plin. XXXV, 10. Semper itaque, quanto quis Artifex melior, tanto minus à vera ſimilitudine corporum aberrat. Atque hoc eſt illud, quod tangit Philoponus in lib. IV Ariſtotelis de Generat. animalium: Ὀλιγάκις γίνεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὰ τέρατα, διὰ τὸ τέλεια φύειν· ἐπεὶ γὰρ δύναται τέλεια φύειν, βραδέως ἀποτυγχάνει· ὥσπερ γὰρ οἱ χαριέστατοι τῶν ζωγράφων βραδέως ἀποτυγχάνουσι περὶ τὸ τῶν μιμουμένων ὑπ᾽ αὐτῶν ἐμφερείας, οὕτω καὶ τὰ πλειογόνα: *Raro naſcuntur inter homines monſtra, quoniam perfecta gignunt. Quæcunque vero perfecta gignunt, raro ſine ſuo excidunt. Sicut enim optimi Pictores ægre aberrant à ſimilitudine eorum quæ imitantur, ita & quæ perfecta gignunt.*

Magnam quidem vere ſimilitudinis habebant rationem.

§. 8. Quemadmodum igitur ex jam dictis conſtare poteſt, antiquos Artifices non levem veræ ſimilitudinis rationem habuiſſe: ita iidem impenſiore cura, præter nudam ſimilitudinem, exprimere ſtudebant præcipuam illam virtutem, quæ ex obſervatione Symmetriæ promanat; quemadmodum hæc duo eleganter diſtinxit Maximus Tyrius Diſſertat. XVI: Ἡ Ὁμήρου ποίησις τοιάδε τίς ἐστιν, οἵαν εἰ καὶ ζωγράφον ἐννοήσαις φιλόσοφον Πολύγνωτον, ἢ Ζεῦξιν, μὴ γράφοντα εἰκῇ· καὶ γὰρ τούτων ἔσται τὸ σχῆμα διπλοῦν· τὸ μὲν ἐκ τῆς τέχνης, τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀρετῆς· κατὰ μὲν τὴν τέχνην, τὰ σχήματα καὶ τὰ σώματα εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἀληθοῦς διασώζοντα· κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν, εἰς μίμησιν τοῦ κάλλους τὴν εὐσχημοσύνην τῶν γραμμῶν διατιθέντα: *Talis eſt Homeri poëſis, qualis pictura Polygnoti futura erit aut Zeuxidis, ſi ſimul Pictores illi fiant Philoſophi. Duplicem enim ſibi ſcopum proponent: quorum alter artem, alter virtutem ſpectabit. Quod ad artem, ut figuræ ac corpora veritatem referant: quod ad virtutem, ut congrui linearum ductus, ipſam pulchritudinem diligenter exprimant.* Hæc Tyrius. *Traditur etiam Zeuxin pinxiſſe puerum uvam tenentem; & cum tanta eſſet ſimilitudo uvæ, ut etiam aves advolarent operi, quendam ex præſentibus dixiſſe, aves male exiſtimare de tabula: non fuiſſe enim advolaturas, ſi puer ſimilis eſſet. Zeuxin ajunt obleviſſe uvam, & ſervaſſe illud quod melius erat in tabula, non quod ſimilius*, Seneca Controv. 5 libri decimi. *Ad veritatem Lyſippum & Praxitelem acceſſiſſe optimè affirmant: nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quàm pulchritudinis amantior*, Quintilianus XII, 10. Lyſippus certe, teſte Plinio libro XXXIV, cap. 8: *Statuariæ arti plurimum traditur contuliſſe; capillum exprimendo; capita minora faciendo, quàm antiqui; corpora graciliora ſicciorаque, per quæ proceritas ſignorum major videretur. Symmetriam diligentiſſime cuſtodivit, nova intactaque ratione quadratas veterum ſtatuas permutando: vulgoque dicebat ab illis factos, quales eſſent homines; à ſe, quales eſſe viderentur.* Prætulerunt ergo antiquiores Symmetriam ſimilitudini; ſentientes ſimilitudinem eſſe ex Arte; congruam vero Symmetriarum rationem ex virtute quadam Artificis Artem ipſam ſuperante promanare.

Symmetriæ tamen, vel cùm ſimilitudinis jactura, inſiſtendum putabant.

§ 9. Quoniam autem nuda corpora, *Vitia, ſi qua ſunt, non celant, nec laudes parum oſtentant*, ut loquitur Plin. Junior lib. III, epiſt. 6; in iis potiſſimum elaborandis antiquiores deſudarunt. *Ipſa nuditas hominis mire ad pulchritudinem facit*, Lactant. de Opificio Dei, cap. 7. Ariſtænetus lib. I, epiſt. I: Ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη· ἐκδῦσα δὲ, ὅλη πρόσωπον φαίνεται: *Veſtem induitur, formoſa; exuitur, tota forma eſt.* Geſtiebant itaque ſimpliciſſimum nudæ proportionis ornatum, ſine ullo veſtium tegmine oculis omnium exponere. Quamvis aliam quoque rationem afferat Alexander Aphrodiſ. propter quam veteres Artifices Deorum ac Regum ſtatuas plerumque nudas finxerint: Οἱ ἀνδριαντοποιοὶ πρὸς τιμὴν ἐνίοτε γυμνοὺς πλάττουσι θεούς τε καὶ βασιλεῖς, inquit Aphrodiſ. lib. I, problem. 87, δεῖξαι βουλόμενοι τούτων τὸ φανερὸν τῆς δυνάμεως καὶ γνώμης ἐκτὸς ἐν πάσης κακίας κεκρυμμένης: *Statuarii ſæpenumero honoris ergo nudos fingunt Deos ac Reges, ut indicent manifeſtam eorum vim, apertumque animum ab omni occulta malitia quam longiſſime remotum eſſe.* Quanta vero cum ratione ſtatuarum ſuarum pleraſque nudas factitaverint, vel uno Praxitelis exemplo ſatis oſtenditur. *Duas fecerat Veneres Praxiteles, ſimulque vendebat; alteram velata ſpecie, quam ob id quidem prætulerunt*

Nihil igitur mirum antiquos Artifices, Græcos præſertim, è nudis fere imaginibus præcipuam exactæ Artis captaſſe famam.

 optione,

optione, quorum conditio erat, Coi; cùm alteram etiam eodem pretio detuliſſet; ſeverum id ac pudicum arbitrantes. Rejectam Gnidii emerunt; immenſa differentia famæ: illo enim ſigno Praxiteles nobilitavit Gnidum. Ædicula ejus tota aperitur, ut conſpici poſſit undique effigies Deæ; favente ipſa, ut creditur, facto. Nec minor ex quacunque parte admiratio eſt, Plin. XXXVI, 5. *Pinxit Apelles Heroa nudum, eaque pictura naturam ipſam provocavit*, Plin. XXXV, 10. *Græca res eſt, nihil velare; at contra Romana ac militaris thoracas addere*, Plin. XXXIV, 5. Eſt ſane ſimplicitatis iſtius ex ipſa rerum natura deductæ in veterum ſtatuis præcipua laus. Quamobrem etiam non male de iis Caſſiodorus *Variarum* VII, 15, affirmat, quod quiſquis eas intuebitur, *Videbit profecto meliora, quàm legit; pulchriora, quam cogitare potuit; ſtatuas illas auctorum ſuorum ſcilicet adhuc ſigna retinentes. Conſpiciet expreſſas in ære venas, niſu quodam muſculos tumentes, nervos quaſi gradu tenſos, & ſic hominem fuſum in diverſas ſimilitudines, ut credat potius eſſe generatum. Mirabitur formis equinis etiam ineſſe fervores: criſpatis enim naribus ac rotundis, conſtrictis membris, auribus remulſis, credat forſitan curſus appetere, quum ſe metalla noverit non movere.*

Curabant etiam ut baſis operi, & opus loco reſponderet.

§. 10. Præter hanc concinnæ proportionis gratiam ex nuda atque inaffectata naturalium corporum ſimilitudine deſumptam, illud etiam ſummo ſtudio curabant antiqui Artifices, ne baſis ipſa, aut locus ſtatuis à ſe factis deſtinatus, ab ipſarum ſtatuarum proportione diſſideret. De primo agit Plutarch. de Alexandri fortuna aut virtute: οἱ φαῦλοι τεχνῖται βάσεις μεγάλας μικροῖς ὑφιστάντες ἀναθήμασιν, ἐλέγχουσιν αὐτῶν καὶ τὰς μικρότητας: *Viles artifices magnas baſes parvis ſupponentes ſtatuis, redarguunt ſeſe & exiguitatem ejus.* De ſecundo loquitur Vitruvius lib. III, cap. 1: *Sacrarum ædium membra, ad univerſam totius magnitudinis ſummam, ex partibus ſingulis convenientiſſimum debent habere commenſuum reſponſum.* Quod enim ad *membra ſacrarum ædium* etiam ſtatuæ earum atque imagines pertineant, docet nos Arrianus in ipſo ſtatim initio Peripli ponti Euxini. Ibi enim Adrianum Imper. certiorem facit Mercurii ac Phileſii ſtatuas in Trapezuntiorum templo minores eſſe, quàm pro ipſius templi ratione debeant: vide locum. Strabo quoque lib. VIII teſtatur, ſimulacrum Jovis Olympii tantæ magnitudinis à Phidia factum, ut, quamquam ſit maximum, bonam tamen videatur proportionis rationem habuiſſe, quod ſedentem finxit, ita ut vertice culmen propemodum tangat, & ex ipſa ſpecie appareat eum, ſi ſurgeret ſeque erigeret, tecto templum eſſe nudaturum: ad quem locum vide Caſaubonum, qui aliter aliquanto Strabonis verba intelligit. Maxime tamen altitudinis habuerunt rationem, quotquot inter antiquos excellebant; prout enim altior humiliorve locus aſſignatus erat operum ſuorum conſecrationi, aliter quoque atque aliter ea effingebant; cujus rei quamquam ſuperiore capite illuſtre attulerimus exemplum, rationem tamen hic ex Vitruvio* adducemus: *Quò altius oculi ſcandit acies, non facile perſecat aëris crebritatem; dilapſa itaque altitudinis ſpatio, & viribus extrita, incertam modulorum renuntiat ſenſibus quantitatem. Quare ſemper adjiciendum eſt rationis ſupplementum in ſymmetriarum membris; ut cùm fuerint in altioribus locis opera, aut etiam ipſa coloſſicotera, certam habeant magnitudinum rationem.* In ſtatuarum denique conſecratione, ut & hoc obiter addam, circumſpiciendum quoque videtur, ne ſtatuam ponamus eo in loco, ubi eam vaſta vicinæ ſtatuæ moles obſcuret. Ita Χρύσιππον Carneades, *apud Laertium in Chryſippo*, facete dixit Κρύψιππον, quòd ſtatua ejus in Ceramico, ob viciniam enormioris ſtatuæ equeſtris, conſpici vix poſſet.

* Lib. III, cap. 3.

Nihil fere videbatur arduum iis, qui veram Symmetriæ rationem habebant exploratam.

§. 11. Qui ſymmetriarum rationem habent exploratam, ſcientiæ ejus beneficio ſtupenda quandoque edunt opera. φασὶ τῶν πλαστῶν τινα, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο, κατ' ἀξίαν τοῦ ὄνυχος ἀναπλασθείς: *Ajunt ſtatuarium quendam, opinor Phidiam, tantum ab ungue leonis conſpecto, æſtimaſſe in quantam magnitudinem totus leo exurgeret, ſi juxta unguis rationem fuiſſet formatus*, Lucianus in Hermotimo. Similis fuit, in occaſione non abſimili, ſollertia Pulchri Geometræ; de qua hæc habet Phlegon Trallianus *cap.* 13 *&* 14 *de Rebus mirabilibus*; Apollonius Grammaticus narrat Tiberii Neronis ætate fuiſſe terræmotum, quo multæ ac celebres Aſiæ urbes funditus deletæ ſunt, quas deinde Tiberius ſuo ſumtu reſtauravit; propter quod beneficium Aſiani coloſſum ei in foro Romano pone fanum Veneris erexerunt, & ſingularum deinceps urbium ſtatuas ſubjunxerunt. Sed & Siciliæ non paucæ urbes eo terræmotu afflictæ fuerunt, & loca Rhegio vicina, & Ponticæ eum gentes ſenſerunt. Enimvero quibus in locis terra à ſe divulſa fuit, ingentia ſunt reperta cadavera, quorum magnitudine ſtupefacti incolæ, non auſi ſunt ea loco movere. Indicii tamen cauſſa Romam miſerunt dentem uni exemtum, qui pedis menſuram non attigit modo, ſed etiam ſuperavit: quem legati Tiberio oſtendentes, ſimul etiam quæſiverunt, velletne ad ſe Heroëm, cujus is fuerat, afferri? Ibi prudenter Tiberius conſilium eò direxit, ut neque cognitione magnitudinis ſe ipſum privaret, & ſpoliandorum cadaverum flagitium evitaret. Inſignem quendam Geometram nomine Pulchrum

chrum, quem ob Artem apud ſe honorifice habebat, accitum, faciem juſſit fingere denti proportione reſpondentem. At Artifex, poſteaquam ſumſerat menſuram, atque ex dentis quantitate perſpexerat quanta facies & quæ totius corporis moles futura eſſet, celeriter opus abſolvit, atque ad Imperatorem detulit: qui ſufficere ſibi hoc ſpectaculum dicens, dentem eo, unde erat allatus, remiſit. Hæc Phlegon.

§. 12. Præcipuum tamen Symmetriæ hujus uſum in lineari pictura deprehendas, quæ, cùm nullo colorum fuco velata ſit, perfectæ proportionis legem oculis noſtris apertiſſime ſubjicit. Γραμμικὴν γὰρ, καὶ τὸ ἄνευ χρώματος, ὃ δὴ σκιᾶς τε σύγκειται καὶ φωτὸς, ζωγραφίαν προσήκει καλεῖν· καὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁμοιότης τε ὁρᾶται, εἶδός τε, καὶ νοῦς, καὶ αἰδὼς, καὶ θρασύτης· καίτοι χρῄζει χρωμάτων ταῦτα· καὶ οὔτε αἷμα ἐμφαίνει, οὔτε κόμης τινὸς ἢ ὑπήνης ἄνθος· ἀλλὰ μονοτρόπως ξυντιθέμενα, τῷ τε ξανθῷ ἀνθρώπῳ ἔοικε, καὶ τῷ λευκῷ. κἂν τῶν Ἰνδῶν τινα λευκῇ τῇ γραμμῇ γράψωμεν, μέλας δήπου δόξει· τὸ γὰρ ὑπόσιμον τῆς ῥινὸς, καὶ οἱ ὀρθοὶ βόστρυχοι, καὶ ἡ περιττὴ γένυς, καὶ ἡ περὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς οἷον ἔκπληξις, μελαίνει τὰ ὁρώμενα, καὶ Ἰνδὸν ὑπογράφει τοῖς γε μὴ ἀνοήτως ὁρῶσιν: *Lineamentum enim, & quod ſine colore umbra duntaxat & lumine conſtat, pictura appellanda eſt. Etenim in iſtis rei ſimilitudo cernitur, etiam forma, & mens, & pudor, quamvis coloribus tales affectus careant. Neque vero ſanguinem, neque comarum aut pubeſcentis barbæ florem exprimunt: ſed quamvis ſimpliciter unoque modo compoſita, flavi hominis aut albi ſimilitudinem repræſentant. Quinimo ſi Indum quendam albis lineamentis deſignaverimus, tamen nigrum ſe aſpicientibus offert. Naſi enim ſimitas, & erecti capillorum cincinni, tum genarum eminentia, & ſtuporis imago quædam oculis circumfuſa denigrans ea quæ conſpiciuntur, atque Indum eſſe recte conſiderantibus demonſtrant*, Philoſtrat. de vita Apollonii, lib. II, cap. 10. Horat. lib. II, Satyra 7:

Lineatis interim Pictura, multis colorum fucis obumbrata, Proportionis vim perſpecue magis ante oculos ponit.

- - - Contento poplite miror
Prælia rubrica picta aut carbone; velut ſi
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri. - - -

Picturas interim primorum tantummodo lineamentorum nudos ductus exhibentes, Græci μονογράμμους, ac fortaſſe etiam ὑπολίτους, Latini vero, ſi doctiſſimorum hominum ſuſpicionem admittimus, *Subleſtas* vocant. Et quamvis linearis hæc delineatio, Symmetriarum rationibus adjuta, à vera rerum ſimilitudine quàm proxime abſit; requirit tamen amplius aliquid, & veluti manca eſt, uſque dum ad prima illa lineamenta pigmentorum flos acceſſerit: *Philoſtrat. lib. II de vitis Sophiſtarum, in Chreſto.* Οἱ γραφεῖς ὑπογράψαντες ταῖς γραμμαῖς, οὕτως ἐναλείφουσι τοῖς χρώμασι τὸ ζῷον: *Pictores lineis primum delineantes, ita demum coloribus illinunt animal*, Ariſtoteles de Generat. animal. lib. II, cap. 6. Ἐπὶ τῶν εἰκόνων χρῶμα γραμμῆς κινητικώτερον: *In imaginibus color magis afficit ſpectatores, quàm nuda lineamenta*, Iſidorus Peluſiota lib. IV, epiſt. 109. Plutarchus in Pericle, circa ipſum ſtatim initium: Ὀφθαλμῷ χρόα προσφορὸς, ἧς τὸ ἀνθηρὸν ἅμα καὶ τερπνὸν ἀναζωπυρεῖ καὶ τρέφει τὴν ὄψιν: *Oculo is demum gratus eſt color, qui floridus ſimul & amœnus recreat alitque viſum.* Quamobrem etiam in his primis operibus, quæ non ipſa parva ſunt, ſed majorum quaſi membra atque partes, benè inſtituto ac ſatis jam exercitato, majora ſunt aggredienda. Appoſite Manilius lib. II Aſtron.

Ut rudibus pueris monſtratur littera primum
Per faciem, nomenque ſuum; tum ponitur uſus;
Tum conjuncta ſuis formatur ſyllaba nodis;
Hinc verbis ſtructura venit per membra legendi.
Tum rerum vires, atque artis traditur uſus;
Perque pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt;
Singulaque in ſumma prodeſt didiciſſe priora.
Quæ niſi conſtiterint propriis fundata elementis,
Verſis, quæ propere dederint præcepta magiſtri,
Effluat in vanum rerum præpoſterus ordo.

Unde nos quoque res ipſa proxime ducit ad perfectiſſimam illam Picturæ ſpeciem, quam ex variegata diverſiſſimorum colorum elegantia χρωματογραφίαν dixit Polyb. lib. V, quæ veritati proximam imaginem reddit; atque ideo ita eſt celebrata, ut pleriſque videatur ad formandam Artem vel ſola ſufficere. Ariſtoteles de Mundo, cap. 5: Ζωγραφία λευκῶν τε καὶ μελάνων, ὠχρῶν τε καὶ ἐρυθρῶν χρωμάτων ἐγκερασαμένη φύσεις, τὰς εἰκόνας τοῖς προηγουμένοις ἀπετέλεσε συμφώνους. Apulejus vertit: *Pictura ex diſcordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis & puniceis, confuſione modica temperatis, imagines iis quos imitatur ſimiles facit.* Ariſtides quoque oratione Platonica prima, quæ eſt de Rhetorica: Τὸ κάλλιστον τῆς τέχνης καὶ πλεῖστου ἄξιον, inquit, καὶ ᾧ γραφικὴ ἢ πλαστικὴ εἶναι διαφέρει,

φέρει, τοῦτ' ἐστὶν ἡ τῶν χρωμάτων ὄντως μῖξις: *Quod pulcherrimum perfectiſſimumque eſt in arte, quodque picturam à plaſtice diſtinguit, eſt utique mixtura colorum.*

CAPUT III.

§. 1. *Ipſa ſe Ars, poſt prima delineationis rudimenta, facile colorabit ac roborabit, ſi Pictor ſatis commode variorum ingenia colorum uſu tractandoque cognoverit.*

§. 2. *Quòd vero Artifices tanto ſæpe antiſtent Artificibus, ex minus magisve accurata colorum intelligentia quandoque provenit; prorſus ut multiplici huic pigmentorum variegationi Pictores debent, quòd eos æmula Plaſtarum contentio in viva plurimarum rerum ſimilitudine exprimenda non niſi longo intervallo ſequatur.*

§. 3. *Artifici interim etiam atque etiam cavendum, ne ineptam tabulam aut linteum inidoneum ad opus afferat.*

§. 4. *Simpliciora primum fuere harum Artium initia; mox autem eis elationes, depreſſiones, receſſus, umbras, lucem, melior atque elaboratior attribuit cura. Etenim quum deprehendiſſent Artifices floridiſſimis quibusque pigmentis ex diverſiſſimorum colorum vicinia pluſculum vigoris accedere, paullatim quoque potiſſimam vim Artis in recta Luminis atque Umbræ, nec non in diligenti Tenebrarum & Splendoris obſervatione collocatam eſſe judicarunt.*

§. 5. *Lumen præcipue conſtituit Umbram.*

§. 6. *Umbra maxime commendat Lumen.*

§. 7. *Tenebras vocamus profundiorem Umbræ caliginem; denſa nimirum obſcuratione quaſdam operis partes magis etiam inumbrante. Quoniam vero Tenebrarum vicinia Splendor excitatur, cuivis quoque manifeſtum fit Splendorem nihil eſſe aliud, quàm Luminis intenſionem.*

§. 8. *Solenne eſt Artificibus Splendorem hunc quandoque ex neceſſitate, ſemper vero ad majorem cultum atque ornatum operibus ſuis accommodare. Quemadmodum enim neceſſario in pictura angelorum, gemmarum, armorum, florum, ignis, auri, & ſimilium, adhibendus eſt Splendor; ita quoque ex more inſtitutoque antiquiſſimorum Artificum præcipuam ſemper laudem merentur opera brevi quodam coruſci luminis ſplendore vibrantia. Ut vero conſperſa ſit quaſi quibuſdam blandiſſimorum pigmentorum floribus, id non debet eſſe fuſum æquabiliter per omnem picturam; ſed ita diſtinctum, ut ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia & lumina. Quotquot igitur in eo magis elaborant, ut gemmea videantur opera ſua, quàm ut gemmis diſtincta ſint; inſano iſthoc irriti conatus labore prælautæ cujuſdam prænitentisque ac nimio luxu redundantis copiæ crimen ſubeunt, nullis in pictura ſua inſignibus effulgentibus, ſed confertim ad faſtidium uſque congeſtis ac mutua ſibi officientibus.*

§. 9. *Non minorem quoque operam, curam, induſtriam in colorum commiſſura, quam Harmogen vocant, collocabit Artifex antiquorum æmulus: ſiquidem nihil æque picturam illuſtrat, nihil quoque ſpectantes efficacius ducit ac fallit, quam miraculoſus ille tranſitus, quo diverſiſſimi colores, nullo alio interveniente medio, ſenſim ſine ſenſu ita miſcentur confunduntur que, ut perſpicaciſſimos quoque oculos fugiat hujus illiusve initium aut finis.*

§. 10. *Omnes adhæc Artis atque induſtriæ ſuæ nervos in elaboranda extremarum linearum ſubtilitate collocabant priſci Artifices; gnari multos media rerum non infeliciter pinxiſſe, paucos vero in extremitatibus imaginum ſubtiliter præcidendis gloriam tuliſſe.*

§. 11. *Inter hæc denique tantarum Artium adminicula ſemper quoque meminerant ruborem candori miſtum per totum corpus in ſimilitudinem ſanguinis fundendum eſſe; quandoquidem conſtat nullam eſſe gratiam pulcherrimæ cujuſque formæ, ſine hac nativi coloris ſuavitate.*

§. 12. *Additis igitur primum rudi atque inchoato corpori veluti lineamentorum dimenſionibus, unde prima pingendi lex orta eſt: poſtremo ornatus, tanquam mundus ac veſtitus quiſpiam eſt adinventus; quo formata jam animataque ſplendeſceret materia. Quamobrem etiam ipſe ne illis quidem nimium repugno, qui nonnihil putant eſſe dandum temporibus nitidius aliquid atque affectatius poſtulantibus. Non repugno, non impedio quò minus oculis multitudinis, quantum res ratioque ſinet, indulgeamus, & in ipſa quandoque Arte quædam adhibeamus quæ animos hominum oblectare ac permovere nata ſint, quæque non Aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinentur. Quoniam tamen cultus ille nimis exquiſitus maſculam generoſæ Artis vim plerumque frangit atque enervat, hunc ipſum quoque ornatum, ut deeſſe, ita redundare nolim; ſiquidem totum opus, ut comptum, ita honeſtum eſſe oportet. Ornatus itaque mundi-*

munditiam potius quàm affluentiam affectet: non ſit nimius, ſed ita modicus, ut in neutram partem conſpici poſſit.

§. 13. *Quamvis autem ea quæ minimum adumbratæ oſtentationis habent, plurimum ſemper veræ Artis ſoleant exhibere; diſplicet tamen pleriſque Ars ſani moris, & externa vaniſſimarum rerum pompa vulgaribus judiciis fucum faciens, eò perducit imperitos, ut ea maxime mirentur plurimique æſtiment, quæ cum ſtrepitu quodam atque inani apparatu copias ſuas explicant. Cæterum, ut contumelioſus eſt honor laudari ab iis, qui ea potiſſimum admirantur, quæ non intelligunt; ita pictura fucatius concinnata quàm verius, & plus coloris quàm ſucci habens, amoto ſemel inani ludibrio, perdit gratiam qua improvidos minus cordati ſpectatoris oculos tenuerat.*

ARtiſex inſtrumenta ſua tractat ex facili. Rector navis ſcit gubernaculum flectere. Pictor colores, quos ad reddendam ſimilitudinem multos varioſque ante ſe poſuit, celerrime denotat, & inter ceram opuſque facili vultu ac manu commeat, Seneca epiſt. 121. Ut enim omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus litteris ſcribitur; ſic omnem in Picturam non omnis colorum copia, ſed eorum neceſſaria pars aliqua conveniet; non fortuito in tabulam conjecta, ſed Arte ac judicio digeſta. Greg. Nazianz. Carm. x: Artifices naturam ac vim colorum ante omnia debent habere perſpectam.

Ζωγράφος ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἐν πινάκεσσι χαράσσει
Μορφὰς ἀτρεκέας, ἔμπνοα δερκομένας·
Οὐχ ὃς χρώματα πολλὰ καὶ ἄχροα μάψ ἐπιμίξας,
Λειμῶνα χαρίεντα δείκνυσιν ἐν πινάκων.

Optimus eſt pictor, veras vivumque tuentes
Qui ſcite formas exprimit in tabulis:
Non qui multiplices fruſtra varioſque colores
Miſcens, ante oculos florida prata locat.

Curet modo Pictor, ut naturam ac vim colorum, qui forte ei ad variandum expoſiti erunt, accurate cognitam habeat. Οὐ γάρ ἐστιν τί ἐστι μίξιν ἢ τι λόγου, ἢ τι ἄλλου τινος τῶν πάντων γνῶναι καλῶς ἤτοι ποιήσασθαι, μὴ πρότερον αὐτῶν ἕκαστον ἐξ ὧν ἡ κρᾶσις γέγονεν, ἢ γένοιτο ἄν, ἐπιγνόντα· οἷον λευκοῦ καὶ μέλανος φύσιν, ἐξ ὧν τὸ φαιὸν, εἰ κραθείη, γίνεσθαι πέφυκεν: *Non enim poſſibile eſt mixtionem vel orationis, vel alterius rei bene ſcire aut facere aliquem, priuſquam ſingula ex quibus commixtio illa fit, vel poſſet fieri, cognoverit. Quemadmodum albi & nigri naturam, unde, ſi miſceantur, fuſcum enaſcitur,* Hermogenes lib. I περὶ ἰδεῶν. Plutarchus quoque de Oraculorum defectu, Ἄνευ φαρμάκων συντριβέντων καὶ συμφθαρέντων ἀλλήλοις, οὐδὲν ἦν οἷόν τε τοιαύτην διάθεσιν λαβεῖν καὶ ὄψιν: *Sine coloribus contritis & per ſe invicem corruptis, non eſt poſſibile iſtius modi conſtitutionem & ſpeciem accipere.*

§. 2. Quod vero frequenter Artifices in miſcendis coloribus plurimum differant inter ſe, ex magis minuſve exacta colorum notitia provenit. Οἱ τὰ ζῶα γράφοντες, τὰ αὐτὰ φάρμακα λαμβάνοντες, οὐδὲν ἐοικότα ποιοῦσιν ἀλλήλοις τὰ μίγματα: *Qui animalia pingunt, ſumentes eoſdem colores, diſſimiles inter ſe faciunt mixturas,* Dionyſ. Halicarnaſſ. περὶ συνθεσ. ὀνομάτων. Has colorum commixtiones φθορὰς vocant. Τὰς μίξεις φθορὰς οἱ ζωγράφοι λέγουσιν: *Mixturas corruptiones vocant Pictores,* Porphyrius libro IV de Abſtinentia. Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος, ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν: *Apollodorus Pictor, qui primus inter homines reperit corruptionem & uſum umbræ, erat Athenienſis,* Plutarch. Bellone an pace illuſtriores fuerint Athenienſes. Idem tamen de Iſide & Oſiride, φθορὰς καὶ ἐπιχρώσεις appellat. Denominationis hujus rationem adfert Plutarch. Sympoſ. problem. VIII, 5: Πάντα τὰ μεμιγμένα τῶν ἀμίκτων ἐπισφαλέστερα πρὸς σῆψίν ἐστι· ποιεῖ γὰρ ἡ μίξις μάχην, ἡ δὲ μάχη μεταβολὴν, μεταβολὴ δέ τις ἡ σῆψις· διὸ τὰς μίξεις τῶν χρωμάτων οἱ ζωγράφοι φθορὰς ὀνομάζουσι, καὶ τὸ βάψαι μιῆναι κέκληκεν ὁ ποιητής· ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, ἄφθαρτον καὶ ἀκήρατον: *Omnia mixta facilius ſinceris putreſcunt: affert enim mixtura pugnam, pugna mutationem, mutationis vero quædam ſpecies eſt putrefactio: ideoque Pictores colorum mixtiones corruptelæ nomine deſignant, & tingere* μιῆναι *extulit Poeta; conſuetudo quoque communis quicquid expers mixtionis eſt & purum, incorruptibile nominat & immortale.* Vide quoque eundem Plutarch. περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς. Atque hoc eſt συμμιγὲς ἐκεῖνο καὶ ποικίλον, memoratum Luciano in Imaginibus; cujus beneficio *Pictura ex diſcordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis, & puniceis, confuſione modica temperatis, imagines iis quos imitatur ſimiles facit,* ut loquitur Apulejus de Mundo. Ζωγραφία συμβέβληται μὲν ἐκ χρωμάτων· πράττεται δὲ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείω σοφίζεται· ἀπὸ τούτου γε ἑνὸς ὄντος, ἢ ἀπὸ τῶν πολλῶν ἑτέρα τέχνη· σκιάν τε γὰρ ἀποφαίνει, καὶ βλέμμα γινώσκει, ἄλλο μὲν τοῦ μεμηνότος, ἄλλο δὲ τοῦ ἀλγοῦντος, ἢ τοῦ χαίροντος· καὶ αὐγὰς ὀμμάτων, ὁποῖαί εἰσιν, ὁ πλαστικὸς μέν τις ἥκιστα ἐργάζεται· χαροπὸν δὲ ὄμμα, καὶ

Sicut peritia miſcendorum colorum Pictori præſtat Pictor, ita eidem pigmentorum varietati acceptum referre debent Pictores, quod vivam plurimarum rerum ſimilitudinem felicius exprimant Plaſtis.

γλαυκὸν, καὶ μέλανα, γραφικὴ οἶδε· καὶ ξανθὴν κόμην οἶδε, καὶ πυρσὴν, καὶ ἡλιῶσαν, καὶ ἐσθῆτος χρῶμα, καὶ ὅπλων· θαλάμους τε, καὶ οἰκίας, καὶ ἄλση, καὶ ὄρη, καὶ πηγὰς, καὶ τὸν αἰθέρα, ἐν ᾧ ταῦτα: *Pictura coloribus quidem conſtat, ſed non hoc ſolum efficit; verum ab hoc ſane uno exiſtente, longe plura, quàm ars alia ex multis molitur. Umbram enim demonſtrat, & alium furentis, alium mærentis, aut gaudentis affectum novit, oculorumque fulgores quales fuerint; quòd plaſticus quiſpiam minime præſtaret. Nam & fulvum cæſiumque ac nigrum novit oculum, nec non & comam flavam ruffamque ac ſubcandidam; veſtium etiam atque armorum colorem; thalamos præterea ac domos, nemoraque & montes; fontes denique & aerem, in quo hæc omnia*, Philoſtratus in proœmio Iconum.

Præter colores perite ſcienterque mixtos tabulam quoque commodam & linteum bene præparatum ad opus affectat Pictor.

§. 3. Præcipuum ergo Pictoris opus erit, τῶν χρωμάτων ἀκριβῆ τὴν κρᾶσιν, καὶ εὔκαιρον τὴν ἐπιβολὴν ποιήσασθαι, καὶ σκιάσαι ἐς δέον: *Colores accurate miſcere, & tempeſtivam applicationem facere, & decenter inumbrare*, ut loquitur Lucianus in Zeuxide. Quod tum demum commode fiet, ſi huic operi idoneas tantum adhibeamus tabellas, & linteum aptum. Tabulæ Pictorum è quo ligno fieri ſint ſolitæ, docet Plinius *lib.* XVI, *cap.* 39; & Theophraſtus *lib.* III *Hiſt. plant. cap.* 10, ut & *lib.* V, *cap.* 8. De linteo agit Joannes Grammaticus in Ariſtot. lib. II Nat. auſcultat. Ὁ γραφεὺς σκοπὸν ἔχων τοῦ καλῶς γράψαι, διὰ τὸ χάρτην πολλάκις μανότερον ὄντα, ἢ διὰ πλεονεξίαν, ἢ διὰ ἀνεπιτηδειότητα τοῦ μέλανος, ἁμαρτάνει τοῦ σκοποῦ· ὁμοίως καὶ ὁ ζωγράφος τὸ αὐτὸ ἂν πάθοι, ἢ διὰ τὴν τῶν χρωμάτων, ἢ τοῦ σινδόνος ἐν ᾧ γράφει ἀνεπιτηδειότητα: *Scriptor qui hoc ſibi proponit pulchre ſcribere, is quia charta ſæpe tenuior ſit, aut bibula, aut quia atramentum minus ſit idoneum, aberrat à ſcopo: ſimiliter etiam pictor ea ipſa perpetiatur, vel quia colores, aut linteum in quo pingit, minime ſit idoneum.*

Excitat colores contrariorum colorum vicinia; unde reſultant quatuor hæc in coloribus maxime obſervanda, lumen, umbra, tenebræ, ſplendor.

§. 4. Exinde requiritur ut quatuor hæc, prout exegerit rei natura, in Picturis opportune adhibeamus: Lumen, Umbram, Tenebras, Splendorem. Plutarchus certe, *de deſcr. adulatoris & amici*, quatuor hæc aptiſſime conjunxit: Οἱ ζωγράφοι, inquit, τὰ φωτεινὰ καὶ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς καὶ σκοτεινοῖς ἐπιτείνουσιν ἐγγὺς παρατιθέμενοι: *Pictores lucida & ſplendida umbroſis & tenebroſis intendunt prope conſtituentes.* Ubi in tranſitu monemur, coloribus maxime contrariis ex ipſa diverſiſſimorum colorum vicinitate plus vigoris accedere. Διὸ καὶ ἡ ἀπὸ μέλανος γραφὴ ἐν λευκοῖς τοῖς ὑποδεχομένοις γίνεται· ἡ δὲ λευκογραφία καὶ χρυσογραφία τοὐναντίον ἐν μέλανι· τὸ γὰρ ἐναντίον τῷ ἀντικειμένῳ διαφανέστερον· τὸ δ' ὅμοιον ἐν τῷ ὁμοίῳ δυσδιάκριτον, οἷον εἰ ἐν λευκῷ τινι σώματι λευκογραφήσεις, ἢ ἐν μέλανι διὰ μέλανος γράψειας· ὅθεν καὶ οἱ ἐν νυκτὶ μελανειμονοῦντες μᾶλλον εἰσὶ τῶν λευκοσχημονούντων δυσδιάκριτοι· καὶ ἐν ἡμέρᾳ τοὔμπαλιν οἱ λευκοσχημονοῦντες, ἢ εἰ ἐν ἡλίῳ μάλιστα τύχοιεν, ἀμυδρὰν ἔχουσι τὴν ὑπόληψιν: *Quapropter & nigra ſcriptura in albis id recipientibus fit. Alba vero ſcriptura & aurea è contrario in nigro: contrarium enim contrario appoſitum magis elucet: ſimile vero in ſimili diſcernere eſt difficile: quemadmodum ſi in albo quopiam corpore ſcribas albo, aut in nigro ſcribas nigro. Unde & nocte nigro induti difficilius cerni poſſunt, quàm albo habitu utentes. Contra autem de die albati, & maxime in ſole conſtituti, obſcure ac tenuiter viſu apprehenduntur*, Joannes Grammaticus in Ariſtotel. lib I Meteorolog. τὰ ἐναντιώτατα τῶν χρωμάτων ἐς τὴν τοῦ κάλλους σύνθεσιν ὁμολογεῖ: *Diverſiſſimi colores in pulchritudinis compoſitionem conſpirant.* Vide notabile hujus rei exemplum apud Philoſtrat. Iconum lib. II, in Centauridibus. Quinetiam illud Plutarchi περὶ εὐθυμίας minime prætereundum hic eſt: Δεῖ χρωμάτων, inquit, τὰ φαιδρὰ καὶ λαμπρὰ ἐν πινακίῳ προβάλλοντας, ἀποκρύπτειν τὰ σκυθρωπὰ καὶ πιέζειν· ἐξαλεῖψαι γὰρ οὐκ ἔστι παντάπασιν οὐδ' ἀπαλλαγῆναι: *Oportet iis qui colores hilares & ſplendidos proponunt, abſcondere triſtia & reprimere. Deleri enim ea omnino non poſſunt neque mutari.*

Brevis conſideratio luminis.

§. 5. Quod Lumen attinet, Tertullianus adverſ. Hermogenem peſſimi ac plane bardi Pictoris notam certiſſimam hanc ponit, *Umbram plane ſine lumine colorare.* Arte nondum ſatis adhuc exculta, monochromatea tantum fuere genera Picturæ; *Tandem ſe ars ipſa diſtinxit, & invenit Lumen atque Umbras; differentia colorum alterna vice ſeſe excitante*, Plin. XXXV, 5. *Annulari muliebres picturæ illuminantur*, Plin. XXXV, 6. *Sile pingere inſtituere primi Polygnotus & Mycon; Attico duntaxat. Hoc ſecuta ætas ad Lumina uſa eſt; ad Umbras autem Scyrico & Lydio. Lydium Sardibus emebatur, quod nunc obmutuit*, Plinius libro XXXIII, cap. 13.

Umbræ conſideratio.

§. 6. Umbra Lumini arcte adeo adhæret, ut alterum ſine altero eſſe non poſſit. *In pictura Lumen non alia res magis, quàm Umbra commendat*, Plinius Junior libro III, epiſt. 13. Unde etiam ii, *Qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt; ſine quo ne membris quidem ſuas lineas dediſſent*, Quintilian. XI, 3. Ὀφθαλμοῖς φίλον μὲν χρωμάτων τὸ λαμπρότατον, inquit Maxim. Tyrius Diſſertat. XXXV, ἀλλ' ἐὰν μὴ παραθῇς τὸ φαιὸν, ἐλύπησας αὐτοῦ τὴν ἡδονήν: *Oculis quidem gratum eſt, quidquid in coloribus lucidiſſimum eſt; niſi tamen aliquid fuſci prope admoveris, plurimum voluptatem iſtam imminues.* Solent itaque Artifices Picturis Umbram aliquam addere & receſſum, quò magis id, quod erit illuminatum, exſtare atque eminere videatur.

tur. Αἱ γραφαὶ τῇ μὲν ὄψει δοκοῦσιν εἰσοχὰς καὶ ἐξοχὰς ἔχειν, οὐ μὴν καὶ τῇ ἀφῇ: *Picturæ, viſu quidem videntur partes concavas & protuberantes habere, non vero tactu*, Sextus Empiricus Hypotyp. lib. I. Ἐπὶ τῆς γραφῆς ἡ μὲν ὄψις ἐξοχάς τινας ὁρᾷ, ῥινός τε καὶ τῶν ἄλλων, ἡ δὲ ἀφὴ προσπελασθεῖσα διελέγχει αὐτῆς τὸ διαμάρτημα: *In pictura oculi quidem eminentias quaſdam cernunt narium & cæterorum; at accedens tangendi vis ejus errorem coarguit*, Nemeſius de nat. hominis, cap. 8. Anthol. Epigramm. lib. IV, cap. 7:

> Δερκομένοις μὲν γὰρ, φύσεως κράτος ἥρπασε τέχνη·
> Αὐτὰρ ἐφαπτομένοις, ἡ φύσις ἐστὶ φύσις.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Tangenti, natura manet natura: videnti*
> *Omne hoc, naturæ quod ſuit, ars rapuit.*

Pictor, cùm vi artis ſuæ efficit, ut quædam eminere in opere, quædam receſſiſſe credamus, ipſe ea plana eſſe non neſcit, Quintil. 11, 17. Ἐπὶ δὲ αὐτοῦ κειμένων ἐπιπέδου παραλλήλων ἐν χρώμασι τῆς σκιᾶς τε καὶ φωτὸς ὅμως προεμπίπτει τε τὸ φῶς ταῖς ὄψεσι καιόμενον ἔξοχον καὶ ἐγγυτέρω παρὰ πολὺ φαίνεται: *Parallelis in eodem plano ductis, atque umbræ luminiſque coloribus diſtinctis, in oculos noſtros imprimis incurret flagrans vis luminis, propiuſque oculis admota eſſe videbitur*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 15. Οἱ ζωγράφοι, ὅσα μὲν βούλονται προσεχῆ δεικνύναι, τῷ λευκῷ ἀπογράφουσιν· ὅσα δὲ κοῖλα καὶ ἐν βάθει, τῷ μέλανι· ἀντρώδεις ἂν τόπους γράφωσι, φωτὶ τραχύνουσι τὴν ὄψιν, ἅτε φύσει τοῦ μὲν λαμπροῦ προσβάλλοντος καὶ διωθοῦντος τὴν φαντασίαν, τοῦ δὲ μέλανος ὑποσκιάζειν καὶ βαθύνεσθαι δοκοῦντος: *Pictores quæcunque propinqua volunt pingere, albo delineant: quæcunque concava autem & profunda, nigro. Cavernoſos igitur locos pingentes, luce exaſperant aſpectum; natura nimirum, quicquid ſplendidum eſt, ſoris protrudente, atque ipſam phantaſiam quaſi reſellente; nigrum autem obumbrante ac veluti in profundum agente*, Schol. in Arati διοσημεῖα. Τὰ μᾶλλον λευκὰ ἢ λαμπρὰ τῶν μελάνων προκινεῖ τὴν ὄψιν εἰς ἀντίληψιν· διὸ κἂν ἐν τῷ αὐτῷ τύχωσιν ὄντα ἐπιπέδῳ, ἐξέχοντα δοκεῖ εἶναι· τὸ δὲ μέλαν, ἐν βάθει· διὸ καὶ οἱ ζωγράφοι, ἐπειδάν τι ἐξέχον ζητῶσι ποιῆσαι, οἷον μαζοὺς, λευκοὺς αὐτοὺς ποιοῦσιν· ὅσα δ' ἐν βάθει, μέλανα, οἷον ὀφθαλμούς· διὰ τὸ λευκὸν, ὡς μᾶλλον κινοῦν, πλησίον φαίνεσθαι· τὸ δὲ μέλαν, ὡς ἧττον, πορρωτέρω: *Quæ ſunt admodum alba, vel ſplendida, citius nigris movent viſum ad ſui perceptionem. Idcirco ſi in eodem ſint plano, eminentiora apparent, nigra autem profundiora. Ideo Pictores, quando quid eminens ſacere cupiunt, ut mammillas, eas albas ſingunt. Quæ vero profunda, nigra, quemadmodum oculos. Quoniam album, veluti magis movens, propinquius apparet; nigrum autem, quod id minus faciat, longius*, Olympiodorus in Ariſtot. lib. 1 Meteorol. Excelluerunt in hac umbrarum ratione Zeuxis, Polygnotus, Euphranor. Ζεῦξις, Πολύγνωτος, Εὐφράνωρ τὸ εὔσκιον ἠσπάσαντο, καὶ τὸ ἔμπνουν, καὶ τὸ εἰσέχον τε καὶ ἐξέχον: *Zeuxis, Polygnotus, Euphranor, umbras etiam atque ſpiritus, nec non recedentia atque eminentia arte ſua expreſſerunt*, Philoſtr. de vita Apollonii lib. 11, cap. 9. *Apelles pinxit Alexandrum, fulmen tenentem: digiti eminere videntur, & fulmen extra tabulam eſſe*, Plin. XXXV, 10. *Pauſias eam picturam primus invenit, quam poſtea imitati ſunt multi, æquavit nemo. Ante omnia, cùm longitudinem bovis oſtendere vellet, adverſum eum pinxit, non tranſverſum; unde & abunde intelligitur amplitudo. Dein, cùm omnes, quæ volunt eminentia videri candicantia faciant, coloremque condiant ex nigro; hic totum bovem atri coloris fecit, umbræque corpus ex ipſa dedit: magna prorſus arte in æquo exſtantia oſtendens, & in confracto ſolida omnia*, Plinius XXXV, 11. Et mox ibidem: *Nicias Athenienſis Lumen & Umbras cuſtodivit, atque ut eminerent è tabulis picturæ, maxime curavit*, Philoſtratus Iconum lib. 11, de Pictura Veneris eburneæ: Ἀλλ' οὐ βούλεται γεγράφθαι δοκεῖν ἡ θεὸς, ἐκκεῖται δὲ ὡς λαβέσθαι: *At dea minime vult picta videri. Itaque extat, ut capi poſſe videatur*. Præcipuam tamen Umbrarum rationem habuerunt in Pictura ſedentium. Τὰ τῶν κειμένων σχήματα, καὶ οἱ ὀρθοὶ μάλα εὔσκιοι· καὶ τὸ ἀκριβοῦν ταῦτα, οὔπω σοφόν· αἱ δὲ τοῦ Ἄτλαντος σκιαὶ, σοφίας πρόσω· οὗτοι γὰρ συνιζηκότος, συμπίπτουσί τε ἀλλήλαις, καὶ οὐδὲν τῶν ἐκκειμένων ἐπιθολοῦσιν, ἀλλὰ φῶς ἐργάζονται περὶ τὰ κοῖλά τε, καὶ εἰσέχοντα τὴν γαστέρα: *Jacentium atque erectorum habitus facile inumbrantur: & hæc adamuſſim effingere, nullam præ ſe fert ſapientiam. Atlantis vero umbræ, ſupra ſapientiam. Sic enim conſidentis & invicem coincidunt, & extantium nihil confundunt; ſed lumen circa concava ventremque excipientia efficiunt*, Philoſtrat. Iconum lib. 11 in Atlante. Et in Palæſtra: Καθῆσθαι δὲ τὴν κόρην, πάνσοφον τοῦ ζωγράφου· πλεῖσται γὰρ τοῖς καθημένοις αἱ σκιαί: *Quod autem puella ſedeat, ſummam indicat Pictoris ſapientiam: plurimæ namque ſedentibus umbræ*. Plin. XXXV, 6: *Sine uſta non fiunt umbræ*. Idem XXXIII, 13: *Silis Neſtoriani ratio in pictura ad Inciſuras, hoc eſt, Umbras dividendas ab Lumine*.

Vide Alexandrum Aphrodiſienſem lib. 11 de Anima, §. πῶς κατ' Ἀριστοτέλην τὸ ὁρᾶν γίνεται.

§. 7. Tenebras nihil aliud hic dixeris, quàm profundioris Umbræ quaſi quandam opaci- Tenebrarum conſideratio.

opacitatem; quemadmodum etiam Splendor nihil videtur aliud eſſe, quàm Luminis intenſio quædam. Ἀπεσκοτωμένα, ἐσκιαγραφημένα, κεχρισμένα· τὰς γὰρ χρίσεις σκότη καλοῦσιν οἱ ζωγράφοι: *Obtenebrata, adumbrata, inuncta. Unctiones enim tenebras vocant Pictores*, Suidas. Καὶ γὰρ εἰ ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ λευκὸν θείης ἢ μέλαν, καὶ πόρρωθεν αὐτὰ θεωρήσαις, ἐγγύτερον εἶναι δόξει τὸ λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν πορρώτερον· τοῦτο καὶ οἱ γραφεῖς εἰδότες, ὅταν κοῖλον εἶναί τι δοκεῖν ἐθέλωσιν, οἷον πηγὴν, ἢ δεξαμενὴν, ἢ βόθυνον, ἢ ἄντρον, ἢ τι τοιοῦτον, μέλανι καταχρίουσι τοῦτο, ἢ κυανῷ· καὶ ἔσω πλέον μελαίνεται, τοσοῦτο καὶ τὸ βάθος μεῖζον εἶναι δοκεῖ· τὸ γὰρ μᾶλλον μέλαν, πλείονος βάθους δίδωσι φαντασίαν· τοὔμπαλιν ὅταν περιφανῆ βούλονται φαίνεσθαι, οἱονεὶ μαζοὺς κόρης, ἢ χεῖρα τεινομένην, ἢ πόδας ἵππου, τὰ ἑκατέρωθεν τῶν μορίων τούτων μελαίνουσιν, ἵνα τούτων κοίλων εἶναι δοκούντων, τὸ μεταξὺ αὐτῶν γραφὲν ἐξέχειν νομίζηται: *Si enim in eodem plano album colloces aut nigrum, & e longinquo ea contempleris, propius eſſe album videbitur, nigrum vero remotius. Quod ſcientes pictores, quando cavum aliquid videri volunt, quemadmodum ſontem, aut ciſternam, aut foveam, aut antrum, aut tale quidpiam, nigro illud illinunt aut cæruleo. Et quo quid magis nigricat, eo & profunditas major eſſe videtur: quod enim magis nigrum eſt, majoris profunditatis gignit imaginationem. Contra vero, ſi quædam eminentia velint videri, quemadmodum mamillas puellæ, aut manum extenſam, aut pedes equi, utrimque membrum illud denigrant, ut his nigris apparentibus, quod in medio ipſorum pictum eſt protuberare videatur*, Jo. Grammaticus in Ariſtotel. lib. I Meteorolog. Philoſtrat. Junior in Pyrrho, τὸ δὲ τῆς καπέτου κυανοῦν, ἐπεχνήθη, οἶμαι, τῷ δημιουργῷ, πρὸς δήλωσιν τοῦ ἐν αὐτῇ βάθους: *At cæruleum foſſæ affabre credo factum eſt ab artifice, ut indicaret quanta ejus eſſet altitudo.*

Splendoris conſideratio. §. 8. Splendorem ſæpe neceſſitas exigit, ſemper ornatus poſtulat. Neceſſitate adhibetur in Pictura Angelorum, gemmarum, armorum, florum, ignis, auri, & ſimilium. De Angelis agit Greg. Nazianz. Orat. XXIII: Ἀγγελικὸν ἡ λαμπροφορία καὶ φαιδρότης, ὅταν τυπῶνται σωματικῶς, σύμβολον εἶναι τοῦτο τῆς κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν καθαρότητος: *Angelis, quotieſcunque corporaliter effigiantur, competit ſplendidæ veſtis cultus & nitoris minime vulgaris hilaritas; quod ſymbolum eſſe arbitror naturalis ipſorum puritatis.* Τῇ γὰρ φαεινοτάτῃ φύσει, inquit Syneſius epiſt. 147, μᾶλλον ἀνακείμενον εἴη τὸ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καθαρὸν καὶ φωτοειδέστερον. Tales certe deſcribuntur Angeli *Matth.* XXVIII, 3; *Apoc.* X, 1, & paſſim alibi. Supra quoque nonnihil de Nimbo, quem Pictores Angelorum capitibus circumdant, diximus libri primi cap. 4, §. 1. De gemmis, egregius eſt locus Philoſtrati Iconum lib. II, in Venere: Ἐπαινετέα ἡ σοφία τῆς γραφῆς, inquit, τὰς ἀγαπωμένας λίθους περιβαλοῦσα· οὐκ ἐκ τῶν χρωμάτων αὐτὰς ἐμιμήσατο, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ φωτός· ὥσπερ ὀφθαλμῷ κέντρον τὴν διαύγειαν αὐταῖς ἐνθεῖσα: *Laudanda eſt picturæ ſapientia dilectos circumponens lapides, quos non à coloribus ſed à lumine imitata eſt; inſerto iis, veluti ad perſtimulandos oculos, illuſtri quodam ſplendore.* Varro Hecatombe, apud Nonium in Margaritum:

> *Ubi illa phalera, gemmeaque ephippia,*
> *Et arma margarito candicantia.*

Claudianus lib. II de Laudib. Stiliconis, verſ. 90:

> *Loricas galeasque renidentes hyacintho,*
> *Geſtatosque patri capulis radiantibus enſes,*
> *Et vario lapidum diſtinctas igne coronas.*

Obſerva tamen hic in tranſitu, non arma tantum margaritis inſignia trahere oculos candicante ſplendore; ſed & uſitatis armis, modo ſint nitida, ineſſe aliquid ſplendoris præfulgidi. Plautus Mil. glor. Actu 1, Scena 1:

> *Curate, ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,*
> *Quàm Solis radii eſſe olim, cùm ſudum 'ſt, ſolent:*
> *Ut, ubi uſus veniat, contra conſerta manu,*
> *Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus.*

Quintilianus lib. X Orat. inſtitut. cap. 1: *Neque ego arma ſqualere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgorem his ineſſe, qui terret, qualis eſt ferri, quo mens ſimul viſusque perſtringatur: non qualis auri argentique, imbellis & potius habenti periculoſus.* Illud quoque minime prætereundum, hunc armorum ſplendorem Iridis inſtar colores mirabiliter quandoque variare, propter inæqualem convexi & concavi rationem, qua eminentes armorum partes largo lumine illuſtrantur, recedentes autem profundiore umbra opacantur. Vide *Philoſtrat. Iconum lib.* I, *in Amphione:* & rurſus *lib.* II, *in Palladis ortu.* Vide quoque *Caſſiod. Variarum* V, 1. Floribus quoque atque igni ſplendorem tribuit Ovidius V Faſtorum, verſ. 365:

> - - - *Nec flos eſt hebeti nec flamma colore,*
> *Atque oculos in ſe ſplendor uterque rapit.*

Idem

Idem 1 Faſtorum, verſ. 77:

> *Flamma nitore ſuo templorum verberat aurum,*
> *Et tremulum ſumma ſpargit in æde jubar.*

Pavonum etiam columbarumque cervices, utcunque deflectuntur, varios & ſumunt & ponunt colores. De quo diſertiſſime Nero Cæſar apud Senec. lib. 1 Nat. quæſt. cap. 5:

> *Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ.*

Nimirum, ut ibidem loquitur Sen. *Plumarum omnis inclinatio in colores novos tranſit, & variis coloribus pavonum cervix, quoties aliquo deflectitur, nitet.* Vide quoque Lucretium lib. II de Rerum natura, verſu 801 & ſeqq. Quod vero in repræſentanda auri Pictura coruſcantis quoque ſplendoris fulgor locum habeat, diſcimus ex Philoſtrato Iconum lib. II, in Themiſtocle: οὐκ ἀξιοῖ ἐπαινεῖσθαι ὁ ζωγράφος, εἰ τιάραν καλῶς μεμίμηται, καὶ καλάσιριν, ἢ κάνδυν, ἢ θηρίων παρηλλαγμένας μορφὰς, οἷα ποικίλλουσι βάρβαροι· ἀλλ' ἐπαινείσθω μὲν ἐπὶ τῷ χρυσῷ, γράφων αὐτὸν ἐν ἤθει, καὶ σώζοντα ὃ ἠνάγκασται: *Pictor minime laudari expetit, ſi tiaram belle imitatus eſt, vel calaſirim, aut candyn, ſive ferarum prodigioſas formas, prout variant ac diſtinguunt Barbari. Sed ob aurum laudandus eſt, quod ita pinxit ut animum oblectet, & in quod coactum ac transformatum eſt ſervet.* Ornatus vero ac ſatietatis evitandæ cauſa in Pictura color ipſe, quamlibet clarus, multis tamen ac variis velut maculis conſpergitur, quæ brevi vibrantique lumine oculos feriant, ut aliquatenus exſtare videantur. Variare vero hic magnopere oportebit: *Nam omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater*, Cicero libro I de Inventione. *Difficile dictu eſt quænam cauſſa ſit, cur ea quæ maxime ſenſus noſtros impellunt voluptate, & ſpecie prima acerrime commovent, ab iis celerrime faſtidio quodam & ſatietate abalienemur*, Tullius III de Oratore. Κόρον ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα, ὥσπερ καὶ τὰ ἡδέα μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι· ποικιλλόμενα δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς ὡς ἀεὶ καινὰ ἐστί: *Satietatem habent omnia pulchra, ſicuti & dulcia, quàm diu nempe in eodem ſtatu perdurant: variegata vero ſemper veluti nova ſunt poſt mutationes*, Dionyſ. Halicarn. περὶ συνθεσ. ὀνομάτων. *Tamen lumina illa, non flammæ, ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris; quæ ne apparent quidem, ubi tota pictura lucet, ut in ſole ſidera ipſa deſinunt cerni: at quæ crebris parviſque conatibus ſe attollunt, inæqualia tantum, & velut confragoſa, nec admirationem conſequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt*, Quintil. VIII, 5. Expreſſe Philoſtrat. lib. I de vitis Sophiſtarum, in Lolliano: Διαφαίνονται αἱ λαμπρότητες λήγουσαι ταχέως, ὥσπερ τὸ τῆς ἀστραπῆς σέλας: *Splendores, fulgetri coruſcantis inſtar, cito deſinunt.* Quod tantundem eſt, ac ſi cum Apulejo* dicas, *Candidum lumen interdum velut in arctiſſimis tenebris rapidiſſimo coruſcamine intermicare.* Quoniam vero ornamenta hæc, ſi rara diſponantur, diſtinctam coloribus; ſi crebra & excitatiora collocabuntur, oblitam reddunt Picturam; & ſatietatem, ut varietas eorum, ita raritas effugit; ſalubre Dionyſii Mileſii Sophiſtæ conſilium amplectantur hic Artifices: Χρὴ τοῦ μέλιτος ἄκρῳ δακτύλῳ ἀλλὰ μὴ χειρὶ γεύεσθαι: *Oportet mel ſummo digito, non vero manu guſtare*, Philoſtrat. lib. I de vitis Sophiſtarum. Et illud Corinnæ ad Pindarum plus juſto in ſua poëſi luxuriantem: Τῇ χειρὶ σπείρειν δεῖ, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ: *Manu ſerere oportet, non verò toto ſacculo*, Plutarch. Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes. Apposite Varro apud Macrobium, lib. II Saturnal. cap. 8: *Bellaria ea maxime ſunt mellita, quæ mellita non ſunt.* Vide quoque A. Gellii noct. Attic. lib. XIII, cap. 11. *Lumina hæc ſint ſimilia illis, quæ in amplo ornatu ſcenæ aut fori appellantur inſignia; non quòd ſola ornent, ſed quòd excellant*, Cicero in Bruto, & Quintil. IX, 1. *Inæqualitatem ſcias eſſe, ubi quæ eminent notabilia ſunt. Non eſt admirationi una arbor, ubi in eandem altitudinem tota ſylva ſurrexit*, Seneca epiſt. 33. *Neque enim fieri poteſt, ſi crebra hæc lumina & continua fuerint, ut non invicem officiant*, Quintil. XII, 10.

* De Deo Socratis.

Pindarus nimus opima pinguique eſſe facundia exiſtimatus eſt, A. Gell. noct. Attic. XVII, 10.

§. 9. Ex omnibus his facile perſpicitur verum eſſe illud Senecæ epiſt. 31: *Sine mixtura lucis nihil ſplendidum eſt.* Et non niſi poſt inventum Lumen atque Umbras; *Adjectus eſt Splendor, alius hic quàm Lumen: quem, quia inter hoc & Umbram eſſet, appellaverunt Tonon: commiſſuras vero colorum & tranſitus, Harmogen*, Plin. XXXV, 5. Hujus Harmoges exempla quædam non prætereunda ipſa nobis rerum natura ob oculos ponit in ætheris & æquoris commiſſura, tenui quadam caligine cœli ſalique confinia conferente. Statius lib. V Thebaid. verſ. 493:

Commiſſura ſive Tranſitus colorum in quo conſiſtat.

> *Proſequimur viſu, donec laſſavit euntes*
> *Lux oculos, longumque polo contexere viſa eſt*
> *Æquor, & extremi preſſit freta margine cœli.*

Mani-

Digitized by Google

Manifeſtius tamen tenues has parvi diſcriminis umbras notare eſt in verſicolore Iridis miraculo:

In quo diverſi niteant cùm mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit;
Uſque adeo quod tangit idem eſt, tamen ultima diſtant.

* Lib. 1 Nat. quæſt. cap. 3.

Ovid. VI Metam. verſ. 65. Ad quæ verba reſpiciens Seneca, *Videmus in Iride*, inquit*, *aliquid flammei, aliquid lutei, aliquid cærulei, & alia in picturæ modum ſubtilibus lineis ducta, ut ait poeta; ut an diſſimiles colores ſint, ſcire non poſſis, niſi cùm primis extrema contuleris. Nam commiſſura decipit; uſque adeo mira arte Naturæ, quod à ſimillimis cæpit, in diſſimilia deſinit.* Boëthius quoque Muſicæ artis lib. V, cap. 4: *Ut voces communi fine jungantur, fit hoc modo: ſicut quum in nubibus arcus adſpicitur, ita colores ſibimet ſunt proximi, ut non ſit certus finis, cùm alter ab altero diſgregatur: ſed ita verbi gratia à rubro diſcedit ad pallidum, ut per continuam mutationem in ſequentem vertatur colorem, nullo medio certoque interveniente, qui utroſque diſtinguat. Ita etiam fieri ſolet in vocibus: ut ſi quis percutiat nervum, eumque dum percutit torqueat; evenit, ut in principio pulſus gravior ſit; dum torquetur vero, vox illa tenuetur, continuéque fiant gravis vocis ſonitus & acutæ.* Recte itaque Tullius lib. III de nat. Deorum: *Iris*, inquit, *quia ſpeciem habet admirabilem, Thaumante dicitur eſſe nata.* Vide quoque Plutarch. de placitis Philoſophorum lib. III, cap. 5. Marcus denique Byzantius apud Philoſtr. lib. I de vitis Sophiſtarum: ὁ τὴν Ἶριν ἰδὼν, ὡς ἓν χρῶμα, οὐκ οἶδεν ὡς χρὴ θαυμάζειν· ὁ δὲ ὡς χρώματα, μᾶλλον ἐθαύμασεν: *Qui Irim vidit ut colorem unum, non novit ut par eſt mirari: qui autem multis coloribus inſignem intuetur, longe magis admiratur.* Hanc colorum commiſſuram non infeliciter ars tractat, ut videre eſt in Chironis Centauri pictura, prout eam deſcribit Philoſtratus Iconum lib. II, in Achillis educatione: ὁ Χείρων γέγραπται μὲν ὡς κένταυρος· ἀλλὰ ἵππον ἀνθρώπῳ συμβαλεῖν, θαῦμα οὐδὲν· συναλεῖψαι μὴν, καὶ ἑνῶσαι, καὶ διαδοῦναι ἄμφω λήγειν, καὶ ἄρχεσθαι, καὶ διαφεύγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἰ τὸ τέρμα τοῦ ἀνθρώπου ἐλέγχοιεν, ἀγαθοῦ οἶμαι ζωγράφου: *Chiron pictus eſt ut centaurus: cæterum equum homini committere nihil mirum: conjungere tamen atque unire, & utriſque finem atque initium ita diſtribuere: ut, ſi quis hominis terminum quærat, id oculos effugiat, periti (ut puto) eſt Pictoris.* Lucianus quoque in Zeuxide: Ἡ μίξις δὲ καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθὸ συνάπτεται καὶ συνδεῖται τῷ γυναικείῳ τὸ ἱππικὸν, ἠρέμα, καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα, καὶ ἐκ προσαγωγῆς τετραμμένη, λανθάνει τὴν ὄψιν ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ὑπαγομένη: *Corporum autem junctura atque commixtio, quatenus muliebris pars cum equina coit atque conjungitur, ſenſim & non denſe tranſiens, atque ex ipſa veluti appropinquatione mutata, fallit oculos ex altero in alterum perducta.*

Extremarum linearum ſubtilitas præcipuam requirit curam.

§. 10. Præter hanc Harmogen, cujus virtute diverſiſſimi colores ſenſim ſine ſenſu miſcentur, extremis quoque lineis Artifex non levem impendet curam: præſertim cùm Artis hujus conſummatio requirat interminatos corporum terminos tam leviter leniterque ductos, ut intelligatur ex iis etiam quod non cernitur, putetque oculus videre ſe quod non videt, extremis imaginum lineis paulatim ſe noſtris oculis fallaci fuga teneriter ſubducentibus, evaneſcentibus, & quaſi in fumum abeuntibus. Δεῖ τὰν σκιὰν καὶ τὰν γραμμὰν παρεμφαίνεσθαι ἐπὶ τᾶς γραφᾶς· τὸ γὰρ ἔμψυχον, καὶ τὸ ἁπαλὸν, καὶ τὸ μεμιμημένον τὰν ἀλάθειαν, σὺν τῇ χρηστότητι τῶν χρωμάτων, μάλιστα γίνεται διὰ τούτων: *Oportet in pictura umbram & lineam ſimul oſtendi. Ipſum enim ſpirans, & tenerum, & quod exprimit rem ipſam, adjutum bonitate colorum, potiſſimum per illa effingitur*, Theagis Pythagoricus apud Stobæum, Serm. primo. *Parrhaſius confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Hæc eſt in pictura ſumma ſubtilitas. Corpora enim pingere & media rerum, eſt quidem magni operis; ſed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere, & deſinentis picturæ modum includere, rarum in ſucceſſu artis invenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa, & ſic deſinere, ut promittat alia poſt ſe, oſtendatque etiam quæ occultat. Minor tamen videtur ſibi comparatus in mediis corporibus exprimendis*, Plin. XXXV, 10. Arbiter Satyrico; *In pinacothecam perveni*, inquit, *vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidos manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victas; & Apellis, quem Græci monocnemon vocant, etiam adoravi. Tanta enim ſubtilitate extremitates imaginum erant ad ſimilitudinem præciſæ, ut crederes etiam animorum eſſe picturam.* Vides quantam hic extremarum linearum ſubtilitatem Petronius Arbiter ac Plinius in exactiore Pictura requirant. Unde etiam ſuſpicari libet, eos in extremitatibus imaginum poſtulaſſe lineas haud abſimiles imaginariis iſtis lineis, quas Geometricas vocant. Longitudinem latitudinis expertem dicunt: μῆκος ἀπλατές. Totamque hanc ſubtiliſſimarum linearum rationem ſic ſatis illuſtrare videntur verba Ammonii, in Ariſtotelis prædicamenta, §. περὶ ποσοῦ: Ὅτι οὐκ ἀνάπλασμα τῆς ἡμετέρας τυγχάνει διανοίας, inquit, τὸ εἶναί τι μῆκος ἀπλατὲς, ἀλλ' ἔστι τοῦτο καὶ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, δεικνύουσι σαφῶς οἱ διο-

ρισμοὶ

Digitized by Google

ὁρισμοὶ τῶν πεφωτισμένων τόπων ἀπὸ τῶν ἐσκιασμένων· τοῦ γὰρ ἡλίου εἰς τοῖχον εἰ τύχοι, προσβαλόντος, καὶ μέρος τούτου φωτίσαντος, ἀνάγκη τὸ διορίζον μεταξὺ τοῦ πεφωτισμένου καὶ τοῦ ἐσκιασμένου τόπου, μῆκος εἶναι μόνον ἀπλατές· εἰ γὰρ ἔχει πλάτος, ἢ πεφωτισμένον ἐστὶ πάντως τοῦτο, ἢ σκιασμένον· οὐ γάρ ἐστί τι τούτων μεταξύ· ἀλλ' εἰ μὲν εἴη πεφωτισμένον, τῷ πεφωτισμένῳ συνταγήσεται· εἰ δ' ἐσκιασμένον, τῷ ἐσκιασμένῳ· ἀλλὰ μὴν ἐναργῶς ὁρᾶται μεταξὺ γραμμή, ἥ τις κατὰ μῆκος ἐπιτεταγμένη μόνον διορίζει τὸ ἐσκοτισμένον ἀπὸ τοῦ πεφωτισμένου· εἰ γὰρ διώρισται πάντως ἀλλήλων, ἀνάγκη εἶναί τι παρὰ ταῦτα, τὸ διορίζον αὐτά, ὅπερ οὔτε πεφωτισμένον ὑπάρχει, οὔτε ἐσκιασμένον, οὐδὲ πλάτος ἔχει: *Quod vero non ſit noſtræ cogitationis figmentum, quod dicimus eſſe aliquam longitudinem ſine latitudine, ſed in rerum quoque natura inveniri, plane oſtendunt illuminatorum locorum ab opacis diſtinctiones. Ubi enim ſol, verbi gratia, in murum radios miſerit, ejusque partem illuſtrarit, neceſſe eſt, quod locum illuſtratum ab opaco diſterminat, eſſe ſolum longitudinem expertem latitudinis. Nam ſi habeat latitudinem, id vel omnino lumine colluſtratum, vel omnino tenebris obductum eſt, cùm inter hæc nihil medium intercedat; verum ſi illuſtratum eſt, adjungetur illuſtrato; ſi opacum, opaco. Sed enim linea intermedia perſpicue conſpicitur, quæ in ſolam longitudinem extenſa, nihil aliud quam partem illuminatam ab opaca diſtinguit. Si enim hæ partes diſtinctæ ſunt, aliquid ab eis diverſum ſit neceſſe eſt, quod eas disjungat: idque neque luce colluſtratum, neque tenebris obductum, neque latitudinem habens.* Quiſquis ergo vel leviter modo intelliget, quantopere craſſæ pinguesque lineæ adverſentur picturarum elegantiæ, non poterit non tales aliquas lineas animo concipere, atque eas in conſummatæ Artis operibus requirere. Quinetiam ob hoc ipſum ſummos olim Artifices in tenuiſſimis lineis ſuſpenſa manu ducendis plurimum deſudaſſe judicabit ex eo Protogenis atque Apellis certamine, quod ſupra lib. II, cap. XI, §. I, retulimus.

§. II. Ad hæc omnia denique accedat oportet Picturæ quidam ſine ullo fuco veritatis color. Neque enim aliter fieri poteſt, ut Artifex vivam veræ pulchritudinis gratiam aſſequatur: ſiquidem in corporibus noſtris, *Maxime oculos rapit color*, teſte Seneca lib. II de Ira, cap. I. *Corporis eſt quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuavitate; eaque dicitur pulchritudo*, Cicero lib. IV Tuſcul. quæſtionum. *Forbum eſt calidum; unde & formoſos dicimus, quibus color ſanguinis ex rubore pulchritudinem creat*, Servius ad verſum 351 octavi Æneidos. Κάλλος ἐστὶ συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχροίας: *Pulchritudo eſt competentia membrorum & partium cum coloris bonitate*, Hermogenes lib. I de Formis orationis, §. περὶ ἐπιμελείας καὶ κάλλους. Οὐκ ὀλίγα πρὸς εὐμορφίαν συντελεῖ, χρόα, καὶ τὸ ἑκάστῳ πρέπον· ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς, ὁπόσα μέλανα, λευκὰ δὲ, ὅσα τοιαῦτα χρή· καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν: *Non parum ad ſummam formæ præſtantiam colores addunt, & quod in quaque corporis parte decorum: ut perfecte nigra ſint, quæcunque nigra; & alba, quæcunque eſſe alba convenit; utque decenti rubore floreſcant omnia*, Lucianus in Imaginibus. Xenophon denique in Rep. Lacedæmon. εὐχρόους & αἰσχροὺς * ſibi invicem opponit; dicens; Ἀπὸ τῶν σίτων οἱ μὲν διαπονούμενοι, εὔχροοί τε καὶ εὔσαρκοι καὶ εὔρωστοί εἰσιν· οἱ δ' ἄπονοι, πεφυσημένοι τε καὶ αἰσχροὶ καὶ ἀσθενεῖς ἀναφαίνονται: *Qui ſeſe laboribus à cibis exercent, boni coloris, bene habiti, & validi ſiunt; laborum vero fugitantes, tumidi, fœdi, infirmique eſſe deprehenduntur.* Corpora certe plus habebunt decôris, ſi non nudos & velut carne ſpoliatos artus oſtenderint; ſed ſi membris omnibus modica carne tumentibus, quidam venuſtatis, non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus inſideat color; qui non modo indicet robur, verum etiam addat ornatum. Κόσμου γὰρ ἐπιμελήσεται τέχνη πᾶσα· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέχνας, ὑπὲρ κόσμου εὕρηται: *In ornatum enim intenta eſt omnis ars; quandoquidem & ipſæ artes ad ornatum ſunt adinventæ*, Philoſtratus de vita Apollonii, libro ſexto, cap. 6. Sed *Ornatus virilis, fortis, & ſanctus ſit: nec effœminatam lævitatem, nec fuco eminentem colorem amet: ſanguine & viribus niteat*, Quintil. VIII, 3. Τὸ σῶμα μὴ ἄγαν λευκὸν εἶναι δεῖ, ἀλλὰ ἔναιμον ἁπλῶς· οἷον δέ τι τοῖς Μενελάου μηροῖς τὸ χρῶμα ὁ ἄριστος τῶν γραφέων Ὅμηρος ἐπέβαλεν, ἐλέφαντι εἰκάσας ἠρέμα πεφοινιγμένῳ, τοιοῦτον δὲ ἔστω τὸ πᾶν: *Corpus non nimium album eſſe oportet, ſed plane temperanter rubeſcat. Qualem præſtantiſſimus inter omnes pictores Homerus colorem adjecit Menelai femoribus, ebori purpureo oſtro infecto aſſimilatis; tali univerſum corpus colore niteat*, Lucianus in Imaginibus. Ovid. IV Met. verſ. 331:

Hic color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.

Idem libro II Amorum, Eleg. 5:

Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ:
Aut ubi cantatis Luna laborat equis:
Aut quod, ne longis flaveſcere poſſit ab annis,

Rubor quidam candori mixtus, & per univerſum corpus vi ſanguinis inſtar diffuſus, minime negligendus hic eſt.

* Bono colore præditos & deformes.

Mæonis

Mæonis Aſſyrium fœmina tingit ebur:
Hic erit, aut aliquis color ille ſimillimus horum.

Tibullus libro III, Eleg. 4:

Candor erat, qualem præfert Latonia luna,
Et color in niveo corpore purpureus.
Ut juveni primum virgo deducta marito,
Inficitur teneras ore rubente genas:
Et cùm contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & Autumno candida mala rubent.

Auſonius Edyllio 7:

Biſſula nec ceris nec fuco imitabilis ullo,
Naturale decus fictæ non commodat arti.
Sandyx & ceruſſa alias ſimulate puellas;
Temperiem hanc vultus neſcit manus. Ergo age pictor,
Puniceas confunde roſas, & lilia miſce;
Quique erit ex illis color aeris, ipſe erit oris.

Græcis ῥοδαρὸν τοῦ σώματος, eſt Coloris bonitas in corpore habitiore & bene temperato ſpecioſum quid & roſeum præ ſe ferens. Talem coloris bonitatem præcipue deprehendimus in corporibus ingenuorum delicate molliterque educatorum; neque ullam humani corporis depictam imaginem recte ſuavem venuſtamque dixeris, in qua non viva quædam ſimilitudo ſanguinei ruboris eluceſcat. *In Venere Coa corpus illud non eſt, ſed ſimile corpori: nec ille fuſus & candore mixtus rubor, ſanguis eſt, ſed quædam ſanguinis ſimilitudo*, Cicero libro 1 de natura Deorum.

Ornatus munditiam potius quàm affluentiam affectat: non ſit nimius, ſed ita modicus ut in neutram partem conſpici poſſit.

§. 12. Atque hæc ſunt illa in coloribus obſervatu digna, quæ ſenſus noſtros maxime afficiunt. Veriſſimum eſt enim illud Plutarchi de Poëtis aud. ἐν γραφαῖς κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς, διὰ τὸ ἀνδρείκελον καὶ ἀπατηλόν: *In picturis color magis movet lineatura, quia hominis habeat ſimilitudinem, eaque facile fallat.* Quamvis enim in lineari Pictura, ut ſupra oſtendimus, nonnunquam ſit fallax quædam actionum ac motus ſimilitudo, & ſtatuæ quoque ſignaque perſæpe vividum aliquid præ ſe ferant, longe tamen efficacius imagines coloribus animantur. Ὁ ζωγράφος πρῶτον ποιεῖ ἄνθρωπον ἐν σκιαγραφίᾳ, εἶτα χρωματουργῶν, ἄγει εἰς τὸ ποιῆσαι Σωκράτην ἢ Πλάτωνα: *Pictor primo facit quemvis hominem in adumbratione, poſtea coloribus illinens fingit Socratem aut Platonem*, Ammonius in decem categorias Ariſtot. Sed hujus quoque loci clauſula ſit eadem neceſſe eſt, quæ exterorum; regnare maxime modum. Nam *Ornatus omnis non tam ſua, quàm rei cui adhibetur, conditione conſtat. Qui niſi fuerit accommodatus rebus, non modo non illuſtrabit eas, ſed etiam deſtruet, & vim rerum in contrarium vertet*, Quintil. XI, 1. *Odi in parvo corpore longa velamina. Illa veſtis decenter indutui eſt, quæ non trahit pulverem, nec humum demiſſa calcatur*, Symmachus libro III, epiſtol. 10. Apelles certe, qui modum in pleriſque adhibuit Arti, ne colorum nimia hilaritate ſpectantium oculos perſtringeret, inimitabili invento *Abſoluta opera atramento illinebat ita tenui, ut id ipſum repercuſſu claritates colorum * excitaret, cuſtodiretque à pulvere & ſordibus, ad manum intuenti demum appareret. Sed & cum ratione magna, ne colorum claritas oculorum aciem offenderet; veluti per lapidem ſpecularem intuentibus è longinquo; & eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret*, Plin. XXXV, 10. Quamobrem etiam nemo me hactenus cedentem, inſequatur ultra: do quidem tempori, ut præcipua nobis ſit cura colorum, non tamen ſola. Neque enim omnia ſemper ad arbitrium faſtidioſi ſpectatoris facienda ſunt: nam quis hominum, liberi modo ſanguinis, ſuſtineat ineptus eſſe ad alterius arbitrium? Occurram enim neceſſe eſt, velut in veſtibulo, protinus apprehenſuris hanc confeſſionem meam; reſiſtam iis, qui omiſſa rerum (qui nervi ſunt in Picturis) diligentia, quodam inani circa colores ſtudio ſeneſcunt: idque faciunt gratia decôris: quod eſt in Arte mea quidem opinione pulcherrimum; ſed cùm ſequitur, non cùm affectatur. *Non ideo tamen ſegnius precor, ut quandoque veniat dies; utinamque jam venerit; quo auſteris illis ſeveriſque, dulcia hæc blandaque, ut juſta poſſeſſione decedant*, Plin. Junior lib. III, epiſt. 18. Libens votis hiſce indulgeo, licet exigua prorſus animum meum ſpes obtentet hujus noſtræ contemplationis dulcedinem ad effectum abſoluta felicitate traduci aliquando poſſe.

* F. excæcaret.

Attonita imperiti ſpectatoris admiratio præcipuum irri-

§. 13. Falluntur itaque plurimum, qui vitioſum & corruptum pingendi genus, quod aut licentia puerili laſcivit; aut immodico tumore turgeſcit; aut inani conatu bacchatur; aut caſuris, ſi leviter excutiantur, floſculis nitet; aut præcipitia pro ſublimibus habet; aut ſpecie libertatis inſanit, magis exiſtimant populare atque plauſibile. Quod quidem

placere

tamentum eſt omnium in quæ inſanimus.

placere multis nec inficior, nec miror: eſt enim jucundioris ac magis favorabilis Artis, & paratam ſemper habet vulgi coronam, ducens animos imperitorum, naturali quidem, at minime durabili voluptate. Etenim nemo unquam ex hoc Picturæ genere manſuram in animo cujuſquam retulit admirationem; ſed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre, atque omnis illa laus intra unum aut alterum diem, velut in herba vel flore præcepta, ad nullam certam & ſolidam pervenit frugem. *Crede mihi*, inquit Seneca epiſt. 23, *res ſevera eſt verum gaudium. Levium metallorum fructus in ſummo eſt: illa opulentiſſima ſunt, quorum in alto latet vena, aſſidue plenius reſponſura ſodienti. Hæc, quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perſuſoriam voluptatem; & quodcunque invectitium gaudium eſt, fundamento caret.* Accidat modo ſtupentium oculis, in locum blandæ iſtius Picturæ, exquiſitius quid pictum; qualecunque id, quod ipſi deſperant ſe poſſe, ſtatim habebit admirationem majorem. Evaneſcent enim priora hæc atque emorientur comparatione meliorum: *Ut lana tincta fuco, citra purpuram placet: at ſi contuleris etiam lacernæ, conſpectu melioris obruatur*, ut Ovidius ait. *Si vero judicium his corruptis adhibeas, ut buccinis purpuram, jam illud, quod ſefellerat, exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra Solem; ut quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probant, nemo improbat bona*, Quintil. XII, 10. *Qui ſpecie capiuntur, vulſis, lævigatiſque, & inuſtas comas acu comentibus, & non ſuo colore nitidis, plus eſſe formæ putant, quàm poſſit tribuere incorrupta natura; ut pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus*, Quintil. II, 5. *Corpora ſana & integri ſanguinis, & exercitatione firmata, ex iiſdem his ſpeciem accipiunt, ex quibus vires: namque & colorata, & adſtricta, & lacertis expreſſa ſunt; ſed eadem ſi quis vulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſint ipſo formæ labore. Et cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus, ut Græco verſu teſtatum eſt, autoritatem; at muliebris & luxurioſus, non corpus exornat, ſed detegit mentem*, Quintil. in prooemio libri octavi. Similiter illa tranſlucida & verſicolor quorundam Pictura, & petita paulo licentius voluptas, res ipſas effœminat, quæ illo colorum fuco veſtiuntur; Ὥσπερ ἤ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τέτων, καὶ κομιδῆ πρινίνων, ἀλεργίδι περιβάλλοι, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ, ϗ φῦκον ἐντρίβοι, ϗ ψιμύθιον τῷ προσώπῳ, Ἡράκλεις ὡς καταγέλαστον αὐτὸν ἀπεργάσαιτο, αἰσχύνας τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ: *Quemadmodum ac ſi quis athletæ alicui iſtorum validorum, & vehementer robuſtorum purpuram induat, ac cæteris ornamentis meretriciis eum exornet, præterea & ſuco & ceruſſa faciem ejus oblinat, quàm Hercule ridiculum ipſum redderet deformando ipſum ornatu illo!* Lucianus de conſcrib. Hiſtoria. Magnus Artifex remiſſius agit & ſecurius; quæcunque pingit, plus habent fiduciæ, quàm curæ. *Nôſti complures juvenes*, inquit Seneca epiſtola XCV, *barba & coma nitidos, de capſula totos: nihil ab illis ſperaveris forte, nihil ſolidum. Non eſt ornamentum virile, concinnitas.* Et rurſus epiſt. XLI: *Non faciunt meliorem equum aurei fræni. Aliter leo aurata juba nitet, dum contrectatur, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, integri ſpiritus. Hic ſcilicet impetu acer, qualem illum eſſe Natura voluit, ſpecioſus ex horrido, cujus hic decor, non ſine timore adſpici, præfertur illi languido & bracteato.* Adeo plerumque melius eſt opus ſuum vel hirta toga induere, quàm fucatis & meretriciis veſtibus inſignire. Recte Ovidius III de Arte, verſ. 256:

Pulchraque ſunt ſemper deteriora bonis.

Auſon. Heroum epitaph. 20:

Ocyus iſta ruunt, quæ ſic cumulata locantur.
Major ubi eſt cultus, magna ruina ſubeſt.

Fucatum hunc ſpecioſioris Picturæ cultum recte contuleris cum iſta Nannio, quam Proſcenium dixerunt veteres; propterea quòd ſcortillum hoc, exutis veſtibus, non vulgarem lepidioris vultus gratiam, & mirum ſumptuoſioris amictus ſplendorem fœda corporis ſui deformitate prorſus exſtingueret: vide *Athenæum libro* XIII, *cap.* 6. Sit ergo colorum, cura; rerum, ſollicitudo. Neque tamen optimum ſemper eſſe putabimus, quod latet; nam plerumque optima rebus cohærent, & cernuntur ſuo lumine; obvia ſunt, &, niſi conniveamus, in oculos ſtatim incurrunt. At nos quærimus illa, tanquam lateant ſemper, ſeque ſubducant; ita nunquam putamus circa id eſſe, de quo agimus; ſed aliunde petimus, & inventis vim afferimus. Horat. lib. I, Satyr. 2:

\- - - *Leporem venator ut alta*
In nive ſectetur, poſitum ſic tangere nolit.
Tranſvolat in medio poſita, & fugientia captat.

Recte Caſſiodorus Variorum XI, 5: *Non putatur abundare, quod quæritur.* Majore

 profecto

profecto animo aggredienda eſt Ars, quæ ſi toto corpore valet, ungues polire, & capillum reponere, non tantopere ad curam ſuam pertinere exiſtimabit. Horat. de Art.

> *Æmilium circa ludum ſaber imus & ungueis*
> *Exprimet, & molleis imitabitur ære capillos.*
> *Infelix operis ſumma: quia ponere totum*
> *Neſciet. Hunc ego me, ſi quid componere curem,*
> *Non magis eſſe velim, quàm pravo vivere naſo,*
> *Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.*

Ad quem locum Commentator vetus: *Æmilius ludus*, inquit, *dicebatur locus non procul à Circo, ubi Æmilius quidam gladiatores ſuos habuit, circa quem erat ſtatuarius, qui ungues & capillos benè expreſſit, cætera imperfecta relinquens; unde multum deriſus eſt.* Concinnitatem Ars non præſtat, ſed & hanc; nec huic laborat; ſed labor ejus, quamvis aliud petat, hanc quoque aſſequitur. *Sicut in arvo, quod ſegeti proſciſſum eſt, aliqui flores internaſcuntur: non tamen huic herbulæ, quamvis delectet oculos, tantum operis inſumptum eſt: aliud fuit ſerenti propoſitum; hoc ſupervenit*, Sen. de Vita beata, cap. 9. Sed nos monendi cura longius duxit. Neque tamen hæc eò pertinuerunt, ut in Pictura nullus ſit ornatus; ſed ut ſit ſeverus, preſſus, & velut applicitus rei, atque eò minus confeſſus. *Niciæ comparatur, & aliquanto præfertur Athenion Maronites, & auſterior colore, & in auſteritate jucundior, ut in ipſa pictura eruditio eluceat*, Plin. XXXV, 11. Nunc ad ordinem inceptum revertemur, & conſiderabimus, quid in omnibus hiſce vocetur Actio & Paſſio, nec non τὸ ζωτικὸν ϗ ἔμπνουν, *vivens & ſpirans*, è duobus iſtis reſultans.

CAPUT IV.

§. 1. *Primi Artifices multis experimentis edocti imagines omnes, vel in veriſſimis corporum lineamentis, immobilem quendam atque oculis noſtris minus gratum ſervare rigorem; ex uſu Artis tandem eſſe judicarunt, ut vivam rerum effictarum ſimilitudinem, Natura ipſa veluti manu ducente, vario corporum flexu motuque repræſentarent. Animi certe eſt omnis actio: quamobrem etiam peculiari quadam ratione animorum potius picturam quàm corporum intueri nos credimus, cùm inſignia magnorum Artificum opera actum aliquem humanæ menti congruentem exprimunt.*

§. 2. *Quoniam vero potiſſimus imaginum decor ex commoda aliqua actione naſcitur, ſedulo ſemper in vultu acrimoniam quandam, & in reliquo totius corporis geſtu nonnullam concinni motus venuſtatem dignitatemque obſervabant.*

§. 3. *Maxime tamen ſingulis imaginibus tribuebant mores proprios ac ſuos, hoc eſt, mores perſonis quas referebant convenientes. Cæleſtibus nempe, auguſtum aliquod Numen; Regibus, divinam quandam majeſtatem; Senatoribus, profundioris animi dignitatem; Vatibus, placidæ mentis venerationem; Diſertis, obviam atque in ipſo vultu expoſitam vim dicendi; Citharœdis, ſuaviſſimam ſemiaperti oris & canticum eliquantis gratiam*, &c.

§. 4. *Quo ſtudio diverſiſſimorum affectuum geminum atque ex ipſa Natura hauſtum calorem in opera ſua transfuderint priſci Artifices. Nullus hic eſt uſus moroſæ cogitationis atque indeſeſſæ pertinaciæ; omnis in ipſo ſtatim conatu peribit labor; neque unquam languentes ſpectatorum animos excitabit evibrabitque Artifex, niſi inflammatus ipſe atque ardens ad materiam acceſſerit.*

§. 5. *Fundendi quoque miſcendique æris peritia eos adjuvante, ſtatuas ſuas uſque adeo manifeſta variorum affectuum imagine complebant, ut, Arte iſthac olim penitus exſtincta, fidem nunc abrogare non vereamur exemplis miro probatiſſimorum autorum conſenſu traditis confirmatiſque.*

§. 6. *Quot & quibus loquendi modis Græci Latinique ſcriptores Motum hunc, in ſtupendis antiquiſſimorum Artificum operibus emicantem, deſcripſerint.*

§. 7. *Alii tamen, ut magis preſſe, ita non minus plene ſummam Artis perfectionem in eo conſtituunt, ut cum Naturæ veritate certans, Natura eſſe videatur.*

§. 8. *Quamobrem etiam in manifeſto verſantur errore, atque ab intellectu Artis longe ſunt remoti, qui Motum in immaniore rictu, corpore diſtorto, cruribus plus juſto divaricatis collocantes, dum nihil tranquille, nihil leniter faciunt, furere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bacchari vinolenti videntur.*

Summi olim Artifices exoii

I*Mago, cùm omnes lineas exprimat veritatis, vi tamen ipſa caret, non habens motum*, Tertull. lib. 11 adverſ. Marcionem. *Deeſt enim & luto vigor, & ſaxo color, & picturæ*

ſturæ rigor, & motus omnibus, qui præcipua fide ſimilitudinem repræſentat, Apulejus in Apologia. Et mox: *Enimvero quod luto fictum, vel ære infuſum, vel lapide inciſum, vel cera inuſtum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio adſimulatum eſt, ritu cadaveris unum vultum & immobilem poſſidet.* Quamobrem etiam primi illi Artifices corpora in nullos recedentia flexus effingentes, nimio duriſſimi rigoris ſtupore ſpectantium oculos minus afficiebant, donec tandem *Cimon Cleonæus catagrapha invenit; hoc eſt, obliquas imagines, & varie formare vultus, reſpicientes, ſuſpicientes, deſpicientesque*, Plin xxxv, 8. Exinde in ſtatuis atque picturis videmus variari habitus, vultus, ſtatus, & ad Actionem quandam conformari. *Nam recti quidem corporis vel minima gratia eſt. Nempe enim adverſa ſit facies, & demiſſa brachia, & juncti pedes, & à ſummis ad ima rigens opus: flexus ille, &, ut ſic dixerim, motus, dat actum quendam effictis. Ideo nec ad unum modum formatæ manus, & in vultu mille ſpecies. Curſum habent quædam, & impetum; ſedent alia, vel incumbunt; nuda hæc, illa velata ſunt; quædam miſta ex utroque. Quid tam diſtortum & elaboratum, quam eſt ille Diſcobolos Myronis? Si quis tamen, ut parum rectum, improbet opus, nonne ab intellectu artis abfuerit, in qua vel præcipue laudabilis eſt illa ipſa novitas ac difficultas?* Quintil. II, 13. Atque hujus ſummæ virtutis, judicio quidem meo, facillima via eſt: naturam intueamur, hanc ſequamur. Omnis hæc Ars circa opera vitæ eſt; & id facillime admittunt ſpectantium animi, cujus indiſcretam ſimilitudinem in rebus naturalibus, collatione invicem ad amuſſim reſpondente, agnoſcunt: *Quintil.* VIII, 3.

durum antiquiſſimorum operum rigorem, actum quendam motumque operibus ſuis addiderunt.

§. 2. Omnis certe decor à geſtu atque motu venit: & præcipuum in actione, ſicut in corpore ipſo, caput eſt, cùm ad illum, quem dixi, decorem, tum etiam ad ſignificationem decoris. Nam & dejecto, humilitas; & ſupino, arrogantia; & in latus inclinato, languor; & præduro ac rigente, barbaria quædam mentis oſtenditur. Suntque in eo præter annuendi, renuendi, confirmandique motus, etiam verecundiæ, dubitationis, admirationis, & indignationis noti & communes omnibus affectus. (*a*) Dominatur itaque hîc maxime vultus. Hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſummiſſi ſumus; (*b*) ex hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc ſpectant, etiam antequam movemur aut loquimur. Hoc amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus, hic eſt ſæpe pro omnibus verbis. In vultu quoque ſanguis ille qui mentis habitu movetur, cùm infirmam verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem; cum metu refugit, abit omnis, & pallore frigeſcit; temperatus, medium quoddam ſerenum efficit. Sed in ipſo vultu plurimum valent (*c*) oculi, per quos maxime animus emanat; ut citra motum quoque & hilaritate eniteſcant, & triſtitia quoddam nubilum ducant. Quin etiam lacrymas his natura, mentis indices, dedit; quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia manant. Motu vero intenti, remiſſi, ſuperbi, torvi, mites, aſperi fiunt; quæ, ut actus popoſcerit, fingentur. Rigidi vero & extenti, aut operti & compreſſi, aut languidi & torpentes ſtupentesve, aut laſcivi & mobiles, aut natantes & quadam voluptate ſuffuſi, aut limi & (ut ſic dicam) Venerei, aut poſcentes aliquid pollicentesve nonnunquam eſſe debebunt. Et ad hæc omnia exprimenda in palpebris etiam & in genis eſt quoddam deſerviens his miniſterium. (*d*) Multum & ſuperciliis agitur: nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur

Motus certe petitus ex ipſa Natura, ingentem aliquam vim ac præcipuum decus addit ſimilitudini.

(*a*) *Dominatur hic maxime vultus.*] *Vultus eſt tacitus quidam ſermo mentis*, Cicero circa initium Orationis in L. Calpurnium Piſonem. *Neque enim refert videre quid dicendum ſit, niſi id queas ſolute & ſuaviter dicere: quamquam ne id quidem ſatis eſt, niſi id, quod dicitur, ſit voce, vultu, motuque conditius*, Idem de claris Oratoribus. *Cùm hac à te tractamur, Craſſe, ego mehercule horrere ſoleo. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, vultu, geſtu, digito denique iſto tuo ſignificari ſolet, ut mihi non ſolum tu incendere judicem, ſed ipſe ardere videaris*, Idem libro II de Oratore. *Neque enim ulla vehementier intra cogitatio eſt, qua nihil moveat in vultu*, Seneca lib. I de Ira, cap. I.

(*b*) *Ex hoc pendent homines.*] *Hîc etiam fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei, triſtiores videbam*, Cicero circa initium Philippicæ duodecimæ.

(*c*) *Oculi, per quos maxime animus emanat.*] *An non vides quantum oculis det vigorem Fortitudo? quantam intentionem Prudentia? quantam modeſtiam & quietem Reverentia? quantam ſerenitatem Lætitia? quantum rigorem Severitas? quantam remiſſionem Hilaritas?* Seneca epiſtola CVI. Plinius quoque nat. Hiſtoriæ libro XI, cap. 37, de oculis agens: *Neque ulla ex parte*, inquit, *majora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maxime, id eſt, moderationis, clementia, miſericordia, odii, amoris, triſtitia, lætitia. Contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, tranſverſi, limi, ſummiſſi, blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. Ardent, intenduntur, humeſcunt, connivent. Hinc illa miſericordia lacryma. Hos cùm oſculamur, animum ipſum videmur attingere. Hinc fletus & rigantes ora rivi. Quis ille humor eſt, in dolore tam fœcundus & paratus? aut ubi reliquo tempore? Animo autem videmus, animo cernimus: oculi, ceu vaſa quadam, viſibilem ejus partem accipiunt atque tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante*, &c.

(*d*) *Multum & ſuperciliis agitur.*] *In aſcenſu frontis ſupercilia homini & pariter & alterne mobilia & in*

hitur frons, attollitur, demittitur; ut nulla res in ea plus valeat. Superciliis contractis, triſtitia; diductis, hilaritas; remiſſis, pudor oſtenditur. Annuendi quoque renuendive ratione demittuntur aut allevantur. (*e*) Naribus labriſque deriſus, contemptus, faſtidium ſignificari ſolent. Labrorum quoque in ipſo conatu ſermonis modicus debet eſſe motus. Etenim (*f*) ore magis, quàm labris loquendum eſt. Unde etiam male porriguntur labra, & ſcinduntur, & adſtringuntur, & diducuntur, & dentes nudant, & in latus ac pene ad aurem trahuntur, & velut quodam faſtidio replicantur ac pendent. Cervicem rectam eſſe oportet, non rigidam aut ſupinam. Collum diverſa quidem, ſed pari deformitate & contrahitur & tenditur. (*g*) Humerorum raro decens allevatio atque contractio eſt; breviatur enim cervix, & geſtum quendam humilem atque ſervilem & quaſi fraudulentum facit, cùm ſe in habitum adulationis, admirationis, & metus humeri fingunt. Brachii moderata projectio, remiſſis humeris, atque explicantibus ſe in proferenda manu digitis, familiarem ſermonem maxime decet. At cùm ſpecioſius quid uberiuſque dicentes repræſentamus, exſpatiatur in latus, ut ipſa quodammodo ſe cum geſtu fundat oratio. Manus vero, ſine quibus trunca eſſet actio ac debilis, vix dici poteſt quot motus habeant. Nam cæteræ partes loquentem adjuvant; hæ (prope eſt ut dicam) ipſæ loquuntur. An non his poſcimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, ſupplicamus, abominamur, timemus, interrogamus, negamus, gaudium denique, triſtitiam, dubitationem, confeſſionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus oſtendimus? Non eædem concitant, ſupplicant, inhibent, probant, admirantur, verecundantur? ut in tanta per omnes gentes nationeſque linguæ diverſitate, hic mihi omnium hominum communis ſermo videatur. Sunt & manui breves quidam geſtus, leviter enim pandata, qualis voventium eſt, parvis intervallis & ſubaſſentientibus humeris quandoque movetur; maxime apta parce & quaſi timide loquentibus. Eſt admirationi conveniens ille geſtus, quo manus modice ſupinata, ac per ſingulos à minimo collecta digitos, redeunte flexu ſimul quaſi explicatur atque convertitur. Nec uno modo interrogantes geſtum componimus; plerumque tamen vertentes manum, utcunque compoſita eſt. Pollici proximus digitus, mediumque qua dexter eſt unguem pollici ſummo ſuo jungens, remiſſis cæteris, eſt & approbantibus & narrantibus decorus. Manus lenior, promittit & aſſentatur; citatior, hortatur; interim laudat. Eſt & illa cava, & rara, & ſupra humeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus. Digitos, cùm ſummi coiërunt, ad os referimus leviter admirantes, & interim ſubita indignatione velut paveſcentes & deprecantes. Quin compreſſam etiam manum in pœnitentia vel ira pectori admovemus. Tolli vero manum Artifices ſupra oculos, demitti infra pectus vetant: adeo à capite eam petere, aut ad imum ventrem deducere vitioſum habetur. Ad ſiniſtram intra humerum promovetur, ultra non decet; ſed cùm averſantes in lævam velut partem propellemus manum, ſiniſter humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente conſentiat. Manus ſiniſtra nunquam ſola geſtum recte facit; dextræ ſe frequenter accommodat: ſive in digitos rationes noſtras digerimus; ſive averſis in ſiniſtrum palmis abominamur; ſive objicimus adverſas; ſive in latus utramque diſtendimus; ſive ſatisfacientes aut ſupplicantes. Plus etiam affectus interdum exhibent manus; ſint modo in rebus parvis, triſtibus, mitibus, breves; in magnis vero, lætis, atrocibus, extenſiores. (*h*) Facit etiam aliquid & totius corporis motus. Præcipue tamen obſervandum, pectus ac venter ne projiciantur; pandant enim poſteriora; & eſt odioſa omnis ſupinitas. Latera cum geſtu conſentiant. In pedibus obſervetur ſtatus & inceſſus. Sed omnia hic perſequi velle, prope laboris eſt infiniti. Suffecerint hæc ex *Quintil.* XI, 3, adducta: quem pretium operæ fuerit inſpexiſſe.

Plurimum tamen hic poteſt vultus ille & ſtatus unicuique, pro perſona quam ſuſtinet, peculiaris.

§. 3. Hæc ubi recte obſervata erunt, propere in oculis elucebit νοῦς ὀφθαλμῶν, *mens oculorum*, ut loquitur Philoſtratus in vita Apollonii lib. VI, cap. 3; & Iconum lib. II, in Panthia. In ipſo quoque vultu magnis ſui veſtigiis confeſtim eminebit *vitus oris*, ut loquitur Quintilianus Declam. X: *Si mihi aliquam imaginem filii mei, vel parvuli, vel jam adulti, vel noviſſimam juvenis auferres, injicerem tamen miſera tanquam corpori manum,*

iis pars animi. Negamus, annuimus. Hac maxime indicant faſtum. Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiuſque invenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet, Plinius lib. XI, cap. 37.

(*e*) *Naribus labriſque deriſus.*] Prius Græci dicunt μυκτηρίζειν, alterum διαμυλλαίνειν. De utroque vide Auctorem Etymologici magni, Heſychium, Suidam. *Novi mores*, inquit Plinius nat. Hiſt. lib. XI, cap. 37, *irriſioni dicavere naſum.*

(*f*) *Ore magis quàm labris loquendum eſt.*] C. *Julius Tito Pinario mentum in dicendo intorquenti, conceſſit ut diceret, ſi quid vellet, ſi nucem fregiſſet*, Cicero lib. II de Oratore.

(*g*) *Humerorum raro decens allevatio atque contractio eſt.*] Cicero pro C. Rabirio Poſthumo: *Noſtis inſulſitatem Græcorum; humeris geſtum agebant.*

(*h*) *Facit etiam aliquid & totius corporis motus.*] Cicero de claris Oratoribus, ubi de Curione agens: *Motus erat is*, inquit, *quem & C. Julius in perpetuum notavit, cùm ex eo, in utramque partem toto corpore vacillante, quæſivit, Quis loqueretur è lintre.*

manum, illam ſimilitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratiſſimam faciem, & ritus oris expreſſos, & adumbratos artificis manu vultus. Sed illum perdidi, unde imago, unde ſimilitudo, unde ſolatium. In toto denique opere ſtatim apparebit ἠθῶν ἱστορία, *morum hiſtoria*, memorata Calliſtrato in deſcriptione ſtatuæ Narciſſi. Μάλιστα γὰρ ἠθοποιός ἐστιν ἡ μίμησις: *Maxime enim mores exprimit imitatio*, Proclus in Polit. Platonis. Unde etiam hæc ipſa Ars Calliſtrato in deſcript. ſtatuæ Æſculapii ἠθοποιὸς τέχνη, *ars mores effingens*, nominatur; tanquam quæ in exhibendis corporum ſimulacris non modo ſequatur ductus lineamentorum, ſed morum quoque, pro perſonarum diſcrimine, vivam reddat ſpeciem. In uniuſcujuſque profecto vultu, ſi quis advertat, ineſt quædam imago morum, quæ acres ac perſpicaces oculos latere non poteſt; quandoquidem ex vigore corporis omnibus animi motibus conſentaneo deprehenditur. Τὸ ἐν Ἰλίῳ ἄγαλμα τοῦ Ἕκτορος, ἡμιθέῳ ἀνθρώπῳ ἔοικε, καὶ πολλὰ ἤθη ἐπιφαίνει τῷ θεωροῦντι αὐτὸ ξὺν ὀρθῷ λόγῳ· καὶ γὰρ φρονηματῶδες δοκεῖ, καὶ γοργὸν, καὶ φαιδρὸν, καὶ ξὺν ἁβρότητι σφριγῶν, καὶ ἡ ὥρα μετ' οὐδεμιᾶς κόμης· ἔστι δ' οὕτω τι ἔμπνουν, ὡς τὸν θεατὴν ἐπισπάζεσθαι θίγειν: *Quæ eſt Ilii Hectoris ſtatua, ſemideum refert hominem, multosque præ ſe fert affectus, ſi quis diligenter accurateque aſpexerit. Etenim elata eſt, ac terribilis, alacrisque & cum mollitie vigens, ineſtque ei abſque ulla coma pulchritudo. Eſt autem uſque adeo ſpirans, ut ad ſe tangendam ſpectatores attrahat*, Philoſtr. in Her. Recte itaque ſuadet Horat. in Arte:

Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque
Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat:
Ætatis cujuſque notandi ſunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus & annis.

Aliter itaque Numinis alicujus Regisve auguſtam majeſtatem, aliter Senatorem, aliter Vatem, aliter Oratorem, aliter Citharœdum Ars effingit.

- - - *Jovis eſt regalis imago*,

Ovid. VI Metam. verſ. 74. Apulejus VI Metam. *Supplicanti ſeſe Juno cum totius ſui numinis auguſta dignitate præſentat.* Cæterum quemadmodum Jovi regale aliquid hic tribuit Ovidius, ita Agamemnoni θεῖον, *divinum* quid adſcribit Philoſtr. Iconum libro II, in Antilochi pictura: Ἐπίδηλος ὁ μὲν Ἰθακήσιος, ἀπὸ τοῦ στρυφνοῦ καὶ ἐγρηγορότος· ὁ δὲ Μενέλεως, ἀπὸ τοῦ ἡμέρου· ὁ δὲ Ἀγαμέμνων, ἀπὸ τοῦ ἐνθέου· τὸν δὲ τοῦ Τυδέως, ἡ ἐλευθερία γράφει· γνωρίζοις δ' ἂν καὶ τὸν Τελαμώνιον, ἀπὸ τοῦ βλοσυροῦ· καὶ τὸν Λοκρὸν, ἀπὸ τοῦ ἑτοίμου: *Notabilis eſt Ithacenſis quidem, ſeveritate quadam & vigilantia; Menelaus autem, lenitate; Agamemnon vero divina quadam majeſtate: ſed Tydei filium libertas exprimit: dignoſceres præterea Telamonium à terribili, Locrenſem a prompto.* Divinum hoc Regiæ majeſtatis ſpecimen Demetrium Poliorceten præter cæteros venerabilem fecit, prout ſtupendam ejus formam Plutarchus deſcribit: Δημήτριος ἰδέᾳ καὶ κάλλει προσώπου ἦν θαυμαστὸς καὶ περιττὸς· ὡς τῶν πλαττόντων καὶ γραφόντων μηθένα τῆς ὁμοιότητος ἐφικέσθαι· τὸ γὰρ αὐτὸ χάριν καὶ βάρος καὶ φόβον καὶ ὥραν εἶχε· καὶ συνεκέκρατο τῷ νεαρῷ καὶ ἰταμῷ δυσμίμητος ἡρωϊκή τις ἐπιφάνεια καὶ βασιλικὴ σεμνότης: *Demetrius forma & faciei venuſtate adeo mira atque excellenti fuit, ut Plaſtes vel Pictor exprimere nullus imaginem ejus poſſet. Eadem enim venuſtatem & gravitatem, terrorem & hilaritatem habebat; confuſaque erat cum juvenili & feroci vultus aſpectu pene inimitabilis heroïca quædam ſpecies & majeſtas regia.* Similia de eodem Demetrio tradit Diodorus Siculus, quem vide. In Senatores quoque ab ipſis Regibus nonnulli majeſtatis rivuli videntur derivari, & quidam *ſenatorius decor*, Plin. Junior lib. I, epiſt. 14: vel, ut eſt apud Senecam epiſt. LXVI, *Conveniens prudenti viro geſtus.* Vatibus quoque ſuis Dii videntur neſcio quam ſacræ majeſtatis ſpeciem indulſiſſe; Philoſtr. Iconum lib. I, in Amphiarao: Ἀμφιάρεως βλέπων ἱερὸν καὶ χρησμῶδες: *Amphiarai vultus ſacerdotale quiddam ac vaticinum ſpirabat.* Oratores ſerium quiddam atque excitatum in vultu ac totius corporis habitu à reliquis diſcernit. Ovid. lib. II de Ponto, Eleg. 5:

Surgit Iuleo juvenis cognomine dictus,
Qualis ab Eoïs Lucifer ortus aquis.
Dumque ſilent, adſtat: ſtatus eſt vultusque diſerti.

Apud Apulejum quoque lib. II Metam. *Telephron aggeratis in cumulum ſtragulis, & effultus in cubitum, ſuberectusque in torum, porrigit dextram, & adinſtar oratorum conformat articulum: duobusque infimis concluſis digitis, cæteros eminentes porrigit, & infeſto pollice clementer ſubrigens*, &c. Fulgentius de Virgiliana continentia: *Compoſitus in dicendi modum erectis in jotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verbis exorſus eſt.* Seneca Rhetor in prooemio libri decimi Controverſ. de Scauro agens: *Ipſe cultus habitusque corporis mire ad auctoritatem oratoriam aptatus.* Citharœdos de-

Z 3 nique

nique delicata membra & laxe molliterque fluentes veſtes, lubricum adhæc oculorum, & canorum quid in ore patulo labriſque ſemihiantibus inſignit. Ovid. XI Metam. verſ. 166, de Phœbo componente ſe ad certamen cantus, in quod à Pane provocatus deſcenderat:

Ille càput flavum lauro Parnaſſide vinctus
Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla;
Diſtinctamque lyram gemmis & dentibus Indis
Suſtinet à læva, tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit. - - -

Apulejus quoque in Floridis ſtatuæ Bathylli citharœdicum prorſus tribuit ſtatum: *Ante aram*, inquit, *Bathylli ſtatua à Polycrate tyranno dicata; qua nihil videor effectius cognoviſſe. Adoleſcens eſt viſenda pulchritudine, crinibus fronte parili ſeparatus per malas revulſis. Ponè autem coma prolixior interlucentem cervicem ſcapularum finibus obumbrat. Cervix ſucci plena, malæ uberes, genæ teretes, ac modico mento facies; eique prorſus citharœdicus ſtatus. Deam conſpiciens, canenti ſimilis, tunicam picturis variegatam deorſus ad pedes dejectus ipſos, Græcanico cingulo, chlamyde velat utrumque brachium aduſque articulos palmarum. Cætera decoris hiſtrici dependent. Cithara baltheo cælato apta ſtrictim ſuſtinetur. Manus ejus teneræ; procerula læva diſtantibus digitis nervos molitur: dextera pſallentis geſtu ſuo pulſabulum citharæ admovet, ceu parata percutere, cùm vox in cantico interquievit: interim videtur canticum ore tereti, ſemihiantibus in conatu labellis, eliquare.* Propertius libro II, Eleg. 31, de Apollinis ſtatua in porticu Auguſti Imperat.

Pythius in longa carmina veſte ſonat.
Hic equidem Phœbo viſus mihi pulchrior ipſo
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.

Vide quoque Philoſtrat. Iconum libro I in Amphionis Pictura. Quemadmodum & ibidem in Olympo deſcribit habitum tibias inflantis. Calliſtratus denique tibias inflantis Satyri ſtatuam deſcribit. Vide loca. *Eſt quædam & dolendi modeſtia*, Seneca Conſol. ad Marciam, cap. 3 *Eſt aliquis & dolendi decor;* inquit Seneca epiſtola 99, *hic ſapienti ſervandus eſt: & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lachrymis aliquid ſat eſt.* Virgilius V Æneïdos, verſu 343:

Tutatur favor Euryalum, lachrymæque decoræ.

Ovid. Faſtorum verſ. 755, ubi de Lucretia agit:

Deſinit in lachrymis; inceptaque fila remiſit;
In gremio vultum depoſuitque ſuo.
Hoc ipſum decuit; lachrymæ decuere pudicam;
Et facies animo dignaque parque fuit.

Lucanus libro VII, verſ. 680:

Non gemitus, non fletus erat, ſalvaque verendus
Majeſtate dolor, qualem te, Magne, decebat
Romanis præſtare malis. - - -

Cuſtodienda eſt aliquando *ſedendi dignitas*, Plin. Junior libro III, epiſt. 20. Unde *Prudenter ambulare, compoſite ſedere*, legas apud Senecam epiſt. LXVI. *Status, inceſſus, ſeſſio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum*, Cicero libro I Offic. Nihil denique eſt in toto vultu atque in omni ſtatu geſtuque corporis, quod non peculiari aliqua congruentis actionis gratia decoretur. Atque hoc illud eſt quod optimi quique Artifices præter cæteros obſervant. *Ariſtides Thebanus pinxit & currentes quadrigas, & ſupplicantem pene cum voce*, Plin. XXXV, 10. *Zeuxis fecit Penelopen, in qua pinxiſſe mores videtur*, Plin. XXXV, 9. *Echionis eſt nova nupta verecundia notabilis*, Plinius XXXV, 10. *Praxitelis duo ſigna ſpectantur, diverſos effectus exprimentia; flentis matronæ, & meretricis gaudentis: hanc putant Phrynen fuiſſe; deprehenduntque in ea amorem artificis, & mercedem in vultu meretricis*, Plin. XXXIV, 8. *Euphranoris Alexander Paris eſt; in quo laudatur, quod omnia ſimul intelligantur: judex Dearum, amator Helenæ, & tamen Achillis interfector*, Plinius XXXIV, 8. *Parrhaſius pinxit Demon Athenienſium; argumento quoque ingenioſo. Volebat namque varium, iracundum, injuſtum, inconſtantem: eundem exorabilem, clementem, miſericordem, excelſum, glorioſum, humilem, ferocem, fugacemque, & omnia pariter oſtendere*, Plinius XXXV, 10. *Boethi infans eximie anſerem ſtrangulat*, Plin. XXXIV, 8. *Polygnoti eſt tabula in porticu Pompeji, in qua dubitatur aſcendentem*

tem cum clypeo pinxerit, an deſcendentem, Plin. XXXV, 9. *Parrhaſii ſunt duæ picturæ nobiliſſimæ, Hoplidites: alter in certamine ita decurrens, ut ſudare videatur: alter arma deponens, ut anhelare ſentiatur*, Plinius XXXV, 10. *Philoxenus Eretrius pinxit Laſciviam; in qua tres Sileni comeſſantur*, Plin. XXXV, 10. *Antiphilus puero ignem conflante laudatur, ac pulchra aliàs domo ſplendeſcente, ipſiusque pueri ore: item lanificio, in quo properant omnium mulierum penſa: Ptolemæo venante*, Plin. XXXV, 11. Ἄριςος ζωγράφος ἵππον γαῦρον καὶ ὑψαύχενα γράφων, μονονουχὶ ἔμπνουν αὐτὸν ποιῆσαι, φιλοτιμούμενος καὶ πρὸς τὴν φύσιν ἁμιλλώμενος, ἐμβάλλει μὲν αὐτῷ μετὰ τοῦ χαλινοῦ φρόνημα, ἵστησι δὲ αὐτὸν ἐν αὐτῷ τῷ θέλειν ἑστάναι: *Eximius pictor equum exultantem & arduæ cervicis delineans, ſatagens vero eum tantum non ſpirantem facere & cum natura certans, injicit ei cum fræno intelligentiam, eumque conſtituit in ipſa veluti ſiſtendi ſe voluntate poſitum*, Iſidorus Peluſiota epiſt. 198. Obſerva tamen hic in tranſitu, longe aliam eſſe rationem Picturæ quæ ſtatuas exprimit; præſertim quum in ea rigoris aſperitatiſque aliquid requiri doceat Philoſtratus Iconum lib. II, in Pindaro: Ἡ Ῥέα, inquit, ἄγαλμα ἐκπεποίηται, καὶ καθίδρυται μὲν αὐτοῦ καὶ περὶ θύρας· οἶμαι δὲ καὶ λίθου τὸ ἄγαλμα φαίνεσθαι, κατεσκληκυίας ἐνταῦθα τῆς γραφῆς· καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐξεσμένης: *Rheæ ſtatua elaborata, & ad ipſius fores erecta eſt, quæ eſſe lapidea videtur: indurata hic pictura, & quid aliud quàm exſculpta.*

§. 4. Huic igitur curæ incumbat Artifex, hoc opus ejus, hic labor ſit; ſine quo cætera nuda, jejuna, infirma, ingrataque ſunt. Pulchre Socrates apud Xenophontem lib. III Apomnem. Τὸ ζωτικὸν μάλιςα ψυχαγωγεῖ διὰ τῆς ὄψεως τοὺς ἀνθρώπους: *Vivificum maxime oblectat homines propter viſum.* Adeo velut ſpiritus operis hujus atque animus eſt Motus ille, qui provenit ex affectibus ſemel motis, non tantum concitatis illis, verum etiam mitioribus ac magis compoſitis. Quiſquis varios humanæ mentis motus penitius habebit perſpectos, maſculæ hominem virtutis & effœminate mollem, gravitati deditum & ingenio mobilem, impotentiore iracundia paſſim exardeſcentem & obvia lenitate converſantibus dulcem, lætitia elatum & mœrore tantum non confectum ad vivum exprimet: quicquid horum ſubito habebit delineandum, tenebit habenas animorum, &, prout cujuſque natura videbitur poſtulare, adhibebit manum Artemque temperabit, præparato jam olim omni inſtrumento atque ad omnem uſum repoſito. Abſtineat modo Artifex à nimia in elaborandis affectibus diligentia. *In affectibus fere plus calor, quàm diligentia valet*, Quintil. X, 3; & quiſquis vivas affectuum imagines aſſidua improbi laboris pertinacia extundi poſſe ſperat, quàm longiſſime recedit à vero. Præcipua in exprimendis iis virtus hæc eſt, ut fluere omnia ex natura rerum hominumque videantur: quod tum demum aſſequetur Artifex, ſi præcipuam movendorum affectuum vim in eo ponat, ut moveatur ipſe. Neque enim parum refert, ut Davus ait apud Terent. Andria, Actu IV, Scen. 5:

Quomodo vivam variorum affectuum vim in opera ſua commodiſſime transfundant Artifices.

> - - - *Ex animo omnia,*
> *Ut fert natura, facias; an de induſtria.*

Perſius Satyra I:

> - - - *Verum, nec nocte paratum*
> *Plorabit, qui me volet incurvaſſe querela.*

Horatius de Arte:

> *Format enim natura prius nos intus ad omnem*
> *Fortunarum habitum: juvat, aut impellit ad iram,*
> *Aut ad humum mœrore gravi deducit, & angit:*
> *Poſt effert animi motus interprete lingua.*
> *Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt*
> *Humani vultûs. Si vis me flere, dolendum eſt*
> *Primum ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædant*
> *Telephe vel Peleu.* - - -

Ex hoc certe provenit imperioſiſſima illa vis affectuum, cui repugnare ſpectantis animus nulla ratione poteſt. *Quid enim aliud eſt cauſæ, ut lugentes utique recenti dolore diſertiſſime quædam exclamare videantur, & ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam faciat, quàm quod illis ineſt vis mentis, & veritas ipſa morum? Quare in iis quæ veriſimilia eſſe volemus, ſimus ipſi ſimiles eorum, qui vere patiuntur, affectibus. Nec incendit, niſi ignis; nec madeſcimus, niſi humore; nec res ulla dat alteri colorem, quem ipſa non habet. Primum eſt igitur, ut apud nos valeant ea, quæ valere apud alios volumus; afficiamurque, antequam afficere conemur. At quomodo fiet ut afficiamur? neque enim ſunt motus in noſtra poteſtate. Tentabo etiam de hoc dicere. Quas* φαντασίας *Græci*

Græci vocant, nos ſane viſiones appellemus: per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur. Has quiſquis bene conceperit, is erit in affectibus potentiſſimus. Hunc quidam dicunt εὐφαντασίωτον, *qui ſibi res & actus ſecundum verum optime finget. Inſequetur* ἐνάργεια, *quæ à Cicerone illuſtratio & evidentia nominatur; quæ rem videtur oſtendere; & affectus non aliter, quàm ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur*, Quintil. VI, 2. Evidentiæ hujus exemplum ſuggerit nobis Philoſtratus Iconum libro II, in Theſſalia: Ἀγωνιζομένης δὲ πρὸς τὸ ἐναργὲς τῆς τέχνης, τὰ δεξιὰ τοῦ Ποσειδῶνος ὁμοῦ καὶ ὑπέσταλται καὶ προβέβηκε, καὶ ἀπειλεῖ τὴν πληγὴν, οὐκ ἀπὸ τῆς χειρὸς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σώματος: *Arte autem ipſa id perſpicue exprimente, Neptuni dextera pariter & contracta ſunt & projecta, vulnusque non manu, ſed corpore minantur.* Philoſtratus quoque Junior in Pyrrho: Τὸ δὲ καὶ μυκωμένων βοῶν ὥσπερ ἀκούειν ἐν τῇ γραφῇ, καὶ τὸν ποταμὸν κελάδοντα εἶναι δοκεῖν, παρ' ὃν αἱ βόες, πῶς οὐκ ἐναργείας πόῤῥω: *Quod autem etiam mugientes quaſi boves audire in pictura, & fluvium ſtrepentem quis putet, juxta quem ſunt boves, quomodo non ſupra omnem dilucuditatem eſt?* Et quàm multa hujus generis ſuppeditat nobis Naturalis Hiſtoriæ Scriptor? *Ariſtides Thebanus omnium primus animum pinxit, & ſenſus omnes expreſſit, quos vocant Græci* ἤθη, *item perturbationes. Hujus pictura eſt, oppido capto ad matris morientis è vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque ſentire mater, & timere ne emortuo lacte ſanguinem infans lambat*, Plin. XXXV, 10. *Parrhaſius pinxit pueros duos, in quibus ſpectatur ſecuritas & ætatis ſimplicitas*, Plin. XXXV, 10. *Nicearchus pinxit Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia*, Plin. XXXV, 11. *Antiphilus pinxit Hippolytum tauro emiſſo expaveſcentem*, Plin. XXXV, 10. *Cteſilas fecit vulneratum deficientem, in quo poſſit intelligi quantum reſtet animæ*, Plin. XXXIV, 8. *Sunt inter opera Apellis & exſpirantium imagines*, Plin. XXXV, 10. *Leocras fecit aquilam, ſentientem quid rapiat in Ganymede, & cui ferat: parcentem unguibus, etiam per veſtem*, Plin. XXXIV, 8. *Myron fecit Satyrum admirantem tibias*, Plin. XXXIV, 8. *Naucerus luctatorem anhelantem fecit*, Plin. XXXIV, 8. *Pythagoras Leontinus Syracuſis fecit claudicantem; cujus ulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes videntur*, Plin. XXXIV, 8. *Athenis laudamus Vulcanum eum, quem fecit Alcamenes, in quo ſtante atque veſtito leniter apparet claudicatio non deformis*, Cicero lib. I de nat. Deorum. Valer. Maximus lib. VIII, cap. II. *Cteſilochus petulanti pictura innotuit: Jove Liberum parturiente, depicto mitrato, & muliebriter ingemiſcente inter obſtetricia Dearum*, Plin. XXXV, 11. *Theodorus pinxit Leontium Epicuri cogitantem*, Plin. XXXV, 11. *Stratonicus Satyrum in phiala gravatum ſomno collocaviſſe verius, quàm cælaſſe dictus eſt*, Plin. XXXIII, 12. Philoſtratus Iconum lib. I, in pictura Ariadnes dormientis: Ὅρα καὶ τὴν Ἀριάδνην, inquit, μᾶλλον δὲ τὸν ὕπνον: *Vide Ariadnen, vel potius ipſum Somnum.* Et rurſus ibidem, in Mida: Καθεύδει ὁ Σάτυρος· καὶ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ λέγωμεν περὶ αὐτοῦ, μὴ ἐξεγείρηται, καὶ διαλύσῃ τὰ ὁρώμενα: *Dormit Satyrus; ſubmiſſa igitur voce de ipſo dicamus, ne excitetur, atque ea quæ nunc ſpectamus diſcutiat.* Anthol. Epigramm. lib. IV, cap. 12:

Τὸν Σάτυρον Διόδωρος ἐκοίμησεν, οὐκ ἐτόρευσεν·
Ἢν νύξῃς, ἐγερεῖς· ἄργυρος ὕπνον ἔχει.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Sopierat Satyrum, non ſculpſerat, hunc Diodorus:
Argentum dormit; punge, vigil facies.

Lyſippus nobilitatur temulenta tibicina, Plin. XXXIV, 8. *Myronis illius, qui in ære laudatur, anus ebria eſt Smyrnæ in primis inclyta*, Plin. XXXVI, 5. *Herculem fictores veteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt, & nonnunquam caſabundum & ebrium: non ſolum, quod is heros bibax fuiſſe perhibetur, ſed etiam*, &c. Vide Macrobium libro V Saturnal. cap. 21.

Conſtat interim veteres illos Plaſtas, fundendi miſcendique æris peritiſſimos, miræ nobisque incognitæ Artis beneficio effectus hosce felicius elaboraſſe.

§. 5. Quoniam tamen inter hæc variorum affectuum exempla quædam ab auctoribus relata fidem ſuperare videntur, illud obiter hic notandum eſt, priſcos illos Artifices, maxime vero Statuarios, habuiſſe nonnulla Artis adminicula poſterioribus ſæculis incognita. *Ariſtonidas artifex, cùm exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato reſidentem, pœnitentiamque, ferrum & æs miſcuit, ut rubigine ejus per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor*, Plin. XXXIV, 14. Teſtatur quoque Plutarchus Sympoſiacôn lib. V, quæſt. I, Artificem aliquem non ignobilem faciei Jocaſtæ, cujus ſtatuam effingebat, argenti nonnihil admiſcuiſſe; ut æs, argento deficiente ac marceſcente, congruum inde moribundæ traheret colorem. *Tingit & Ægyptus argentum, ut in vaſis Anubim ſuum ſpectet; pingitque, non cælat argentum. Tranſit inde materia & ad triumphales ſtatuas; mirumque, creſcit pretium fulgoris excæcati. Id autem fit hoc modo. Miſcentur argento, tertia pars æris Cyprii tenuiſſimi, quod coronarium*

narium vocant, & ſulphuris vivi, quantum argenti. Conflantur ita in fictili, circumlito argilla. Modus coquendi, donec ſe ipſa opercula aperiant. Nigreſcit & ovi indurati luteo, ut tamen aceto & creta deteratur. Miſcuit denario Triumvir Antonius ferrum. Mirumque, in hac artium ſola vitia diſcuntur; & falſi denarii ſpectatur exemplar, pluribusque veris denariis adulterinus emitur, Plin. XXXIII, 9. *Cyprio æri ſi addatur plumbum, colos purpuræ fit in ſtatuarum prætextis*, Plin. XXXIV, 9. *Quondam æs confuſum auro argentoque miſcebatur, & tamen ars pretioſior erat: nunc incertum eſt, pejor hæc ſit, an materia: mirumque, cùm ad infinitum operum pretia creverint, ars exſtincta eſt. Adeoque exolevit ſundendi æris pretioſi ratio, ut jam diu ne fortuna quidem in ære jus artis habeat*, Plin. XXXIV, 2. Neronis ævo maxime deprehenſum eſt interiiſſe æris fundendi ſcientiam: qua de re vide *Plinium lib.* XXXIV, *ſub finem cap.* 7.

§. 6. In omnibus his, quæ nunc attulimus, exemplis facile deprehendas emicuiſſe τὸ ζωτικὸν ϗ ἔμπνουν, *vivum & ſpirans*, illud memoratum Calliſtrato in deſcript. ſtatuæ Bacchi: Αἱ Πραξιτέλειοι χεῖρες ζωτικὰ δι' ὅλου κατεσκεύαζον τὰ τεχνήματα: *Praxitelicæ manus ſpirantia prorſus conficiebant artis molimina.* Et rurſus in ſtatua Bacchæ: ὁ λίθος τῆς ζωτικῆς ἕξεως γεγυμνωμένος, τὸ ζωτικὸν εἶχεν: *Marmor vitali habitu nudatum ac deſtitutum, vitalem vim habebat.* In ſtatua denique Orphei: Κόμη οὕτως ἦν εὐανθὴς, καὶ ζωτικὸν ἐπισημαίνεται καὶ ἔμπνουν, ὡς ἀπατᾶν τὴν αἴσθησιν: *Cæſaries adeo florida eſt, atque animatum quid præ ſeſe ferens, ut ſenſum fallat.* Herculis cum Antæo pugnam ære fuſam, ἔμψυχον πλάσμα, *vivum figmentum*, dixit Damagetus lib. IV Anthol. epigramm. cap. 8. Latini quoque variis loquendi modis virtutem hanc deſcribunt. Nimius tamen eſt Auſonius Epigr. 63, quod eſt in Myronis buculam:

Quibus loquendi modis veteres Græci Latinique ſcriptores motus hujus vim expreſſerint.

> *Ærea mugitum poterat dare vacca Myronis,*
> *Sed timet artificis deterere ingenium.*
> *Fingere nam ſimilem vivæ, quam vivere, plus eſt;*
> *Nec ſunt facta Dei mira, ſed artificis.*

Parcius alii, ſed & rectius, cùm dicunt marmor, ebur, atque æs arte molliri. Ovidius III Faſt. verſ. 832:

> *Quique facis docta mollia ſaxa manu.*

Sculptorem deſignat, qualem *lib.* X *Metamorph.* Pygmalionem facit; etenim is eburneam virginem à ſe elaboratam timide contrectat:

> *Et credit tactis digitos inſidere membris,*
> *Et metuit preſſos veniat ne livor in artus.*

Plin. XXXVI, 5: *Cephiſſodori laudatum eſt Pergami ſymplegma, ſignum nobile, digitis corpori verius, quàm marmori impreſſis.* Virgilius VI Æneid. verſ. 843:

> *Excudent alii ſpirantia mollius æra;*
> *Credo equidem vivos ducent de marmore vultus.*

Poëta certe hic æri non *mollitiem* modo tribuit, ſed & *ſpiritum*; quemadmodum etiam marmori *vitam*. Martiali lib. VII, epigr. 83, *ſpirare* dicuntur Artificum opera:

> *Spirat & arguta picta tabella manu.*

Juvenalis Satyra VIII, verſ. 103, vivere ea dixit:

> *Et cùm Parrhaſii tabulis, ſignisque Myronis,*
> *Pheidiacum vivebat ebur.* - - -

Statius I Sylvar. in Tiburtino Manlii Vopiſci, verſ. 47:

> *Vidi artes veterumque manus, variisque metalla*
> *Viva modis.* - - -

Idem II Sylvar. in Surrentio Pollii, verſ. 67:

> *Aut Polycletæo juſſum eſt quod vivere cælo.*

Idem III Sylvar. in Hercule Surrentino, verſ. 95:

> - - - *Tot ſaxa imitantia vultus,*
> *Æraque, tot ſcripto viventes limine ceras.*

Idem II Thebaïd. verſ. 216:

> - - - *Vivis certantia vultibus æra.*

Idem IV Thebaïd. verſ. 132:

> - - - *Perfectaque vivit in auro*
> *Nox Danai.* - - -

Propert. lib. II, Eleg. 31, Myronis buculas propter ἔμπνουν illud καὶ ζωτικὸν, *ſpirans illud & vivens*, dixit, *vivida ſigna*:

Atque aram circum ſteterant armenta Myronis
Quattuor artificis vivida ſigna boves.

Idem quoque lib. III, Eleg. 8, ob eandem prorſus rationem Lyſippi *ſigna animoſa* vocat:

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.

Statius II Sylv. in Surrentio Pollii, verſ. 63:

Quid referam veteres ceræque æriſque figuras,
Siquid Apellæi gaudent animaſſe colores?

Idem V Sylv. Abaſcantii in Priſcillam pietas:

Si manus, aut ſimiles docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur, impreſſis aurumve animare figuris.

Idem III Thebaïd. verſ. 223:

Fulmine criſtatum galeæ jubar, armaque in auro
Triſtia, terrificis monſtrorum animata figuris.

Idem VI Thebaïd. verſ. 268:

Exin magnanimûm ſeries antiqua parentum
Invehitur, miris in vultum animata figuris.

Præcipuum tamen in hoc motu eſt, ut ſictæ pictæque res cum ipſius Naturæ veritate certare videantur, plenæ animi, plenæ ſpiritus, plenæ veritatis.

§. 7. Martianus Capella lib. I de nuptiis Philologiæ & Mercurii omnes hoſce loquendi modos conjunxit: *Celebrat mirabile præſtigium elegantiamque pingendi, cùm vivos etiam vultus æris aut marmoris ſignifex animator inſpirat.* Petronius Arbiter: *Lyſippum ſtatuæ unius lineamentis inhærentem, inopia exſtinxit, & Myron, qui pene hominum animas ferarumque ære comprehenderat, non invenit hæredem.* Et mox: *Protogenis rudimenta, cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractavi.* Martialis libro I, Epigramm. 110, de catella Publii Iſſâ:

Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimit tabella;
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Ut ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Iſſam denique pone cum tabella;
Aut utramque putabis eſſe veram,
Aut utramque putabis eſſe pictam.

Idem libro III, Epigramm. 41:

Inſerta phialæ Mentoris manu ducta
Lacerta vivit, & timetur argentum.

Apulejus XII Metam. *Paucis admodum confectis paſſibus, ad domum Byrrhenæ pervenimus. Atria longe pulcherrima columnis quadrifariam per ſingulos angulos ſtantibus, attolerabant ſtatuas Palmaris Deæ: facies quà quà pinnis explicitis ſine greſſu pilæ volubilis, inſtabile veſtigium plantis roſcidis decitantes, nec ut maneant inhærent, & jam volare creduntur. Contra lapis Parius in Dianam factus tenet libratam totius loci medietatem: ſignum perfecte luculentum, veſte reflatum, procurſu vegetum, introeuntibus obvium, & majeſtate numinis venerabile. Canes utrimque ſecus Deæ latera muniunt; qui canes & ipſi lapis erant: his oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora ſæviunt; &, ſicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire: &, in quo ſummum ſpecimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex prodidit, ſublatis canibus in pectus arduis, pedes imi reſiſtunt, currunt priores. Pone tergum Deæ ſaxum inſurgit, in-ſpeluncæ modum muſcis, & herbis, & foliis, & virgultis, & ſicubi pampinis, & arbuſculis alibi de lapide florentibus; ſplendet intus umbra ſigni de nitore lapidis. Sub extrema ſaxi margine poma & uvæ faberrime politæ dependent, quas ars æmula naturæ veritati ſimiles explicuit. Putes ad cibum inde quædam, cùm muſtulentus autumnus maturum colorem adflaverit, poſſe decerpi. Et, ſi fontes, qui Deæ veſtigio diſcurrentes in lenem vibrantur undam, pronus adſpexeris, credes illos, ut vite pendentes racemos, inter cætera veritatis, nec agitationis officio carere. Inter medias frondes lapidis Actæon curioſo obtutu in Dianam projectus, jam in cervum ferinus, & in ſaxo ſimul & in fonte loturam Dianam operiens viſitur.* Recte Longinus περὶ ὕψους, §. 19: Τότε ἡ τέχνη τέλειος, ἡνίκ' ἂν φύσις εἶναι δοκῇ: *Tunc ars eſt perfecta, quando natura*

ra eſſe videtur. Intellexit hoc Apelles, equo in certamine picto: etenim Arti ſuæ fidens, ſed iniquiorum hominum judiciis diffidens, ad mutas quadrupedes ab hominibus confugit. *Namque ambitu æmulos prævalere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit: Apellis tantum equo adhinnivere: idque poſtea ſemper illius experimentum artis oſtentatur*, Plin. XXXV, 10. Ælianus var. Hiſt. lib. II, cap. 3; Val. Max. lib. VIII, cap. 11, de equa tale quid, ſuppreſſo tamen Pictoris nomine, retulit. Contra vero quotquot minus fidebant ſe virtutem hanc aſſecutos, quàm longiſſime picturas ſuas à veris, quas expreſſerant, animantium formis removebant. ὁ ζωγραφήσας τοὺς ἀλεκτρυόνας ἀθλίως, ἐκέλευσε τὸν παῖδα τοὺς ἀληθινοὺς ἀλεκτρυόνας ἀποσοβεῖν ἀπωτάτω τοῦ πίνακος: *Ille qui miſere admodum gallum pinxerat, juſſit famulum longe à pictura repellere veros gallos*, Plutarch. de Diſcr. adulat. & amici.

Quidam contenti quodam veluti tumultu cum materia tranſigere, conſtituunt motum hunc in enormi quodam inſanorum conatuum ſpecie.

§. 8. Notandus hic denique eſt error eorum, qui opera ſua tum demum animari credunt, ſi enormes ac violentos variarum actionum conatus iis affingant; atque ita, dum Artem, ubi minime oportebat, quærunt, non ipſam aſſequuntur Artem, ſed imprudentes incidunt εἰς νεανικήν τινα ἀπειροκαλίαν, *in juvenilem pulchri ignorantiam.* Quamobrem neque immerito Plutarch. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, inſubidos illos ſculptores taxat: Οἱ νομίζουσι μεγάλους καὶ ἁδροὺς φαίνεσθαι τοὺς κολοσσοὺς, ἂν διαβεβηκότας σφόδρα καὶ διατεταμένους καὶ κεχηνότας πλάττωσι: *Qui putant magnos & validos videri coloſſos; ſi eos ultra modum divaricatis cruribus, extenſos, hianteſque fingant.* Vitium hoc à quibuſdam appoſite ſatis παρένθυρσος nuncupatur. ἔστι δὲ τὸ πάθος ἄκαιρον καὶ κενὸν, ἔνθα μὴ δεῖ πάθους· ἢ ἄμετρον, ἔνθα μετρίου δεῖ· πολλὰ γὰρ, ὥσπερ ἐκ μέθης, τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια ἑαυτῶν, καὶ σχολικὰ παραφέρονται: *Eſt autem aliud nihil quam intempeſtiva, inanis, & ubi nihil opus eſt affectibus, affectuum uſurpatio: vel cùm ſine modo adhibentur, ubi moderati requiruntur. Sæpe enim tanquam ab ebrietate nonnulli non jam quidem rerum proprios, ſed quos à ſchola habent, adhibent affectus*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 2. Non leviter itaque peccant, quotquot inanem hanc bacchationem & corybantiaſmum, vitium ridiculum, affectant. Hoc fit quoties alieno tempore ac loco æſtuat Artifex præter rem. Concitant enim ſe plerique & efferunt, ſed ſoli; ſpectatoribus, quos commoveri quoque oportebat, aut oſcitantibus, aut ridentibus. Quamobrem etiam, cum diligenti ſtultitia nihil inamabilius eſſe conſtet, non injuria moleſtam iis imprecemur tunicam, qui Artem, quam præſtare non poſſunt, violare non deſinunt. Placent iis omnia uſque ad ultimum tumorem perducta; lenocinium ingenii à furore mutuantur; ut non modo extra ſanitatem, ſed etiam extra naturam eſſe videantur. Oſtentator nempe atque impotens ſui animus, dum ſcenam deſiderat, dum quærit plauſum, ab inconſultis ſpectatoribus, & mutuum invicem alentibus ſtuporem, porro imponi ſibi patitur. Malum ſuum, quod malorum ultimum eſt, amat. Tunc autem conſummata eſt infelicitas, ubi turpia non ſolum delectant, ſed etiam placent: & deſinit eſſe remedio locus, ubi, quæ fuerant vitia, mores ſunt: *Seneca epiſt.* 39. Sed me conſcia mediocritatis infirmitas intra privatas tantummodo continebit querelas: hoc malum exceſſit omnem publicæ complorationis acerbitatem, quandoquidem non jam amplius nec vitia noſtra, nec remedia poſſumus pati.

CAPUT V.

§. 1. *Sicut nihil unquam in rebus mortalium tanta pulchritudinis laude cumulatum eſſe deprehenditur, ut diu tueatur gratiam quam meretur, niſi fatigatam ſpectatorum aciem novæ ſubinde atque improviſæ varietatis venuſtate reficiat; ita quoque univerſam illuſtrioris picturæ ſpeciem mire juvat, quòd præcipuæ partes ejus concinnæ collocationis virtute in multiplices habitus vultuſque tranſeunt.*

§. 2. *Singulæ totius operis partes tam apte inter ſe connexæ compoſitæque eſſe debent, ut non partes amplius, ſed cohærentia cum omni corpore membra eſſe videantur. Quidquid enim aliter, quàm oportuerat, eſt collocatum, non modo perit ipſum, ſed & totam gratioſiſſimæ alioqui picturæ lucem obcæcat.*

§. 3. *Boni probatique Artificis munus eſt, ut inventæ materiæ partes, quas primo confuſe & permiſte concepit, poſtea deſcripte atque electe, prout cuique parti convenit, ex hac copia digerat. Quod quanta cum diligentia ac minime perfunctoriæ ſedulitatis contentione fieri debeat, quivis per ſe facile perſpicit.*

§. 4. *Facilius vero ad diſponendum Artificis animus incedet, ſi totam geſtæ rei ſeriem ſæpe ac diligenter pertractabit, & quas quæque pars ejus circumſtantias habeat eliciens conſiderabit. Hoc in genere (nam quaſi ſylvam vides) omnis eluceat oportet magnitudo.*

§. 5. *Ante omnia tamen circumſcribitur mente inventio, confeſtimque ſchemata hinc inde concurrunt; quæ mens eadem, qua nihil eſt velocius, ita ſtatim diſponit, ut ſuo quodque loco reſpondeat.*

§. 6. *Horum interim ſchematum præconceptus ordo, alias alia collocatione, pro re nata, concludendus eſt.*

§. 7. *Rotundum atque apte conſertum argumentum æquabili quadam atque utili geſtarum rerum circumactione devinctum eſſe oportet.*

§. 8. *Inſiſtemus igitur imaginibus, non ad tenue elimatis; ſed iis potius, quarum latior ac lætior ſpecies.*

§. 9. *Quis non videt quanto omnia uberiora atque ornatiora ſint futura, ſi in celebri aliqua inventione atque in uno eoque præcipuo argumento tota ingenioſi Artificis mens verſabitur?*

§. 10. *Collocatio apte cohærens atque æquabiliter fluens, ſchemata extrema cum ſequentibus primis ita jungit, ne aſpere concurrant, neve vaſtius diducantur. Quemadmodum enim hiulca eſt ac rimoſa rerum diſſidentium junctura & agglutinatio, ita gratior eſt inoffenſus & tractim æquabilis tenor.*

§. 11. *Varia vero quæ operi inſervient ſchemata, nec ſoluta, nec diffluentia debent eſſe, nec aperte ſemper atque eodem modo adſtricta, ſed varie diſſimulanterque concluſa; ut ea non irruiſſe in alienum locum, ſed in ſuum immigraſſe videantur. Ubique nimirum opus eſt ad unguem exacta & perſpicaces etiam oculos ſallente commiſſura; ne aliquouſque in proclivi currens diſpoſitio, ad extremum hæreat in ſalebra.*

§. 12. *Cæterum ut ſemper facilius eſt apta diſſolvere, quam diſſipata connectere; ita qui aliquid ad rem præſentem pertinens oſcitanter prætereunt, qui aliunde traducta ſchemata operibus ſuis, veluti rimas quaſdam expleturi, importune inferciunt, univerſam bene conceptæ conſtructæque inventionis vim concidunt, deluunbant, diſſolvunt, totam denique repræſentatæ rei perſpicuitatem ſœde obſcurant.*

§. 13. *Quale variorum ſchematum interſtitium in argumentoſis tabulis recta collocatio obſervet.*

Multiplex colorum diverſitas, artificioſe collocationis gratia deſtituta, nihil aut parum admodum afficit phantaſiam.

Δημόκριτος φύσει μὲν μηδὲν εἶναι χρώματα φησί· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν συγκρίματα κεχρῶσθαι διαταγῇ τε, καὶ ῥυθμῷ, καὶ προτροπῇ· ὧν ἡ μὲν ἐστι τάξις, ἡ δὲ σχῆμα, ἡ δὲ θέσις· παρὰ ταῦτα γὰρ αἱ φαντασίαι: *Democritus contendebat colores natura ſua nihil eſſe: quæ vero ex iis coagmentantur, colorari diſpoſitione, dimenſione, ac prominentia; quarum prima quidem eſt collocatio, ſecunda vero figura, tertia denique poſitio: ſiquidem vis noſtra imaginativa maxime circa hæc verſatur*, Stobæus Eclog. Phyſic. cap. 19. Tria hæc Democrito memorata, eodem plane ordine refert Quintil. VIII, 3: *Quod male diſpoſitum eſt, id ἀνοικονόμητον: quod male figuratum, id ἀσχημάτιστον: quod male collocatum, id κακοσύνθετον vocant.* Vitruvius quoque lib. 1, cap. 2, diſtinguit in Architectura τάξιν, διάθεσιν, & οἰκονομίαν, ac reddit ea Latine, *ordinationem*, *diſpoſitionem*, *diſtributionem.* Utcunque vero hæc ſe habeant, certiſſimum tamen eſt phantaſias noſtras, nudis coloribus, niſi acceſſerint hæc tria, moveri minime poſſe. Unde etiam frequenter uſu venire ſolet, ut ſchemata quædam, grata accuratæ proportionis ſpecie & ſplendido colorum minime vulgarium fuco conſpicua, cum faſtidio quodam prætereant ſpectatores: non quòd in lineamentis coloribusve quidquam putent requiri, ſed quòd male digeſta ac loco non ſuo collocata eſſe videantur. Atque hæc eſt ea, quæ dicitur diſpoſitio ſive collocatio, prout eam nominat Tullius in Oratore, circa finem: *Si quis Phidiæ clypeum diſſolverit*, inquit, *collocationis univerſam ſpeciem ſuſtulerit, non ſingulorum operum venuſtatem.* Quintiliano libri tertii cap. 3 diſpoſitio nihil aliud eſt, *Quàm rerum ordine quàm optimo collocatio.* Quòd vero in Argumento hujus libri tertii ſubmonuimus, veteres diſpoſitionis hujus potiſſimam habuiſſe rationem in plurium figurarum tabula; non ſic intelligendum eſt, ac ſi tabulas unum tantummodo ſchema repræſentantes uſque adeo incurioſe delineaverint, ut gravem aliquem virum in veſte ſenatoria vertici pueriliter inſiſtentem, pedibusque turpiter micantem depingerent, venuſtiſſimamque Artem infeſtiva aliqua ſtultitia temere fœdarent: quum contra liqueat eos in pictura ſingularem aliquam figuram continente, magnam decoræ collocationis; in plurium vero figurarum tabula, præcipuam artificioſæ diſpoſitionis habuiſſe rationem.

Nullum certius inſcitiæ argumentum, quam quòd res conturbantur: at nullum majus Artis induſtriæque indicium, quàm ordo.

Grata quidem ſemper varietas, gratior tamen pulcra ſpecies ex apta hujus varietatis collocatione conſurgens.

§. 2. Gaudent profecto homines varietate. φιλεῖ γὰρ τὰ μονοειδῆ ταχίστως ἐπάγειν τὸν κόρον: *Solent enim uniformia celerem inducere ſatietatem*, inquit Theodoretus Serm. 11 de Providentia. *Gaudent res varietate: & ſicut oculi diverſarum adſpectu rerum magis detinentur, ita ſemper animis præſtant in quod ſe velut novum intendant*, Quintil. IX, 2. Quemadmodum igitur oculi noſtri rerum variarum obtutu maxime afficiuntur, ipſaque hæc diverſitas aliam ſubinde atque aliam veluti faciem rebus induit, ita ſemper argumentoſæ illæ tabulæ, dant picturæ varios quaſi vultus: adſit modo debitus ex ipſo ordine cultus. Οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις: *Nihil tam utile aut pulchrum hominibus, quàm ordo*, Xenophon in Oeconomico. Ἐν τοῖς ἐράνοις τὰ ὀλίγα, διατεταχθέντα πως, πολλὰ φαίνεται: *In conviviis pauca quædam, commode tamen digeſta, videntur*

videntur eſſe multa, Demetr. Phalereus de Elocut. §. 62. Soſipater in Mendaci, apud Athenæum lib. IX Deipnoſoph. cap. 6, coquus loquitur:

- - - Ἡ τάξις σοφῶς
Σοφὸν μὲν ἁπανταχοῦ ἐστι κἀν πάσῃ τέχνῃ,
Ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς δ' ὥσπερ ἡγεῖται σχεδόν.

Quod Cl. Hugo Grotius vertit:

- - - Nempe ordo ubilibet
Et in arte quavis plena res ſapientiæ eſt:
At in arte noſtra is ordo ducit ordinem.

Quamobrem, quum in omni ratione vitæ ſummos pariter atque imos, eruditos atque ineruditos, impenſius ea delectent quæ propriis locis diſtinguuntur, quàm quæ paſſim veluti abjecta & quodam acervo confuſa ſunt; natura quoque ipſa incredibiliter videtur eſſe commenta, ut ea, quæ maximam in ſe continerent utilitatem, plurimum quoque vel dignitatis vel venuſtatis haberent. *Incolumitatis ac ſalutis omnium cauſa*, inquit Tullius lib. III de Oratore, *videmus hunc ſtatum eſſe totius mundi atque naturæ rotundum, ut cœlum, terraque ut media ſit, eaque ſua vi nutuque teneatur; Sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale ſignum, & inde ſenſim aſcendat in diverſam partem; ut Luna acceſſu & receſſu ſuo Solis lumen accipiat; ut eadem ſpatia quinque ſtellæ diſpari motu curſuque conficiant. Hæc tantam habent vim, ut paullum immutata cohærere non poſſint; tantam pulchritudinem, ut nulla ſpecies ne excogitari quidem poſſit ornatior. Referte nunc animum ad hominum, vel etiam cæterarum animantium formam & figuram; nullam partem corporis ſine aliqua neceſſitate affictam, totamque formam quaſi perfectam reperietis arte non caſu. Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt denique, niſi ad ſuam retinendam conſervandamque naturam; nuſquam tamen eſt ulla pars, niſi venuſta. Linquamus naturam, artesque videamus. Quid tam in navigio neceſſarium, quàm latera, quàm carina, quàm prora, quàm puppis, quàm antennæ, quàm vela, quam mali, quam reliqua? quæ tamen hanc habent in ſpecie venuſtatem, ut non ſolum ſalutis, ſed etiam venuſtatis cauſa inventa eſſe videantur. Columnæ & templa & porticus ſuſtinent, tamen habent non plus utilitatis quàm dignitatis. Capitolii faſtigium illud, & cæterarum ædium, non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Nam cum eſſet habita ratio, quemadmodum ex utraque parte tecti aqua delaberetur; utilitatem templi, faſtigii dignitas conſecuta eſt: ut, etiamſi in cœlo Capitolium ſtatueretur, ubi imber eſſe non poſſet, nullam ſine faſtigio dignitatem habiturum eſſe videatur.* Hoc in omnibus item imitatricium Artium partibus evenit, ut utilitatem ac prope neceſſitatem ſuavitas quædam ac lepos conſequatur. Diſpoſitionis certe illius, de qua nunc agimus, præcipuum munus eſt oblatarum rerum imagines ſic componere & ſtruere, ut neque aſper ſit earum concurſus, neque hiulcus, ſed cum decore quodam coagmentatus & lævis. Quamobrem etiam cura non mediocri opus hîc eſt, ut inventa non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque judicio diſpenſemus: etenim nemo unquam tumultuarii fortuitive contextum operis miratus eſt; ſed ſingula, ut pro ſua quæque proportione perfecta, ita inter ſe connexa eſſe debent. Horat. de Arte:

Quemadmodum in inventione imprimis ingenio opus eſt, ita in diſpoſitione maxime elucet judicium ac prudentia Artificis.

Singula quæque locum teneant ſortita decenter.

§. 3. Horum nihil poſſunt, qui inventionem non ſatis adhuc enucleatam, concluſam, terminatam, perfectam ad opus afferunt; qui temere ſequentes ordinem quem primus dedit impetus, non currere, ſed decurrere videntur. *Nihil ordinatum eſt, quod præcipitatur & properat*, Seneca epiſt. 40. Et rurſus epiſt. 37: *Turpe eſt non ire, ſed, eorum modo quæ fluminibus innatant, ferri: & ſubito in medio rerum ſtupentem quærere, Huc ego quemadmodum veni?* Virilis atque apte contexta & compacta diſpoſitio, liberrimo felicioris inventionis vigore primos conatus nuſquam non proſequente, diverſis partibus eleganti ſtructura in unum coactis ſolidatisque, tenore potius quàm impetu placere ſolet. Rectius itaque illi, qui totam rei geſtæ ſeriem iterum atque iterum ratione animoque luſtrantes, ita ſe in rem præſentem veluti deduci patiuntur, ut, quidquid uſpiam eſt in tota re, ſuo ſtatim loco occurrat atque incidat. Hoc agat Artifex, atque ab hac via unguem latum non recedat. Οὕτω γὰρ ἂν ἐναργέστατα ὁρῶν, ut loquitur Ariſtoteles cap. XVII de Poëtica, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομένοις, εὑρίσκοι τὸ πρέπον, καὶ ἥκιστα ἂν λανθάνοιτο τὰ ὑπεναντία: *Sic enim haud aliter, ac ſi rebus geſtis intereſſet, inveniet quod decet, ac minime fugient illum occulte repugnantia.* Requiritur autem hîc judicium acre terſumque, nec non laborioſa cura. Nam ut opera conſtruentibus ſatis non eſt ſaxa atque materiam, & cætera ædificanti utilia congerere, niſi diſponendis iis collocandisque artificium manus adhibeatur; ſic in pingendo quamlibet abundans rerum

Inanis rerum feſtinantius junctarum congeries nihil hîc valet. Rectius illi, qui primò raptim atque turbate inchoantes quicquid illud eſt quod animo conceperunt, mox referunt ſe ad ordinem.

copia cumulum tantum habeat atque congeſtum, niſi illas eaſdem diſpoſitio in ordinem digeſtas atque inter ſe commiſſas devinxerit. Neque enim, quamquam fuſis omnibus membris, ſtatua ſit, niſi collocetur; & ſi quam in corporibus noſtris aliorumve animalium partem permutes atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium ſit tamen; & artus etiam leviter loco moti, perdunt, quo viguerunt, uſum; & turbati exercitus ſibi ipſi ſunt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipſam rerum naturam ſtare ordine putant; quo confuſo, peritura quoque ſint omnia. Sic Pictura carens hac virtute, tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore fluitet, nec cohæreat ſibi; velut noƈte in ignotis locis errans, nec initio nec fine propoſito, caſum potius quàm conſilium ſequatur. Contra vero, qui conceptæ ſemel materiæ diſpoſitionem apud ſe formaverit, reliqua, Artifex modo ſit, facillimo negotio expediet; juxta illud Horatii de Arte:

Verbaque proviſam rem non invita ſequentur.

Ad quæ verba Commentator vetus: *Menander, cùm fabulam diſpoſuiſſet, etiamſi nondum verſibus adornaſſet, dicebat tamen ſe jam compleſſe.* Plautus Mil. glor. Actu III, Scena *Rem omnem* &c.

- - - Ubi probus eſt architectus,
Bene lineatam ſi ſemel carinam collocavit;
Facile eſſe navem facere, ubi fundata & conſtituta eſt.

Vera concinnæ diſpoſitionis ratio ex naturali delineandarum rerum ſerie petenda.

§. 4. Quum igitur ſole ipſo ſit clarius, præcipuam operis perfectionem in recta inventarum rerum ordinatione conſtitutam; ipſius adhæc operis longe maximam partem jam veluti confectam eſſe iis, qui primam oblatæ materiæ diſpoſitionem acri cogitatione pertractârunt; facile quoque ex jam dictis evincitur, neminem unquam Artificem manum operi cum fructu admoviſſe, niſi prius vivam totius Collocationis imaginem animo ſuo haberet inſcriptam. Cæterum hic diſtinguenda videtur Diſpoſitio, quæ ex ipſa Inventione promanat; ab altera illa, quæ accuratam juſtæ Proportionis obſervationem ſequitur. Prior iſta, ut quæ ex ipſa Inventione ortum ducat, nihil eſt aliud quàm naturalis quædam inventarum rerum ſeries, prout eam ſollers exercitati Artificis animus in ipſo delineandæ materiæ contextu perſpicit. Proinde fruſtra quoque exſpectet hic aliquis, ut hæc diſpoſitio totum aliquid, cujus nullum in ingeniis noſtris exſtat veſtigium, pariat ac procreet; cùm omnia officii ſui munia ſatis ſuperque judicetur explêſſe, ſi ea, quæ ex penitiore totius Argumenti inſpectione ſunt orta jam in nobis & procreata, uſque adeo apte collocet atque diſponat, ne quid uſpiam in opere univerſo perturbatum, ac diſcrepans aut præpoſterum occurrat. Quamobrem etiam intentiſſima cura Diſpoſitioni vacandum: quæ quidem, ſi certa aliqua via tradi in omnes materias ullo modo poſſet, non tam paucis contigiſſet. Adeo quidem, ut Apelles, qui omnium quotquot unquam fuerunt Artificum longe princeps ac penè lex pingendi fuit, ne hanc quidem ſibi gloriam tribuere ſit auſus, ſed *Amphioni cedebat de Diſpoſitione*, Plinius xxxv, 6. Quemadmodum ergo non facile dixerim tam acrem eſſe in omnium hominum naturis atque ingeniis aciem, ut tot tantaſque res, è longinquo veluti præmonſtratas, ſtatim diſcernant; ita neque temere affirmaverim, tantam eſſe in ipſis rebus obſcuritatem, ut in iis acri vir ingenio prorſus cœcutiat, ſi modo animum intenderit. In hoc igitur tanto tamque immenſo campo, cum liceat harum Artium candidato vagari libere, atque, ubicunque pedem fixerit, veluti in ſuo conſiſtere; facilis quoque conjectura eſt, unde ei ſuppeditet omnis apparatus ornatuſque pingendi. Ex ipſa nempe doctrinæ ſublimioris magnarumque rerum tractatione non modo creſcit Inventio, ſed & facultas Artis magis magiſque roboratur. Rerum enim copia Inventionum copiam gignit; &, ſi in ipſis rebus eſt aliquid grande, ſtatim quoque ex ipſa magnificarum rerum natura ſplendor quidam exiſtet in tota Diſpoſitione. Sit modo is qui pinget inſtitutus liberaliter educatione doctrinaque puerili, ornatiſſimos Auctores ad cognoſcendum imitandumque percenſuerit, flagret ſtudio Artis, à natura denique atque ab exercitatione adjuvetur. Næ ille haud ſane, quemadmodum rerum ordinem ſtruat atque illuminet, à magiſtris requiret; ita facile natura ipſa, ſi modo leviter eſt exercitata, in tanta ſublimioris materiæ abundantia ad quævis Artis ornamenta, ſine duce, labetur. Quamobrem, cùm infinitæ imaginum formæ ſemper fuerint, futuræque porro ſint, & tot ſæculis nulla unquam reperta ſit materia quæ eſſet tota alteri ſimilis, ſapiat hic oportet Artifex, & vigilet, & inveniat, & judicet, & conſilium à ſe ipſo petat. Neque tamen inficias eo quædam eſſe quæ demonſtrari poſſint, eaque non omittam.

Nemo felicius manum admovet diſpoſitioni,

§. 5. In omni opere potentiſſima eſt ea quæ vere dicitur Oeconomica totius operis Diſpoſitio, quæ conſtitui niſi velut in re præſenti non poteſt: præſertim cùm in hac partium diſpoſitione, univerſa materia recte atque ordine pertentata expenſaque, ſemper occur-

occurrat primus aliquis ſenſus, & ſecundus, & tertius: qui non modo ut ſint ordine collocati elaborandum eſt, ſed ut inter ſe ita ſint juncti atque cohærentes, ne commiſſura appareat. Corpus ſint, non membra. Danda quoque eſt opera ne vagetur Collocatio, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius, ut membris ſuis diſtinguatur, ut converſiones denique habeat abſolutas. Quod ita continget, ſi & quid cuique parti conveniat viderimus, & ſchemata ſchematibus applicemus; non pugnantia, ſed quæ invicem complectantur. Ita res diverſæ diſtantibus ex locis, quaſi invicem ignotæ, non collidentur; ſed aliqua ſocietate copulaque ſe cum prioribus ac ſequentibus tenebunt, ac videbuntur non ſolum compoſita, verum etiam continua: *Quintil.* VII, 10. Utque oculus in legendo, ſic animus in diſponendo proſpiciet quid ſequatur; ne extremarum figurarum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcam efficiat Collocationem, aut aſperam. In operoſa itaque hac quadrandæ Collocationis induſtria, ante omnia circumſcribitur mente argumentoſa quædam materia; confeſtim deinde occurrunt & concurrunt ſchemata; quæ mens eadem, qua nihil eſt celerius, ſtatim dimittit, ut ſuo quodque loco reſpondeat. Horum ſchematum deſcriptus ordo, licet aliàs alia terminatione concludatur; ſemper tamen omnia illa prima & media ſic ad ultimum ſpectare debent, ut jam ab ipſo ſtatim principio liquere tibi poſſit, quemadmodum velis venire ad clauſum illum & terminatum totius Diſpoſitionis ambitum plenamque comprehenſionem. Eximia atque huic propoſito noſtro accommodatiſſima ſunt verba Quintiliani lib. X Orat. inſtitut. cap. 7: *Intendendus animus non in aliquam rem unam, ſed in plures ſimul continuas: ut ſi per aliquam rectam viam mittamus oculos, ſimul omnia quæ ſunt in ea circaque intuemur; non ultimum tantùm videmus, ſed ad ultimum.* [quàm qui veluti in rem præſentem perductus, omnes propoſitæ materiæ circumſtantias accurate percenſet.]

§. 6. Præcipuum ergo in ea, de qua nunc agimus, Diſpoſitione eſt ſcire, quæ ſchemata cuique loco maxime quadrent. Quod facile erit, ſi nos duci ante omnia ipſa rerum geſtarum ſerie, velut duce, patiamur, uſque dum præſens oblatæ materiæ tractatio certiora ſubjiciat conſilia, natura ipſa nobis & initia, & quæ ſequuntur, veluti dictante. Quumque nullum ſit hujus rei præſcriptum, neque ullæ adhuc Artis regulæ ſint traditæ, quæ res diſſolutas divulſaſque conglutinarent & ratione quadam conſtringerent, occaſionibus utendum eſt, & cum re præſenti deliberandum. Totum interim argumentoſæ Picturæ negotium breviter ſic habet. Artifex numeroſam uberis argumenti varietatem ſpectatorum oculis repræſentans, quaſi narrat, hoc eſt, *Alterum*, ut loquar cum Varrone libro V de L. L. *facit narum; à quo Narratio, per quam cognoſcimus rem geſtam.* Et quemadmodum is demum recta via rem aliquam enarrare judicatur, quia omnia ordine commemorat, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, *ab initio uſque ad finem*; ita quoque totius rei geſtæ principium, medium, finem ſingillatim perſpicueque exequi debet, quiſquis molitur nobile aliquod opus, & quod ſpectator non omnino bardus expedite valeat *perlegere oculis*, ut eſt apud Poëtam. Plane igitur neceſſe hic eſt ut univerſo argumento ſedulo pertentato atque perſpecto, ex ipſa rerum ſerie conſilium de diſpoſitione & collocatione ſchematum capiamus. Urget hoc inſignis illa Pictura, quam apud Photium proponit atque diſponit Himerius, in excerptis ex Declamatione de patre divite occidente pauperis à ſe adoptatum, & cum matre ſua in adulterio deprehenſum. Ζήτησον, inquit, ζωγράφον τραγικὸν μὲν τὴν χεῖρα, τραγικώτερον δὲ τὴν ψυχήν· κέλευε δὲ αὐτὸν τὴν τάξιν τῶν ἐμῶν ἀτυχημάτων τάξιν ποιεῖσθαι τῆς γραφῆς: *Quære Pictorem, manu quidem tragicum, animo vero magis etiamnum tragicum. Jubeas eum picturæ ordinem ex ordine mearum calamitatum petere*, &c. vide locum elegantiſſimum. Hic tantum in tranſitu obſerva, pictam hiſtoriam minimè teneri iiſdem legibus, quibus obſtricta eſt hiſtoria ſcripta; quum præcipuum ſit munus hiſtoricorum rem omnem à principio ad finem uſque proſequi, obſervata ubique temporis atque omnium circumſtantiarum vera ſerie; Pictores vero conſulto ſæpe, prout è re ſua eſſe judicant, in medios irrumpunt actus, ad antecedentia exinde & conſequentia, cùm oportunum erit, redituri; ſiquidem perfacile iis eſt una eademque tabula præteritarum, præſentium, futurarumque rerum imagines complecti. Ἐκμεμάχηται ἡ γραφὴ καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ γινόμενα, καὶ ὡς ἂν γένοιτο ἔνια· οὐ διὰ πλῆθος αὐτῶν ῥᾳδιουργοῦσα τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐπιπλώσα τὸ ἑκάστου οἰκεῖον, ὥσπερεὶ κἂν εἴ τι ἓν ἔγραφεν: *Expreſſit pictura ea quæ ſunt, quæ fiunt, quæque adhuc veluti ſint futura. Non quidem per ipſorum multitudinem mala fide veritatem effingens; verum proprietates uniuſcujuſque ſic perficiens, ac ſi unum quid pinxiſſet*, Philoſtratus Iconum lib. I, in Boſporo. [Quamvis ipſa rerum ſeries alibi ſuggerat expeditam Collocationem, uberioris tamen hiſtoriæ diſpar ſæpe ratio eſt.]

§. 7. Quemadmodum ſupra, ubi de Inventione agitur, obiter monuimus Artificem iſtum ludere operam, qui in multiplici variarum figurarum congeſtu nihil docet; ita hic quoque inanem Arti laborem impendiſſe judicatur Artifex, cujus tabulæ in ſchematum copia ſenſus laborant inopia. Sicut enim intenta curioſi ſpectatoris aviditas poſtulare videtur ut argumentoſæ tabulæ ipſa numeroſarum imaginum collocatione, veluti muto quodam alloquio, hiſtoricum aliquem aut moralem ſenſum animis noſtris inſinuent, ita [Principalioribus figuris non modo principem locum tribuit Artifex, ſed totum]

quoque

quoque recentis adhuc animi impetum iis impendit.

quoque res ipſa monet, ut hominum exſpectationi quàm ocyſſime occurratur; cui ſi initio ſatisfactum non ſit, periculum quoque erit ne reliqua ſordere videantur. Materiam itaque facultate & copia ſua dignam, multamque diverſiſſimorum actuum varietatem ſuppeditaturam arripiat hic peritus Artifex; ut animus ſpectatoris jucundiſſima voluptate expletus, non minus in Arte ſuſpiciat pondus materiæ, quàm gratiam Artis in materia miretur. Cavens deinde ne partium multitudo adferat aliquam diſpoſitioni ſuæ obſcuritatem, illud quoque ſemper meminerit, *Eſſe aliquid in omni materia naturaliter primum*, Quintil. lib. III, cap. 8. Et *Incipiendum ab iis quæ prima ſunt. Nam nec pingere quiſquam aut fingere cœpit à pedibus: nec denique ars ulla conſummatur ibi unde ordiendum eſt*, Idem ibidem, cap. proximo. Ὁ ἐν ἀρχῇ τῆς ἀληθείας ἐκπίπτων, πάντως ἐκκυλισθήσεται τοῦ προκειμένου, καὶ εἰς αἰσχρὸν καταστρέψει τέλος: *Qui in principio à veritate excidit, prorſus à propoſito exturbabitur, ac fœdum ſortietur exitum*, Iſidorus Peluſiota lib. II, epiſt. 229. Initium itaque totius operis ut lene ſit & verecundum, ac bene temperatum neceſſe eſt. Quiſquis enim, ſpectatorum animis nondum rite præparatis, veluti ex improviſo lymphatus proſilit, & vanam perturbatarum portentoſarumque imaginum ſpeciem ſpectatorum oculis ingerit, inſanire apud ſanos & quaſi inter ſobrios eſſe vinolentus videtur. Nimis enim aperte ſe deludi putant ad ſpectandum admiſſi, quotieſcunque miſerum Artificem vident verſantem ſe atque inepte multa molientem, antequam aliquid, quo excitare eos poſſit, affert in medium. Senſim nimirum & Arte quadam oportet illabi in animos hominum, ut cum ipſis rebus aſſurgant ac neſcientes abripiantur. Præcipuum ergo quod eſt in Diſpoſitione à nobis ipſis (adſit modo natura, doctrina, ſtudium) cum argumento deliberantes petemus, & principalioribus in eo figuris principem ſemper aſſignantes locum, ſedulo quoque principis perſonæ ſortem, indolem, facta conſiderabimus, ut reliqua omnia ad ejus rationem potiſſimum dirigantur. Quinetiam, nonniſi principalioribus perſonis jam perfectis, ad cætera minoris momenti ſchemata atque alias inchoati operis circumſtantias accedemus, eas quandoque longinquæ cuidam dubiæque caligini, veluti jam tranſactas atque ex oculis ſublatas, involventes. Περιβέβληκεν αὐτοῖς ἀχλὺν, ὡς ὅμοια γεγονόσι μᾶλλον, ἢ γινομένοις φαίνοιτο: *Caliginem ipſis circumfudit; ut ſimilia factis potius, quàm quæ jam fiant, viderentur*, Philoſtrat. Iconum lib. II, in Inſulis. Sed ne diurius quàm neceſſe eſt, inſiſtamus rei ſatis per ſe claræ; præcipitia quorundam Artificum ingenia exemplo Euphranoris præmonenda tantum hic videntur, ne primum & principalibus figuris debitum cœpti operis calorem temere aliò transferant. *Natura, quemadmodum ſæpenumero æmulam virium ſuarum Artem eſſe patitur*, inquit Valer. Maximus lib. VIII, cap. 11, Ex. ext. 5, *ita aliquando irritam feſſo labore dimittit; quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerunt. Nam cum Athenis duodecim Deos pingeret, Neptuni imaginem quàm poterat excellentiſſimis majeſtatis coloribus complexus eſt, perinde ac Jovis aliquanto auguſtiorem repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere abſumpto; poſteriores ejus conatus aſſurgere, quo tendebant, nequiverunt.*

Ingentis animi Artifex magnæ percopioſæque materiæ maximis viribus ſatisfacit.

§. 8. Priſcos ſane atque omnibus ſæculis celebratos Artifices plena omnium confeſſione ob hanc aptæ Collocationis curam præcipue laudari conſtat; ſiquidem paſſim in eorum operibus admirando quodam diverſiſſimarum rerum contextu extrema primis, media utriſque, omnia omnibus reſpondere deprehenduntur. Quamobrem quum Artifici plurimum facultatis ex copioſiſſimo quoque argumento parari contendo, non ſic velim hoc intelligi, ac ſi ex tot undique rebus in tam multiplici perſonarum, locorum, actionum varietate unam alteramve apprehendere debeat infirmitas, in qua deliteſcat: *Rectum genus approbari, niſi maximis viribus, non poteſt: hæc diverticula & anfractus, ſuffugia ſunt infirmitatis; ut, qui curſu parum valent, flexu eludunt*, Quintilianus IX, 2. Non ob hoc igitur uberior materia eſt expetenda, ſed ut ampliſſimus Artificis animus, velut campum nactus liberiorem, per totam ire materiam velit, atque in rebus plures excurſus recipientibus magis abundet. Quemadmodum itaque Ammian. Marcellinus lib. XXVII ſapienter præcepit, *Non decere hiſtoriam producere per minutias ignobiles*; ita & hic videas ac rideas nonnullos, qui robuſtam lætiſſimarum hiſtoriarum vim prorſus enervant, dum relicta rerum ſerie clypeum ducis in ea ſpectatiſſimi exquiſitis coloribus adornant, aut antrum aliquod in hiſtoria forte fortuna obvium hedera, myrto, lauroque ſtudioſe obumbrant:

Nuſquam aſſidebit puſillæ rei, qui ſe totum addixit ingentium rerum magnitudini.

Οὗτοι γὰρ ἐς πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα ἐμπίπτοντες, ἐοίκασιν οἰκέτῃ νεοπλούτῳ, ἄρτι τοῦ δεσπότου κληρονομηκότι· ὃς οὔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβαλέσθαι, οὔτε δειπνῆσαι κατὰ νόμον· ἀλλ' ἐμπηδήσας πολλάκις, ὀρνίθων, καὶ συείων, καὶ λαγῴων προκειμένων, ὑπερεμπίπλαται ἔτνους τινὸς, ἢ ταρίχους, ἔστ' ἂν διαρραγῇ ἐσθίων: *Etenim hi in multas magnasque res incidentes, ſimiles ſunt famulo ex domini ſui hæreditate nuperrime ditato, qui neque rationem induendæ veſtis novit, nec cœnæ legem ſcit obſervare; ſed in menſam gallinaceis, ſuillis, ac leporinis carnibus inſtructiſſimam frequenter irruens, pulmento ſalſamentove aliquo uſque adeo avide famem explet, ut periculum*

lum ſit ne inter edendum dirumpatur, Lucianus de conſcribenda Hiſtoria. Horatius de Arte:

> *Inceptis gravibus plerumque & magna profeſſis,*
> *Purpureus, late qui ſplendeat, unus & alter*
> *Aſſuitur pannus, cùm lucus & ara Dianæ,*
> *Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,*
> *Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur arcus.*
> *Sed nunc non erat his locus.* - - -

Recte quoque illos in eodem veluti valetudinario dixeris jacere, qui commodam rerum ſeriem turpiter ubique diſcindentes, in omnibus ſuis tabulis importune prorſus atque abſurde infarciunt, quidquid illud eſt, quod unum ſibi præter cæteros felicius pingere videntur; neque cogitant, quàm fœde naturali rerum geſtarum nexu conſertum argumentum per vim veluti cuneantes diſſolvant ac diſſecent; quantum adhæc faſtidium eadem repetita moveant, veluti frigidi & repoſiti ſæpe cibi; quem denique pudorem incutere ſoleat deprehenſa toties infelix ſupellex, quæ (ſicut apud pauperes ambitioſos fieri videmus) pluribus & diverſis officiis conteritur. Appoſite Horatius de Arte:

> - - - *Citharœdus*
> *Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem.*

Huc pertinet illud vet. Commentat. ad verſ. 19 Horatii de Arte: *Ineptus pictor vix aliud noverat, quam depingere cupreſſum: à quo cùm naufragus quidam peteret, ut vultum ſuum & naufragium exprimeret, interrogavit, num ex cupreſſo vellet aliquid appingi.*

§. 9. Generoſum itaque veri Artificis animum latiſſima copioſæ ac divitis materiæ ſpatia maxime afficiunt, gaudetque in ampliſſimo argumento, quaſi magno quodam mari, omnia ingenii ſui vela pluribus ventis tradere: perinique contra atque acerbe ſemper accipit ſe in malignæ ſterilisque inventionis anguſtias detrudi, ubi non valeat ſemetipſum experiri atque omnes Artis ſuæ vires exercere. Neque tantum opulenta materiæ ubertate delectatur rectus Artifex, verum etiam omnes amœniſſimæ iſtius copiæ partes apta & rerum naturæ conſentanea poſitura complecti ſtudet; gnarus nuſquam certius aliquod ingenii Artisque ſpecimen exhiberi poſſe, quàm in immenſa propoſiti argumenti varietate; venuſtatem adhæc picturæ, τὸ χάριεν τῆς γραφῆς, ut loquitur Philoſtratus *Iconum libro* II, *in Rhodogyne*, hac ſchematum actionumque varietate plurimum juvari; illos denique Artifices nunquam non palmam cæteris præripere, qui non unam tantum alteramve imaginem in tabula delineare, ſed qui multiplices perſonarum ac rerum figuras, non ſolum ordine, verum etiam momento quodam atque judicio diſpenſare ſciunt. Videas itaque nonnullos in minutis tabellis mirificos, cùm ab illo opere diſceſſerint, *Non magis ſufficere in aliquo graviore actu, quàm parva quædam animalia, quæ in anguſtiis mobilia, campo deprehenduntur*, Quintil. XII, 2. Νικίας ὁ ζωγράφος καὶ τοῦτο εὐθὺς ἔλεγεν εἶναι τῆς γραφικῆς τέχνης οὐ μικρὸν μέρος, τὸ λαβόντα ὕλην εὐμεγέθη γράφειν, καὶ μὴ καταχερματίζειν τὴν τέχνην εἰς μικρά· οἷον ὀρνίθια ἢ ἄνθη· ἀλλ᾽ ἱππομαχίας καὶ ναυμαχίας· ἔνθα πολλὰ μὲν σχήματα δείξειεν ἄν τις ἵππων· τῶν μὲν, θεόντων· τῶν δὲ, ἀνθισταμένων ὀρθῶν· ἄλλων δὲ, ὀκλαζόντων· πολλοὺς δ᾽ ἀκοντίζοντας, πολλοὺς δὲ καταπίπτοντας τῶν ἱππέων· ᾤετο γὰρ καὶ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν μέρος εἶναι τῆς ζωγραφικῆς τέχνης, ὥσπερ τοὺς μύθους τῶν ποιητῶν: *Nicias Pictor etiam hoc ſtatim ab ortu non parvam eſſe pictoriæ artis partem contendebat, ut Artifex ſumpta materia ſatis copioſa pingeret, neque artem in minutias concideret, veluti aviculas aut flores; ſed eam potius equeſtribus navalibusque prœliis impenderet; ubi variæ equorum formæ exhiberi ſolent, currentium nempe, adverſariis recto corporis ſtatu obſiſtentium, in genua denique procidentium: equitum vero alii jaculantes, alii ex equis decidentes repræſentantur. Arbitrabatur enim ipſum quoque argumentum non minus aliquam pictoriæ artis eſſe partem, quàm fabulæ Poetarum præcipuam in ipſa poeſi vim habere judicantur*, Demetrius Phalereus de Elocut. §. 76.

Præcipua Artificis laus, non unam alteramve rem ad vivum delineare, ſed multiplicia perſonarum & rerum ſchemata pro re nata variare.

§. 10. Quemadmodum igitur ex jam dictis manifeſtum fit ardua ingenia mire ſemper delectari arduo argumento, ita quoque compertum eſt inſignem vim Artis in materia inſigniore maxime elucere. Præcipue tamen Hiſtoria alere artem quaſi quodam molli jucundoque ſucco poteſt: ſed cùm totum opus ad memoriam tantum poſteritatis & ingenii famam componatur, orbem quendam contextumque deſiderat. Quamobrem etiam nihil hic raptim ac turbate in tabulam conjiciendum eſt, nihil inciſe membratimve proponendum: etenim *Ubi nuda proponuntur membra, ſi quid aut numero aut ordine excidit, manifeſtum eſt*, Seneca Rhetor lib. I Controverſ. in prœmio. Quin potius danda eſt opera ſenſus diverſi ut congruant; hiulca ne pateant; denſa ne ſupra modum protuberent; accerſita ne vim redarguant; aliena ne interluceant; adoptiva quæ ſunt, ut co-

Multiplex uberioris hiſtoriæ contextus placida ordinataque commiſſurarum junctura devinciendus eſt.

gnata videantur; tam multa denique, tam varia, tam diverſa, omnia veluti una complexione atque æquabili quadam circumactione ita ſunt devincienda, ut nihil inane, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans, nihil diſſipatum in tota ſtructura appareat: quod in hiſtoriarum contextu uſque adeo facile eſt, ut nihi permirum ſæpe videatur diſcerpi poſſe partes. Omnia certe hiſtoriæ membra, quoniam lubrica eſt ac fluit, mutuo quodam nexu inter ſe conſtricta debent eſſe; ut homines, qui manibus invicem apprehenſis gradum firmant; continent, & continentur. Nihil ergo in ea lacerum abruptumque occurrat; ſiquidem merito ridentur, qui narraturi aliquid, frequenter interſiſtentes atque offenſantes, breve aliquid atque conciſum ſingultantium modo ejectant. Quamobrem illud tantum hîc notaſſe ſatis habebo; quo pulchriora ſunt & ſenſu & arte quæ temere in tabulam ſparguntur, hoc picturam quoque magis fore deformem; quia negligentia Collocationis ipſa rerum luce deprehenditur. Quamobrem quoque perverſe nonnulli præfractam aſperamque probant compoſitionem: diſturbant de induſtria, ſi quid placidius atque æqualius effluxit; nolunt ſine ſalebra eſſe juncturam; virilem putant & fortem, quæ oculos inæqualitate percuſſit. Quid eſt enim tam furioſum, quàm inanis optimarum rerum congeries, nullo artificio, nulla expolitione diſtincta? Nimirum, *Aptum eſt omne bonum locis ſuis, & laudabilia quæque ſordeſcunt, niſi congrua ſede potiantur*, Caſſiod. Variarum v, 22. Multo certe majorem habent apta vim, quàm ſoluta. Ita videmus athletas, nec multo ſecus gladiatores, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quandam; ut, quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad adſpectum etiam ſit venuſtum. Par quoque ratio eſt Picturæ: ſiquidem neceſſe eſt grato ſemper juſtæ ſtructuræ decore veraque vi ſua deſtitui ſolutum fere opus, & è ſingulis non membris ſed fruſtis collectum, cùm illa undique circumciſa inſiſtere invicem nequeant: & quæ non cohærent, non commiſſuris modo, ut in opere male juncto, hiantibus, ſed ipſa quoque coloris inæqualitate detegantur. Artificem interim tam inepte deſipientem, & nimio iſthoc male congeſtæ digeſtæque ubertatis tumultu exultantem, non immerito judices promereri Lucillianum illud Elogium apud Nonium Marcellum in *Sarcinator:*

Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime.

Materias minores male quidam faſtidiendas, aut rebus hinc inde petitis expiendas putant.

§. 11. Quod vero materiam paulo uberiorem induſtriæ Artificis tantopere commendamus, non eo fit, quod laudandum putemus faſtidium nolentis aggredi materias minores, tanquam infra eum ſint, aut etiam detractura ſit opinioni minus liberalis materia: Καὶ γὰρ ἐπὶ σμικροῖσι, ut eſt in Anthologia Epigr. lib. IV, cap. 32, νόος διαφαίνεται ἀνδρός. Quemadmodum neque laudamus eos, qui in argumenta tenuia incidentes, extrinſecus adductis rebus ea circumliniunt. Ἢ φλοιῶδές τι, ἢ ἄσεμνον, ἢ σχολικὸν ἐγκατατάττοντες διὰ μέσου· λυμαίνεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, ὡσανεὶ ψήγματα ἢ ἀραιώματα ἐμποιοῦντα μεγέθη συνοικοδομούμενα τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει συντετειχισμένα: *Aut corticeum quid, aut minus grave, aut ſcholaſticum in medio inſerentes. Quandoquidem hæc totum opus corrumpunt, tanquam deſtrigmenta quædam aut raritates, quæ dum mutua inter ſe affectione ad conſtructionem ædificii concurrunt, faciunt ut in molem ingentem excreſcat*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 8. *Nos itaque ſinamus Pamphilum, neſcio quem in infulis magnas res, tanquam puerileis delicias aliquas, depingere*, ut loquitur Tullius lib. III de Oratore. Peritus Artifex,

Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut ſpecioſa dehinc miracula promat.

Et quemadmodum Horatius de ſe ipſo:

Ex noto fictum carmen ſequar: - - -

Ita noſter ille ad unguem factus Artifex,

Ex noto fictam rem ſumet, quò ſibi quivis
Speret idem: ſudet multum, fruſtraque laboret
Auſus idem. Tantum ſeries juncturaque pollet;
Tantum de medio ſumptis accedet honoris.

Quiſquis igitur recte caverit ne quid, quod delineandarum rerum ſeriem turbet, operi ſuo inferciat, is demum poterit pertexere inventionem æquabilem, cohærentem, ſibi ſemper in eodem genere ſimilem, non hiulcam, non lacunoſam, non ſtructura, non materia, non filo, non textura ſibi diſſentaneam; poſtremo, non aliqua ſui parte eodem ſpiritu defectam; qui ſicubi deſtituerit, neceſſe eſt ut Artis vela reſlacceſcant, nec ad finem perferant impetum Artificis, in quo demum ſitum eſt pretium operæ.

§. 12. Quamvis hactenus abunde ſit oſtenſum, tot tantaque commoda beneficio re-

ctæ

tæ Collocationis accedere Picturæ, ut non videantur plura potuiſſe addi; inter minime poſtrema tamen aptæ Diſpoſitionis beneficia reponendum eſt, quod ſingularem afferat Arti perſpicuitatem. Circumſpectus enim ac minime vanus Artifex reputans præconcepti argumenti juncturam ex ipſa rei geſtæ ſerie petendam, animum quoque ſuum uſque adeo viva delineandarum actionum ſpecie implere ſtudet, ut poſt multam acremque ſtudioſæ imaginationis curam velut in rem præſentem perductus, evidentiam quandam ex ipſa re non modo in omnes totius operis partes, verum etiam in animum ſpectatoris paulo attentioris transfundat. Vide libri primi caput quartum, ubi obſervationis hujus fundamenta ſub finem capitis jecimus. Σαφήνεια γίνεται ὅταν τις μὴ ἀναστρέφῃ τὰ πράγματα, ἀλλὰ καθ' ἣν ἐπράχθη τάξιν κατὰ ταύτην διεξίῃ: *Evidentia fit, quum res non invertuntur, ſed eodem quo geſtæ ſunt ordine percurruntur*, Ariſtides de Civili orat. cap. 10. Τὸ σαφὲς ἐπανθείτω, μεμηχανημένον τῇ πραγμάτων συμπεριπλοκῇ· ἀπόλυτα γὰρ καὶ ἐντελῆ πάντα ποιήσει· καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενον, ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτοῦ, καὶ ἁλύσεως τρόπον συνηρμοσμένον, ὡς μὴ διακεκόφθαι, μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι ἀλλήλαις παρακειμένας, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ μὴ γειτνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν καὶ ἀνακεκρᾶσθαι κατὰ τὰ ἄκρα: *Perſpicuitas, ex mutua rerum connexione conſtans, atque omnia libere ſoluta integraque reddens, paſſim efflorescat. Primum enim ad finem perductum, poſt ſe trahat ſecundum ita apte continuatum concatenatumque primo, ut nihil appareat interciſum, neque multæ ſint diverſæque narrationes mutuo ſibi adjacentes; ſed ut primum ſemper ſecundo non modo ſit vicinum, verum etiam communionem quandam habeat cum eo atque extremitatibus miſceatur*, Lucian. de conſcrib. Hiſtoria. Poſteaquam Plutarchus retulit Aratum Pellenenſes ab Ætolorum incurſione liberaſſe, addit: Τὸ δὲ ἔργον ἐν τοῖς μεγίστοις διεβοήθη, καὶ Τιμάνθης ὁ ζωγράφος ἐποίησεν ἐμφαντικῶς τῇ διαθέσει τὴν μάχην ἔχουσαν: *Factum hoc impreſſis fuit illuſtre. Timanthes vero Pictor totam pugnam evidentiſſima diſpoſitione repræſentavit.* Philoſtratus quoque junior in Venatoribus, σαφήνειαν hanc ab Artifice obſervatam ſingularem Picturæ iſti lucem attuliſſe refert: Οἷον ὦ θεοί, inquit, καὶ ὡς ἡδὺ τὸ σαφὲς τῆς τέχνης, καὶ ὡς ἔστιν ὁρᾶν τὴν ἑκάστου τύχην· σιβὰς μὲν αὐτοσχέδιος αὕτη, δικτύων εἶναι ξυγκειμένη, δέχεται τοὺς ἄρχοντας καλὸν ἱστάντων τῆς θήρας· καὶ πέντε μέν ἐστιν· ὁρᾷς δὲ τὸν μεσαίτατον αὐτῶν, ὡς διεγείρας ἑαυτὸν, ἐστράφθαι πρὸς τοὺς ὑπερκειμένους, τὸν ἑαυτοῦ μοι δοκεῖν ἆθλον ἀφηγούμενος: *Quam ſuavis eſt, ô Dii, perſpicuitas artis; quam facile quoque eſt uniuſcujuſque fortunam oculis uſurpare! Storea certe hæc inelaborata, atque e retibus, ut opinor, contexta excepit quinque numero principes, ut honeſte ſic dicantur, venationis. Viden' vero medium eorum, quomodo ſemetipſum excitans, & ad ſuperincumbentes converſus laborem ſuum enarret?* &c. Vide totam eleganter diſpoſitæ Picturæ ſpeciem, nec non plures alias rectiſſime collocatarum imaginum deſcriptiones apud utrumque Philoſtratum obvias.

§. 13. Diſpoſitione ea, quæ ex ipſa rerum inventarum ſerie profluit, quoquo modo excuſſa, reliquum nunc eſt ut nonnihil quoque de ea Diſpoſitione dicamus, quæ diligentem accuratæ Proportionis obſervationem comitatur. Videtur tamen hæc Diſpoſitio, ut quod res eſt dicamus, parum admodum ab ipſa Proportione diſcrepare: quemadmodum enim de juſto tantum delineandarum rerum interſtitio ſollicita eſt, ita in gratiam arctiſſimæ cum ipſa Proportione affinitatis Symmetria quandoque nuncupatur. *Aſclepiodorum*, inquit Plin. xxxv, 10, *in ſymmetria mirabatur Apelles.* Etenim hoc dicens, aliis tantum verbis extulit, quod eo ipſo capite aliquanto ante aliter dixerat. *Cedebat Aſclepiodoro de menſuris, hoc eſt, quanto quid à quo diſtare deberet.* Hujus quoque Collocationis, quemadmodum & prioris, nullæ certæ atque definitæ traduntur regulæ; ſiquidem hîc pleraque oculorum judicio committi debere conſtat. Quumque nullum ſit hujus rei præſcriptum, occaſionibus utendum eſt, & cum re præſenti nunquam non deliberandum. *Non eminet pictura, in qua nihil circumlitum eſt. Ideoque artifices etiam, cùm plura in unam tabulam opera contulerunt, ſpatiis diſtinguunt, ne umbræ in corpora cadant*, Quintil. VIII, 5. Sed *ſpatia ipſa, quæ in hac quidem parte plurimum valent, quod poſſunt niſi oculorum habere judicium?* Quintil. IX, 4. Unde cuivis perſpicuum eſſe poteſt in plurium figurarum tabulis ſubtiliſſimam operoſioris Proportionis rationem ſollicite obſervandam: præſertim cum τὸν τοῦ ζωγράφου ἆθλον in ea potiſſimum deprehendamus. Ὁ μὲν ἐν ἆθλος, inquit Philoſtratus Iconum lib. 1, in Pelope, ἐκδραμήσεται τῷ Πέλοπι· τὸν δὲ τοῦ ζωγράφου ἆθλον, ἡμεῖς ἐξετάζωμεν. οὐ γὰρ σμικροῦ οἶμαι ἀγῶνος, ἵππους μὲν ξυνθεῖναι τέτταρας, καὶ μὴ ξυγχέαι τῶν σκελῶν τὸ καθ' ἕνα αὐτῶν, ἐμβαλεῖν δὲ αὐτοῖς μετὰ τοῦ χαλινοῦ φρόνημα, στῆσαί τε τὸν μὲν, ἐν αὐτῷ τῷ μὴ θέλειν ἑστάναι· τὸν δὲ, ἐν τῷ προϊέναι βούλεσθαι, τὸν δ' ἐν τῷ πεισθῆναι· ὁ δὲ, γάννυται τῇ ὥρᾳ τοῦ Πέλοπος· καὶ ἀνέῳνται αὐτῷ αἱ ῥῖνες, ὅτι χρεμετίζουσι: *Labor quidem certaminis bene ſuccedet Pelopi; nos vero Pictoris laborem exploremus. Non enim, ut arbitror, modici laboris eſt quatuor equos jungere, nec ſingula ipſorum crura confundere; indere illis lenitate temperatam animoſitatem; atque hunc ſic quidem ſiſtere, ut minime ſiſti velle appareat; illum, ut ſubſilire; tertium vero, ut obſequi velle videatur;*

Congruens & æquabilis Collocatio mire facit ad totius operis perſpicuitatem.

Quomodo varia ſchemata in unam tabulam congeſta, ſpatiis diſtinguantur.

hic oculis profert gaudium e Pelopis pulchritudine conceptum, nares interim dilatans, ac ſi jamjam hinniturus eſſet, &c. Quamvis etiam in pictura Menœcei innumeræ aptiſſime collocatæ imagines occurrant, mœnia tamen Thebanæ urbis ſingulare Diſpoſitionis hujus exemplum exhibent. Ἡδὺ τὸ σόφισμα τοῦ ζωγράφου, inquit Philoſtratus Iconum lib. I, in Menœceo, περιβάλλων γὰρ τοῖς τείχεσιν ἄνδρας ὡπλισμένους, τοὺς μὲν ἀρτίους παρέχει ὁρᾶν, τοὺς δὲ ἀσαφεῖς τὰ σκέλη, τοὺς δὲ ἡμίσεας· καὶ στέρνα ἐνίων, καὶ κεφαλὰς μόνας, καὶ κόρυθας μόνας, εἶτα αἰχμάς· ἀναλογία ταῦτα, ὦ παῖ· δεῖ γὰρ κλέπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, τοῖς ἐπιτηδείοις κύκλοις συναπιόντας: *Suave eſt Pictoris inventum. Armatos enim circumjiciens mœnibus, hos quidem integros præbet videndos, illos vero crurum tenus, nonnullos dimidiatos; etiam pectora quorundam, & ſola capita, & galeas ſolas, denique cuſpides. Proportio hæc ſunt, ô puer. Sic enim æquum eſt oculos noſtros decipi, dum idoneos circulos acie ſua proſequuntur.* In iſtis tamen picturis, quæ res de nocte geſtas, aut ſub aqua merſas repræſentant, ardua magis eſt ratio Diſpoſitionis. Βραδεῖα γὰρ ἡ κατάληψις αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ ὡς ἐν νυκτὶ εἶναι· γέγραπται δὲ ἡ νὺξ, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ καιροῦ: *Tarda eſt horum comprehenſio, quod veluti noctu fiant; noctis vero picturam, non corpus aliquod, ſed occaſio temporis exprimit.* Vide Philoſtratum Iconum lib. I, in Como. Quamvis variæ in Heſiones pictura imagines juſto ubique interſtitio diſtinguebantur, ſingulare tamen hujus Diſpoſitionis ſpecimen in diverſis monſtri marini partibus perſpiciebatur. Ἐκκυρτουμένου τοῦ κήτους, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ κατὰ πολλὰ μέρη, τὰ μὲν ὕφαλα διαφαίνεται, τὸ ἀκριβὲς τῆς ὄψεως κλέπτοντα τῷ βάθει, τὰ δὲ ἀνίσχει: *Ceto non ſemel, ſed per multas partes incurvato, hæ quidem attolluntur, illæ vero ſub ipſo mari deliteſcere atque oculos profunditate ſua fallere videntur*, Philoſtratus junior in Heſione. De piſcibus vero natantibus, ac paulatim quaſi evaneſcendo fallentibus oculos, inſignis eſt Philoſtrati locus Iconum lib. I, in Piſcatoribus: Ὁ σκοπωρὸς, inquit, ἐς τὴν θάλατταν βλέπει, διαπέμπων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὴν τοῦ ἀριθμοῦ σύλληψιν. ἐν γλαυκῷ δὲ τῷ τῆς θαλάττης ἄνθει, τὰ τῶν ἰχθύων χρώματα: μέλανες μὲν οἱ ἄνω δοκοῦσιν· ἧττον δὲ οἱ ἐφεξῆς· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους, ἤδη παραψεύδονται τὴν ὄψιν· εἶτα σκιώδεις, εἶτα ὑδαροί, εἶτα ὑπονοεῖσθαι· καταβαίνουσα γὰρ ἐς τὸ ὕδωρ ἡ ὄψις, ἀμβλύνεται διακρίνειν τὰ ἐν αὐτῷ: *Speculator intuetur mare, oculos ad comprehenſionem numeri tranſmittens. In cæruleo vero æquoris flore piſcium colores. Superiores quidem, nigri videntur; minus vero, qui deinde; at qui poſt illos ſunt, jam decipiunt viſum; poſtea umbrarum inſtar evanidi; mox aquei; tandem ſola ſuſpicione comprehenſibiles. Siquidem viſus in aquam deſcendens ita hebetatur, ut nequeat accurate, quæ in ea ſunt, perſpicere.* Affine huic eſt illud Philoſtrati in Phocicis: Ὕδωρ εἶναι ποταμοῦ ἔοικε δῆλα ὡς ὁ Ἀχέρων, καὶ κάλαμοί τε ἐν αὐτῷ πεφυκότες, καὶ ἀμυδρὰ οὕτω δή τι τὰ εἴδη τῶν ἰχθύων, σκιὰς μᾶλλον ἢ ἰχθῦς εἰκάσει: *Aquam facile arbitreris eſſe fluvium Acherontem: plurimæ in eo cannæ, piſciumque formæ uſque adeo obſcuræ, ut piſcium potius umbras quam piſces referant.* Operoſior quoque eſt Collocatio figurarum, quæ aliquam ſui in aquis imaginem ſunt redditturæ; qua de re præclarus eſt Philoſtrati locus Iconum lib. I, in Olympo: Μέχρι τούτου σε τὸ ὕδωρ γράφει, Ὄλυμπε, κατακύπτοντα ἐς αὐτὸ ἀπὸ τῆς πέτρας· εἰ δὴ ἑστῶτα ἔγραφεν, οὐκ ἂν τὰ σχήματα τὰ ὑπὸ τῷ στέρνῳ ἔδειξεν· ἐπιπόλαιοι γὰρ αἱ μιμήσεις τῶν ὑδάτων, ὑπὸ τοῦ συνιζάνειν ἐν αὐταῖς τὰ μήκη: *Huc uſque te depingit aqua, Olympe, dum pronus è rupe in eam deſpectas. Quod ſi ſtantem exprimeret, non utique oſtendiſſet ea quæ ſub pectore ſunt ſpecioſa. Aquarum enim imitationes in ſuperficie ſunt, quod longitudines in ipſis conſidant.* Neque prætereundus hic Auſonius, qui perquam eleganter in Moſella:

Hos Hyperionio cùm Sol perfuderit æſtu,
Reddit nautales vitreo ſub gurgite formas,
Et redigit pandas inverſi corporis umbras.
Utque agiles motus dextra lævaque frequentant,
Et commutatis alternant pondera remis,
Unda refert alios, ſimulachra humentia, nautas:
Ipſa ſuo gaudet ſimulamine nautica pubes,
Fallaces fluvii mirata redire figuras.

Plin. Junior lib. VIII, epiſt. 8: *Ripæ fraxino multa, multa populo veſtiuntur; quas perſpicuus amnis, velut verſas, viridi imagine annumerat.* Ita enim ex Auſonio legendum videtur; quum in vulgatis editionibus *velut merſas* paſſim reperiatur. Huc denique refer A. Gellii verba, ex noct. Attic. lib. XVI, cap. 18: *Si rectus ſpeculum ſpectes,* inquit, *imago fiet tua hujuſmodi, ut caput deorſum videatur, pedes ſurſum.*

CAPUT VI.

§. 1. *Quemadmodum picturis acre quoddam decus ac blanda Artificis Gratiæ aſpiramina præcipue lenocinantur, ita maxima conſummatæ Artis gratia in congrua omnium inter ſe partium convenientia conſiſtit. Multis nempe magniſque virtutibus abundare debet Pictura; in univerſum, ſine ſingularum partium commendatione, magnifica.*

§. 2. *Præcipuum eſt in hac Gratia, ut deceant cuncta. Decorum vero judicatur, quidquid Artis excellentiæ cum quadam ſpecie liberali conſentaneum eſt; quod tacito perſpicacioris animi judicio magis, quam ſollicita manium præceptorum obſervatione aſſequimur: ſiquidem neque unius Artis, neque etiam ſolius Naturæ eſt hoc opus; ſed ex mutua Naturæ otque Artis cohærentia provenit. Infeliciores vero Artifices in hanc regulam conſummotæ Artis impingentes, eorum ſimiles ſunt athletarum, quos apalæſtros vocant; qui non nòrunt quid deceat ſimul, & ad id, quod agitur, valeat.*

§. 3. *Nimia paullo diligentioris affectationis cura obeſt Artibus præcipuam Gratiam ex incompta diſſimulatæ Artis facilitate trahentibus.*

§. 4. *Venus hæc nihil eſt aliud, quàm accurota quædam & ſine moleſtia diligens elegantia; ineſtque ei quædam conſulto quaſi fugiens oculos concinnitas, quæ tamen facilius poteſt oculis judicari, quàm verbis demonſtrari.*

§. 5. *Hæc eſt unica illa eximii Artificis virtus, quæ ſpectatorem inter ſtuporem & voluptatem medium detinet, cogitque ſæpe repetere quæ in aliorum operibus ſemel inſpexiſſe plus quàm ſatis eſt. Quotquot autem deliciis hiſce animos bona fide addixerunt, oculis ſuis in tanta venuſtatum copia ſplendidiſſimi apparatus epulas ſolent exhibere.*

§. 6. *Quemadmodum certum eſt Artem viguiſſe, quamdiu Artifices, fræna genio juvenilem in modum laſcivienti permittentes, primas partes huic facilitati concedendas putaverunt; ita ea omiſſa, nullum amplius in ſæcula iturum, & Grotiam cum ætate perlaturum opus enituiſſe conſtat.*

§. 7. *Eloborare vero contra quòm deceat, & quàm poſſis; hominis eſt ineptiis ſuis intempeſtive plaudentis, ac ſtultitiæ ſuæ plurimos teſtes domeſtico præconio colligentis.*

QUinque Capita hæc, quæ recenſuimus, ita ſunt inter ſe connexa & indiſcreta, ut, ſi quid ex his defuerit, fruſtra in cæteris laboretur. Horum omnium nihil unum, ſed omnia pariter ad conſummatæ Artis opera debent concurrere: neque poſſumus quolibet uno eorum eſſe contenti ad conſummationem Picturæ. Nam ſicut cithara, ita Pictura perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta nervis conſentiat. Singula non ſunt ſatis; omnia legitime miſceantur: ut ex omnibus his rite obſervatis eluceat certa quædam Venuſtas ac Gratia, qua non ſingula hæc, ſed, ut ſemel dicam, pariter omnia decent. In ſcriptis nuncupatur *genius*, juxta illud Martialis lib. VI, Epigr. 60:

Picturam omni venuſtatis gratia & ſuavitate affluentem rectè dixeris, cùm omnes conſummatæ Artis lepores in emendatiſſimarum partium totiuſque operis dignitate eluceſcunt.

Ingenioſa tui Pompilli ſcripta feruntur;
Sed famæ non eſt hoc, mihi crede, ſatis.
Quàm multi tineas paſcunt blattaſque diſerti,
Et redimunt ſoli carmina docta coci?
Neſcio quid plus eſt, quod donat ſæcula chartis:
Victurus genium debet habere liber.

Et profecto, cùm Inventio multum per ſe valeat, Symmetria delectet, Color etiam propriam quandam rebus adjiciat vim; neceſſe eſt perfectum quiddam, cùm omnia coierint, fieri; atque illam demum inſigniter florentem & multum expolitam dixeris Picturam, cui, præter ridentem illam colorum amœnitatem, tam varia & non uno genere formoſa paſſim intexta ſunt, ut omnes quoque omnium gratiarum lepôres multarumque pulchritudinum illecebræ illigatæ ei eſſe videantur. Δεῖ δύο τύτυς ποιεῖσθαι σκοπὰς· τὴν δήλωσιν τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς δηλοῦν. Οὐ γὰρ ψυχαγωγήσεις, μὴ γεννῶν μετά τινος χάριτος καὶ ἡδονῆς: *Duplicem nobis finem debemus habere propoſitum; ut nimirum rem omnem manifeſtam planamque faciamus, & ut eam cum quodam ſuavitate explanemus. Nunquam enim animos flectes, niſi eos venuſtatis jucunditatiſque veluti quodam faſcino ad ſtuporem perduxeris*, Apſines de Arte Rhetorica, cap. 19. Atque hæc eſt præcipua illa totque laudibus celebrata virtus Picturæ, τὸ χάριεν τῆς γραφῆς, *venuſtas picturæ*, ut loquitur Philoſtratus Iconum libro II in Rhodogyne, & mox in Melete. Τὸ ἐπίχαρι, *gratioſum*, ut Idem loquitur in prooemio Iconum. Venuſtas tamen hæc alia eſt à Pulchritudine, quamvis abſque illa eſſe non poſſit: eſt enim Venuſtas ipſius Pulchritudinis veluti quædam conſummata perfectio; ſive qualitas quædam ortum ducens ex grato pulcherrimarum atque apte inter ſe commiſſarum partium temperamento.

Prorſus quemadmodum hæc ipſa Venuſtas ſit Suavitas, quoties eam delicata omnia commendant: eſtque in corporibus nihil aliud Suavitas, quàm delicatior aliqua blandæ ſpecies Venuſtatis. Corpus itaque humanum, quod ſingulis ſui partibus habet concinnam aliquam accuratæ perfectionis ſpeciem, non ſtatim venuſtum dici meretur, ſed quod ex univerſa perfectiſſimarum partium junctura Gratiam quandam ſpirat, quæ ſpectantium oculos tenere ac trahere valeat. Appoſite Baſilius Magnus Homilia in Pſalmum XLIV: Κάλλος ἐστὶ τὸ ἐν τῇ συνθέσει τῶν μελῶν διάρμοστον, ἐπανθοῦσαν αὐτῷ τὴν χάριν ἔχον: *Pulchritudo eſt illud in membrorum omnium compoſitione harmonice concinnum, quod quandam ex ſe efflorescentem gratiam habet.* Quamobrem etiam non inſcite Formam à Gratia diſtinxiſſe videtur Ovidius II de Arte, verſ. 570:

Multaque cum forma gratia miſta fuit.

Suetonius in Tito, cap. 3: *Forma fuit egregia, & cui non minus authoritatis ineſſet quàm gratiæ.* Recte quoque Quintil. Orat. inſtitut. IV, 2: *Quædam partibus blandiuntur, ſed in ſummam non conſentiunt.* Ita Nero, teſte Suetonio in ejus vita, cap. 51; fuit *Vultu pulchro magis quàm venuſto.* Catullus quoque Carm. 87:

Quintia formoſa eſt multis; mihi candida, longa,
Recta eſt. Hoc ego, ſic cætera confiteor.
Totum illud, formoſa, nego. Nam nulla venuſtas,
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Leſbia formoſa eſt. Quæ cùm pulcherrima tota eſt,
Tum omnibus una omnes ſurripuit Veneres.

Tibullus libro IV, Eleg. 2, de Sulpicia:

Illam, quicquid agit, quoquo veſtigia movit,
Componit furtim ſubſequiturque decor.
Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis;
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.
Urit, ſeu Tyria voluit procedere palla;
Urit, ſeu nivea candida veſte venit.
Talis in æterno felix Vortumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

Claudiam denique Rufinam decora forma conſpicuam deſcribit Martialis lib. XI, Epigr. 54: quæ Britanna cum eſſet, Romanis tamen Atticiſque Artibus naturale decus formæ auxerat:

Claudia cæruleis cùm ſit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ? Romanam credere matres
Italides poſſunt; Atthides eſſe ſuam.

Talem denique Demoxenus Comicus deſcribit adoleſcentem quendam Coüm, apud Athenæum *lib. 1 Deipnoſoph. cap. 12.* Κάλλος γυναικὸς τὸ μήτε ἀργὸν, μήτε ἀπίθανον, ἀλλὰ μεμιγμένον χάριτι καὶ κινητικὸν, ἁλμυρὸν καὶ δριμὺ καλοῦσιν: *Forma mulieris nec otioſa, nec illiberalis, ſed cum venuſtate & gratia quadam mixta, quæque ſenſus poteſt inflectere, leporum ſale conſperſa & acris dici ſolet,* Plutarch. Sympoſ. problem. V, 10. Lucretius libro IV:

\- - - *Chariton mia, tota merum ſal.*

Vide P. Victorium Var. lect. lib. XII, cap. 13. Picturæ par quoque ratio eſt. Libandus eſt ex omni genere feſtivitatum ſuaviſſimus lepos; quo, tanquam ſale, perſpergatur & conditior fiat Pictura. Non latuit hoc Apellem, cujus (quamquam eadem ætate maximi Pictores eſſent) præcipua in Arte venuſtas fuit: etenim is, quum opera reliquorum admiraretur, *Collaudatis omnibus, deeſſe iis unam illam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant; cætera omnia contigiſſe; ſed hac ſola ſibi neminem parem,* Plinius XXXV, 10. Venerem hic ſummus Artifex dicit peculiarem Inventionis, Symmetriæ, Coloris, Motus, Diſpoſitionis denique gratiam, per univerſa Picturæ membra ſic diffuſam, ut non modo Inventione, Symmetria, Colore, Motu, Diſpoſitione ſpectantes teneat, ſed multiplici ſingularum partium harum venuſtate in unum collata efflorefcat. Cæterum ut venuſtas & pulchritudo corporis à bona valetudine nullo modo ſecerni poſſunt; ſic hæc, de qua loquimur, Gratia tota quidem eſt cum perfecta Arte confuſa, ſed mente & cogitatione magis ab ea poteſt, quàm re ſeparari.

§. 2. Atque hæc eſt procul dubio Venus illa quam, ex ingenio Artificis ſponte ſua naſcentem,

naſcentem, nullæ regulæ Artis tradunt, quamque nulla vel moroſiſſima præceptorum ſedulitate Artifices aſſequi valent; nimia præſertim cura omnem picturarum lepôrem deſtruente magis, quàm adjuvante; neque enim alia via magis in κακοζηλίαν * itur. *Vitium eſt ubique, quod nimium eſt*, Quintil. VIII, 3. *Nihil poteſt placere, quod non decet*, Quintil. I, 11. *Ideoque etiam quod natura rei ſatis aptum eſt, niſi modo quoque temperetur, gratiam perdit. Cujus rei obſervatio judicio magis quodam ſentiri, quam præceptis tradi poteſt. Quantum ſatis ſit, & quantum recipiat præſens materia, non habet hæc res menſuram & quaſi pondus: quia, ut in cibis, alia aliis magis complent*, Quintil. XI, 1. *Præcipueque in hac parte præſtandum eſt, ut deceant cuncta; quod prudentia magis, quàm ulla præceptionis arte ſervatur*, Martian. Capella libro v de nuptiis Phil. & Merc. Quamobrem etiam frequenter uſu venit, ut multi, quibus à natura minora data ſunt, tamen illud aſſequi poſſint, *Ut iis quæ habeant, modice & ſcienter utantur, & ut ne dedeceat; id enim eſt maxime vitandum, & de hoc uno minime eſt facile præcipere. Roſcium ſæpe audio dicere, Caput eſſe artis, decere; quod tamen unum id eſſe, quod tradi Arte non poſſit*, Cicero I de Orat. Arte quidem non traditur hoc, attamen Artem, vim ſuam diſſimulantem, ſequitur, cùm *Nulla res ſine arte ſatis valeat, & comitetur ſemper artem decor. An non eam, quæ emiſſa optime eſt, haſtam ſpecioſiſſime contortam ferri videmus? & arcu dirigentium tela, quo certior manus, hoc eſt habitus ipſe formoſior*, Quintilianus IX, 4. Servius ad verſum 521 quinti Æneid. *Dicunt periti, poſſe ex ipſo ſagittariorum geſtu artis peritiam comprobari.* Niſi malis opinari quod Artifex Venerem hanc natura duce melius aſſequetur, quàm Arte; *Sed naturæ ipſi ars inerit*, ut idem Quintilianus ibidem loquitur. Etenim hæc duo naturà arcte adeo ſunt inter ſe copulata ac devincta, ut ſeparari atque intervelli ſalvo lepôre operum non poſſint. Ταύτην κρατίστην τε καὶ χαρακτηριστικωτάτην ἀρετήν, εἴτε φύσεως εὐτυχίαν δεῖ καλεῖν, εἴτε πόνου καὶ τέχνης ἐργασίαν, εἴτε μικτὴν ἐξ ἀμφοῖν ἕξιν ἢ δύναμιν: *Potiſſimam hanc & proprietatibus artificum exprimendis maxime idoneam virtutem, vel naturæ quandam felicitatem dicere oportet, vel laboris & artis effectum, vel mixtum ex ambobus habitum facultatemque*, Dionyſ. Halicarnaſſ. in Lyſia. Καὶ ἡ ἀλληλουχία τούτων ἴσως γένοιτ᾽ ἂν τὸ τέλειον: *Mutua tamen horum cohærentia futura forte eſt perfectio operum*, Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους, §. 32. Atque hoc illud eſt, quod Philoſtrato agenti de Pictura ſerti florei, Τὸ χαῦνον τοῦ στεφάνου καὶ ἄπαλον appellatur, Iconum lib. I, in Como. Ἐλευθερία τῶν ἀνθῶν, ut idem Philoſtratus ibidem explicat. Italice eſt *morbido & vago, leggiadro, ſvelto.* Neque invenuſte Catullus in Argonauticis corollas mira quadam Artis facilitate plexas *indiſtinctas* dixit, quòd flores caſu potius congeſtos, quàm anxie digeſtos ſpectantium oculis exhiberent. Gratiam hanc molliter turgentium coronarum *teneritatem* dixit Tertullianus de Corona militis: *In capite*, inquit, *quis ſapor floris? quis coronæ ſenſus, niſi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, neque teneritas commendatur.*

Maxime tamen ſpectatur hic naturalis ille magiſque ex Artificis ingenio quam ex Arte promanans Decor.

* Pravam affectationem.

§. 3. Patet igitur, quàm ſit arduum, exactæ Artis opus poſteris relinquere: præſertim, quum ne quidem ad conſummationem Picturæ ſufficiat hæc, de qua nunc egimus, Venus; niſi eam felix quidam firmæ facilitatis decor commendet. Elegans feſtivæ facilitatis exemplum habes apud Philoſtratum Iconum lib. I, in Amoribus. Γελῶσιν οἱ Ἔρωτες, inquit, καὶ καταπεπτώκασιν· ὁ μὲν, εἰς πλάγιον· ὁ δὲ, πρηνής· ὁ δὲ, ὕπτιος· πάντες ἐν τοῖς τῆς διαμαρτίας σχήμασι: *Rident Amores, & ceciderunt; hic quidem in latus, ille vero pronus, alii rurſus ſupini, omnes autem in vario aberrationis habitu.* Videas itaque hìc, quantam elegantiſſimæ alioqui picturæ Gratiam adſperſerit Pictor, dum varie ludentes atque ex laſciva quadam petulantia temere lapſantes Cupidines pari fidentioris negligentiorisque Artis veluti errore deſcribit: pulchra temerarii erroris Arte picturam hanc mirifice commendante. Promptæ nimirum vegetæque magnorum Artificum mentes, etſi non ſemper iis quas aggrediuntur rebus accuratam exactamque manum imponant, ut plurimum tamen ex genii ſui facilitate neſcio quid, quod placeat, in opera ſua transfudiſſe deprehenduntur: ſiquidem erecti atque in omnia ſemper exerti impetus vigore uſque adeo ex facili ac minime laborioſe quidquid conantur efficiunt, ut opera eorum ipſa facilitatis gratia emineant, veluti ſpontaneo illaboratæ Artis ingenio ad hunc decorem perducta. Plinius certe loco *ex cap. 10 libri XXXV nat. Hiſt.* proxime allato, poſtquam Apellem præter cæteros Gratia hac polluiſſe teſtatur, ſubjunxit hæc verba: *Uſurpavit Apelles & aliam gloriam, cùm Protogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxiæ miraretur: dixit enim, omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora; ſed uno ſe præſtare, quòd manum ille de tabula neſciret tollere: memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam.* Plutarchus quoque in Timoleonte facilitatem hanc à Venere diſtinguit: Ἡ μὲν Ἀντιμάχου ποίησις, inquit, καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα, τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε· ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς, καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις, μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος, πρόσεστι τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπειργάσθαι:

Nulli magis exſtinguunt naturalem operum ſuorum nitorem, quàm qui omnes undique floſculos ſollicite nimis carpunt & delibant.

γάθη: *Verſus Antimachi & picturæ Dionyſii, quorum uterque Colophonius, ut ut vim habeant & mirum quendam eximii ſplendoris vigorem, plurimum tamen laborioſæ coactæque affectationis præ ſe ferunt: Nicomachi vero tabulis & Homeri carminibus, præter reliquam vim veneremque, etiam hoc adeſt, quòd expedite & cum inſigni aliqua facilitate confecta eſſe deprehenduntur.* Simile illud: *In omnibus rebus videndum eſt, Quatenus. Etſi enim ſuus cuique modus eſt; tamen magis offendit nimium, quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non ſentirent, quid eſſet ſatis,* Cicero in Oratore. *Apollodorus fictor inter cunctos diligentiſſimus artis, & iniquus ſui judex, crebro perfecta ſigna frangens, dum ſatiare cupiditatem nequit artis, & ideo Inſanus cognominatus*, Plinius XXXIV, 8. Et mox: *Callimachus ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentiæ, ob id Cacizotechnos appellatus; memorabili exemplo adhibendæ curæ modum. Hujus ſunt ſaltantes Lacænæ, emendatum opus; ſed in quo gratiam omnem diligentia abſtulerit.* Vide quoque Pauſaniam lib. I, pag. 48.

Viva inelaboratæ vis Artis hic potiſſimum ſpectari ſolet; ſiquidem certum eſt omnia diſſolutæ cujuſdam facilitatis ſpecie reddi conditiora.

§. 4. Deturpat ergo nimia cura totam emendatiſſimarum quoque picturarum gratiam, quemadmodum facilitas eam auget. Grande, &, ut ita dicam, pudicum exactæ conſummatæque Artis ſpecimen, non eſt maculoſum, nec turgidum, ſed naturali pulchritudine exſurgit, calamiſtrorum fucique impatiens. Huic igitur præcipue virtuti attendat Artifex, totam mentem, omnes cogitationes ad tantæ rei magnitudinem ſedulo convertat:

Et curam tota mente Decoris agat,

Ovid. III de Arte, verſ. 424. Præſertim, cùm is demum ſummus in Arte dici mereatur, *Cui diſciplina, & ſtudium, & exercitatio dederit vires facilitatis*, Quintil. XII, 9. Ἀφέλεια *ſimplex & inaffectata*, inquit idem ille Quintil. VIII, 3, *habet quendam purum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum; & quaſdam velut e tenui diligentia munditias.* Κάλλος αὐτοφυὲς, καὶ ὅμοιον αὐτομάτῳ φυτῷ: *Nativa forma ſimilisque plantæ ſuo ingenio natæ*, Ariſtæn. lib. I, epiſt. 7. Ἀτημέλητον κάλλος: *inornata pulchritudo*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Panthia. Παρθένος ἐκπρεπὴς μὲν οὔ, ὡραία δὲ, ἀληθινοῦ καὶ ἀρχαίου γέμουσα κάλλους, ὁποῖα τὰ ἀγάλματα τῆς παλαιᾶς τέχνης, ἃ χρόνου δεῖται εἰς τὸ θαυμάζεσθαι καὶ ὀφθαλμῶν ἀκριβεστέρων: *Virgo minime quidem ſpecioſa, formoſa tamen, vera pariter atque antiqua pulchritudine referta, qualia ſunt antiquæ artis ſimulacra, quæ ad ſui admirationem temporis moram atque accuratiores oculos requirunt*, Themiſtius Orat. III, quæ eſt de Amicitia. Terent. Phorm. Actu I, Scena 2:

> - - - - *Virgo pulchra, & quò magis diceres,*
> *Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem.*
> *Capillus paſſus: nudus pes: ipſa horrida:*
> *Lachrymæ: veſtitus turpis: ut, ni vis boni*
> *In ipſa ineſſet forma, hæc formam exſtinguerent.*

Ovid. II Faſt. verſ. 763, de Tarquinio in Lucretia commoto:

> *Forma placet, niveusque color, flavique capilli,*
> *Quique aderat nulla factus ab arte decor.*

Idem III de Arte, verſ. 257:

> *Formoſæ minus artis opem præceptaque quærunt.*
> *Eſt illis ſua dos forma ſine arte potens.*

Catalecta vet. Poët. lib. I:

> *Fingere ſe ſemper, non eſt confidere amori.*
> *Quid, quod ſæpe decor, cùm prohibetur, adeſt?*

Notat hoc in Semiramide Ælianus var. Hiſt. VII, I: Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν, inquit, ἄλλοι μὲν ἄλλως ᾄδουσιν· ὡραιοτάτη δὲ ἐγένετο γυναικῶν, εἰ καὶ ἀφελέστερον ἐχρῆτο τῷ κάλλει: *De Semiramide alii alia dicunt. Ea fuit inter omnes fœminas ſpecioſiſſima, tametſi remiſſius & negligentius formam curabat.* In Alexandro quoque Magno id ipſum obſervat idem Ælianus var. Hiſt. XII, 14: Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ἀπραγμόνως ὡραῖον λέγουσι γενέσθαι: *Alexandrum Philippi filium ſine ulla formæ cura ſpecioſum fuiſſe perhibent.* Talis fœmina Horatio lib. I Carm. Ode 5, *ſimplex munditiis* dicitur. Ἀπερίεργος καλὴ, ut loquitur Ælianus var. Hiſt. XII, I. Tullius quoque in Oratore: *Quædam etiam negligentia eſt diligens*, inquit; *nam ut mulieres eſſe dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipſum decet; ſic hæc ſubtilis pictura etiam incompta delectat. Fit enim quiddam in utroque quo ſit venuſtius, ſed non ut appareat: tum removebitur omnis inſignis ornatus, quaſi margaritarum, ne calamiſtri quidem adhibebuntur. Fucati vero medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur; elegantia modo & munditia remanebit.* Imprimis ergo cavendum

ne

ſte elaborata quæſitæ venuſtatis concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifeſtò deprehenſum appareat. Etenim frigida illa nimiæ ſubtilitatis affectatio frangit atque concidit vividum incaleſcentis animi impetum, & quicquid eſt in Arte generoſius. *Tiberius in oratione Latina ſecutus eſt Corvinum Meſſalam, quem ſenem adoleſcens obſervaverat: ſed affectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum, ut aliquanto ex tempore quàm à cura præſtantior haberetur*, Suetonius in Tiberio, cap. 70. Nun raro quoque evenit, ut nimia diligentia deterius fiat opus; quia ſunt optima minime arceſſita, & ſimplicibus atque ab ipſa veritate profectis ſimilia. Pereunte itaque hac ſimplicitate, ipſam quoque Gratiam ſtatim neceſſe eſt perire. Juvenal. Satyra III, verſ. 17:

In vallem Egeriæ deſcendimus, & ſpeluncas
Diſſimiles veris; quantò præſtantius eſſet
Numen aquæ, viridi ſi margine clauderet undas
Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum?

Illa quæ curam fatentur, non conſequuntur gratiam; proptérea quod ſenſus obumbrant, & veluti læto gramine ſata ſtrangulant, ut loquitur Quintilianus in procemio libri octavi. *Minuta eſt omnis diligentia*, inquit Tullius in Partitionibus oratoriis. *Ipſa emendatio finem habet*, ut ſalubriter monet Quintilianus x, 4; *ſunt enim qui ad omnia tanquam vitioſa redeant; &, quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt, melius exiſtiment quicquid eſt aliud: ſimiles medicis, etiam integra ſecantibus. Accidit itaque ut cicatricoſa ſint, & exſanguia, & cura pejora. Sit igitur aliquando quod placeat, aut certe quod ſufficiat; ut opus poliat lima, non exterat.* Vide quoque Plinium Juniorem lib. IX, epiſt. 35. Unde etiam illud, quod in plerisque aliis Artibus obſervatur, hic quoque locum habet, Caput nimirum Artis eſſe, Artem premere. Et profecto, ſi qua pingentium Ars eſt, ea prima eſt, ne Ars eſſe videatur. *Utiliſſima eſt diſſimulata ſubtilitas; quæ effectu apparet, habitu latet*, Seneca in procemio libri primi Controverſ. *Sed hoc pati non poſſumus; & perire artem putamus, niſi appareat; cùm deſinat eſſe ars, ſi appareat*, Quintil. IV, 2. Appoſite Ovidius x Metamorph. de Pygmalione, verſ. 247:

Interea niveum mira feliciter arte
Sculpſit ebur, formamque dedit qua fœmina naſci
Nulla poteſt; operisque ſui concepit amorem.
Virginis eſt vere facies, quam vivere credas,
Et, ſi non obſtet reverentia, velle moveri.
Ars adeo latet. - - -

Abſoluta ſummorum Artificum opera non levem tantum concinnitatis ſuæ memoriam, verum etiam indelebilem divinæ cujuſdam gratiæ ſenſum relinquunt in ſpectatorum animis.

§. 5. Liquet ergo rem totam recta reputantibus via, præcipuam tantopere laudatæ Venuſtatis gloriam ab expeditæ & minime coactæ Artis facilitate provenire, qua permotus ſpectator veluti attonitus miratur illa doctarum manuum σοφίσματα, prout admiranda excellentium Artificum opera vocat Philoſtratus Iconum lib. I, in Memnone. Himerius quoque, Δότε μοι, inquit, τὴν Ζεύξιδος τέχνην, καὶ τὰ Παῤῥασίου σοφίσματα: *Date mihi Zeuxidis artem, & Parrhaſii ſolertia inventa.* Vix profecto quiſquam eſt qui ſine horrore contemplari poſſit eximia illa magnarum mentium monumenta, quæ vivent quamdiu Ars æmulatrix Naturæ & Genius humanitatis in terris celebrabuntur. De talibus nempe cordatus ſpectator apud ſe dicit, *Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, licet uſque morari.* Recte itaque Damaſcius de ſemetipſo apud Photium teſtatur, quantum ſenſerit animi motum conſpecta Venere, quam Herodes Sophiſta dedicaverat: ἵδρωσα μὲν ὑπὸ θάμβους τε καὶ ἐκπλήξεως, inquit, οὕτω δὲ τὴν ψυχὴν διέθηκεν ὑπὸ τῆς εὐφροσύνης, ὥστε οὐχ οἷός τ' οἴκαδε ἐπανιέναι· πολλάκις δὲ ἀπιὼν ἐπαναστρέφειν ἐπὶ τὸ θέαμα· τοσοῦτον αὐτῷ κάλλος ἐνεκέρασεν ὁ τεχνίτης, οὐ γλυκύ τι καὶ ἀφροδίσιον, ἀλλὰ βλοσυρόν τι καὶ ἀνδρικόν: *Sudavi præ ſtupore & admiratione, & ſic afficiebatur animus iſtac lætitia, ut domum ire non poſſem. Sæpe cùm abiviſſem ad ſpectaculum revertebar. Tantam huic pulchritudinem immiſcuerat artifex, non ſuavem aut veneream aliquam, ſed terribilem ac plane virilem.* Contorquendus eſt itaque ſpectator accuratioris Artis venuſtate, tanquam machinatione aliqua, nunc ad ſeveritatem, nunc ad remiſſionem animi, nunc ad triſtitiam, nunc ad lætitiam, paſſim denique ad ſtuporem; utendum eſt omnium inventionum pondere, omnium delineationum ſubtilitate, omnium denique colorum ſuavitate; accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena ſpiritus, plena veritatis, concinna denique pulchri ordinis perſpicuitate diſtincta. Atque hæc eſt illa virtus, quæ mirantium circulos undique contrahit; quæ tantos clamores, tantas admirationes efficit; in ea vires pingendi conſtitutæ ſunt. *Timanthes pinxit Heroa abſolutiſſimi operis*, inquit Plinius XXXV, 10, *arte ipſa complexus vires pingendi.* Philoſtrato in procemio libri primi Iconum, hæc vis Artis κράτος τῆς ἐπιστήμης, *vis ſcientiæ* vocatur. Eidem quoque Iconum lib. II, in Rhodo-

gyne dicitur ἰσχὺς τῆς γραφῆς, *efficacia picturæ*. Luciano denique in Zeuxide eſt δύναμις τῆς τέχνης, *potentia artis*. Hæc virtus oculos noſtros capit, tenet: Propert. lib. III, Eleg. 10:

Aut certe tabulæ capient mea lumina pictæ,
Sive ebore exactæ, ſeu magis ære manus.

Plin. xxxv, 9: *Neque ante Apollodorum ullius tabula oſtenditur, quæ teneat oculos.* Horat. lib. II, epiſt. 1:

Suſpendit picta mentem vultumque tabella.

Cornel. Severus in Ætna:

Quin etiam Grajæ fixos tenuere tabellæ,
Signave: nunc Paphiæ rorantes arte capilli;
Sub truce nunc parvi ludentes Colchide gnati;
Nunc triſtes circa ſubjectæ altaria cervæ,
Velatusque pater; nunc gloria viva Myronis.

Ex vivo virtutis hujus ſenſu provenit attonitus ille ſtupor, qui occupare ſolet animos miracula tantæ Artis juſta æſtimatione ponderantium, atque in ea contemplatione acquieſcentium. Ἀφασίᾳ πληγέντες ἑστήκαμεν, *muti conſtitimus*, Calliſtratus in Cupidine Praxitelis. Horat. lib. II, Satyra 7:

\- - - *Pauſiaca torpes inſane tabella.*

Non habent incredibilia vocem. Quædam majora ſunt, quàm ut illa capiat modus ſermonis humani, Quintil. Declam. XIX. *Magnitudo ſtuporis, locum multis plauſibus non relinquit*, Symmachus lib. x, epiſt. 22. Vide Muſonii Diſſertatiunculam apud A. Gellium lib. v, cap. 1. Pictura itaque quæ admirationem non habet, nulla merito judicatur: atque is demum prudentioribus verus videbitur Artifex, in quo homines exhorreſcunt, in quo exclamant, quem ſtupefacti intuentur, quem plus quàm hominem putant: qui diſtincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate, quicquid Inventio ſuggeſſerit, exprimet: *Cicero III de Oratore*. Et mox; Quare Bene & Præclare, quamvis illi ſæpe dicatur: Belle & Feſtive, nimium ſæpe nolo. Quamquam illa ipſa exclamatio, Non poteſt melius, ſit velim crebra: ſed habeat tamen illa admiratio ac ſumma laus umbram aliquam & receſſum, quo magis id, quod erit illuminatum, exſtare atque eminere videatur. Tandem tamen, expleto tam juſtæ admirationis ſtupore, temperare ſibi non valeat ſpectator, quin ſubinde, Γράμμασι προστυχὼν χειρὸς ἀστείας: *Incidens in picturas eleganti manu delineatas*, ut ait Philoſtr. Jun. in procemio Iconum, exclamet Οὕτως παράδοξος ἡ τέχνη, καὶ κρείττων ἀνθρωπίνης χειρός: *Stupenda vere fuit ars, & humana manu præſtantior*, ut loquitur Calliſtratus in Memnonis ſtatua. Et ſi forte, dum in hoc animi æſtu verſatur, in Paſiphaës pictura Cupidines ſerram ducentes obſervet: Οἱ ἐπὶ τοῦ πρίονος Ἔρωτες, inquit, ὑπερβεβλήκασι πᾶσαν καὶ σοφίαν, ὁπόση χειρός τε καὶ χρωμάτων· σκόπει γάρ, τῷ ξύλῳ πρίων ἐμβέβληται, καὶ διήκται αὐτοῦ ἤδη: *Qui autem circa ſerram ſunt Amores, cogitationem omnem ſcientiamque ſuperarunt, quanta ad manus coloresque pertinet. Adverte: ligno ſerra impoſita, jamque per ipſum ducta*, Philoſtr. Iconum lib. I, in Paſiphaë. Sin autem in tabulam argumento nativitatis Pindari inſignem incidat, ſingula abſolutiſſimæ artis momenta percenſens, non ceſſat in proximum quemque qualemcunque ſui ſenſus guſtum transfundere: Οἶμαι καὶ θαῦμά σοι εἶναι καὶ τὰς μελίττας, οὕτω γλίσχρως γεγραμμένας, inquit, ὧν γε καὶ προβοσκὶς δήλη, καὶ πόδες, καὶ πτερά, καὶ τὸ χρῶμα τῆς στολῆς οὐκ ἀτακτοῦν, ἐπὶ τῇ φύσει διαποικιλλούσης αὐτὰ τῆς γραφῆς: *Apes quoque ſic exiliter & affabre pictas tibi eſſe admirationi puto: quarum proboſcis, ac pedes evidentiſſime cernuntur, & pennæ ac ſtolæ color non incongrue habent, cùm in ipſis variandis ars naturam adæquaverit*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Pindaro. Rurſus picturam tela Penelopes nobilem intuens, nihil non in ea ſuſpicit; araneolum tamen in proximo conſpicatus: Τὸ οὕτω γλίσχρως ἀράχνιον διαπονῆσαι, inquit, καὶ δεῖξαι κατὰ τὴν φύσιν, καὶ τὸ ἔριον αὐτῆς ἐπιμοχθηρὸν γράψαι καὶ ἄγριον, ἀγαθοῦ δημιουργοῦ καὶ δεινοῦ τὴν ἀλήθειαν: *Araneum tam tenuiter elaboraſſe, ac juxta naturam indicaſſe, ipſumque filum laborioſum ac difficile pinxiſſe, artificis eſt prudentis ac veritatem ſcite repræſentantis*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Telis. In tabula Panthiæ morientis ſuſpenſus miratur, Τὰ σημεῖα τῶν ὀνύχων ἡδίω γραφῆς: *Unguium veſtigia pictis longe ſuaviora*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Panthia: quemadmodum & Philoſtr. Junior in Venatoribus. In tabula Veneris oſtendit qualiter, Ὁ περὶ τὰς ἐσθῆτας λειμών, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς χρώματα, καὶ ὡς ἄλλο ἄλλῳ ἐπιπρέπει, δαιμονίως ἐκμεμίμηται: *Pratum quod veſtes circuit, & qui in eis ſunt colores, & quemadmodum aliud alios deceat, divine expreſſum eſt*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Venere. Viſa quoque

aurea

aurea veſte Veneris, potiſſimum in ea ſubtiliſſimam ſuturæ ſpeciem miratur. Ῥαφὴ, ἐπινοῆσαι μᾶλλον, ἢ ὀφθῆναι: *Sutura, quæ mente potius percipi, quàm videri poteſt*, Philoſtr. Junior in Ludibundis. In marmorea Bacchæ bacchantis ſtatua cuncta deprehendit ſigna animi furoris œſtro perciti. Τοσαῦτα πάθους διέλαμπε τὰ τεκμήρια, ὑπὸ τῆς τέχνης ἀῤῥήτῳ λόγῳ κερασθέντα: *Tot ac tanta affectus indicia ab arte emicabant, inenarrabili arcanaque ratione temperata*, Calliſtratus in Bacchæ ſtatua. In contemplatione ſtatuæ Narciſſi defixus, cætera quidem miratur: Τὸ δὲ οὐδὲ λόγῳ ῥητὸν, inquit, λίθος εἰς ὑγρότητα κεχαλασμένος, καὶ ἐναντίον σῶμα τῇ οὐσίᾳ περιεχόμενος· στερεωτέρας γὰρ τυχὼν φύσεως, τρυφερότητος ἀπέστελλεν αἴσθησιν, εἰς ἀραιόν τινα σώματος ὄγκον διακεχυμένος: *Iſtud autem ne verbis quidem exprimi poteſt, ut lapis in humorem laxatus, corpus oppoſitum eſſentiæ ſuæ præbuerit: naturam namque ſolidiorem nactus; ſenſum tamen aliquem delicatæ mollitiei emittebat, in rarum quendam corporis tumorem diffuſus ac diffluens*, Calliſtr. in Narciſſi ſtatua. Conſpecto denique Cupidine Praxitelis: Εἶδες ἂν τὸν χαλκὸν θρυπτόμενον, inquit, καὶ εἰς εὐσαρκίαν ἀμηχάνως χλιδῶντα: *Videas æs emollitum, & ſupra quàm fieri poſſit in bonam carnis habitudinem delicata quadam eximiæ artis luxuria veluti liquefactum*, Calliſtratus in Cupidinis ſtatua.

§. 6. Ex omnibus hiſce locis perſpicuum cuivis eſſe poteſt, modos hoſce loquendi, ἀῤῥήτῳ λόγῳ, δαιμονίως, ἀμηχάνως, &c. ſatis exprimere vim aliquam præcepta ſubtiliſſimæ Artis ſupergreſſam; Artifice nimirum naturam ipſam in tanta rerum varietate ludentem provocante, & in vivis diverſiſſimarum rerum formis inaffectata jucundæ ſecuritatis facilitate exprimendis juveniliter luxuriante & quaſi ludente. Statius libro I Sylv. in Tiburtino Manlii Vopiſci, verſ. 51:

Ex mira priſcorum Artificum facilitate cuivis perſpicuum eſt, neque ludum laborantibus, neque Artem defuiſſe ludentibus.

- - - Luſit in ære Myronis manus. - - -

Νεανιεύεται ὁ ζωγράφος: *Juvenili quadam audacia exultat Pictor*, Philoſtrat. Junior in imagine Orphei: Calliſtratus quoque in Memnonis ſtatua: Ὁ Δαίδαλος μέχρι μὲν κινήσεως ἐνεανιεύσατο, καὶ δύναμιν εἶχεν ἡ ἐκείνου τέχνη ἐξιστάναι τὰς ὕλας, καὶ εἰς χορείαν κινεῖν: *Dædalus ad motum uſque confidentiore quadam juvenilis animi licentia proceſſerat, habebatque ars ejus vim materias mutandi atque ad choream excitandi.* Hic enim τὸ νεανιεύεσθαι nihil eſt aliud, quàm juvenilis animi vigore veluti laſcivientem & exſultantem aliquid aggredi. Nam in eo præcipua & viva vis Artis poſita videtur, ſi in opere felix illa & fœcunda primi conatus facilitas eluceat: qua ſine mortuam eſſe Artem cum Plinio recte dixeris: *Hactenus dictum ſit*, inquit lib. XXXV, 5, *de dignitate artis morientis.* Bene *morientis*, quandoquidem ſupra ex Vitruvio & Plinio didicimus, Artem hanc olim plurimorum ſæculorum ſtudio & conſummatiſſimorum Artificum cura perfectam, circa tempora Auguſti animam cœpiſſe agere: tunc enim Ars, vitiis evincentibus, paulatim victa ceſſit; & Artifices ultra modum curam cultui impendentes, relicta priorum ingenua ſimplicitate, tabulis ſuis commendationem potius quærebant ex ſumptuoſis coloribus, quàm ex ipſius Artis ſinceritate atque elegantia, donec omnem gratiam rei nimia captatione conſumpſiſſent.

§. 7. Optime vero decorum illud retinebimus, ſi *Propriam naturam ſequamur, & ſtudia noſtra naturæ regula metiamur. Neque enim attinet repugnare naturæ; nec quicquam ſequi, quod aſſequi nequeas. Ex quo magis emergit, quale ſit decorum illud; ideo quia nihil decet invita (ut ajunt) Minerva, id eſt adverſante & repugnante natura. Quæ contemplantes, expendere oportebit quid quiſque habeat ſui, eaque moderari, nec velle experiri quàm ſe aliena deceant; id enim maxime quemque decet, quod cujuſque ſuum maxime. Suum igitur quiſque noſcat ingenium, acremque ſe & vitiorum & bonorum ſuorum judicem præbeat: ne Scenici plus quàm nos videantur habere prudentiæ. Illi enim non optimas, ſed ſibi accommodatiſſimas fabulas eligunt. Qui voce freti ſunt, Epigonos, Medeamque. Qui geſtu, Menalippam, Clytæmneſtram. Semper Rupilius Antiopam. Non ſæpe Æſopus Ajacem. Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in iis potiſſimum elaborabimus. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea pertruſerit, quæ noſtri ingenii non erunt; omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, ſi non decore, at quàm minimum indecore facere poſſimus. Nec tam eſt enitendum, ut bona, quæ nobis data non ſunt, ſequamur; quàm ut vitia fugiamus*, Cicero lib. I de Officiis. Teneamus ergo ante omnia illud Quintiliani libro VIII, cap. 3: *Prima virtus eſt, vitio carere.* Et cogitemus omnia quæ traduntur præcepta eò præcipue tendere, ut vitia effugiamus; atque eos, qui hoc aſſequuntur, ab eximia illa Gratia quàm proxime abfuturos. Horatius libro I, epiſt. I:

Feliciſſime tamen decoro ſatiſfacient, qui in iis, quæ ingenii ſui eſſe cognoſcant, potiſſimum elaborabunt.

Virtus eſt, vitium fugere; & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe. - - -

Contra vero, *Si plura ſunt quæ nocent, quæ proſunt obruentur*, Quintil. IV, 2.

CAPUT VII.

§. 1. *Omnia quæ ad conſtituendam Gratiam concurrunt, ad eam quoque diſcernendam dijudicandamque requiruntur.*

§. 2. *Fruſtra hic nonnulli ignorantiam ſuam delicatiſſimi faſtidii inſolentia diſſimulare ſtudent.*

§. 3. *Quemadmodum levia quædam delicta æqui harum Artium æſtimatores fervidis Artificum ingeniis non inviti donant; ſic fucatam fallaciſſimorum operum ſpeciem non æſtimant eo ſplendore, qui imperitorum verberat oculos, atque ab incorruptæ Artis conſideratione avertit.*

§. 4. *Nunquam ad Artis examen, niſi amotis omnibus oculorum impedimentis, accedebant; certi, ita ſe demum commodius exploratiusque judicium de præclaris Artificum operibus facturos.*

§. 5. *Inſpectionem elegantiarum ſæpius iterantes, acriore ſubtilioreque ingenio & judicio percenſent omnia.*

§. 6. *Præpoſtere quidam, præteritis rebus maximis, minutias quaſdam ſollicite ſectari non deſinunt.*

§. 7. *Nemo unquam omiſſis frivolis totum oblatæ Picturæ argumentum complexus eſt animo, ut non ſtatim ipſa rerum geſtarum ſerie veluti in rem præſentem deduceretur, ac multo expeditius de tota Arte judicaret.*

§. 8. *Optime igitur judicant, qui non adumbratas atque inanes rerum imagines, verum ipſas potius res in Pictura putant repræſentari.*

§. 9. *Quemadmodum optimi quique Artifices multum habent ſui, & ſua cujuſque ſemper fuit nota; ita ſtatim quoque ſentiunt oculi exercitati an ex officinis celebribus & mangonii neſciis exierint opera; quòd peculiaris cujusque officinæ virtus, quæ adulterari non poteſt, in præcipuis excellentium Artificum operibus manifeſtò eluceat.*

§. 10. *Eruditi adhæc oculi archetypa ab apographis nullo negotio diſtinguunt.*

§. 11. *Hac ipſa denique conſuetudine oculorum manifeſtum diſcrimen inter veterum ac recentiorum Artificum opera deprehendi ſolet.*

§. 12. *Quid ſint Parerga, quidque in iis obſervandum.*

§. 13. *Saniore interim judicio omnia accuratiſſimæ Artis momenta penſabunt, qui aſſiduæ picturarum ſtatuarumque inſpectioni diligentem veterum ſcriptorum lectionem adjungent.*

Recti elegantiarum arbitri nihil temere de univerſitate, niſi accurate æſtimatis partibus, conſtituunt.

VIdimus nunc quòd felix operum artificioſorum ſumma potiſſimum conſiſtat in ea, quam diximus, Venere & Gratia: Venerem quoque hanc ex Inventione, Symmetria, Colore, Motu, Diſpoſitione, rite obſervatis, provenire: neque ullos unquam Artifices vel minimam ejus umbram, ſine mutuis naturæ atque Artis adminiculis aſſequi potuiſſe. Quamobrem, cùm tam multa in Gratia hac conſtituenda concurrant, non pauciora quoque ad eam diſcernendam dijudicandamque requiri perſpicuum eſt: etenim *Nunquam poteſt pleniſſime inveſtigari, quod non per viam ſuam quæritur*, Caſſiod. de Divinis lectionibus, cap. 28. Peccant igitur quotquot profundiſſimarum Artium miracula *Ludificabundi non tam judicialiter quàm oculariter intuentur*, ut loquitur Sidonius Apollin. libro VII, epiſtol. 14. Neque enim eſt quod facile judicium hoc arbitremur, aut ipſo tactu quicquam horum percipi amplius poſſe, ut ut Plutarchus* teſtetur, aſperiores etiamnum rudioris ævi tabulas judicio tactus olim explorari ſolitas. Majoris molis eſt hoc opus. *Omnium rerum ſunt quædam in alto ſecreta, & ſuo cuique corde pervidenda*, Plin. XVII, 4. Ἀμίμητον τὸ ἐν πᾶσιν ἐπαφρόδιτον, inimitabilis illa Venuſtas per totum opus æquabiliter interſperſa atque diffuſa, non niſi arguta quadam perſpicacia deprehenditur. Nam ut gravis, ut ſuavis, ut erudita, ut admirabilis, ut polita, ut copioſa ſit Pictura, ut affectus habeat, quantum opus ſit; non eſt ſingulorum articulorum; in toto ſpectantur hæc corpore. Recte itaque Dionyſius Longinus περὶ ὕψους, §. 1: Τὴν ἐμπειρίαν τῆς εὑρέσεως, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ οἰκονομίαν, οὐκ ἐξ ἑνὸς, οὐδ' ἐκ δυοῖν, ἐκ δὲ τοῦ ὅλου ὕφους μόλις ἐκφαινομένην ὁρῶμεν: *Peritiam inventionis, rerumque ordinem & œconomiam, non ex uno neque ex duobus, ſed ex toto contextu vix elucentem cernimus.*

* Circa initium libri de Defectu oraculorum; & Sympoſ. problem. VIII, 10.

Iniquiſſime nonnulli tabulas hujus illuſve Artificis incognita cauſa condemnant, atque omnia in iis

§. 2. Recedat igitur quiſquis cum ſupercilio quodam, ne minima quidem ſui parte intellecta tranſiens, intelligentiam ponit in ſolo judicandi faſtidio: fruſtra enim ſperet cultiori huic ſæculo tam facile imponi poſſe in ſerio ac ſevero negotio. Opus eſt examine & libra. Ac primo quidem trutinanda eſt apta non ſtultæ Inventionis diſpoſitio, quid doceat, & quibus mentes noſtras viribus inſpiret atque impleat. Inſpicienda deinde Colorum pigmenta juſtæ Proportionis legibus commendata quantum oblectent, & qua jucunditate ſenſus noſtros permulceant. Conſiderandi denique ſunt potentiſſimi

Actionis

Actionis & Paſſionis affectus, quemadmodum dominentur atque in pectora irrumpant, animosque noſtros ſimiles iis, quæ ſpectamus, efficiant. Et ut breviter omnia complectar; Sicut optimi Oratores ac Poetæ, ita Pictores quoque *Et docent, & delectant, & permovent. Docere, debitum eſt; delectare, honorarium; permovere, neceſſarium. Ad docendum, acuta; ad delectandum, quaſi arguta; ad commovendum, gravia ſectanda ſunt. Ea igitur omnia in quo erunt ſumma, erit præſtantiſſimus; in quo media, mediocris; in quo minima, deterrimus; ut Pictores appellantur etiam mali. Quod ſi tamen alius gravitatem ſequens, ſubtilitatem fugiat; contra alius acutiorem ſe, quam ornatiorem velit; etiamſi eſt in genere tolerabili, certe non eſt in optimo. Siquidem, quod omnes laudes habet, id eſt optimum*, Cicero de optimo genere Oratorum. Ὁ γὰρ κατὰ μικρότατον ἐνδέων, ἀτελής, κἂν πάντα πλείω ἔχῃ: *Qui enim vel in minimo aliquo deficit, imperfectus eſt, quamvis in cæteris abundet*, Lucianus in Hermotimo. Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. III, cap. 6: Τέλειον, τὸ ἀπροσδεὲς φαμέν: *Perfectum dicimus, quod nullius rei inſuper indiget.*

pro libitu mendoſa pronunciant.

§. 3. Non ſum ex judicibus ſeveriſſimis, qui omnia ad exactam redigam regulam: multa donanda ingeniis puto: ſed donanda vitia, non portenta ſunt. Summorum certe Artificum operibus inſpectis, judicare ſtatim ſolemus, quidquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vitioſiora & deteriora fore omnia: & ſi forte præclari alioquin Artifices, ſui nonnunquam parum memores, fervidi viribus ingenii nimis intemperanter abuti videbuntur, noſtrum erit vel maxime tunc meminiſſe, nullum ſine venia placere ingenium; magnis quoque atque excellentibus naturis nihil eſſe difficilius, quàm ut ingenitam exultantium ingeniorum laſciviam coërceant. Quibuſvis certe erroribus veniam denegare, humanitatem eſt exuere. Horatius in Arte:

Rectus judex, omiſſa fama populari, & ſtultorum conſcientia excitatis laudibus, nunquam alieno ſtare judicio, ſed ſuo caute ac moderate uti debet.

- - - *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Θνητῇ φύσει, κἂν ὅλως ἐπιτετευγμένη ᾖ, οὐ δυνατὸν ἐφικέσθαι τῆς ἀμέμπτου πάντων εὐαρεστήσεως. οὔτε γὰρ Φειδίας, μάλιστά τι θαυμασθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν ἐλεφαντίνων ἀγαλμάτων κατασκευῇ, οὔτε Πραξιτέλης, ὁ καταμίξας ἄκρως τοῖς λιθίνοις ἔργοις τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, οὔτε Ἀπελλῆς ἢ Παρράσιος, οἱ τοῖς ἐμπειρικῶς κεκραμένοις χρώμασι προαγαγόντες εἰς ἀκρότατον ζωγραφικὴν τέχνην, οὕτως ἐπέτυχον ἐν τοῖς ἔργοις, ὥστε κατὰ πᾶν ἄμεμπτον ἐπιδείξασθαι τὸ τῆς ἐμπειρίας ἀποτέλεσμα. ἄνθρωποι γὰρ ὄντες, καὶ ταῖς τῶν ἐγχειρημάτων ὑπεροχαῖς ἐπιτυγχάνοντες, ὅμως διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν διέπταισαν ἐν πολλοῖς: *Fieri non poteſt, ut natura mortalis, etiamſi ſcopum attingat, comprobationem omnium ſine ulla reprehenſione conſequatur. Neque enim Phidias in magna habitus admiratione, ob imaginum eburnearum fabricationem; neque Praxiteles, qui excellenter lapideis operibus affectiones animi admiſcuit; neque Apelles aut Parrhaſius, quamvis ad ſummum coloribus experienter temperatis pictoriam artem provexerunt, tantam in operibus ſuis felicitatem experti ſunt, ut peritiæ ſuæ effectum omnino inculpabilem exhiberent. Cùm enim homines eſſent, tametſi excellentiam eorum quæ ſuſcepiſſent conſequerentur, nihilominus propter infirmitatem humanam, in multis errarunt*, Diod. Siculus libro XXVI. Fixum itaque nobis maneat, nunquam moderationis iſtius oblivisci, quam in Arte poëtica ſuaſit Horatius:

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.
Sunt delicta tamen, quibus ignoviſſe velimus.
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus, & mens;
Poſcentique gravem, perſæpe remittit acutum.
Nec ſemper feriet, quodcunque minabitur arcus.
Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. - - -

Et mox:

- - - *Hoc tibi dictum*
Tolle memor; certis medium & tolerabile rebus
Recte concedi. - - -

Nam & in ratione conviviorum, quamvis à pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen cœnam laudare omnes ſolemus: nec ea quæ ſtomachus noſter recuſat, adimunt gratiam illis à quibus capitur, Plin. Jun. lib. II, epiſt. 5. Judicandum ergo, & quidem perſeverè; quoniam ſuo quemque judicio res probare aut improbare oporteat, non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi. Cæterum in ipſa illa judicii noſtri ſeveritate ſanum hoc circumſpectæ moderationis temperamentum tenebimus, ne forte aliis præcipites nimis, ac judicii noſtri plus juſto prodigi fuiſſe videamur. Megabyzus certe frigida parum intellectæ Artis cenſura, jocularium in

Quidam non ſuum ſequuntur judicium, ſed autoritati aliorum parent: id habent ra-

malum

rum, quod ab iis, quos probant, judicarum vident.

malum incidit: de quo vide *Ælianum var. Hiſt. lib.* II, *cap.* 2. Frequenter enim inconſulte judicantes in exquiſitiſſimis ſummorum Artificum operibus carpunt quædam ut tumida, quæ prudentioribus ſublimia videntur; ut tarda, quæ recte ſentientibus cauta judicantur; ut improba, quæ ſobrie judicantibus audentia ſunt; ut nimia, quæ rectis judiciis plena putantur; ut humilia & depreſſa, quæ placida potius ac plana rectus judex dixerit, tanquam quæ tenore quieto compoſitoque formata gratiam habeant leniter lapſorum. *Plurimum autem refert, reprehendenda annotes, an inſignia. Omnis enim advertit, quod eminet & exſtat; ſed acri intentione dijudicandum eſt, immodicum ſit an grande, altum an enorme*, Plin. Junior IX, 6. *Singulis virtutibus vitia agnata ſunt pari numero, quæ earum modum & habitum ſimulacris falſis ementiuntur: ſic plerumque ſufflati atque tumidi, fallunt pro uberibus; ſqualentes & jejuni dicti pro gracilibus; incerti & ambigui pro mediocribus*, A. Gell. noct. Attic. VII, 14. Ovidius libro I de Remedio amor. verſ. 323:

Et mala ſunt vicina bonis; errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Quæcumque judicium oculorum firmant, diligenter in primis curanda.

§. 4. Vere Seneca epiſtola LXXVI: *Non tantum quid videas, ſed quemadmodum, refert.* Etenim *Nihil acie noſtra fallacius, non tantum in his, à quibus ſubtiliter pervidendis illam colorum diverſitas ſummovet; ſed & in his quoque quæ ad manum cernit. Remus integer, in tenui aqua fracti ſpeciem reddit. Poma per vitrum aſpicientibus, multo majora ſunt. Columnarum intervalla porticus longiores jungunt*, &c. Seneca Nat. quæſt. lib. I, cap. 3. Et mox cap. 5: *Sunt quidam colores, qui ex intervallo vim ſuam oſtendunt. Purpuram Tyriam, quò melior ſaturiorque eſt, eò oportet altius teneas, ut fulgorem ſuum oſtendat. Non tamen ideo non habet illa colorem, quia quem optimum habet, non quomodocunque explicetur oſtendit.* Quum itaque recto judicio plerumque officiant *Plurima, quæ invideant pure apparere tibi rem*, ut loquitur Horatius: non modo, ex ſententia Senecæ epiſtola XCIV, *Removendum eſt, ſi quid oculis oppoſitum moratur aciem*; verum etiam hic imprimis curandum ne quid eorum, quæ viſum adjuvant, deſit. Enumerat ea Themiſtius paraphraſi in Ariſtot. lib. II de Anima: Ἀνεξαπάτητος, inquit, περὶ τὰ χρώματα ἡ ὄψις, ὅταν αὐτή τε ἔχῃ εἰλικρινῶς, καὶ διὰ καθαροῦ τοῦ ἀέρος τὰς ἐνεργείας ποιῆται, καὶ ἀπὸ συμμέτρου διαστήματος, καὶ τῶν χρωμάτων οὕτω κειμένων: *Decipi non poteſt viſus circa colores, cùm ipſe eſt purus, & per perſpicuum aerem operatur, & in modica diſtantia coloribus conſtitutis.* Plenius tamen recenſuit ea Alexander Aphrodiſienſis lib. II de Anima, §. περὶ αἰσθητῶν τῶν τε καθ' αὑτὰ ὄντων, καὶ τῶν κατὰ συμβεβηκός. Vide locum. Nemeſius quoque de Natura hominis, cap. 7: Τεσσάρων μάλιστα πρὸς ἐνάργειαν διαγνώσεως ἡ ὄψις χρῄζει· ἀβλαβοῦς αἰσθητηρίου, συμμέτρου κινήσεως, διαστήματος, ἀέρος καθαροῦ καὶ λαμπροῦ: *Quatuor maxime neceſſaria ſunt viſui ad rectam rerum cognitionem, integrum ſenſus inſtrumentum, motus congruens, intervallum, aër purus & clarus.* Requiras ergo hic ex Themiſtii, Alexandri, Nemeſiique ſententia quatuor hæc: integrum atque illæſum ſenſus inſtrumentum; motum ſive mutationem loci conſpiciendarum rerum proportioni congruentem; juſtam diſtantiam; liquidam puramque lucem. De primo agit idem Nemeſius cap. 18: Κριτὴς ὀρθὸς ἐπὶ παντὸς πράγματος οὐχ ὁ τυχὼν, inquit, ἀλλ' ὁ ἐπιστήμων καὶ κατὰ φύσιν διακείμενος: *Rectus judex in omni re, non quilibet obvius, ſed ſciens & juxta naturam conſtitutus.* Vanum profecto ſit pictas tabulas lippis admovere; poſtulant enim oculos perſpicaces. Recte itaque Plutarchus in Phocione: Ὄμμα φλεγμαῖνον, ἥδιστα τοῖς σκιεροῖς καὶ ἀλαμπέσιν ἐνδιατρίβει χρώμασι· τὰ δ' αὐγὴν ἔχοντα καὶ φῶς, ἀποστρέφεται: *Oculus phlegmaticus libentiſſime circa umbroſos & nullo ſplendore præditos colores verſatur; à ſplendore vero & lumine ſe avertit.* Ovidius Amorum libro III, Eleg. 6:

Quid juvat ad ſurdas ſi cantet Phæmius aures?
Quid miſerum Thamyram picta tabella juvat.

Secundum primo ac tertio conjunxit Tullius lib. IV Academ. quæſt. *Ita eſt maxima in ſenſibus veritas*, inquit, *ſi & ſani ſunt & valentes, & omnia removentur, quæ obſtant atque impediunt: itaque & lumen mutari ſæpe volumus; & ſitus earum rerum, quas intuemur; & intervalla aut contrahimus, aut diducimus; multaque facimus uſque eò, dum adſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii.* Auctor quoque Rhet. ad Herennium libro III: *Adſpectus minus valet, ſive nimis procul amoveris, ſive vehementer prope admoveris id, quod oportet videri.* Ἢν μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι, καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβῶς διαγνωσόμεθα· ἐὰν δ' ἀποστάντες ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἴδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τά τε εὖ καὶ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα: *Si quid prope valde & ſub ipſis veluti oculis poſitum contemplemur, nihil in eo diſcernemus accurate: ſi vero longius remoti ex juſto intervallo aliquid intueamur, liquidius quoque apparebunt omnia quæ in eo bene*

ne

ne aut ſecus conſtituta ſunt, Lucianus pro Imaginibus. De mediocri itaque diſtantia intellige hæc verba Lacydis apud Laërtium libro IV: Τὰς εἰκόνας πόῤῥωθεν δεῖ θεωρεῖσθαι: *Imagines eminus oportet intueri.* Quartum eſt, *Tabulas bene pictas collocare in bono lumine*, ut loquitur Tullius de claris Oratoribus. Ovidius I de Arte, verſ. 251:

Conſule de gemmis, de tincta murice lana,
Conſule de facie, corporibusque diem.

Atque hæc ratio eſt, cur Vitruvius lib. I, cap. 2, pinacothecis & cæteris ædium partibus, quibus certis luminibus opus eſt, à Septentrione lumina capienda dicat: *Quod ea cæli regio neque exclaratur, neque obſcuratur Solis curſu; ſed eſt certa & immutabilis die perpetuo.* Et rurſus libro VI, cap. 7: *Pinacothecæ & plumariorum textrinæ, pictorumque officinæ, ſpectent ad ſeptentrionem; uti colores eorum in opere, propter conſtantiam luminis, immutata permaneant qualitate.* Philoſtratus tamen in procemio Iconum teſtatur in ſuburbio quodam Neapolitano porticum præſtantiſſimis Picturis refertam ſpectâſſe occidentem: vide locum. Ut ad rem redeamus, plane videtur iis, quæ jam diximus, addendus locus ex Arte Horatii:

Ut Pictura, Poëſis erit; quæ, ſi propius ſtes,
Te capiat magis; & quædam, ſi longius abſtes.
Hæc amat obſcurum; volet hæc ſub luce videri,
Judicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel; hæc decies repetita placebit.

Ad quæ verba vide veterem Commentatorem. Quod vero γραφικὸς hanc oculos adjuvandi curam, ut à ſe alienam, omittere non debeat, conſtare poteſt ex ea cura, quam Artifices operi intenti hac in parte adhibent. *Scalptores & pictores oculorum cauſa utuntur ruta*, Plinius. XX, 13. Ita Ovidius lib. II de Remed. amor. verſ. 405, *Acuentes lumina rutas* dixit. Ἀναμιμνήσκειν σε πειράσομαι τῶν γραφέων, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐν λευκαῖς διφθέραις γράφωσιν, ὡς κάμνοιεν ῥᾳδίως αὐτῶν τὴν ὄψιν, εἰ παντάπασιν ἀβοήθητος εἴη· τοῦτ' ἄρα προμηθούμενοι, κυανᾶ τε καὶ φαιὰ παρατίθενται χρώματα, πρὸς ἃ συνεχῶς ἀποβλέποντες, ἀναπαύουσι τὰς ὄψεις: *Memorem te facere tentabo pictorum, & maxime quando in albis membranis pingunt, quod viſus eorum quàm celerrime laboraret, ſi omni careret ſubſidio. Verum illi hæc animadvertentes, cæruleos & fuſcos adponunt colores, ad quos aſſidue reſpicientes, viſum ſuum reficiunt*, Galenus libro X de Uſu partium corporis humani. Τὰς ὄψεις ὑπὸ τῶν ἄγαν λαμπρῶν πιεζουμένας ἀποστρέφοντες, τοῖς ἀνθηροῖς καὶ ποώδεσι χρώμασι παρηγοροῦμεν: *Oculos nimio ſplendore læſos, ad florida & viridia avertentes reficimus*, Plutarch. περὶ εὐθυμίας. *Cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atque avocat, &, ut dici ſolet, paſcit*, Seneca epiſt. 58. Et rurſus epiſt. 65: *Artifices ex alicujus rei ſubtilioris intentione, quæ oculos deſatigat, ſi malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt, & in aliqua regione ad populi otium dedicata, oculos libera luce delectant.* Ἀργυροκόπος καὶ ἀναγλυφάριος ἀναγλύφων δίσκον, κατὰ μέρος σκεπάζει ἅπερ γλύφει διάφορα ζώδια· ὅταν δὲ τελέσῃ, τότε φανεροῖ αὐτὸν ἐξαστράπτοντα τῷ φωτί: *Faber argentarius & ſculptor quando diſcum inſculpit, aliquatenus operit varia illa, quæ ſculpit, animalia; ubi vero perfecit, tum diſcum ſplendentem profert in lucem*, Macarius Homilia XVI. Pari quoque ratione, ſubtiliter curioſa Artificum opera inſpecturi, nulla non adminicula ſenſuum fallaciſſimo ſolent admovere. *Facilius obſcuram operam Myrmecidis ex ebore oculi vident, ſi extrinſecus admoveant nigras ſetas*, Varro circa initium libri ſexti de L. L.

§. 5. Recte curatis omnibus quæ judicium oculorum juvare poſſunt, proximum eſt, ut ſingula Picturæ membra percommode ſatis explorantes, conſummatiſſimorum operum inſpectionem vel decies repetamus, ſemper in iis aliquid novi, quod placeat, inventuri. Etenim primo ſtatim intuitu non ſatis integre pleraque dijudicat ſenſus, & in multis, quaſi incallidus quidam æſtimator, hallucinatur: ſolam rationem integritas judicii comitatur ac veritas. Cicero lib. I Acad. quæſt. ex ſententia Platonicorum tradit, *Judicium, quamquam oriatur à ſenſibus, tamen non eſſe judicium veritatis in ſenſibus. Mentem volebant rerum eſſe judicem: ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur; quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet ſimplex, & uniuſmodi, & tale, quale eſſet. Hanc illi Ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam. Nos recte Speciem poſſumus dicere*, &c. vide locum. *Nam licet omnium pene artium atque ipſius vitæ momenta, ſenſuum occaſione producta ſint, nullum tamen his judicium certum, nulla veri eſt comprehenſio, ſi arbitrium rationis abſcedat. Ipſe enim ſenſus æque maximis minimiſque corrumpitur. Nam neque minima ſentire propter ipſorum ſenſibilium parvitatem poteſt, & majoribus ſæpe confunditur*, Boëthius lib. I artis Muſicæ, cap. 9. Atque Idem lib. V, cap. I: *Harmonica*, inquit, *eſt facultas differentias acutorum & gravium ſonorum ſenſu*

Quiſquis homo eſt non præceps neque judicii ſui prodigus, frequenter & cum cura luſtrabit conſummatioris Artis opera.

ac ratione perpendens. Senſus namque confuſum quiddam ac proxime tale, quale eſt illud quod ſentit, advertit: ratio vero dijudicat integritatem, atque unas perſequitur differentias. Itaque ſenſus invenit quidem confuſa ac proxima veritati, accipit vero ratione integritatem: ratio vero ipſa invenit quidem integritatem, accipit vero ſenſu confuſam ac proximam veri ſimilitudinem. Namque ſenſus nihil concipit integritatis, ſed uſque ad proximum venit; ratio verò dijudicat. Vide quoque Macrob. Saturnal. VII, 14. Præcipuam igitur in eo ſemper curam collocabimus, ut non oculis tantùm nuda ſchemata percenſeamus; ſed animo quoque velut in rem præſentem deduci nos patiamur. Quo rite obſervato, ipſa nos Pictura primo ſtatim intuitu ad iſta, quæ hiſtoriam atque argumentum maxime conſtituunt ſchemata deducet. Atque hoc eſt illud, quod innuit Philoſtratus Iconum lib. I, in pictura Amphiarai. Poſtquam enim in ejus enarratione varios variorum Thebas oppugnantium bellatorum caſus retulit, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, inquit, ἑτέρῳ λόγῳ κείσθω· ἡ δὲ γραφὴ βλέπειν ἐς μόνον τὸν Ἀμφιάρεων, φεύγοντα κατὰ τῆς γῆς αὐτοῖς στέμμασι, καὶ αὐτῇ δάφνῃ: *Cæterum hi alterius ſunt curæ: jubet autem pictura reſpicere in unum Amphiaraum ſub terra cum ipſis coronis ac lauro fugientem*, &c. Idem Iconum lib. II, in Panthia: Τὰ τείχη, ὦ παῖ, καὶ τὰς ἐμπιπραμένας οἰκίας, καὶ αἱ Λυδαὶ αἱ καλαὶ, Πέρσαις ταῦτα ἀφῶμεν ἄγειν τε καὶ αἱρεῖν, εἰ τι ἄλλο ἁλώσιμον. τὸν δὲ Ἀβραδάτην, καὶ τὴν ἀποθνήσκουσαν ἐπ' αὐτῷ Πάνθειαν, ἐπειδὴ ταῦτα ἡ γραφὴ βούλεται, διασκεψώμεθα οἷον τὸ δρᾶμα: *Mœnia, ô puer, & incenſas domos, & pulchras Lydas, & quicquid rapi poteſt, Perſis iſta agenda ac rapienda relinquamus. Cæterum Abradatem, & ipſius cauſa mortuam Panthiam, poſteaquam hæc intendit pictura, ut veram hiſtoriæ repræſentationem conſideremus.* Præcipuis igitur, quas Pictura adumbrat, rebus totam curioſæ mentis intentionem præcipue ſemper ex præſcripto Philoſtrati impendamus. Ἵνα μὴ περὶ μικρῶν διεξίωμεν, inquit Philoſtratus Iconum lib. I, in Piſcatoribus, ἀλλὰ περὶ ὧν λέγειν ἄξιον, τοὺς μὲν καλάμῳ θηρῶντας, ἢ κύρτῳ πιέζοντας, ἢ εἴ τις ἀνιμᾷ δίκτυον, ἢ ἐμβάλλει τρίαιναν, ἀφέλωμεν τοῦ λόγου· σμικρὰ γὰρ ἀκούσῃ περὶ αὐτῶν, καὶ φανεῖταί σοι μᾶλλον ἡδύσματα τῆς γραφῆς. τοὺς δὲ ἐπιχειροῦντας τοῖς θύννοις ἴδωμεν· ἄξιοι γὰρ εἰσὶ λόγου, διὰ τὸ μέγεθος τῆς θήρας: *Ne minutias quaſdam, ſed quæ memoratu digna ſunt percenſeamus; calamo quidem piſcantes, vel naſſa utentes, vel ſi quis rete extrahit, aut tridentem illidit, excipiamus ab hoc noſtro ſermone; parva enim audies, ſi de ipſis ſermonem habuero, & picturæ potius condimenta tibi videbuntur: ſed thynnis inſidiantes videamus; nam ob prædæ magnitudinem digni ſunt de quibus verba faciamus.*

Cùm de omnibus totius operis partibus judicium cenſuramque facere necesse non eſt, potioribus tantum rebus animum intendemus.

§. 6. Quiſquis certe nonniſi minutias ſectatur, magnificentiæ iſtius ac granditatis parum meminit, ad quam Artificum opera inſpecturi non minus in judicando, quàm ipſi Artifices in elaborando, adſuefacere ſe debent. Ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὸ μὲν ὅλον κάλλος, τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὂν, μὴ βλέποι, μηδ' ἐπαινοῖ, μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγοῖτο· τοῦ δὲ ὑποποδίου δὲ, τό, τε εὐθυεργὲς καὶ τὸ εὔξεστον θαυμάζοι, καὶ τῆς κρηπῖδος τὸ εὔρυθμον, καὶ ταῦτα πάνυ μετὰ πολλῆς φροντίδος διεξιών: *Non aliter ac ſi quis Jovis Olympici univerſam pulchritudinem ac formam, quæ tanta & talis eſt, non videat, nec laudet, neque etiam neſcientibus eam enarret, ſed ſubſellii rectitudinem & expolitionem, & crepidinis concinnitatem admiretur, & hæc multa cum diligentia & cura exponat*, Lucianus de conſcrib. Hiſtoria. Frigida ſane ac prorſus ridicula futura eſſet hæc ratio judicandi; ac de hujuſmodi judicibus optimo jure dixerit aliquis: Τὰς τοιούτους τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκάνθας δὲ αὐτοῦ τὰς παρὰ τὴν ῥίζαν ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖν: *Tales roſam ipſam non videre, ſpinas vero quæ ſunt ad radicem accurate perſpicere*, ut idem Lucianus ibidem loquitur. *Quorum miſeret me*, inquit Apulejus de Mundo, *cum tantopere nec magnis & oppido paucis inexplicabili admiratione capiuntur. Hoc illis evenire adeo non eſt mirabile; cùm nihil majus ſuſpexerint, neque ad aliquid intenderint, quod majore diligentia contemplandum eſt.* Aliter profecto Amphinomi atque Anapi, fratrum piorum ſtatuas, excuſſit Claudianus Epigramm. 25:

Adſpice ſudantes venerando pondere fratres,
Divino meritos ſemper honore coli.
Juſta quibus rapidæ ceſſit reverentia flammæ,
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes,
Attollunt vultus, accelerantque gradus.
Grandævi gemina ſublimes prole feruntur,
Et cara natos implicuere mora.
Nonne vides ut ſæva ſenex incendia monſtret?
Ut trepido genitrix invocet ore Deos?
Erexit formido comam, perque omne metallum
Fuſus in attonito palluit ore color.

In juvenum membris animoſus cernitur horror,
Atque oneri metuens, impavidusque ſui.
Rejectæ vento chlamydes. Dextram erigit ille,
Contentus læva ſuſtinuiſſe patrem.
Aſt illi duplices in nodum colligit ulnas
Cautior in ſexu debiliore labor.
Hoc quoque præteriens oculis ne forte relinquas,
Artificis tacitæ quod meruere manus.
Nam conſanguineos eadem cum forma figuret,
Hic propior matri fit tamen, ille patri.
Diſſimiles annos ſollertia temperat artis:
Alter in alterius redditur ore parens.
Et nova germanis partibus diſcrimina præbens,
Diviſit vultus cum pietate faber.

Videas itaque hic periti ſpectatoris ingenium. Fuere procul dubio plures in tantæ confuſionis pictura circumſtantiæ hominum, locorum, caſuum, quæ traherent oculos: nihil tamen horum prudentiſſimum ſpectatorem demoratur; ſed præcipuis tantum nobilis argumenti ſchematibus intentus, dulces in iis potentiſſimæ Artis præſtigias oculis atque animo proſequitur.

§. 7. Quamobrem etiam omiſſis frivolis, univerſam rerum adumbratarum ſpeciem, & quidquid in iis notabilius, latiore quadam comprehenſione animo ſemper complecti ſtudeamus, quo ſingula delineatarum rerum momenta cum animo præconceptis imaginibus recte atque ordine contendere poſſimus. Quod quàm ſit facile, pereleganter docet Maximus Tyrius Diſſertat. XXVIII: Κοῦφον γάρ τι χρῆμα ἀνάμνησις, inquit, καὶ εὔκολον. καὶ ὥσπερ τὰ εὐκίνητα τῶν σωμάτων τοῦ χειραγωγοῦντος προσάγοντος δεῖται, καὶ παραλαβόντα τὴν ἐξ ἐκείνου ἀρχὴν, φυλάττει ἐπὶ πολὺ τὴν κίνησιν· οὕτω καὶ ὁ νοῦς ἐπιλαβόμενος πρὸς μνήμην βραχείας ἀρχῆς, ἣν ἡ αἴσθησις αὐτῷ ὀρέγῃ, ἐπὶ πολλὰ χωρεῖ προϊὼν κατὰ ἀνάμνησιν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν μακρῶν καὶ λεπτῶν δοράτων, ὁ τὸ οὐραχὸν κινήσας, παρέπεμψε τὴν κίνησιν κατὰ παντὸς τοῦ δόρατος μέχρι τῆς αἰχμῆς· καὶ ὥσπερ τῶν μακρῶν καὶ διατεταμένων κάλων, ὁ διασείσας τὴν ἀρχὴν, παραδίδωσι τὴν κίνησιν τῷ ὅλῳ, βαδίζουσαν ἐπὶ τὸ πέρας· οὕτω καὶ τῷ νῷ βραχείας ἀρχῆς δεῖ πρὸς ἔννοιαν τῶν πραγμάτων ὅλων: *Agilis & expedita res eſt reminiſcentia. Sicut enim ea quæ facile moventur corpora, motum tamen impulſumque manus poſtulant, ut initio motus inde accepto, diutiſſime conſervent eum; ſic mens noſtra, occaſionem reminiſcentiæ, quam ſenſus ſuggerit ſemel amplexa, ab hoc initio longe lateque recordando progreditur. Et quemadmodum in longa tenuique haſta fieri videmus, ut extremam partem movens, motum iſtum per totam haſtam uſque ad ipſam cuſpidem diffundat; in longo quoque protenſoque fune, qui primam ejus partem quatit, totum neceſſario, eunte ad finem uſque motu illo, movet: ita menti exiguo tantùm ad reminiſcentiam totius rei opus eſt initio.* Venantium itaque pictura oblata, ſtatim quoque ſpectantis animus ad memoriam rei venaticæ revolvetur, totamque maſculæ oblectationis voluptatem ſibi ante oculos alacri cogitatione reponet. Obverſabitur frequens & inſignis venandi ſtudio turba: alii dubia etiamnum luce, dum roſcidæ telluri impreſſa adhuc ſunt pedum ſigna, feras cubilibus excuſſuri, tacitis canibus lora ſenſim laxant, umbroſaſque ſylvas denſa indagine cingunt; canibus interim demiſſis preſſo roſtro luſtra quærentibus, atque auras nare ſagaci captantibus: alii lata venabula excitis feris obtendentes, præcipiti eas clamore territant, atque in obſtantes plagas impellunt: alii jam victores, ſtratorum corporum viſcera grandibus cultris ſolvunt, cruentatis canibus bonam inteſtinorum partem in ſedulitatis præmium diripiendam præbentes: alii opimam prædam ad ſuos gementi plauſtro triumphantes referunt, laſſis canibus lætam venatorum turbam cum ſilentio proſequentibus. Vide *Libanii Orat.* XXXIII, quæ nihil eſt aliud, quàm ἔκφρασις, ſive deſcriptio quædam venationis occupatiſſimæ. Singulari virorum fortium certamine conſpecto, confeſtim cogitat ambitioſa gloria colliſorum ora ſeveris primum minis aſperari, uſque dum totam iram, ex mutuo obtutu & jactis utrimque ſermonibus collegerint: triſtes deinde vultus, collato ſemel pede, fervore ſanguinis æſtuantis ignèſcere; animoſque ultra thoraces anhelos, anguſtare prodiga vitæ pectora; ſubeunte mox animoſa pulchræ mortis voluptate, horrendos ſtricto ſemel mucrone concipi furores, qualicunque interim conſilio in media fatalis inſaniæ caligine permixto: dumque juvat inſtare periclo, nec vacat librare metus, exſtimulante eos horrore iſto, quem velut honeſti nuntium lethi amplectuntur, perdere concupiſcunt, aut ſaltem ab hoſtili dextera nobile fatum iræ ſuæ contumacia extorquere. Pictum naufragium intuentem, multiplices quoque navim frangentium horrores circumſtant. Fracti vento fluctus undiquaque incaneſcunt; piceæ nubes cœlum ex oculis, inhorreſcente interim mari, eripiunt; ut ne proram quidem totam guberna-

Veras interim delineatarum rerum ſpecies ad animum revocatas utiliter cum operibus Artis contendemus.

tor in tam ſpiſſis tenebris conſpicere valeat. Diſcurrunt nautæ ad officia trepidantes; vela tempeſtati ſubducere parant: & quamvis eos iratum mare velis ſuccurrere vetet, non ceſſant tamen pro communi luce toto robore niti; exhauriunt fretum; rudentes disjectos aptant. Viribus denique ventorum ex diverſo furentium diu multumque jactata navе, vexantur armamenta, funes turbantur, velorum ſinus ſcinduntur; & ſæva nimium tempeſtas, peragens mandata fatorum, infeſtiore procella inſurgit, tenues quaſſæ jam navis reliquias penitus expugnatura: non relinquitur arbor, non gubernacula, non funis, non remus: exarmata navis, quaſi rudis atque infecta materia, it eum fluctibus: nautici tandem, malo audaces, nave in deſertum aliquod littus impacta, naufragio cum ipſa tempeſtate decidunt; abunde felices, ſi vel minimam laceræ navis tabulam amplexi in terram enatare poſſint.

Præcipuum tamen hic eſt, ut velut in rem præſentem deduci nos patiamur.

§. 8. Jam dudum diximus τὸν γραφικὸν nonniſi vivis omnium rerum imaginibus copioſiſſime inſtructum ad inſpiciendas Picturas accingi: hic vero poſtulatur, ut de inſignioribus Artificum laboribus judicium cenſuramque facturus, ſingula rerum in tabula adumbratarum momenta ſibi ad vivum proponat; ut non tam pictam earum imaginem, quam ipſas res coram cerni arbitretur. Ex hoc enim fere provenit omnis cùm ſubtilitas examinandi, tum veritas judicandi. Quum Theon pinxiſſet armatum, in hoſtes agrum depopulantes quantum pedibus conniti poterat eximie proruentem, noluit hanc ſuam plenam animi, plenam ſpiritûs, plenamque veritatis tabulam ſpectantium oculis proponere, niſi claſſico prius è proximo inſonante. Τὸ μέλος ἐναργεστέραν τὴν φαντασίαν τοῦ ἐκβοηθοῦντος ἔτι καὶ μᾶλλον παρεστήσατο: *Cantu efficaciorem adhuc phantaſiam ad auxiliandum procurrentis exhibente*, ut eſt apud Ælianum var. Hiſt. libro II, cap. ultim. Acute vidit præclarus Artifex, ſic demum efficacius excitari poſſe ſpectatorum phantaſiam, ſi prius horrido bellicum ſonantis tubæ clangore mens eorum commota, nihil præter armatos mox in hoſtem irrupturos cogitaret. Philoſtratus quoque Iconum lib. II, in Inſulis, utiliſſimam hanc inſpiciendarum Picturarum rationem evidentiſſimo expreſſit exemplo: Βούλει, ὦ παῖ, inquit, καθάπερ ἀπὸ νεὼς διαλεγώμεθα περὶ τῶν νήσων, ὥσπερ περιπλέοντες αὐτὰς τοῦ ἦρος, ὅτε ὁ Ζέφυρος ἱλαρὰν ἐργάζεται θάλατταν, προσπνέων τῇ ἑαυτοῦ αὔρᾳ. ἀλλ' ὅπως ἑκὼν λελήσῃ τῆς γῆς, καὶ θάλαττά σοι ταυτὶ δόξῃ, μήτ' ἐξηγριωμένη καὶ ἀναχαιτίζουσα, μήθ' ὑπτία καὶ γαλήνη, πλωτὴ δέ τις, καὶ οἷον ἔμπνους· ἰδοὺ ἐμβεβήκαμεν καὶ πλέομεν: *Vis, ô puer, ut de hiſce inſulis tanquam è navi diſſeramus, æque ac ſi verno tempore eas circumnavigaremus; cùm Zephyrus ſua ipſius aura ſpirans, hilarum præſtat mare. Sed ut ſciens prudenſque terræ oblrviſcaris, & hæc tibi mare videantur; neque concitum ac cohibens; nec conſtratum ac tranquillum; ſed navigabile ac ventis afflatum: ecce ingreſſi ſumus ac navigamus.* Videas hic quemadmodum autor harum rerum intelligentiſſimus, ſpectaturos conſcenſa velut nave inſulas circumnavigare jubeat, ac ſingulas Picturæ partes cum ipſis rebus quaſi conferre. Unde etiam nemini poteſt eſſe dubium, quin illi commodiſſime ſemper judicent, qui rerum delineatarum uſum aliquando habuerunt. Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς ὡς ἀνεγίνωσκέ τινα τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ τῶν ἑαυτοῦ κωμῳδιῶν (ὁ δὲ δῆλος ἦν οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος) Δεῖ γάρ, ἔφησεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ταῦτα ἀποδεχόμενον, ἀπὸ συμβολῶν τε πολλάκις δεδειπνηκέναι, καὶ περὶ ἑταίρας πλεονάκις καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι πληγάς: *Antiphanes comicus, cum ſuarum comœdiarum quandam Alexandro recitâſſet, & non admodum acceptam ſibi rex fuiſſe præ ſe ferret, Oportet, inquit, ô rex, has qui probaturus ſit, è ſymbolis crebro cœnâſſe, & ſæpius propter ſcortum plagas multas & accepiſſe & intuliſſe*, Athenæus in ipſo ſtatim initio libri decimi tertii Deipnoſophiſtôn.

Aſſidua & intenta inſpectio Artis perficit elegantium hominum judicia quadam veluti conſuetudine oculorum.

§. 9. Ex hac frequentiore atque intentiore Picturarum inſpectione provenit minime fallax judicandi facilitas: κρίσις illa, quæ Dionyſio Longino περὶ ὕψους, §. 4, dicitur, Πολλῆς πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα: *Poſtrema jugis experientiæ ſuperfœtatio.* Quod vero hæc intelligentis judicii vis nihil aliud ſit, quàm habitus quidam recte judicandi, ex crebra artificioſarum rerum tractatione tandem promanans; eleganter nos docuit Dionyſ. Halicarn. de Demoſthenis acumine ac vi: Τῆς ἐμμελείας, inquit, κριτήριον ἄριστον ἡ (a) ἄλογος αἴσθησις. δεῖ δ' αὐτῇ τριβῆς πολλῆς καὶ κατηχήσεως χρονίου. οὐ γὰρ δὴ πλάσται μὲν καὶ ζωγράφοι παῖδες, εἰ μὴ πολλὴν ἐμπειρίαν λάβοιεν, χρόνῳ τρίψαντες τὰς ὁράσεις μακρῷ περὶ τὰς τῶν ἀρχαίων δημιουργῶν τέχνας, οὐκ ἂν εὐπετῶς αὐτὰς διαγνοῖεν, καὶ οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν βεβαίως, ὅτι μὴ τῇ φήμῃ παραλαβόντες, τὴν μὲν ἐστι Πολυκλείτου τὸ ἔργον, τὴν δὲ Φειδίου, τὴν δὲ Ἀλκαμένους· καὶ τῶν γραφῶν, Πολυγνώτου μὲν αὕτη, Τιμάνθους δὲ ἐκείνη, αὕτη δὲ Παρρασίου: *Concinnitatis indicium optimum eſt ſenſus, cujus rationem verbis reddere non potes. Ad eum vero longa opus eſt mora & inſtructione diutina. Neque enim ſtatuarii, neque pictorum filii, niſi*

(a) Ἄλογον αἴσθησιν quidam reddunt *ſenſum rationis expertem*, vel *ſenſum ratione carentem*: niſi malis *incertum ſenſum* dicere. Tullio lib. III de Oratore dicitur *naturalis ſenſus*, cùm ait: *Bonis verbis, aut non bonis utatur aliquis, non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu judicatur.* Eidem rurſus de perfecto Oratore *tacitus ſenſus* vocatur: *Verſuum modum notat ars, ſed aures ipſa tacito eum ſenſu ſine arte definiunt.* Vide Petrum Victorium var. Lect. XXIII, 6.

ſi magnam earum rerum peritiam adepti fuerint, multumque temporis veterum opificum artibus contemplandis impenderint, facile poterunt cognoſcere, neque certo dicere, niſi prius fama edocti, hoc eſt Polycleti opus, iſtud Phidiæ, illud vero Alcamenis. De picturis vero, hæc Polygnoti, iſta Timanthis, illa vero Parrhaſii. Quamobrem, cum non ſit cujuſvis intelligere ἀνδριάντα παραδεικνύντα τι τῆς ἀρχαίας χειρός: *Statuam aliquod antiquæ manus veſtigium prodentem*, Syneſius epiſt. 154, uſus hic eſt adhibendus. Minime hic prætereundum eſt illud, *Quod dilucide docetur à politioribus Phyſicis, ſingularum rerum ſingulas proprietates eſſe. Fac enim antiquos iſtos Servilios, qui gemini fuerunt, tam ſimiles fuiſſe quàm dicuntur: num cenſes etiam eoſdem fuiſſe? Non cognoſcebantur foris; at domi. Non ab alienis; at à ſuis. An non videmus hoc uſu venire, ut, quos nunquam putâſſemus à nobis internoſci poſſe, eos, conſuetudine adhibita, tam facile internoſceremus, uti ne minimum quidem ſimiles eſſe viderentur? Ad ſimilitudines iſtas uſus adhibendus eſt; & ut mater geminos internoſcit,* CONSUETUDINE OCULORUM: *ſic tu internoſces, ſi adſueveris. Videsne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures ſalvis rebus illis, qui gallinas alere multas quæſtus cauſa ſolerent: hi, quum ovum inſpexerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant*, Cicero lib. IV Academ. quæſt. *Hanc ipſam indifferentiam, quam mirantur occurſus, ſtupent civitatis oculi, parentum tamen agnitio dignoſcit, ſeparat notitia nutricum*, Quintil. Declam. VIII. Et quemadmodum Muſici Harmoniæ ſtudioſis præcipiunt, Μηδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐν τοῖς διαγράμμασι δίεσιν ἀγνοεῖν τὴν ἀκοὴν ἐθίζειν, καὶ μηδὲν ἄλλο πάσης ἀκριβέστερον ζητεῖν πειρᾶσθαι: *Ut aſſuefaciant auditum ne minimam quidem in modulationibus dieſin ignorare, & nullum aliud accuratius quærere argumentum:* ita & hîc gratiam ac venuſtatem Artis perdiſcere volentibus autor fuerim, Ἐπιτηδεύειν χρόνῳ πολλῷ καὶ μακρῇ τριβῇ καὶ ἀλόγῳ πάθει τὴν ἄλογον συνασκεῖν αἴσθησιν: *Ut ſtudeant longo tempore, & longa mora, & inexplicabili affectu excolere ſenſum ratione carentem*, ut loquitur Dionyſ. Halicarnaſſeus in Lyſia. *Sicut non ſufficit cantilenis muſicis delectari, niſi etiam, quali inter ſe conjunctæ ſint vocum proportione, diſcatur: ſic in viſu quoque non ſufficit eruditis colores formaſque conſpicere, niſi etiam, quæ ſit horum proprietas, inveſtigaverint*, Boëthius lib. I artis Muſicæ, cap. I.

Harmoniam ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus, Cicero lib. I Tuſcul. quæſt.

§. 10. Præcipuam vero exercitationis hujus vim ex eo perſpicere eſt, quod qui *conſuetudine oculorum* (ut ſupra locutus eſt Tullius) perfectiones conſummatiſſimorum operum internoſcunt, primo ſtatim intuitu apographa ab archetypis certiſſima ratione diſcernant, nativum quendam decorem in archetypis, adſcitum vero in apographis deprehendentes. Πᾶσι μὲν τοῖς ἀρχετύποις, αὐτοφυής τις ἐπιπρέπει χάρις καὶ ὥρα· τοῖς δ' ἀπὸ τούτων κατεσκευασμένοις, κἂν ἐπ' ἄκρον μιμήσεως ἔλθωσι, πρόσεστίν τι ὅμως ἐπιτετηδευμένον, καὶ οὐκ ἐκ φύσεως ὑπάρχον. καὶ τούτῳ τῷ παραγγέλματι, οὐ ῥήτορες μόνον ῥήτορας διακρίνουσιν, ἀλλὰ καὶ ζωγράφοι τὰ Ἀπελλοῦ, καὶ τῶν ἐκεῖνον μιμησαμένων· καὶ πλάσται, τὰ Πολυκλείτου· καὶ γλυφεῖς, τὰ Φειδίου: *Omnibus quidem archetypis naturalis quædam gratia & pulchritudo decus addit. Iis vero quæ ex archetypis expreſſæ ſunt, etiamſi ad extrema imitationis pervenerint, ineſt quippiam affectatum, & non naturale. Et hoc præcepto non Rhetores modo Rhetoras diſcernunt, ſed etiam Pictores ea quæ ſunt Apellis, ab iis qui eum imitantur: & Statuarii, quæ ſunt Polycleti; & Sculptores, quæ ſunt Phidiæ*, Dionyſ. Halicarn. in Dinarcho. Ἀντίγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει: *Apographum archetypo primas concedit*, Laërt. lib. VI, in Oneſicrito. *Ac ſine dubio in omni re vincit imitationem veritas*, Tullius III de Oratore. *Nunquam par ſit imitator actori. Hæc natura eſt rei: ſemper citra veritatem & minor eſt ſimilitudo*, Seneca in procemio lib. primi Controverſ. Pulchre denique Quintilian. X, 2: *Quicquid alteri ſimile eſt, neceſſe eſt minus ſit eo quod imitatur: namque iis quæ in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura & vera vis; contra omnis imitatio ficta eſt, & ad alienum propoſitum accommodatur.* Accurata certe ſtatuarum imitatio tantas habet difficultates, ut Libanius in Antiochico aſſerere non dubitaverit, Artificibus, qui antiqua ſimulacra feliciter expreſſerant, nonnihil à Diis ſupra hominem conceſſum: quemadmodum enim *Pictores pulchram abſolutamque faciem raro niſi in pejus effingunt*, Plin. Junior lib. V, epiſt. 10: ita plerumque abſolutiſſima excellentium Artificum opera deſcripturi, ab archetypo labuntur & decidunt: *Nam quum eſt arduum ſimilitudinem effingere ex vero, tum longe difficillima eſt imitationis imitatio*, Plinius Junior libro V, epiſt. 28. *Imitationis imitatio* hic nihil eſt aliud quàm εἰκὼν τῆς εἰκόνος, ἀπόγραφος, ἀντίγραφος. Latinis *exemplar* dicitur. *Hujus tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus emit Athenis*, Plinius nat. Hiſt. XXXV, 11. Τῆς εἰκόνος ταύτης ἀντίγραφός ἐστι νῦν Ἀθήνησι, πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ μετενηνεγμένη. τὸ ἀρχέτυπον δ' αὐτό, Σύλλας ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐλέγετο μετὰ τῶν ἄλλων εἰς Ἰταλίαν πεπομφέναι· πλὴν ἀλλὰ τήν γε εἰκόνα τῆς εἰκόνος εἶδον: *Imaginis hujus exemplar nunc Athenis eſt, ad veram imaginem accuratiſſime expreſſum: ipſum vero archetypum Sylla Romanorum dux cum aliis rebus in Italiam miſiſſe ferebatur. At vero imaginis imaginem vidi*, Lucianus in Zeuxide. Quotieſ-

Conſuetudine oculorum archetypa ab apographis faciliime diſcernuntur.

tieſcunque vero exemplar aliquod minoris formæ ex ampliore imagine deſcribendum erit, ſedulo ſemper conſiderabimus quemadmodum *in breviſſimo ſpeculo, cùm facies monſtratur ingens, tenent in anguſto membra vel lineamenta ordinem, quem ſua in vero digeſſerat amplitudo:* ut loquitur Macrobius in Somn. Scipionis libro II, cap. 15.

Eadem oculorum conſuetudo diſtinguit acute prorſus ætates operum.

§. 11. Efficitur denique hac *oculorum conſuetudine*, ut judicio noſtro adblandiantur tabulæ *vetuſtatis inimitabilem arti autoritatem, quæ in Picturis gratiſſima eſt, adſperſam habentes*, Quintil. VIII, 3. Incomptas nempe priorum Artificum tabulas idcirco amamus, quod nativa & minime operoſa ſuavitate animos noſtros capiunt, quodque in iis umbra quædam & quaſi color opacæ vetuſtatis deprehenditur. Neque enim omnes cum L. Mummio antiqua novaque Artificum opera pari loco putant habenda: etenim is Mummius tam rudis atque inficetus deliciarum æſtimator fuit, ut, teſte Vellejo Paterculo lib. I Hiſtor. cap. 13, *Capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, Si eas perdidiſſent, novas eos reddituros.* Cæteri vero, qui amœnitatem ingeniorum delectabili veterum elegantiarum cognitione ali atque excitari poſſe putant, nunquam non vetuſtatem ac venuſtatem pari fere veneratione proſequuntur. Talem ſe profitetur Tullius de perfecto Oratore: *Antiquitas*, inquit, *apud me valet plurimum; nec ego id, quod deeſt antiquitati, flagito potius, quam laudo, quod eſt: præſertim, cùm ea majora judicem, quæ ſunt, quam illa, quæ deſunt.* Deprehenderunt ſane antiquiores in priſcis operibus neſcio quid, propter quod ea, *Sicut ſacros vetuſtate lucos, adorabant, in quibus grandia & antiqua robora jam non tantam haberent ſpeciem, quantam religionem*, Quintilian. x, 1. Hanc itaque recte dixeris veram antiqui artificii notam, cùm gratia, cùm dignitas, cùm auctoritas operum non videbuntur annis ceſſiſſe. *Difficile dictu eſt*, inquit Tullius III de Oratore, *quænam cauſa ſit, cur ea, quæ maxime ſenſus noſtros impellunt voluptate, & ſpecie prima acerrime commovent, ab iis celerrime faſtidio quodam & ſatietate abalienemur. Quantò colorum pulchritudine & varietate floridiora ſunt in Picturis novis pleraque, quàm in veteribus? quæ tamen etiamſi primo adſpectu nos ceperunt, diutius non delectant: cùm iidem nos in antiquis tabulis illo ipſo horrido obſoletoque teneamur.* Rationem hujus venerationis, quam Tullius hic difficulter admodum reddi poſſe putat, duplicem apud alios ſcriptores invenias. Primam ſuggerit Dionyſ. Halicarnaſſ. in Iſæo, ubi teſtatur veteres tabulas in ſumma colorum ſimplicitate, præcipuam ſui commendationem ex venuſtate accuratioris delineationis traxiſſe; recentes vero picturas negligentius delineatas, in multiplici colorum mixtura omnem Artis vim repoſitam habuiſſe: Ἀρχαῖαι γραφαὶ, inquit, χρώμασιν εἰργασμέναι ἁπλῶς, καὶ οὐδεμίαν ἐν τοῖς μίγμασιν ἔχουσαι ποικιλίαν, ἀκριβεῖς δὲ ταῖς γραμμαῖς, καὶ πολὺ τὸ χάριεν ἐν ταύταις ἔχουσαι· αἱ δὲ μετ᾽ ἐκείνας, εὔγραμμοι μὲν ἧττον, ἐξειργασμέναι δὲ μᾶλλον, σκιᾷ τε καὶ φωτὶ ποικιλλόμεναι, καὶ ἐν τῷ τῶν μιγμάτων πλήθει τὴν ἰσχὺν ἔχουσαι: *Veteres tabulæ coloribus ſimpliciter illitæ, & nullam in mixturis habentes varietatem, accuratæ vero delineationibus & multum venuſtatis in iis habent. Recentes autem accurate minus delineatæ, ſed umbra & luce variegatæ, in multitudine mixturæ vim habent.* Eandem quoque rationem tangit Themiſtius Orat. de Amicitia. Ipſa Themiſtii verba §. 4 capitis proxime præcedentis alia occaſione adduximus. Alteram tradit Porphyrius libro II de Abſtinentia, cùm ait, recentiores Deorum imagines in admiratione eſſe, propter operis dignitatem; veteres vero, propter operis ſimplicitatem, magis tamen Deorum majeſtati congruentem. Et Pauſanias in Corinthiacis: Δαίδαλος ὁπόσα εἰργάσατο, ἀτοπώτερα μέν ἐστιν ἐς τὴν ὄψιν, ἐπιπρέπει δὲ ὅμως τι καὶ ἔνθεον τούτοις: *Dædali quidem opera rudia ſunt, neque aſpectu decora; attamen numen veluti quoddam præ ſe ferunt.* Appoſite Silius Italicus ſub finem lib. XIV de antiquioribus Deorum ſignis agens:

- - - Simulachra Deorum
Numen ab arte datum ſervantia. - - -

Quotquot igitur oculos in hiſce rebus exercuiſſent, expedite admodum veterum Artificum opera à recentioribus diſtinguebant. Primum nempe, & ſecundum, & tertium quoque ſæculum tantum de Picturæ veteris colore gratiaque detrahit, quantum non quivis unus è populo, ſed intelligens tantùm & doctus exiſtimator poteſt cognoſcere: *Cicero de Claris Oratoribus.* Neque injuria ſagaciter adeo veras intemeratæ antiquitatis notas indagabant ea tempeſtate, qua plurimi, qui ex Artibus hiſce faciebant quæſtum, emptores minus cordatos falſa vetuſtatis ſpecie in errorem ducebant. Quam rem tangit Phædrus in prologo libri quinti Fabularum:

Æſopi nomen ſicubi interpoſuero,
Auctoritatis eſſe ſcito gratia:
Ut quidam artifices noſtro faciunt ſæculo,

Qui

Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerunt Praxitelem, ſuo
Detrito Myronem argento. - - -

Huc refer & illud Martialis libro VIII, Epigramm. 34:

Archetypum Myos argentum te dicis habere:
Quod ſine te factum eſt: hoc magis archetypum eſt.

Vide quoque ejuſdem libri octavi Epigramma 6.

§. 12. Abunde jam nunc de ratione dijudicandarum Picturarum dictum eſſe putarem, niſi adhuc parvum quid, minime tamen πάρεργον*, de parergis videretur addendum. Niſi enim in Pictura tenuis argumenti Parerga quædam adhibueris, quid quæſo dignum oculis proponi poterit? Parerga vero dicuntur, *Illa quæ in ornamentum operis accedunt*, ut loquitur Quintilianus lib. II, cap. 3. Plinius quoque libro XXXV, cap. 10: *Protogenes*, inquit, *cum Athenis Minervæ delubro propylæon pingeret, ubi fecit nobilem Paralon & Hemionida, adjecit parvulas naves longas in iis quæ pictores Parerga appellant.* Plenius tamen Galenus libro XI de Uſu partium corporis humani: Οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοὶ, inquit, πάρεργόν τι τῆς αὐτῶν τέχνης ἐπίδειγμα κατά τι τῶν ἐπικλείθρων ποιοῦνται, καὶ τῶν ἀσπίδων, καὶ πολλάκις ἐν ταῖς λαβαῖς τῶν ξιφῶν, ἐνίοτε φιάλαις αὐταῖς κόσμον τινὰ καὶ ἀγαλματῶδες δημιούργημά τι τῆς χρείας ἐπέκεινα, κιττούς τινας, ἢ ἀμπέλων ἕλικας, ἢ τινὰ κυπάριττον, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐκτυποῦντες: *Boni artifices acceſſorium quoddam artis ipſorum ſpecimen clauſtris adjungunt, & in clypeis, & ſæpe in manubriis gladiorum, & in phialis nonnunquam ornatum quendam, & effigiatum opus ultra quàm uſus expoſtulat, hederasque nonnullas, & vinearum helices, aut aliquam cupreſſum vel aliud ſimile fingentes.* Philoſtrat. Iconum libro I in Piſcatorib. Parerga hæc non incommode ἡδύσματα τῆς γραφῆς, *condimenta picturæ*, videtur appellâſſe. Solent vero Artifices Parerga hæc ut plurimum incurioſius delineare: unde neque parem cum ipſis operibus inſpiciendi curam videntur mereri; qua de re ſic Plutarch. cur nunc Pythia non reddat oracula carmine: Τὰ τῶν χειροτεχνῶν πάρεργα, inquit, περιέργως ἐξετάσομεν, ἐν πολλοῖς γάρ εἰσι κομψοί· τὸ δὲ ψυχρὸν οὐ πανταχοῦ καὶ περίεργον ἐκπεφεύγασιν: *Opificum parerga perfunctorie exequemur, in multis enim ſunt feſtivi. Frigidum vero & plus juſto curioſum non ubique effugiunt.* Quandoque tamen uſu venit, ut magni Artifices, dum operi ſuo Parerga quædam cum minore cura adjiciunt, felicius in iis, quàm in ipſo opere venuſtam firmæ facilitatis gratiam adſequantur: quod ſi forte obtigiſſe γραφικὸς deprehenderit, cavebit tamen ne illa neutiquam vulgatæ laudis Parerga præferat ipſis operibus, Protogenis facto edoctus, quàm ægre id concoquant Artifices: vide *Strabonem Geograph. lib.* XIV. Eadem quoque indignatio Zeuxim coëgit exclamare: Οὗτοι ἡμῶν τὸν πηλὸν τῆς τέχνης ἐπαινοῦσι: *Illi noſtræ artis lutum laudant*, ut eſt apud Lucianum in Zeuxide. *Folia ſunt artis, & nugæ meræ*, Apulejus libro primo Metamorph.

§. 13. Prætereundum tamen hîc non eſt, præter illam, quam Tullii verbis hactenus urſimus *oculorum conſuetudinem*, aliam quoque nobis à Caſſiodoro præſcribi viam, qua pleniorem Artium harum intelligentiam conſequamur. Etenim Variarum lib. VII, Formula 15, ad Præfectum urbis de Architecto faciendo: *Romanæ fabricæ decus*, inquit, *peritum convenit habere cuſtodem; ut illa mirabilis ſylva mœnium diligentia ſubvenientе ſervetur, & moderna facies operis affabris diſpoſitionibus conſtruatur. Hoc enim ſtudio largitas noſtra non cedit, ut & facta veterum excluſis defectibus innovemus, & nova vetuſtatis gloria veſtiamus. Quapropter talia virum peritiſſimum ſuſcipere decet; ne inter illa nimis ingenioſa priſcorum, ipſe videatur eſſe metallicus; & intelligere non poſſit, quæ in illis artifex antiquitas ut ſentirentur effecit. Et ideo det operam libris antiquorum; inſtructionibus vacet; ne quid ab illis ſciat minus, in quorum locum cognoſcitur ſurrogatus*: vide locum. Merito poſtulat hic Caſſiodorus, ut γραφικὸς *operam det libris antiquorum*: quemadmodum enim ſupra oſtendimus Artificis ingenium multijuga lectione mirifice ali atque fœcundari, ita & hoc in loco monendum, judicia hominum elegantiorum valde juvari atque inſtrui, ſi eximiæ Artis opera cum imaginibus quas multiplex lectio ſuggeſſit, aut imitatrix imaginatio coram veluti conſpiciendas exhibuit, conferant, atque ad hoc quaſi archetypum examinent. Appoſite certe Philoſtratus libro II de vita Apollonii, cap. 10: Ὅθεν εἴποιμ' ἂν καὶ τοὺς ὁρῶντας τὰ τῆς γραφικῆς ἔργα, μιμητικῆς δεῖσθαι· οὐ γὰρ ἂν ἐπαινέσειέ τις τὸν γεγραμμένον ἵππον ἢ ταῦρον, μὴ τὸ ζῶον ἐνθυμηθεὶς, ᾧ εἴκασται. οὐδ' ἂν τὸν Αἴαντά τις τὸν Τιμομάχου ἀγασθείη, ὃς δὴ ἀναγέγραπται αὐτῷ μεμηνὼς, εἰ μὴ ἀναλάβοι τις ἐς τὸν νοῦν Αἴαντος εἴδωλον καὶ ὡς εἰκὸς αὐτὸν ἀπεκτονότα τὰ ἐν τῇ Τροίᾳ βουκόλια, καθῆσθαι ἀπειρηκότα, βουλὴν ποιούμενον καὶ ἑαυτὸν κτεῖναι: *Proinde quoque dicendum eſt, picturæ artis opera cum judicio atque intelligenter contemplaturos, ejuſmodi facultatis imitatrivæ ſubſidio inſtructos eſſe debere. Neque enim recte quiſpiam laudaverit equum*

Parergorum brevis conſideratio.

* *A ſuſcepto opere alienum.*

Sanius denique de Artibus hiſce judicant, qui per omnia ſemper negotiorum intervalla vacant evolvendis veterum ſcriptis.

pictum aut taurum, ſi animo non conceperit animal cujus imaginem repræſentat pictura. Ac ne quidem ſuſpiciet aliquis Ajacem Timomachi, quem is pinxit furentem, niſi revocet in animum Ajacis imaginem, & quomodo veriſimile ſit eum, cæſis in Troja armentis, conſediſſe pudibundum deliberantemque de morte ſibimet ipſi conſciſcenda. Reſtat igitur, ut demonſtremus ſcriptores veteres uſque adeo exactis verborum coloribus, boum, equorum, hominum denique imagines delineaſſe, ut omnino aliter ab Artificibus nec potuerint pingi, nec debuerint.

CAPUT VIII.

§. 1. *Pulcherrimi Tauri deſcriptio, petita è ſcriptis veterum.*
§. 2. *Equi boni deſcriptio.*
§. 3. *Deorum pleroſque quemadmodum olim pinxerint ſculpſerintque: Jovem nempe, Janum geminum, Liberum patrem, Gratias, Fortunam, Virtutem, Somnum, Deos marinos, Fluvios, Pana, Silenum, Satyros.*
§. 4. *Indorum, Æthiopum, Ægyptiorum, Maurorumque deſcriptio.*
§. 5. *Senilis corporis deſcriptio.*
§. 6. *Puerilem vultum quid maxime commendet.*
§. 7. *Puerilis formæ exacta deſcriptio.*
§. 8. *Puellaris formæ deſcriptio.*

Pulcherrimi Tauri deſcriptio, petita è ſcriptis veterum.

EXhibeat Pictura Taurum amabili manſuetudine conſpicuum, nunquam certe quàm ſit recte pictus intelliges, niſi eum cum Europæ vectore contuleris, prout is ab Ovidio ſub finem libri ſecundi Metamorph. deſcribitur:

- - - Miſtuſque juvencis
Mugit, & in tenera formoſus obambulat herba.
Quippe color nivis eſt, quem nec veſtigia duri
Calcavere pedis, nec ſolvit aquaticus Auſter.
Colla toris exſtant; armis palearia pendent;
Cornua parva quidem, ſed quæ contendere poſſes
Facta manu, puraque magis pellucida gemma.
Nullæ in fronte minæ; nec formidabile lumen;
Pacem vultus habet. - - -

Vide locum. Amplam magis, magisque luculentam hujus Tauri deſcriptionem, qui volet, petat ex Moſchi Idyll. 11, verſ. 84 & ſeqq. *Parandi ſunt boves*, inquit Columella lib. VI, cap. 1, *novelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris ac nigrantibus & robuſtis, fronte lata & criſpa, hirtis auribus, oculis & labris nigris, naribus reſimis patuliſque, cervice longa & toroſa, palearibus amplis & pene ad genua promiſſis, pectore magno, armis vaſtis, capaci & tanquam implente utero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto planoque vel etiam ſubſidente, clunibus rotundis, cruribus compactis ac rectis, ſed brevioribus potius quàm longis, nec genibus improbis, ungulis magnis, caudis longiſſimis & ſetoſis piloſiſque, corpore denſo brevique, colore rubeo vel fuſco, tactu corporis molliſſimo.* Et rurſus capit. 20: *Tauros maxime membris ampliſſimis, moribus placidis, media ætate probandos cenſeo: cætera fere eadem omnia in his obſervabimus, quæ in bubus; neque enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato, niſi quod huic torva facies eſt, vegetior aſpectus, breviora cornua, toroſior cervix, & ita vaſta, ut ſit maxima portio corporis, ventre paulo ſubſtrictiore.* Vide quoque Palladium lib. IV, titulo 11; quemadmodum & auctores Geoponicos Conſtantino Imp. inſcriptos lib. XVII. Obſerva denique ex Feſto, quod *Pulcher bos appellatur, ad eximiam pinguitudinem perductus.*

Equi boni deſcriptio.

§. 2. Oblata rurſus pulchri atque acris equi Pictura, non inconſultum erit recurrere ad hunc Virgilii locum lib. III Georg. verſ. 75:

Continuo pecoris generoſi pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto:
Nec vanos horret ſtrepitus: illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga,
Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucique; color deterrimus albis,

Seneca epiſt. CXV. *Putas utile tibi dari argumenta, per quæ*

Et

Digitized by Google

Et gilvo: tum, ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.
Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina, cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu.

intelligit nobilem equum, ne fallaris emturus, ne operam perdas in ignavo.

T. Calpurnius Siculus Ecloga vi, quæ inſcribitur Litigium:

Velocem Pegaſon, qui gramina matre relicta
Nunc primum teneris libavit dentibus. Illi
Pes levis, adductum latus, excelſiſſima cervix,
Et tornata brevi ſubſtringitur ungula cornu;
Ungula, quæ viridi ſic exultavit in arvo,
Tangeret ut fragiles, ſed non curvaret, ariſtas.

Caſſiodorus Variar. iv, 1. Ubi Theodericus rex Herminafridum regem certiorem facit, ſe nobilem gregem, belluasque morigeras, equos argenteo colore veſtitos, per legatos more gentium ſuſcepiſſe: *Quorum pectora*, inquit, *vel crura ſphæris carneis decenter ornantur; coſtæ in quandam latitudinem porriguntur; alvus in brevitate conſtringitur; caput cervinam reddit effigiem; imitantes velocitatem, cujus videntur habere ſimilitudinem*: vide locum. Columella quoque lib. vi, cap. 29: *Cum natus eſt pullus*, inquit, *confeſtim licet indolem æſtimare, ſi hilaris, ſi intrepidus, ſi neque conſpectu novæque rei auditu terretur, ſi ante gregem procurrit, ſi laſcivia & alacritate interdum & curſu certans æquales exſuperat, ſi foſſam ſine cunctatione tranſilit, pontem flumenque tranſcendit. Hæc erunt honeſti animi documenta. Corporis vero forma conſtabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, brevibus auriculis & arrectis, cervice molli, lataque nec longa, denſa juba & per dextram partem profuſa, lato & muſculorum toris numeroſo pectore, grandibus armis & rectis, lateribus inflexis, ſpina duplici, ventre ſubſtricto, teſtibus paribus & exiguis, latis lumbis & ſubſidentibus, cauda longa & ſetoſa criſpaque, æqualibus atque altis rectiſque cruribus, tereti genu parvoque, neque introrſus ſpectanti, rotundis clunibus, feminibus toroſis ac numeroſis, duris ungulis & altis & concavis rotundiſque, quibus coronæ mediocres ſuperpoſitæ ſunt; ſic univerſum corpus compoſitum, ut ſit grande, ſublime, erectum, ab aſpectu quoque agile, & ex longo, quantum figura permittit, rotundum. Mores autem laudantur, qui ſunt ex placido & concitato mitiſſimi; nam hi & ad obſequia reperiuntur habiles, & ad certamina laborum patientiſſimi.* Plures inſignis equi deſcriptiones, quibus otium erit, haurire poterunt ex ſacra Hiſtoria beati Job, cap. xxxix; Platonis Phædro; Xenophonte de Re equeſtri; Oppiano libro i de Venatione, verſu 175; Polluce Onomaſtici ſui libro ii, cap. 11, §. 5 & ſeqq. Geoponicis Conſtantino Cæſ. inſcriptis lib. xvi; Palladio denique libro iv, Titulo 13. Leporis ſecundum omnia membra deſcriptionem vide apud Xenophontem de Venatione; item apud Pollucem libro v, cap. 12.

§. 3. *Juppiter riciniatus fingitur atque barbatus, dextra fomitem ſuſtinens perdolatum in fulminis morem*, Arnobius lib. vi adverſ. Gentes. *Janus geminus à Numa rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum nota, per ſignificationem anni, temporis & ævi ſe Deum indicaret*, Plin. xxxiv, 7. Macrobius lib. i Saturnal. cap. 9. *Græci ſolent vina miſcere aqua marina, ut non facile corrumpantur; unde inſtitutum tradit Varro, ut delphini circa Liberum pingerentur*, Vetus Commentator Horatii in Satyr. 8 libri ſecundi. *Cornua Liberi patris ſimulacro adjiciuntur, quem inventorem vini dicunt, eò quòd homines nimio vino truces fiant, ut belluæ*, Feſtus. Notiſſimum nempe eſt illud Ovidii lib. i de Arte, 239:

Deorum pleroſque quomodo olim pinxerint ſculpſerintque.

- - - Tunc pauper cornua ſumit.

Unde ortum ſit quòd plerique Pictores Moſi tribuant cornua, docet Voſſius lib. i de Orig. & progr. idololatriæ, cap. 30. Gratiæ quomodo pingantur docet Seneca lib. i de Benef. cap. 3. Vide quoque Pauſaniam in Bœoticis; nec non Servium ad verſ. 701 primi Æneidos. *Fortuna cum cornu pomis, ficis, aut frugibus autumnalibus pleno fingitur*, Arnob. lib. vi adverſ. Gentes. *Solet Virtutis ſimulachrum depingi ſuccinctum*, Lactantius in lib. x Thebaid. Statii Papinii. *Somnus ſic pingitur, quaſi cornu infundat*, Servius ad verſ. 696 primi Æneidos. *Pilea Caſtori & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos eſt*, Feſtus. Cur fluvios olim taurina fronte finxerint, docet Strabo lib. x, ubi de Acheloo agit. *Taurorum ſpecie ſimulachra fluminum, id eſt, cum cornibus: quod ſunt atrocia, ut tauri*, Feſtus. *Flumina ideo cum cornibus pinguntur, ſive quod mugitum boum imitatur murmur undarum, ſive quod*

plerum-

plerumque in cornuum ſimilitudinem curvatas cernimus aquas, Servius ad verſ. 77 octavi Æneidos. *Nobiles fluvii cornigeri pinguntur, quod ex impetu aquarum in anguſtiis decurrentium obſcurus quidam ſonitus, quaſi boum mugitus, exaudiatur. Hinc etiam tempora illorum perhibentur coronata arundinibus, quoniam ripæ fluminum illarum ſylva decorantur; quæ etiam ventis agitata obſcure ſonat: vel quòd diverſo aquarum fluxu, quaſi cornibus, terram proſcindant*, Vetus Commentator ad Odam 14 libri quarti Carm. Vide quoque Euſtathium ad verſ. 433 Dionyſii τῆς περιηγήσεως: præcipue tamen Ælianum var. Hiſt. lib. II, cap. 33. *Veſtis linea fluminibus tanquam propria datur*, Servius ad verſ. 696 octavi Æneidos. Viridem veſtem tribuit Acheloo Ovidius lib. IX Metamorph. verſ. 32. Ἀμαλθείας κέρας καὶ τῷ Ἀχελώῳ ποταμῷ, ὅτι τὴν ὑποκειμένην περιρρέων χώραν καρποφόρον ἐργάζεται, τὸ ποιητῶν αὐτόνομον ἔθνος ἑτοίμως χαρίζονται: *Amalthea cornu etiam Acheloo fluvio Poetarum exlex illa ac ſui juris natio paratiſſime indulget, quòd alluens vicinam regionem reddat eam fertiliorem*, Photius epiſt. 209. *Fere omnes Dii marini ſenes; albent enim eorum capita ſpumis aquarum*, Servius ad verſ. 403 quarti Georg. Tritonem depingit Ovidius lib. I Metamorph. verſu 332. Habent etiam Tritones, teſte Pauſania in Bœoticis, in capite comam ranunculis paluſtribus colore perſimilem; & quod ad pilos attinet, alterum vix ab altero diſcreveris. Reliquum corpus ſquama inhorreſcit minuta, ſed eadem prope qua lima eſt duritia; branchias infra aures habent, nares hominis, os latius, dentes belluinos, oculos glaucos; manus ſunt illis, quemadmodum & digiti & ungues, ea forma qua ſuperiores conchyliorum teſtæ; pinnulas denique, delphinorum inſtar, ſub pectore & ventre habent pro pedibus. Vide quoque *Apollonium Rhodium lib.* IV, *verſ.* 1614. Palæmonem quomodo pinxerint veteres, docet Ariſtides *tomo* I, *Orat.* 3, quæ inſcribitur *Iſthmica.* Quomodo Glaucum olim repræſentaverint, docet Vell. Paterculus *lib.* II, *cap.* 83. Nereides quoque ſunt *Corpore ſquamis hiſpido, etiam qua humanam effigiem habent*, Plin. nat. Hiſt. IX, 5. *Portumnus cæruleis barbis hiſpidus*, Apulej. IV Metamorph. *Venti pinguntur hiantes*, Lactantius in Statii Thebaid. VII, 38. Pana quomodo pinxerint olim ſculpſerintque, docet Herodotus lib. II: Γράφουσι καὶ γλύφουσι οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ Πανὸς τὤγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα: *Pingunt & ſculpunt Pictores & Statuarii Panis imaginem cum vultu capræ, & hirci cruribus.* Ovid. XIV Metamorph. verſ. 515, *Semicaper Pan.* Vide Phurnutum, Albricum, alios autores Mythologicos, Heſychium in ὑποσκόπῳ χέρᾳ; Macrobium quoque lib. I Saturnal. cap. 22: Servium denique in illud Virgilii Ecloga ſecunda:

Pan primum calamos cera conjungere plures
Inſtituit, Pan curat oves, oviumque magiſtros.

Uberiorem ejus diſcriptionem habet Silius Italicus libro XIII, quam totam egregie illuſtrat Voſſius de Origine & progreſſu idololatriæ, lib. IX, cap. 34. Silenum deſcribit Aurel. Nemeſianus Ecloga III, quæ inſcribitur Bacchus. Ibi enim de Baccho etiamnum infantulo in Sileni altoris ſui gremio pueriliter laſciviente agens, inquit:

Cui Deus arridens, horrendas pectore ſetas
Vellicat, aut digitis aureis adſtringit acutas,
Applauditque manu mutilum caput, aut breve mentum,
Et ſimas tenero collidit pollice nares.

Huc pertinet memorabilis Antigoni regis jocus: *Quum in parvulo quodam caſtello Græci obſiderentur*, inquit Seneca lib. III de Ira, cap. 22, *& fiducia loci contemnentes hoſtem multa in deformitatem Antigoni jocarentur, & nunc ſtaturam humilem, nunc colliſum naſum deriderent; Gaudeo, inquit, & aliquid boni ſpero; ſi in caſtris meis Silenum habeo.* Dicebatur & Socrates vultu Silenum referre, ſiquidem ſimus erat & calvus. Ἐλέγετο ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σιληνῷ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν, Scholia in Nubes Ariſtophanis. Vide quoque hujusce libri tertii cap. IX, §. 13, ubi agimus de ſymmetria naſi. Hirſuta Silenorum tunica χορταῖος χιτὼν dicebatur; forte quòd tenuioris ſortis agricolæ hanc ruſticorum numinum veſtem ex fœno quandoque aut virenti gramine factitarint. Pollux Onomaſtici ſui lib. IV, cap. 18, de Satyricæ fabulæ apparatu atque habitu, χορταῖος, χιτὼν δασὺς, ὃν οἱ Σιληνοὶ φοροῦσι. Suidæ quoque χορταῖος eſt ὁ δασὺς καὶ ὁ μαλλωτὸς χιτών: *Hirſuta, & villoſa tunica.* Heſychius denique, χορταῖος, δασὺς χιτὼν, εἶδος τῶν Σιληνῶν. χορταιοβάμος, ὁ Σιληνός. χορταιοβάμων· χορταῖον, τὸ ἔνδυμα τοῦ Σιληνοῦ. In tranſitu tamen hic ex Pauſaniæ libro primo, pag. 41, 18, obſervandum, Ὅτι τοὺς ἡλικίᾳ τῶν Σατύρων προήκοντας ὀνομάζουσι Σιληνούς: *Quòd maximos natu Satyrorum nuncupant Silenos.* Dictos vero putant Silenos ab illo σιλλαίνειν, quod Polluci libro ſecundo, cap. IV, §. 7 exp. ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς: *Deridiculi gratia oculos agitare.* Unde & irriſorium poëma σίλλος dicebatur. Satyri picturam recte petas ex

hisce

hiſce Philoſtrati verbis Iconum lib. I, in Mida: Σατύρων ἡδὺ μὲν τὸ σφοδρὸν, ὅτι ὀρχοῦνται· ἡδὺ δὲ τὸ βωμολόχον, ὅτι μειδιῶσι. κἀκεῖνο αὐτῶν ἐπ'· σκληροὶ γράφονται, καὶ ἀκρατοι τὸ αἷμα, προέτεοι τὰ ὦτα, καὶ κοῖλοι τὸ ἰσχίον· ἀγέρωχοι πάντα· καὶ τὸ ἐπὶ τὰ οὐραῖα, ἵπποι: *Satyrorum autem dulcis quidem vehementia cùm ſaltant; ſuavis ſcurrilitas cùm rident. Ipſorum illud quoque eſt: duri pinguntur, ac ſanguinem puri, aures copioſi, coxendicem cavi veluti lateribus nimia venere exhauſtis, omnibus modis inſolenter feroces, poſteriora vero equi.* Fulgentius lib. III Mythol. in Bellerophonte: *Satyri cum caprinis cornibus depinguntur; quia nunquam novere ſaturari libidine.* Horat. lib. II Carm. Ode 19:

> \- - - *Aureis*
> *Capripedum Satyrorum acutas.*

Τράγους, Σατύρους· διὰ τὸ τράγων ὦτα ἔχειν, Heſychius. *Canna & ferula coronantur Fauni,* Lactantius in Statii Thebaid. V, 582.

§. 4. Picturam Indi optime excutias inſiſtens Philoſtrati verbis ſupra à nobis adductis lib. III, cap. 2, §. 12. Addideris modo illud Feſti Avieni in Deſcriptione orbis terrarum, verſu 1312: Indi, Æthiopis, Ægyptii & Mauri deſcriptio.

> *Sed genti Indorum teter color; effluа ſemper*
> *His coma liventes imitatur crine hyacinthos.*

Æthiopem pictum non incommode revoces ad hunc Petronii locum: *Numquid labra, tanquam Æthiopes, poſſumus tumore teterrimo implere? numquid & crines calamiſtro convertere? numquid & frontes cicatricibus ſcindere? numquid & crura in orbem pandere? numquid & tolos ad terram deducere? numquid barbam peregrinatione figurare?* Lucano quoque lib. X, verſ. 132, Æthiopum gens eſt

> *Torta caput, refugoſque gerens à fronte capillos.*

Et Plin. nat. Hiſt. lib. II, cap. 78, teſtatur Æthiopes *Aduſtis ſimiles gigni, barba & capillo vibrato.* Ægyptiorum mediam quaſi inter Indos atque Æthiopes naturam deſcribit Achilles Tatius lib. III: πλήρης δὲ ἡ γῆ φοβερῶν καὶ ἀγρίων ἀνθρώπων· μεγάλοι πάντες, μέλανες τὴν χροιὰν, οὐ κατὰ τὴν Ἰνδῶν τὴν ἄκρατον, ἀλλ' οἷος ἂν γένοιτο νόθος Αἰθίοψ, ψιλοὶ τὰς κεφαλὰς, λεπτοὶ τοὺς πόδας, τὸ σῶμα παχεῖς, ἐβαρβάριζον δὲ πάντες: *Plena erat terra immanibus & feris hominibus: magni omnes, nigri colore, non ſecundùm Indorum puram nigredinem, ſed ac ſi eſſet nothus Æthiops, tenues capite, exiles pede, craſſi corpore, omnes autem vultu, lingua, moribus referebant barbaros.* Αἰγυπτιάζειν, σκυθρωπεύεσθαι, Etymolog. Αἰγυπτιῶσαι, μελᾶναι, Heſychius. Ægyptium, φαιόν, Gloſſ. vett. Maurum vivis coloribus depinxit autor Moreti:

> *Afra genus, tota patriam teſtante figura.*
> *Torta comam, labroque tumens, & fuſca colore;*
> *Pectore lata; jacens mammis; compreſſior alvo;*
> *Cruribus exilis; ſpatioſa prodigo planta;*
> *Continuis rimis calconea ſciſſa rigebant.*

§. 5. Quod ſi quis in imaginem ſenile corpus repræſentantem incidat, claram judicio facem prælucebunt hæc verba Plinii Junioris libro III, epiſtol. 6: *Ex hæreditate quæ mihi obvenit, emi proxime Corinthium ſignum; modicum quidem, ſed feſtivum & expreſſum, quantum ego ſapio; qui fortaſſe in omni re, in hac certe perquam exiguum ſapio: hoc tamen ſignum ego quoque intelligo. Eſt autem nudum; nec aut vitia, ſi qua ſunt, celat; aut laudes parum oſtentat. Effingit ſenem ſtantem: oſſa, muſculi, nervi, venæ, rugæ etiam ut ſpirantis apparent: rari & cedentes capilli, lata frons, contracta facies, exile collum: pendent lacerti, papillæ jacent, receſſit venter. A tergo quoque eadem ætas: ut a tergo æs ipſum, quantum verus color indicat, vetus & antiquum. Talia denique omnio, ut poſſint artificum oculos tenere; delectare imperitorum. Quod me, quamquam tyrunculum, ſollicitovit ad emendum.* Ætatem denique nondum ſenilem, ſed ad ſenium quodammodo jam vergentem, ac veteris formæ pignora etiamnum retinentem, depingit Philoſtratus Iconum lib. II, in Venere eburnea: Τὰς κόρας διδάσκαλος ἄγει σοφή, καὶ οὐδὲ ἔξωρος· ἐφιζάνει γάρ τις ὥρα καὶ ῥυτίδι πρώτη, γήρως μὲν τὸ ἐπίσημον ἕλκουσα, τοῦτο δ' ἂν κεραννῦσα τὸ σῳζόμενον τῆς ἀκμῆς: *Sapiens puellas nec exoleta ducit magiſtra. Nam primis rugis quædam ineſt pulchritudo: ſenectam quidem venerabilem adferens, huic verò, quod reliquum eſt, vigoris immiſcens.* Recte itaque Euripides apud Ælianum var. Hiſt. XIII, 4: Οὐ μόνον τὸ ἔαρ τῶν καλῶν κάλλιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετόπωρον: *Non ſolum ver pulchrorum pulcherrimum, ſed & autumnus.* Vide Homerum Odyſſ. Ξ, verſ. 214, & Scholia ad iſtum locum. Cæterum hanc brutorum forte animantium hominumque non gentis modo vitio, ſed ætatis quoque ingraveſcentis debilitate

Senilis corporis deſcriptio.

bilitate conſpicuorum deſcriptionem facile averſeris, ac pronis magis auribus accipias emendatiſſimorum corporum imagines ex antiquis ſcriptoribus depromptas, puerorum nempe delicatiorum, ſpecioſarum mulierum, quorumvis denique hominum. Quamobrem etiam pretium operæ facturum arbitror, ſi probatiſſimorum auctorum verbis oſtendero quid in puerili, fœmineo, virilique corpore pulchrum ſpecioſumque antiquiores duxerint: præſertim, cùm non ſolum animos noſtros oblectare ſeria hujus rei obſervatio valeat, ſed judicium quoque noſtrum in excutiendis operibus Artis inſtruere atque informare nata ſit.

Puerilem formam quid commendet.

§. 6. Puerorum certe commendatior vultus atque indulgentior facies eniteſcit, ſi in ipſo ore mixturam quandam eum venuſtate faciat dignitas: atque hoc eſt præcipuum illud quod maſculam puerorum formam à teneriore illa puellarum venuſtate diſtinguit. Præclare itaque Ovidius ſub finem libri IX Metam. innuit non alio æque certo atque infallibili indicio conſtitiſſe, quod è puella jam in puerum Iphis eſſet transformata, quàm quòd in ea deprehenderetur *acrior vultus*. Theagenes quoque apud Heliodor. libro I Æthiop. Ἤνθει ἀνδρείῳ τῷ κάλλει: *Florebat virili pulchritudine*. Atque hæc eſt ea quæ Statio Papinio libro II Sylv. in Epicedio Pileti Urſi, verſ. 40, *virilis gratia* dicitur. Seneca Hippolyto, verſ. 798:

Quàm grata eſt facies torva viriliter!

Abſit tamen ut habitiorem velimus eſſe formoſum, ſtrictis nimirum artubus, & minaci vultu; quin potius requiritur ut ſit *gracilis* ac *teres*. Horatius Carm. lib. I, Ode 5:

Quis multa gracilis te puer in roſa,
Perfuſus liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrha ſub antro?

Idem Epodon, Ode II:

Sed alius ardor aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri longam renodantis comam.

Quemadmodum igitur in formoſis decus illud minime fœmineum à compacta robuſtaque corporis firmitate quam longiſſime remotum putamus: ita præter ſucculentam pleni corporis gracilitatem in vultu præcipue formoſorum virginalem aliquam gratiam eniteſcere debere contendimus, quæ perſpicaciſſimis etiam oculis quandoque imponat, ac difficile ſexus diſcrimen efficiat. Ita Didymo ad verſ. 131 Iliados A: Εὐειδὴς παρὰ πάντας τοὺς ἥρωας Ἀχιλλεὺς καὶ γυναικοπρόσωπος, ὡς καὶ ἐν τῷ Λυκομήδους παρθενῶνι ἀγνοηθῆναι ὅτι εἴη ἀνήρ: *Supra reliquos omnes Heroas formoſus fuit Achilles, fæmineumque aliquid habuit in vultu, quamobrem neque deprehendere valuit eum Lycomedes in regiarum virginum conclavi deliteſcentem ac virum diſſimulantem.* Horatius Carminum lib. II, Ode 5, de Cnidio Gyge, egregiæ formæ indulgentia præter cæteros conſpicuo:

Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

Quamobrem neque immerito Glycera, ſcortum nobile, aſſeruit apud Athenæum libro XIII, capit. 8, tum demum formoſos eſſe pueros, cum ſunt fœminis quàm ſimillimi. Zeno quoque Citticus in ea quam animo ſibi præfiguraverat adoleſcentulæ deſcriptione, addit inter alia, Αἰδὼς μὲν ἐπανθείτω καὶ ἀρρενωπία: *Verecundia quidem effulgeat & virilis torvitas.* Vide Clementem Alexandrinum lib. III Pædag. cap. II. Auſonius Epigramm. 105:

Dum dubitat Natura, marem faceretne puellam,
Factus es, ô pulcher, pene puella puer.

Ovidius VIII Metamorph. verſ. 322, de Atalanta:

Talis erat cultu facies, quam dicere vere
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

Ælianus quoque var. Hiſt. libro XIII, cap. I, de eadem Atalanta: Ἀῤῥενωπὸν καὶ γοργὸν ἔβλεπε· κορικὸν τι καὶ ῥαδινὸν οὐδὲν εἶχεν: *Vultum habebat quodammodo virilem ac ſeverum: puellare autem & ſolutum nihil præ ſe ferebat.* Ovidius IX Metamorph. verſu 712, ubi deſcribit Iphin:

Cultus erat pueri: facies, quam ſive puellæ,
Sive dares puero, fieret formoſus uterque.

Clau-

Claudianus libro II de Raptu Proſerpinæ, verſ. 27:

At Triviæ lenis ſpecies, & multus in ore
Frater erat, Phœbique genas & lumina Phœbi
Eſſe putes, ſolusque dabat diſcrimina ſexus.

Philoſtratus Iconum libro II, in Palæſtra: Τὸ εἶδος τῆς Παλαίστρας, εἰ μὲν ἐφήβῳ εἰκάζοιτο, κόρη ἐστιν· εἰ δὲ εἰς κόρην λαμβάνοιτο, ἔφηβος δόξει: *Vultus Palæſtræ ſi ephebo comparetur, puella eſt; ſi vero in puellam incidat, ephebus videbitur.*

§. 7. Sed quoniam ea quæ hactenus diximus, vultum potiſſimùm formoſorum ſpe- Pueriliſ
ctant, ab hoc loco alienum non erit, ex variis apud varios autores juvenilis formæ de- formæ ac curata de-
ſcriptionibus unam atque alteram hic adducere, quæ non vultum tantummodo delineet, ſcriptio.
ſed & reliqua membra formoſorum; præſertim tamen eorum, qui pueritia prope jam decurſa, ad robuſtam adoleſcentiæ maturitatem feſtinare videntur. Siquidem, autore Seneca epiſt. XII: *Gratiſſima ſunt poma, cùm fugiunt, pueritiæ maximus in exitu decor eſt.* Concinne itaque ac breviter apud Auſonium epiſt. IV deſcribitur Theo, παῖς ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας ἐπανθῶν τὸ τῆς ἥβης ἄνθος: *Puer à capite ad pedes efflorescens pubertatis flore*, ut loquitur Calliſtratus in Deſcript. ſtatuæ Occaſionis:

Sed tu parce feris venatibus, & fuge nota
Crimina ſylvarum; ne ſis Cynereia proles;
Accedasque iterum Veneri plorandus Adonis.
Sic certe crinem flavus, niveusque lacertos,
Cæſariem rutilam per candida colla refundis.
Pectore ſic tenero, plana ſic junceus alvo,
Per teretes feminum gyros, ſurasque nitentes
Deſcendis, talos à vertice pulcher ad imos.

Elegantius ac fuſius Bathyllum ſuum deſcribit Anacreon:

	Henr. Stephanus vertit:
Γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω	*Meos Bathyllum amores,*
Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.	*Ut te docebo, pinge.*
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,	*Nitidas comas fac illi,*
Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,	*Intus quidem nigrantes,*
Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἡλιώσας.	*At aureas ſuperne.*
Ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι	*Dehinc inordinatos*
Πλοκάμων ἄτακτα συνθεὶς,	*Recolligens capillos,*
Ἄφες ὡς θέλωσι κεῖσθαι.	*Permitte lege nulla*
Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες	*Cincinnulos vagari.*
Στεφέτω μέτωπον ὀφρῦς	*Teneram piluſque frontem*
Κυανωτέρη δρακόντων.	*Supercili coronet,*
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,	*Mage cærulus dracone.*
Κεκερασμένον γαλήνῃ·	*Oculus niger ſit & trux,*
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,	*Mixtus tamen ſereno:*
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης·	*A Marte quod ſit, illud:*
Ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται.	*At hoc; quod à Cythere:*
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται,	*Ut hinc timore, & hinc ſpe*
Ῥοδίνην δ' ὁποῖα μῆλον	*Suſpenſa mens vacillet.*
Χνοΐην ποίει παρειήν.	*Roſeum ſit utque pomum,*
Ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς	*Lanuginoſa mala:*
Δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.	*Pudibundi & inſeratur*
Τὸ δὲ χεῖλος οὐκ ἔτ' οἶδα	*Quantum poteſt ruboris.*
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις	*Verum haud ſcio labellis*
Ἁπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς.	*Quæ detur apta forma.*
Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς	*Sint blanda, plena Suadæ;*
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.	*Ut mixta ſit loquaci*
Μέτα δὲ πρόσωπον ἔστω.	*Taciturnitate cera.*
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον,	*Sit latus ipſe vultus.*
Ἐλεφάντινος τράχηλος.	*Eburna præteribam*
Μεταμάζιον δὲ ποίει	*Adonidea colla.*
Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ,	*Habeat deinde pectus*
Πολυδεύκεος δὲ μηρούς,	*Manuſque Mercuri ambas;*
Διονυσίην δὲ νηδύν.	*Femurque quale Pollux;*
Ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,	*Ventremque ceu Lyæi.*
	Femurque molle ſupra

bilitate conſpicuorum deſcriptionem facile averſeris, ac pronis magis auribus accipias emendatiſſimorum corporum imagines ex antiquis ſcriptoribus depromptas, puerorum nempe delicatiorum, ſpecioſarum mulierum, quorumvis denique hominum. Quamobrem etiam pretium operæ facturum arbitror, ſi probatiſſimorum auctorum verbis oſtendero quid in puerili, fœmineo, virilique corpore pulchrum ſpecioſumque antiquiores duxerint: præſertim, cùm non ſolum animos noſtros oblectare ſeria hujus rei obſervatio valeat, ſed judicium quoque noſtrum in excutiendis operibus Artis inſtruere atque informare nata ſit.

Puerilem formam quid commendet.

§. 6. Puerorum certe commendatior vultus atque indulgentior facies eniteſcit, ſi in ipſo ore mixturam quandam cum venuſtate faciat dignitas: atque hoc eſt præcipuum illud quod maſculam puerorum formam à teneriore illa puellarum venuſtate diſtinguit. Præclare itaque Ovidius ſub finem libri IX Metam. innuit non alio æque certo atque infallibili indicio conſtitiſſe, quod è puella jam in puerum Iphis eſſet transformata, quàm quòd in ea deprehenderetur *acrior vultus*. Theagenes quoque apud Heliodor. libro I Æthiop. Ἤνθει ἀνδρείῳ τῷ κάλλει: *Florebat virili pulchritudine*. Atque hæc eſt ea quæ Statio Papinio libro II Sylv. in Epicedio Pileti Urſi, verſ. 40, *virilis gratia* dicitur. Seneca Hippolyto, verſ. 798:

Quàm grata eſt facies torva viriliter!

Abſit tamen ut habitiorem velimus eſſe formoſum, ſtrictis nimirum artubus, & minaci vultu; quin potius requiritur ut ſit *gracilis* ac *teres*. Horatius Carm. lib. I, Ode 5:

Quis multa gracilis te puer in roſa,
Perfuſus liquidis urget odoribus,
Grato Pyrrha ſub antro?

Idem Epodon, Ode II:

Sed alius ardor aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri longam renodantis comam.

Quemadmodum igitur in formoſis decus illud minime fœmineum à compacta robuſtaque corporis firmitate quam lougiſſime remotum putamus: ita præter ſucculentam pleni corporis gracilitatem in vultu præcipue formoſorum virginalem aliquam gratiam eniteſcere debere contendimus, quæ perſpicaciſſimis etiam oculis quandoque imponat, ac difficile ſexus diſcrimen efficiat. Ita Didymo ad verſ. 131 Iliados A: Εὐειδὴς ὑπὲρ πάντας τοὺς ἥρωας Ἀχιλλεὺς καὶ γυναικοπρόσωπος, ὡς καὶ ἐν τῷ Λυκομήδους παρθενῶνι ἀγνοηθῆναι ὅτι εἴη ἀνήρ: *Supra reliquos omnes Heroas formoſus fuit Achilles, fœmineumque aliquid habuit in vultu, quamobrem neque deprehendere valuit eum Lycomedes in regiarum virginum conclavi deliteſcentem ac virum diſſimulantem.* Horatius Carminum lib. II, Ode 5, de Cnidio Gyge, egregiæ formæ indulgentia præter cæteros conſpicuo:

Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoque vultu.

Quamobrem neque immerito Glycera, ſcortum nobile, aſſeruit apud Athenæum libro XIII, capit. 8, tum demum formoſos eſſe pueros, cum ſunt fœminis quàm ſimillimi. Zeno quoque Citticus in ea quam animo ſibi præfiguraverat adoleſcentulæ deſcriptione, addit inter alia, Αἰδὼς μὲν ἐπανθείτω καὶ ἀῤῥενωπία: *Verecundia quidem effulgeat & virilis torvitas.* Vide Clementem Alexandrinum lib. III Pædag. cap. II. Auſonius Epigramm. 105:

Dum dubitat Natura, marem faceretne puellam,
Factus es, ó pulcher, pene puella puer.

Ovidius VIII Metamorph. verſ. 322, de Atalanta:

Talis erat cultu facies, quam dicere vere
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

Ælianus quoque var. Hiſt. libro XIII, cap. I, de eadem Atalanta: Ἀῤῥενωπὸν καὶ γοργὸν ἔβλεπε· κορικὸν τι καὶ ῥᾳδινὸν οὐδὲν εἶχεν: *Vultum habebat quodammodo virilem ac ſeverum: puellare autem & ſolutum nihil præ ſe ferebat.* Ovidius IX Metamorph. verſu 712, ubi deſcribit Iphin:

Cultus erat pueri: facies, quam ſive puellæ,
Sive dares puero, fieret formoſus uterque.

Clau-

Claudianus libro II de Raptu Proſerpinæ, verſ. 27:

At Triviæ lenis ſpecies, & multus in ore
Frater erat, Phœbique genas & lumina Phœbi
Eſſe putes, ſolusque dabat diſcrimina ſexus.

Philoſtratus Iconum libro II, in Palæſtra: Τὸ εἶδος τῆς Παλαίστρας, εἰ μὲν ἐφήβῳ εἰκάζοιτο, κόρη ἔσται· εἰ δὲ εἰς κόρην λαμβάνοιτο, ἔφηβος δόξει: *Vultus Palæſtræ ſi ephebo comparetur, puella eſt; ſi vero in puellam incidat, ephebus videbitur.*

§. 7. Sed quoniam ea quæ hactenus diximus, vultum potiſſimùm formoſorum ſpectant, ab hoc loco alienum non erit, ex variis apud varios autores juvenilis formæ deſcriptionibus unam atque alteram hic adducere, quæ non vultum tantummodo delineet, ſed & reliqua membra formoſorum; præſertim tamen eorum, qui pueritia prope jam decurſa, ad robuſtam adoleſcentiæ maturitatem feſtinare videntur. Siquidem, autore Seneca epiſt. XII: *Gratiſſima ſunt poma, cùm fugiunt, pueritiæ maximus in exitu decor eſt.* Concinne itaque ac breviter apud Auſonium epiſt. IV deſcribitur Theo, Παῖς ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας ἐπανθῶν τὸ τῆς ἥβης ἄνθος: *Puer à capite ad pedes efflorеſcens pubertatis flore*, ut loquitur Calliſtratus in Deſcript. ſtatuæ Occaſionis: Pueriliѕ formæ accurata deſcriptio.

Sed tu parce feris venatibus, & fuge nota
Crimina ſylvarum, ne ſis Cynereïa proles;
Accedasque iterum Veneri plorandus Adonis.
Sic certe crinem flavus, niveusque lacertos,
Cæſariem rutilam per candida colla refundis.
Pectore ſic tenero, plana ſic junceus alvo,
Per teretes feminum gyros, ſurasque nitentes
Deſcendis, talos à vertice pulcher ad imos.

Elegantius ac fuſius Bathyllum ſuum deſcribit Anacreon:

Γράφε μοι Βάθυλλον οὕτω
Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,
Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἡλιώσας.
Ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι
Πλοκάμων ἄτακτα συνθεὶς,
Ἄφες ὡς θέλωσι κεῖσθαι.
Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρῦς
Κυανωτέρη δρακόντων.
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,
Κεκερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης·
Ἵνα τὶς τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται,
Ῥοδίνην δ' ὁποῖα μῆλον
Χνοΐην ποίει παρειήν.
Ἐρύθημα δ' ὡς ἂν αἰδοῦς
Δυνάσαι βαλεῖν, ποίησον.
Τὸ δὲ χεῖλος οὐκέτ' οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις
Ἁπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς.
Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔστω.
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθεν,
Ἐλεφάντινος τράχηλος.
Μεταμάζιον δὲ ποίει
Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ,
Πολυδεύκεος δὲ μηροὺς
Διονυσίην δὲ νηδύν.
Ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,

Henr. Stephanus vertit:

Meos Bathyllum amores,
Ut te docebo, pinge.
Nitidas comas fac illi,
Intus quidem nigrantes,
At aureas ſuperne.
Dehinc inordinatos
Recolligens capillos,
Permitte lege nulla
Cincinnulos vagari.
Teneram pilusque frontem
Supercilî coronet,
Mage cærulus dracone.
Oculus niger ſit & trux,
Mixtus tamen ſereno:
A Marte quod ſit, illud:
At hoc; quod à Cythere:
Ut hinc timore, & hinc ſpe
Suſpenſa mens vacillet.
Roſeum ſit utque pomum,
Lanuginoſa mala:
Pudibundi & inſeratur
Quantum poteſt ruboris.
Verum haud ſcio labellis
Quæ detur apta forma.
Sint blanda, plena Suadæ;
Ut mixta ſit loquaci
Taciturnitate cera.
Sit latus ipſe vultus.
Eburna præteribam
Adonidea colla.
Habeat deinde pectus
Manusque Mercuri ambas;
Femurque quale Pollux;
Ventremque ceu Lyæi.
Femurque molle ſupra

Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,	*Femur quod excit ignes,*
Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,	*Volo ſimplicem eſſe pubem,*
Παφίην θέλουσαν ἤδη.	*Jam cogitantem amores.*
Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,	*Sed ars tua eſt maligna,*
Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι	*Dare quæ vetat videnda*
Δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.	*Potiora terga multo.*
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν.	*Quid opus pedes ut addam?*
Λάβε μισθὸν ὅσον εἴπῃς.	*Pretii quod exiges, fer.*
Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον	*Sed Apollinem mihi iſtum*
Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.	*Refingito in Bathyllum.*
Ἢν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,	*Sin veneris Samum olim,*
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.	*Fac Apollinem ex Bathyllo.*

Puellaris formæ deſcriptio.

§. 8. Vidimus nunc quænam ſint præcipuæ pueriliſ formæ commendationes; quodque pueris, ut formoſi mereantur appellari, puellare quid ineſſe debeat: quemadmodum & ipſarum quandoque puellarum pulchritudinem auget, ſi nonnihil de virili traxerint dignitate. Notavit hoc Stat. Papinius 11 Achilleid. verſ. 137, in filiabus Lycomedis regis:

His decor eſt formæ ſpecies permiſta virili.

Sed quoniam non ſtatim pulchra dicenda eſt virgo, quæ qualecunque maſculi vigoris decus leviter habet adſperſum; etiam hic unum alterumve muliebris formæ ſpecimen proponemus. Ἀμήχανόν τι καὶ δαιμόνιον κάλλος: *Ineſtimabilem aliquam divinamque pulchritudinem*, Heliod. lib. 11 Æthiop. φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, γυναικῶν εὔκλεια, καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών: *Pulcherrimum opus elaborare aliquid geſtientis Naturæ, decus mulierum, Venerisque viva per omnia imago*, Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 1. Arbiter ſane deſcripturus facie inclyta mulierem, *Veneris effigiam*, ut eſt apud Plaut. Rudente, Actu 11, Scena *Quis eſt qui noſtris*, &c. majorem nullam cumulatioremque exſuperantis formæ laudem dicere potuit, quàm quod una inter omnes pulchras excelleret, una facile ex omnibus noſceretur: *Quid huic formæ*, inquit, *aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile? Quid contra hanc Helene, quid Venus poſſet? Ipſe Paris, Dearum libidinantium judex, ſi hanc in comparatione vidiſſet, tam petulantibus oculis & Helenam huic donaſſet & Deas.* Et aliquanto ante: *Lateri applicat meo mulierem omnibus ſimulachris emendatiorem. Nulla vox eſt, quæ formam ejus poſſit comprehendere: nam, quidquid dixero, minus erit. Crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effuderant; frons minima, & quæ radices capillorum retro flexerat: ſupercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum pene permixta: oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ: & oſculum, quale Praxiteles Dianam habere credidit. Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor extinxerat.* Ad hæc quamvis inſignia Petronii verba, ſuaviſſimus iterum Anacreon eſt advocandus:

	Henr. Stephanus vertit:
Ἄγε ζωγράφων ἄριστε,	*Agedum perite pictor,*
Γράφε ζωγράφων ἄριστε,	*Pinge ô perite pictor,*
Ῥοδίης κοίρανε τέχνης,	*Rhodiæ magiſter artis,*
Ἀπεοῦσαν ὡς ἂν εἴπω,	*Abſentem ut edocebo,*
Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.	*Depingito mi amicam.*
Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον	*Depinge mollicellos*
Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·	*Primum nigroſque crines;*
Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,	*Si fert & ipſa cera,*
Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.	*Unguenta pinge olentes:*
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς	*Nigroque ſub capillo,*
Ὑπὸ πορφυρέαισι χαίταις	*Genis abuſque primis*
Ἐλεφάντινον μέτωπον.	*Frontem fac illi eburnam.*
Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι	*Supercili nigrantes*
Διάκοπτε, μήτε μίσγε,	*Diſcrimina nec arcus,*
Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη,	*Confundito nec illos:*
Τὸ λεληθότως σύνοφρυν	*Sed junge ſic, ut anceps*
Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.	*Divortium relinquas;*
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς	*Quale eſſe cernis ipſi.*
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,	*At ignis inſtar, ejus*
Ἅμα γλαυκὸν ὡς Ἀθήνης,	*Sit fulgurans ocellus:*
	Et glaucus, ut Minervæ:

Et

Ἅμα δ' ὑγρὸν ὡς Κυθήρης.	*Et pætus, ut Cytheres.*
Γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,	*Naſum genaſque pinge,*
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.	*Lacti roſas remiſcens.*
Γράφε χεῖλος οἷα Πειθοῦς,	*Pithûs ſit at labellum,*
Προκαλούμενον φίλημα.	*Quod oſculum laceſſat.*
Τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου	*Intraque molle mentum,*
Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ	*Per colla lævia omnes*
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.	*Sint Gratiæ volantes.*
Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν	*Ad ultimum, nitente*
Ὑποπορφύροισι πέπλοις	*Illa induatur oſtro.*
Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν	*Pateat tamen mihi pars*
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.	*Cutis puſilla, totum*
Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν.	*Qua corpus arguatur.*
Τάχα κηρὲ καὶ λαλήσεις.	*Quid plura? eam ecce cerno.*
	Loquere, credo, cera.

Formoſiſſimæ virginis imaginem depinxit quoque Libanius in ecphraſtica Oratione de Pulchritudine. Longum eſſet plura hic formoſorum formoſarumque exempla in probatis auctoribus paſſim obvia congerere; quum ſufficere poſſint duo humanæ pulchritudinis ac fœditatis exempla, quæ ex Apollinari Sidonio nequaquam pigebit deſcribere; præſertim, cùm ad geminam hanc luculentæ atque infelicioris formæ imaginem expedite admodum referri queant multiplices diverſiſſimorum ſcriptorum loquendi modi, ad dignoſcendam veræ pulchritudinis vim non inutiles.

CAPUT IX.

§. 1. *Theodoricus rex Gothorum, forma præter cæteros conſpicuus, aſſumitur hic in exemplum pulchritudinis.*

§. 2. *Ut luculenta forma ſummam Regibus adſtruit auctoritatem, ita perinſigni aliqua corporis pravitate notabiles contempti etiam vulgo ſpretique ſolent eſſe.*

§. 3. *Exacti corporis laus quibus competat.*

§. 4. *Totius capitis & faciei rotunditas præcipue commendatur.*

§. 5. *Frons debet eſſe plana, candida, tenuis, brevis, pura.*

§. 6. *Capillorum pulchritudo præcipue facit ad formæ dignitatem; requiritur autem in iis ut ſint imminentes fronti, denſi, longi, dividui, flavi, tenues, molles, criſpi, dociles.*

§. 7. *Pulchram cervicem oportet eſſe mobilem, ſucci plenam, longam, candidam, rectam.*

§. 8. *In oculis obſerva magnitudinem, colorem, nitorem, vigorem, hilaritatem, ſeveritatem*

§. 9. *Supercilia ſint multum arcuata, ſupra naſum levi diſcrimine commiſſa, nigra, læta.*

§. 10. *Palpebrarum pulchra ſpecies mire auget formam.*

§. 11. *Malas genaſque commendat tumor, mollities, candor, rubor, hilaritas, lux.*

§. 12. *Aures mediocres optimæ.*

§. 13. *Naſum laudant paullo pleniorem; leviter uncum; rectum quidem, ſed circa nares nonnihil diffuſum.*

§. 14. *Potiſſimum eſt in labris ut, præter mollitiem & flagrantiam coloris, modici ac leviter veluti ſubridentis oris gratiam perficiant.*

§. 15. *Dentes commendat candor & apta collocatio.*

§. 16. *Pilorum infra atque intra nares fruticantium quotidiana ſucciſio.*

§. 17. *In barba ſpectatur mollities, color.*

§. 18. *Mentum ſit ſucculentum, candidum, modicum, molle, leviter denique in extremitate diviſum.*

§. 19. *Gutturi gratiam addit ſucculentia, candor, mollities.*

§. 20. *In collo ſpecta proceritatem, candorem, ſucculentiam.*

§. 21. *Juvenilis rubor cutem inficiat.*

§. 22. *Verecundus rubor mire auget formam.*

§. 23. *Humeri laudantur candidi, lati, teretes, celſi.*

§. 24. *Lacerti ſint nivei & molles.*

§. 25. *In brachiis exigitur candor, mollities.*

§. 26. *Manus patulas, teneras, longas, candidas; digitos molles, oblongos, candidos, teretes; ungues nitidos eſſe oportet.*

§. 27. *Pectus laudatur à latitudine & candore.*
§. 28. *Venter planus maxime commendatur.*
§. 29. *Dorſum humilior inter excrementa coſtarum ſpina diſcriminare debet.*
§. 30. *Latus validum ſit & longum.*
§. 31. *Ilia debent eſſe ſuccincta.*
§. 32. *Femur carneum, juvenile, tenerum, candidum laudatur.*
§. 33. *Genu viride ſit.*
§. 34. *In crure poſtulatur ut agile ſit, & rectum, ac ſuras habeat teretes*
§. 35. *Pes candidus & exiguus laudatur.*

Theodoricus rex Gothorum, omnium ætatis ſuæ multo formoſiſſimus, graphice depingitur.

SIdonius certe Apollinaris lib. 1, epiſt. 2, de Theodorico Gothorum rege agens, cujus perſonam Deus arbiter & ratio Naturæ, conſummatæ felicitatis dote ſociata, cumulaverant: *Si forma quæratur*, inquit, *corpore exacto; longiſſimis brevior, procerior eminentiorque mediocribus. Capitis apex rotundus: in quo paululum à planitie frontis in verticem cæſaries refuga criſpatur. Cervix non ſedet nervis. Geminos orbes hiſpidus ſuperciliorum coronat arcus: ſi vero cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo prope pervenit. Aurium legulæ (ſicut mos gentis eſt) crinium ſuperjacentium flagellis operiuntur. Naſus venuſtiſſime incurvus. Labra ſubtilia; nec dilatatis oris angulis ampliata: ſi caſu dentium ſeries ordinata promineat, niveum protinus repræſentat ipſa colorem. Pilis infra narium antra fruticantibus quotidiana ſucciſio. Barba concavis hirta temporibus; quam in ſubdita vultus parte ſurgentem, ſtirpitus tonſor aſſiduus genas adusque forcipibus evellit. Menti, gutturis, colli, non obeſi, ſed ſucculenti, lactea cutis; quæ propius inſpecta, juvenili rubore ſuffunditur; namque hunc illi crebro colorem, non ira, ſed verecundia facit. Teretes humeri: validi lacerti: dura brachia: patulæ manus. Recedente alvo, pectus accedens. Aream dorſi humilior inter excrementa coſtarum ſpina diſcriminat. Tuberoſum eſt utrumque muſculis prominentibus latus. In ſuccinctis regnat vigor ilibus. Carneum femur: internodia poplitum bene maſcula: maximus in minime rugoſis genibus honor. Crura ſuris fulta turgentibus: &, qui magna ſuſtentat membra, pes modicus.* Quamvis autem eximia hæc formæ virilis imago ſatis graphice depicta eſſe videatur, nonnihil tamen ei lucis ex mutua cum aliis autoribus collatione acceſſurum ſperamus.

Pulchritudo, ut conſentaneum eſt, maxime convenit Regibus.

§. 2. Ac primum quidem videtur Apollinaris de forma Regis ſciſcitantibus uſque adeo ſollicite ſatisfacere voluiſſe, ut pulcherrimum corpus heroica ac plane divina mente præditum judicantes, regni quoque gubernaculis admotum id eſſe gauderent. Solent certe homines majus aliquid ab iis, quos rarior forma commendat, exſpectare. Πολλοὶ κατὰ τὴν τοῦ σώματος λάμψαντες ὥραν, καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν διέλαμψαν: *Multi eximia corporis forma illuſtres, etiam animo emicuerunt*, Iſidorus Peluſiota lib. IV, epiſt. 71: vide locum. Neque male affirmant Stoici: Τὴν ὥραν ἄνθος ἀρετῆς εἶναι: *Pulchritudinem eſſe virtutis florem*, Laërtius lib. VII, in Zenone. Οἷον εἰ ξυννοίης ποταμοῦ κάλλος λειμῶνα ἐπιῤῥέον· καλὰ μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ ἄνθη, λαμπρυνόμενα δὲ ὑπὸ τοῦ ὕδατος πρὸς τὴν ὄψιν· τοῦτο δύναται καὶ ψυχῆς ἄνθος ἐμπεφυτευμένον σώματι καλῷ· ἐκλαμπρύνεται ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐκλάμπει, καὶ διαφαίνεται. καὶ ἔστι σωμάτων ὥρα οὐδὲν ἄλλο, ἢ μελλούσης ἀρετῆς ἄνθος, καὶ οἱονεὶ προοίμιον κάλλους ὡραιοτέρου. ὥσπερ γὰρ τοῦ ἡλίου προφαίνει τις αὐγὴ ὑπὲρ ἄκρων ὀρῶν, ἀγαπητὸν ὀφθαλμοῖς θέαμα, διὰ τὴν προσδοκίαν τοῦ μέλλοντος· οὕτω καὶ τῆς λαμπρᾶς ψυχῆς προφαίνει τις ὥρα ὑπὲρ ἄκρων τῶν σωμάτων, ἀγαπητὸν φιλοσόφοις θέαμα, διὰ τὴν προσδοκίαν τοῦ μέλλοντος: *Ut ſi fluvium pulchrum cogites, qui pratulum irrigat: flores enim quamvis pulchri ſunt, qui ſub aqua, pulchriores tamen aquæ cauſa videntur. Idem poteſt flos animæ, pulchro innatus corpori: illuſtratur ab eo, elucet, ſplendorem ſuum transfundit. Ut nihil aliud ſit pulchritudo corporis, quàm futuræ virtutis flos, & majoris quaſi pulchritudinis præludium. Sicut enim ſolis exortum præcedit fulgor quidam in ſummitate montium, quo vehementer delectantur oculi, propter expectationem ſolis mox emerſuri; ita animæ ſplendore ſplendor aliquis in extremis corporis partibus præcedit, quo plurimum delectantur Philoſophi, quia aliud mox venturum vident*, Maximus Tyrius Diſſertat. IX. *Non fruſtra plane opinione ſapientium, qui naturalium momenta cauſſarum ſubtilius ſciſcitati arcanis cœleſtibus nobiles curas intulerunt, auguſtiſſima quæque ſpecies plurimum creditur trahere de cœlo. Sive enim divinus ille animus, venturus in corpus, dignum prius metatur hoſpitium: ſive, quum venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo: ſive aliud ex altero creſcit; &, quum ſe paria junxerunt, utraque majora ſunt*, Lat. Pacatus Panegyr. Theodoſio Aug. dicto. *Plerumque Virtus & Pulchritudo per ſe invicem componuntur*, inquit Servius ad verſ. 149 quarti Æneidos. *Hinc eſt Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus. Nam Herculi ſatis incongrua eſt pulchritudo. Sic Plautus in Pyrgopolinices fabula de muliere interrogat: Quidnam fortis eſt? id eſt, pulchra.* Hæc Servius. Quum itaque inveterata inter homines opinione receptum ſit, ex decore membrorum colligi poſſe,

poſſe, quantus illa cœleſtis ſpiritus intrarit habitator; mirum quoque nemini videri debet, quarundam olim conſenſu nationum formoſiſſimo delatum ſemper fuiſſe imperium; qua de re vide Athenæum lib. XIII, cap. 2; Lucretium lib. v, verſ. IV. Quod tamen ſic intelligendum, ut ad formam præcipue pertinere cenſeamus ſtaturam grandiorem. Nam, ut ait Ariſtoteles lib. IV Nicom. cap. 3: Ἐν μεγέθει μεγαλοψυχία, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι· οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ: *In magnitudine magnanimitas, ſicut & pulchritudo in magno corpore: parvi autem venuſti ſunt, & recto membrorum omnium commenſu concinni, formoſi vero minime.* Hinc Archidamum regem, quemadmodum autor eſt Plutarchus initio libelli de Educatione puerorum, Lacones olim pecunia multarunt, quod perexiguæ ſtaturæ uxorculam duxiſſet domum, eoque videretur producturus οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκους: *Non reges, ſed regulos.* Etenim, ut loquitur Athenæus lib. XIII Philoſophantium in convivio, cap. 2, Ὡς ἔοικε, τὸ κάλλος βασιλείας οἰκεῖον ἐστι. Cathæna urbs eſt Indica, cujus incolæ tanto in honore habent pulchritudinem, ut regnum non niſi formoſiſſimo deferant: *Stephanus de Urbibus in* Κάθαια. Vide *Strabonem lib.* XV, *de Cathea Sophitis regione; Diod. Siculum lib.* XIX; *Curtium lib.* IX, *cap.* 1. Æthiopum quoque moribus in eligendo rege maxima ſtaturæ ratio habetur, ac ſi Natura ipſa magnis mentibus digna ſemper corporum domicilia metaretur: *Themiſtius Orat.* 1; *Ariſtoteles Polit. lib.* IV, *cap.* 3. *Hominibus barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt; magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt,* Q. Curtius lib. VI, cap. 5. Quin ipſam quoque Romanam plebem ab hac animorum inclinatione non omnino abhorruiſſe, docet nos Tacitus lib. I Hiſt. cap. 7: *Ipſa ætas Galbæ,* inquit, *& irriſui, & faſtidio erat, aſſuetis juventæ Neronis, & imperatores forma ac decore corporis (ut mos eſt vulgi) comparantibus.* Proinde quoque Auguſtus Imp. hac conſideratione adductus, *Calceamentis altiuſculis uſus eſt; ut procerior, quàm erat, videretur.* Vide Suetonium in Auguſt. cap. 73. Notum eſt illud Euripidis, apud *Athenæum lib.* 13, *cap.* 2; etiam *Porphyrium in Iſagoge,* ſed Poëtæ nomine non expreſſo:

Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.

Neque aliud innuere voluerunt ſummi autores, cùm tacitas quaſdam verendæ majeſtatis ac ſplendidæ nobilitatis notas Regibus atque apprime nobilibus viris ineſſe contendunt. Apud Homerum profecto Iliad. Γ, verſ. 170, Agamemnonem ex regalis majeſtate formæ agnoſcit Priamus. Plautus quoque Milit. glor. Act. 1, Sc. 1, *formam regiam* dixit inſignem formam. *Saul ſacerdotali prius à Samuële unguento perfuſus, rex conſtitutus eſt. Hic ex tribu Benjamin, Cis patre ortus, modeſtus animi, forma excellenti erat; ut merito dignitas corporis dignitati regiæ conveniret,* Sulpitius Severus ex cap. IX & X libri primi Samuëlis. *Dion magnam habuit corporis dignitatem, quæ non minimum commendatur,* Æmil. Probus. *Iphicrates fuit & animo magno, & corpore, imperatoriaque forma; ut ipſo adſpectu cuivis injiceret admirationem ſui,* Idem. Florus libro II, cap. 14: *Pſeudophilippus regiam formam, regium nomen, animo quoque regio implevit.* Ammianus quoque Marcellinus ſub finem libri XXX, de Valentiniano Imperat. *Pulchritudo ſtaturæ, lineamentorumque recta compago, majeſtatis regiæ decus implebat.* Gennadius in Panegyrico Theoderico regi dicto, de eodem Theoderico: *Statura eſt quæ deſignet prolixitate regnantem.* Seneca Hippol. verſ. 829, de Theſeo:

Sed iſte quiſnam eſt, regium in vultu decus
Gerens, & alto vertice attollens caput?

Lucanus Panegyr. ad Piſonem:

Sed ſuper iſta movet plenus gravitate ſerena
Vultus, & inſigni præſtringit imagine viſus.
Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mæſtum,
Nec fluidum, læta ſed tetricitate decorum
Poſſumus: ingenitæ ſtat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna ſuis natalibus ora.

Heliod. lib. II Æthiop. de Theagene, referente genus ad Achillem: Συνέτυχον τῇ ὑστεραίᾳ τῷ νεανίσκῳ, καί μοι ἀληθῶς ἔδοξε τοὺς Ἀχιλλείδας ἐμπρέπειν, πιστός ἐστι τὴν μορφὴν, καὶ τοσοῦτος ἰδεῖν τὸ μέγεθος, ὡς βεβαιοῦν τῇ θέᾳ τὸ γένος: *Poſtridie in juvenem incidi, & mihi vere videbatur inter Achillidas præter cæteros conſpicuus: talis forma, & corporis proceritate videbatur, ut vel viſu ſolo genus ſuum ſtabiliret.* Themiſtius, cui Euphrada à ſermonis ſuavitate cognomentum additum eſt, in Oratione de clementia Theodoſii Imp. inter alia & hoc addit: φύεται ἢ καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ σπανίως γε τοῦτο καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ, ὅταν ἄμφω συμπέσῃ καὶ συνομαρτήσῃ τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀγλαΐα· καὶ οὗτός

ἐστιν

ἐστιν ἀπεχνῶς ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ ὑπὸ χωλὸν ὑπὸ κολοβὸν αὐτοῦ τὸ κάλλος, ἀλλ᾽ ἄρτιον καὶ ὁλόκληρον: *Naſcitur Rex & inter homines, ſed tamen raro, & poſt longa annorum intervalla; tunc ſcilicet, cùm animi pulchritudo cum corporis excellentia conjungitur, ac commiſcetur. Atque is certe magnus eſt Rex, cujus & forma & ſpecies integra eſt, omnique ex parte abſoluta & perfecta.* Claudian. de Nupt. Honor. & Mar. verſ. 262:

> \- - - *Quamvis aliena fuiſſes*
> *Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.*
> *Quæ propior ſceptris facies? Quis dignior aula*
> *Vultus?* - - -

Et mox verſ. 316:

> *Fronte quis æquali? Quem ſic Romana decerent*
> *Culmina? Sufficerent tantis quæ pectora curis?*
> *Stes licet in populo, clamat, quicunque videbit;*
> *Hic ille eſt Stilico. Sic te teſtatur & offert*
> *Celſa poteſtatis ſpecies non voce feroci,*
> *Non alto ſimulata gradu, non improba geſtu.*
> *Affectant alii quicquid, fingique laborant,*
> *Hoc donat natura tibi.* - - -

Idem libro I de Laudibus Stiliconis, verſ. 45:

> *Spondebatque ducem celſi nitor igneus oris,*
> *Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt*
> *Semideis.* - - -

Albinovano in ea quæ de morte Druſi ad Liviam eſt Elegia, dignitas hæc imperatoria *generoſa forma* vocatur. Abunde nunc ex iis quæ attulimus locis liquet, quàm prono ſemper favore mortales veram pulchritudinem proſequantur: quod prætereundum non putavi, ut ſingula perfectæ formæ monumenta nobiſcum percenſentibus in ipſo ſtatim operoſæ collationis ingreſſu occurreret tantam eſſe Formæ potentiam, ut ipſi quoque Virtuti ex ea non levis accedat commendatio, juxta illud Virgilii v Æneid.

> *Tutatur favor Euryalum, lachrymæque decoræ,*
> *Gratior & pulchro veniens e corpore virtus.*

Ἥδιστον ἦν θέαμα ὁ Ἀχιλλεύς· πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν; οὐ διὰ τὴν ξανθὴν κόμην· καὶ γὰρ ὁ Εὔφορβος ἐκόμα ἦν· τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τὸ καλὸν ἥδιστον ἦν ὑπὸ τῆς ἀρετῆς ἐξαπτόμενον: *Suaviſſimus erat viſu Achilles (quid ni eſſet?) non tamen ob flavam cæſariem; nam & Euphorbum commendabat coma; ſed pulchritudinem Achillis virtutis ſplendor illuſtrabat*, Maxim. Tyrius Diſſertatione xv. Plautus Moſtellaria Act. 1, Scen. *Jam pridem ecaſtor*, &c.

> *Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habeas.*

M. Tullius de Claris Oratoribus: *Seditioſorum omnium poſt Gracchos L. Apulejus Saturninus eloquentiſſimus viſus eſt; magis ſpecie tamen, & motu, atque ipſo amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ. Neque multo ſecus P. Lentulus, cujus & excogitandi & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas.* Baſilius Magnus epiſt. 373: Τοῖς καλοῖς φασι πάντα μετὰ τῆς τοῦ κάλλους προσθήκης γίνεσθαι· ὥστε καὶ λύπας αὐτοῖς καὶ ὀργὰς ἐπιπρέπειν. ἥδιον γοῦν ἄν τις ἴδοι ἐγκαλούμενον τὸν ἀγαπώμενον, ἢ θεραπεύοντα ἕτερον: *Ajunt pulchris omnia cum pulchritudinis acceſſione accidere; adeo ut dolores atque iræ iis quoque decus addant. Libentius itaque quis intueatur ſtomachantem amaſium, quàm famulantem alium.* Quemadmodum vero, & ut hoc obiter addam, tacita quædam veneratio ſequi ſolet ſpecioſam atque luculentam dynaſtarum formam, ſic manifeſto contra contemptui atque etiam contumeliis obnoxii ſunt quandoque magnates, quibus formæ modus non ſatis honeſtus obtigit. Æmilius Probus de Ageſilao: *Hic tantus vir*, inquit, *ut Naturam fautricem habuit in tribuendis animi virtutibus; ſic maleficam nactus eſt in corpore exiguo, & claudus altero pede: quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem; atque ignoti, faciem ejus cùm intuerentur, contemnebant.* Facetum eſt quod accidit Philopœmeni, inclyto quondam Achæorum duci. Erat is formæ infelicioris: ad prandium itaque ab amicorum aliquo vocatus, adfuit ante tempus: quumque eum hac illac otioſe obambulantem amici uxor conſpicata eſſet, juſſit eum ſecare ligna; ex mala ſcilicet forma & modico cultu ſervum eſſe conjectans. Paret Philopœmen, & ſtrenue ſatis, quod mandatum erat, uſque in amici adventum, exſequitur. Quo ingreſſo atque exclamante, Quid hoc eſt rei? Quid vero aliud, inquit Philopœmen, quam pœnam deformitatis luo? Vide *Plutarchum in Philopœmene; Tzetzem*

Chil.

Chil. VI, *Hiſtoria* 84. *C. Macer auctoritate ſemper eguit, ſed fuit patronus propemodum diligentiſſimus; hujus ſi vita, ſi mores, ſi vultus denique non omnem commendationem ingenii everteret, majus nomen in patronis fuiſſet*, Cicero de Claris Oratoribus. In Galbam eloquentia clarum, ſed quem habitus corporis deſtruebat, M. Lollii vox circumfertur, Ingenium Galbæ male habitat: *Macrobius lib.* II *Saturnal. cap.* 6. Tolerari tamen utcunque poſſent hæc incommoda, niſi perſæpe pravi corporis pravum quoque animum eſſe plerique judicarent. Erato Terpſitheæ apud Theophyl. Simocatum: Τὴν τῆς φύσεως σοφίαν τεθαύμακα, κακίςῃ ψυχῇ σώματος ἀπιςεῖσαι μὴ προδίδωσι: *Naturæ ſum admirata ſapientiam, quæ peſſimæ animæ non concredidit venuſtatem corporis.* Ita malam olim faciem habentes, ne quidem hominis liberi faciem habere dicebant: *Quintil.* VI, 3. Notum eſt illud Martialis libro XII, Epigramm. 54:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus:
Rem magnam præſtas, Zoïle, ſi bonus es.

Anthol. Græcorum Epigramm. lib. II, cap. ultimo:

Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὡς τὸν πόδα· καὶ γὰρ ἀληθῶς
Εἰκόνα τῶν ἔνδον σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Non pede tu claudus tantum; Natura ſed, intus
Quæ fuerant, extra conſpicienda dedit.

Cicero libro III Accuſat. in C. Verrem: *Apronius ille (ut ipſe non ſolum vita, ſed etiam corpore atque ore ſignificat) immenſa aliqua vorago eſt ac gurges vitiorum turpitudinumque omnium.* Vellejus Patercul. lib. II, cap. 69: *In Vatinio deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii: adeo ut animus ejus digniſſimo domicilio incluſus videretur.* Tacitus quoque Annal. XV, cap. 34: *Vatinius inter fœdiſſima Neronianæ aulæ oſtenta fuit, ſutrinæ tabernæ alumnus, corpore detortus, facetiis ſcurrilibus.* Ex hac ſane inveterata perſuaſione (quam tamen pulchre confutat Jul. Scaliger de Subtilitate, exercit. 295) proceſſit, quod incantatrices olim veneficas diri oris indicio deprehendi poſſe putaverint. Canidiam certe talem depinxit Horatius: quem vide. Quintilianus quoque Declam. XV, pro meretrice veneficii rea: *Exſpecto*, inquit, *ut ſit ante omnia minax vultus, feralis habitus, horreant ſquallore crines, rigeat ſuper neſandas cogitationes efferata triſtitia. Facinus, quod dicitur inquietare ſuperos; ſidera diris agitare carminibus; tumulos, buſta ſcrutari, & amputatis cadaveribus ipſas in ſcelus armare manus; fieri non poteſt, ut autorem ſuum non primo ſtatim prodat aſpectu.* Cæterum de his ſatis nunc: reſtat ut ad ipſam porro conſummatæ pulchritudinis tractationem cum Apollinari noſtro tranſeamus.

§. 3. Corpore exacto. Intelligendum hoc videretur de inemendata corporis ſtructura, qualem Abſoloni tribuit ſacra hiſtoria, 2 Sam. XIV: 25; juxta illud Ovidii Amorum libro I, Eleg. 5:

Emendata corporis ſtructura in quo conſiſtat.

In toto nuſquam corpore menda fuit.

Horatius lib. II, epiſt. 2:

Candidus & talos à vertice pulcher ad imos.

Martialis libro VII, Epigramm. 17:

Corpus nulla litura notat.

Plautus Epidico, Actu V, Scen. *Male morigerus*, &c.

Uſque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſima.

Poſſent, inquam, hæc Sidonii verba accipi de *Forma nullo naturali vitio excæcata*, ut loquitur Arbiter; niſi ex proxime ſequentibus verbis appareret, intelligi debere de tali ſtatura, quam *juſtam* dixit Suetonius in Galba, cap. 21: *Statura fuit juſta*, inquit: & in Nerone, cap. 51: *Statura fuit pene juſta.* In Tiberio denique, cap. 68: *Statura fuit, quæ juſtam excederet.* Ad quæ verba vide Caſaubonum. Hæc *ſtatura juſta* Plauto in Aſinaria Act. II, Sc. *Ut demonſtratæ*, &c. dicitur *ſtatura commoda*. Apulejo denique lib. II Metam. *Inenormis proceritas* dicitur: *Cuncta corporis*, inquit, *inexplicabiliter ad regulam congruentia: inenormis proceritas, ſucculenta gracilitas, rubor temperatus.* Contra vero Vitellio, inter alia vitia corporis, *Enormis proceritas* objicitur apud Suetonium in ejus vita, cap. 17. Arnobius lib. III adv. Gentes componit inter ſe *nanos, longos, medios.* Unde liquet, juſtæ ſtaturæ homines non male *medios* dici. Quibus vero ſtatura commodior non obtigerat, pulchriores judicabantur ſi nonnihil eam exceſſiſſent,

ceſſiſſent, quam ſi eos hæc decoræ formæ gratia deficeret. Suetonius in Claudio Cæſ. cap. 30: *Auctoritas dignitasque formæ non defuit vel ſtanti, vel ſedenti, ac præcipue quieſcenti: nam & prolixo, nec exili corpore erat; & ſpecie canitieque pulchra, opimis cervicibus.* Ipſas quoque mulieres eminentiore ſtatura conſpicuas maximopere ſemper laudabant: nam & Helenæ procentatem maxime prædicat Theocritus Idyll. XVIII:

> Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν
> Πιείρη, μεγάλη· ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ,
> Ἢ κάπῳ κυπάρισσος. - - -
> *Sic & aurea Helena elucebat inter nos*
> *Valida, procera: quemadmodum procurrit ſulcus in arvo,*
> *Aut in horto cupreſſus.* - - -

Et regi ſuo Archidamo gravem mulctam irrogaverunt Lacedæmonii, quòd induxiſſet in animum puſillam ducere uxorem; hac aliter ac ſi reipublicæ regulos, non reges dare ſtatuiſſet: *Plutarchus de Liberis educandis.* Archidamum quoque ob hoc ipſum ab ephoris fuiſſe mulctatum, refert idem Plutarch. circa initium vitæ Ageſilai. Lucretio certe libro quarto, verſu 1156, procera virgo dicitur

> - - - *Cataplexis, plenaque honoris.*

Ovid. Amorum lib. II, Eleg. 4:

> *Tu quia tam longa es, veteres Heroïdas æquas.*

Idem Amorum libro III, Eleg. 3:

> *Longa decenſque fuit; longa decenſque manet.*

Propert. lib. II, Eleg. 2:

> *Fulva coma eſt; longæque manus; & maxima toto*
> *Corpore; & incedit vel Jove digna ſoror.*

Quamquam ne quidem humilioris ſtaturæ hominibus qualiſcunque laus formæ negabatur, ſi modo non abeſſet iſta σώματος συμμετρία, *corporis congruentia*, quam Herodianus tribuit Commodo Imperat. omnium ejus ætatis hominum formoſiſſimo. Agricola certe, teſte Cornelio Tacito in ejus vita, cap. 44: *Decentior quàm ſublimior fuit; nihil metus in vultu; gratia oris ſupererat.* Agricola igitur, ut ut ſublimis non eſſet, decens tamen ac ſpecioſus videbatur. Οὕτως ἄρα κάλλους ὑπερβολὴ καὶ εἰς μεγέθους ἔμφασιν φέρει προσθήκην: *Sic utique exuperantia formæ etiam ad magnitudinis repræſentationem addit incrementum*, ut veriſſime loquitur Heliodorus lib. II Æthiop. Carcini tragici tres pueri, propter corporum exilitatem, ὄρτυγες ſive *coturnices* dicebantur: vide *Scholia in Irenen Ariſtophanis.* Præter eam quam diximus *ſtaturam juſtam*, ejusque exceſſum ac defectum, annotanda quoque hic eſſet *media militaris ſtatura*, quam T. Manlio Torquato tribuit Livius lib. VII ab U. C. Quemadmodum & *quadrata ſtatura*, quam Veſpaſiano tribuit Suetonius in ejus vita, cap. 20: *Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris.* Cornelius Celſus lib. II, cap. 1: *Corpus habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum: nam longa ſtatura, ut in juventa decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur; gracile corpus, infirmum; obeſum, hebes eſt.* Talis ſtaturæ homines pari prorſus ratione τετραγωνιαίους dixere Græci auctores Geoponici Conſtantino Imp. inſcripti, lib. II, cap. 1: Τὸν ἀροῦντα χρὴ μακρότερον ἔχειν τὸ σῶμα· τοὺς δὲ τὰς ἀμπέλους ἐργαζομένους, οὐχ οὕτως ὑψηλοὺς εἶναι χρὴ, τετραγωνιαίους δέ. Quem locum commode ſatis videntur exprimere Columellæ verba, ex lib. I de Re ruſtic. cap. 1: *Longiſſimum quemque aratorem faciemus. Vineæ non ſic altos, quemadmodum latos & lacertoſos viros exigunt.* Cæterum hanc quadratam ac mediam militarem ſtaturam, quoniam non tam pulchritudinem quam robur viri militaris perficit, conſulto, ut ab hoc loco alienam, prætterimus.

Sphærica figura capitis optima eſt.

§. 4. CAPITIS APEX ROTUNDUS. *Solis humanis corporibus ineſt in capite ſphæræ ſimilitudo; quæ forma ſola mentis eſt capax*, Macrobius in Somnium Scipionis lib I, cap. 14. Vide quoque Lactantium cap. 8 de Opificio Dei. Inter omnes vero reliquas exactiſſimi corporis partes primum locum capiti, rei ſacræ, ſumma cum ratione tribuit Sidonius. Ὅτι δ' ἱερὰν ἐνόμιζον τὴν κεφαλὴν, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ κατ' αὐτῆς ὀμνύειν· καὶ τοὺς γινομένους πταρμοὺς ἐξ αὐτῆς προσκυνεῖν ὡς ἱερούς· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς συγκαταθέσεις βεβαιοῦμεν τῇ ταύτης ἐπινεύσει: *Quod vero caput olim ſacrum quid exiſtimaverint, manifeſtum eſt ex conſuetudine per caput jurandi, quemadmodum etiam ex more adorandi ſternutationes ex eo provenientes, nec non quòd aſſenſiones nutu capitis firmemus*, Athenæus lib. II Deipnoſoph. cap. 25. Rotundum interim capitis apicem, *Caput tereti rotunditate collectum*,

ctum, dixit Arnob. lib. IV adverſ. Gentes. *Caput noſtrum*, inquit Caſſiodorus de Anima, cap. 16, *ſex oſſibus compaginatum, in ſimilitudinem cæleſtis ſphæræ rotunda concavitate formatum eſt, ut ſenarium illum perfectiſſimum numerum ſedes noſtri cerebri, cujus organo ſapimus, contineret*, &c. Quamquam non de ſolo capite intelligendum hoc videatur, ſed etiam de vultu, præcipua capitis parte. Iſmenes certe faciem perfecte rotundam deſcribit Iſmenias apud Euſtathium (niſi cum Mauſſaco Eumathium autorem hujus ſcripti libeat appellare) lib. III de Amoribus Iſmenes & Iſmeniæ: Ὅλον τὸ πρόσωπον, inquit, κύκλος ἀπηκριβωμένος (ἀπηκριβωμένος?)· ἡ ῥὶν κέντρου λόγον ἐπεῖχε πρὸς ὅλον τὸ κύκλωμα: *Tota facies erat perfectus circulus. Naſus centri rationem habebat ad totum circulum.* Jupiter quoque apud Coluthum de Raptu Helenæ, Paridem in Dearum judicio, Συνοχὴν βλεφάρων καὶ κύκλα προσώπων, *Palpebrarum conjunctionem & faciei rotunditatem*, potiſſimum jubet conſiderare, quum ſic Mercurium alloquitur:

> Παῖδα Πάριν Πριάμοιο, τὸν ἀγλαὸν ἡβητῆρα
> Τρωῆς βουκολέοντα κατ᾽ οὔρεα πίκνον ἀκούεις,
> Κείνῳ μῆλον ὄπαζε, διακρίνειν δὲ θεάων
> Κέκλεο καὶ βλεφάρων συνοχὴν, καὶ κύκλα προσώπων.
>
> *Paridem Priami filium, ſplendidum illum puberem,*
> *In montibus Trojæ boves paſcentem, fili ex auditu noſti?*
> *Illi malum præbe, & ut dijudicet Dearum*
> *Jube & palpebrarum conjunctionem, & faciei rotunditatem.*

Ἑλίκωπις, περιφερὴς τὰ πρόσωπα, Heſychius. Opponitur autem rotundo capiti *caput mutilum*, quale Sileno tribuit Aur. Nemeſianus Ecloga III, quæ inſcribitur Bacchus: magis tamen proprie *acutum caput*. Martialis lib. VI, Epigr. 39:

> *Hunc vero acuto capite, & auribus longis;*
> *Quæ ſic moventur, ut ſolent aſellorum;*
> *Quis morionis filium neget Gyrthæ?*

Homerus Iliad. B, verſ. 217, ubi Therſiten deſcribit:

> Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ᾽ ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω
> Κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθε
> Φοξὸς ἔην κεφαλὴν· ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη.
>
> *Strabo erat, claudus autem altero pede, & ipſius humeri*
> *Curvi, & in pectus contracti: & deſuper*
> *Acutus erat capite, rara autem percurrebat lanugo.*

Φοξὸς Autori brevium ſcholiorum, quem aliqui Didymum vocant, hoc in loco exp. ὀξυκέφαλος, *Acuto capite præditus, caput habens faſtigiatum.* Φοξὸς, λιπόδερμος, ὀξυκέφαλος: Heſychius. Vide *Athenæum lib.* XI, *cap.* 8; *Pollucem lib.* II, *cap.* 4, §. 3. Φῦτκος, ὀξυκέφαλος: Heſychius. Φιλοκλῆς κωμῳδίας ποιητὴς αἰσχροπρόσωπος· ἦν δὲ προκέφαλος, ὡς ἔποψ· ὅπερ ὀξυκέφαλος: Suidas. Ἐχινοκέφαλον Κρατῖνος τὸν Περικλέα εἶπε: *Cratinus dixit Periclem echini caput habere*, Pollux lib. II, cap. 4, §. 3. Ubi tamen ex Plutarcho in Pericle recte σχινοκέφαλον, *caput habentem ſimile bulbo ſcillæ*, legas: poſteaquam enim ſcriptor graviſſimus Periclem deſcripſit: Τὰ μὲν ἄλλα τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος ἄμεμπτον, προμήκη δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀσύμμετρον: *Reliqua quidem corporis ſpecie inculpatum, capite vero oblongo incongruoque notabilem*; mox addit: Ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται· μὴ βουλομένων, ὡς ἔοικε, τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν. οἱ δ᾽ Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν· τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι: *Unde omnes fere imagines ejus galeis circumdantur: nolentibus, ut videtur, artificibus hoc vitium ei exprobrare. At Poetæ Attici Schinocephalum eum vocaverunt: Scillam enim nonnunquam etiam Schinon nuncupant.* Enormiter magnum caput habentes, Tullio lib. I de Nat. Deorum *Capitones* vocantur.

§. 5. PAULULUM A PLANITIE FRONTIS. Frons igitur, ut pulchra judicetur, *plana, candida, tenuis, brevis, pura* denique debet eſſe. *Planam frontem* hæc Sidonii verba nobis commendant. Dianæ quoque *planam frontem* tribuit Apulejus libro XI Metamorph. Opponitur autem *planæ fronti* duplex vitium; unum, *tuberoſæ frontis*, ex natura; alterum, *contractæ* vel *caperatæ*, ex moribus. Primum tangit Arbiter: *Neſcio quis*, inquit, *ex concionibus calvus tuberoſiſſimæ frontis.* Tales Tullio libro I de Nat. Deorum, ſicuti & Arnobio lib. III adverſ. Gentes, dicuntur *Frontones*. Εὐρυμέτωπος, *latam frontem habens*, etiam dicebatur μετωπίας, ut Alcibiades: *Pollux lib.* II, *cap.* 4, §. 3. Heſychius Mileſius de Platone: Πλατὺς ὢν τὰ στέρνα καὶ τὸ μέτωπον, Πλάτων προσηγορεύθη: *Quoniam lato erat pectore ac fronte, dicebatur Plato.* Ab hoc vitio Cilones olim dicebantur; *Cilo, cui frons eſt eminentior, ac dextra ſiniſtraque velut* Frons.

recíſa videtur, Feſtus in Chilo. *Cilunculi*, Arnob. lib. III. *Cillo*, περικέφαλος, Gloſſ. vet. ut ante dictum. Alterum *contractæ* vel *caperatæ frontis* vitium à difficili quadam ac faſtidioſa intractabilis animi moroſitate proficiſcitur, morbique hujus expreſſa veſtigia fronti quàm altiſſime infigit. Plautus Rudente, Act. II, Sc. *Animo adverſari ſedulo*, &c.

Tortis ſuperciliis, contracta fronte, fraudulentum.

Idem Epidico, Act. V, Sc. *Male morigerus*, &c.

Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine?

Nonius Marcellus: *Caperare, eſt rugis frontem contrahere & aſperare; tractum à caprorum frontibus criſpis.* Καλεῖται τὸ ἐπὶ τοῦ μετώπου δέρμα, περιμετώπιδιον· αἱ δ' ἐν αὐτῷ χαραμαὶ, ῥυτίδες καὶ ἀμαρυγαί, Pollux lib. II, cap. IV, §. 3. Ἀμαρυγὰς Autor magni Etymologici dicit τὰς τοῦ μετώπου ῥυτίδας. Vide eum in Ἀμαρύσσω.

Candidam frontem, ἐλεφάντινον μέτωπον, amicæ ſuæ tribuit Anacreon. Vide *Theocritum Idyllio* XX, *verſ.* 24. Ovid. quoque lib. X Metamorph. verſ. 138, de Cypariſſo:

- - - *Nivea pendebant fronte capilli.*

Tenuem frontem, Ἁπαλὸν καὶ δροσῶδες μέτωπον, Bathyllo ſuo affingit Anacreon. Horatius Carminum lib. I, Ode 33:

Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor. - - -

Brevem frontem laudat Martialis lib. IV, Epigr. 42. Arbiter quoque in ea, quam ſupra ex eo adduximus, formoſæ deſcriptione: *Frons minima*, inquit, *& quæ radices capillorum retro flexerat.* Statius Sylvarum II, verſ. 43 Epicædii in Glauciam Melioris:

Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis.

Ubi per *caſtigatam frontem* intellige frontem, quæ macularum rugarumque expers, lævis brevisque confinii terminis includitur, quæque non tam ipſis comis, quàm *molli margine comarum*, ut loquitur Statius, in ordinem cogitur: unde quoque manifeſtum fit, tantopere laudatam pulchræ frontis brevitatem non à crinibus frontem ipſam artantibus prementibusque effici, ſed ab ἁρμογῇ quadam lanuginoſi tranſitus nigros capillos à candida fronte ſenſim dirimente.

Puram frontem laudat Propert. lib. II, Eleg. 22:

Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

Videtur autem ea, quæ dicitur *pura frons*, nihil aliud, quàm hilarem ſerenamque exporrectæ frontis gratiam inſinuare, juxta illud Calliſtrati in ſtatuam Occaſionis, Τὰ μέτωπα χάρισιν ἔστιλβεν: *Frons gratiis abundabat.* Egregium torvæ ſerenæque frontis temperamentum Honorio tribuit Claudianus, Panegyrico de IV Conſ. Honorii, verſ. 518:

Quantus in ore pater! radiat quàm torva voluptas
Frontis, & auguſti majeſtas grata pudoris.

Lucanus lib. VIII Pharſaliæ, verſ. 680, tribuit *generoſam frontem* Pompejo Magno. Opponitur ei *triſtis frons* apud Plautum in Aſinaria, Act. II, Sc. *Ut demonſtratæ*, &c. quemadmodum & *vultuoſa frons* apud Apulejum lib. III Metamorph. *Fotis mea*, inquit Apulejus, *ſui longe diſſimilis advenit: non læta facie, nec ſermone dicaculo, ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeverabat.* Juvenali in ipſo ſtatim initio Satyræ IX, eſt *frons obducta.*

Capilli. §. 6. CÆSARIES REFUGA CRISPATUR. Recte Sidonius decoram quoque comam refert inter ea quæ conſummatam conſtituunt formam; cum Homero aliisque magni nominis ſcriptoribus ſpectatæ pulchritudinis fœminæ ab hac potiſſimum parte ſoleant laudari. Sic ἠΰκομος, *pulchricoma* dicitur Rhea, Heſiod. Theog. verſ. 625. Helena, Iliad. Γ, verſ. 329. Thetis, Iliad. Δ, verſ. 512. Latona, Iliad. Α, verſ. 36. Minerva, Iliad. Ζ, verſ. 92. Niobe, Iliad. Ω, verſ. 602. Calypſo, Odyſſ. Μ, verſ. 389. Odyſſ. quoque Β, verſ. 119, Achivæ dicuntur ἐϋπλοκαμῖδες, *pulchros crines habentes.* Et rurſus Odyſſ. Ε, verſ. 390, ἐϋπλόκαμος ἠώς, *pulchros crines habens aurora.* Odyſſ. denique Ε, verſ. 125, ἐϋπλόκαμος vocatur Ceres; quemadmodum & Iliad. Ξ, verſ. 326, καλλιπλόκαμος nuncupatur. Quinimo regiam illam ſummi Jovis majeſtatem in decora cæſarie præcipue videtur collocaſſe Iliad. Α, verſ. 528: quibus Homeri verbis tantum pondus ac tanta vis ineſt, ut Phidias fateri non erubuerit, ſe fabricam Jovis Olympii ab hoc veluti archetypo duxiſſe. Videmus igitur, Homero paſſim pulchricomas, ut ſic loquar, dictas eſſe eas, quas inſignior forma illuſtrabat: non ob aliud, credo, quàm *Quòd præcipua*

cippa pars iſta corporis in aperto & perſpicuo poſita, prima noſtris luminibus occurrit: & quod in cæteris membris floridæ veſtis hilaris color, hoc in capite nitor nativus operatur. At vero (quod nefas dicere, neque ſit hujus rei ullum tam dirum exemplum) ſi cujuſlibet eximiæ pulcherrimæque fœminæ caput capillo ſpoliaveris, & faciem nativa ſpecie nudaveris; licet illa cælo dejecta, mari edita, fluctibus educata; licet, inquam, Venus ipſa fuerit; licet omni Gratiarum choro ſtipata, & toto Cupidinum populo comitata, & baltheo ſuccincta, cinnama fragrans, & balſama rorans, calva proceſſerit; placere non poterit, nec Vulcano ſuo. Quid? Cùm capillis color gratus, & nitor ſplendidus illucet, & contra Solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet, ac in contrariam gratiam variat adſpectum; & nunc ut aurum coruſcans in lenem mellis deprimitur umbram, nunc corvina nigredine cærulos columbarum colli floſculos æmulatur; vel nunc guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui diſcriminatus, & pone verſum coactus amatoris oculis occurrens, adinſtar ſpeculi reddit imaginem gratiorem. Quid? cùm frequenti ſobole ſpiſſus cumulat verticem, vel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat. Tanta denique eſt capillamenti dignitas, ut, quamvis auro, veſte, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat; tamen, niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit videri, Apulejus lib. II Metamorph. Ovidius III de Arte, verſ. 249:

> *Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,*
> *Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.*

Cajum Cæſarem *Capitis deſtituti, & emendicatis* (vel *emedicatis*) *capillis adſperſi deformitas* notabilem fecit, teſte Seneca *Quòd in ſap. non cad. injuria, cap.* 18. Κόμη, ut eſt in brevibus Scholiis ad verſum 197 Iliados Α, εἴρηται παρὰ τὸ κόσμον εἶναι τοῦ σώματος. Polluci quoque lib. II, cap. I: Ἄθριξ, ἄκομος τὴν κεφαλὴν dicitur ἄκοσμος. Mutuatur etiam ſacra pagina præcipuam celebratiſſimæ Abſolonis formæ commendationem à capillis ejus, 2 *Sam.* XIV: 26. Lacedæmonii diſciplinæ ſuæ rigorem impendente graviore aliquo bello nonnihil laxantes, indulgebant adoleſcentibus nitidiorem comæ cultum, nec non ſplendidiorem armorum veſtiumque ornatum; nec minus delectabantur hac eorum ferocia, quam exſultatione ac fremitu acrium equorum pugnam veluti laceſſentium. Lycurgus certe civibus ſuis alendæ comæ autor fuiſſe videtur: dixit enim formoſos hac ratione venuſtiores reddi; deformes vero, horridiores: vide *Plutarchum in Lycurgo*. Scipionem ſane, florentiſſimum adoleſcentem & inaffectata celſi corporis majeſtate conſpicuum, non parum inter plures alias inſignis formæ dotes adornabat promiſſa cæſaries; qua de re ſic Livius libro XXVIII ab U. C. ubi Maſaniſſam cum Scipione primùm in colloquium veniſſe narrat: *Ceperat jam ante Numidam*, inquit, *ex fama rerum geſtarum admiratio viri; ſubſtitueratque animo ſpeciem quoque corporis amplam ac magnificam: cæterum major præſentis veneratio cepit: & præterquam quod ſuapte natura multa majeſtas inerat, adornabat promiſſa cæſaries, habitusque corporis non cultus munditiis, ſed virilis ac vere militaris. Prope attonitus ipſo congreſſu Numida*, &c. Quamvis autem ſupra cap. IV, §. 3 hujus libri tertii ex Philoſtrati Heroicis didicerimus, Hectori ſine coma formam conſtitiſſe, non tamen hoc de calvitie videtur intelligendum; ſed quod omiſſo capillorum cultu nullis frontem ac malas obumbraverit capillis, retro pendulis contentus. Lycophron Caſſandra:

> \- - - Νυμφίους ἀρνούμεναι
> Τοῖς Ἑκτορείοις ἠγλαϊσμένους κόμαις.
> \- - - *Sponſos abnuentes*
> *Hectoreis ornatos comis.*

Ad quæ verba Tzetzes: Ἑκτόρειος κόμη, ἡ τὰ ὄπισθεν καθειμένα ἔχουσα, τὰ δὲ ἔμπροσθεν κεκαρμένα: *Hectorea coma eſt, quæ in tergum demittitur, frontem vero detonſam habet.* Plutarchus quoque in Theſeo: Ἔθους ὄντος τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων, ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεύς· καὶ τόπον ἀπ' αὐτοῦ τὴν Θησείαν ἔτι νῦν ὀνομάζεσθαι λέγουσιν. ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας· καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηῒς ὠνομάσθη δι' ἐκεῖνον. οἱ δὲ Ἄβαντες ἐκείραντο πρῶτοι τὸν τρόπον τοῦτον· οὐχ ὑπ' Ἀράβων διδαχθέντες, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν· οὐδὲ Μυσοὺς ζηλώσαντες· ἀλλ' ὄντες πολεμικοὶ, καὶ ἀγχέμαχοι, καὶ μάλιστα δὴ πάντων εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες. ὅπως οὖν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις, ἀπεκείραντο. τοῦτο δὲ ἀμέλει καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα συνιδόντα φασὶ προστάξαι τοῖς στρατηγοῖς ξυρεῖν τὰ γένεια τῶν Μακεδόνων, ὡς λαβὴν ταύτην ἐν ταῖς μάχαις οὖσαν προχειροτάτην: *Quum ſolenne eſſet, ut ex pueris qui excedebant, profecti Delphos comæ primitias Apollini ſacrarent, adiit Delphos Theſeus, & locum ab eo hac quoque memoria dici Theſeam autumant. Tonſum fuit autem ſinciput ejus ſolum, ut de Abantibus memorat Homerus: atque eſt hoc genus tonſuræ, Theſeïs ab illo nominatum. Abantes hunc in modum principes tonſi fuerunt, non*

 ab

ab Arabibus (ut quorundam ſert opinio) docti, neque æmulantes Myſos: ſed quod bellatores eſſent comminusque pugnarent, & præter cæteros conſerere manus didiciſſent cum hoſtibus. Ne igitur anſam hoſtibus capillorum præberent, tonſi fuere. Nempe id Alexandrum Macedonem quoque animadvertentem, edixiſſe ajunt ducibus ſuis, ut barbas Macedonum raderent, quod anſa hæc ſit in præliis promptiſſima. Vide plura apud Polyænum lib. I Stratagem. in Theſeo; quemadmodum & apud Heſychium in Ἐκλόρεσι. Quamobrem cùm tanta ſit comæ dignitas, ut ſolum eximiæ formæ decus in ea conſiſtere videatur; recte quoque nos atque ordine facturos puto, ſi penitius aliquantò, quid eam commendet, inſpiciamus. In genere itaque capillos commendabant Apollinis, Bacchi, & Veneris crinibus non abſimiles. Ovidius Amorum lib. I, Eleg. 14:

Formoſæ periere comæ, quas vellet Apollo,
Quas vellet capiti Bacchus ineſſe ſuo.
Illis contulerim, quas quondam nuda Dione
Pingitur humenti ſuſtinuiſſe manu.

Libanius Declam. IX, ubi deſcribit Alcibiadem: Κόμαι μὲν αὐτῷ τὰς κροτάφους ἐπισείονται Βακχικαὶ, τὰς στεφάνους ἤδη καὶ τὰς ἄνθεσι πρὸς κόσμον ἀνθαμιλλῶσαι: *Comæ quidem ipſi Bacchicæ incutiuntur temporibus, corollis jam & floribus ad ornatum certantes.* Cum violis quoque & hyacintho conſerebant vernantes formoſorum capillos. Claudianus de Nupt. Honorii & Mariæ, verſ. 265:

- - - Non labra roſæ, non colla pruinæ,
Non crines æquant violæ, non lumina flammæ.

Homerus Odyſſ. Z, verſ. 229:

Τὸν μὲν Ἀθηναίη θῆκεν Διὸς ἐκγεγαυῖα
Μείζονά τ' εἰσιδέειν, καὶ πάσσονα, κὰδ δὲ κάρητος
Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

Hunc quidem Minerva reddidit ex Jove nata,
Majoremque adſpectu & ſpiſſiorem: a capite vero
Criſpas demiſit comas hyacinthino flori ſimiles.

Hunc locum Homeri expreſſit Ariſtænetus lib. I, epiſt. I; quemadmodum & Longus Sophiſta lib. IV Paſtoralium: Ὁρᾷς ὡς ὑάκινθον μὲν τὴν κόμην ὁμοίαν ἔχει: *Vides ut hyacintho comam ſimilem habeat.* Speciatim vero laudabantur capilli *imminentes fronti, denſi, longi, dividui, flavi, tenues, molles, criſpi, dociles.*

Imminentes fronti capillos, qui tamen non tam incidant in ipſam frontem quàm impendeant, Patroclo tribuit Philoſtratus in Heroicis: Κόμης ξανθῆς ἔχει τὸ μέτριον, inquit, ἐπὶ γὰρ ὡς ἐπικρέμασθαι τῷ μετώπῳ μᾶλλον, ἢ κατ' αὐτὸ πίπτειν: *Comæ flavæ modicum habebat, ut immineret potius fronti, quàm in ipſam caderet.* Calliſtratus in ſecunda Praxitelici Cupidinis deſcriptione: Κόμης εἶχεν ἕλικας τὰς ὀφρύσιν ἐπιβαίνοντας: *Comæ habebat circulos ſupercilia invadentes.* Et rurſus in deſcriptione ſtatuæ Æſculapii: Πλοκάμων ἕλικες ῥεόμενοι χάρισιν, οἱ μὲν εἰς νῶτα τηλόθεν ἀφέτοι κέχυνται· οἱ δὲ ὑπὲρ μετώπου πρὸς τὰς ὀφρῦς ἐπιμένοντες, τοῖς ὄμμασιν εἰλοῦνται: *Cincinnorum autem circuli fluentes gratiis, partim in terga florentes libere funduntur, partim ſuper fronte ad ſupercilia pertingentes, oculis involvuntur.* Contra vero Lucianus in Dialogis meretr. ſupra modum deformem deſcripturus, Τὰς τρίχας ἀραιὰς ἔχουσαν καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦ μετώπου ἀπηγμένας: *Raros crines habentem, & longe à fronte reductos*, dixit. Atque hoc illud eſt, quod Anacreonti, ut vieto jam ac veternoſo ſeni, laſcivientes fœminæ ψιλὸν μέτωπον, *nudam frontem*, exprobrabant; quod fronti ejus jam glabræ rariores imminerent capilli. Ἀνάσιλλος, ἀναφαλαντίας, ἀκόσμητος τὴν κεφαλὴν, Suidas. Apud eundem tamen paulo poſt in Ἀναφαλαντίας legas ἀνάσιλλος. Ἀνάσιλλον τρίχωμα, τὸ ἀπὸ τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἀνεστραμμένον, Etymol. magnum. Ἀνάσιμον τρίχωμα, τὸ ἀπὸ τοῦ μετώπου ἐπὶ κορυφὴν ἐστραμμένον, Heſychius.

Denſos crines, ἀμφιλαφῆ κόμην dicunt, quod multi ſpiſſique de vertice deſcendentes prehendentis manum utrimque velut impleant. Narciſſo certe Philoſtrat. Iconum lib. I tribuit κόμην ἀμφιλαφῆ, *denſam comam:* quemadmodum & Panthiæ Iconum lib. II: Achilli denique in Heroicis. Horatius Carminum lib. III, Ode 19:

Spiſſa te nitidum coma.
Puro te ſimilem Telephe Veſpero.

Cum quibus Horatii verbis, ſi compoſueris illum, quem paulo ante citavimus Luciani locum, intelliges turpem judicari τὰς τρίχας ἀραιὰς ἔχουσαν: *tennes crines habentem* mulierem. Unde etiam Galbam Imp. galericulum capiti propter capillorum raritatem adaptaſſe atque annexuiſſe, ut nemo dignoſceret, teſtatur Suetonius in ejus vita, *cap.* 12:

ad

Digitized by Google

ad quæ verba vide Caſaubonum. Α᾽ϰλόθριξ, πιμιλόθριξ, ἡ πυρωροῖς καὶ ανεχοῦς ἔχων τὰς τρίχας, Heſychius.

Longos capillos commendat Ovid. Amorum lib. I, Eleg. 14, ubi conſolatur puellam, cui præ nimia cura comæ defluxerant;

At, ſi paſſa fores, quid erat ſpecioſius illis?
Contigerant imum qua patet uſque latus.

Item Amorum lib. III, Eleg. 3: vide locum. Apulejus XI Metamorph. *Crines uberrimi prolixique, & ſenſim intorti per divina colla paſſive diſperſi, molliter defluebant.* Achilles Tatius libro V: Κόμη πολλὴ, καὶ βαθεῖα, καὶ κατάχρυσος τῇ χροιᾷ: *Abundans coma, & longa, & aurei coloris.* Α᾽ργυρεῖος βαθυχαίτης, Heſiod. Theogonia, verſ. 977.

Dividuam comam Corinnæ ſuæ tribuit Ovidius Amorum lib. I, Eleg. 5:

Candida dividua colla tegente coma.

Ubi per *dividuam comam* videtur intelligi bene diſcriminata & pexa cæſaries, juxta illud Claudiani lib. II de Raptu, verſ. 15:

Illi multifidos crinis ſinuatur in orbes,
Idalia diviſus acu. - - -

Satius tamen eſt hic intelligere, *Crines fronte parili ſeparatu per malas revulſos*, ut loquitur Apulejus in deſcript. Bathylli, quam cap. IV, §. 9 hujus libri tertii ex eo adduximus. Calliſtratus in deſcript. ſtatuæ Orphei: Η῾ κόμη ὀφρύσιν ανωθεν διχόθεν ἐπιφαίνεσα καθαρὰς τῶν ὀμμάτων ἔφαινε τὰς βολάς: *Coma ſupra ſupercilia bifida apparens, puros oculorum radios detegit.* Himerius in procemio Epithalamii apud Photium: Ε᾽πανθεῖ τῇ κεφαλῇ πολὺς ὁ βόστρυχος, πορφύρων τε καὶ κατὰ μέτωπον σχιζόμενος: *In capite plurima effloreſcit coma purpurea, & in fronte diviſa.* Opponuntur iis *perplexi crines* apud Sulpitium Servaſtum Juniorem in Catal. vet. Poët.

Perplexi crines, frons improba, tempora preſſa.

Apulejus de ſemet ipſo in Apologia: *Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decôris promiſſum dixere, vides quàm non ſit amœnus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, ſtuppeo tormento aſſimilis, & inæqualiter hirtus, & globoſus, & congeſtus: prorſum inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi.*

Flavos crines non ſemper unius eſſe generis ex Philoſtrato diſcimus, qui in procemio Icon. Ξανθὴν κόμην, καὶ πυῤῥὴν, καὶ ἡλιῶσαν: *Flavam, rutilam, & ſolari quodam ſplendore candicantem comam*, nominat. *Ruſſus, & ruber, & fulvus, & flavus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & ſpadix, appellationes ſunt rufi coloris, aut acuentes eum & quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes*, A. Gellius noct. Attic. lib. II, cap. 26. Ξανθὴν κόμην, *flavam comam*, Jaſoni tribuit Philoſtratus Junior in Medea; & Ovidius Heroid. epiſt. XII, verſ. II; Medeæ, Valerius Flaccus lib. VIII, verſ. 237; Meleagro, Juvenalis Satyra V, verſu 119. Atalantæ quoque flavam comam tribuit Ælianus var. Hiſt. XIII, I: Ξανθὴ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, inquit, ἐκ ὑπὸ πολυπραγμοσύνης γυναικείας, καὶ βαφαῖς ἅμα καὶ φαρμάκοις· ἀλλ᾽ ἦν φύσεως ἔργον ἡ χροιά: *Flava erat ipſius coma, non cura quadam muliebri ſive tinctura, & pigmentis, ſed ex naturali colore.* Statius quoque lib. IV Theb. verſ. 262, Atalantæ filio Parthenopæo *flaventem comam* tribuit. Hylæ, Theocritus Idyllio XIII, verſ. 36. Menelaus ξανθὸς, *flavus*, dicitur Homero Iliad. Κ, verſ. 240, & paſſim alibi. Ξανθὴν κόμην, *flavam comam*, Achilli affingit Homerus Il. Ψ, verſ. 141: Claudianus de IV Conſ. Honorii, verſ. 557: ſicut & Philoſtratus in Heroicis eidem Achilli tribuit Κόμην χρυσοῦ ἡδίω, καὶ ἐυσχήμονα, ὅπη καὶ ὅπως κινοίη αὐτὴν ἢ ἄνεμος ἢ αὐτός: *Comam auro ſuaviorem, & compoſitam, ut vel ipſe, vel ventus eam moveret.* Atque inde eſt quod Martialis libro XII, Epigramm. 84, pulcherrimos crines *Achilleas comas* dixerit. Alexandrum Magn. flava coma decoravit; Ælianus var. Hiſt. XII, 13. Theocritus Idyll. XVII, verſ. 103, de Ptolemæo Philadelpho: Ξανθοκόμας Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν: *Ptolemæus flavis crinibus præditus, doctus lanceam vibrare.* Mercurio *flavos crines* tribuit Virgilius IV Æneïd. verſu 559. Servius ſub finem IV Æneid. *Matronis nunquam flava coma dabatur, ſed nigra; unde Juven. Satyra VI; Et nigro flavum crinem abſcondente galero. Didoni ergo datur, quaſi turpi, aut flavum dixit crinem Didonis, quia in Catone legitur de matronarum crinibus, Flavo cinere unctitabant, ut rutilæ eſſent. Flavus Ganymedes*, Horatius lib. IV Carm. Ode 4. Flavus Apollo: Ovidius I Amorum, Eleg. 15:

Vitia miretur vulgus; mihi flavus Apollo
Pocula Caſtalia plena miniſtret aqua.

Auroræ

Auroræ *flaventes* vel *croceos* adſcribit capillos Ovidius Am. lib. II, Eleg. 4. Ariadnæ, Idem lib. I de Arte, verſ. 532. Ita quoque ξανθὴν Ἀριάδνην dixit Heſiodus in Theogonia, verſ. 947. Europæ, Idem V Faſt. verſ. 609. Didonis flavum crinem memorat Virgil. ſub finem libri quarti Æneid. quemadmodum & Laviniæ, XII Æneid. verſ. 605. Lucretiæ, Ovid. II Faſt. verſ. 763. Oenonen denique flaventes habuiſſe capillos teſtatur Idem Heroid. epiſt. V, verſ. 122. Quotieſcunque autem flavi capillitii coruſcus fulgor in lenem mellis aut ceræ deprimitur umbram, fiunt κόμαι κηροχρῶτες, *comæ ut cera coloratæ*: de quibus loquitur Chæremon in Alpheſibœa, apud Athenæum lib. XIII, cap. 9:

> Κόμαι δὲ κηρόχρωτες ὡς ἀγάλματος.
> *Comæ ut cera coloratæ tanquam ſtatuæ.*

Pyrrhus à capillorum qualitate vocitatus eſt Achillis & Deïdamiæ filius, Servius ad verſ. 263 ſecundi Æneid. Et mox ad verſ. 467: *Pyrrhus à colore comæ dictus, qui Latine burrhus dicitur*. Virgilius X Æneid. verſ. 562:

> *Perſequitur fortemque Numam, fulvumque Camertem.*

Ubi Servius *fulvum* explicat ξανθόν. Πυῤῥὰν κόμαν, *rubram comam*, Daphnidi & Menalcæ formoſis tribuit Theocritus in ipſo ſtatim initio Idyllii octavi:

> Ἄμφω τώ γ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω.
> *Ambobus erat flava coma, ambo impuberes.*

Flavum caput Apollini tribuit Ovidius, lib. XI Metamorph. verſ. 166, propter radios; quum vetuſtiores Artifices atrum ſemper capillum Apollini decoris ergo tribuiſſe diſertiſſimis verbis teſtetur Athenæus lib. XIII, cap. 8. Flavaque cæſariem Germania, Feſtus Avienus in Orbis deſcript. verſ. 419. *Germanorum rufus crinis & coactus in nodum*, Seneca de Ira, lib. III, cap. 26; Lucanus lib. X, verſ. 131. *Gallis* flavam comam tribuit Claudianus lib. II in Rufinum, verſ. 111. Virgilius vero VIII Æneid. verſ. 659, tribuit Gallis *auream cæſariem*. *Sicambris*, Claudianus de Bello Getico, verſ. 419; de IV Conſ. Honorii, verſ. 446; lib. III de Laudib. Stiliconis, verſ. 18. *Britanni flavi*, Lucanus lib. III, verſ. 78. *Suevi flavi*, Lucanus lib. II, verſ. 51; Claudianus in Eutrop. lib. I, verſ. 380. *Geloni flavi*, Claudianus in Eutrop. lib. II, verſ. 103. Κρατῖνος σκυθικὸν ἔφη τὸν ἱππόνικον, διὰ τὸ πυῤῥὸν εἶναι: vide Heſychium in Σκυθικός. *Sarmatæ flavi*, Claudianus Feſcenninis in nuptias Honorii & Mariæ. *Rhuteni flavi*, Lucanus lib. I, verſ. 402. *Getæ flavi*, Claudianus de Raptu Proſerp. lib. II, verſ. 65. *Rutilos* Phaëtontis capillos memorat Ovid. II Metamorph. verſ. 319; quinetiam *fulva coma* inſignem deſcribit amicam ſuam Propert. lib. II, Eleg. 2. Quod ſi tamen profundius rutilantes capilli in rubrum tranſirent colorem, deforme id habebatur. Supra fuit illud Martialis:

> *Crine ruber, niger ore*, &c.

Ἡλιῶσαν κόμην duo conſtituunt; color gratus, & nitor ſplendidus: requiritur ergo in ea non color modo flavus bene temperato candore ſenſim illuminatus, verùm etiam vegeto ſplendore coruſcum Solis lumen, vel etiam ſuave radians aurum referens. Utrumque in Commodi Imp. capillis notavit Herodianus lib. I: Κόμη τε ἦν φύσει ξανθῇ καὶ οὔλῃ· ὡς εἴποτε φοιτῴη δι' ἡλίου, τοσοῦτον ἐκλάμπειν αὐτοῦ πυροειδές τι, ὡς τοὺς μὲν οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προσιόντι ἐπιπάσσεσθαι· τοὺς δὲ ἐκθειάζειν, λέγοντας αἴγλην τινὰ οὐράνιον περὶ τὴν κεφαλὴν συγγεγεννῆσθαι αὐτῷ: *Flava erat & criſpa cæſarie; quæ in ſole ambulanti velut igne quodam rutilaret; ſic ut euntem ſcobe aurea quidam putarent adſpergi: quidam etiam pro argumento divinitatis acciperent, & radios eſſe illos circa verticem genitivos arbitrarentur.* Philoſtr. Iconum lib. II, in Rhodogyne: Ξανθὸν μὲν, καὶ χρυσοῦ πέρα, τὸ ἀτακτοῦν τῆς κόμης. τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα κείμενον, ἔχει τι καὶ ἐς αὐτὴν παραλλάττον, ὑπὸ τοῦ πλάττεσθαι: *Comæ pars quæ ſoluta eſt, flava ac ſupra aurum. Quæ vero in altera parte poſita eſt, habet in ſe neſcio quid, ex compoſitione ſua varium.* Calliſtratus quoque in deſcript. ſtatuæ Narciſſi: Κόμαις ἐπιχρύσοις ἤστραπτε· κατὰ μὲν τὸ μέτωπον, τῆς τριχὸς ἑλισσομένης εἰς κύκλον· κατὰ δὲ τὸν αὐχένα, κεχυμένης εἰς νῶτα: *Aureis comis fulgebat: crinibus qui ſunt ad frontem in circulum volutis; qui vero ſunt ad cervicem, in tergum diffuſis.* Χρυσοκόμης Διόνυσος, Heſiodus Theogonia, verſ. 947. Apulejus lib. V Metamorph. de Cupidine: *Videt Pſyche capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam; cervices lacteas, genasque purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos; alios antependulos, alios retropendulos; quorum ſplendore nimio fulgurante, etiam ipſum lumen lucernæ vacillabat.* Tales olim Batavi, quos *auricomos* propterea nuncupat Silius Ital. lib. III de Bello Punico:

> *At tu tranſcendens Germanice facta tuorum,*
> *Jam puer auricomo performidate Batavo.*

Vide

Vide quæ de *Spuma Batava* tradunt Scriptores. Poppæa Neronis videtur χρυσῶδές τι, *quiddam auro ſimile*, habuiſſe in coma, & quod ſplendorem ſuccini referret. *Domitius Nero*, inquit Plin. XXXVII, 3, ubi de ſuccino agit, *in cæteris vitæ ſuæ portentis, capillos quoque conjugis ſuæ Poppeæ in hoc nomen adoptaverat; quodam etiam carmine ſuccina appellando. Et quoniam nullis vitiis deſunt pretioſa nomina, ex eo tertius quidam huc colos cœpit expeti à matronis.* Antilocho quoque ἠλιῶσαν κόμην tribuit Philoſtr. Iconum libro ſecundo, quemadmodum & Junior Philoſtratus Meleagro. Heliodorus denique lib. ſecundo Æthiop. de Chariclea: Ἡ κόμη τῆς Χαρικλείας, οὔτε πάντη διάπλοκος, οὔτε ἀσύνδετος· ἀλλ' ἡ μὲν πολλὴ καὶ ὑπαυχένιος, ὤμοις τε καὶ νώτοις ἐπεκύμαινε· τὴν δὲ ἀπὸ κορυφῆς καὶ ἀπὸ μετώπου δάφνης ἁπαλοὶ κλῶνες ἔστεφον, ῥοδοειδῆ τε καὶ ἡλιῶσαν διαδέοντες, καὶ σοβεῖν ταῖς αὔραις ἔξω τοῦ πρέποντος οὐκ ἐφιέντες: *Coma Charicleæ neque omnino conſtricta neque diſſoluta erat; ſed magna pars quæ cervicem ambiebat, terga & humeros inundabat; verticem vero & frontem lauri teneri rami coronabant roſæ in modum, coruſcantem ligantes comam, & moveri à ventis extra decorem impedientes.* Atque hæc eſt illa coloris nitoriſque gratia, quæ comam tantopere commendat: neque id mirum, quum in hac fulgurante capillorum ſplendore τὸ νάρκισσον ἄνθος τῶν πλοκάμων potiſſimum conſiſtat. Calliſtratus in prima deſcript. Cupidinis Praxitelici: πλόκαμοι αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐσκίαζον ἀνθηροὶ καὶ ἴουλοι, νεότητος ὑπολάμποντες ἄνθος: *Cincinni vero floriger & criſpantes caput ejus obumbrabant juvenili ſublucentes vigore.* Arbiter *vernantes comas* dixit:

> *Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli:*
> *Vernantesque comas triſtis abegit hiems.*

Pacuvius Antiopa:

> - - - *Cervicum floros diſpargite crines.*

Attius in Bacchis: *Nam flori crines video ut impexi jacent.* Utrumque locum citat Servius in XII Æneid. Ἀβροκόμας, ὁ τὴν κόμην φαιδρὰν ἔχων, Heſychius. Quamquam vero coruſcans illud comæ genus primas veræ pulchritudinis nunquam non tulerit; nigram tamen comam ne quidem laude ſua caruiſſe diſcas ex Ovid. Amor, lib. II, Eleg. 4:

> *Seu pendent nivea pulli cervice capilli:*
> *Leda fuit nigra conſpicienda coma.*

Horat. Carminum lib. I, Ode 32:

> *Et Lycum nigris oculis, nigroque*
> *Crine decorum.*

Martialis lib. VIII, Epigr. 64:

> *Sit moro coma nigrior caduco.*

Ἰοπλόκαμος, μελανόθριξ, Heſychius. Philoſtr. Iconum lib. II, tribuit Pantheæ χαίτην μέλαιναν τε καὶ ἀμφιλαφῆ: *Comam atram ac denſam.* Neptuno quoque tribuuntur nigri capilli, lib. VII Anthologiæ Græcorum Epigrammatum:

> Ἐγγύθι δ' εὐρύστερνος ἐφαίνετο κυανοχαίτης.
> *Proxime lato pectore apparebat habens crines nigros.*

Κυανοχαίτης, ὁ Ποσειδῶν, ἤγουν μελανόθριξ, Moſchop. περὶ σχεδῶν. *Atricapillus*, μελαγκόρυφος, μελανόθριξ, Gloſſæ vet. Cur vero nigram quoque comam judicaverint decoram, docet nos Ariſtænetus lib. I, epiſt. 7: Ἐξέλαμπε ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς μὲν τράχηλος, ξανθὴ δὲ παρειά· χρώματα λαμπρὰ μὲν τῇ φύσει· ἀνθηρότερα δὲ τῇ πρὸς τὸ μέλαν συνουσίᾳ: *Eminebat ex denſa nigraque coma candida cervix, flava vero gena. Colores ſplendidi quidem natura, floridiores vero conjunctione nigri.* Quiſquis ergo ſibi eximiam pulcherrimarum comarum ſpeciem cogitatione ac voto figurare volet, is cum Anacreonte λιπαρὰς κόμας, *nitidos capillos*, optabit.

> Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μέλαινας·
> Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἡλιώσας.
> *Interius quidem nigros,*
> *Extra vero ſplendentes.*

Eunapius certe in Jamblicho tales deſcribit capillos Cupidinis: Αἱ κόμαι μελάντεραί τε, inquit, καὶ ἡλιῶσαι κατεχέοντο: *Capilli nigri & ſplendentes confundebantur.* Ovid. Amorum lib. I, Eleg. 14:

> *Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis:*
> *Sed quamvis neuter, miſtus uterque color:*

Qualem clivoſæ madidis in vallibus Idæ
Ardua direpto cortice cedrus habet.

Myrrheum vel *myrteum* dixerunt hunc colorem in crinibus. Horat. Carminum lib. III, Ode 14:

Myrrheum nodo cohibente crinem.

Ubi tamèn vetus Interpres Pomponius Porphyrio *myrteum* legiſſe videtur. *Colorem*, inquit, *myrteum in crinibus hodie quoque dicunt; qui medius eſt inter flavum & nigrum.* Longus Sophiſta lib. I Paſtoral. Ἡ Χλόη εἴκασεν Δάφνιδος τὴν κόμην, ὅτι μέλαινα, μύρτοις. *Chloe Daphnidis comam, quoniam nigra erat, myrto aſſimilabat.* Tibullus libro III, Eleg. 4:

Spirabat Tyrio myrtea rore coma.

Ad quem locum vide quæ annotaverit Joſ. Scaliger. Atque hi forte ſunt capilli, quos à dubio nigri flavique coloris ſplendore *renidentes* dixit Apulejus III Metamorph. *Tuis iſtis micantibus oculis, & rubentibus bucculis, & renidentibus crinibus, in ſervilem modum addictum atque mancipatum tenes volentem.* Optimus igitur erat hic capillorum nativus color: ſolebantque olim ii, quibus talis cæſaries à natura non erat data, medicaminibus quibuſdam crines inficere, ut ad hunc colorem quàm proxime accederent. Ælianus var. Hiſt. IX, 9, de Poliorcete Demetrio: Ἔμελε αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι, διεκτένιζε τὴν τρίχα καὶ ξανθιζόμενον: *Studebat ipſe pulcher eſſe. Nam capillos pectendo diſponebat, & rufos faciebat.* Feſtus: *Rutilum, rufum ſignificat: cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt: unde traxerunt cognomina Rutiliæ, ut indicat frequenter Afranius.* Varro quoque lib. VI de L. L. *Mulieres valde rufæ Rutilæ dictæ.* Valer. Maximus lib. II, cap. I, ex. 5: *Romanæ olim fœminæ, quò formam ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos cinere rutilarunt.* Φέκλη τρὺξ κεκαυμένη τρίχας ξανθίζει μετὰ χρίσεως ἐλαίου νυκτὸς ὅλης συγχριομένη, Suidas. Plin. XXIII, 2: *Fæx aceti cremata ampliat vires. Tunc addito lentiſcino oleo illita una nocte rufat capillum.* Ad hæc Plinii verba dubio procul reſpexit Serenus præcepto med. V:

Ad rutilam ſpeciem nigros flaveſcere crines
Unguento cineris prædixit Plinius autor.

Sic enim legere ſatius eſt, quàm *Tullius*, quod eſt in vulgatis. Inſpice locum Sereni, & plura ad hanc, de qua nunc agimus, rem pertinentia invenies. Alium tincturæ hujus modum tradit Plin. XV, 22: *Tinguntur nucum cortice lanæ, & rufatur capillus primùm prodeuntibus nuculis: id compertum infectis tractatu manibus.* Et rurſus lib. XXVI, cap. ultimo: *Capillum lyſimachia flavum facit; denigrat hypericon, quod & corion vocatur.* Plura hujuſmodi loca paſſim apud eundem Scriptorem occurrunt. Martialis XIV, 4:

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Idem ibidem, Epigramm. 25:

Si mutare paras longævos cana capillos;
Accipe Mattiacas (quò tibi calva?) pilas.

Totam hanc rutilandæ comæ rationem accurate exequitur Iſaacus Voſſius in eruditis ad Catullum obſervationibus. Videmus itaque aureas haſce nigrorum capillorum extremitates ingenti prorſus cura ſumptuque immutatas: quin etiam ſuſpicari forte liceat *ingenuos crines*, ſupra §. 5, dictos Papinio crines eo colore infectos; quoniam hæc temporis pariter ac ſumptuum impenſa non niſi ingenuorum eſſet propria. Medea quoque non minus forte ab hoc matronalium comarum decore, quàm à ſtructura tutulorum, [illegible] τὴν κόμην dicitur Philoſtrato Juniori in Pictura Medeæ. Quemadmodum denique flavo rubore coruſcans crinis juvenili quadam gratia decorem capitis auget, ita caneſcens quoque coma ingenti quandoque caput honore perfundit. Eunapius in Proæreſio: Οὔλη τε ἦν αὐτῷ καὶ ἄγαν συνεχὴς ἡ κόμη, καὶ διὰ πλῆθος πολιῶν τριχῶν ἀφριζούσῃ θαλάττῃ συνεμφερὴς καὶ ὑπαργυρίζουσα: *Criſpum ei erat, & ſpiſſum capillitium, & propter frequentes canos interſperſos, ſpumanti æquori ſimile, inſtarque argenti albicans.* Apulejus quoque libro V Metamorph. quem ante dixit *Medium curſum ætatis agere, interſperſum rara canitie*, eundem paulo poſt deſcribit fuiſſe *ætate media, candenti canitie lucidum.* Μεσαιπόλιον dixere Græci, ut eſt apud Heſychium & Suidam. Claudianus lib. I de Raptu, verſ. 49, tribuit Parcis *ſeveram canitiem.* Idem de Nupt. Honorii & Mariæ, verſ. 324:

- - - *Vultusque auctura verendos*
Canities feſtina venit. - - -

Claudius

Claudius Imp. erat ſpecie canitieque pulchra, teſte Suet. in Claudio, cap. 30. Plin. Panegyr. Trajano Imp. dicto, *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis & dignitas oris, ad hoc, ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere Deûm feſtinatis ſenectutis inſignibus, ad augendam majeſtatem, ornata cæſaries, nonne longe lateque principem oſtentant?* Domitianus cujuſdam caput varietate capilli ſubrutilum & incanum, *perfuſam nivem mulſo* dixit: Sueton. in Domitiano, cap. 20. Σπαρνοπόλιος, ὀλιγοπόλιος, Heſychius. Σπαρτοπόλιος, incanus, Gloſſæ. Vide Auctorem brevium Scholiorum ad verſum 361 Iliados N. Inſignem comam habenti opponitur is apud Martialem lib. IV, Epigramm. 53:

- - - Cui cana putriſque
Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit.

Tenues capillos commendat Tibullus lib. I, Eleg. 10,

Tune putas illam pro te diſponere crines,
Aut tenues denſo pectere dente comas?

Ovidius Amorum lib. I, Eleg. 14:

Quid? quod erant tenues, & quos ornare timeres;
Vela colorati qualia Seres habent:
Vel pede quod gracili deducit aranea filum,
Cum leve deſerta ſub trabe nectit opus.

Molles capillos Cupidini tribuit Ovidius III de Ponto, Eleg. 3. Martialis libro V, Epigramm. 37:

Puella ſenibus dulcior mihi cygnis,
Agna Galeſi mollior Phalantini;
Quæ crine vincis Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque miſcelam.

Idem lib. IV, Epigramm. 42:

- - - Molleſque flagellent
Colla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.

Ovidius Amorum lib. I, Eleg. 14:

Cùm graciles eſſent tamen, & lanuginis inſtar;
Heu mala vexatæ quanta tulere comæ!

Silius Italicus lib. VIII *faciles comas* tribuit Scipioni:

Martia frons, facileſque comæ, nec pone retroque
Cæſaries brevior. - - -

Hircipili, durorum pilorum homines, Feſtus. Talis fuit Canidia venefica, de qua Horatius Epodon Ode 5:

Horret capillis ut marinus aſperis
Echinus, aut currens aper.

Criſpos capillos laudat Apulejus in Apologia, ubi ſigillum Mercurii adfabre ſculptum deſcribit: *En, vide*, inquit, *ut in capite criſpatus capillus ſub imo pilei umbraculo appareat.* Arbiter quoque, in deſcriptione formoſæ, *Crines ingenio ſuo flexos & per totos humeros diffuſos* ponit. Κόμη φυσικῶς ἑυελιγμένη: *Coma naturaliter criſpata*, Ariſtænetus lib. I, epiſt. I. : Ὁ τῶν πλοκάμων κιττός: *Cincinnorum hedera*, Theod. Prodromus lib. VI de amoribus Rhodanthes & Doſiclis. Κετταβία, οὐλόθριξ, Heſychius. Σπαβαλοκόμαν, οὐλοκόμην interpretatur Heſychius. Poſtea tamen Στραβαλοκομᾶν eidem eſt οὐλοκομᾶν. Ælianus var. Hiſt. XII, I, de Aſpaſia: Ἦν δὲ καὶ τὴν κόμην ξανθὴ, καὶ οὖλη τὰς τρίχας ἠρέμα: *Flava erat coma, & crinibus ſenſim criſpatis.* Achilles Tatius ſub finem lib. primi: Αἱ Λευκίππης κόμαι βοστρυχούμεναι μᾶλλον εἱλίσσοντο κιττοῦ: *Leucippes capillorum cincinni hederæ contortionibus implicatiores cernebantur.* Opponitur autem capillo criſpo *contumax capillus*, qui rigens & rectus in cirratos flexus variari recuſat. Martialis lib. X, Epigr. 65:

Tu flexa nitidus coma vagaris;
Hiſpanis ego contumax capillis.

Dociles capilli probantur Ovidio, Amorum lib. I, Eleg. 14:

Adde, quod & dociles, & centum flexibus apti;
Erudit admotas ipſe capillus acus.

Vidimus nunc quod optimi quidem ſunt crines *imminentes fronti*, *denſi* quoque, *longi*, *dividui*, *flavi*, *tenues*, *molles*, *criſpi*: quos tamen ſi habere non contigerit, proximum eſt ut dociles optemus. Nam ut recte Ovidius III de Arte:

Cura dabit faciem; facies neglecta peribit;
Idaliæ ſimilis ſit licet illa Deæ.
Munditiis capimur; ne ſint ſine lege capilli;
Admotæ formam dantque negantque manûs.
Nec genus ornatus unum eſt; quod quamque decebit,
Eligat; & ſpeculum conſulat ante ſuum.
Longa probat facies capitis diſcrimina puri;
Sic erat ornatis Laodameia comis.
Exiguum ſumma nodum ſibi fronte relinqui,
Ut pateant aures, ora rotunda volunt.
Alterius crines humero jactentur utroque;
Talis es aſſumpta, Phœbe canore, lyra.
Altera ſuccinctæ religetur more Dianæ;
Ut ſolet, attonitas cùm petit illa feras.
Hanc decet inflatos laxe jacuiſſe capillos;.
Illa ſit adſtrictis impedienda comis.
Hanc decet ornari teſtudine Cyllenea;
Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.
Sed neque ramoſa numerabis in ilice frondes;
Nec quot apes Hyblæ; nec quot in Alpe feræ:
Nec mihi tot cultus numero comprendere fas eſt:
Adjicit ornatus proxima quæque dies.
Et neglecta decet multas coma; ſæpe jacere
Heſternam credas; illa repexa modo eſt.
Ars caſum ſimulet. Sic capta vidit in urbe
Alcides Iolen; Hanc ego, dixit, amo.
Talem te Bacchus, Satyris clamantibus Euæ
Abſtulit in currus, Cnoſſi relicta, ſuos.

Idem lib. I Metamorph. verſ. 497:

Spectat inornatos collo pendere capillos;
Et, Quid ſi comantur? ait. - - -

Apulejo lib. II Metamorph. inornatus crinis dicitur *inaffectatum capillitium*. Et mox ibidem: *Sed in mea Fotide, non operoſus, ſed inordinatus ornatus addebat gratiam. Uberes enim crines, leniter emiſſos, & cervice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato patagio reſidentes, pauliſper ad finem conglobatos in ſummum verticem nodus adſtrinxerat.* Ovidius VIII Metamorph. verſ. 319 de Atalanta:

Crinis erat ſimplex, nodum collectus in unum.

Statius II Sylv. in Epicedio Pileti Urſi, verſ. 43:

- - - *Simplexque horrore decoro*
Crinis. - - -

κόμην ἀφελῶς πεπλοκισμένην: *Comam ſimpliciter plicatam*, dixit Ariſtænet. lib. I, epiſt. 19. Simplici atque inaffectato capillitio opponitur *capillus arte compoſitus*, apud A. Gellium noct. Attic. III, 5. Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: *Quemadmodum compoſito & delibuto capillo paſſim per forum volitet videtis.* Plautus Truculento, Actu II, Scen. *Quis illic eſt*, &c.

- - - *Abire hinc ni properas grandi gradu*
Jam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos cincinnos tuos,
Unguentatos uſque ex cerebro evellam. - - -

Arnobius lib. III *Capillorum contortionibus criſpulos* dixit. Sed quamvis capillus Arte compoſitus plurimum ab inaffectato capillitio videatur diſtare, longius tamen ab utroque recedit capillus quem *horrore implexum atque impeditum* dixit Apulejus: *Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decòris promiſſum dixere, vides quàm non ſit amœnus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, ſtuppeo tomento aſſimilis, & inæqualiter hirtus, & globoſus, & congeſtus: prorſum inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi*, Apulejus in Apologia. Σπόρθυγγες, αἱ συνεστραμμέναι μετὰ ῥύπου τρίχες, Heſych. Ut ut vero mollicelli iſti & coa-

ctis

ctis capillorum contortionibus criſpuli quibuſdam non ſatis emunctæ naris hominibus placere ſoleant; aliis tamen verum nativi decôris bonum acriore judicio percenſentibus rigidæ incultæque Hippolyti comæ vel ipſius Bacchi crinibus videbuntur ornatiores. Vide Senecam Hippolyto, verſu 757. Similem denique inornatum in maſculo adoleſcente ornatum pulchre nobis delineavit Theophilactus Simocatus epiſt. 15: Εἰς τῇ παλαίςρα τὸν Αὐγέαν τεθέαμαι. τὴν δὲ θέαν οὔτε λόγος ἐκφράσειεν, οὔτε ζωγράφου χεῖρες μιμήσαιντο. ἦν γὰρ ὁ νεανίας, εὐσθενὴς, ὄρθιος, τὸ στέρνον λάσιος· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ δορκάδος αὐτοῦ· τὸ δὲ βλέμμα οὔτε θυμῷ φοινισσόμενον, οὔτε μαλακώτερον τῇ ὑγρότητι, ἀλλ' ἀνδρεῖον καὶ πρᾶον ὁμοῦ. ἡ δὲ χροιὰ τοῦ σώματος, οὔτε πρὸς τὸ θηλυπρεπὲς ἐλευκαίνετο, οὔτε πρὸς τὸ μελάντερον κατεσκίαστο. ἡ δὲ θρὶξ ἠρέμα πως ἐπεκύμαινε τῇ οὐλότητι, καὶ κυανίζουσα ὥρᾳ γαλήνης τὴν θάλατταν εἰκονίζετο· ὅτε καὶ τὴν γείτονα χέρσον ἁπαλῷ περιπλύσεται ῥείθρῳ, τὸ μανιῶδες τοῦ κλύδωνος καὶ βάρβαρον παραιτησαμένη. αἱ δὲ παρειαὶ οὔτε κατέρυθροι, γυναικῶδες γάρ· οὔτε πάλιν ὠχρότητι τὴν ἀπρέπειαν ἐπεσύναζον. ἡ δὲ ῥὶν, λίαν σεμνῶς ἐπεφόρητο, καὶ πολλὴν τοῦ δημιουργοῦ φύσεως τὴν ἐπιστήμην ἀπήλεγχε. τὸ δὲ ἔλαιον ἐπικεχυμένον ἡλιοειδῶς περιήστραπτε· καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς τῆς ἐκλάμψεως, τὴν παλαίστραν ἀκτίνων δίκην ἠγλάιζε: *In palæſtra Augiam ſpectavimus, & ſpectaculum neque ſermo edicere, neque pictoris manus imitari poſſent. Aderant enim adoleſcenti robur & vires, erectum firmumque corpus, pectus piloſum, oculi quales ſunt cervarum ſive dorcadum, viſus neque rubens ex ira, neque mollitie dejectus, ſed ſimul virilis ac placidus. Color corporis neque albicabat, ut in fœminis, neque nimis erat niger. Crinis modice criſpus præ teneritudine, & purpurantem tempore malaciæ pontum retulit, quando vicinam terram leni allapſu circumfundit, furore fluctus & barbarie ſedata. Genarum rubor non ſupra modum, quod fœminarum, neque rurſum earundem decorem obfuſcabat pallor. Naſus elaboratiſſime detornatus, ut plurimum naturæ opificis artificium argueret. Oleum circumfuſum Solis in modum fulgurabat, & ſplendore lucis palæſtram quaſi radiis illuſtrabat.*

§. 7. CERVIX NON SEDET NERVIS. Pulchra cervix debet eſſe *mobilis, ſucci plena, longa, candida, recta*. *Mobilem cervicem* poſtulat Plin. lib. XI Nat. hiſt. cap. 37: *Cervix*, inquit, *è multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum*. Opponitur ei *cervix rigida*, qualem Tiberio Cæſ. in ejus vita, cap. 68, tribuit Suetonius. Cervix.

Succi plenam cervicem Bathyllo tribuit Apulejus. Suetonius in Claudio, cap. 30, videtur *opimas cervices* dixiſſe: quemadmodum & Ammianus Marcellinus lib. XXV teſtatur Juliano Imp. fuiſſe *opimam cervicem*. Herculem Herodis deſcribit Philoſtr. lib. II de vitis Sophiſtarum, in Herode: Εὐτραφῶς ἔχοντα τοῦ αὐχένος· τοῦτο δὲ, ἐκ πόνων ἥκειν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ σίτου: *Habitiorem habentem cervicem, id ipſi magis ex laboribus eveniſſe, quàm ex cibo.* Idem rurſus in Heroïcis de Patroclo: Ἡ κεφαλὴ ἐβεβήκει ἐπ' αὐχένος, οἷον αἱ παλαίστραι ἀσκοῦσιν: *Caput autem cervici impoſitum erat qualem luctæ exercent.* Opponitur ei *gracilis cervix*, & *cervix tumida*. Ita Cajum Cæſ. *gracilitas cervicis* dehoneſtabat, Sueton. in Cajo, cap. 50. Vatinium contra *tumida cervix* deformabat. Cicero in Vatinium: *Repente te, tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti.* Ἀδένες, συστροφαὶ σαρκώδεις περὶ τὸν τράχηλον, Etymol. magn. Πρηστῆρας φασὶ τὰς ἐκ πλαγίου τοῦ τραχήλου ἡμῶν φλέβας, Heſychius.

Longam cervicem laudat Tibullus lib. III, Eleg. 4:

> *Non illo quicquam formoſius ulla priorum*
> *Ætas, humanum nec fuit illud opus.*
> *Intonſi crines longa cervice fluebant.*

Δουλιχόδειρος, μακροτράχηλος, Etymol. magn. Ἐριαύχην, ὁ μεγαλοτράχηλος, Etymol. magn. in Ἀρθρέμβολα. Opponitur ei Βυσαύχην, ὁ τοὺς ὤμους ἀνέλκων, τὸν δὲ αὐχένα συνέλκων· ὃν ἐπίβουλον Ἀριστοτέλης φυσιογνωμονεῖ: *Byſauchen, id eſt, qui humeros attrahit, cervicem vero contrahit, quem inſidiatorem Ariſtoteles, juxta ſcientiam ex habitu corporis de moribus conjectandi interpretatur*, inquit Jul. Pollux Onomaſtici ſui libro ſecundo, cap. 4, §. 30. Vide quoque Heſychium, Suidam.

Candidam cervicem laudat Juvenal. Satyra X, verſ. 345:

> *Præbenda eſt gladio pulchra hæc & candida cervix.*

Arbiter, *Premebat illa reſoluta marmoreis cervicibus aureum torum.* Virgilius quoque X Æneidos verſ. 137, *lacteam cervicem* tribuit Aſcanio. Sic tamen candida ſit cervix, ut ſanguinis nonnihil in ea effloreſcat; plane quemadmodum Horatius I Carm. Ode 13, *Telephi cervicem roſeam* dixit. Virgilius quoque lib. I Æneid. verſu 406 tribuit Veneri *cervicem roſeam*.

Rectam cervicem Hyacintho tribuit Philoſtratus Junior: Αὐχὴν ἀνεστηκὼς τὸ μέτριον, inquit, *cervix excitata modice*. Et rurſus in Pelope: Αὐχὴν ἀνεστηκὼς, τὸ τῆς γνώμης ἔτυμον ἐλέγχει:

ἐλέγχει: *Cervix excitata mentis promptitudinem arguit.* In Heroic. quoque teſtatur Philoſtratus: Λῆμα δὲ Ἀχιλλέως δηλοῦσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ αὐχένος· εἶναι γὰρ δὴ ὀρθὸν καὶ ἀνεστηκότα: *Fidentiam Achillis & cervice ſatis indicari: eſſe enim rectam & excitatam.* Unde neque incongrue apud Heliodorum lib. 11 Æthiop. ὀρθὸς τὸν αὐχένα, *recta cervice*, depingitur Theagenes generis primordia & acres animos ab Achille trahens. Et rurſus ſub finem libri ſeptimi inducit eum, Τὸν αὐχένα ὄρθιον καὶ ἐλεύθερον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους αἴροντα, καὶ εἰς κορυφὴν τοὺς ἅπαντας ὑπερέχοντα: *Rectam cervicem & liberam ſuper alios extollentem, omneſque vertice ſuperantem.* Præcipue tamen Bacchi cervices ab hac dote commendat Claudianus de IV Conſul. Honorii, verſ. 563. Merito autem laudari videtur *recta cervix*, cùm ab ejus decore ſingularis quædam univerſo capiti accedat gratia. Seneca Hippolyto, verſ. 656:

- - - *Sic tulit celſum caput.*

Atque in hoc maxime conſiſtit *honor capitis & dignitas oris*, quam Trajano Imp. adſcribit Plinius in Paneg. Quinetiam Gratiam illam, quam Homerus Iliad. Z, verſ. 235 teſtatur capiti atque humeris Ulyſſis à Pallade circumfuſam, in hoc celſi capitis decore præcipue collocandam arbitramur. Opponitur autem ei *cervix obſtipa.* Horatius lib. II, Satyra V, verſ. 92:

Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.

Ubi Commentator vetus *obſtipo* exponit *fixo, immobili, triſti: vel, ut Scaurus dicit, inclinato in alterum humerum.* Perſius Satyra III, verſ. 80:

Obſtipo capite, & figentes lumine terram.

Suetonius in Tiberio, cap. 68: *Incedebat cervice rigida & obſtipa.* Ad quæ verba vide Caſaubonum. Poſtremo quoque ex hoc Sidonii loco diſce, vitioſa eſſe corpora in quorum artubus extantes apparent nervi: quomodo Blemyes Feſto Avieno in Orbis deſcriptione verſu 330 ſunt

Corpora proceri, nigri cute, viſcera ſicci,
Et circumvincti nervis exſtantibus artus.

Oculi. §. 8. GEMINOS ORBES. Θαύματος ἄξιος ἐν τοῖς κτίσμασιν ὁ ὀφθαλμός, οὗτος καὶ θεόν μοι διερμηνεύει, πᾶσαν καταμανθάνων τὴν κτίσιν, καὶ δι' αὐτῆς τὸν τεχνίτην ἐπιδεικνὺς, καὶ ἐκ τῶν ὁρωμένων ἑρμηνεύων τῇ ψυχῇ τὰ ἀόρατα· διὰ τούτου ἄλλα τε τῆς κτίσεως ἔμαθον, καὶ χρωμάτων ποικίλην βαφὴν, σκότους τε κατήφειαν, καὶ φωτὸς λαμπηδόνα· ὡς εἴγε ὁ ὀφθαλμὸς οὐχ ὑπῆρχεν, ἀμάρτυρος ἂν ἡ κτίσις ἐγήρασκεν, οὐδενὸς καθορῶντος τὴν ἐν αὐτῇ σωζομένην θεοῦ σοφίαν καὶ δύναμιν: *Oculus inter omnes creaturas dignus eſt admiratione: quandoquidem is omnem perluſtrans creaturam, ipſum quoque Deum in ea mihi enarrat, dum Creatorem in creatura veluti ſpectandum exhibet, atque animum à viſibilium inſpectione ad inviſibilium cognitionem traducit. Hujus opera cum plures alias res creatas percepi, tum præcipue multiplicem colorum tincturam, triſtitiam tenebrarum, lucis denique ſplendorem. Sublato nimirum oculo, omnis creatura teſtibus veluti deſtituta ſeneſcet, nemine ſapientiam potentiamque divinam in ea elucentem digne conſiderante*, Photius in Excerptis ex Aſterii Amaſeæ Epiſcopi Sermone in cœcum à nativitate. Ἡλίου πύλας ἀλληγορικῶς τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγουσί τινες: *Oculos quidam allegorice vocant Solis portas*, Heſychius. Vide quoque Iſidorum Peluſiotam lib. II, epiſt. 112. *Fronti ac ſupercilis ſubjacent oculi; pars corporis pretioſiſſima, ut qui lucis uſu vitam diſtinguant à morte*, Plin. XI, 37. Quamobrem etiam in perfectæ pulchritudinis conſideratione non putavit Sidonius oculos prætereundos: Μάλιστα γὰρ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ut recte loquitur Achilles Tatius lib. IV, κάθηται τὸ κάλλος: *In oculis enim ſedem ſuam potiſſimum figit pulchritudo.* Ἐπὶ δὲ σώματος τὸ τυραννικώτερον μέρος τῆς εὐμορφίας τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστὶ κάλλος: *In corpore valentior pulchritudinis pars eſt pulchritudo oculorum*, Iſidorus Peluſiota lib. III, epiſt. 268. Καλωπίς, εὐόφθαλμος, Heſychius. Conſiderabimus ergo in oculis *magnitudinem, colorem, nitorem, vigorem, hilaritatem, ſeveritatem.*

Magnos oculos tanti videtur feciſſe Homerus, *Cui validiſſima forma etiam in fœminis placet*, Quintil. XII, 10, ut ab oculis tantùm grandioribus digniſſimam Junonis formam deſcripſerit: ita Iliad. A, verſ. 551; & paſſim alibi ſemper incidas in illud: Βοῶπις πότνια Ἥρα: *Bovinis oculis veneranda Juno.* Libanius in Progymn. Ὅμηρος ἐνδείξασθαι βουλόμενος ὡς εἶησαν ὀφθαλμοὶ τῇ Ἥρᾳ καλοί τε καὶ μεγάλοι, βοῶπιν αὐτὴν ἐκάλεσε: *Homerus oſtendere volens, quod oculi Junonis magni eſſent & pulchri, bovinos oculos habentem dixit.* Cedrenus in deſcriptione Helenæ etiam hæc addit inter alia: Ἦν εὔστολος, εὔμαστος, λευκὴ ὥσπερ χιὼν, εὔοφρυς, εὔρινος, οὐλόθριξ, ὑπόξανθος, ὀφθαλμοὺς ἔχουσα μεγάλους: *Erat bene induta, pulchris prædita papillis, nivei coloris, ſpecioſo ſupercilio, eleganti naſo, crine criſpo ac ſubflavo, grandioribus oculis.* Ælianus *var. Hiſt.* XII, I, Aſpaſiæ for-

mam

Digitized by Google

mam deſcribens, addit, ὀφθαλμοὺς εἶχε μεγίστους: *Oculos habebat maximos.* Philoſtratus Iconum lib. II, magnos oculos tribuit Panthiæ: quemadmodum & lib. II de vitis Sophiſt. Alexandro Sophiſtæ, quem θεοειδῆ καὶ περίβλεπτον, *divina forma præditum & conſpicuum* fuiſſe teſtatur, tribuit ὄμμα τὸ ἁβρὸν καὶ μέγα: *Oculos molles & magnos.* Athenæus lib. XIII, cap. 6: Σταγόνιον καὶ Ἄνθις ἀδελφαὶ, ἐκαλοῦντο Ἀφύαι· ἐπεὶ καὶ λεπταὶ καὶ λευκαὶ οὖσαι, τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον: *Stagonium & Anthis ſorores, Aphuæ dicebantur, quòd cùm tenues & albæ eſſent, oculos haberent magnos.* Ariſtænetus denique libro I, epiſt. I, in Laide ſua laudat magnos oculos. Huc etiam facit, quod Juvenalis Satyra VI, verſ. 145, *minores oculos* refert inter fœda declivis ætatis incommoda:

Si verum excutias; facies, non uxor amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores,
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi.

In Ariſtotele, quòd μικρόμματος fuerit, notat Laërtius Diog. lib. V. Qui utroſque oculos parvos habebant, dicebantur *Ocelli*, Plin. VIII, 37. Cœculus, conditor urbis Prænestinæ, ideo dictus eſt, quia oculis minoribus fuit: *Servius ad verſ. 781 ſeptimi Æneid.*

Colores oculorum præcipuos tres enumerat Philoſtratus in prooemio Iconum, ubi χαροπὸν ὄμμα nominat, καὶ γλαυκὸν, καὶ μέλαν, *ravum oculum, cæſium, & nigrum.* Aliquanto aliter Iſidorus Peluſiota lib. IV, epiſt. 114: Εἰ καὶ εὐόφθαλμοι εἰσὶ πολλοὶ, ἀλλὰ καὶ τούτοις ἐστὶ διαφορά· οἱ μὲν γὰρ χαροποὶ, οἱ δ' ἐπιζοφεῖς, οἱ δὲ μελανόμματοι εὑρίσκονται, οἱ δὲ καὶ λευκοί: *Etſi pulchris oculis præditi ſint multi, tamen inter hos quoque eſt differentia. Alii enim cæſiis oculis, alii uvarum colorem ac ſpeciem referentibus, alii nigricantibus reperiuntur, alii etiam albicantibus.* Ὄμματος χαροποῦ, *ravi oculi,* plurima paſſim exempla occurrunt. Ita Philoſtr. Junior tribuit Meleagro χαροπῷ ἰταμῶς δεδορκὼς τὸ ὄμμα, *Ravos oculos horridum intuentes.* Notabile exemplum oculi quaſi χαροποῦ in Theagene obſervat Heliodorus ſub finem lib. II Æthiop. Ὀφθαλμὸς ὕπο μὲν χαροπὸς, χαροπώτερον δὲ μελαινόμενος, σοβαρώτερόν τι ἅμα καὶ οὐκ ἀνέραστον βλέπων, οἷος θαλάσσης ἀπὸ κύματος εἰς γαλήνην ἄρτι λεαινομένης: *Oculi non prorſus ravidi, attamen cum ravo colore nigricantes, aſpectum acriorem, neque tamen inamabilem habentes, tanquam maris poſt fluctus nuper in tranquillitatem compoſiti.* Plin. nat. Hiſt. lib. XI, cap. 37: *Oculi cæſii in tenebris clariores. Ferunt Tiberio Cæſari, nec alii genitorum mortalium, fuiſſe naturam, ut expergefactus noctu paullisper haud alio modo, quàm luce clara, contueretur omnia; paullatim tenebris ſeſe obducentibus:* vide locum. Idem lib. VII, cap. 2, ex Iſigono Nicæenſi tradit, *In Albania gigni quoſdam glauca oculorum acie, à pueritia ſtatim canos, qui noctu plus quàm interdiu cernant.* Minime prætereunda hic ſunt verba veteris Scholiaſtæ Apollonii Rhodii ad verſ. 1281 libri primi Argonaut. Τὸ γλαυκὸν καὶ χαροπὸν συνωνύμως λέγεται· ἀμφότερα γὰρ ἐπὶ τοῦ λαμπροῦ. ὅθεν καὶ Ἀθηνᾶ γλαυκῶπις, καὶ γλήνη ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ· παρὰ τὸ γλαύσσειν, ὅ ἐστι λάμπειν: *Idem valent* γλαυκὸς *&* χαροπὸς, *ſiquidem utrumque de ſplendido dicitur. Unde etiam* γλαυκῶπις *cognominatur Minerva, &* γλήνη *vocatur pupilla oculi,* παρὰ τὸ γλαύσσειν, *quod eſt ſplendere.* Γλαυκὸν ὄμμα, *cæſios oculos,* Minervæ ſemper tribuit Homerus. Iliad. enim A, verſ. 206, & paſſim alibi, γλαυκῶπις Ἀθήνη, *cæſiis oculis Minerva,* nuncupatur. *Latinis veteribus cæſia dicta eſt, quæ à Græcis* γλαυκῶπις, *ut Nigidius ait, de colore cæli, quaſi cælia,* A. Gellius noct. Attic. lib. II, cap. 26. Pauſanias lib. I, pag. 26, 55, ex vetuſta quadam fabula Lybica docet, cur imagines Minervæ glaucos habeant oculos. Cicero tamen lib. I de Natura Deorum facit *Cæſios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.* Mirum eſt itaque illud quod habes in Appendice Virgilii:

Minerva flavo lumine eſt, Venus pæto.

Præſertim cùm ex Arnobio lib. VI diſcamus, flavos oculos ἐκ διαμέτρου opponi cæſiis: *Poteſt fieri, ut barbatus in cælo ſit,* inquit, *qui eſſe à vobis effingitur levis. Poteſt ut in ſenectute provectior, cui puerilem commodatis ætatem. Poteſt ut hic flavus ſit, qui in veritate habeat oculos cæſios.* Utcunque tamen conſtat, oculos modice cæſios nunquam, nimium vero cæſios ſemper improbatos. Plutarchus de Sylla: Τὴν τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα δεινῶς πικρὰν καὶ ἄκρατον οὖσαν, ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσορᾶσθαι: *Cæſium illum oculorum colorem, admodum acerbum & intemperatum, color vultus aſpectu triſtiorem reddebat.* Hinc γλαυκιόων Græcis dicitur is, qui glaucorum oculorum formidabili atque acri ardore omnium animos vehementer percellit. Γλαυκιόων καταπληκτικῶς καὶ ἔμπυρον καὶ φοβερὸν βλέπων, Heſychius. Prorſus quemadmodum Catullo Carm. 46 *cæſius* dicitur leo:

Solus in Lybia, Indiaque toſta
Cæſio veniam obvius leoni.

Lucret.

Lucret. lib. iv, verſ. 1154, ubi ſtultos amatores deformium amicularum indecoros oculos leniori nomine ſibi ipſis commendantes traducit, *Cæſia, Palladion*; inquit, *nervoſa & lignea, Dorcas*. Lucianus denique in Dial. meretr. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰδὲ, μή σε ἀνιάτω, εἰ πάνυ γλαυκοὺς ἔχει αὐτοὺς, μηδὲ ὅτι διεστραμμένοι εἰσὶ, καὶ ἐς ἀλλήλους ὁρῶσι. *Oculos vide, neque te contriſtet, ſi nimis cæſios habet ipſos, neque quod ſint diſtorti, & ſe invicem intueantur*. Ubi in tranſitu nota, quod duo vitia oculorum attingit hic Lucianus; plus juſto cæſios, ac diſtortos. Nimium cæſios oculos Terentius *Heaut. Act.* v, *Sc.* 5; & *Hecyr. Act.* iii, *Sc.* 4, intellexit, cùm deformem virginem *cæſiam*, virum quoque deformem *cæſium* facit. De diſtortis oculis loquitur Tullius lib. i de nat. Deorum: *Reſcius*, inquit, *eſt perverſiſſimis oculis*. Διακορέζεσθαι, ἀτενῶς βλέπειν· παρὰ τὸ διαίγειν τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας βλέπειν, Etymol. magn. Σιλλαίνειν, τὸ στραβίζειν, Etymol. in Σίλλοι. Ἴλλαι οἱ στραβοί, Scholiaſtes Apollonii Rhodii in verſ. 486 libri primi Argonauticῶn. Ἴλλος, διάστραφος, ἢ ὁ ἔχων διάστροφον παρὰ τοὺς ἰλλοὺς, Heſych. Βλαὺψ, ὁ στραβὸς, Etymol. in Βλαὺψ & Παραβλῶπες. Μελανόφθαλμος κυανωπὸς, στραβὸς τὰς ὄψεις, Suidas. Μέλαν ὄμμα, *nigros oculos*, maxime videtur commendare Homerus, cùm ei Iliad. A, verſ. 389, & alibi paſſim, Græci dicuntur ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ, quod nigros & cum quadam volubilitate decoros oculos haberent. Ἑλικώπιδες παρθένοι, *nigris oculis virgines*, Philoſtr. Iconum lib. ii, in Venere. Patroclus quoque, teſte Philoſtrato in Heroicis; ἦν τὸν ὀφθαλμὸν μέλας, *oculis erat nigris*. Ariſtænetus lib. i, epiſt. i: Τὸ μέλαν τῶν ὀφθαλμῶν, αἱ κόραι μελάνταται· καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἱ γλῆναι λευκόταται· καὶ ἑκάτερον ἐναργέστερον πρὸς τὸ ἕτερον ἀποδείκνυται· καὶ τὸ δίχα ἀνομοίως εὐδοκιμεῖ παρακειμένῳ· ἔνθα δὴ τὰς χάριτας ἐγκαθιδρυμένας τεθέαμαι προσκυνεῖν: *Quod in oculis nigrum, pupulæ nigerrimæ; quod circum album, orbes candidiſſimi, alterumque comparatione alterius elucet, & diſparia valde gratiam ſumunt ab ipſa vicinia. Gratias ibi inſidentes adorare promptum.* Horatius Carminum lib. i, Ode 32:

> *Et Lycum nigris oculis, nigroque*
> *Crine decorum.* - - -

Plautus Pœnulo, Act. v, Scena *Ain' tu dixe* &c.

> *Specie venuſta, ore parvo, atque oculis pernigris.*

Anacreon in ea quæ ſupra fuit Bathylli deſcriptione, nigros ei vult eſſe oculos; amicæ vero ſuæ, cæſios. Cæſullam igitur optavit Anacreon. Quemadmodum enim *Ravillæ, à ravis oculis dicuntur; ita ab oculis cæſiis, Cæſullæ*, Feſtus. Laboraſſe interim veteres ut cæſios puerorum oculos arte & cura redderent nigros, ex Dioſcoride obſervavit Cl. Salmaſius Plinianarum exercitat. pag. 190.

Nitor oculorum, τὸ φλέγον τοῦ βλέμματος, ut loquitur Heliodorus ſub finem libri tertii Æthiop. Ἀμαρυγὰς, τὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἐκλάμψεις. Etymol. magn. in Ἀμαρύσσω. Ἀμαρυγὰς, ὄψεις· οἱ δὲ ἀκτῖνας ὄψεως. Suidas. Ex oculis Augiæ, cujus ſtabulum repurgavit Hercules, radii quidam effulſiſſe videntur. Ἐδόκουν ἀκτῖνες ἀπολάμπειν αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, ut eſt apud vetuſtiſſimum Scholiaſten in verſ. 172 libri primi Argonaut. Apollonii Rhodii. Unde *nitidi ocelli* dicti ſunt Juvenali Satyr. vi, verſ. 8: *Lucidum fulgentes oculi*, ut vocat Horatius Carminum lib. ii, Ode 12. *Micantia ſidereis ignibus lumina*, Mamertinus Panegyr. Juliano Imp. dicto. *Oculi clariores ſideribus extra lunam fulgentibus*, Arbiter. Statius ii Sylv. Epicedio in Glauciam Melioris, verſ. 42:

> *Sidereique orbes, radiataque lumina cœlo.*

Ovidius i Metamorph. verſ. 498:

> - - - *Videt igne micantes*
> *Sideribus ſimiles oculos.* - - -

Ariſtænetus lib. i, epiſt. i: Ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς, καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες: *Oculi magni & ſplendidi & pura luce nitentes.* Et mox epiſt. 7: Τὸ ὄμμα, καίπερ ἀγανακτοῦντος, ἡδύ· ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἄστρων πῦρ· φῶς μᾶλλον, ἢ πῦρ: *Fuit oculus quamvis excandeſcentis ſuavis; veluti ſiderum flamma; lumen magis quàm flamma.* Dicuntur & ὀφθαλμοὶ πάντας τῷ κάλλει καταστράπτοντες: *Oculi in omnes pulchritudine fulgurantes*, Heliodoro lib. ii Æthiop. Ὄμματα μαρμαίροντα, *oculi ſplendentes*, Homerus Iliad. Γ, verſu 397. Ἐμάρμαιρεν αὐτῇ τὸ βλέμμα μαρμαρυγὴν Ἀφροδισίαν: *Splendebat ipſius oculus fulgore venereo*, Achilles Tatius lib. v. Libanius quoque Declam. ix, ubi deſcribit Alcibiadis formam: Κόμαι μὲν αὐτοῦ τοὺς κροτάφους περιθέουσι βακχικαί· ὀφθαλμοὶ δὲ ἀφιᾶσι βολὰς τῆς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἁμιλλώμενοι, μεγαλαυχεῖ ἤδη καὶ χαῦρον καὶ πρεπωδῶς ὁρῶντες· καταλάμπονται δὲ παρειαὶ τῆς γλυκύτητος αὐτοῦ· τὸ δ' ἐρύθημα τῆς προσώπου τῇ τῶν λαμπάδων ἀστράπτει πυρί: *Crines ſane Bacchici pererrant tempora ejus; oculi radios ejaculantur Solis fulgoribus contendentes,*

dentes, generoſum modo, & ſuperbum, & lene cernentes; collucent vero genæ pupillis ipſi: rubor etiam in vultu lampadum igni præfulgurat. Alia quoque ſimilitudine non minus elegante nitorem oculorum expreſſit Lactantius de Opif. Dei, cap. 8, cùm *Oculorum orbes gemmarum ſimilitudinem præferentes* dicit. Λάμπουσιν ὑπὸ ταῖς ὀφρύσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς: *Splendent ſub ſuperciliis oculi, quemadmodum in aureo annulo gemma,* Longus Sophiſta lib IV. Paſtor. Eleganter quoque Apulejus:

Et pupularum nitidas geminas gemmulas.

Nitidos hosce ac lucidum fulgentes oculos recte *argutos* dici, diſcimus ex Ovid. Amorum III, Eleg. 3, verſ. 9. Mirumque eſt, quod de Auguſto refert Sueton. cap. 79: *Oculos habuit claros ac nitidos; quibus etiam exiſtimari volebat ineſſe aliquid divini vigoris: gaudebatque, ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem Solis, vultum ſubmitteret.* Quamquam aliter hac de re Plinius nat. Hiſt. lib. XI, cap. 37: *D. Auguſto equorum modo glauci fuere oculi, ſupraque hominem albicantis magnitudinis: quam ob cauſam diligentius ſpectari eos, iracunde ferebat.* Claris ac nitidis oculis opponuntur *oculi herbei.* Plautus Curcul. Act. II, Scena I:

- - - Quis hic eſt homo
Cum collativo ventre, atque oculis herbeis.

Fœdos oculos tribuit Catilinæ Salluſtius. De gramioſis oculis vide Nonium in *Gramiæ.* Gloſſæ vet. Grama, λήμη. Feſtus: *Gramiæ oculorum ſunt vitia, quas alii glamas vocant.* Idem: *Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium.* De vocibus λήμη, γλήμη, γλάμα, & ſimilibus, vide Heſychium, Etymologicum, Suidam.

Vigorem oculorum commendat Q. Serenus de Re medica, Carm. 14:

Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes defenſoresque pericli
Proſpiciens ſumma natura locavit in arce.

Seneca epiſtola CXV meminit *Oculorum, miti quidem, ſed nihilominus vivido igne flagrantium.* Ἁβρὸν ὄμμα, *mollem oculum,* tribuit Philoſtratus lib. II de vitis Sophiſtarum formoſiſſimo Sophiſtæ Alexandro peloplatoni, quem θεοειδῆ fuiſſe tradit. Ὑγρότης τῶν ὀμμάτων, apud Plutarch. in Alexandro, dicitur concinna quædam vegetorum oculorum mobilitas, qualis eidem Plutarcho in Pompejo τῶν περὶ τὰ ὄμματα ῥυθμῶν ὑγρότης vocatur. Optimi itaque *oculi vigilantes,* Vegetius lib. I de Re milit. cap. 6. *Oculi cæſii quidem, ſed vigiles, & in adſpectu micantes prorſus aquilino; quoquò verſum floridi,* Apulejus lib. II Metamorph. *Acria oculorum lumina,* A. Gell. noct. Attic. XIV, 4. *Oculos acutos* dixit Plautus Pſeudolo, Actu V, Scen. *Malus & nequam,* &c. Κλαδαρόμματοι, διασείει τὰ ὄμματα, Heſychius. Virgilius VIII Æneid. verſ. 308, tribuit Æneæ *faciles oculos.* Ad quæ verba notat Servius: *Phyſici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri. Plautus; faciles oculos habet; id eſt, mobiles vino. Hoc etiam Mecænas in Sympoſio, ubi Virgilius & Horatius interſuerunt, cùm ex perſona Meſſalæ de vino loqueretur, ait, Miniſtrat faciles oculos, pulchriora reddit omnia, & dulcis juventæ reducit bona.* Suetonius in Jul. Cæſ. cap. 45, tribuit ei *nigros vegetosque oculos:* indicantes nempe *proprium animi vigorem, celeritatemque quodam igne volucrem,* ut loquitur Plin. VII, 25. Ὀφθαλμοὶ τὸ τῆς διανοίας εὔτροχον ἀποφαίνοντες: *Oculi mentis volubilitatem exprimentes,* Photius in excerptis ex Damaſcio de vita Iſidori Philoſophi. Ἡ ὀξυκινησία τῶν ὀμμάτων τὰς ὁρμὰς τῆς ψυχῆς διεδήλου: *Velox mobilitas oculorum animi impetus manifeſtabat,* Eunapius in Maximo. Talis adſpectus Plauto in Rudente Act. II, Scen. *Animo advorſavi,* &c. *ſtrenua facies* dicitur. Arbiter: *Intravit pinacothecam ſenex canus, exercitati vultus, & qui videretur neſcio quid magnum promittere.* Et hæc acrium oculorum vis Philoſtrato Iconum lib. II, in Atlante, recte dicitur ὁρμὴ τοῦ προσώπου, *impetus vultus:* quam in Pyrrho atque Eurypulo annotat Philoſtratus Junior: Ἡλικία τὼ ἀμφοῖν, ἴση· ταῖς τε τῶν ὀφθαλμῶν βολαῖς ἐνεργοί, καὶ οὐ μέλλοντες: *Ætate pares inter ſe ſunt, & oculorum radiis micantes, & non cunctantes.* In Heroïc. quoque de Proteſil. agens Philoſtratus: βλέπει μὲν, inquit, ἐν ταῖς σπουδαῖς σύντονον καὶ σφοδρόν: *Apparet quidem in curis intenſum quiddam & vehemens.* Et rurſus de Achille teſtatur Idem ibidem: Τὸν θυμὸν τὸν ἐν τοῖς ὄμμασι, χαροποῖς οὖσιν, ἡσυχάζοντος μὲν ἀναβάλλεσθαί τινα ὁρμήν· ὁρμήσαντος δὲ συνεκπηδᾶν τῇ γνώμῃ· τοῖς τε ἐρῶσιν, ἡδίω τότε αὐτὸν φαίνεσθαι. Πεπονθέναι γάρ τι τοὺς Ἀχαιοὺς πρὸς αὐτὸν, οἷόν τι πρὸς τοὺς ἀλκίμους τῶν λεόντων· ἀσπάζονται γὰρ αὐτοὺς ἐν ἡσυχίᾳ, μᾶλλον αὐτοῖς χαίρομεν, ἐπὰν θυμοῦ ἐπιπλησθέντες, ἐπὶ σῦν ὁρμήσωσιν, ἢ ταῦρον, ἤ τι τῶν μαχίμων θηρίων: *Animum, qui ravis inerat oculis quieſcentis, quendam differre impetum: ruentis vero cum mente exilire, amantibusque tunc ſuaviorem videri, & hujuſmodi quid circa ipſum paſſos fuiſſe Græcos, cujuſmodi circa leonum validiſſimos. Eos enim in quiete diligentes,*

tes, ipſis magis gaudemus, cum ira repleti, in taurum, aut in aliquam pugnaciſſimam impetum faciunt feram. In hac vero ſtrenua impetuoſorum oculorum vehementia potiſſimum videtur conſiſtere *imperatorius ardor oculorum*, memoratus Plinio in Panegyr. Ita C. Mario *imperatorium ardorem oculorum* tribuit Cicero pro L. Corn. Balbo; Plutarchus in Mario; Appianus lib. I, de bellis civilibus. Magno quoque Alexandro, formoſiſſimo alioqui, tale quid tribuit Ælianus var. Hiſtor. XII, 14. Quemadmodum & Atalantæ lib. XIII, cap. I. vide locum. Cæſari denique Julio ſimile quid tribuit Sextus Aur. Victor. Vegetis atque acribus oculis opponuntur *Contuoli* (vel potius *Conivoli*, ut vult Scaliger) *oculi ſunt in anguſtum coacti conniventibus palpebris*, Feſtus. *Stantes oculi*, Ovidius VI Faſt. verſ. 133. *Rigentes oculi, quales fuere Cajo principi*, Plinius XI, 37. *Marcentes*, Apulejus X Metamorph. *Jacentes*, Claud. de bello Gildonico, verſ. 21. Seneca Troadib. verſ. 449, de Hectoris umbra:

Non ille vultus flammeum intendens jubar;
Sed feſſus, ac dejectus, & fletu gravis.

Hilaritas oculorum. Nemeſianus Ecloga ſecunda:

Purpureas laudando genas, & lactea colla,
Atque hilares oculos, & formam puberis ævi.

Tullius lib. V Tuſcul. quæſt. *venuſtos oculos* dixit. Atque hæc eſt agilis oculorum lubricitas cum hilaritate & gratia, τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ καὶ τῷ κεχαρισμένῳ, ut loquitur Lucianus in Imaginibus. Amœna hæc amabilium oculorum gratia Græce ἵμερος dicitur, ὀφθαλμοὶ ἡδεῖς, ἐπαγωγοὶ, ἐπέραστοι· καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον, ἵμερος; *Oculi ſuaves, illecebroſi, amabiles, quodque ab illis fluit placidum*, Pollux Onomaſt. lib. II. Oculus vero hac dote commendabilis, φαιδρὸν ὄμμα dicitur Alciphroni epiſtola 38. *Serenus vultus* eſt Virgilio lib. II Æneïd.

- - - *Quæ cauſa indigna ſerenos*
Fœdavit vultus.

Gennadius Panegyrico Theoderico regi dicto, de eodem Theoderico: *Vernant lumina ſerenitate continua.* Claudianus de Mallii Theod. Conſ. verſ. 218:

Temperiem ſervant oculi, nec lumina fervor
Aſperat, aut rabidas diffundit ſanguine venas.
Nullaque mutati tempeſtas proditur oris.

Varro apud Nonium in *Rictum ferarum dici volunt*, & in *Palpebrum:*

Oculi ſubpætuli, nigellis pupulis,
Quandam hilaritatem ſignificantes animitus,
Quos callibleph aro naturali palpebræ
Tinctæ vallatos mobili ſepto tenent.

Τοῖς ὄμμασι Χάριτες, οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον, ἀλλὰ δεκάδων περιχορεύει δεκάς: *Circum oculos Charites non tres juxta Heſiodum, ſed decadum tripudiat decas*, Ariſtæn. lib. I, epiſt. 10. Ὀφθαλμοὶ ἐπαφρόδιτοι καὶ φιλικοὶ tribuuntur Proteſilao apud Philoſtrat. in Heroicis: quemadmodum ibidem quoque tribuit Palamedi Τὸν τῶν ὀφθαλμῶν νοῦν, ἐν τῇ ἡσυχίᾳ φιλέταιρόν τι, καὶ ἐπισπουδάγερον τὰς βουλάς: *Oculorum mentem in quiete comem, & affabilem in conſiliis.* Tales oculos recte *comes* dici, diſcimus ex Ovidio III de Arte, verſ. 510:

Comibus eſt oculis alliciendus amor.

Qui miti ac blando ſunt aſpectu, λειρόφθαλμοι quandoque dicuntur Græcis: Λειρόφθαλμος, ὁ προσηνεῖς ἔχων τοὺς ὀφθαλμούς, Suidas. Μελίγληνος, ἡδυόφθαλμος, Heſychius. Γαλερωπὸς, ὁ γαλερὸν καὶ ἐπιτερπὲς βλέπων, Auctor Etymolog. in Γαλερόν. Γλαύκιος, ὁ τὸ γλυκὺ ἔχων ἐν τῷ ὀφθαλμῷ. παρὰ τὸ γλαύσσω, ὅ ἐστι λάμπω, Auctor magni Etymologici. T. Calpurnio Siculo Ecloga VI, quæ inſcribitur Litigium, *ridens oculis* dicitur is, cujus oculis innatat imago quædam ſerenæ blandæque hilaritatis:

Candidus alter erat, lævique decentior ovo,
Et ridens oculis, crinemque ſimillimus auro.

Heliodorus lib. III Æthiop. Ἐμειδίαζον βραχύ τι καὶ κλεπτόμενον, καὶ μόνῃ τῇ διαχύσει τῶν βλεμμάτων ἐλεγχόμενον: *Effundebantur in brevem & furtivum riſum, quique ſola oculorum diffuſione arguebatur.* Lucianus in Dialogis meretric. Εὐμήκης ἐστὶ, καὶ ὀρθὴ, καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν: *Procera eſt & recta, & ridet admodum amabiliter.* Modus tamen hic tenendus, ne mollis oculorum petulantia fiat βλέμμα τοῦ σώφρονος ἐξιστάμενον: *Aſpe-*

ctus

ctus modeſtiam excedens. Quales oculos Ovidius Heroïdum epiſt. XVI, verſ. 77, videtur *protervos* dixiſſe. Helena Paridi:

> *Tu modo me ſpectas oculis laſcive protervis,*
> *Quos vix inſtantes lumina noſtra ferunt.*

Catullus Carm. XLVI, *ebrios ocellos* videtur dixiſſe:

> *Et dulcis pueri ebrios ocellos*
> *Illo purpureo ore ſuaviata.*

Plane ut apud Hephæſtionem Anacreon, Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι. Vide Julium Scaligerum in Exotericis, Exercitat. 325, §. 15. Inter complura quæ turpem libidinoſarum mulierum cupiditatem produnt, præcipue locum habet *flagrantia oculorum* memorata Ciceroni in Oratione pro M. Cœlio. Vide quoque Ovidium Metamorph. IV, 347. & lib. II de Arte, verſibus 691 & 721. Κτησίας φησὶν ἀναβάλλειν τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν Σαρδανάπαλον: *Cteſias ait Sardanapalum albuginem oculorum ſurſum obvertere ſolitum*, Pollux lib. II, cap. IV, §. 10. Placuit nempe Sardanapalo, homini prodigæ in cibos Veneremque libidinis, talis perdite mollium geſtus, quotieſcunque vivo belluinarum voluptatum ſenſu veluti ſolutus victusque, æmulabatur geſtus effeminatorum, & ſexum viris à natura denegatum muliebris mollitiei languore mentientium.

Oculos ludibundos atque illecebræ voluptatisque plenos dixit A. Gell. noct. Attic. III, 5. *Illices oculos* dixit Apulejus in Apologia. Recte itaque Plinius Junior libro VIII, epiſt. 21: *Pulcherrimum & humaniſſimum exiſtimo, in vita ſeveritatem comitatemque miſcere; ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam procedat.* Sereno vultui opponitur τὸ βαρὺ τοῦ προσώπου, memoratum Philoſtrato Iconum libro II, in Abderi exequiis. Comibus oculis opponuntur *atroces oculi* apud A. Gellium noct. Attic. XVII, 8. *Oculi in aſpectum minaces, & acre comminantes pupulæ*, apud Apulejum lib. X Metam. *Aſpectus vehemens & formidabilis*, A. Gellius noct. Attic. XVI, 4: qualis fuit Horatii Coclitis apud Livium lib. II ab U. C. *Horatius circumferens truces minaciter oculos ad proceres Hetruſcorum.*

Severitas oculorum. Βλέμμα ἁπλοῦν καὶ ἠρεμαῖον, dicitur Themiſtio in Orat. de Amicitia. *Stans vultus* dicitur Silio Italico, lib. XV, verſ. 29. Luciano in Pſeudomanti oculi tales dicuntur Ὀφθαλμοὶ πολὺ τὸ γοργὸν καὶ ἔνθεον διεμφαίνοντες: *Oculi multum vivacitatis ac divinitatis præ ſe ferentes.* Achilles Tatius lib. I eleganter dixit, Ὄμμα γοργὸν ἐν ἡδονῇ, *oculus ſeverus in lætitia.* Moſchus Idyll. primo tribuit Cupidini ὄμματα δριμύλα καὶ φλογόεντα, *oculos acres ac flammeos.* Anacreon in deſcriptione Bathylli:

Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,	*Oculus niger ſit & trux,*
Κεκερασμένον γαλήνῃ.	*Mixtus tamen ſereno.*

Vide locum. Hilarem hanc generoſæ ſeveritatis gratiam Æneæ ſuo adſcribit Virgilius I Æneidos:

> *Reſtitit Æneas, claraque in luce refulſit;*
> *Os humerosque Deo ſimilis. Namque ipſa decoram*
> *Cæſariem gnato genetrix, lumenque juventæ*
> *Purpureum, & lætos oculis afflârat honores.*

Laviniæ Idem XL Æneid. tribuit *oculos decoros.* Silius quoque Italicus libro VIII de Scipione:

> - - - *Flagrabant lumina miti*
> *Adſpectu, gratusque inerat viſentibus horror.*

Nazarius Paneg. Conſt. Aug. dicto: *Quid vultum ipſum auguſti decoris gravitate, hilaritate permixta, venerandum quiddam & amabile renidentem, quis digne exequi poſſit?* Hippodromum, nulla melioris formæ dote commendabilem, ab hac oculorum ſevera hilaritate laudat Philoſtratus lib. II de vitis Sophiſtarum, atque adeo eam in hoc Sophiſta mirificæ cujuſdam generoſitatis certiſſimum indicium exhibuiſſe tradit: Ἀγροικότερος ὢν τὸ εἶδος, ὅμως ἀμήχανον εὐγένειαν ἀπεδήλου τοῖς ὄμμασι, γοργόν τι, καὶ φαιδρόν: *Agreſtis viſu apparens naturalem ſimul generoſitatem indicabat oculis, ſeveram & lætam.* Etiam Heliod. ſub finem libri VII de Theagene: Γλαυκιῶν τὸ βλέμμα, καὶ ἐράσμιον ἅμα καὶ γοργὸν προσβλέπων: *Cæſius viſu exiſtens, & blande pariter ac ſevere intuens.* Et lib. II de Chariclea infante adhuc: Τὸ παιδίον αὐτόθεν μέγα τι καὶ θεῖον τῶν ὀφθαλμῶν ἐξέλαμψεν· οὕτω μοι περισκεπτοῦντι γοργόν τι καὶ ἐπαγωγὸν ἐνεῖδε: *Adhuc puellulæ magnum quid & divinum oculis eminebat. Idque mihi intuenti ſeverum & illecebroſum videbatur.* Philoſtratus Iconum lib. II in Rhodogyne: Οἱ ὀφθαλμοὶ κέκρανται μὲν ἀπὸ τοῦ χαροποῦ ἐς τὸ μέλαν· παρέχονται δὲ τὸ μὲν ἱλαρὸν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ· τὸ δὲ ὡραῖον, ἀπὸ τῆς φύσεως· τὸ δὲ γαῦρον, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς: *Oculi*

miſti quidem ſunt è fulvo in atrum : præſtant vero ab occaſione hilaritatem , à natura pulchritudinem , ab imperii dignitate ferociam. Quibuſdam tamen hanc oculorum γοργότητα plus quàm par eſt affectantibus, *Lumina Gorgoneo ſævius angue micant* , ut eſt apud Ovid. III de Arte, verſ. 504. Γοργὼ βλοσυρῶπις, Iliad. Λ, verſ. 36. *Truculentos oculos* dixit Plautus Aſinaria, Act. II, Sc. *Ut demonſtratæ*, &c. C. Cæſarem *Oculorum ſub fronte anili latentium torvitas* conſpicuum fecit, teſte Seneca, *Quod in ſap. non cad. injuria, cap.* 18. *Vultum natura horridum ac tetrum etiam ex induſtria efferabat, componens ad ſpeculum in omnem terrorem ac formidinem*, Sueton. in Caligula, cap. 50. Vide interim an non oculos omnibus hiſce dotibus commendabiles, *integros oculos* nuncupet Varro Flexibula , περὶ ὑπεροχῶν : *Multi qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones ſunt facti. Habet quiddam enim* ἑλκυστικὸν *provincialis formoſula uxor.* Niſi veriſimilius, integros oculos hìc ad animi integritatem pertinere : ac ſtrabones dici, invidos, oculoque retorto ſpectantes alienæ uxoris formam, quam præoptent in ſua. Turnebum vide Adverſ. lib. X, cap. XXI.

Supercilia. §. 9. Hispidus superciliorum coronat arcus. Nunc breviter depingit Sidonius τὸ εὔγραμμον καὶ ἐπιπρεπὲς τῶν ὀφρύων, ut loquitur Lucianus in Imaginib. Suntque Sidonio hìc ſupercilia veluti frontis atque oculorum corona quædam ; quod ipſum etiam videtur ſenſiſſe Anacreon in deſcriptione Bathylli:

Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες — *Teneram piluſque frontem*
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς — *Supercili coronet*
Κυανωτέρη δράκοντος. — *Mage cærulus dracone.*

Patroclus ſane teſte Philoſtrato in Heroïcis, ἱκανῶς ἦν εὔοφρυς : *Satis pulcher erat ſuperciliis:* unde putandum eſt, habuiſſe eum *ſupercilia multum arcuata, ſupra naſum levi diſcrimine commiſſa, nigra, læta :* præcipua enim ſuperciliorum commendatio è quatuor hiſce petitur. *Multum arcuata ſupercilia*, ὀφρὺν μηνοειδῆ, tribuit Achilli Philoſtratus in Heroicis. Theod. Prodromus lib. I de amoribus Rhodantes & Doſiclis:

Ὀφρὺς φυσικῶς εὖ γεωμετρουμένη
Εἰς εὐφυᾶ μίμησιν ἡμικυκλίου.
Supercilium ſponte naturæ pulchre dimenſum
Ad concinnam ſemicirculi ſimilitudinem.

Arbiter etiam in deſcriptione formoſæ laudat *Supercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia.* Τῶν ὀφρύων, χαρίεν μὲν τὸ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἄρχεσθαι, καὶ ὁμόθεν ἐκπεφυκέναι τῆς ῥινός· χαριέστερον δὲ τὸ περιῆχθαι. δεῖ γὰρ αὐτὰς μὴ προβεβλῆσθαι τῶν ὀφθαλμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ περιβεβλῆσθαι αὐτοῖς : *Supercilia venuſta quidem , quod cum naſo pariter & incipiant & oriantur : venuſtiora vero, quod circumacta ſint : oportet enim , ut ipſa non modo oculis objiciantur , verum etiam circumjiciantur* , Philoſtr. Iconum lib. II , in Rhodogyne. Ibidem quoque in Panthia tribuuntur Panthiæ Μυκτῆρες ἀνεσταλμένοι τὸ μέτριον , καὶ βάσιν τῇ ῥινὶ πλάττοντες· ἧς ὥσπερ πτόρθοι μηνοειδεῖς αἱ ὀφρύες ὑπὸ λευκῷ τῷ μετώπῳ μέλαιναι : *Nares modicum contractæ & veluti fulcimentum aliquod naſo efficientes, cujus quaſi ſurculi falcati, nigra, ſub fronte candida, exſtant ſupercilia.*

Supra naſum levi diſcrimine commiſſa, laudat Anacreon in elegantiſſima amicæ deſcriptione :

Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι — *Supercili nigrantes*
Διακόπτε, μήτε μίσγε. — *Diſcrimina nec arcus ,*
 — *Confundito nec illos.*

Vide locum. Arbiter in formoſa laudat *ſupercilia confinio luminum pene permixta.* Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ, verſ. 267:

Quàm juncto leviter ſeſe diſcrimine confert
Umbra ſupercilii!

Philoſtr. lib. II de vitis Sophiſt. Ἡρώδης διαγράφει τὸν Ἡρακλέα κομῶντα συμμέτρως, καὶ τῶν ὀφρύων λασίως ἔχειν, ὡς καὶ ξυμβάλλειν ἀλλήλαις, ὅθεν μίαν χαροπήν τινα ἀκτῖνα ἐκ τῶν ὀμμάτων ἐκδίδοσθαι, παρεχομένην τι ὁρμῆς ἦθος : *Herodes pinxit Herculem , cui modica coma, denſa ſupercilia , adeo ut inter ſe contingerent : ac gratioſum quendam ex oculis radium emittebat , indolem impetus portendentem.* Idem in Heroicis Palamedi tribuit, ὀφρῦς ἐλευθέρας τε, καὶ ὀρθὰς, καὶ ξυμβαλλούσας πρὸς τὴν ῥῖνα : *Supercilia libera & recta, & coincidentia cum naſo.* Non eſt quòd mirum cuiquam hìc videatur antiquioribus uſque adeo placuiſſe ſupercilia hunc in modum confuſa ; quum paſſim obſervemus alia multa, quæ noſtri non ſunt ſtomachi , veteribus in deliciis fuiſſe. Auguſto certe Cæſari *ſupercilia conjuncta* tribuit Suetonius in Auguſto, cap. 79. Theocrito quoque Idyllio VIII, verſu

Digitized by Google

ſu 72, συνόφρυς κόρα ponitur pro puella pulchris oculis prædita. Qui carent intercilio, Græcis συνόφρυες dicuntur. Latini eam partem etiam *glabellam* vocant. Martianus Capella lib. II: *Quarum una deoſculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.* Græcis μεσόφρυον dicitur: Το μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει: *Medium ſuperciliorum interſtitium modice ſupercilia diſcriminat*, ut loquitur Ariſtænetus lib. I, epiſt. I. Ἐπισκύνιον Heſychio exponitur τὸ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν ὀφρύδιον, ἢ τὸ μεσόφρυον. Σμικόρδας, τοὺς τὰς ὀφρῦς ἐγκοίλας ἔχοντας, Heſychius. Vitioſa hic ſunt *torta ſupercilia*, Plautus Rudente, Act. II, Sc. *Animo adverſavi ſedulo*, &c.

Nigra ſupercilia. Αἱ ὀφρύες ὑπὸ λευκῷ τῷ μετώπῳ μέλαιναι: *Nigra, ſub fronte candida, ſupercilia*, ut ſupra locutus eſt Philoſtratus, magnam quoque formæ afferunt gratiam: atque hinc eſt, quod Jovi nigra ſupercilia tribuit Homerus Iliad. A, verſ. 528. Apulejus VI Metam. *Nec renuit Jovis cœrulum ſupercilium.* Achilles Tatius lib. I, ubi deſcribit Leucippen: Κόμη ξανθή, inquit, τὸ ξανθὸν, οὖλον· ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον: *Coma flava, flavum vero illud criſpum; ſupercilium nigrum, nigrum autem immixtum.* Vide quoque Ariſtænetum lib. II, epiſt. 21. Vitioſa ſunt hic *rubra ſupercilia.* Catullus Carm. 68:

Præterea addebat quendam, quem dicere nolo
Nomine, ne tollat rubra ſupercilia.

Quibus vero rubra aut ſaltem minus nigricantia ſupercilia erant, fuligine quadam inficere ea ſolebant. Teſtis eſt Alexis Iſoſtaſio apud Athenæum lib. XIII, cap. 3:

Τὰς ὀφρῦς πυῤῥὰς ἔχει τις; ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ.
Rufa aliquis ſupercilia habet? pingunt ea fuligine.

Ταῖς ὀφρύσι τὴν ἄσβολον ἀναματτόμεναι, ut loquitur Clemens Alexandrinus lib. III, cap. 2. Juvenalis Satyra II, verſ. 93:

Ille ſupercilium madida fuligine tactum
Obliqua producit acu, pingitque trementeis
Attollens oculos. - - -

Vide quoque Ovid. III de Arte, verſ. 201 & ſeqq. Σαρδανάπαλος ὑπεγράφετο τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ὀφρῦς: *Sardanapalus fucatis pingebatur oculis & ſuperciliis*, Athenæus lib. XII, cap. 7. Πάρις ὁ Πριάμου τὸ ὄμμα ὑπεγράφετο: *Paris Priami filius oculos pingebatur*, teſte Philoſtrato in Heroicis. Ὑπογράμματα, χρίσματα τῶν ὀφθαλμῶν, Heſychius. Vide quoque magnum Etymol. in ὑπόγραμμα; Pollucem lib. VII, cap. 22.

Læta ſupercilia minime hic prætereunda: plurimum enim pulchram faciem commendat μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν, *riſus circa ſupercilium*, ut loquitur Longus Sophiſta, lib. I Paſtoral. Philoſtr. in Heroicis, de Proteſilao: Φαιδρὰν ὀφρὺν περὶ τὸ ὄμμα βέβληται· τὸ γὰρ ἐπίχαρι, αὐτῷ φίλον: *Læta ſupercilia circa oculos ſunt: gratioſum enim ipſi carum eſt.*

§. 10. Si vero cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo prope pervenit. De palpebris, ciliis, genis, & malis, agit Plinius lib. XI nat. Hiſt. cap. 37: *Palpebræ*, inquit, *in genis homini utrimque; mulieribus vero etiam infectu quotidiano: tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque. Extremum ambitum genæ ſuperioris, antiqui cilium vocavere; unde & ſupercilia. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant. Pudoris hæc ſedes; ibi maxime oſtenditur rubor.* In palpebris quandoque ingens quædam vis ineſt formæ. Demetrium itaque Phalereum ob eximiam earum pulchritudinem καλλιβλέφαρον, *pulchris palpebris præditum*, & Λαμπιτὼ appellatum olim fuiſſe, docet nos Laërtius lib. V; Heſychius Mileſius; Suidas. Quamquam aliter aliquanto ſenſiſſe videatur Athenæus lib. XIII, cap. 7, quem vide. Ob eandem quoque rationem vetuſtiſſimo cuidam Poëtæ apud Athenæum lib. XIII, cap. 2, Πειθὼ dicitur ἀγανοβλέφαρος, *Pitho habens pulchras palpebras.* Paris denique Deas inſpecturus potiſſimum jubetur conſiderare, βλεφάρων συνοχὴν καὶ κύκλα προσώπων: *Palpebrarum connexionem & vultus circulos*, ut eſt apud Coluthum de Raptu Helenæ. Palpebræ.

§. 11. Ad malas medias. Malarum quoque ac genarum non levem rationem in examine pulchritudinis habendam, ex Homero diſcimus, cui Helena, veluti à parte potiſſima, καλλιπάρῃος dicitur Odyſſ. O, verſ. 123. Chryſeis, Iliad. A, verſ. 143. Briſeis, Iliad. A, verſ. 184. Theano, Iliad. Z, verſ. 298. Themis, Iliad. O, verſ. 87. Latona, Iliad. Ω, verſ. 607. Παρθένοι καλλιπάρῃοι, *Virgines pulchris genis præditæ*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Venere. Gratias quoque καλλιπαρῄους vocat Heſiodus in Theogonia, verſ. 907. In malarum genarumque conſtitutione obſervari ſolet *tumor*, *mollities*, *candor*, *rubor*, *hilaritas*, *lux*. Malæ.

Tumor. Formam certe plurimum juvat *genarum non indecens tumor, in ſimilitudinem*

collium

collium leniter exurgens, ut loquitur Lactantius de Opificio Dei, cap. 10. Apulejus in deſcript. ſtatuæ Bathylli: *Malæ uberes, genæ teretes.* Idem v Metamorph. *Per teneras & teretes & mei ſimiles genas.* Opponuntur iis *macilentæ malæ* apud Plautum in Aſinaria, Act. II, Sc. *Ut demonſtratæ*, &c. Sulp. Servaſtus Junior in Catal. vet. Poët.

> *Extantes mala deficiënte genæ.*

Claudianus de Bello Gildon. verſ. 22:

> *Interius ſugere genæ.* - - -

Qui contra tumidiores ac plus juſto inflatas habent buccas, *buccones* dicuntur Apulejo in Apologia. Plautus Mercat. Act. III, Sc. *Summe ego*, &c.

> *Canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breviculum,*
> *Subnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum.*

Mollities. Παρειῶν τὸ ἁπαλὸν, *genarum mollities*, ut loquitur Lucianus in Imaginibus: Τὴν τοῦ παντὸς προσώπου περιγραφὴν, inquit, καὶ παρειῶν τὸ ἁπαλόν: *Totius faciei delineationem, & mollitiem genarum.*

Candor. Τῆς παρειᾶς τὸ λευκὸν ἄκρατον, ἐς ὅσον οὐκ ἠρυθραίνετο: *Genæ album impermixtum, in quantum non rubebat*, Euſtathius vel Eumathius lib. III de amorib. Iſmenes & Iſmeniæ. Heliodorus quoque de ſanguinolento Theagenis vultu: Ἡ παρειὰ καταῤῥέοντι τῷ αἵματι φοινισσομένη, λευκότητα πλέον ἀντέλαμπεν: *Gena fluenti ſanguine purpurata, albore magis enitebat.*

Rubor. Παρειῶν τὸ ἐρευθὲς, *genarum rubor*, ut loquitur Lucianus in Imaginib. Τῶν παρειῶν κάλυκες, *genarum roſæ*, Ariſtænctus lib. II, epiſt. 10. Claudian. III de Raptu, verſ. 89:

> *Flammeus oris honos.*

Ovid. Amorum lib. III, Eleg. 3:

> - - - *Niveo lucet in ore rubor.*

Stâtius denique IV Thebaïd. verſ. 472,

> *Dulce rubens, viridique genas ſpectabilis ævo.*

Roſeas genas tribuit Laviniæ Virgil. XII Æneïd. verſ. 606. Αἱ παρειαὶ αὐτοῦ εἰς ἄνθος ἐρυθόμεναι, νεότητος ὡραΐζοντο, ἐπιβάλλουσαι τοῖς ὄμμασιν ἁπαλὸν ἐρύθημα: *Genæ ipſi floris inſtar rubentes, juvenili decore fulgebant, tenerum oculis ruborem adjicientes*, Calliſtratus in ſtatuam Occaſionis. Τῆς παρειᾶς τὸ μέσον ἐρυθρὸν· τὸ ἐρυθρὸν, διεσπασμένον καὶ οἷον διεσπαρμένον. οὐχ οἷον πλάττει χεὶρ, ἢ τέχνη βάπτει, καὶ νὺξ μαραίνει, καὶ ὕδωρ ἐκπλύνει: *Genarum medium rubrum erat: rubrum vero ſeparatum & quemadmodum ſparſum; non tamen rubor ille ſucatus fictitiuſve, qui aut noctu marcet, aut aqua tollitur*, Euſtath. lib. III de amoribus Iſmenes & Iſmeniæ. Φύσεως αὐτοσχέδιον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς: *Nativus rubor percurrit genas*, Ariſtænetus lib. II, epiſt. 21. Ælianus var. Hiſt. XII, 1, Aſpaſiam deſcribens: Ἦν αὐτῇ καὶ δέρμα ἁπαλὸν, ἐῴκει δὲ ἡ χροιὰ ἡ κατὰ τοῦ προσώπου ῥόδοις· διὰ ταῦτά τοι Φωκαεῖς τὴν παῖδα ἔτι οὖσαν ἐκάλουν Μιλτώ: *Cute tenera erat, & vultus color ad roſeum accedebat: ob quam cauſam eam Phocenſes, cùm adhuc infans eſſet, Milto nominarunt.* Ariſtæn. lib. I, epiſt. I: Ἐκείνῃ λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαὶ, καὶ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμεμίμηνται τοῦ ῥόδου: *Illi mixtæ candore ac tenui rubore genæ nativum roſarum ſplendorem referunt.* Achilles Tatius lib. I: Λευκὴ παρειὰ, τὸ δὲ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο, καὶ ἐμιμεῖτο πορφύραν, οἵαν εἰς τὸν ἐλέφαντα βάπτει Λυδία γυνή: *Genæ candidæ, niſi quòd earum medium rubore purpuram, qua Lydiæ mulieres ebur inficiunt, imitante ſuffuſum erat.* Et rurſus ſub finem libri: Νάρκισσος μὲν τὸ πρόσωπον ἔστιλβε χροιὰν, ῥόδον δὲ ἀνέτελλεν ἐκ τῆς παρειᾶς: *Narciſſi color radiabat in fronte, roſa vero emicabat è genis.* Idem lib. V: Ἦν τῷ ὄντι καλή· καὶ γάλακτι μὲν ἂν εἶπες αὐτῆς τὸ πρόσωπον κεχρῖσθαι, ῥόδον δὲ ἐμπεφυτεῦσθαι ταῖς παρειαῖς: *Pulcherrima erat. Et lacte quidem diceres illam illeviſſe vultum, roſam vero genis innatam.* Longus Sophiſta lib. I: Δάφνις μήλῳ εἴκαζεν πρόσωπον τῆς Χλόης, ὅτι λευκὸν καὶ ἐρευθὲς ἦν: *Daphnis malo aſſimulabat faciem Chloës, quoniam alba & rubicunda erat.* Ῥέθος καὶ ῥεῦθος λέγεται τὸ πρόσωπον, ἢ προσώπου ἐρύθημα. Vide Etymol. magnum in Ῥέθη. Ἐχρῶντο τῷ φύκει εἰς τὰ μῆλα, ἵνα ἐξανθίζῃ· τῷ δὲ ψιμυθίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. Vide Etymol. magn. in Ἐψιμυθιῶσθαι: maxime tamen Julium Polluecm lib. V, cap. 16. Ἔγχουσα, ῥίζα τις παρ' ἧς ἐρυθραίνουσιν αἱ γυναῖκες, Heſychius, Etymologicus. Βρενθινὰ, ῥιζάρια τινὰ εἰς ἐρυθραίνονται αἱ γυναῖκες τὰς παρειάς· οἱ δὲ ἀγχουσαν, σὺν τῷ, &c. Heſychius; Etymologicus in Βρενθεῖα. Βρένθος, vide Suidam in Βρενθύεσθαι. Ovid. III Metamorph. verſ. 483:

> *Non aliter quàm poma ſolent; quæ candida parte*

Parte rubent; aut ut variis ſolet uva racemis
Ducere purpureum, nondum matura, colorem.

Idem IV Metamorph. verſ. 331:

Hic color aprica pendentibus arbore pomis,
Aut ebori tincto eſt, aut ſub candore rubenti
Cùm fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.

Statius Achilleïd. lib. I, verſ. 307:

Lactea Maſſagetæ veluti cùm pocula fuſcant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro.

Propert. lib. II, Eleg. 2:

Ut Mæotica nix minio ſi certet Hibero,
Utque roſæ puro lacte natant folia.

Auſon. Idyllio VII:

Biſſula nec ceris nec fuco imitabilis ullo
Naturale decus fictæ non commodat arti.
Sandyx & ceruſſa alias ſimulate puellas:
Temperiem hanc vultus, neſcit manus. Ergo age pictor,
Puniceas confunde roſas, & lilia miſce:
Quique erit ex illis color aeris, ipſe ſit oris.

Cutem in facie erugari & candore cuſtodito tenereſcere putavit Poppæa Neronis, ſi quotidie aſinino lacte uteretur; aſinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Vide *Plinium lib.* XXVIII, *cap.* 12, & *lib.* XI, *cap.* 41. Ovid. X Metam. verſ. 594:

Inque puellari corpus candore ruborem
Traxerat: haud aliter, quàm cùm ſuper atria velum
Candida purpureum ſimilem dat & inficit umbram.

Quamquam autem formam plurimum juvet candidis genis à natura ſuffuſus rubor, plus tamen auget eam rubor à modeſta quadam verecundia profectus. Q. Curtius lib. VI, cap. 2: *Inter captivas Rex unam conſpexit mæſtiorem quàm cæteras, & producentibus eam verecunde reluctantem. Excellens erat forma, & formam pudor honeſtabat dejectis in terram oculis; &, quantum licebat, ore velato, ſuſpicionem præbuit Regi, nobiliorem eſſe, quàm ut inter convivales ludos deberet oſtendi.* Philoſtrat. lib. II, in Melete, ubi Critheida deſcribit: Ἁβρὸν αὐτῇ τὸ εἶδος, καὶ μάλα Ἰωνικόν· αἰδὼς δὲ τῷ εἴδει ἐπιπρέπει· καὶ ἀπόχρη τοῦτο τῇ παρειᾷ τὸ ἄνθος: *Delicioſa quidem ipſi eſt forma, & admodum Ionica: pudor autem formam decet: & genæ hic ſatis eſt color.* Idem ibidem de Panthia moriente: Τὸ ἐν τῇ παρειᾷ ἔρευθος, οὐδὲ ἀποθνήσκουσαν διαφεύγει· χορηγοὶ δὲ αὐτοῦ, ἥτε ὥρα καὶ ἡ αἰδώς: *Qui autem malis inerat rubor, ne defunctam quidem deſerit, quem & pulchritudo & verecundia exhibent.* Ariſtænetus lib. I, epiſt. 4: Ἐρυθρίασε, καὶ ἀπέστειλεν ἐπαγωγόν τινα καὶ γλυκεῖαν διαυγὴν, οἷα πέφυκεν ἀπαστράπτειν ἐξ ἀπέφθου χρυσίου: *Erubuit, pellacemque & ſuavem quendam fulgorem emiſit, qualis ex obryſo auro coruſcare amat.* Et mox epiſt. 10: Ἐρυθρίασε, καὶ τοσοῦτον ἐξεφοινίχθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν ἐπὶ τῶν παρειῶν ἔχειν τινὰ ῥόδων λειμῶνα· καὶ τὸ ἐρύθημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν: *Erubuit, ac tantum coloris punicei vultus traxit, ut roſarium quoddam pratum habere videretur intra genas, nihiloque is rubor cedebat ejus labiis.* Ἀποχλωρίας, ἡ ἀπὸ αἰσχύνης ἢ μανίας ἡ χρόα τῆς ὄψεως ἀλλάσσεται, Heſychius. Ὀφρύκνηστον, ἐρυθριῶντα· οἱ γὰρ ἐρυθριῶντες κνῶνται τὰς ὀφρῦς, Heſychius. Genas vero hoc verecundo colore imbutas *ingenuas* recte dici, docet Ovid. Amorum lib. I, Eleg. 14, verſ. 53:

- - - *Ingenuas picta rubore genas.*

Apulejus quoque: *Malas adorent ore, & ingenuas genas.* Vide multa huc pertinentia in Notis Cl. Salmaſii ad Hiſt. Auguſtæ Script. pag. 148.

Hilaritas. Recte Plin. XI, 37: *Infra malas hilaritatem riſumque indicantes buccæ.* Αἱ παρειαὶ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων ἵμερον ἀποδέχονται: *Genæ gratiam ex oculis accipiunt*, Ariſtæn. lib. II, epiſt. 4. Ἡ παρειὰ ἀποδέχεται μὲν τὸν ἀπὸ τῶν ὀμμάτων ἵμερον, εὐφραίνει δὲ τῷ ἱλαρῷ· τὸ γὰρ φιλομειδὲς ἐν παρειᾷ μάλιστα: *Gena accipit quidem gratiam ex oculis, hilaritate vero lætificat: gratia enim ridendi in gena maxime*, Philoſtratus Iconum lib. II, in Rhodogyne. Ἀγανώπιδος παρειάς, εὐοφθάλμους, πρᾳείας, καλῶς βλεπούσης, Heſychius. Ob-

ſervandum

ſervandum tamen hic, ut hilaritatis, ſic doloris quoque notas genis inſidere. Stat. III Thebaidos, verſ. 680:

Sicut erat laceris pridem turbata capillis,
Et fletu ſignata genas. - - -

Ad quem locum Lactantius: *Nam quædam via lachrymarum apparet in plangentis facie; & in mœſtorum vultibus orbitam ſuam triſtitia derelinquit.*

Lux. Atque hic eſt ille *fulgor genarum* memoratus Claudiano libro III de Raptu, verſ. 436. Statius Achilleid. lib. I, verſ. 305, tribuit Achilli ſingularem aliquam lucem genarum:

- - - Fax vibrata medullis
In vultus atque ora redit, lucemque genarum
Tingit, & impulſam tenui ſudore pererrat.

Paullo quoque ante vultui Deidamiæ tantam adſcribit lucem, quæ purpuræ ardorem, gemmarum vero atque auri ſplendorem excitârit:

Illius è roſeo flammatur purpura vultu,
Et gemmis lux major ineſt, & blandius aurum.

Nemeſianus Eclog. IV:

- - - Niveum ne perde colorem
Sole ſub hoc: ſolet hic lucentes urere malas.

Quamquam Phædra apud Senecam in Hippolyto, verſ. 651, peculiarem flavum quendam fulgentemque ruborem tribuat Hyppolito venationis ſtudioſiſſimo, eoque Soli nunquam non expoſito:

Quis tum ille fulſit! preſſerant vittæ comam,
Et ora flavus tenera pingebat rubor.

Martialis lib. VIII, Epigramm. 56:

Theſtylis & rubras meſſibus uſta genas.

Ælianus var. Hiſt. XIII, 1, Atalantam deſcribens: Πεφοίνικτο καὶ ὑπὸ τῶν ἡλίων αὐτῇ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐρυθήματι ἐῴκει ἄντικρυς: *Facies radiis ſolaribus colorata, rubicunda ex adverſo videbatur.* Sic, *Æthiopicis ſolibus Iſis ſurva*, Arnob. lib. I adv. Gentes. Claudianus in Epithalamio Palladii & Celerinæ de Hymenæo agens:

Dulce micant oculi. Niveas infecerat igni
Solque pudorque genas; dubiam lanuginis umbram
Cæſaries intonſa tegit. - - -

Imberbes tamen hic genarum ſplendor potiſſimum commendabat. Tibull. lib. I, Eleg. 9:

Carior eſt auro juvenis, cui lævia fulgent
Ora, nec amplexus aſpera barba terit.

Horatius libro IV Carmin. Ode 10, *incolumes genas* dixit. Apulejus VII Metamorph. *Mihi etiam tunc depiles genæ lævi pueritia ſplendicarent.* Idem IX Metamorph. *Puer adhuc lubrico genarum ſplendore conſpicuus.* Talis igitur vultus recte *lubricus* dicitur Martiali lib. IX, Epigramm. 57:

Dum puer es, redeas; dum vultus lubricus. - - -

Vultus tamen lubricus non pueris modo, ſed & virginibus tribui ſolet, ob hunc genarum, ut videtur, ſplendorem amoris illicem. Horatius Carminum lib. I, Ode 19:

Urit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius;
Urit grata protervitas,
Et vultus nimium lubricus adſpici.

Incipiens quoque barba non levem genis addit gratiam, teſte Æliano var. Hiſt. X, 18. Seneca Hippolyto, Act. II, Scen. *Quis me dolori*, &c.

Cùm prima puras barba ſignaret genas.

Cyllaro quoque, Centaurorum formoſiſſimo, *Barba erat incipiens*, Ovidius XII Met. verſ. 395. Apud Lucanum lib. VI, verſ. 562, *flos genæ* dicitur barba incipiens. Virgil. VIII Æneid. verſ. 160:

Tum mihi prima genas veſtibat flore juventa.

Macro-

Macrobius lib. I, in Somn. Scip. cap. 6: *Poſt ter ſeptenos annos flore genas veſtit juventa.* Unde *florentes genas* dixit Mart. III, 6. Pacuvius apud Feſtum in Genas:

Nunc primum opacat flora lanugo genas.

Attius in Bacchis apud Servium P. Danielis in XII Æneïd.

Genas lanugo flora nunc demum irrigat.

Claudianus de Conſ. Probini & Olybrii, verſ. 70:

Ante genas dulces quàm flos juvenilis inumbret,
Oraque ridenti lanugine veſtiat ætas.

Apulejus V Metam. *Juvenem ſpecioſum, & commodum lanoſo barbitio genas inumbrantem.* Et mox: *Adoleſcens florenti lanugine barbam inſtruens.* Martialis lib. x, Epigramm. 42:

Tam dubia eſt lanugo tibi, tam mollis, ut illam
Halitus, & ſoles, & levis aura terat.
Celantur ſimili ventura cydonia lana,
Pollice virgineo quæ ſpoliata nitent.

T. Calpurnius Siculus Ecloga II, quæ inſcribitur Crotale:

Io. *Num precor, informis videor tibi? num gravis annis?*
Deciptorque miſer, quoties molliſſima tango
Ora manu? primique ſequor veſtigia floris
Neſcius? & gracili digitos lanugine fallo?
As. *Fontibus in liquidis quotiens me conſpicor ipſe,*
Admiror totiens. Etenim ſic flore juventæ
Induimus vultus, ut in arbore ſæpe notavi
Cerea ſub tenui lucere cydonia lana.

χνόος, ὁ χνοῦς τῶν γενειῶν ἀρχομένων. Heſychius. Ipſas etiam viriles genas commendat acre quid ac maſculum in barba; qua de re vide Arriani Epictetum lib. I, cap. 16. Unde & Iſidorus libro XI, cap. I, tradit *Barbam dictam, quod virorum ſit, non mulierum.* Putaveritque fortaſſe Iſidorus, eſſe à *Baro*, quod olim Virum denotabat. Appoſite interim Cyclops apud Ovidium XIII Metamorph. verſ. 846:

Nec mea quod rigidis horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe puta: turpis ſine frondibus arbor;
Turpis equus, niſi colla jubæ flaventia velent:
Pluma tegit volucres: ovibus ſua lana decori eſt:
Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ.

Hunc virilis barbæ honorem minuit pædor atque illuvies. Vetus Poëta apud Tullium lib. III Tuſcul. quæſt.

- - - *Barba pædore horrida,*
Atque intonſa, infuſcat pectus illuvie ſcabrum.

De bona malaque barba ejuſque tonſura paulo poſt nonnihil dicemus ad illa Sidonii verba: *Pilis infra narium antra fruticantibus, quotidiana ſucciſio.* Senilibus denique genis canities quoque addit lucem. Martialis lib. IV, Epigramm. 79:

Et facies multo ſplendeat alba pilo.

§. 12. Aurium legulæ. Aures formoſorum, quemadmodum & hic Theoderici regis aures, ſub capillis in utrumque humerum demiſſis latebant; atque inde eſt, quod tam pauca de iis memorentur. Aures Artifex Deus noluit mollibus pelliculis informare, *Ne pulchritudinem demerent pendulæ atque flaccentes; ſed excogitavit, ut eas cartilago mollior alligaret, & haberent aptam ſimul & flexibilem firmitatem,* Lactantius de Opificio Dei, cap. 8. Videntur tamen prætuliſſe mediocres aures; Suetonius in Auguſto, cap. 79: *Mediocres aures habuit Auguſtus.* Aſpaſiæ breviores aures tribuit Ælianus var. Hiſt. XII, I. Ibi enim formam ejus deſcribens, addit inter alia, τὰ ὦτα εἶχε βραχύτερα, *breviores aures habebat.* Opponuntur iis longæ aures apud Martialem VI, 39: Aures.

Hunc vero acuto capite, & auribus longis,
Quæ ſic moventur, ut ſolent aſellorum,
Quis morionis filium neget Cyrthæ?

Ii Midas

Midas rex Phrygiæ aures aſini habuiſſe fingitur, propterea quod prælongarum aurium deformitate notabilis erat: verius tamen eſt ingentem corycæorum ſubauſcultatorumque turbam, per omnia regni membra diffuſam, occaſionem fabulæ præbuiſſe: *Scholia in Plutum Ariſtophanis.* Ornamentum quærebant auribus ex cincinnulis aliquot ante eas dependentibus. Varro apud Nonium in *Riċtum ferarum*, &c.

Ante aures nodo ex ſubolibus parvoli
Intorti demittuntur ſex cincinnuli.

Ex Ovidio quoque ſupra attulimus:

Exiguum ſumma nodum ſibi fronte relinqui,
Ut pateant aures, ora rotunda volunt.

Pendulas aures habentes, *flacci* dicuntur Tullio lib. I de nat. Deorum. Plin. quoque lib. VIII nat. Hiſt. cap. 37: *Aures homini tantum immobiles;* inquit, *& ab iis Flaccorum cognomina. Nec in alia parte fœminis majus impendium, margaritis dependentibus. Oriente quidem & viris, aurum geſtare eo loci, decus exiſtimatur.* Duos per omne ævum maximos uniones, ſingulare illud ac vere unicum naturæ opus, auribus gerebat Cleopatra. Vide Plinium lib. IX, cap. 37. Juvenalis Satyra I, verſ. 104:

Natus ad Euphraten, molles quod in aure feneſtræ
Arguerint, licet ipſe negem. - - -

De Pœnis idem refert Plautus Pœnulo, Actu V, Scen. *Ain' tu*, &c.

Atque, ut opinor, digitos in manibus non habent.
AG. *Qui jam?* MIL. *Quia incedunt cum annulatis auribus.*

Ξενοφῶν Ἀπολλωνίδῃ τινὶ ὠνείδιζε τετρῆσθαι τὰ ὦτα: *Xenophon Apollonidi cuidam exprobravit, quod perforatis eſſet auribus*, Laërtius lib. II, in Xenophonte. Mirum tamen, quod de Achille refert Servius in I Æneid. ex MS. Fuldenſi: *Apud Sigæum*, inquit, *Achillis ſtatua fuiſſe dicitur, quæ ima, id eſt extima auris parte elenchum more fœmineo habuerit. Hic apud Cretam inſulam Pemptus vocatus eſt, ut veteres autores tradunt.* Tertullianus de Pallio: *Achilles aurem foratu effœminatus, quod illi apud Sigæum ſtatua ſervat.* Hectoris auribus peculiare quid tribuit Philoſtratus in Heroicis: Τὰ ὦτα κατεαγὼς ἦν, inquit, οὐχ ὑπὸ πάλης· ταύτην γὰρ οὔτ' αὐτὸς ἐγίνωσκεν, οὔθ' οἱ βάρβαροι· ἀλλὰ ταύροις ἀντήριζε, καὶ τὸ συμπλέκεσθαι τοῖς θηρίοις τούτοις πολεμικὸν ἡγεῖτο: *Fractis erat auribus, non à lucta: neque enim ipſe hoc noverat, neque barbari: ſed cum tauris congrediebatur, & depugnare cum iſtis animalibus militare putabat.*

Naſus. §. 13. NASUS VENUSTISSIME INCURVUS. Naſus integer maxime commendat vultum. *In corpore noſtro quædam tantum utilitatis cauſa facta ſunt*, inquit Iſidorus Originum II, I, *ut viſcera: quædam & utilitatis & decoris, ut naſus* (ita enim recte pro *ſenſus* repoſuit doctiſſimus Jo. Pricæus notis in Apuleji Mileſ. II.) *in facie, in corpore manus.* Naſus vero deformis totam deturpat faciem, utut reliquæ forte partes ejus non ſint invenuſtæ. Atque hæc ratio eſt, cur Horatius in Arte tantopere averſetur naſum turpem, quamvis cum nigrorum capillorum oculorumque decore conjunctum. Poſtquam enim perſtrinxit fabrum illum circa ludum Æmilium, qui capillum atque ungues non infeliciter ære exprimebat, reliqua vero minus poterat; addit,

- - - *Hunc ego me, ſi quid componere curem,*
Non magis eſſe velim, quam pravo vivere naſo,
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

Catullus quoque Carm. 42, Acmen turpiſſimam puellam deſcripturus, nihil pejus habuit dicere, quàm ſolum hoc,

Iſta turpiculo puella naſo.

Et rurſus Carm. 44, naſo grandiuſculo inter plura deformitatis inſignia primas tribuit partes:

Salve nec minimo puella naſo,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore ſicco,
Nec ſane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani.

Neque male fœdum turpiterque deforme narium præſectarum vulnus *inhoneſtum* dicitur Maroni VI Æneid. verſ. 497. Apulejo vero Mileſ. II, *naſi dedecus* nuncupatur: *Naſi dedecus linteolo iſto preſſim agglutinato decenter obtexi.* Huc etiam facit illud Diodori Siculi lib. I, in legibus Ægyptiorum: Τῆς δὲ γυναικὸς (μοιχευθείσης) τὴν ῥῖνα κολοβοῦσθαι, ὑπολαμβάνοντες

ὑπολαμβάνοντες δεῖν τὴν πρὸς ἀσυγχώρητον ἀκρασίαν καλλωπιζομένης ἀφαιρεθῆναι τὸ μάλιστα κοσμοῦν τὴν εὐπρέπειαν: *Mœchæ nares amputari voluerunt, exiſtimantes ad illicitas cupiditates ornamenta conquirentem privari debere iis quæ maxime formam honeſtant.* Pulchrum naſum Lucianus in Imaginib. ῥῖνα σύμμετρον dixit; quemadmodum & apud Philoſtrat. lib. II, de vitis Sophiſt. pulcherrimo Sophiſtæ Alexandro tribuitur ῥὶς ξύμμετρος.

Laudabant autem *naſum paulo pleniorem; leviter uncum; rectum quidem, ſed circa nares nonnihil diffuſum.*

Paulo pleniorem naſum ῥῖνα τετράγωνον, *quadratum naſum*, dicebant. Philoſtratus ſane in Heroicis tribuit Palamedi, ῥῖνα τετράγωνόν τι οὖσαν, καὶ εὖ βεβηκυῖαν: *Naſum quadratum & firmum.* Proteſilao quoque adſcribitur ibidem, τετράγωνος ἰδέα τῆς ῥινός, οἷον ἀγάλματος, *quadrata idea naſi, perinde ac ſtatuæ.*

Leviter uncum vult eſſe naſum formoſi pueri Martial. lib. IV, Epigr. 42:

Frons brevis, atque modus breviter ſit naribus uncis.

Arbitri formoſam commendant *nares paululum inflexæ.* Aſpaſia, teſte Ælian. var. Hiſt. XII, I, ὀλίγον ἦν ἐπίγρυπος, *naſo erat parum adunco.* Philoſtrato quoque in Heroïcis: Πάρις ὁ Πριάμου ὑπόγρυπος ἦν καὶ λευκός, *Paris Priami filius leviter unco erat naſo & candidus.* Achilli adhæc Idem ibidem tribuit ῥῖνα, οὔπω γρυπήν, ἀλλ' οἷον μέλλουσαν, *Naſum non omnino aduncum, ſed quaſi futurum.* Plutarch. in apophth. regum & impp. Πέρσαι τῶν γρυπῶν ἐρῶσι, καὶ καλλίστους ὑπολαμβάνουσι· διὰ τὸ Κῦρον ἀγαπηθέντα μάλιστα τῶν βασιλέων, γεγονέναι γρυπὸν τὸ εἶδος: *Perſæ amant eos qui ſunt adunco naſo, & pulcherrimos æſtimant: quoniam Cyrus, quem maxime ex regibus ſuis diligunt, adunco fuerit naſo.* Vitioſus hic eſt naſus aduncus; de quo Terent. Heaut. Act. V, Scen. 5:

Rufam ne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo?

Lenem igitur levemque narium inflexionem hic intelligemus, quæque non abrupte circumagatur, ſed in modum curvaturæ illius quam in aquilino roſtro ſenſim deſcendentem adſpicimus. Atque hoc videntur innuere Gloſſæ vett. in quibus legas, *Aquilinus*, ἀετώδης, γρυπός. Pollux lib. ſecundo, cap. 4, §. 34: ῥινὸς σχήματα, γρυπός, ἐπίγρυπος· ὃν καὶ βασιλικὸν οἴονται· σιμὸς δέ, ὃν εὔχαριν νομίζουσι. Vide quæ mox adducimus ex Platonis libro V Polit.

Rectum quidem naſum, nonnihil tamen circa nares diffuſum, commendat Philoſtratus in Heroïcis, ubi non tantum Diomedem facit ὀρθὴν τὴν ῥῖνα, *recto naſo:* ſed Patroclum etiam deſcribens, ait: Πατρόκλου ῥὶς ὀρθή τε ἦν, καὶ τοὺς μυκτῆρας ἀνευρύνετο, καθάπερ οἱ πρόθυμοι τῶν ἵππων: *Naſus ei rectus erat & ad nares diffundebatur, ut equorum alacribus.* Heliodoro quoque ſub finem lib. II Æthiop. in deſcriptione Theagenis, memoratur ῥὶς ἐν ἐπαγγελίᾳ θυμοῦ, καὶ οἱ μυκτῆρες ἐλευθέρως τὸν ἀέρα εἰσπνέοντες: *Naſus & nares libere aërem attrahentes, ſignum iræ.* Panthiæ apud Philoſtr. Iconum lib. II tribuuntur Μυκτῆρες ἀνεσταλμένοι τὸ μέτριον, καὶ βάσιν τῇ ῥινὶ πράττοντες: *Nares modice diductæ, & baſim naſo facientes.* Ariſtæneto lib. I, epiſt. I, memoratur ῥὶς εὐθεῖα, καὶ συμμεμετρημένη τῇ λεπτότητι τῶν χειλῶν: *Naſus rectus & adæquatus tenuitati labiorum.* Atque hæc quidem potiſſima ſunt, quæ in naſo commendari ſolent: niſi ex Anacreonte τὸ ἐρυθρόν, *rubrum*, addere libeat, quod in amicæ pictura vult obſervari:

Γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,	*Naſum genasque pinge,*
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.	*Lacti roſas remiſcens.*

Turpiſſimus tamen hic eſt nimius rubor. Philoſtrat. lib. II de vitis Sophiſtarum: Πελαργὸν τὸν Οὔαρον οἱ πολλοὶ ἐπωνόμαζον, διὰ τὸ πυρρὸν τῆς ῥινὸς καὶ ῥαμφῶδες: *Ciconiam multi Varum cognominabant, quia rubrum naſum habebat & roſtri inſtar.* Fœdum hoc naſi plus juſto rubentis ac nimium inflammati vultus vitium in Hipponico notavit Eupolis, quum eum ἱερέα Διονύσου, *ſacerdotem Bacchi* nominat. Ἱερεὺς Διονύσου· Εὔπολις αἰξίν· ἐπὶ τὸν Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τὴν ὄψιν, Heſychius. Obiter quoque hic notanda videntur verba Platonis ex lib. V Polit. Ὁ μὲν ὅτι σιμός, ἐπίχαρις κληθεὶς ἐπαινεθήσεται ὑφ' ὑμῶν· τοῦ δὲ τὸ γρυπόν, βασιλικόν φατε εἶναι· τὸν δὲ διὰ μέσου τούτων, ἐμμετρώτατα ἔχειν: *Hic quidem, quoniam ſimus, gratioſi appellatione laudabitur: illum vero, qui habet naſum aduncum, regalem dicitis eſſe: illum vero, qui medium locum obtinet, mediocrem vocatis.* Vide quæ paullò ante attulimus ex Polluce. Notiſſimum eſt quos olim cognomento *Naſones* dixerint. Etiam *Truo* vocabatur enormem habens naſum: vide Voſſii Etymologicum Latinum in *Trua.* Optimus itaque eſt naſus rectus, medium diſcernens vultum, atque oculorum utrimque aciem veluti quodam interſepto æqualiter temperans: qui tamen regiam præ ſe feret dignitatem, ſi qualemcunque modicæ convexitatis faciat ſpem: aut amabilem venuſtæ ſuavitatis gratiam obtinebit, ſi in medio ſui depreſſior aliquanto ſinuetur. Vitium tamen hic eſt, cùm nimia medii naſi preſſura nares veluti diſploſæ dilatantur. Atque hæc

eſt illa quæ apud Theocritum Idyll. XI, verſ. 33, ῥὶς πλατεῖα dicitur. *Simæ nares*, quales Sileno tribuit Nemeſianus Ecloga III. Amatoribus certe improvidis & cæci amoris vecordia attonitis *Simula*, *Silena*, *ac Satyra eſt*; *labioſa*, *philema*, ut eſt apud Lucret. lib. IV. Sulp. Servaſtus Junior in Catalectis vett. Poëtarum:

Simatæque jacent pando ſinuamine nares.

De Silenis ac Satyris multa diximus hujusce libri tertii cap. 8, §. 3. Socratem præcipue ſimis naribus deformem, ſcripta plurimorum traduxerunt: quapropter etiam fœdiſſimum hoc naſi vitium *Socraticam depreſſionem* dixit Macrob. Saturnal. lib. VII, cap. 3. Plinius lib. XI nat. Hiſt. cap. 37: *A naribus cognomina Simonum*, *Silorum*. Nonio Marcello *Silones dicuntur*, *quorum ſupercilia prominent*; *quod Silenus hirſutis ſuperciliis fingeretur*. Videntur tamen à Sileno ob hoc potius nomen accepiſſe Silones, quòd ſimis repandisque naribus Silenum referant. *Silus appellatur*, *naſo ſurſum verſus repando: unde galeæ quoque à ſimilitudine ſilæ dicebantur*, Feſtus. *Silo*, *ſilus*, σιμός, Gloſſ. vetus. Simis opponuntur ii, quibus naſus eſt plus juſto convexus:

- - - *Mediisque in naribus ingens*
Gibbus,

ut loquitur Juvenalis Satyra VI, verſ. 108. Videntur olim Naſicæ dicti; quandoquidem Arnobius lib. VI adverſ. Gentes Naſicas Simis oppoſuiſſe videtur: *Poteſt fieri ut barbatus in cœlo ſit*, inquit, *qui eſſe à vobis effingitur lævis: diſploſas ut geſtitet nares*, *quem eſſe vos facitis figuratisque naſicam.*

Labra. §. 14. LABRA SUBTILIA, NEC DILATATIS ORIS ANGULIS AMPLIATA. Complexus eſt hic Sidonius pauciſſimis verbis ἁρμογὴν τοῦ στόματος, ut loquitur Lucianus in Imaginibus; conſtituitque eam in *labrorum ſubtilitate & ore modico*. Ac primum quidem conſideranda eſt hic ea quæ Ariſtæneto lib. I, epiſt. I, λεπτότης τῶν χειλῶν, *tenuitas labiorum*, dicitur; quemadmodum ibidem quoque in Laide ſua commendat χείλη λεπτά, καὶ ἠρέμα διῃρημένα, καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα: *Labia tenuia*, *& leviter hiantia*, *genisque rubriora*. Subtilibus labris opponuntur *turgida labra* apud Martialem lib. VI, Epigramm. 39; in deſcriptione Afræ ſupra fuit:

Torta comam, *labroque tumens.* - - -

Plinius nat. Hiſt. lib. XI, cap. 37: *A labris Brocci*, *labeones dicti*. Gloſſ. vetus: *Brochus*, ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ᾠδηκώς. Nonius Marcellus: *Bronci ſunt producto ore & dentibus prominentibus*. Feſtus: *Chilo dicitur cognomento à magnitudine labrorum*. Velius Grammaticus: *Chilones*, *improbioribus labris homines*, *à Græco*, παρὰ τὰ χείλη. Arnobio lib. III *labeones* dicuntur. Lucretio lib. IV *labioſa* dicitur virgo, cujus formam enormia labra extinguunt: dumque ibi ineptias amantium ſalſe ridet, etiam hoc addit:

Simula, *Silena ac Satyra eſt: labioſa*, *philema.*

Εὔστομον, ἀπὸ μέρους ἐπαινοῦντες, Heſychius. Ἀρξίχειλος, ὑπερέχων τοῖς χείλεσιν, ὑπόμακρος, Idem. Κεράχειλοι, οἱ ἐπικαμπῆ ἔχοντες τὰ χείλη, Idem. Χελωνίδης, ὁ τὴν χελύνην μεγάλην ἔχων· χελύνη γὰρ, τὸ περὶ τὸ χεῖλος μέρος τοῦ προσώπου· μύστακα προσηγόρευσαν οἱ Ῥωμαῖοι, Etymol. Χελύνη, τὸ ἄνω χεῖλος, Suidas. Labra vero, ut hic loquitur Apollinaris, *dilatatis oris angulis ampliata*, videntur efficere vitium oris, quod *ſparſum os* dicitur Terentio Heautont. Act. V, Sc. 5:

Ruſamne illam virginem, *cæſiam*, *ſparſo ore*, *adunco naſo?*

Subtilitatem labrorum duplex roſarum proprietas declarat: etenim quum folia roſæ *molliſſima* ſint, & *flagrantiſſimi coloris*, ab utraque pulcherrimi floris peculiari quadam dote, pulchritudinis illius, quæ labris inſidet, vivam ſimilitudinem probati autores ducendam putaverunt. Tanta certe eſt roſarum mollities, ut merito Smyndiridem Sybaritarum molliſſimum ſugillent ſcriptores, quod repudiata Sardanapali pluma in roſarum foliis recubans ſomnum ceperit; experrectus tamen queri non dubitaverit, læſa ſibi eſſe latera, quod duplicatis quibuſdam roſarum foliis incubuiſſet: confer Ælianum var. Hiſt. IX, 24, cum Seneca de Ira lib. II, cap. 25. Quamobrem, cùm roſarum foliis mollius nihil excogitare poſſent, roſis recte aſſimilarunt χείλη μαλθακὰ πρὸς τὰ φιλήματα: *Labia mollia ad oſculationem*, ut loquitur Achilles Tatius lib. II. Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ, verſ. 265:

- - - *Non labra roſæ*, *non colla pruinæ*,
Non crines æquant violæ. - - -

Longus Sophiſta lib. I Paſtoral. χείλη ῥόδων ἁπαλώτερα, καὶ στόμα κηρίων γλυκύτερον: *Labia roſis tenuiora & os ceris ſuavius*. Philoſtrat. Iconum lib. II, in Rhodogyne: Στόμα

μα ἁπαλὸν, καὶ ἀνάμεστον ὀπώρας ἐρωτικῆς· φιλῆσαι μὲν ἥδιστον· ἀπαγγεῖλαι δὲ, οὐ ῥᾴδιον: *Os molle fructuque venereo refertum, oſculatu quidem ſuaviſſimum, enuntiatu vero difficile.* Hanc tamen mollitiem infimo labro maxime adſcribit Lactant. de Opific. Dei, cap. 10: *Labrum ſuperius*, inquit, *ſub ipſa medietate narium, lacuna quadam levi, quaſi valle, ſignavit Deus: inferius, honeſtatis gratia, foras molliter explicavit.* Vitium tamen hic eſt, ſi nimium promineant atque propendeant labia: quod ſenio confectis uſu venit. Terentius Eunucho, Actu II, Scen. 3:

Incurvus, tremulus, labiis demiſſis, gemens.

Mineus deinde fulgentium roſarum color occaſionem quoque præbuit ſcriptoribus, ut acrem illum pulchri oris ruborem roſis æquipararent. Martialis lib. IV, Epigr. 42:

Pæſtanis rubeant æmula labra roſis.

Philoſtratus Iconum lib. II, in Rhodogyne: χείλη ἀνθηρὰ καὶ ἴσα, *labia florida & æqualia.* Euſtathius de Amorib. Iſm. Ἄμφω τὰ χείλη φοινίσσεται· εἶπες ἰδὼν ῥόδον ἐκθλίψαι τὴν κόρην τοῖς χείλεσι: *Utraque labia erant purpurea; diceres utique, ſi eam vidiſſes, virginem labiis ſuis roſam expreſſiſſe.* Achilles Tatius lib. II: Ἐδόκουν τὸ ῥόδον ἐπὶ τῶν χειλῶν αὐτῆς, εἴ τις τῆς κάλυκος τὸ περιφερὲς εἰς τὴν τοῦ στόματος ἔκλεισε μορφήν: *Roſam repræſentabant ejus labia, ſiquis calycis circumferentiam oris formæ accommodâſſet.* Opponuntur vero *labris roſeis* apud Ovid. VIII Metamorph. verſ. 806:

Labra incana ſitu. - - -

Theocritus Idyllio XX, verſ. 9:

Χείλεά τοι νοσέοντι, χέρες δέ τοι ἐντὶ μέλαιναι.
Labia tibi ſunt ægroto ſimilia, manus vero ſunt tibi nigræ.

Os modicum tangit Ovid. I Metamorph. verſ. 499,

- - - *Videt oſcula, quæ non*
Eſt vidiſſe ſatis. - - -

Arbiter in deſcriptione formoſæ, notavit in ea *Oſculum, quale Praxiteles Dianam habere credidit.* Apulejus x Metamorph. *Labias modicas ambroſio rore purpurantes* dixit. Plautus Pœnulo, Actu V, Scen. *Ain' tu dixe*, &c.

Specie venuſta, ore parvo, atque oculis pernigris.

Στόμα σύμμετρον, καὶ παραφθεγγόμενον τὴν εὐχήν: *Os modeſtum & preces accinens*, in Rhodogyne notat Philoſtrat. Iconum lib. II. Varro apud Nonium in *Rictum ferarum*, &c.

At rictus oris candidi parviſſimus,
Ut refrænato riſu roſeo. - - -

Videtur hic Varrò riſum leniorem, & in ſola lætioris vultus diffuſione conſpicuum deſcribere voluiſſe. Γέλως, παρὰ τὸ γένειον εἰλεῖν, ὅ ἐστι συστρέφειν· περὶ γὰρ τὸ γένειον μῦές τινες κινούμενοι, ποιοῦσι τὸν γέλωτα, Etymol. magnum. *Homini infra malas hilaritatem riſumque indicantes buccæ*, Plin. XI, 37. Μειδίαμα ἱστικὸς καὶ μεταφερόμενον, Themiſt. Orat. de Amicitia. Γαληνὸν μειδίαμα, Idem ibidem. Mamertinus Paneg. Juliano Imp. dicto: *Maximus Imp. ſerenum renidens.* Arbiter: *Delectata illa riſit tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre.* Theocritus Idyll. VII, verſ. 20:

Ὄμματι μειδιόωντι· γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς.
Oculo arridenti: nam riſus illi hærebat in labris.

Lucretius lib. IV:

- - - *In voltùque videt veſtigia riſus.*

§. 15. Si casu dentium series ordinata promineat, niveum protinus repræsentat ipsa colorem. Dentes commendat hic Sidonius à *candore* & *apta collocatione.* Dentes.

Candorem commendat Theocritus Idyllio VI, verſ. 37:

- - - Τῶν δέ τ' ὀδόντων
Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.

- - - *Dentium vero*
Nitorem candidiorem, quàm Parius lapis eſt oſtendebat.

Longus Sophiſta lib. IV Paſtoral. Τὸ μὲν πρόσωπον ἐρυθήματος μεστὸν, τὸ δὲ στόμα λευκῶν ὀδόντων, ὥσπερ ἐλέφαντος: *Facies quidem rubore plena, os vero albis dentibus, inſtar ele-*

phantis. Ælianus var. Hiſt. lib. XII, cap. 1, in deſcriptione Aſpaſiæ: Οἱ ὀδόντες λευκότεροι χιόνος ἦσαν: *Dentes candidiores nive erant.* Σχῖνον διατρώγειν· εἰώθασι τὴν σχῖνον τρώγειν οἱ καλλωπιζόμενοι, ἕνεκα τοῦ λευκαίνειν τοὺς ὀδόντας, Heſychius: vide quoque Etymolog. in Σχῖνος; quemadmodum & Suidam in Σχῖνον διατρώγειν. Ἀργιόδοντος, λευκοὺς ὀδόντας ἔχοντος, Heſychius. Ἀργιόδοντα, λευκὸν, ἢ ὀξυόδοντα, Suidas. Ἀργιόδους, ὁ μεγαλόδους, Magnum Etymologicum.

Apta collocatio, & ſi quid amplius dentes commendat, elegantiſſime deſcribitur à Luciano in Imaginibus, ubi Panthiam deſcribens: Μειδιάσασά γε, inquit, ὀδόντας ἐξέφηνε, πῶς ἂν εἴποιμί σοι, ὅπως μὲν λευκοὺς, ὅπως δὲ συμμέτρους, καὶ πρὸς ἀλλήλους συνηρμοσμένους, εἴπου κάλλιστον ὅρμον εἶδες ἐκ τῶν στιλπνοτάτων καὶ ἰσομεγέθων μαργαριτῶν, οὕτως ἐπὶ στίχου ἐπεφύκεσαν. ἐκοσμοῦντο δὲ μάλιστα τῷ τῶν χειλέων ἐρυθήματι. ὑπεφαίνοντο γοῦν αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐλέφαντι τῷ πριστῷ ὅμοιοι· οὐχ οἱ μὲν πλατύτεροι αὐτῶν, οἱ δὲ προέχοντες ἢ διεστηκότες, οἷοι τῶν πλείστων, ἀλλά τις πάντων ἰσοτιμία, καὶ ὁμόχροια, καὶ μέγεθος ἓν, καὶ προσεχεῖς ὁμοίως· καὶ ὅλως μέγα τι θαῦμα καὶ θέαμα, πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός: *Ridendo dentes oſtendebat, Dii boni, quàm albos, quàm juſtæ magnitudinis & inter ſe coaptatos. Sicubi monile pulcherrimum vidiſti, & ex ſplendidiſſimis ac magnitudine paribus margaritis compoſitum, adeo concinna ſerie erant nati. Plurimum vero decoris ex rubore labiorum illis accedebat. Itaque ſerrato illi Homerico ebori ſimiles apparebant. Neque ex illis alii latiores erant, alii eminentiores, alii diſtantiores, quales pleriſque ſunt: ſed una omnibus pretii æqualitas erat, idem color, eadem magnitudo, ſimilis continuitas. Denique magnam hoc ſpectaculum pariebat admirationem, quod omnem humanam ſpeciem ſuperaret.* Χαυλιόδοντα, τὸν ἐπικεχαλασμένους ἔχοντα τοὺς ὀδόντας ἔξω τῶν ἄλλων ὀδόντων καὶ τοῦ στόματος. οἱ δὲ ἀμφόδοντα, Heſychius: Etymologicus in Χαυλιόδων. Suetonius in Auguſto, cap. 79, teſtatur Auguſtum male dentatum fuiſſe; notatque in ejus dentibus tria vitia: *Habuit*, inquit, dentes *raros*, & *exiguos*, & *ſcabros*. Ovidius quoque tria nonnihil ab his diverſa vitia complectitur III de Arte, verſ. 279:

Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus
Dens tibi; ridendo maxima damna feres.

Dens ater, vitium ſenile. Horat. Epodon, Ode 8.
Obſcuri dentes ætate provectiorum, Juvenalis Satyra VI, verſ. 145.
Luridi dentes vetularum proprii, Horat. Carm. lib. IV, Ode 13.
Picei buxeique dentes, Martialis lib. II, Epigramm. 41:
Ovid. III de Arte, verſ. 197:

\- - - *Ne fuſcet inertia dentes.*

Ovid. VIII Metamorph. verſ. 806:

Scabri rubigine dentes.

Putridi dentes, Cicero in L. Calpurnium Piſonem.
Rari dentes, Ovid. VIII Metamorph. verſ. 804. Νωδὸς, ὁ ὀδόντας οὐκ ἔχων, Heſychius. Ὁ μὴ ἔχων ὀδόντας ὑπὸ γήρως, Scholia in Acharnenſes Ariſtophanis. Qui grandiuſculos habent dentes, *dentati* nuncupantur Plauto in Pſeudolo, Actu IV, Scen. *Ne plora*, &c.

Non ego te ad illum duco dentatum virum.

Qui nullos dentes habet, *edentulus* dicitur apud Plautum Caſina, Act. III, Scen. *Ut properarem*, &c. *Aliqui vice dentium continuo oſſe gignuntur, ſicuti Pruſiæ regis filius, ſuperna parte oris*, Plinius nat. Hiſt. libro VII, cap. 16. *Monodos appellatus eſt Pruſiæ filius, qui unum os habuit dentium loco. Similiter habuit & Pyrrhus rex Epirotarum*, Feſtus. Πολλοὺς ὀδόντας οὐκ εἶχεν ὁ Πύῤῥος, ἀλλ' ἓν ὀστέον συνεχὲς ἄνωθεν, οἷον λεπταῖς ἀμυχαῖς τὰς διαφυὰς ὑπογεγραμμένον τῶν ὀδόντων: *Multos dentes non habebat Pyrrhus, ſed unum os ſuperiori parte erat, tanquam tenuibus tuberculis intervalla dentium diſtinctis*, Plutarch. in Pyrrho; vide quoque Valerium Maximum lib. I, cap. 8, Exemplo externo 12 & 13; Jul. Pollucem lib. II, cap. IV, §. 21; Tzetzem denique Chil. III, Hiſtoria 115.

Pili infra & intra nares fruticantes.

§. 16. PILIS INFRA NARIUM ANTRA FRUTICANTIBUS, QUOTIDIANA SUCCISIO. Idem quoque de pilis infra narium antra fruticantibus præcipit Ovid. I de Arte, verſ. 522:

Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus.

Vibriſſæ, pili in naribus hominum dicti, quod his evulſis caput vibratur, Feſtus. *Vibrucæ*, τρίχες ῥινὸς, Gloſſæ vett. Quod vero Sidonius hic refert de quotidiana ſucciſione

pilorum

pilorum infra narium antra fruticantium, ex more gentis aut ſæculi iſtius conſuetudine Theodericus Rex feciſſe videtur.

§. 17. Barba concavis hirta temporibus. De totius comæ ac barbæ tonſura præcipit Ovid. 1 de Arte, verſ. 519: Barba.

Nec male deformet rigidos tonſura capillos;
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.

Barbam tamen alere volentibus, imprimis curandum eſt, ut commendetur ea *colore*, *mollitie*.

Colorem commendat Theocritus Idyll. 11, verſ. 78:

Τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς.
His erat helichryſo flavior barbæ lanugo.

Mollitiem videtur attigiſſe Plutarchus in ipſo ſtatim initio vitæ Lyſandri, ubi teſtatur, Delphis Iconicam ejus ſtatuam ſpectari ſolitam, εὖ μάλα κομῶντος ἐπὶ τῷ παλαιῷ, καὶ πώγωνα καθειμένου γενναῖον: *Veteri more comati ac barba promiſſa inſignis.* Nihil enim aliud hic dixeris πώγωνα γενναῖον, quàm barbam nullo pedore, nullis ſordibus aſperatam & ſquallidam, ſed modico cultu nitentem & quaſi emollitam. Servius ad verſ. 300 ſexti Æn. *Veteres non ſolum comam ornabant, ſed etiam barbam; ut nonnullas videmus ſtatuas.* Adverſatur autem huic munditiei fœdus neglectæ barbæ horror. Ita Philoctetes Philoſtrato Juniori deſcribitur, τὴν γενειάδα ὑπανεστηκυῖαν καὶ φρίττουσαν: *Barba adſurgens & inhorreſcens.* Livius lib. 11 ab U. C. *Promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris.* T. Calphurnius Siculus Ecloga VI, quæ inſcribitur Litigium:

- - - *Hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.*

Apulejus in Floridis: *Marſyas vultu ferino trux, hiſpidus, illutibarbus, ſpinis & pilis obſitus.* Epicrates Orator barba prope ad pubem uſque porrecta σακεσφόρος dictus eſt, quod promiſſam barbam, haud aliter ac clypeum quendam, obtenderet pectori: vide *Scholia in Concionantes Ariſtophanis.* Improbatur quoque hic σφηνοπώγων, qui Polluci exponitur ὀξυγένειος, cujus nempe barba in ſummo latior, in imo ſtrictior eſt, & cuneatim deſcendit, in modum barbæ hircinæ. Plautus Pſeudolo Actu IV, Scena *Minus malum*, &c.

Heus tu, qui cum hirquina adſtas barba, reſponde quod rogo.

Apulejus XI Metamorph. *Nec ille deerat, qui pallio, baculoque, & buxeis, & hircino barbitio philoſophum fingeret.* Quamquam hoc de Cynicis intelligendum videtur; reliquis enim Philoſophis barbas bene denſas fuiſſe, cùm alibi diſcimus, tum præcipue ex Arnob. lib. VI adv. Gent. ubi barbam uberem *philoſophicæ denſitatis barbam* vocat: *Quid Æſculapii gravitatem*, inquit, *ab Dionyſio eſſe commemorem riſam? quem cùm barba ſpoliaret ampliſſima, boni ponderis, & philoſophicæ denſitatis, facinus eſſe dicebat indignum, ex Apolline procreatum, patre lævi & glabro, ſimillimoque impuberi, ita barbatum filium fingi, ut in ancipiti relinquatur, uter eorum pater ſit, uter filius, imo an ſint generis & cognationis unius.*

§. 18. Mentum. Menti non obeſi, ſed ſucculenti, lacteam cutem requirit hic Sidonius. Apulejus quoque in deſcriptione Bathylli, *modico mento facies.* Anacreon in pictura amicæ poſtulat τρυφερὸν γένειον, *delicatum ac molle mentum.* Eleganter Lactantius de Opificio Dei, capite 10: *Deductum clementer à genis mentum, & ita inferius concluſum, ut acumen ejus extremum ſignare videatur leviter impreſſa diviſio.* Varro apud Nonium in *Mollitudinem*: Mentum.

Sigilla in mento impreſſa amoris digitulo,
Veſtigio demonſtrant mollitudinem.

Arnobio libro III adv. Gent. *mentones* dicuntur, quibus mentum plus juſto prominet: contra vero Nemeſianus *breve mentum* ſupra tribuit Sileno.

§. 19. Guttur. Gutturis quoque ſucculenti magis, quàm obeſi, lacteam cutem requirit hic Sidonius. Philoſtratus Iconum lib. 1, in Ariadne, tribuit ἁπαλὴν φάρυγγα, *molle guttur.* Χλάνος, τὸ περὶ τοὺς τραχήλους δάσος, Heſychius. At, *Ingluvies, ſunt tori circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt, atque interjectas habent rugas*, Varro lib. XXIII de L. L. apud Junium Philargyr. in III Georg. Vitioſum hic etiam eſt *tumidum guttur*, quale incolis Alpium tribuit Juvenalis Satyra XIII, verſ. 162: Guttur.

Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
In Meroë craſſo majorem infante mamillam?

Plin. XI, 37: *Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit, aquarum quæ potantur plerumque*

rumque vitio. Vitruvius lib. VIII de Architectura, cap. 3: *Equiculis in Italia, & in Alpibus natione Medullorum eſt genus aquæ, quam qui bibunt, efficiuntur turgidis gutturibus.*

Collum. §. 20. COLLI NON OBESI, SED SUCCULENTI, LACTEA CUTIS. Structuræ quoque corporis gratiam addit ſingularem *rigidum ac teres collum, & ſcapulæ velut mollibus jugis a cervice demiſſæ*, ut loquitur Lactant. de opif. Dei, cap. 10. Phœbo itaque ac Baccho, numinibus formoſis, præcipua formæ commendatio à collo petebatur. Seneca Hippol. verſ. 800:

> *Phœbo colla licet ſplendida compares.*

Claudianus Paneg. de VI Conſ. Honorii:

> *Et fortes humeros, & certatura Lyæo,*
> *Inter Erythræos ſurgentia colla lacertos.*

Commendant collum *proceritas, candor, ſucculentia. Proceritatem* laudat Varro apud Nonium in *Regilla veſtis*, &c.

> *Collum procerum, fictum lævi marmore.*

Contrarium brevis atque in humeros quaſi demerſi colli vitium Therſiten fecit notabilem: vide Homerum Iliad. B, verſ. 217. Vitioſum quoque hic eſt *longum invalidi collum*, Juvenal. Satyra III, verſ. 88. Prælongo denique ac gracili collo fœdus γυλιαύχην olim dicebatur. Unde Suidas γυλιαύχενας interpretatur τοὺς μακροτραχήλους, *longum collum habentes*. Vide Suidam ſuo loco, & in Εὐφράδης: vide quoque Scholia in Ariſtophanis Εἰρήνῃ.

Candorem commendat hîc Sidonius, cùm diſertis verbis pulchro collo *lacteam cutem* tribuit. Statius quoque II Sylv. Epicedio in Glauciam Melioris, verſ. 50, *lactea colla* dixit. Ovid. IV Metamorph. verſ. 355:

> \- - - *Jamque manus ad eburnea colla ferenti.*

Ἐλεφάντινος τράχηλος, Anacreon in deſcriptione Bathylli. Λύγδινος τράχηλος, Idem in pictura amicæ. Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ, verſ. 265:

> \- - - *Non labra roſæ, non colla pruinæ,*
> *Non crines æquant violæ.* - - -

Quod vero per colla pruinarum æmula intelligi debeat collum nitido candore præfulgens, diſcimus ex ejuſdem Claud. lib. III de Raptu, verſ. 89:

> *Flammeus oris honos, & non ceſſura pruinis*
> *Membra colorantur picei caligine regni.*

Quemadmodum & ex Paneg. de VI Conſ. Honorii, verſ. 476, ubi de equis Rheſi agit, quorum

> *Impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.*

Poſtulatur interim hîc *plenus candor* colli, prout eum à *fuſco* diſtinguit Propertius lib. II, Eleg. 25:

> *Vidiſtis pleno teneram candore puellam;*
> *Vidiſtis fuſco: ducit uterque color.*

Candoris pleni exemplum habes apud Martialem lib. I, Epigr. 116:

> *Quædam me cupit, invide Procille,*
> *Tota candidior puella cygno,*
> *Argento, nive, lilio, liguſtro:*
> *Sed quandam volo nocte nigriorem,*
> *Formica, pice, graculo, cicada.*

Idem lib. V, Epigr. 37:

> *Puella ſenibus dulcior mihi cygnis,*
> *Agna Galeſi mollior Phalantini,*
> *Concha Lucrini delicatior ſtagni;*
> *Cui nec lapillos præferas Erythræos,*
> *Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,*
> *Nivesque primas, liliumque non tactum;*
> *Cui comparatus indecens erat pavo,*
> *Inamabilis ſciurus, & frequens phœnix.*

Succulentia

Succulentia ἁβρότης dicitur Ariſtæneto lib. I, epiſt. I, ubi eximiam Laïdis ſuæ formam deſcribens, Τράχηλος λευκός τε, inquit, καὶ σύμμετρος προσώπῳ· κἂν ἀκόσμητος ᾖ, δι' ἁβρότητα τεθάῤῥηκεν ἑαυτῷ: *Cervix alba, & faciei congruens; & inornata licet; ſatis teneris ſuis deliciis ferox. Collum læve* dixit Propert. lib. II, Eleg. 2:

Nec de more comæ per lævia colla fluentes.

Niſi forte malis hæc Propertii verba intelligere de tali collo, cui *obſeſſam ſetis cervicem* opponit Seneca *Quòd in ſap. non cad. inj. cap.* 18: additque Cajum Imperatorem hujuſmodi cervicem habuiſſe. Atque hoc eſt ſucculentum illud, quod collo tantam ſemper addit gratiam, ut in hac florida teretis colli ſoliditate videantur iſtæ emicare gratiæ, quas Anacreon amicæ ſuæ collum pervolitantes finxit. Vitioſum hìc eſt *collum inflatum*, de quo Tullius in Vatinium: nec non τράχηλος λεπτὸς, καὶ ἐπίσημοι ἐν αὐτῷ αἱ φλέβες: *Cervix tenuis, & manifeſtæ in ipſa venæ*, ut loquitur Lucianus in Dial. meretriciis. Succulentiam tamen hanc non putamus conſiſtere in cute diſtenta nimiæque pinguedinis mole gravata. Κακοὶ γὰρ ὄγκοι ἐπὶ σωμάτων: *Vitioſi enim ſunt tumores in corporibus*, ut ſupra cap. 2 hujus libri tertii, §. 4, ex Dionyſio Longino didicimus. Lacedæmonii certe, veræ pulchritudinis ſtudioſiſſimi, ſaluberrimis legibus nimiam inflati corporis ſaginam conati ſunt reprimere; qua de re vide Ælianum *var. Hiſt.* XIV, 7: plenius tamen Athenæum *lib.* XII, *cap.* 12. Athenienſes quoque Heraclidem à portentoſa uberrimi corporis obeſitate, non Ponticum amplius, ſed pompicum appellavere, teſte Laertio *lib.* V. Ælianus denique var. Hiſt. XIII, I, ubi formam Atalantæ deſcribit: Τὸ ὑπέρογχον, inquit, τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε· καὶ μάλα γε εἰκότως· ἅτε ἐν τοῖς κυνηγεσίοις, καὶ περὶ αὐτὰ τὰ γυμνάσια τὸ πᾶν σῶμα ἐκτελοῦσα: *Abundantia corporis prædita non erat; & merito quidem, utpote quæ venationibus, & aliis exercitationibus, corpus omne confecerat.* Quin potius ſucculentam illam, de qua hic agitur, lacteæ cutis teneritudinem optime videtur expreſſiſſe Achilles Tatius lib. II, cùm ὑγρὸν σῶμα dixit corpus ſucci plenum. Terent. Eunucho, Act. II, Sc. 3:

Color verus, corpus ſolidum & ſucci plenum.

De his principis Comici verbis vide Petrum Victorium *var. Lect.* XIV, 9. Apulejus in Apologia: *En, vide quàm facies ejus decora & ſucci palæſtrici plena ſit.* Arnob. lib. V: *Quam cùm Juppiter bene validam, floridam, & ſucci eſſe conſpiceret plenioris.* Scite quoque τὸ τοῦ σώματος ὑγρὸν, *liquoris fœminei laxitatem* vocat Arnobius lib. VI: *Liber membris cùm mollibus fingitur*, inquit, *& liquoris fœminei diſſolutiſſimus laxitate.* Martialis lib. VI, Epigr. 13:

Et placido fulget vivus in ore liquor.

Claudianus quoque lib. I de Raptu, verſ. 272, *liquidas genas* dixit. Dio Chryſoſt. Orat. IV de Regno, τὸ ὑγρὸν καὶ μαλθακὸν εἶδος opponit, τῷ ἀῤῥενωπῷ καὶ σεμνῷ: Ἆρ' οὖν, inquit, ἀῤῥενωπόν τι καὶ σεμνὸν εἶδος τῷ τοιούτῳ δαίμονι πρέπει, ἢ μᾶλλον ὑγρόν τι καὶ μαλθακόν: *Igitur quod habet virilem vultum & gravitatis quandam ſpeciem, iſtiuſmodi dæmonem decet potius, quàm delicatum & molle.* Egregie quoque ὑγρότητα hanc expreſſit Ariſtænetus lib. I, epiſt. I: Οὕτω μὲν τοι σύμμετρα, inquit, καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπλεκομένῳ δοκεῖν: *Cæterum tam concinna, tam delicata Laïdis membra, ut preſſius adtrectans dicas lenta & ductilia oſſa.* Alia rurſus ſimilitudine, nec minus expreſſa, uſus eſt Plautus Caſina, Act. IV, Sc. *Senſim ſuperattolle*, &c.

Nebula haud eſt mollis æque, atque hujus cutis eſt.

Martialis lib. VIII, Epigr. 64:

Vincas mollitie tremente plumas,
Aut maſſam modo lactis alligati.

Pari prorſus ratione Apulejus III Metamorph. *plumeam lacteamque cutem* dixit. Idem X Metamorph. *Tam lucida, tamque tenera, & lacte ac melle confecta membra.* Et mox: *Illos teretes ac lacteos puellos diceres tu Cupidines veros.* Succulentis hiſce corporibus opponitur *exſuccum corpus*, Seneca epiſt. 30: quemadmodum & *arida facies* apud Senecam lib. II de Clem. cap. 6: *corpora ſicciora cornu* apud Catullum Carm. 23:

Atqui corpora ſicciora cornu,
Aut ſi quid magis aridum eſt, habetis
Sole, & frigore, & eſuritione.

Plin. nat. Hiſt. XXXI, 9: *Totis corporibus nihil eſſe utilius ſale & ſole dicunt. Itaque cor-*

nea videmus piſcatorum corpora. Terentius Eunucho Actu II, Scena 3, *juncea corpora* dixit:

> *Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe ajunt; deducunt cibum,*
> *Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas.*

Ubi Donatus *junceas* exponit *tenues & pallidas.* Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἰσχνὸς ἦν, ὑπομήκης, μελάγχρως· ὅθεν τις αὐτὸν εἶπεν Αἰγυπτίαν κληματίδα: *Zeno Citticus macer erat, oblongus, ac niger; unde quidam ipſum vocabat Ægyptiam climatidem*, Laert. lib. VII, in Zenone. Vide quoque Suidam in Αἰγυπτία κληματίς. *Conſidium, ut grandi macie torridum, Romæ contemptum atque abjectum videbamus*, Cicero Orat. II de Lege agraria. *Sarmentus ſeu Publius Bleſſus Junium hominem nigrum, & macrum, & pandum, fibulam ferream dixit*, Quintil. lib. VI Orat. inſtitut. cap. 4. Dionyſius dictus eſt aſcalaphus, quòd longitudine, tenuitate, ac pallore aſcalaphum avem referret. Vide Etymologicum in Διονύσιος ὁ ἀσκάλαφος. Non incommode quoque ex Appendice Virgil. huc referas illud Poëtæ:

> *Uvis aridior puella paſſis.*

Prorſus quemadmodum & Græci, homines exſuccos atque exſangues ἀσκίφας vocant, ut eſt in proverb. Ἀνδρὸς γέροντος ἀσκίφες τὸ κρανίον: *Viri ſenis exſuccum cranium.* Lucilius quoque *paſſos ſenes* dixit apud Nonium in *Paſſum*, quos Perſius Satyra V, verſ. 179, *apricos* vocat. Lucretius lib. IV de inſanis amantium ineptiis agens:

> *Cæſia, Palladion; nervoſa & lignea, Dorcas;*
> *Iſchnon eromenion tum fit, cùm vivere non quit*
> *Præ macie; rhadine vero eſt, jam mortua tuſſi.*

Habitiori ac ſucculentæ opponit hic Poëta *nervoſam* & *ligneam*, qualem amantes amentiæ ſuæ indulgentes adſimilant dorcadi. Nervoſa eſt, in qua temperatus ac bonus ſanguis deficiens, non ſinit impleri membra, toriſque exſurgere, ipſos quoque nervos rubore tegi & decore commendari; nullam enim veram pulchritudinem ſine hac pleni corporis ſoliditate dari poſſe, ſupra cap. II hujus lib. tertii, §. 4, oſtendimus. *Ligneam* deinde pari modo dixit virginem aridi atque exſucci corporis fœditate notabilem. Plane quemadmodum Catullus Carm. 23:

> *Eſt pulchre tibi cùm tuo parente,*
> *Et cum conjuge lignea parentis.*

Ξυλοκύμβη, teſte Euſtathio in Iliados Ε, pag. 584, 27 edit. Romanæ, ſcommate dicitur, ἐπὶ γυναικῶν αἷς οὔτε κάλλος ἐπανθεῖ, οὔτε σύμμετρον μέγεθος: *De mulieribus quas neque pulchritudo commendat, neque congrua magnitudo.* Alexis quoque apud Athenæum lib. IX, cap. 8, de hominibus ſumma ſui parte pinguibus ac nitidis, reliquo vero corpore aridis:

> Ἀκρολίπαροι· τὸ δ' ἄλλο σῶμ' ὑπόξυλον.
> *Superiori parte pingues, reliqua vero parte corporis aridi.*

Neque aliunde eſt, quod graciles ac macilentos, à ligno ad quod cereæ finguntur imagines, καναβοὺς Græci vocant. Κάναβοι, τὰ ξύλα περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν πλάσσουσιν. ὅθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσαρκοι κάναβοι λέγονται: *Canabi ligna ſunt circa quæ primum fictores ceram collocant. Unde & tenues ac macilenti Canabi dicuntur*, Heſychius. Vide Pollucem lib. X, cap. 52. *Monogrammi dicti ſunt homines macie pertenues ac decolores. Tractum à pictura, quæ prius quàm coloribus corporatur, umbra fingitur*, Nonius. *Pellio*, βυρσεύς, ὑπίτριφος, Gloſſ. vet. reſtituente B. Vulcanio. Γογγυλόσκελος, στρογγύλον τὸ σῶμα ἔχων, Etymologicus, Heſychius. Ὑπέρλινον ἄνδρα λέγομεν τὸν σφόδρα λεπτὸν καὶ κενόσαρκον, Etymologicus. Σκληφροὶ, οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασι, Heſychius. Σκληφρὸς, ὁ σκληρὸς καὶ παρηβηκώς· ὁ τὰ σκληρὰ φέρειν δυνάμενος, Suidas. Ἡ φίβαλις genus ficuum ſiccari aptum: unde homines graciles dicti ſunt φιβάλεως, Scholia in Acharnenſes Ariſtophanis; Suidas. Σφηκώδεις, οἱ κάτισχνοι τοῖς σώμασι· καὶ γὰρ οἱ σφῆκες τὴν κοιλίαν ἐπισυνηγμένην ἔχουσι, Etymologicus; Scholia in Plutum Ariſtophanis. Σφηκοὶ, οὐ κεχυμένοι τῇ σαρκώσει, ἀλλὰ συνεσφιγμένοι· ἔνιοι δὲ ῥωμαλέους, Heſychius. Vide eundem in σφηκίσκος; quemadmodum & Suidam in σφηκώδεις. Plautus Capt. Act. I, Sc. *Advorte animum*, &c.

> *Oſſa atque pellis ſum miſer à macritudine.*

Ovid. lib. IV de Triſtib. Eleg. 42:

> *Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa, cutem.*

Scutilum

Scutilum tenue & macrum dicitur ex Græco; ut cum dicimus ſcutilum hominem, exilem aliquem demonſtramus, in quo pellicula tantum, Feſtus. *Cracentes, graciles*, Feſtus; Gloſſæ Iſidori. *Veſculi, male curati & graciles homines*, Feſtus. *Veſces, veſcus*, ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής, Gloſſ. vet. Vide multa veſculorum exempla apud Ælianum var. Hiſt. lib. x, cap. 6.

§. 21. JUVENILI RUBORE SUFFUNDITUR. Juvenilis iſte rubor Terentio in Eunucho Actu II, Scen. 3, *color verus* dicitur. Horatius quoque Carminum libro IV, Ode 10: Juvenilis rubor.

- - - Color eſt puniceæ flore prior roſæ.

Valerius Flaccus v Argonaut. verſ. 30:

Mole nova & roſeæ perfudit luce juventæ.

Hæc roſei coloris bonitas in corpore habitiore, τὸ ῥοδαρὸν τοῦ σώματος dicitur Joſepho in Judaicis antiquitat. Contrarium ejus habet Horat. Epodon, Ode 17:

Fugit Juventas, & verecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta lurida.

Atque hic eſt *color exſanguis*, quem Catilinæ tribuit Salluſtius. Terentius Eunucho, Actu IV, Scen. 4, *colorem muſtellinum* vocat:

Hic eſt vetus, vietus, & veternoſus ſenex,
Colore muſtellino. - - -

Ubi vide Donatum; vide quoque Turnebi Adverſ. XII, 10. Minime hic prætereundus *color ſervilis*, quem L. Calpurnio Piſoni tribuit Cicero in ipſo ſtatim initio Orat. in Piſonem; ubi etiam paulo poſt explicat quid per hunc colorem deſignet: *Obrepſiſti ad honores*, inquit, *errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum; quarum ſimile habes nihil, præter colorem.*

§. 22. HUNC ILLI CREBRO COLOREM, NON IRA, SED VERECUNDIA FACIT. *Verecundia potiſſimum & venuſtatem ingerit, & auget gratiam*, D. Bernardus Serm. XL ſuper Cantica. Quamobrem etiam Demades pudorem verecundum appoſite admodum arcem pulchritudinis, τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν, appellavit: *Stobæus Serm. de Nuptialibus præceptis.* Pythias quoque Ariſtotelis Philoſophi filia interrogata, quiſnam eſſet color pulcherrimus, Qui hominibus, inquit, ingenuis ex pudore innaſcitur: *Stobæus Serm. de Verecundia.* Fuit certe Domitiano, *In ore impudentia multo rubore ſuffuſa*, ut teſtis eſt Plinius in Paneg. Tacitus quoque in vita Agricolæ, cap. 45, de eodem Domitiano: *Denotandis tot hominum palloribus ſuffecit ſævus ille vultus, & rubor, quo ſe contra pudorem muniebat.* Alius longe fuit Trajanus Cæſar, de quo Plinius Gratiarum actione: *Vidimus humeſcentes oculos tuos, demiſſumque gaudio vultum; tantumque ſanguinis in ore, quantum in animo pudoris.* Talis quoque Theodericus Rex, cujus non vultum modo, ſed ipſum quoque collum ſubinde verecundus inficiebat rubor. Talis Aurora *pudoricolor* dicta Levio apud A. Gellium lib. XIX noctium Attic. cap. 7. Multa huc pertinentia habet Stephani Theſaurus linguæ Græcæ, ubi exponit Auroræ epitheton Homero perfamiliare, ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Talem deſcribit Laviniam Virgil. XII Æneid. Verecundus rubor.

Accepit vocem lachrymis Lavinia matris
Flagranteis perfuſa genas; cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per oſſa cucurrit:
Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur, vel miſta rubent ubi lilia multa
Alba roſa; taleis virgo dabat ore colores.

Claudianus de Nuptiis Honorii & Mariæ, verſ. 268:

- - - Miſcet quam juſta pudorem
Temperies! nimio nec ſanguine candor abundat.

Idem lib. I de Raptu, verſ. 271:

- - - Niveos infecit purpura vultus
Per liquidas ſuccenſa genas, caſtique pudoris
Illuxere faces. Non ſic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit oſtro.

Juvenalis Satyra X, verſ. 300:

Præterea caſtum ingenium, vultumque modeſta
Sanguine ferventem tribuat natura benigna

Larga manu. Quid enim puero conferre poteſt plus
Cuſtode & cura Naturæ potentior omni?

Idem Satyra XI, verſ. 154:

Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris.

Ingenuo pudori opponitur malus ille ac minime decorus, qui *ſubruſticus pudor* dicitur Ciceroni Epiſt. famil. V, 12. Recte itaque apud Ovid. Heroid. epiſt. XIX, verſ. 59, in Cydippe laudatur:

Et decor, & vultus ſine ruſticitate pudentes.

Humeri. §. 23. TERETES HUMERI. Humeros quoque plurimum ad formam conferre, diſcas ex Homero, quum Odyſſ. Z, verſ. 232, caput atque humeros Ulyſſis gratia quadam ſingulari Minervam perfudiſſe teſtatur:

Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
Ἴδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
Τέχνην παντοίην, χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει·
Ὣς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.

Quemadmodum cum quis aurum circumfudit argento vir
Solers, quem Vulcanus docuit & Pallas Minerva
Artem omnifariam, glorioſa vero opera perfecit:
Sic huic infudit gratiam capitique & humeris.

Videmus igitur, ut certus quidam inſit *humeris honor*; ut loquitur Sidonius lib. III, epiſt. 13. Virgilius quoque Æneam ab humerorum decore commendat, Æneid. I:

Os humeroſque Deo ſimilis. - - -

De Therſite vero agens Homerus Iliad. B, verſ. 217:

- - - τὼ δέ οἱ ὤμω
Κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. - - -
- - - *Humeri curvi*
Et in pectus contracti. - - -

Humeros Apollinis præcipue laudat Valerius Flaccus lib. II Argon. verſ. 492. Diana quoque ab humeris laudatur apud Claudianum de Nupt. Honorii & Mariæ, verſ. 270. Commendantur autem humeri *candidi*, *lati*, *teretes*, *celſi*.

Candidos humeros probat Horatius II Carminum, Ode 5:

- - - *Albo ſic humero nitens*
Ut pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiusve Gyges.

Candentes quoque humeros Apollini tribuit Idem lib. I Carminum, Ode 2: quemadmodum & Lydiæ, lib. I Carm. Ode 13.

Latos humeros Ulyſſi tribuit Homerus Odyſſ. Z, verſu 226. Æneæ, Virgilius II Æneid verſ. 721. Ὠμίας, ὁ μεγάλους ὤμους ἔχων, ὁ ἁδρότερος, Heſychius. *Plato ab humerorum dictus eſt latitudine: athleta enim fuit; qui poſt omnium victoriam philoſophiæ ſeſe dedit*, Servius ad verſum 668 ſexti Æneidos.

Teretes humeros hic in Theoderico rege laudat Sidonius. Νεῦρα εὔτονα, ὦμοι καρτεροί, *nervi bene tenſi, humeri validi*, Lucianus in Dial. mortuorum.

Celſos humeros Hectori tribuit Seneca Troadibus, verſ. 466:

- - - *Talis inceſſu fuit*
Habituque talis. Sic tulit fortes manus.
Sic celſus humeris. - - -

Meleagro quoque apud Philoſtratum Juniorem, tribuuntur ὦμοι πρὸς αὐχένα ἐρρωμένον ξυνάπτοντες, καὶ βάσιν αὐτῷ διδόντες: *Humeri validæ cervici coaptati, & baſim ipſi præbentes.* Virginibus tamen *altæ ſcapulæ* turpes: Ovidius III de Arte, verſ. 273. Magis vero in iis laudabantur *humeri demiſſi.* Terent. Eun. Act. II, Scen. 3:

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum; quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient:

Ad quæ verba Donatus: *Antiqui Græci etiam virginibus ſuis præbebant palæſtram, ad componenda corpora.* De qua priſcorum conſuetudine vide Apollonium Rhodium libro

libro IV. Maxime tamen eam Lacedæmoniis tribuunt, cùm alii multi ſcriptores, tum præcipue Propertius lib. III, Eleg. 13:

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæſtræ,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii;
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros, &c.

Euripides tamen Andromacha non γυμνάς, *nudas*, ſed γυμνοῖς μηροῖς, *nudis femoribus*, palæſtricis eas exercitiis interfuiſſe teſtatur, quod δωριάζειν dicebant. Vide Etymologicum, Heſychium, Suidam in Δωριάζειν.

§. 24. VALIDI LACERTI. Nunc ab humeris deſcendit Sidonius ad lacertos, brachia, manus: quæ tria, inverſo tamen ordine, in Daphne quoque ſua laudat Apollo apud Ovidium I Metamorph. verſ. 50: Lacerti.

- - - Laudat digitosque manusque
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.

Non erat certe prætereundum, *Toris inſignibus extentum lacertorum ingens robur; utilis ac decens flexura cubitorum*, ut loquitur Lactantius de Opific. Dei, cap. 10: præſertim cùm præcipua Herculis commendatio à lacertis ejus petatur, ut Apollinis à coma, juxta illud ex Appendice Virgilii:

Phœbus comoſus, Hercules lacertoſus.

De Tydeo quoque Statius VI Thebaïdos, verſ. 840:

- - - Quamquam ipſe videri
Exiguus, gravia oſſa tamen, nodisque lacerti
Difficiles. - - -

Sed hæc forte athletici ſint roboris: certe pulchritudinis eſt illud Virgilii VIII Æneïdos, verſ. 387, Veneri *niveos lacertos* tribuentis: & illud Senecæ in Hippolyto, verſ. 653:

Inerant lacertis mollibus fortes tori.

Molliter toroſis lacertis opponuntur *fluidi* & *mortui* lacerti. Ovidius XV Metamorph. verſ. 229:

- - - Fletque Milon ſenior, quum ſpectat inanes
Illos, qui fuerant ſolidarum morte ferarum
Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.

Tullius de Senectute: *Milo Crotoniates, quum jam ſenex athletas ſe exercentes in curriculo videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrymansque dixiſſe, at hi quidem mortui jam ſunt.*

§. 25. DURA BRACHIA. *Valida & ſubſtricta nervis ad fortitudinem brachia*, ut loquitur Lactantius de Opific. Dei, cap. 10. Nonnihil tamen mollitiei habeant neceſſe eſt, ut paulo ante Seneca mollibus lacertis fortes toros tribuit. Arbiter: *Implicitum me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram vario gramine indutam.* Horat. quoque Carm. lib. I, Ode 13, *cerea Telephi brachia* dixit. Præcipue vero à candore commendari ſolent brachia. Ovid. Amorum lib. III, Eleg. 7: Brachia.

Illa quidem noſtro ſubjecit eburnea collo
Brachia Sithonia candidiora nive.

Albinovanus Elegia de obitu Mecænatis, verſ. 62:

Brachia purpurea candidiora nive.

Tantum denique ad juſtæ formæ ſpeciem brachia candida momentum afferre putabant, ut Juno apud Homerum Iliad. A, verſ. 55, & paſſim alibi, ab ulnarum candore λευκώλενος Ἥρη dicatur. *Reginam numinum*, inquit Arnobius libro IV, *commendant nobilitas, facies, oris dignitas, & ulnarum nivei marmoreique candores.* Περσεφόνη λευκώλενος, Heſiodus Theogonia, verſu 913. Helena quoque λευκώλενος dicitur Iliad. Γ, verſ. 121. Andromache, Iliad. Z, verſ. 371. Nauſicaa, Odyſſ. Z, verſ. 101. Παρθένοι ῥοδόπηχεις, *Virgines roſeis cubitis*, Philoſtratus Iconum libro II, in Venere. Eſt præterea hic Βραχίων ξυνιὼν ἁπλότητι φρυγῶν: *Brachium cohærens ſimplicitati pulſuum*, Philoſtr. Junior in Hyacintho. Βραχίων διηρθρωμένος: *Brachium articulis nexum*, Idem in Meleagro. Ancus, rex Romanorum quartus, dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, à cubito, quem incurvum habuiſſe dicitur: *Servius ad verſ. 815 ſexti Æneïd. Ancus appellatur, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non poſſit*, Feſtus. *Ancus*,

Mancus, κυλλὸς, κορδὸς, Gloſſ. vet. Videtur autem Græcis γαλιαγκὼν dici, qui Latinis *Ancus*. Γαλιαγκὼν, ὁ τὸν βραχίονα ἐλάττω ἔχων: *Brachium alterum minus habens*, Etymologicus, Heſychius.

Manus. §. 26. Patulæ manus. *Manus ſollertiſſimus artifex plano ac modice concavo ſinu fictas, ut ſi quid tenendum ſit, apte poſſit inſidere, in digitos terminavit: in quibus difficile eſt expedire, utrumne ſpecies an utilitas major ſit. Nam & numerus perfectus ac plenus, & ordo ac gradus decentiſſimus, & articulorum parium curvatura flexibilis, & forma unguium rotunda concavis tegminibus digitorum faſtigia comprehendens ac firmans, ne mollitudo carnis in tenendo cederet; magnum præbet ornamentum*, Lactantius de Opific. Dei, cap. 10: vide locum. Plutarchus circa initium libelli de Fraterno Amore: Ἡ φύσις σχίσασα τὰς χεῖρας εἰς πολλοὺς καὶ ἀνίσους δακτύλους, πάντων ὀργάνων ἐμμελέστατα καὶ τεχνικώτατα πεποίηκεν, ὥστε Ἀναξαγόραν τὸν παλαιὸν ἐν ταῖς χερσὶ τὴν αἰτίαν τίθεσθαι τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας καὶ συνέσεως: *Natura diffindens manus in multos atque inæquales digitos, uſque adeo accommodate atque artificioſe fecit eas, ut priſcus ille Anaxagoras præcipuam humanæ ſapientiæ ſollertiæque cauſſam in manibus collocaverit.* Optime Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 16: Εἶδον χεῖρας ἄκρας καὶ πόδας, τὰ λαμπρὰ τοῦ κάλλους γνωρίσματα: *Vidi ſummas manus ac pedes, ſplendida formæ indicia.* Laudantur igitur *manus patulæ*, ut ex Lactantio liquere poteſt. *Teneras* quoque ac nonnihil *proceras* facit Apulejus Bathylli manus, *Manus ejus teneræ*, inquit, *procerula læva diſtantibus digitis nervos molitur.* Ovidius quoque Amorum lib. 1, Eleg. 4, verſ. 24, non videtur *molles manus* improbare. Mollibus ac teneris manibus opponuntur

> - - - *Vellere Tuſco*
> *Vexatæ duræque manus.* - - -

Juvenal. Satyra VI, verſ. 290. Idem Satyra V, verſ. 57:

> - - - *Nigri manus oſſea Mauri.*

Longas manus laudat Propert. lib. II, Eleg. 2:

> *Fulva coma eſt, longæque manus, & maxima toto*
> *Corpore, & incedit vel Jove digna ſoror.*

Candidarum manuum decorem attingit Martialis lib. VIII, Epigr. 56:

> *Adſtabat domini menſis pulcherrimus ille,*
> *Marmorea fundens nigra Falerna manu.*

Barbaræ mulieres gypſo pingebant manus, ut candidiores viderentur. Unde Cicero ad famil. lib. VII, epiſt. 6, Medeæ tribuit *gypſatiſſimas manus:* & Valerius Flaccus lib. II Argonaut. de eadem Medea agens:

> *Picta manus, uſtoque placet, ſed barbara mento.*

Candidis tamen manibus roſei ruboris aliquid ſuffundatur. Apulejus lib. II Metamorph. *Glabellum feminal roſea palmula obumbrans.* In digitis tamen locum maxime id habet; atque inde eſt quod Homero Iliad. A, verſ. 477, & paſſim alibi, ῥοδοδάκτυλος, *roſeis digitis* dicatur Aurora. Claudianus de Nuptiis Honorii & Mariæ, verſ. 270. Cæterum non Auroræ modo pulchros tribuebant digitos, ſed Baccho quoque. Ovid. III Metamorph.*

> *Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines.*

* *Verſ. 421, ubi tamen aliqui codices:* Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.

Dianæ, in Catalectis vett. Poëtarum:

> *O digitos, quales pueri, vel virginis eſſe,*
> *Vel potius credas virginis eſſe Deæ.*

Pulchros adhæc eſſe *digitos longos*, docet nos Catullus Carm. 44. Philoſtratus Iconum lib. II, in Melete: Ἁπαλοὶ οἱ δάκτυλοι καὶ ὑπομήκεις, καὶ λευκοὶ κατὰ τὴν ὠλένην: *Molles digiti & oblongi, ac circa ulnam candidi.*

Teretes digitos commendat Ovidius I de Arte, verſ. 624. Χειρῶν ἄκρα, καὶ καρπῶν τὸ εὔρυθμον, καὶ δακτύλων τὸ εὐάγωγον ἐς λεπτὸν ἀπολῆγον: *Manuum ſummitates, eorumque cum brachio concinna connexio, & digitorum mobilitas in tenue excedentium*, Lucianus in Imaginibus. Teretibus digitis opponuntur pingues digiti apud Ovidium lib. III de Arte, verſ. 275:

> *Exiguo ſignet geſtu quodcunque loquetur,*
> *Cui digiti pingues, & ſcaber unguis erit.*

Quemad-

Quemadmodum igitur manum digitus, ita digitum unguis minime ſcaber decorat. Ovidius I de Arte, verſ. 521:

Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus ungues.

Propert. lib. III, Eleg. 7:

Et mea formoſis unguibus ora notet.

Πάρις ὁ Πριάμου ἔστιλβε καὶ τοὺς ὄνυχας τῶν χειρῶν: *Paris Priami micabat etiam unguibus digitorum*, Philoſtrat. in Heroicis. *Ungulatos ungues*, *magnos atque aſperos Cato appellavit*, Feſtus, ſive potius Paulus Diaconus. Sed longe veriſimilius eſt duo verba excidiſſe, ſcribique oportere, *qui haberent ungues magnos atque aſperos*. Huic ſententiæ favet ἀναλογία: ut ſecundum quàm *ungulati* dicantur, quibus ungulæ verius ſint, quàm ungues.

§. 27. PECTUS ACCEDENS. *Pectoris latitudo ſublimis & expoſita oculis, mirabilem præfert habitus ſui dignitatem*, Lactant. de opif. Dei, cap. 10. Præſertim, ſi recedente ventre, pectus nonnihil accedat; quemadmodum hic loquitur Sidonius. Στέρνα τὸ μέτριον προπεπτωκότα, dixit Philoſtratus Junior in Meleagro. In pectore præcipue commendantur *latitudo* & *candor*. Pectus.

Latum pectus tribuitur Palladi; unde eam εὐρύστερνον Ἀθήναν dixit Theocritus Idyllio XVIII, verſ. 36. Neptuno quoque, lib. VII Anthol. Epigr.

Ἐγγύθι δ' εὐρύστερνος ἐφαίνετο κυανοχαίτης.
Prope vero lato pectore apparebat cæruleas comas habens.

Valer. Flaccus lib. II Argonaut. verſ. 490:

- - - Neque enim tam lata videbam
Pectora, Neptunus muros cum jungeret aſtris.

Homerus Iliad. B, verſ. 478, de Agamemnone:

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.
Oculis & capite ſimilis Jovi gaudenti fulmine,
Marti autem balteo, pectore autem Neptuno.

Marti denique latum fuit pectus. Seneca Hippolyto, verſ. 807:

Æquas Herculeos jam juvenis toros,
Martis belligeri pectore latior.

In Append. quoque Virgilii:

Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

Heliod. lib. VII, in deſcript. Theagenis: Εὐρὺς ἦν τὰ στέρνα καὶ τοὺς ὤμους: *Latus erat humeris & pectore.* Seneca epiſt. LVIII: *Platoni nomen latitudo pectoris fecerat.* Διὰ τὸ πλατὺς εἶναι τὸ στέρνον, Πλάτων ἐπωνομάσθη, Suidas in Πλάτων. Neanthes tamen apud Laërtium in Platone ſic appellatum tradit, ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον. Heſychius Mileſius utrumque agnoſcit: Πλατὺς γὰρ ὢν τὰ στέρνα ἢ τὸ μέτωπον, Πλάτων προσηγορεύθη. Opponitur autem lato pectori *anguſtum pectus*, quod in virginibus ut vitioſum traducit Ovidius III de Arte, verſ. 274. Magis autem volebant eas eſſe *vincto pectore*, ut loquitur Terentius Eunucho, Act. II, Sc. 3:

Haud ſimilis virgo'ſt virginum noſtrarum; quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles fient.

Ubi Donatus *vincto pectore* exponit, *caſtigato ac tenui*, *& velut vincto.*

Candidum pectus Helenæ tribuit Ovid. in epiſt. Paridis ad Helenam, verſ. 251:

Pectora vel puris nivibus, vel lacte, tuamque
Complexo matrem candidiora Jove.

Στήθεα στίλβοντα, *pectora ſplendentia*, Theocritus Idyllio II, verſ. 79. Στήθεα ἱμερόεντα, *pectora deſiderabilia*, Homerus Iliad. Γ, verſ. 397. Achilles Tatius lib. I Europam tauro inſidentem deſcribens, pectoris pariter & papillarum egregie meminit, Τὸ στέρνον εἰς ὀξὺ καταβαῖνον ηὐρύνετο· μαζοὶ τοῦ στέρνου ἠρέμα προκύπτοντες: *Pectus in acutum deſcendens dilatabatur; papillæ e pectore leviter prominebant.* Sic, *papillæ leviter eminentes*, inquit Lactant. de opif. Dei, cap. 10, *& fuſcioribus ac parvis orbibus coronatæ, nonnihil addunt venuſtatis: fœminis ad alendos fœtus datæ: maribus ad ſolum decus; ne informe pectus,*

pectus, & quaſi mutilum videretur. Juven. Satyra VI, verſ. 122, de Meſſallina Claudii Cæſaris conjuge:

> \- - - *Tunc nuda papillis*
> *Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcæ.*

Lucilii locus citatur à Nonio ex libro XIX:

> *Hic corpus ſolidum invenias, hic ſtare papillas*
> *Pectore marmoreo.* - - -

Οἱ μαζοὶ ὀρθοὶ ὑπαυγάζουσι: *Papillæ rectæ enitent*, Philoſtr. Iconum lib. II, in Melete. Οἱ μαζοὶ μικρὸν τῆς ὁρμῆς παραφαίνουσιν, ὥσπερ ἐν μειρακίῳ ἁπαλῷ: *Mamillæ, ut in adoleſcentulo molli, parum extare videntur*, Idem ibidem, in Palæſtra. Et rurſus in Cyclope, ubi deſcribit formam Galateæ, μαζὸς ὑπανίσταται, *mamilla eminet*, inquit. Martialis lib. VIII, Epigr. 64:

> *Et talis tumor excitet papillas,*
> *Quales cruda viro puella ſervat.*

Tales papillas *horridulas* dixit Plautus Pſeudolo:

> *Papillularum horridularum oppreſſiunculæ.*

Opponuntur iis *mammæ putres*, apud Horat. Epodon, Ode 8:

> *Sed incitat me pectus, & mammæ putres*
> *Equina quales ubera.*

Inclinatæ mammæ. Propertius lib. II, Eleg. 15:

> *Nondum inclinatæ prohibent te ludere mammæ.*

Anthologia Græc. epigr. lib. VII, de vetula:

> Μαζὸς ὑπεκλίνθη, πίσον ὀφρύες, ὄμμα τέτηκται,
> Χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Frontis honor cecidit, ſubſidunt ubera, marcent*
> *Lumina, dant tremulos arida labra ſonos.*

Martialis lib. III, Epigr. 72, videtur *pannoſas mammas* dixiſſe flaccidas rugoſaſque, & pannucei inſtar de putri pectore dependentes:

> *Aut tibi pannoſæ pendent à pectore mammæ,*
> *Aut ſulcos uteri prodere nuda times.*

Fratrare puerorum mammæ dicuntur, inquit Feſtus, *cùm primum tumeſcunt, quod velut fratres pares oriantur.* Et rurſus: *Sororiare mammæ dicuntur puellarum, cùm primum tumeſcunt, ut fraterculare puerorum. Plautus in Frivolaria: - - Tunc papillæ primitus Fraterculabant; illud volui dicere; Sororiabant, quid opus eſt verbis?* Καὶ μαζὸς ἀκμῆς ἄγγελος κυδωνιᾷ: *Et mamma, pubertatis nuncia, imitatur malum cydonium*, Anthol. Græc. Epigramm. lib. IV, cap. 12. Ariſtænetus quoque lib. I, epiſtol. I: Οἱ μασοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως: *Magno luctamine ſtrophium impellunt ſororiantes papillæ.* Atque has papillas Ovidius Amorum libro I, Eleg. 4, *habiles papillas* dixit. Unde etiam proxime ſequenti Elegia:

> *Forma papillarum quàm fuit apta premi!*

Contrario laborant vitio:

> \- - - *Quarum omne papillæ*
> *Pectus habent.* - - -

Ut eſt apud Ovidium lib. I de Remed. Amoris, verſ. 337. Cererem olim pingebant fingebantque *mammoſam*, teſte Arnobio lib. III & VI, quod almæ videlicet matris inſtar omnia nutriat. Unde Lucret. libro IV, ubi ſtolidos amantes amicarum turpitudini lenioribus nominibus patrocinantes irridet:

> *At Lamia & mammoſa, Ceres eſt ipſa ab Iaccho.*

Venter §. 28. RECEDENTE ALVO. *Pectori ſubdita eſt planities ventris, quam mediam fere umbilicus non indecenti nota ſignat*, Lactantius de opificio Dei, capite 10. Laudatur itaque hic γαστὴρ ἀπέριττος, qualem Junior Philoſtrat. tribuit Meleagro. Anacreon

creon ventrem Bathylli ad exemplum Bacchi vult pingi: vide locum. Præcipuum tamen in ventre, ut ſit *planus*. Ovidius Amorum lib. 1, Eleg. 5:

Quàm caſtigato planus ſub pectore venter.

Theon pulcher deſcribitur *plana junceus alvo*, Auſonio epiſt. IV. Achilles Tatius lib. 1, ubi deſcribit Europam tauro inſidentem, βαθὺς ὀμφαλὸς, γαςὴρ πλαδαρή: *Profundus umbilicus, planus venter.* Turpis eſt hic *mollis venter*, Horatius Epodon Ode 8.

§. 29. Aream dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat. Ab hac veræ pulchritudinis norma quàm longiſſime receſſerunt, quibus *tuber adſtructum eſt gibberum*, ut loquitur Mæcenas apud Senec. epiſtola 101. Dorſum.

- - - *Utero pariter gibboque tumentes,*

ut loquitur Juvenal. Satyr. X, verſ. 309. Maxime interim laudabant *candidum dorſum.* Ovidius X Metamorph. verſ. 592, de Atalanta:

Tergaque jactantur crines per eburnea. - - -

§. 30. Tuberosum est utrumque musculis prominentibus latus. Philoſtratus Junior, præter πλευρὰν βαθεῖαν, *latus profundum*, tribuit Meleagro ἰσχίον, ὅσον δίδωσι θαρσεῖν, ὡς οὐκ ἀνατραπησομένου ὑπὸ τῆς τοῦ συὸς ἐμβολῆς τοῦ νεανίου: *Coxendicem, ut fiduciam præbeat adoleſcentem apri impetu non ſubverſum iri.* Hyacintho quoque ab eodem Philoſtrato tribuitur, ἰσχίον ἀνέχον τὸ λοιπὸν σῶμα, πλευρά τε ἔμπνουν ἀποτορνεύουσα τὸ στέρνον: *Coxa ſuſtinens reliquum corpus: latus, ſpiritus plenum pectus concinnans.* Opponitur valido huic robuſtoque lateri *laneum latuſculum* apud Catull. Carm. 25. Laudabant alioqui *longum latus.* Ovid. III de Arte, verſ. 780: Latus.

Fœmina per longum conſpicienda latus.

Idem Amorum lib. 1, Eleg. 5:

Quantum & quale latus! - - -

Contra Horat. lib. 1, Satyra 2:

Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo eſt.

§. 31. In succinctis regnat vigor ilibus. Achilles Tatius lib. 1, Ilia. ubi deſcribit Europam tauro inſidentem: βαθὺς ὀμφαλὸς, inquit, γαςὴρ πλαδαρὴ, λαπάρα ςενή: *Profundus umbilicus, planus venter, & anguſta ilia.* Sidonius Panegyr. Anthemio Aug. bis Coſ. dicto:

Inſignes humeri, ſuccincta ſub ilibus alvus.

Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues, Feſt. *Lumbago, vitium & debilitas lumborum*, Idem.

§. 32. Carneum femur. Sequitur *Feminum deducta & latioribus toris valida longitudo, quam paulatim deficientem in anguſtum genua determinant*, Lactantius de Opificio Dei, cap. 13. Philoſtrato tamen Juniori in Hyacintho laudantur μηροὶ ἀνέρετοι: Ovidius Amorum lib. 1, Eleg. 5, & libro III de Arte, verſ. 781, commendat *juvenile femur.* Horatius lib. 1, Sat. 2, *tenerum femur.* Adonidi candidum femur, μηρὸν Ἀδώνιδος, tribuit Bion Idyllio prim. Theoni tribuit *teretes feminum gyros* Auſonius epiſt. IV. Vitioſum vero hic eſt, Femur.

- - - *Femur tumentibus*
Exile ſuris additum. - - - Horatius Epodon, Ode 8.

§. 33. Internodia poplitum bene mascula: maximus in minime rugosis genibus honor. Deſcribuntur hic *genuum decentes nodi*, ut loquitur Lactantius de Opificio Dei, cap. 13. Plinius lib. XI nat. Hiſt. cap. 45: *Hominis genubus quædam & religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt; ad hæc manus tendunt; hæc, ut aras, adorant; fortaſſis quia ineſt iis vitalitas.* Ἀλέξανδρος ἰδών τινα τῶν γερόντων βαπτόμενον τὰς τρίχας εἶπε· Μὴ τὰς τρίχας βάπτε, ἀλλὰ τὰ γόνατα: *Alexander videns aliquem è ſenioribus inficientem capillos, Noli, inquit, medicare capillos, ſed genua*, Maximus Serm. 263. Γόνυ, παρὰ τὸ κοινοῦ τὸ ἐνεργεῖν, Etymol. magnum. Γόνυ χλωρὸν, *genu viride*, dixit Theocritus Idyll. XIV, verſu ultimo: Genua.

- - - Ποιεῖν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν.
Gerere aliquid oportet, quibus eſt genu viride.

Similiter Horatius Epodon Ode 13:

- - - Rapiamus amici
Occaſionem de die:
Dumque virent genua,
Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.

Viride etiamnum habentibus genu, opponuntur *tardigenuli ſenio oppreſſi*, ut loquitur Levius apud A. Gellium lib. XIX, cap. 7. Philoſtratus Iconum libro II picturam Cyclopis deſcribens, in Galatea annotat: Ὅτι μηδὲ τὴν ἐπιγουνίδα ἐκλείπει ἡ ὥρα: *Quod neque ipſius genu muſculus ſua careat pulchritudine.* Quemadmodum & Philoſtrato Juniori in pictura Hyacinthi laudatur Ἐπιγουνὶς ἐλαφρὰ ὑπὲρ κνήμης: *Muſculus genu levis ſuper tibia.* Feſtus: *Compernes nominantur homines genibus plus juſto conjunctis.* Ἐπιγουνὶς dicitur inferior multa carne diſtenti femoris pars, quæ ſolet in robuſtis validisque corporibus indubitatum bonæ conſtitutionis indicium exhibere. Ἐπιγουνίδα, τὸ ἐπάνω τοῦ γόνατος, λέγει δὲ τὸ μηρὸν, ἀφ' οὗ ἐνδείκνυται τὴν τοῦ σώματος εὐεξίαν, Heſychius. Ἐπιγουνατὶς, τὸ περὶ τοῦ γόνατος ἄνωθεν σαρκῶδες τοῦ μηροῦ· ἔνιοι τὴν ἐπωμίδα· παρὰ γὰρ τὸ γόνυ γίνεται ἐπιγουνὶς καὶ ἐπιγουνατὶς, ὁ πρὸς τὰ γόνατα μῦς· ὡς δ' ἄλλοι φασὶν, ἡ δι' εὐεξίαν ἐπιτραφεῖσα σὰρξ τοῦ γόνατος, Etymol. magnum. Γονύκροτοι, βλαισοί, Heſychius. Ῥαμφὰ γόνατα, βλαισὰ γόνατα, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ῥαιβά, Heſychius.

Crura. §. 34. CRURA SURIS FULTA TURGENTIBUS. *Crura non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes; ſed teretibus ſuris clementer exſtantibus ſenſimque tenuatis, & firma ſunt & ornata*, Lactant. de Opificio Dei, cap. 13. Dianam præcipue à cruribus commendat Ovid. Amorum lib. III, Eleg. 2, verſ. 31:

Talis pinguntur ſuccinctæ crura Dianæ,
Cum ſequitur fortes, fortior ipſa, feras.

Κοῦφος ἡ κνήμη, καὶ τὸ σῶμα σύμμετρον ἐς ῥαστώνην τοῦ δρόμου: *Levis eſt tibia, & congruens ad curſus facilitatem eſt corpus*, ut loquitur Philoſtratus Iconum lib. II, de Antilocho. Philoſtratus quoque Junior in pictura Hyacinthi: Σφυρὸν μὲν αὐτῷ κοῦφον, ἐπ' εὐθείᾳ τῇ κνήμῃ· καὶ ἐπιγουνὶς αὐτῇ ἐλαφρὰ, ὑπὲρ κνήμης: *Talus certe ipſi levis in recta tibia; & muſculus genu levis ſuper tibia.* Idem in Meleagro: Κνῆμαι αὐτῷ εὐπαγεῖς, καὶ ὀρθαί· φέρειν τε ἔνθε τοῖς δρόμοις ἱκαναὶ, καὶ ὑφίστασθαι τὸν ἐκ χειρὸς ἀγῶνα, φύλακες ἀγαθαί· μηρός τε ξυμβαίνων ἐπιγουνίδι ὁμολογεῖ τοῖς κάτω: *Tibiæ ipſi bene compactæ ac rectæ; atque in curriculis ad ferendum idoneæ, & in certamine inito cominus ſuſtinendo, bonæ cuſtodes, & femur junctum toris genuum inferiori tibiæ reſpondet.* Videmus igitur hic non tantùm laudari crus *agile*, verum etiam *rectum*. Ariſtænetus lib. I, epiſt. 28, κνήμην εὐθεῖαν; Horatius lib. I, Satyra 2, verſ. 81, *crus rectum* laudat. Conſummant denique recti cruris decorem *ſuræ teretes*, Horat. Carm. lib. II, Ode 4: quibus opponuntur *ſuræ tumentes*, apud eundem Epodon Ode 8. *Crocotilum, valde exile. Plautus: Extortis talis, cum crocotilis cruſculis*, Feſtus. *Petilam ſuram, ſiccam & ſubſtrictam vulgo interpretantur*, Idem. Vide quoque Nonium Marcellum. Anaxilas apud Athenæum lib. XIII, cap. 1, κοψίχου σκέλη dixit. *Todella cruſcula*, Plautus. Vide Voſſii Etymologicum in *Succrotilus*. *Perſilis*, μακροσκελής, Gloſſ. vet. *Valgos Opilius Aurelius, aliique complures ajunt dici, qui diverſas ſuras habent. E contrario vari dicuntur, incurva crura habentes*, Feſtus. *Vari dicuntur obtortis plantis: nam & varices inde dicuntur venæ in ſuris inflexæ vel obtortæ*, Non. Marcellus. Vitioſa quoque ſunt hic λεπτὰ σκέλη, *tenuia crura*, Lucian. in Dial. meretr. *Arida crura* vocat Ovid. III de Arte, verſ. 272. *Nero fuit gracillimis cruribus*, Sueton. cap. 51. *Domitianum gracilitas crurum deformabat; quæ tamen ei valetudine longa remacruerant*, Idem cap. 18. In Cajo Imp. *exilitatem crurum* notat Seneca, Quod in ſap. non cad. injuria, cap. 18. *Gracilitatem crurum* Suetonius in Cajo, cap. 50. Unde rurſus in ejuſdem Caligulæ vita, cap. 3, de Germanico agens: *Formæ minus congruebat gracilitas crurum; ſed ea quoque paullatim repleta aſſidua equi vectatione poſt cibum.* Sic in Ariſtotele olim notatum eſt, quòd eſſet ἰσχνοσκελής: vide *Laertium Diogenem lib. V.* Præcipue tamen fœda ſunt *diſtorta crura*, Horat. lib. I, Satyra 3, verſ. 47. Ῥαιβοὺς καλοῦσιν, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη· βλαισοὺς δὲ, οἷς τὰ ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω ἀπέστραπται: *Varos vocant, quibus curva introrſum crura: valgos vero, quibus à genibus extrorſum obtorta ſunt*, Pollux Onomaſtici ſui lib. II. Vide Etymol. & Suidam in Ῥαιβός. Γονύκροτοι, βλαισοί, Heſychius. Ἠρύγγιβαι, οἱ καμπυλότητες τῶν σκελῶν, Idem. Λαισποδίαν, τὸ δρομωνοίδεις πόδας ἔχοντα, Idem. Κνήμωργος, qui craſſas tibias habet, Idem. Martialis lib. II, Epigr. 35:

Cùm ſint crura tibi ſimulent quæ cornua Lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

§. 35

§. 35. Qui magna sustentat membra, pes modicus. Laudat hic Sidonius Πόδα λεπτόν τι καὶ εὔρυθμον: *Pedem tenuem & bene congruentem*, ut loquitur Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 28. Antiqui certe putaverunt pedes pulchros præcipuam dignitatem addere formæ: unde & ἀργυρόπεζα Θέτις, *Thetis argenteis pedibus prædita* dicta eſt Homero Iliad. Α, verſ. 538. Κούρα χλιδανόσφυρος Anacreonti quoque dicta eſt Virgo pulchra, à delicatis mollibusque pedum malleolis. Εὔσφυρος Ἀμφιτρίτη, Heſiodus Theogonia, verſ. 254. Εὔσφυρος Μήδεια, Heſiod. Theogon. verſ. 961. Καλλίσφυρος Ἀλκμήνη, Heſiod. Theogonia, verſ. 950. Καλλίσφυρος Δανάη, Homerus Iliad. Ξ, verſ. 319. Ælian. var. Hiſt. xii, 1, ubi Aſpaſiæ formam deſcribit: Ἦν δὲ καὶ τὼ σφυρὼ ἀγαθή, καὶ οἵα Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φωνήν, καλλισφύρους ὀνομάζων: *Habebat vero pedes pulcherrimos, quales Homerus deſcribit, pulcherrimas mulieres ſua lingua* καλλισφύρους, *id eſt, pulchris pedum malleolis præditas appellans.* Cur vero ab hac potiſſimum corporis parte pulchritudinis deſcriptionem petierit Homerus, docet nos Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 12: Φύσει γὰρ ὁ ποὺς εὔπλαστος ὢν, καὶ τὰς ἀκοσμήτους οἶδε κοσμεῖν: *Natura enim pes bene formatus, etiam incultas ornat.* Et rurſus epiſt. 16, eleganter admodum pedes pulchros dixit eſſe, Λαμπρὰ δὲ κάλλους γνωρίσματα: *Splendida pulchritudinis indicia.* Τανίσφυρος (niſi malis τανύσφυρος) ὀρθόσφυρος, εὔσφυρος, λεπτόσφυρος, Heſychius. Ἀρίπους, ἄρτιος τοὺς πόδας, ὑγιόπους, Heſychius. Ἀρίπους, ὑγιεῖς τοὺς πόδας ἔχων, Suidas. Ἀρίπους, ἄρτιος καὶ ὑγιὴς ποσὶ, ὁλόκληρος, Etymologicus. *Rectus* dicitur Juvenali Satyra 11, cùm ait:

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Mercurio certe pulchræ plantæ tribuuntur in Appendice Virgiliana:

Habet decentes nuntius Deûm plantas.

Ovid. Heroïdum epiſt. xix, verſ. 60:

Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.

Quemadmodum autem Thetidi Homerus atque Ovidius pulchros tribuunt pedes: ita quoque Martialis libro 11, Epigr. 14, à filio Thetidis *Achilleos pedes* dixit pedes pulchros. *Candidus pes* laudatur Horatio lib. iv Carm. Ode 1; quemadmodum & Ovidio lib. 11 Amorum, Eleg. 11, verſ. 15:

Littora marmoreis pedibus ſignate puellæ:
Hactenus eſt tutum: cætera cœca via eſt.

Exiguus pes, Ovid. 1 de Arte, verſ. 623:

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Idem Amorum lib. iii, Eleg. 3:

Pes erat exiguus; pedis eſt aptiſſima forma.

Contra Horatius lib. 1, Satyra 2:

- - - *Brevi latere ac pede longo eſt.*

In Cajo Imp. *enormitatem pedum* notat Seneca *Quòd in ſap. non cadat injuria, cap.* 18. Sueton. in Othone, cap. 12: *Fuiſſe traditur male pedatus ſcambusque.* Σκαμβὸς, ὁ μὴ ὀρθῶς βαδίζων, Etymolog. in Σκαιός. Γαυσὸν, σκαμβὸν, στρεβλόν, Heſychius, Etymologicus. In Gloſſis Cyrilli βλαισόπους exponitur *ſcaurus*. At in Gloſſis Philoxeni legas, Σκαμβὸς, σκελλὸς, στρεβλόπους. Iſidori Gloſſæ; *Talax, ſcaurus.* Videtur itaque olim *Talax* dictus, cui tali perverſi. Horatius lib. 1, Satyra 3:

- - - *Varum diſtortis cruribus; illum*
Balbutit Scaurum, pravis fultum male talis.

Huic ille contrarius, de quo Perſius Satyra 5:

- - - *Tibi recto vivere talo*
Ars dedit. - - -

Sed hoc ad animum transfertur. In pedum denique conſideratione minime prætereundi ſunt digiti: *Speciem magis quàm uſum præferentes, ideoque & juncti, & breves, & gradatim compoſiti: quorum qui eſt maximus, quoniam illum ſicut in manu diſcerni à cæteris opus non erat, ita in ordinem redactus eſt, ut tamen ab aliis magnitudine ac modico intervallo diſtare videatur. Hæc eorum ſpecioſa germanitas, non levi adjumento niſum pedum firmat: concitari enim ad curſum non poſſumus, niſi digitis in humum preſſis,*

 ſoloque

mas (6) *per tenebras. Gerit & aures immanitate barrinas, quarum fiſtulam biforem pellis ulceroſa* (7) *circumvenit, ſaxeis nodis & tophoſis humore verrucis per marginem curvum protuberantibus. Portat & naſum, qui cùm ſit amplus in foraminibus,* (8) *& ſtrictus in ſpina, ſic pateſcit horrori, quod anguſtatur olfactui. Prætendit os etiam labris plumbeum* (9), *rictu ferinum* (10), *gingivis purulentum* (11), *dentibus buxeum* (12), *quod ſpurcat frequenter exhalatus è concavo molarium computreſcentium mephiticus odor* (13), *quem ſupercumulat eſculenta* (14) *ructatio de dapibus heſternis & redundantium ſentina cœnarum. Promit & frontem, quæ ſœdiſſimo geſtu cutem* (15) *plicat, ſupercilia diſtendit. Nutrit & barbam, quæ jam ſenectute caneſcens, ſit ta-*

Non tamen & clauſos; nam fornice non
ſpatioſo,
Magna vident ſpatia; & majoris luminis
uſu
Perſpicua in puteis compenſant puncta pro-
fundis.

(6) Atque hoc eſt illud

- - - *Acre malum ſemper plorantis ocelli,*

memoratum Juvenali Satyra VI, verſ. 109.

(7) Tacit. lib. IV Annal. cap. 57, inquirens in cauſas quæ Tiberium, ut ab Urbe abſcederet, impulerant: *Erant qui crederent*, inquit, *in ſenectute quoque corporis habitum pudori fuiſſe, quippe illi prægracilis & incurva proceritas, nudus capillo vertex, ulceroſa facies, ac plerumque medicaminibus interſtincta.*

(8) Arnob. lib. III & VI, *diſploſas nares* dixit.

(9) Χείλη πελιδνὰ καὶ νεκρικὰ dixit Lucianus in Dialogis meretriciis.

(10) Martial. lib. III, Epigramm. 92:

Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus anguſta.

(11) Catullus Carm. 40:

Dentem atque ruſſam defricare gingivam.

(12) Ovid. II Metam. verſ. 777:

- - - *Livent rubigine dentes.*

(13) Perſius Satyra III, verſ. 89:

- - - *Ægris*
Faucibus exſuperat gravis halitus. - - -

Et mox verſ. 99:

Gutture ſulphureas lente exhalante mephi-
tes.

Quamobrem etiam recte præcipit Ovid. I de Arte, verſ. 523:

Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris.

Aliud in iſta obſerva, de qua Ariſtænetus lib. I, epiſt. 12: Ὁ τράχηλος αὐτῆς ἀμβροσίας ὄζει· καὶ τὸ ἆσθμα ἡδὺ μήλων ἢ ῥόδων πνεύμασι συμμιγνύμενον ἀπόζειν φιλήσας ἐρεῖς: *Collum ejus ambroſiam ſpirat, ſuavis anima; dicas, cum pangis baſia, ſentire te mixta poculis poma vel roſas.* Martialis lib. III, Epigramm. 64:

Quod ſpirat tenera malum mordente puella;
Quod de Corycio quæ venit aura croco:
Vinea quod primis floret cum cana racemis:
Gramina quod redolent, quæ modo car-
pſit ovis:
Quod myrtus, quod meſſor Arabs, quod
ſuccina trita,
Pallidus Eoo thure quod ignis olet:
Gleba quod æſtivo leviter cum ſpargitur im-
bre:
Quod madidas nardo ſparſa corona comas:
Hoc tua, ſæve puer Diadymeue, baſia fra-
grant.
Quid? ſi tota dares illa ſine invidia.

Idem lib. V, Epigramm. 37:

Fragravit ore, quod roſarium Pæſti:
Quod Atticarum prima mella cerarum:
Quod ſuccinorum rapta de manu gleba:

(14) Cicero Philippica ſecunda: *In cœtu populi Romani negotium publicum gerens, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal implevit.* Seneca epiſt. XCV: *Quàm fœdi atque peſtilentes ructus ſunt, quantum faſtidium ſui exhalantibus crapulam veterem? Scias putreſcere ſumpta, non concoqui.*

(15) Martialis lib. III, Epigramm. 92:

Rugoſiorem cum geras ſtola frontem.

Claudianus lib. I in Eutropium, verſ. 110.

Jamque ævo laxata cutis, ſulcisque gena-
rum
Corruerat paſſa facies rugoſior uva.
Flava minus preſſo ſinduntur vomere rura,
Nec vento ſic vela tremunt. - - -

Juvenal. Satyr. X, verſ. 192:

- - - *Deformem pro cute pellem,*
Pendenteisque genas, & tales aſpice rugas,
Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca ſal-
tus,
In vetula ſcalpit jam mater ſimia bucca.

Coſſi dicebantur ab antiquis, inquit Feſtus, *natura rugoſi corporis homines, à ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi dicebantur.*

men morbo nigra (16) *Syllano. Tota denique eſt miſero facies ita* (17) *pallida, veluti per*

(16) Barbam pediculis oppletam intelligit. Conſtat enim ex Plutarcho atque aliis, Syllam phthiriaſi abſumptum. Qui talem barbam habet, Martiali lib. XII, Epig. 59, dicitur *menti dominus pediculoſi.* Phanoſtrata, ſcortum Athenienſe, vulgari convitio Φθειροπύλη dicebatur: Ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆς θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο: *Quoniam ſtans pro foribus pediculos quæritabat*, Athenæus lib. XIII; Harpocration in Φανοστράτη.

(17) Non fuit hoc *fœmineus pallor*, quem Plin. in Panegyr. tribuit Domitiano: *Superbia in fronte*, inquit, *ira in oculis, fœmineus pallor in corpore.* Neque etiam talis fuit hic pallor, qualem deſcribit Hor. Carm. lib. III, Ode 10:

Nec tinctus viola pallor amantium.

Et Nemeſianus Ecloga II:

Pallidior buxo, violæque ſimillimus erro.

Quin potius intelligendus eſt hic pallor is, qui Horatio Epodon Ode 10, *pallor luteus* dicitur. *Sulfureus color*, Martial. lib. XII, Epigr. 48:

Mullorum, leporumque, & fuminis exitus hic eſt,
Sulfureusque color, carnificesque pedes.

Quemadmodum & *buxeus pallor* Apulejo lib. I Metamorph. *Pallore buxeo deficientem video*, inquit, *ſic denique eum vitalis color turbaverat, ut præ metu nocturnas etiam Furias imaginanti.* Idem lib. VIII Metamorph. *At ille buxanti pallore trepidus, mira ſuper conſervo ſuo renuntiat.* Lib. denique IX: *Mulier lurore buxeo macieque fœdata.* Ovidius IV Metam. verſ. 134; Martialis lib. XII, Epigr. 32:

Et non recenti pallidus magis buxo.

Græci quoque pari prorſus ratione τὰς ὠχρὰς vocant πυξίνας. Chærephon ſodalis Socratis propter gracilitatem palloremque à ſæculi ſui hominibus dicebatur πύξινος. *Scholia in Nubes Ariſtophan.* Notabiliter ſemper palluit Chærephon, unde fuit in Parœmia, Οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος: *Nihil differs à Chærephonte.* Vide Suidam in Χαιρεφῶν, & in Διοίσεις. Cajo Cæſari ſumma *palloris inſaniam teſtantis fœditas fuit*, teſte Seneca, *Quòd in ſap. non cadat injuria, cap.* 18. Conſtantium Imperat. ſucceſſorem Cæſaris Diocletiani, patrem vero M. Conſtantini, χλωρὸν cognominârunt, διὰ τὴν ὠχρότητα τοῦ προσώπου, Cedrenus. *Pullus Jovis dicebatur Qu. Fabius, cui Eburno nomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat*, Feſtus. Ἐνερόχρωτες, νεκρόχρωτες· νεκροῦ χροιὰν ἔχοντες, Etymolog. Cuminum pallorem bibentibus gignit, ita certe ferunt affectatores Porcii Latronis, clari inter magiſtros dicendi, ſimilitudinem coloris, quem ille pervigili ſtudio contraxerat, imitatos: paullo etiam ante Julium Vindicem, adſertorem illum à Nerone libertatis, in captatione teſtamenti ſic lenocinatum eſſe tradunt. Vide *Plinium lib.* XX *nat. Hiſt. ſub finem capitis* 14. Huc ſpectat illud Horatii lib. I, epiſt. 19:

- - - Biberent exſangue cuminum.

Quemadmodum & illud Perſii Sat. V:

- - - Pallentis grana cumini.

Caprini quoque ſanguinis hauſtu pallorem ſibi quidam conciliâſſe deprehenduntur; *Druſus tribunus plebis traditur caprinum ſanguinem bibiſſe*, inquit Plin lib. XXVIII, cap. 9, *cùm pallore & invidia veneni ſibi dati inſimulare Q. Cæpionem inimicum vellet.* Ab alia quoque ſimilitudine pallidi hominis deſcriptionem mutuatus eſt Catullus Carm. 82:

Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.

Ovidius I de Ponto, Eleg. ult.

Parvus in exiles ſuccus mihi pervenit artus,
Membraque ſunt cera pallidiora nova.

Ovid. VI Metam. verſ. 304:

In vultu color eſt ſine ſanguine: lumina mæſtis
Stant immota genis; nihil eſt in imagine vivum.

Sidonius Carm. V:

Ipſi autem color exſanguis, quem crapula vexat,
Et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni
Preſſus aceſcentem ſtomachus non explicat auram.

Silius Italicus lib. XII:

Solvitur omne decus letho, niveosque per artus
It Stygius color, & formæ populatur honores.

Varro autor eſt, Titium quendam, prætura functum, marmorei ſigni faciem habuiſſe, propter vitiligines, Plinius nat. Hiſt. libro XXXI, cap. 2. Lentigo enim non minu quàm pallor nimius formæ venuſtatem corrumpit. Q. Seren. de Re med. Carm. 12:

Invida ſi maculat faciem lentigo decoram.

Sylla turpiter maculoſam habuit faciem, unde & nomen traxit: vide *Plutarchum in Sylla.* Περκώματα, τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ποικίλματα, Heſychius. Ἐφήλιδες, πάθος ἐπὶ προσώπου τραχύτης. Ἔφηλος, ἐφήλιδας ὡς ἥλους ἔχων εἰς τὴν ὄψιν, Heſychius.

per horas umbris mæſtificatæ (18) larvalibus. Taceo reliquum ſui ruborem, vinctam podagra, pinguedine (19) ſolutam. Taceo cerebrum crebra (20) vibice peraratum: quod parum amplius tegi conſtat capillis, (21) quàm cicatricibus. Taceo pro brevitate cervicis occipiti ſupinato (22) ſcapularum adhærere conſinia. Taceo quia decedit labor humeris, decor brachiis, robur (23) lacertis. Taceo chiragricas (24) manus, undique cataplaſmatum pannis, tanquam ceſtibus, involutas. Taceo quod alarum ſpecubus hircoſis (25) atque aceſcentibus latera captiva vallatus, nares circumſedentium ventilata duplicis Amſancti (26) peſte funeſtat. Taceo fractas jacere mammas pondere arvinæ

(18) Βλεπεδαίμων, ὁ ὑπὸ νόσου κατεχόμενος ἢ ὑπὸ δαιμόνων, Heſychius. Ita domum nocturno phaſmate infamem inhabitantibus, *Triſtes diræque noctes per metum vigilabantur: vigiliam morbus, & creſcente formidine mors ſequebatur. Nam interdiu quoque, quanquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inerrabat: longiorisque cauſſa timoris timor erat*, Plinius lib. VII, epiſt. 27.

(19) Martial. lib. XI, Epigr. 101:

Habere amicam nolo, Flacce, ſubtilem,
Cujus lacertos annuli mei cingant.
Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

(20) *Vibices, plagæ verberum in corpore humano dictæ; quod vi fiunt*, Feſtus. *Vibices*, μώλωπες ἀπὸ πληγῶν, Gloſſ. vet. Livius libro II ab U. C. *Oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum.* Δρυφάδες, τὰ ἀπὸ τῶν πληγῶν πελιώματα, Heſychius. Πελίωμα, τὸ μέλαν, Etymologicus. Ῥώδιγγες, πληγαὶ ὕφαιμοι [illegible] ἢ μώλωπες, Heſychius. Ῥώδιγγες, Idem. Σμώδιγξ, σμῶδιξ ὕφαιμος μώλωψ, ὁ τῆς πληγῆς τύπος, Heſychius. Φλὲψ, μώλωψ, Heſychius.

(21) Martialis lib. X, Epigr. 83:

Calvo turpius eſt nihil comato.

Vide locum; quemadmodum & Epigram. 50 libri quinti. Arbiter Satyrico:

Infelix, modo crinibus nitebas
Phœbo pulchrior & ſorore Phœbi,
At nunc lævior ære, vel rotundo
Horti tubere quod creavit unda,
Ridentes fugis & times puellas.
Ut mortem citius venire credas,
Scito jam capitis periſſe partem.

Claudian. lib. I in Eutrop. verſ. 113:

- - - Miſerabile turpes
Exedere caput tineæ. Deſerta patebant
Intervalla comæ, qualis ſitientibus arvis
Arida jejunæ ſeges interlucet ariſtæ:
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris immoritur trunco brumalis hirundo.

Myconii carentes capillo gignuntur, ſicut in Canno lienoſi, Plinius nat. Hiſt. lib. XI, cap. 37; vide Stephanum de Urbib. quemadmodum & Euſtathium ad verſ. 526 Dionyſii τῆς περιηγήσεως, Strabonem libro X Geogr. Cajo Cæſari *deformitatem capitis deſtituti & emendicatis capillis aſperſi* tribuit Seneca *Quòd in ſap. non cad. inj.* cap. 18.

(22) *Scapulas altas* dixit Ovid. III de Arte, verſ. 273.

(23) Claudianus de bello Gildonico, verſ. 22:

- - - Jejuna lacertos
Exedit macies.

(24) Sulp. Servaſtus Junior in Catalog. vet. Poët.

Diſcolor in manibus ſpecies. - - -

(25) Horatius Epodon XII:

- - - Gravis hirſutis cubat hircus in alis.

Ubi Commentator vetus: *Hircus eſt odor axillarum, inſtar hircorum fœtens: qui putor in libidinoſis, ex ſudore pilis alarum inhærente, gravis percipitur.* Martiali libro XI, Epigr. 23, *tragos* dicitur. Græcis enim τράγος accipitur pro odore, qui alias γράσος. Unde etiam τραγομάσχαλος vel hircoſus γράζων nominatur, teſte Suida in τράγος; vide quoque Etymol. & Pollucem lib. II Onomaſtici, §. περὶ ῥινὸς καὶ ὀσφρήσεως, ubi γράσος & κινάβρα idem ſignificare teſtatur. Scholiaſti vero in Plutum Ariſtophanis κινάβρα dicitur ἡ δυσωδία τῆς μασχάλης. Arbiter: *Numquid te oſculum meum offendit? numquid ſpiritus jejunio macer? numquid alarum negligens ſudor?* Ovidius I de Arte, verſ. 523:

Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris:
Nec lædat nares virque paterque gregis.

Idem III de Arte, verſ. 193; Martial. libro III, Epigram. 92; Catullus denique Carm. 40:

Lædit te quædam mala fabula; qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes: neque mirum: nam mala valde eſt
Beſtia. - - -

(26) Virgilius VII Æneidos:

Eſt locus, Italiæ in medio, ſub montibus altis,
Nobilis & fama multis memoratus in oris,
Amſancti

næ (27), *quasque fœdum eſſet in pectore virili vel prominere, has ut ubera materna* (28) *cecidiſſe. Taceo ventris inflexi pendulos* (29) *caſſos, partium genitalium, quia debilibus pudendæ turpitudinis rugis turpius præbuere velamen. Jam quid hic tergum* (30) *ſpinamque commemorem? de cujus licet internodiorum ſeminibus erumpens aream pectoris tegat curvatura coſtarum, tota nihilominus hæc oſſium* (31) *ramoſa compage, ſub uno velut exundantis* (32) *abdominis pelago latet. Taceo lumborum corpulentiam, cluniumque* (33), *cui craſſitudini comparata cenſetur alvus exilis. Taceo femur aridum & pendum*

Amſancti valles. Denſis hunc frondibus atrum
Urget utrumque latus nemoris, medioque fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & toto vertice torrens.
Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis
Monſtrantur ruptoque ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit fauces.

Plinius lib. 11 nat. Hiſt. cap. 93.

(27) *Arbilla, arvina; id eſt, pinguedo corporis*, Feſtus. Quamquam *arbinæ* nomine non intelligimus qualemcumque corporis pinguedinem, ſed ſevum tantum. Gloſſæ vet. *Arvina*, λίπος ἄνευ σαρκός. Eſt autem Siculum verbum: ἀρβίνη, κρέας, Σικελοί, Heſychius. Ubi tamen Joſ. Scaliger, στέαρ legendum putat, non κρέας. *Arvina, ſecundum Suetonium in lib. de vitiis corporalibus, eſt pingue durum, quod eſt inter cutem & viſcus*, Servius ad verſ. 727 ſeptimi Æneid.

(28) Propert. lib. 11, Eleg. 15:

Necdum inclinatæ prohibent te ludere mammæ;
Viderit hoc, ſi quis jam peperiſſe putet.

(29) De mammis ita loquitur Martialis lib. 111, Epigr. 92:

Rugoſiorem cum geras ſtola frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas.

Ῥυσαὶ, ῥυτίδας ἔχουσαι, Heſychius in ῥυσαί. Ῥυσὸς, ὁ συνεσταλμένος τὴν σάρκα καὶ ῥυτιδῶν. Ῥυσαὶ, αἱ ἀπογεγηρακυῖαι, καὶ ῥυτίδας ἔχουσαι. Ῥυτίδες δὲ καλοῦνται αἱ ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ δέρματος συστροφαί. vide Etymol. Ῥυσὴ, ἡ μάρανσις, ἡ γήρανσις· λέγεται καὶ ῥυσή. Ῥυσαὶ, ῥυτίδας ἔχουσαι· ῥυσσήματα, τὰ ἐκ τοῦ ὄψεων τῶν γεγηρακότων συνελκύσματα, Suidas. Ῥυσίλλας, τὰς ῥυτίδας. Ῥυσῶσι, ῥυσσωθῶσι, γηράσωσι. Ῥυσῶσαι, γηράσασαι, γεγήρακε, Heſychius. Σύφαρ οὐχ ἁπλῶς τὸ γῆρας, ἀλλ᾽ ὡς ἐπιγέννημα γήρως, ἐκ τῆς ἐσχάτης ἡλικίας τὸ κατερρυσωμένον, Etymologicus; vide quoque Heſychium & Suidam.

(30) Martialis lib. xi, Epigr. 101:

Cui ſerra lumbis eminet.

(31) *Oſſea forma*, Ovid. in Ibin, verſ. 144. Liv. lib. xxi ab U. C. *Effigies immo umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, ſqualloré enecti.* Quintilian. Declam. xii:

Unius deficientis ſpeciem tota civitas habet, cavum macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & deſtitutas genas, & manes faucium ſinus, prona eſt cervix, tergum oſſibus inæquale; infernis imaginibus ſimiles, fœda etiam cadavera. Silius Ital. lib. 11, de Saguntinis agens:

Eſt furtim lento miſeris durantia tabo
Viſcera, & exurit ſiccatas ſanguine venas
Per longum ſiccata fames: jam lumina retro
Exeſis fugere genis: jam lurida ſola
Tecta cute, & venis male juncta trementibus oſſa,
Exſtant conſumptis viſu deformia nervis.

(32) *Venter projectus* dicitur Suetonio in Nerone, capite 51; quemadmodum & in Tito, cap. 3. *Conlatiuum ventrem, magnum & turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur*, Feſtus. Locus Plauti eſt in Curcul. Act. 11, Sc. *Migrare certum eſt*, &c.

— — Quis hic eſt homo
Cum collativo ventre, atque oculis herbeis?

Perſ. Sat. 1, verſ. 57:

Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede exſtat.

Magis avidi ciborum, quibus ab alvo longius ſpatium. Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter, Plin. xi, 37. Plautus Mercat. Actu 111, Scena *Sumne ego*, &c. *ventrioſum* dixit.

Canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breviculum.

Ventroſus, πρόκοιλος, προγάστωρ, Gloſſæ vett. Σωκράτης ὁ τοῦ λιθοξόου, ὁ σιμὸς, ὁ προγάστωρ: *Socrates lapicidæ filius, ſimus, & ventrioſus*; Maximus Tyrius Diſſert. xxiii. Τὸν Πιττακὸν Ἀλκαῖος φύσκωνα καὶ γάστρωνα ἀποκαλεῖ, ὅτι παχὺς ἦν: *Pittacum Alcæus* φύσκωνα *&* γάστρωνα *vocabat, quod craſſus eſſet*, Laërt. lib. 1, in Pittaco. Φεγμισίων παχύς, Heſychius. Contrario vitio laborant, qui σφηκώδεις dicuntur Græcis. De quibus aliquanto ante egimus.

(33) Contrario vitio laborat is, qui *depygis* dicitur Horatio lib. 1, Sat. 2. Græcis eſt λισπόπυγος. Athenienſes vero apud Comicos λισπόπυγοι plerumque audiunt; ſiquidem is populus nauticæ rei paſſim intentus, depygis ob ſedendi aſſiduitatem reddebatur.

dum, genua (34) *vaſta, poplites* (35) *delicatos, crura cornea;* (36) *vitreos talos, parvos digitos, pedes grandes. Quumque diſtortis horreat ita* (37) *lineamentis, perque multiplicem peſtilentiam exſanguis* (38) *ſimulacrumque nec ſuſtentatus* (39) *incedat, verbis* (40) *tamen eſt ille quam membris execrabilior.*

debatur. Niſi quis velit eos inde jam à Theſeo fuiſſe λεῖοι τὰ ὄπισθεν. Jul. Pollux Onomaſtici lib. II: οἱ ἐνδεεῖς πυγῶν ἔχοντες, λίσποι καὶ ἀπόλισποι καλοῦνται, καὶ λισποπυγοι ἐφ' ὧν μάλιστα Ἀθηναῖοι κωμῳδοῦνται. Vide quoque Heſychium in λίσπος, Scholia in Equites Ariſtophanis.

(34) Sulp. Servaſtus Junior in Catalectis vet. Poët.

- - - *Vacuo crure tument genua.*

(35) *Vinulus dicitur molliter ſe gerens, & minime quid viriliter faciens*, Feſtus. *Vinnicus*, μοχλός, Gloſſ. vet. ubi tamen cum Vulcanio & Scaligero rectius legas *Vinulus*.

(36) *Vitreos talos* vocat hoc in loco Sidonius talos debiles, infirmos, ac vitri inſtar veluti fragiles. In genere deſcribit hic Sidonius *pravis fultum male talis*, ut loquitur Horat. lib. I, Satyra 3. Non abſimilem talorum, genuumque turpitudinem depinxit Ovid. VIII Metamorph. verſ. 805, in deſcriptione Famis:

Hirtus erat crinis; cava lumina; pallor in ore;
Labra incana ſitu; cani rubigine dentes;
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent;
Oſſa ſub incurvis exſtabant arida lumbis;
Ventris erat pro ventre locus; pendere putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri;
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

(37) Erat Julianus Imperator, teſte Ammiano Marcellino lib. XXV, *Ab ipſo capite uſque ad unguium ſummitates lineamentorum exacta compage, unde viribus valebat & curſu.*

(38) Nullum fere veſtigium, nec ſimulacrum vivi hominis referens, *Sed quandam ſpirantis mortui effigiem*, ut loquitur Cicero III ad Qu. fratrem.

(39) *Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris*, ut loquitur Ovid. III de Arte, verſ. 299. Appoſite Athenæus libro XIV, cap. 6: Καὶ ἐν ὀρχήσει καὶ πορείᾳ καλὸν μὲν εὐσχημοσύνη καὶ κόσμος, αἰσχρὸν δὲ ἀταξία καὶ φορτικόν: *In ſaltatione atque inceſſu pulcher eſt ordinatus & honeſtus corporis habitus, contra vero turpis eſt confuſio & inſolentia.* Vide Caſauboni in Athenæum Animadverſ. lib. I, cap. 18. Indecens eſt hic inconſtantia nunc citati, nunc lenti gradus; præterquam quod inquietæ turbatæque mentis indubitata præbet ſigna. *Non vides*, inquit Seneca epiſt. 114, *ſi animus languet, trahi membra & pigre moveri pedes? ſi ille effœminatus eſt, in ipſo inceſſu apparere mollitiem? ſi ille acer eſt & velox, concitari gradum? ſi furit, aut (quod furori ſimile eſt) iraſcitur, turbatum eſſe corporis motum; nec ire, ſed ferri?* Græci dicunt ἀνωμάλως περιπατεῖν, ut eſt apud Heſychium, Etymologicum, Suidam. Ita Salluſt. de Catilina: *Conſcientia mentem excitam vexabat: igitur color exſanguis; fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus; prorſus in facie vultuque vecordia inerat.* Recte Tullius lib. I de Officiis: *Cavendum eſt, ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur; aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates; quæ cùm fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam.* Seneca epiſt. 40: *Sapienti viro inceſſus modeſtior convenit.* Plautus Pœnulo, Act. III, Scena *Ita me Di*, &c.

Liberos homines per urbem modico magis par eſt gradu
Ire; ſervile eſſe duco feſtinantem currere.

Lento paſſu incedere, πλιάσσειν Græcis eſt. Πλιάσσειν, τὸ βάδην διαβαίνειν, Etymologicus in Ἐμπλιάσσειν. *Incedere proprie eſt nobilium perſonarum, hoc eſt, cum aliqua dignitate ambulare*, Servius ad illa verba primi Æneidos:

Aſt ego, quæ Divûm incedo Regina, Jovisque
Et ſoror & conjux. - - -

Hanc verbi proprietatem ſervavit etiam Seneca nat. Quæſt. VII, 31: *Tenero & molli ingreſſu ſuſpendimus gradum; non ambulamus, ſed incedimus.* Inconſtantem inceſſum in Tigellio cantore notat Horat. lib. I, Satyra 3:

Nil æquale homini fuit illi: ſæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem; perſæpe velut qui
Junonis ſacra ferret. - - -

Alius interim inceſſus virum, alius fœminam decet: *Cicero, quum Piſo gener ejus mollius incederet, filia autem concitatius: ait genero, Ambula tanquam fœmina: at filiæ, Ambula tanquam vir*, Macrob. Saturnalium lib. II, cap. 3. Ἀερίπους, ὁ εἰς ὕψος αἴρων τοὺς πόδας: *Ἀερίπους, qui in altum tollit pedes*, Suidas. Generalius tamen varios incedendi modos conſideranti-

bus, optimus videtur *ſpecioſus, ſed immeditatus inceſſus*, ut loquitur Apulejus xi Metamorph. Talem inceſſum tribuit Laidi ſuæ Ariſtænetus lib. i, epiſt. i: βάδισμα πεταγμένον, βραχὺ ἢ, ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοῖνιξ, σαλευόμενον ἠρέμα· ἐπεὶ φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον· ἀλλ' ἐκείνας μὲν ἐπὶ φύλλα καὶ ζεφύρῳ ποτέ· αὐτὴν δὲ ποσὶ ὑποκουφίζουσιν αἱ τῶν ἐρώτων αὖραι: *Inceſſus compoſitus, ſed brevis, cupreſſi aut palmæ in modum agitatæ modico flamine: nam natura forma ſuperbior eſſe amat. Sed illas plantas quippe aura Zephyri motat; hanc leves quodammodo ſublevant auræ cupidinum.* Specioſo huic atque immeditato inceſſui opponitur *inceſſus arte compoſitus*. Arbiter: *Quo ſpectat*, inquit, *inceſſus arte compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia?* Idem in Carmine de Mutatione reipub.

- - - Fractique enervi corpore greſſus.

D. Proſper lib. ii de Vita contemplativa, cap. 4: *Qui undante lapſabundi corporis motu, defluentibus in talos veſtimentis incedunt, & vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes, animorum diſſolutionem veſtigiis ſinuoſa mobilitate nutantibus produnt.* Σαλεῦσθαι, ἀκροβῶς. Διαβαίνειν καὶ σαυλῶς σείεσθαι παρὰ τὸ σαῦλον, Etymologicus in Διασαλακωνίζων. Ἀκρίζειν eſt ſummis pedibus ingredi. Ἀκρίζων, ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος, Heſychius. Vide quoque Etymologicum in Ἀκρίσιος.

Inceſſus ſerius. A. Gell. lib. ix noct. Attic. cap. 9: *Dido in urbe media ingrediens, inter Tyrios principes, cultu atque inceſſu ſerio.*

Inceſſus erectus. Tacit. i Hiſtor. cap. 53: *Cæcina decora juventa, corpore ingens, animi immodicus, cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum allexerat.*

Magnus gradus. Plin. Panegyr. *Quum jam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires.* A. Gell. noct. Attic. lib. ix, cap. ii: *Dux Gallorum vaſta & ardua proceritate, grandia ingrediens incedebat.* Statius lib. ii Achilleid. verſ. 209:

Imaniſque gradu, ceu protinus Hectora poſcens,
Stat medius trepidante domo. - - -

Idem x Thebaïd. verſ. 640:

- - - Tamen aſpera produnt
Ora Deam, nimiique gradus. - - -

Plenus gradus. Quintil. Declam. 3: *Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu; tam paratus mori pro pudicitia, quam occidere.* Claudianus de Bello Getico, verſ. 558:

Nec non & Stilico pugnam poſcentia movit
Pleno caſtra gradu, dictiſque inſtigat euntes.

Plautus Pſeudolo, Act. iv, Scena *Ne plura*, &c.

Quin hinc metimur gradibus militariis.

Livius lib. iv ab U. C. *Peditum aciem inſtructam pleno gradu in hoſtem inducit.* Et rurſus lib. ix: *Romani pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt.* Contra lib. xxviii ab U. C. *Hiſpanos preſſo gradu incedere jubet.* *Grallatoris* ac *teſtudinei gradus* meminit Plautus Amphitr. Act. iv, Scen. *Di veſtram fidem*, &c.

- - - Abſtine quæſo, non potuimus
Noſtros grandius grandire gradus. Am.
Sive grallatorius, ſive
Teſtudineus fuerit, certum 'ſt mihi hunc
ſceleſtum perdere.

Idem Aulularia, Act. i, Scen. *Exi, inquam, age exi*, &c.

Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum
in manum,
Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

Pari quoque ratione *formicinum gradum* dixit Plautus Menæchmis Act. v, Scen. *Jamne iſti*, &c.

(40) Vocis quoque rationem, in enumerandis veræ pulchritudinis dotibus, habendam putamus; idque ex opinione eorum, qui apud Laërt. lib. vii, in Zenone, adſtruunt τὴν φωνὴν τοῦ κάλλους ἄνθος εἶναι: *Vocem eſſe florem pulchritudinis.* Recte quoque Athenæus lib. xv Deipnoſ. cap. 5: τὰς τὴν ὄψιν ἀμόρφους ἀναπληροῖ ἡ τοῦ λέγειν πιθανότης: *Adſpectu deformes ſupplet ſuavis quædam fandi gratia.* Fieri certe aliter vix poteſt, quin plectrum linguæ modulatum edat ſonum, bene ordinata dentium ſerie labiorumque concinna ſtructura (quæ duo plurimum ad pulchritudinem conferunt) adjutum; quemadmodum contra præcipuam ſemper laudatiſſimæ venuſtatis gratiam imminuit atque exſtinguit inconditus abſonæ vocis horror. Atque hoc eſt illud, quod urget Martial. lib. xi, Epigr. 103:

Non eſt mentitus, qui te mihi dixit habere
Formoſam carnem, Lydia, non faciem.
Eſt ita, ſi taceas; &, ſi tam muta recumbas,
Quam ſilet in cera vultus, & in tabula.
Sed quoties loqueris, carnem quoque Lydia perdis,
Et ſua plus nulli, quam tibi, lingua nocet.
Audiat Ædilis ne te videatque caveto.
Portentum eſt, quoties cœpit imago loqui.

Quamobrem recte præcipit Tull. lib. i de Offic. *In voce duo ſequamur; ut clara ſit, ut ſuavis: utrumque omnino à natura petendum eſt: verum alterum, exercitatio augebit: alterum, imitatio preſſe loquentium & leniter.* Baſilius in epiſt. ad Gregorium, ubi pleraque ethica præcepta breviter complectitur: Τόνος φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος,

ὡς

ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως: *Tonus vocis medius maximo æſtimandus, ut non diffugiat auditum præ teneritate, neque ſonorus ſit nimis ob vehementiam.* Lucianus in Imaginibus: Πᾶς ὁ τόνος τοῦ φθέγματος, οὔτε ἀπολελειμμένος, οὔτε βαρὺς, ὡς εἰς τὸ ἀνδρεῖον ἡρμόσθαι, οὔτε πάνυ λεπτὸς, ὡς θηλυδριώδης τε εἶναι καὶ κομιδῇ ἔκλυτος, ἀλλ' οἷος γένοιτ' ἂν παιδὶ μήπω ἡβάσκοντι, ἡδὺς, καὶ προσηνὴς, καὶ πράως παραδυόμενος εἰς τὴν ἀκοὴν, ὡς καὶ πεπαυμένης ἔναυλον εἶναι τὴν βοὴν, καί τι λείψανον ἐνδιατρίβειν καὶ περιβομβεῖν τὰ ὦτα, καθάπερ ἠχώ τινα παραμένουσαν τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα καὶ πειθοῦς μεστὰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀπολιμπάνουσαν: *Omnis loquelæ tonus, cujuſmodi delicatiſſimus eſſe ſolet, neque nimium gravis, quaſi ad virilem vocem informatus ſit: neque nimium tenuis, quaſi valde effœminatus & ferme fractus ſit, ſed qualis eſſe ſolet pueri nondum pubeſcentis, dulcis & blandus, comiter & manſuete in auditum ſemet inſerens, ut etiam illa loqui deſinente, verba audita jucundo murmure tinniant, ac quædam dulciſſimæ vocis reliquiæ aliquantiſper perdurent, aureſque blando ſuſurro circumſonent: quemadmodum Echo quædam quæ auditum prorogat, ac mellitiſſima quæpiam verborum veſtigia & perſuaſionis pleniſſima, in animis audientium relinquit.* Qui plenius quid de natura atque uſu vocis requiret, conſulat Quintil. lib. XI, cap. 3. Atque hæ ſunt Sirenes illæ, quas in Laide ſua extollit Ariſtænetus lib. I, epiſt. I: Ἡνίκα ἡ Λαῒς φθέγγεται, inquit, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες· ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος: *At quando Laïs loquitur, quantæ, o Dii, ſermonis ejus dulcedines, quam citata copioſaque eſt lingua!* Ælianus quoque var. Hiſt. lib. XII, cap. I, de Aſpaſia: φώνημα εἶχεν ἡδὺ καὶ ἁπαλόν· εἶπεν ἄν τις λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν Σειρῆνος: *Vocem habebat ſuavem & teneram: adeo ut, ipſa loquente, diceret quiſpiam ſe audire Sirenem.* Sueton. in Jul. capit. 55: *Julius Cæſar pronuntiâſſe dicitur voce acuta, ardenti motu geſtuque, non ſine venuſtate.* Cleopatram denique ab hac dote præcipue commendat Dio Caſſius lib. XLII. Alcibiadem tamen balbutientem cum voluptate quadam audiri ſolitum, refert Plut. in ejus vita, quod ſermoni ejus non levem gratiam vitium oris conciliaret: Τῇ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι, καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παρέχουσαν, χάριν ἐπιτελοῦσαν: *Voci ejus balbutiem decori fuiſſe dicunt, & loquelæ probabilitatem quandam affuiſſe, gratiam conciliantem.* Contra vero Suetonius in Vitellio, cap. 6, turpiter balbum *Titubantia oris prope mutum & elinguem* dixit. Cicero Philippica III: *Tua conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius: qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.* Seneca Rhetor lib. I Controverſ. 7: *Gorgonius Buteonis auditor fuit vocis obtuſæ, ſed pugnaciſſimæ; cui Baro ſcurra rem venuſtiſſimam dixit; Centum raucorum vocem habes.* Chærephon ſodalis Socratis dicebatur νυκτερὶς, veſpertilio, propterea quod niger eſſet ac tenuiſſimam haberet vocem: *Scholia in Nubes Ariſtophanis. Sucerotilla vox tenuis dicebatur & alta*, Feſtus. Vitioſa quoque eſt hic *vox infracta*, cujus meminit A. Gellius noct. Attic. lib. III, cap. 5. *Vox anguſta*, Juvenalis Satyra III, verſ. 90:

Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.

Mulier per nares loquens, ναυνάκα Græcis dicebatur: Ναυνάκα, διὰ ῥινῶν λαλοῦσα, Heſychius. Τρίγγες, τὰς ὑπὸ ῥινὸς φθεγγομένας, Idem. Κακχαδίαι, ἰσχνόφωνοι, Idem. Κέκιλος, ἰσχνόφωνος, Idem.

Poſt hanc bonæ malæque formæ ſatis copioſam deſcriptionem, mediocris quoque formæ bonum aliqua ex parte videtur attingendum. Etenim *Inter pulcherrimam fœminam & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & a ſummo deformitatis odio vacat: qualis à Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo Stata dicitur: quam formam modicam & modeſtam Favorinus non mehercle inſcite appellabat Uxoriam*, Aul. Gell. noct. Attic. lib. V, cap. II. *Temperatam formoſitatem* dixit Apulejus IV Metamorph. *Duæ majores ſorores, quarum temperatam formoſitatem nulli diffamarunt populi, procis regibus deſponſæ.* *Juſtam formam* dixit Ovidius II Metamorph. verſ. 733:

Nec ſe diſſimulat: tanta eſt fiducia formæ:
Quæ quamquam juſta eſt, cura tamen adjuvat illam.

Aliis quoque probatis ſcriptoribus *mediocris, ingenua, liberalis facies*, nec non *honeſtus modus formæ* vocatur. Ac primum quidem faciei mediocris meminit Apulejus in Apolog. *Non formoſa pupilla, ſed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur.* De facie ingenua vide Martial. lib. III, Epigr. 33. Plin. Junior lib. I, epiſt. 14: *Eſt illi facies liberalis; multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa; eſt ingenua totius corporis pulchritudo.* A. Gell. noct. Attic. lib. VII, cap. 8: *Delphini pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis littorum conſpectos miris & humanis modis arſerunt.* Plautus Epidico, Act. I, Scena I: *Forma lepida ac liberali captivam adoleſcentulam* dixit. Idem Mil. glor. Actu IV, Scen. *Voluptas eſt quod*, &c. In Perſa quoque

Act. I, Sc. *Omnem rem inveni*, &c. Terent. Hecyra, Act. V, Scen. 4:

Perliberalis viſa eſt. - - -

A. Gellius noct. Attic. libro XVIII, cap. I: *Corporis integritas ſanitasque, honeſtus modus formæ, cæteraque omnia corporis & fortunæ bona.* Terentius Eun. Act. I, Scena 2:

Is ubi hancce forma videt honeſta virginem.

Propert. lib. II, Eleg. II:

Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ,
Nec ſi qua illuſtres fœmina jactat avos.

CAPUT XI.

§. 1. *Artificum opera vere & diligenter inſpecturi, conſiderationem ſuam non tantum in formam, ſed etiam in ipſam intendunt materiam.*

§. 2. *Diverſa genera arborum e quibus olim ſigna fabricarunt Artifices.*

§. 3. *Simulacra ex ære, amurea, argento, aromatibus, auro, cera, cicere, dentibus fluvialis equi, ebore, electro, farina, ferro, figulino opere, fœno, gypſo, jaſpide, lana, magnete, marmore, milio, montibus, Obſidiano lapide, oſſibus camelinis, oſſibus humanis, papyro, ſcirpis, ſmaragdo, ſtanno, ſuccino, thure, viminibus, vitro.*

Peritus elegantiarum arbiter non tantum conſiderat operum formam, verum ipſam quoque materiam non incurioſe introſpicit.

EXcuſſimus hactenus, quid in imaginum formis, quas Natura ad certam aliquam legem rationemque alligavit, Artifices atque ii pariter qui de Artificum operibus judicium cenſuramque facere volunt, obſervare debeant: reſtat porro, ut nunc de ſtatuarum materia nonnihil addamus. Quamvis enim Artificibus libera cujuſvis materiæ electio relicta eſſe videatur: deprehendimus tamen, eos ſollicite admodum propoſito ſuo aptiſſimam ſemper adhibuiſſe materiam. Ita ferreum fecit Herculem Alcon, inductus nempe laborum Dei patientia: *Plin.* XXXIV, 14. Videmus Apollinem Tuſcanicum, dubium ære mirabiliorem, an pulchritudine: *Plin.* 1437. Meneſtratus Hecaten fecit in magna olim admiratione habitam. Tanta enim radiatio marmoris erat, ut in ejus contemplatione admonerent Æditui parcere oculis: *Plin.* XXXVI, 5. Quinetiam varias quandoque miſcebant materias Artifices, cùm unam aliquam ac ſimplicem deſtinato operi minus idoneam judicarent; cujus rei exempla lib. III, cap. 4, §. 5, adduximus. Quamobrem, cùm ne quidem in eligenda materia curam ſuam Artifices claudicare voluerint, liquet etiam opera eorum inſpecturis eandem incumbere curam, ne quid in ipſa forte materia notatu dignum oſcitanter prætereant. Elegans hujus rei exemplum nobis præbet Plinius Junior in ea, quam ſupra attulimus, ſenilis corporis deſcriptione: *A tergo quoque*, inquit, *eadem ætas, ut à tergo æs ipſum, quantum verus color indicat, vetus & antiquum.* Percenſuerat jam ſummo cum judicio Plinius præcipuas elegantiſſimi ſigni virtutes; nec tamen accurationi artis ſatisſactum putabat, niſi ipſam inſuper materiam cum arte ad perficiendum ſignum conſenſiſſe oſtenderet. Quæ cùm ita ſint, ab inſtituti operis ratione alienum nemini videri debet, ſi de multiplici ſtatuarum ſignorumque materia nonnihil hic addamus. Statuis enim non levis accedit commendatio ab ipſius lapidis, ex quo factæ ſunt, ingenio: *Diodorus Siculus lib.* I, *pag.* 44. Ac primo quidem oſtendere conabimur è quot quibusve ligni generibus ſtatuas olim factitarint; præſertim cùm eam primam ſimulacrorum materiam priſcis temporibus fuiſſe doceat nos Pauſanias *lib* II, *pag.* 118, 24: ibi enim de temporibus Danai agens, Crediderim, inquit, illis temporibus omnia ſigna fuiſſe è ligno, imprimis tamen quæ fecerunt Ægyptii. *Ex arbore*, inquit Plinius XII, 1, *ſimulachra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaveri. Antequam, ut à Diis nato jure luxuriæ, eodem ebore numinum ora ſpectarentur, & menſarum pedes.* Ligneas quoque imagines ex maxime durabili materia Diis ſuis ſtatuebant tenuioris ſortis homines, cùm ſumptuoſiores non poſſent; peritiſſimorum interim Artificum opera utebantur, ut materiæ viliori commendationis aliquid ab arte accederet: vide *Eſaïæ cap.* XL: 20. Vide quoque *Euſebium lib.* III *de Præpar. Euang.* §. Περὶ τῆς πολυτελείας τῶν ξοάνων κατασκευῆς καὶ ἱδρύσεως. Sed quoniam, teſte Apulejo in Apologia, *Non ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exſculpi*, ſolebant quoque deligere materiam operi ſuo aptiſſimam. Τῶν ἑρμογλύφων ἢ ἐπὶ διφρέων τεχνιτῶν τινὸς ἐνδεομένου Ἑρμοῦ, ζητεῖν εἰς τὴν διάθεσιν τῆς μορφῆς ξύλον ἐπιτήδειον: *Cum quis ſtatuarius vel artifex curulis Mercurium vult fingere, in formæ conſtitutionem quærit lignum ſibi accommodum*, Jamblich. de vita Pythagoræ, cap. 34. Pauſanias *lib.* VIII, *pag.* 483, 3, enumerat ſex diverſas ligni ſpecies ſtatuis faciendis non incommodas: Τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον, inquit, ὁπόσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν, τάδε ἦν ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιεῖτο· ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύϊνα, ἡ σμίλαξ, ὁ λωτός: *Hominibus antiquitus, quantum nos cognoſcere potuimus, talia erant, unde ſtatuas conficiebant, ebenum, cupreſſus, cedri, & quercus, & taxi, & lotus.* Variat hic nonnihil Theophraſtus

ſtus lib. v Hiſt. plant. cap. 5: Τὰ ἀγάλματα γλύφουσιν, inquit, ἐκ τῆς κέδρου, κυπαρίττου, λωτοῦ, πύξου· τὰ δ' ἐλάττω καὶ ἐκ τῶν ἐλαΐνων ῥιζῶν, ἀρραγεῖς γὰρ αὗται, καὶ ὁμαλῶς πως σαρκώδεις: *Simulacra ſculpunt ex cedro, cupreſſo, loto, buxo, minora etiam ex olearum radicibus: rimas enim iſtæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo conſtare videntur.* Præter has ſeptem aut octo materiæ ſpecies, à Pauſania & Theophraſto recenſitas, pretium operæ videtur ex aliis quoque Scriptoribus oſtendere, quænam olim genera lignorum Artificibus uſitata maxime fuerint. Unum hoc interim ex Theophraſto præmittam, quòd viride ac recens ſucciſum lignum arido ſemper prætulerunt: Εὐπελεκητότερα, καὶ εὐτορνότερα, καὶ εὐγλυφέστερα τὰ χλωρά· προσκάθηται γὰρ τὸ σιδήριον μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀποπηδᾷ: *Securi, torno, ſculpturæque faciliora, quæ viridia: quippe cùm ferrum magis inſidat hæreatque, nec quidquam reſiliat*, Theophraſtus lib. v Hiſt. plant. cap. 8. Animo tamen concepti atque ad poſteritatem tranſmittendi operis accuratum ſpecimen argilla plerumque vel cera vel gypſo præfigurabant Artifices. De argilla, Horatius lib. II, epiſtola 2:

- - - *Argilla quidvis imitaberis uda.*

De cera, Plinius Junior lib. VII, epiſt. 9:

Ut laus eſt ceræ, mollis cedenſque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque fingat opus.
Et nunc informet Martem, caſtamque Minervam,
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum, &c.

De gypſo ignotum nemini.

§. 2. Sequuntur nunc aliquot arbores, quæ olim Artificibus materiam ſignorum ſuppeditarunt. Variæ arbores faciendis ſignis idoneæ.

Abies. Ex abiete factus erat equus ille fatalis Ilio, quem Lucretius lib. I, verſ. 477, *durateum* dixit, ſive ligneum. Δόρυ veteribus Græcis lignum erat; unde δούρειος & δουράτεος, ligneus. Propertius tamen non contentus equum hunc ligneum aut durateum dicere, propius materiam ejus tangit cùm *abiegnum* dixit lib. III, Eleg. I:

Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces.

Et rurſus lib. IV, Eleg. I:

Læſerat abiegni venter apertus equi.

Plane videtur reſpexiſſe illud Virgilii lib. II Æneïd.

- - - *Sectaque intexunt abiete coſtas.*

Vide Servium. Schol. in Theocritum, ad verſ. 83 Idyllii V: Καρνία ἑορτή ἐστι Διὸς καρνεῖα ὀνομαζομένη· παρ' Ἕλλησι δὲ τελεῖται διὰ τὸ τὸν δούρειον ἵππον ἐκ καρνείας εἶναι ξύλου: *Abiegnum feſtum, eſt Jovis abiegna vocata, apud Græcos vero celebratur, quoniam equus ligneus ex abiegno erat ligno.* Vaccam quoque Paſiphaës *abiegnam* dixit idem Propertius libro III, Eleg. 18:

Teſtis, Cretæi faſtus quæ paſſa juvenci,
Induit abiegnæ cornua falſa bovis.

Acer. *Operum elegantia ac ſubtilitate cedro ſecundum*, teſte Plinio libro XVI nat. Hiſt. cap. 15. Vertumnus acernus de ſe apud Propertium lib. IV, Eleg. 2:

Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in urbe Deus.

Ovid. quoque lib. I de Arte, verſ. 325, *vaccam acernam* dixit, quæ Propertio ſupra *abiegna bos* dicebatur. Ovid. denique in Ibin, verſ. 569, *equi acerni* meminit:

Utque loquax in equo eſt eliſus guttura acerno.

Buxus, refertur à Plinio lib. XVI, cap. 40, inter eas arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt. Erat in Alti theſaurus Sicyoniorum, atque in eo poſitum fuit buxeum Apollinis ſimulacrum, *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 379, 9. In xyſtis quoque atque in hortis vivam virentemque buxum ita nonnunquam contexebant, ut diverſas animantium ſpecies exprimeret. Plin. Junior lib. V, epiſt. 6: *Pulvino beſtiarum effigies invicem adverſas buxus inſcripſit.* Et mox: *Viæ plures intercedentibus buxis dividuntur: alibi pratulum, alibi ipſa buxus intervenit, in formas mille deſcripta: literis interdum, quæ modo nomen domini dicunt, modo artificis. Alternis viticulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma: & in opere urbaniſſimo ſubita velut illati ruris imitatio medium in ſpatium brevioribus utrimque platanis adornatur. Poſt has, acanthus hinc inde lubricus &*

& flexuoſus; deinde plures figuræ, pluraque nomina. Julius Firmicus Aſtronomicorum lib. VIII, cap. 10, elegantiſſima paraphraſi artificem topiarium deſcribit: *Qui*, inquit, *natus fuerit Cratere oriente, erit vinearum & amator & cultor, & qui infœcundis arboribus fœcundos inſerat ſurculos; vel qui buxeas arbores tondens in belluas fingat, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat.*

Cedrus, refertur inter eas arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt, quæque rimam fiſſuramque ſponte non capiunt. Vide *Plin. lib.* XVI *nat. Hiſt. cap.* 40. Scholiaſtes in Nicandri theriaca: Τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ποιεῖ ἡ κέδρος, τὸ νοτερὸν καὶ ῥευστικὸν ἐξωθοῦσα· ὅθεν καὶ νεκρῶν ζωὴν ἔνιοι αὐτὴν ἐκάλεσαν: *Mortuos putredinis expertes facit cedrus, quod in iis humidum fluidumque eſt expellens: unde & nonnulli vocaverunt eam Mortuorum vitam. Naſcitur ex cedro oleum*, inquit Vitruvius lib. II, cap. 9, *quod cedrium dicitur; quo reliquæ res cùm ſunt unctæ (uti etiam libri) à tineis & à carie non læduntur. Arboris ejus folia ſunt ſimilia cupreſſeæ foliaturæ: materies vena directa. Epheſi in æde ſimulachrum Dianæ & etiam lacunaria ex ea, & ibi, & in cæteris nobilibus fanis, propter æternitatem ſunt facta.* Vide I Regum, cap. VI, verſ. 15. Herodes Sophiſta conſtituit Athenienſibus theatrum cum laquearibus ex cedro conſtructis, Ἡ δ' ὕλη καὶ ἐν ἀγαλματοποιίαις σπουδαία, ut eſt apud Philoſtratum lib. II de vitis Sophiſt. in Herode. Plinius lib. XIII, cap. 5, de cedro agens: *Materiæ ipſi*, inquit, *æternitas. Itaque & ſimulachra Deorum ex ea factitaverunt. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus, Seleucia advectus.* Virgilius VII Æneïd. verſ. 176, de regia Pici, in qua rex Latinus advenas Trojanos excipiebat:

> *Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum*
> *Antiqua ex cedro, Italuſque paterque Sabinus*
> *Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem*
> *Saturnuſque ſenex, Janique bifrontis imago*
> *Veſtibulo adſtabant; aliique ab origine Reges,*
> *Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi.*

Apud Lacedæmonios viſebatur compeditæ Veneris ſimulacrum, è cedro. Tyndareum compedes adjeciſſe fama eſt, ut vinculorum ſimilitudine uxores admonerentur firmæ erga maritos fidei. Vide *Pauſaniam lib.* III, *pag.* 190, 23.

Eſt in Epidamniorum theſauro Hercules, malus Heſperica, & draco malum iſtam circumplexu ſuo involvens; atque hæc omnia è cedro fabricavit Theocles, filius Etyli: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 379, 29.

Megarenſes in theſauro, quem Alti ædificaverunt, imagunculas è cedro, auro veluti floſculis quibuſdam pictas, poſuerunt: Herculis nempe cum Acheloo pugnam, adſiſtentibus Jove & Deianira: Mars Acheloo adeſt: Minerva Herculi: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 380, 4.

Thebis, juxta portam Homoloidum, Apollinis Iſmenii ſimulacrum fuit è cedro: *Pauſan. lib.* IX, *pag.* 557, 11.

Æſculapium è cedro fecit Eetion: vide Theocriti *Epigramma ſeptimum*. In Orchomeniorum denique ſuburbanis Dianæ ſimulacrum in magna cedro conſecratum eſt: unde & à cedro Cedreatim nuncupabant. Vide *Pauſaniam libro octavo, pag.* 477, 8.

Citrus. Cornutus ad illud Perſii Satyra I: - - *Non quicquid denique lectis Scribitur in citreis.* - - *Citrum*, inquit, *Romanis antea pretioſum notabatur & auro comparandum.* Quumque tantum citri pretium eſſet, non menſas tantum citreas ex hoc ligno faciebant, quarum Lucanus meminit *lib.* IX, *verſ.* 430, quarum etiam inſana pretia ſtupentibus refert *Plin.* XIII, 15. Quoniam vero durabilis maxime eſt materia, ædium quoque ſacrarum laquearia ex ea fecerunt, Καὶ ἔτι διαμνημονεύουσιν ὀροφάς τινας τῶν ἀρχαίων ἐκ θύας οὔσας· ἄσαπτος γὰρ ὅλως τὸ ξύλον: *Atque etiamnum memorant contignationes quaſdam vetuſtiſſimas thuiæ. Incorruptibile enim omnino hoc lignum*, ut eſt apud Theophraſtum lib. V Hiſt. plant. cap. 5. Ob eandem denique rationem ſtatuas etiam ex citro factitarunt. Pauſanias certe *lib.* VIII, *pag.* 483, 5, teſtatur in vertice Cyllenes montis fuiſſe Mercurii Cyllenii templum, atque in eo ipſius Dei ſimulacrum è citro, octo circiter pedum altitudine.

Cupressus refertur inter eas arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt, quæque rimam fiſſuramque non capiunt ſponte: vide *Plinium lib.* XVI, *cap.* 40. *Cupreſſus & pinus*, inquit Vitruvius lib. II, cap. 9, *in vetuſtatem ſine vitiis conſervantur: quod is liquor, qui ineſt penitus in corporibus earum, habet amarum ſaporem, qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem, neque eas beſtiolas quæ ſunt nocentes. Ideoque quæ ex his generibus opera conſtituuntur, permanent ad æternam diuturnitatem.* Εὔπειθ φυσικῶς ἡ κυπάρισσος, καὶ σηπεδόνι ἐστὶν ἀπερίληπτος, καὶ πρὸς πᾶσαν τεκτονικὴν φιλοτεχνίαν ἐπιτηδείως ἔχει, λεία τε γινομένη, καὶ εὐαρμόνιος, καὶ πρὸς τὰς διὰ τῶν γλυφίδων

καλλω-

[illegible]: *Bene olet naturaliter cupreſſus, ea ipſa autem nullam admittit putredinem, & eſt apta ad univerſum fabrile artificium, ut quæ ſit levis & concinna, & ad ea, quæ per cælaturas fiunt ornamenta, appoſita*, Greg. Nyſſenus Homilia IV in Cant. Canticorum.

Quoniam lignum cupreſſinum eſt [illegible], cadavera eorum, qui bello ceciderant, arcis cupreſſinis condi ſolita teſtis eſt Thucydides. Autor quoque eſt Plinius *libro* XVI, *cap.* 40, Vejovis ſimulacrum, quod ex hoc ligno in Arce erat, ab Urbis conditæ anno DLI, ad ſua uſque tempora duraſſe. Atque adeo hinc etiam patet, cur Plato publicas leges & ſacrorum ritus tabulis cupreſſinis inſcribi juſſerit. Pythagorici tribuunt Jovi ſceptrum cupreſſinum: *Laërtius lib.* VIII, *in Pythagora*. Ovidius tamen *lib.* I *Metam. verſ.* 178, tribuit ei ſceptrum eburnum. Priapus loquitur apud Martialem libro ſexto, Epigramm. 49:

> *Non ſum de fragili dolatus ulmo,*
> *Nec quæ ſtat rigida ſupina vena*
> *De ligno mihi quolibet columna eſt:*
> *Sed viva generata de cupreſſo,*
> *Quæ nec ſecula centies peracta,*
> *Nec longæ cariem timet ſenectæ, &c.*

Vide quoque ejuſdem libri Epigramma 73.

Dianæ ſignum cupreſſinum memoratur Xenophonti *libro* V de Cyri minoris expeditione.

M. Antonio, Aulo Poſthumio Coſs. ſigna cupreſſina duo Junoni reginæ poſita ſunt: *Jul. Obſequens de Prodigiis.*

Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Coſs. cupreſſea ſimulacra Junonis reginæ poſita per virgines viginti ſeptem, quæ urbem luſtraverunt: *Idem Obſequens.* Plenius tamen *Livius lib.* XXVII *ab U. C.* Praxidamantis athletæ cupreſſina ſtatua Olympiæ conſecrata erat: vide *Pauſaniam lib.* VI, *pag.* 378, 3.

Alexandro Perſicum bellum aggreſſuro, cum alia Deorum prodigia ſunt nuntiata, tum etiam, quod ea ipſa tempeſtate cupreſſinum Orphei ſignum apud Libethra copioſo manaverat ſudore. Omnibus itaque portentum formidantibus, Ariſtander bono animo Alexandrum eſſe juſſit, geſturum enim res inclytas & multum ſudoris Poëtis ac Muſicis decantantibus præbituras: *Plutarch. in Alexandro.*

EBENUS, ſive HEBENUS quoque numeratur inter eas arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt: *Plin.* XVI, 40. *Hebenus eſt arbor, quæ cæſa dureſcit in lapidem*, inquit Servius ad illud Virgilii II Georg. verſ. 116:

> *Diviſæ arboribus patriæ. Sola India nigrum*
> *Fert hebenum. Solis eſt thurea virga Sabæis.*

Meminit hujus loci Virgiliani Plinius *lib.* XII, *cap.* 4: vide locum. Solinus quoque cap. 55: *Ut piper ſola India*, inquit, *ita & hebenum ſola mittit. Indi reges ex eo ſceptra ſumunt, & quaſcunque Deorum imagines non niſi ex ebeno habent.* Cum Servii verbis proxime allatis confer quoque locum Pauſaniæ *lib.* I, *pag.* 65, 5, ubi teſtatur ſua etiamnum ætate Salamine inter fori ruinas ſpectatum Ajacis templum cum ſtatua ex ebeno lapide. ἔστι δὲ ἀγορᾶς τε ἔτι ἐρείπια, καὶ ναὸς Αἴαντος· ἄγαλμα δὲ ἐξ ἐβένου λίθου.

Dianæ Epheſiæ ſimulacrum plerique ex ebeno fuiſſe tradunt, teſte Plinio *libro* XVI, *cap.* 40.

Apollo ille, quem Archegeten olim nuncupabant, Ægineticis operibus perſimilis eſt, totusque ex ebeno factus eſt, inquit Pauſanias *lib.* I, *pag.* 79, 12: ubi addit, Cyprium hominem oppido quam peritum in herbarum generibus ad medelam hominum diſcernendis, teſtari ſolitum; nulla folia gignere ebenum, neque ullum ex hac arbore provenire fructum, immo prorſus eam non ſpectari ſub ſole; radices tantum ſubterraneas eſſe, eas vero effodere Æthiopes, ut quibus ſint homines ebenum invenire gnari.

Argis in æde Caſtoris & Pollucis fuere ſimulacra, cum ipſorum, tum liberorum, Anaxidis & Mnaſinoi; atque eorum utriuſque matrum, Hilairæ & Phoebes: omnia ex ebeno. Vide *Pauſaniam libro ſecundo*, *pag.* 125, 40.

In æde Limnatidis Dianæ, quæ erat in agro Tegeate, ſignum Deæ ex ebeno fuit: *Pauſan. lib. octavo*, *pag.* 541, 25.

Mercuriolum ex ebeno affabre ſculptum habuit Apulejus. Vide ejus *Apologiam.*

FAGUS. Anthologia Græc. Epigrammatum *lib.* I, *cap.* 68, meminit faginei coloſſi Herculis.

FICUS. Notum eſt illud Horatii lib. I, Satyra 8:

> *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,*

Dum

Similiter Horatius Epodon Ode 13:

- - - Rapiamus amici
Occaſionem de die:
Dumque virent genua,
Et decet, obducta ſolvatur fronte ſenectus.

Viride etiamnum habentibus genu, opponuntur *tardigenuli ſenio oppreſſi*, ut loquitur Levius apud A. Gellium lib. XIX, cap. 7. Philoſtratus Iconum libro II picturam Cyclopis deſcribens, in Galatea annotat: ὅτι οὐδὲ τὴν ἐπιγουνίδα ἐκλέλοιπεν ἡ ὥρα: *Quod neque ipſius genu muſculus ſua careat pulchritudine.* Quemadmodum & Philoſtrato Juniori in pictura Hyacinthi laudatur Ἐπιγουνὶς ἐλαφρὰ ὑπὲρ κνήμης: *Muſculus genu levis ſuper tibia.* Feſtus: *Compernes nominantur homines genibus plus juſto conjunctis.* Ἐπιγουνὶς dicitur inferior multa carne diſtenti femoris pars, quæ ſolet in robuſtis validisque corporibus indubitatum bonæ conſtitutionis indicium exhibere. Ἐπιγουνίδα, τὸ ἐπάνω τοῦ γόνατος, λέγει δὲ τὸν μηρὸν, ἀφ᾽ οὗ ἐνδείκνυται τὴν τοῦ σώματος εὐεξίαν, Heſychius. Ἐπιγουνίδα, τὸ περὶ τοῦ γόνατος ἄνωθεν σαρκῶδες τοῦ μηροῦ· ἔνιοι τὴν ἐπιμυλίδα· παρὰ τὸ ἐπὶ τὸ γόνυ γίνεσθαι ἐπιγουνὶς καὶ ἐπιγουνατὶς, ὁ πρὸς τὰ γόνατα μῦς· ὡς δ᾽ ἄλλοι φασὶν, ἡ διὰ εὐεξίαν ἐπιτραφεῖσα σὰρξ τῷ γόνατι, Etymol. magnum. Γονύκροτοι, βλαισοί, Heſychius. Ῥαμφὰ γόνατα, βλαισὰ γόνατα, τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ῥαιβά, Heſychius.

Crura. §. 34. CRURA SURIS FULTA TURGENTIBUS. *Crura non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes; ſed teretibus ſuris elementer exſtantibus ſenſimque tenuatis, & firma ſunt & ornata*, Lactant. de Opificio Dei, cap. 13. Dianam præcipue à cruribus commendat Ovid. Amorum lib. III, Eleg. 2, verſ. 31:

Talis pinguntur ſuccinctæ crura Dianæ,
Cum ſequitur fortes, fortior ipſa, feras.

Κοῦφος ἡ κνήμη, καὶ τὸ σῶμα σύμμετρον ἐς ῥᾳστώνην τοῦ δρόμου: *Levis eſt tibia, & congruens ad curſus facilitatem eſt corpus*, ut loquitur Philoſtratus Iconum lib. II, de Antilocho. Philoſtratus quoque Junior in pictura Hyacinthi: Σφυρὸν μὲν αὐτῷ κοῦφον, ἐπ᾽ εὐθείᾳ τῇ κνήμῃ· καὶ ἐπιγουνὶς αὐτῇ ἐλαφρά, ὑπὲρ κνήμης: *Talus certe ipſi levis in recta tibia; & muſculus genu levis ſuper tibia.* Idem in Meleagro: Κνῆμαι αὐτῷ εὐπαγεῖς, καὶ ὀρθαί· φέρειν τε ἱκαναὶ τοῖς δρόμοις, καὶ ὑφίστασθαι τὸν ἐκ χειρὸς ἀγῶνα, φύλακες ἀγαθαί· μηρός τε ξυνὼν ἐπιγουνίδι ὁμολογῶν τοῖς κάτω: *Tibiæ ipſi bene compactæ ac rectæ; atque in curriculis ad ferendum idoneæ, & in certamine inito cominus ſuſtinendo, bonæ cuſtodes, & femur junctum toris genuum inferiori tibiæ respondet.* Videmus igitur hic non tantùm laudari crus *agile*, verum etiam *rectum*. Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 28, κνήμην ὀρθήν; Horatius lib. 1, Satyra 2, verſ. 81, *crus rectum* laudat. Conſummant denique recti cruris decorem *ſuræ teretes*, Horat. Carm. lib. II, Ode 4: quibus opponuntur *ſuræ tumentes*, apud eundem Epodon Ode 8. *Crocotilum, valde exile. Plautus: Extortis talis, cum crocotilis cruſculis*, Feſtus. *Petilam ſuram, ſiccam & ſubſtrictam vulgo interpretantur*, Idem. Vide quoque Nonium Marcellum. Anaxilas apud Athenæum lib. XIII, cap. 1, τοξίχω σκέλη dixit. *Todella cruſcula*, Plautus. Vide Voſſii Etymologicum in *Succrotilus*. *Perſilis*, μακροσκελής, Gloſſ. vet. *Valgos Opilius Aurelius, aliique complures ajunt dici, qui diverſas ſuras habent. E contrario vari dicuntur, incurva crura habentes*, Feſtus. *Vari dicuntur obtortis plantis: nam & varices inde dicuntur venæ in ſuris inflexæ vel obtortæ*, Non. Marcellus. Vitioſa quoque ſunt hîc λεπτὰ σκέλη, *tenuia crura*, Lucian. in Dial. meretr. *Arida crura* vocat Ovid. III de Arte, verſ. 272. *Nero fuit gracillimis cruribus*, Sueton. cap. 51. *Domitianum gracilitas crurum deformabat; quæ tamen ei valetudine longa remacruerant*, Idem cap. 18. In Cajo Imp. *exilitatem crurum* notat Seneca, Quod in ſap. non cad. injuria, cap. 18. *Gracilitatem crurum* Suetonius in Cajo, cap. 50. Unde rurſus in ejuſdem Caligulæ vita, cap. 3, de Germanico agens: *Formæ minus congruebat gracilitas crurum; ſed ea quoque paullatim repleta aſſidua equi vectatione poſt cibum.* Sic in Ariſtotele olim notatum eſt, quòd eſſet ἰσχνοσκελής: vide *Laertium Diogenem lib.* V. Præcipue tamen fœda ſunt *diſtorta crura*, Horat. lib. 1, Satyra 3, verſ. 47. Ῥαιβοὺς καλοῦσιν, οἷς καμπύλα εἰς τὸ ἔνδον τὰ σκέλη· βλαισοὺς δὲ, οἷς τὰ ἀπὸ τῶν γονάτων εἰς τὸ ἔξω ἀπέστραπται: *Varos vocant, quibus curva introrſum crura: valgos vero, quibus à genibus extrorſum obtorta ſunt*, Pollux Onomaſtici ſui lib. II. Vide Etymol. & Suidam in Ῥαιβός. Γονύκροτοι, βλαισοί, Heſychius. Ἠρύγμένοι, οἱ καμπυλότητες τῶν σκελῶν, Idem. Λαισποδίαι, τὸ διεστραμμένους πόδας ἔχειν, Idem. Κνήμαγρος, qui craſſas tibias habet, Idem. Martialis lib. II, Epigr. 35:

Cùm ſint crura tibi ſimulent quæ cornua Lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

§. 35

§. 35. QUI MAGNA SUSTENTAT MEMBRA, PES MODICUS. Laudat Pes. hic Sidonius Πόδα λεπτόν τε καὶ εὔρυθμον: *Pedem tenuem & bene congruentem*, ut loquitur Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 28. Antiqui certe putaverunt pedes pulchros præcipuam dignitatem addere formæ: unde & ἀργυρόπεζα Θέτις, *Thetis argenteis pedibus prædita* dicta eſt Homero Iliad. Α, verſ. 538. Κόρη χλιδανόσφυρος Anacreonti quoque dicta eſt Virgo pulchra, à delicatis mollibusque pedum malleolis. Εὔσφυρος Ἀμφιτρίτη, Heſiodus Theogonia, verſ. 254. Εὔσφυρος Μήδεια, Heſiod. Theogon. verſ. 961. Καλλίσφυρος Ἀλκμήνη, Heſiod. Theogonia, verſ. 950. Καλλίσφυρος Δανάη, Homerus Iliad. Ξ, verſ. 319. Ælian. var. Hiſt. XII, 1, ubi Aſpaſiæ formam deſcribit: Ἦν δὲ καὶ τὰ σφυρὰ ἀγαθή, καὶ ἵνα Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν, καλλισφύρους ὀνομάζων: *Habebat vero pedes pulcherrimos, quales Homerus deſcribit, pulcherrimas mulieres ſua lingua* καλλισφύρους, *id eſt, pulchris pedum malleolis præditas appellans.* Cur vero ab hac potiſſimum corporis parte pulchritudinis deſcriptionem petierit Homerus, docet nos Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 12: φύσει γὰρ ὁ ποὺς εὔπλαστος ὤν, καὶ τοὺς ἀκοσμήτους οἶδε κοσμεῖν: *Natura enim pes bene formatus, etiam incultas ornat.* Et rurſus epiſt. 16, eleganter admodum pedes pulchros dixit eſſe, λαμπρὰ τοῦ κάλλους γνωρίσματα: *Splendida pulchritudinis indicia.* Τανίσφυρος (niſi malis τανύσφυρος) ὀρθόσφυρος, εὔσφυρος, λεπτόσφυρος, Heſychius. Ἀρτίπους, ἄρτιος τοὺς πόδας, ὑγιόπους, Heſychius. Ἀρτίπους, ὑγιεῖς τοὺς πόδας ἔχων, Suidas. Ἀρτίπους, ἄρτιος καὶ ὑγιὴς ποσὶν, ὁλόκληρος, Etymologicus. *Rectus* dicitur Juvenali Satyra II, cùm ait:

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Mercurio certe pulchræ plantæ tribuuntur in Appendice Virgiliana:

Habet decentes nuntius Deûm plantas.

Ovid. Heroïdum epiſt. XIX, verſ. 60:

Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.

Quemadmodum autem Thetidi Homerus atque Ovidius pulchros tribuunt pedes: ita quoque Martialis libro II, Epigr. 14, à filio Thetidis *Achilleos pedes* dixit pedes pulchros. *Candidus pes* laudatur Horatio lib. IV Carm. Ode 1; quemadmodum & Ovidio lib. II Amorum, Eleg. II, verſ. 15:

Littora marmoreis pedibus ſignate puellæ:
Hactenus eſt tutum: cætera cæca via eſt.

Exiguus pes, Ovid. I de Arte, verſ. 623:

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Idem Amorum lib. III, Eleg. 3:

Pes erat exiguus; pedis eſt aptiſſima forma.

Contra Horatius lib. I, Satyra 2:

- - - *Brevi latere ac pede longo eſt.*

In Cajo Imp. *enormitatem pedum* notat Seneca *Quòd in ſap. non cadat injuria, cap.* 18. Sueton. in Othone, cap. 12: *Fuiſſe traditur male pedatus ſcambusque.* Σκαμβός, ὁ μὴ ὀρθῶς βαδίζων, Etymolog. in Σκαιός. Γαυσόν, σκαμβόν, στρεβλόν, Heſychius, Etymologicus. In Gloſſis Cyrilli βλαισόπους exponitur *ſcaurus*. At in Gloſſis Philoxeni legas, Σκαμβός, σκελλός, στρεβλόπους. Iſidori Gloſſæ; *Talax, ſcaurus.* Videtur itaque olim *Talax* dictus, cui tali perverſi. Horatius lib. I, Satyra 3:

- - - *Varum diſtortis cruribus; illum*
Balbutit Scaurum, pravis ſultum male talis.

Huic ille contrarius, de quo Perſius Satyra 5:

- - - *Tibi recto vivere talo*
Ars dedit. - - -

Sed hoc ad animum transfertur. In pedum denique conſideratione minime prætereundi ſunt digiti: *Speciem magis quàm uſum præferentes, ideoque & juncti, & breves, & gradatim compoſiti: quorum qui eſt maximus, quoniam illum ſicut in manu diſcerni à cæteris opus non erat, ita in ordinem redactus eſt, ut tamen ab aliis magnitudine ac modico intervallo diſtare videatur. Hæc eorum ſpecioſa germanitas, non levi adjumento niſum pedum firmat: concitari enim ad curſum non poſſumus, niſi digitis in humum preſſis,*

mas (6) *per tenebras. Gerit & aures immanitate barrinas, quarum fiſtulam biforem pellis ulceroſa* (7) *circumvenit, ſaxeis nodis & tophoſis humore verrucis per marginem curvum protuberantibus. Portat & naſum, qui cùm ſit amplus in foraminibus,* (8) *& ſtrictus in ſpina, ſic pateſcit horrori, quod anguſtatur olfactui. Prætendit os etiam labris plumbeum* (9), *rictu ferinum* (10), *gingivis purulentum* (11), *dentibus buxeum* (12), *quod ſpurcat frequenter exhalatus e concavo molarium computreſcentium mephiticus odor* (13), *quem ſupercumulat eſculenta* (14) *ructatio de dapibus heſternis & redundantium ſentina cœnarum. Promit & frontem, quæ fœdiſſimo geſtu cutem* (15) *plicat, ſupercilia diſtendit. Nutrit & barbam, quæ jam ſenectute caneſcens, ſit tamen*

Non tamen & clauſos; nam fornice non ſpatioſo,
Magna vident ſpatia; & majoris luminis uſu
Perſpicua in puteis compenſant puncta profundis.

(6) Atque hoc eſt illud

- - - *Acre malum ſemper plorantis ocelli,*

memoratum Juvenali Satyra VI, verſ. 109.

(7) Tacit. lib. IV Annal. cap. 57, inquirens in cauſas quæ Tiberium, ut ab Urbe abſcederet, impulerant: *Erant qui crederent*, inquit, *in ſenectute quoque corporis habitum pudori fuiſſe, quippe illi prægracilis & incurva proceritas, nudus capillo vertex, ulceroſa facies, ac plerumque medicaminibus interſtincta.*

(8) Arnob. lib. III & VI, *diſploſas nares* dixit.

(9) Χείλη πελιδνὰ καὶ νεκρικὰ dixit Lucianus in Dialogis meretriciis.

(10) Martial. lib. III, Epigramm. 92:

Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus anguſta.

(11) Catullus Carm. 40:

Dentem atque ruſſam defricare gingivam.

(12) Ovid. II Metam. verſ. 777:

- - - *Livent rubigine dentes.*

(13) Perſius Satyra III, verſ. 89:

- - - *Ægris*
Faucibus exſuperat gravis halitus. - - -

Et mox verſ. 99:

Gutture ſulphureas lente exhalante mephites.

Quamobrem etiam recte præcipit Ovid. I de Arte, verſ. 523:

Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris.

Aliud in iſta obſerva, de qua Ariſtænetus lib. I, epiſt. 12: Ὁ τράχηλος αὐτῆς ἀμβροσίας ὄζει· καὶ τὸ ἆσθμα ἡδὺ μήλων ἢ ῥόδων πόμασι συμμιγνύμενον ἀποπνεῖν φιλήσας ἐρεῖς: *Collum ejus ambroſiam ſpirat, ſuavis anima; dicas, cum pangis baſia, ſentire te mixta poculis poma vel roſas.* Martialis lib. III, Epigramm. 64:

Quod ſpirat tenera malum mordente puella;
Quod de Corycio quæ venit aura croco:
Vinea quod primis floret cum cana racemis:
Gramina quod redolent, quæ modo carpſit ovis:
Quod myrtus, quod meſſor Arabs, quod ſuccina trita,
Pallidus Eoo thure quod ignis olet:
Gleba quod æſtivo leviter cum ſpargitur imbre:
Quod madidas nardo ſparſa corona comas:
Hoc tua, ſæve puer Diadymene, baſia fragrant.
Quid? ſi tota dares illa ſine invidia.

Idem lib. V, Epigramm. 37:

Fragravit ore, quod roſarium Pæſti:
Quod Atticarum prima mella cerarum:
Quod ſuccinorum rapta de manu gleba:

(14) Cicero Philippica ſecunda: *In cœtu populi Romani negotium publicum gerens, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal implevit.* Seneca epiſt. XCV: *Quàm fœdi atque peſtilentes ructus ſunt, quantum faſtidium ſui exhalantibus crapulam veterem? Scias putreſcere ſumpta, non concoqui.*

(15) Martialis lib. III, Epigramm. 92:

Rugoſiorem cum geras ſtola frontem.

Claudianus lib. I in Eutropium, verſ. 110:

Jamque ævo laxata cutis, ſulciſque genarum
Corruerat paſſa facies rugoſior uva.
Flava minus preſſo ſinduntur vomere rura,
Nec vento ſic vela tremunt. - - -

Juvenal. Satyr. X, verſ. 192:

- - - *Deformem pro cute pellem,*
Pendenteiſque genas, & tales aſpice rugas,
Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit jam mater ſimia bucca.

Coſſi dicebantur ab antiquis, inquit Feſtus, *natura rugoſi corporis homines, à ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi dicebantur.*

men morbo nigra (16) *Syllano. Tota denique eſt miſero facies ita* (17) *pallida, veluti per*

(16) Barbam pediculis oppletam intelligit. Conſtat enim ex Plutarcho atque aliis, Syllam phthiriaſi abſumptum. Qui talem barbam habet, Martiali lib. XII, Epig. 59, dicitur *menti dominus pediculoſi*. Phanoſtrata, ſcortum Athenienſe, vulgari convitio φθειροπύλη dicebatur: Ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆ θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο: *Quoniam ſtans pro foribus pediculos quæritabat*, Athenæus lib. XIII; Harpocration in Φανοστράτη.

(17) Non fuit hoc *fœmineus pallor*, quem Plin. in Panegyr. tribuit Domitiano: *Superbia in fronte*, inquit, *ira in oculis*, *fœmineus pallor in corpore*. Neque etiam talis fuit hic pallor, qualem deſcribit Hor. Carm. lib. III, Ode 10:

Nec tinctus viola pallor amantium.

Et Nemeſianus Ecloga II:

Pallidior buxo, violæque ſimillimus erro.

Quin potius intelligendus eſt hic pallor is, qui Horatio Epodon Ode 10, *pallor luteus* dicitur. *Sulfureus color*, Martial. lib. XII, Epigr. 48:

Mullorum, leporumque, & ſuminis exitus hic eſt,
Sulfureusque color, carnificesque pedes.

Quemadmodum & *buxeus pallor* Apulejo lib. I Metamorph. *Pallore buxeo deficientem video*, inquit, *ſic denique eum vitalis color turbaverat, ut præ metu nocturnas etiam Furias imaginanti*. Idem lib. VIII Metamorph. *At ille buxanti pallore trepidus, mira ſuper conſervo ſuo renuntiat.* Lib. denique IX: *Mulier lurore buxeo macieque fœdata*. Ovidius IV Metam. verſ. 134; Martialis lib. XII, Epigr. 32:

Et non recenti pallidus magis buxo.

Græci quoque pari prorſus ratione τοὺς ὠχροὺς vocant πυξίνους. Chærephon ſodalis Socratis propter gracilitatem palloremque à ſæculi ſui hominibus dicebatur πύξινος. *Scholia in Nubes Ariſtophan.* Notabiliter ſemper palluit Chærephon, unde fuit in Parœmia, Οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος: *Nihil differs à Chærephonte*. Vide Suidam in Χαιρεφῶν, & in Διοίσεις. Cajo Cæſari ſumma *palloris inſaniam teſtantis fœditas fuit*, teſte Seneca, *Quòd in ſap. non cadat injuria*, *cap.* 18. Conſtantium Imperat. ſucceſſorem Cæſaris Diocletiani, patrem vero M. Conſtantini, χλωρὸν cognominârunt, διὰ τὴν ὠχρότητα τοῦ προσώπου, Cedrenus. *Pullus Jovis dicebatur Qu. Fabius, cui Eburno nomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat*, Feſtus. Ἐνερόχρωτες, νεκρόχρωτες· νεκροῦ χροιὰν ἔχοντες, Etymolog. Cuminum pallorem bibentibus gignit, ita certe ferunt aſſectatores Porcii Latronis, clari inter magiſtros dicendi, ſimilitudinem coloris, quem ille pervigili ſtudio contraxerat, imitatos: paullo etiam ante Julium Vindicem, adſertorem illum à Nerone libertatis, in captatione teſtamenti ſic lenocinatum eſſe tradunt. Vide *Plinium lib.* XX *nat. Hiſt. ſub finem capitis* 14. Huc ſpectat illud Horatii lib. I, epiſt. 19:

- - - *Biberent exſangue cuminum.*

Quemadmodum & illud Perſii Sat. V:

- - - *Pallentis grana cumini.*

Caprini quoque ſanguinis hauſtu pallorem ſibi quidam conciliâſſe deprehenduntur; *Druſus tribunus plebis traditur caprinum ſanguinem bibiſſe*, inquit Plin lib. XXVIII, cap. 9, *cùm pallore & invidia veneni ſibi dati inſimulare Q. Cæpionem inimicum vellet*. Ab alia quoque ſimilitudine pallidi hominis deſcriptionem mutuatus eſt Catullus Carm. 82:

Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.

Ovidius I de Ponto, Eleg. ult.

Parvus in exiles ſuccus mihi pervenit artus,
Membraque ſunt cera pallidiora nova.

Ovid. VI Metam. verſ. 304:

In vultu color eſt ſine ſanguine: lumina mæſtis
Stant immota genis; nihil eſt in imagine vivum.

Sidonius Carm. V:

Ipſi autem color exſanguis, quem crapula vexat,
Et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni
Preſſus aceſcentem ſtomachus non explicat auram.

Silius Italicus lib. XII:

Solvitur omne decus letho, niveosque per artus
It Stygius color, & formæ populatur honores.

Varro autor eſt, Titium quendam, prætura functum, marmorei ſigni faciem habuiſſe, propter vitiligines, Plinius nat. Hiſt. libro XXXI, cap. 2. Lentigo enim non minus quàm pallor nimius formæ venuſtatem corrumpit. Q. Seren. de Re med. Carm. 12:

Invida ſi maculat faciem lentigo decoram.

Sylla turpiter maculoſam habuit faciem, unde & nomen traxit: vide *Plutarchum in Sylla*. Περκώματα, τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ποικίλματα, Heſychius. Ἔφηλιδες, πάθος ἐπὶ προσώπου τραχύτης. Ἔφηλος, ἐφήλιδας ὡς ἥλους ἔχων εἰς τὴν ὄψιν, Heſychius.

Digitized by Google

per horas umbris moſtificata (18) larvalibus. Taceo reliquam ſui molem, vinctam podagra, pinguedine (19) ſolutam. Taceo cerebrum crebris (20) vibicibus peraratum: quod parum amplius tegi conſtat capillis, (21) quàm cicatricibus. Taceo pro brevitate cervicis occipiti ſupinato (22) ſcapularum adhærere confinia. Taceo quia deerit honor humeris, decor brachiis, robur (23) lacertis. Taceo chiragricas (24) manus, unctis cataplaſmatum pannis, tanquam ceſtibus, involutas. Taceo quod alarum ſpecubus hircoſis (25) atque aceſcentibus latera captiva vallatus, nares circumſedentium ventilata duplicis Amſancti (26) peſte funeſtat. Taceo fractas jacere mammas pondere arvi-

næ;

(18) Ἀλεπιδαίμων, ὁ ὑπὸ νόσου καθεσκληκὼς ἢ κατόχως ὑπὸ δαιμόνων, Heſychius. Ita domum nocturno phaſmate infamem inhabitantibus; *Triſtes diræque noctes per metum vigilabantur: vigiliam morbus, & creſcente formidine mors ſequebatur. Nam interdiu quoque, quamquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inerrabat: longiorisque cauſſa timoris timor erat*, Plinius lib. VII, epiſt. 27.

(19) Martial. lib. XI, Epigr. 101:

Habere amicam nolo, Flacce, ſubtilem,
Cujus lacertos annuli mei cingant.
Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

(20) *Vibices, plagæ verberum in corpore humano dictæ; quod vi fiunt*, Feſtus. *Vibices*, μώλωπες ἀπὸ πληγῶν, Gloſſ. vet. Livius libro II ab U. C. *Oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum.* Δρυφάδες, τὰ ἀπὸ τῶν πληγῶν πελιώματα, Heſychius. Πελίωμα, τὸ μέλαν, Etymologicus. Γώλιγγες, πληγαὶ ὕφαιμοι διεσπασμέναι· ἢ μώλωπες, Heſychius. Γώλιγγες, Idem. Σμώδιγξ, σμώδιξ ὕφαιμος μώλωψ, ὁ τῆς πληγῆς τύπος, Heſychius. Φλὲψ, μώλωψ, Heſychius.

(21) Martialis lib. X, Epigr. 83:

Calvo turpius eſt nihil comato.

Vide locum, quemadmodum & Epigram. 50 libri quinti. Arbiter Satyrico:

Infelix, modo crinibus nitebas
Phœbo pulchrior & ſorore Phœbi,
At nunc levior ære, vel rotundo
Hortis tubere quod creavit unda,
Ridentes fugis & times puellas.
Ut mortem citius venire credas,
Scito jam capitis periiſſe partem.

Claudian. lib. I in Eutrop. verſ. 113:

- - - Miſerabile turpes
Exedere caput tineæ. Deſerta patebant
Intervalla comæ, qualis ſitientibus arvis
Arida jejunæ ſeges interlucet ariſtæ:
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arbores immoritur trunco brumalis hirundo.

Myconii carentes capillo gignuntur, ſicut in Canno lienoſi, Plinius nat. Hiſt. lib. XI, cap. 37; vide Stephanum de Urbib. quemadmodum & Euſtathium ad verſ. 526 Dioniſii τῆς περιηγήσεως, Strabonem libro X Geogr. Cajo Cæſari *deformitatem capitis deſtituti & emendicatis capillis aſperſi* tribuit Seneca *Quòd in ſap. non cad. inj. cap.* 18.

(22) *Scapulas altus* dixit Ovid. III de Arte, verſ. 273.

(23) Claudianus de bello Gildonico, verſ. 22:

- - - Jejuna lacertos
Exedit macies.

(24) Sulp. Servaſtus Junior in Catalog. vet. Poët.

Diſcolor in manibus ſpecies. - - -

(25) Horatius Epodon XII:

- - - Gravis hirſutis cubat hircus in alis.

Ubi Commentator vetus: *Hircus eſt odor axillarum, inſtar hircorum fœtens: qui putor in libidinoſis, ex ſudore pilis alarum inhærente, gravis percipitur.* Martiali libro XI, Epigr. 23, *tragos* dicitur. Græcis enim τράγος accipitur pro odore, qui aliàs χρὼς. Unde etiam τραγομάσχαλος vel hircoſus χράζων nominatur, teſte Suida in τράγος; vide quoque Etymol. & Pollucem lib. II Onomaſtici, §. περὶ ῥινὸς καὶ ὀσφρήσεως, ubi χρὼς & κινάβρα idem ſignificare teſtatur. Scholiaſti vero in Plutum Ariſtophanis κινάβρα dicitur ἡ δυσωδία τῆς μασχάλης. Arbiter: *Numquid te oſculum meum offendit? numquid ſpiritus jejunio macer? numquid alarum negligens ſudor?* Ovidius I de Arte, verſ. 523:

Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris:
Nec lædat nares virque paterque gregis.

Idem III de Arte, verſ. 193; Martial. libro III, Epigram. 92; Catullus denique Carm: 40:

Lædit te quædam mala fabula; qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes: neque mirum: nam mala valde eſt
Beſtia. - - -

(26) Virgilius VII Æneidos:

Eſt locus, Italiæ in medio, ſub montibus altis,
Nobilis & fama multis memoratus in oris,

Amſancti

na (27), *quasque fœdum eſſet in pectore virili vel prominere, has ut ubera materna* (28) *concidiſſe. Taceo ventris inflexi pendulos* (29) *caſſes, partium genitalium, quæ debilibus pudenda turpitudinis rugis turpius præbuere velamen. Jam quid hic tergum* (30) *ſpinamque commemorem? de cujus licet internodiorum fomitibus erumpens aream pectoris tenat curvatura coſtarum, tota nihilominus hæc oſſium* (31) *ramoſa compago, ſub uno velut exundantis* (32) *abdominis pelago latet. Taceo lumborum corpulentiam, cluniumque* (33), *cui craſſitudini comparata cenſetur alvus exilis. Taceo femur aridum & pendens*

Amſancti valles. Denſis hunc frondibus atrum
Urget utrumque latus nemoris; medioque fragoſus
Dat ſonitum ſaxis & toto vertice torrens.
Hic ſpecus horrendum, & ſævi ſpiracula Ditis
Monſtrantur: ruptoque ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit fauces.

Plinius lib. II nat. Hiſt. cap. 93.

(27) *Arbilla, arvina; id eſt, pinguedo corporis*, Feſtus. Quamquam *arbinæ* nomine non intelligimus qualemcumque corporis pinguedinem, ſed ſevum tantum. Gloſſæ vet. *Arvina*, λίπος ὕειον σιαρός. Eſt autem Siculum verbum: ἀρβίνη, κρέας, Σικελοί, Heſychius. Ubi tamen Joſ. Scaliger, σέαρ legendum putat, non κρέας. *Arvina, ſecundum Suetonium in lib. de vitiis corporalibus, eſt pingue durum, quod eſt inter cutem & viſcus*, Servius ad verſ. 727 ſeptimi Æneid.

(28) Propert. lib. II, Eleg. 15:

Necdum inclinatæ prohibent te ludere mammæ;
Viderit hoc, ſi quis jam peperiſſe putet.

(29) De mammis ita loquitur Martialis lib. III, Epigr. 92:

Rugoſiorem cum geras ſtola frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas.

Ῥυσσαὶ, ῥυτίδας ἔχουσαι, Heſychius in ῥυσαι. Ῥυσὸς, ὁ συνελκυσμένος τὴν σάρκα καὶ ῥυτιδῶν. Ῥυσαὶ, αἱ ἀπογεγηρακυῖαι, καὶ ῥυτίδας ἔχουσαι. Ῥυτίδες ἡ καλοῦνται αἱ ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ δέρματος συστροφαί. vide Etymol. Ῥυσὸν, ἡ μάρανσις, ἡ γήρανσις· λέγεται καὶ ῥυσή. Ῥυσαὶ, ῥυτίδας ἔχουσαι· ῥυσσήματα, τὰ ἐπὶ τῶν ὄψεων τῶν γεγηρακότων ἀπολύματα, Suidas. Ῥυσίδας, τὰς ῥυτίδας. Ῥυσῶσι, ῥερυσσῶσι, γηραιοῖς. Ῥυσσήνη, γηράσκει, γεγήρακε, Heſychius. Ζύφαξ οὐχ ἁπλῶς τὸ γῆρας, ἀλλ᾽ ὡς ἐπιτήδευμα γήρως, καὶ τῆς ἐσχάτης ἡλικίας τὸ καταρρηκνύμενον, Etymologicus; vide quoque Heſychium & Suidam.

(30) Martialis lib. XI, Epigr. 101:

Cui ſerra lumbis eminet.

(31) *Oſſea forma*, Ovid. in Ibin, verſ. 144. Liv. lib. XXI ab U. C. *Effigies imo umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, ſqualore enecti.* Quintilian. Declam. XII:

Unius deficientis ſpeciem tota civitas habet, cavum macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & deſtitutas genas, & inanes faucium ſinus, prona eſt cervix, tergum oſſibus inæquale; infernis imaginibus ſimiles, fœda etiam cadavera. Silius Ital. lib. II, de Saguntinis agens:

Eſt furtim lento miſeris durantia tabo
Viſcera, & exurit ſiccatas ſanguine venas
Per longum ſiccata fames: jam lumina retro
Exeſis fugere genis: jam lurida ſola
Tecta cute, & venis male juncta trementibus oſſa,
Exſtant conſumptis viſu deformia nervis.

(32) *Venter projectus* dicitur Suetonio in Nerone, capite 51; quemadmodum & in Tito, cap. 3. *Conlativum ventrem, magnum & turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur*, Feſtus. Locus Plauti eſt in Curcul. Act. II, Sc. *Migrare certum eſt*, &c.

Quis hic eſt homo
Cum collativo ventre, atque oculis herbeis?

Perſ. Sat. I, verſ. 57:

Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede exſtat.

Magis avidi ciborum, quibus ab alvo longius ſpatium. Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimus venter, Plin. XI, 37. Plautus Mercat. Actu III, Scena *Summe ego*, &c. *ventrioſum* dixit.

Canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breviculum.

Ventroſus, πρόκοιλος, προγάστωρ, Gloſſæ vet. Σωκράτης ὁ τοῦ λιθοξόου, ὁ σιμὸς, ὁ προγάστωρ: *Socrates lapicidæ filius, ſimus, & ventrioſus*, Maximus Tyrius Diſſert. XXIII. Τὸν Πιττακὸν Ἀλκαῖος φύσκωνα καὶ γάστρωνα ἀποκαλεῖ, ὅτι παχὺς ἦν: *Pittacum Alcæus φύσκωνα & γάστρωνα vocabat, quod craſſus eſſet*, Laërt. lib. I, in Pittaco. Φερμισίκων παχὺς, Heſychius. Contrario vitio laborant, qui σφηκώδεις dicuntur Græcis. De quibus aliquanto ante egimus.

(33) Contrario vitio laborat is, qui *depygis* dicitur Horatio lib. I, Sat. 2. Græcis eſt λισπόπυγος. Athenienſes vero apud Comicos λισπόπυγοι plerumque audiunt, ſiquidem is populus nauticæ rei paſſim intentus, depygis ob ſedendi aſſiduitatem reddebatur.

dum, genua (34) *vaſta, poplites* (35) *delicatos, crura cornea,* (36) *vitreos talos, parvos digitos, pedes grandes. Quumque diſtortis horreat ita* (37) *lineamentis, perque multiplicem peſtilentiam exſanguis* (38) *ſemivivuſque vix ſuſtentatus* (39) *incedat, verbis* (40) *tamen eſt ille quam membris execrabilior.*

debatur. Niſi quis velit eos inde jam à Theſeo fuiſſe λεπτοὺς τὰ ὑπόδη. Jul. Pollux Onomaſtici lib. II: Οἱ ἐνδεῶς πυγῶν ἔχοντες, λίσποι καὶ ἀπόλισποι καλοῦνται, καὶ λισπόπυγοι ἐφ' ᾧ μάλιστα Ἀθηναῖοι κωμῳδοῦνται. Vide quoque Heſychium in λίσπος, Scholia in Equites Ariſtophanis.

(34) Sulp. Servaſtus Junior in Catalectis vet. Poët.

- - - *Vacuo crure tument genua.*

(35) *Vinulus dicitur molliter ſe gerens, & minime quid viriliter faciens*, Feſtus. *Vinnicus*, μυχλός, Gloſſ. vet. ubi tamen cum Vulcanio & Scaligero rectius legas *Vinulus*.

(36) *Vitreos talos* vocat hoc in loco Sidonius talos debiles, infirmos, ac vitri inſtar veluti fragiles. In genere deſcribit hic Sidonius *pravis fultum male talis*, ut loquitur Horat. lib. I, Satyra 3. Non abſimilem talorum, genuumque turpitudinem depinxit Ovid. VIII Metamorph. verſ. 805, in deſcriptione Famis:

Hirtus erat crinis; cava lumina; pallor in ore;
Labra incana ſitu; cani rubigine dentes;
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent;
Oſſa ſub incurvis exſtabant arida lumbis;
Ventris erat pro ventre locus; pendere putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri;
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

(37) Erat Julianus Imperator, teſte Ammiano Marcellino lib. XXV, *Ab ipſo capite uſque ad unguium ſummitates lineamentorum exacta compage, unde viribus valebat & curſu.*

(38) Nullum fere veſtigium, nec ſimulacrum vivi hominis referens, *Sed quandam ſpirantis mortui effigiem*, ut loquitur Cicero III ad Qu. fratrem.

(39) *Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris*, ut loquitur Ovid. III de Arte, verſ. 299. Appoſite Athenæus libro XIV, cap. 6: Καὶ ἐν ὀρχήσει καὶ πορείᾳ καλὸν μὲν εὐσχημοσύνη καὶ κόσμος, αἰσχρὸν δὲ ἀταξία καὶ φορτικόν. *In ſaltatione atque inceſſu pulcher eſt ordinatus & honeſtus corporis habitus, contra vero turpis eſt confuſio & inſolentia.* Vide Caſauboni in Athenæum Animadverſ. lib. I, cap. 18. Indecens eſt hic inconſtantia nunc citati, nunc lenti gradus; præterquam quod inquietæ turbatæque mentis indubitata præbet ſigna. *Non vides*, inquit Seneca epiſt. 114, *ſi animus languet, trahi membra & pigre moveri pedes? ſi ille effœminatus eſt, in ipſo inceſſu apparere mollitiem? ſi ille acer eſt & velox, concitari gradum? ſi furit, aut (quod furori ſimile eſt) iraſcitur, turbatum eſſe corporis motum; nec ire, ſed ferri?* Græci dicunt σαῦλα βαίνειν, ut eſt apud Heſychium, Etymologicum, Suidam. Ita Salluſt. de Catilina: *Conſcientia mentem excitam vexabat: igitur color exſanguis; fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus; prorſus in facie vultuque vecordia inerat.* Recte Tullius lib. I de Officiis: *Cavendum eſt, ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur; aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates; quæ cùm fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna ſignificatio fit, non adeſſe conſtantiam.* Seneca epiſt. 40: *Sapienti viro inceſſus modeſtior convenit.* Plautus Pœnulo, Act. III, Scena *Ita me Di*, &c.

Liberos homines per urbem modico magis par eſt gradu
Ire; ſervile eſſe duco feſtinantem currere.

Lento paſſu incedere, πλίσσειν Græcis eſt. πλίσσεσθαι, τὸ βάδην διαβαίνειν, Etymologicus in εὐπλίσσοντο. *Incedere proprie eſt nobilium perſonarum, hoc eſt, cum aliqua dignitate ambulare*, Servius ad illa verba primi Æneidos:

Aſt ego, quæ Divûm incedo Regina, Jovisque
Et ſoror & conjux. - - -

Hanc verbi proprietatem ſervavit etiam Seneca nat. Quæſt. VII, 21: *Tenero & molli ingreſſu ſuſpendimus gradum; non ambulamus, ſed incedimus.* Inconſtantem inceſſum in Tigellio cantore notat Horat. lib. I, Satyra 3:

Nil æquale homini fuit illi: ſæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem; perſæpe velut qui
Junonis ſacra ferret. - - -

Alius interim inceſſus virum, alius fœminam decet: *Cicero, quum Piſo gener ejus mollius incederet, filia autem concitatius: ait genero, Ambula tanquam fœmina: at filiæ, Ambula tanquam vir*, Macrob. Saturnalium lib. II, cap. 3. Ἀερίπους, ὁ ἐπ' ὕψος αἴρων τοὺς πόδας: *Aeripes, qui in altum tollit pedes*, Suidas. Generalius tamen varios incedendi modos conſideranti-

bus, optimus videtur *ſpecioſus*, *ſed immeditatus inceſſus*, ut loquitur Apulejus 11 Metamorph. Talem inceſſum tribuit Laidi ſuæ Ariſtænetus lib. 1, epiſt. 1: βάδισμα πλαγγωδόν, βραχὺ δὲ, ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοῖνιξ, σαλευόμενον ἠρέμα· ἐπεὶ φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον· ἀλλὰ δοκεῖ μὲν ὡς τὰ φυτὰ, κινεῖ ζεφύρου πνοή· αὐτὴν δὲ τὰς ὑπεκκινῆσαι τῶν ἐρώτων αἱ αὖραι: *Inceſſus compoſitus, ſed brevis, cupreſſi aut palmæ in modum agitatæ modico flamine: nam natura forma ſuperbior eſſe amat. Sed illas plantas quippe, aura Zephyri motat; hanc leves quodammodo ſublevant auræ cupidinum.* Specioſo huic atque immeditato inceſſui opponitur *inceſſus arte compoſitus.* Arbiter: *Quo ſpectat*, inquit, *inceſſus arte compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia?* Idem in Carmine de Mutatione reipub.

- - - *Fractique enervi corpore greſſus.*

D. Proſper lib. 11 de Vita contemplativa, cap. 4: *Qui undante lapſabundi corporis motu, defluentibus in talos veſtimentis incedunt, & vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes, animorum diſſolutionem veſtigiis ſinuoſa mobilitate nutantibus produnt.* Σαλεύεσθαι, ἀκκιζομένως διαβαίνειν καὶ σαυτὸν σείεσθαι περὶ τὸ σῶμα, Etymologicus in Διασαλακωνίζων. Ἀκρίζειν eſt ſummis pedibus ingredi. Ἀκρίζων, ἄκροις ποσὶν ἐπιπορευόμενος, Heſychius. Vide quoque Etymologicum in Ἀκρίσιος.

Inceſſus ſerius. A. Gell. lib. IX noct. Attic. cap. 9: *Dido in urbe media ingrediens, inter Tyrios principes, cultu atque inceſſu ſerio.*

Inceſſus erectus. Tacit. I Hiſtor. cap. 53: *Cæcina decora juventa, corpore ingens, animi immodicus, cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum allexerat.*

Magnus gradus. Plin. Panegyr. *Quum jam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires.* A. Gell. noct. Attic. lib. IX, cap. 11: *Dux Gallorum vaſta & ardua proceritate, grandia ingrediens incedebat.* Statius lib. II Achilleid. verſ. 209:

Imaniſque gradu, ceu protinus Hectora poſcens,
Stat medius trepidante domo. - - -

Idem x Thebaïd. verſ. 640:

- - - *Tamen aſpera produnt*
Ora Deam, nimiique gradus. - - -

Plenus gradus. Quintil. Declam. 3: *Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu; tam paratus mori pro pudicitia, quam occidere.* Claudianus de Bello Getico, verſ. 558:

Nec non & Stilico pugnam poſcentia movit
Pleno caſtra gradu, dictiſque inſtigat euntes.

Plautus Pſeudolo, Act. IV, Scena *Neſcio tu*, &c.

Quin hinc metimur gradibus militariis.

Livius lib. IV ab U. C. *Peditum aciem inſtructam pleno gradu in hoſtem inducit.* Et rurſus lib. IX: *Romani pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt.* Contra lib. XXVIII ab U. C. *Hiſpanos preſſo gradu incedere jubet.* Grallatorii ac teſtudinei gradus meminit Plautus Amphitr. Act. IV, Scen. *Di veſtram fidem*, &c.

- - - *Abſtine queſo, non potuimus*
Noſtros grandius grandire gradus. A.
Sive grallatorius, ſive
Teſtudineus fuerit, certum 'ſt mihi hunc
ſceleſtum perdere.

Idem Aulularia, Act. 1, Scen. *Exi, inquam, age exi*, &c.

Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum
in manum,
Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

Pari quoque ratione *formicinum gradum* dixit Plautus Menæchmis Act. v, Scen. *Jamne iſti*, &c.

(40) Vocis quoque rationem, in enumerandis veræ pulchritudinis dotibus, habendam putamus; idque ex opinione eorum, qui apud Laërt. lib. VII, in Zenone, adſtruunt τὴν φωνὴν τοῦ κάλλους ἄνθος εἶναι: *Vocem eſſe florem pulchritudinis.* Recte quoque Athenæus lib. XV Deipnoſ. cap. 5: Τὴν τὴν ὄψιν ἀμόρφους ἀναπληροῖ ἡ τοῦ λόγου πιθανότης: *Adſpectu deformes ſupplet ſuavis quædam fandi gratia.* Fieri certe aliter vix poteſt, quin plectrum linguæ modulatum edat ſonum; bene ordinata dentium ſerie labiorumque concinna ſtructura (quæ duo plurimum ad pulchritudinem conferunt) adjutum; quemadmodum contra præcipuam ſemper laudatiſſimæ venuſtatis gratiam imminuit atque exſtinguit inconditus abſonæ vocis horror. Atque hoc eſt illud, quod urget Martial. lib. XI, Epigr. 103:

Non eſt mentitus, qui te mihi dixit habere
Formoſam carnem, Lydia, non faciem.
Eſt ita, ſi taceas; &, ſi tam muta recumbas,
Quam ſilet in cera vultus, & in tabula.
Sed quoties loqueris, carnem quoque Lydia
perdis,
Et ſua plus nulli, quam tibi, lingua nocet.
Audiat Ædilis ne te videatque caveto.
Portentum eſt, quoties cœpit imago loqui.

Quamobrem recte præcipit Tull. lib. 1 de Offic. *In voce duo ſequamur; ut clara ſit, ut ſuavis: utrumque omnino à natura petendum eſt: verùm alterum, exercitatio augebit: alterum, imitatio preſſe loquentium & leniter.* Baſilius in epiſt. ad Gregorium, ubi pleraque ethica præcepta breviter complectitur: Τόνος φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος,

ὡς

ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως: *Tonus vocis medius maxime æſtimandus, ut non diffugiat auditum præ teneritate, neque ſonorus ſit nimis ob vehementiam.* Lucianus in Imaginibus: Πᾶς ὁ τόνος τῆς φωνῆς, οἷος ἁπαλώτατος, οὔτε βαρύς, ὡς ἐς τὸ ἀνδρεῖον ἡρμόσθαι, οὔτε πάνυ λεπτός, ὡς θηλυκός τε εἶναι καὶ κομιδῇ ἔκλυτος, ἀλλ' οἷος γένοιτ' ἂν παιδὶ μήπω ἡβάσκοντι, ἡδύς, καὶ προσηνής, καὶ πράως παραδυόμενος εἰς τὴν ἀκοήν, ὡς καὶ πεπαυμένης ἔναυλον εἶναι τὴν βοήν, καί τι λείψανον ἐνδιατρίβειν καὶ περιβομβεῖν τὰ ὦτα, καθάπερ ἠχώ τινα παρατείνουσαν τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα καὶ πειθοῦς μεστὰ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀπολιμπάνουσαν: *Omnis loquelæ tonus, cujuſmodi delicatiſſimus eſſe ſolet, neque nimium gravis, quaſi ad virilem vocem informatus ſit: neque nimium tenuis, quaſi valde effœminatus & ferme fractus ſit, ſed qualis eſſe ſolet pueri nondum pubeſcentis, dulcis & blandus, comiter & manſuete in auditum ſemet inſerens, ut etiam illa loqui deſinente, verba audita jucundo murmure tinniant, ac quædam dulciſſimæ vocis reliquiæ aliquantiſper perdurent, aureſque blando ſuſurro circumſonent: quemadmodum Echo quædam quæ auditum prorogat, ac mellitiſſima quæpiam verborum veſtigia & perſuaſionis pleniſſima, in animis audientium relinquit.* Qui plenius quid de natura atque uſu vocis requiret, conſulat Quintil. lib. XI, cap. 3. Atque hæ ſunt Sirenes illæ, quas in Laide ſua extollit Ariſtænetus lib. I, epiſt. I: Ἡνίκα ἡ Λαῒς φθέγγεται, inquit, βαβαί, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες· ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος: *At quando Laïs loquitur, quantæ, o Dii, ſermonis ejus dulcedines, quam citata copioſaque eſt lingua!* Ælianus quoque var. Hiſt. lib. XII, cap. I, de Aſpaſia: φώνημα εἶχεν ἡδὺ καὶ ἁπαλόν· εἶπεν ἄν τις λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν Σειρῆνος: *Vocem habebat ſuavem & teneram: adeo ut, ipſa loquente, diceret quiſpiam ſe audire Sirenem.* Sueton. in Jul. capit. 55: *Julius Cæſar pronuntiâſſe dicitur voce acuta, ardenti motu geſtuque, non ſine venuſtate.* Cleopatram denique ab hac dote præcipue commendat Dio Caſſius lib. XLII. Alcibiadem tamen balbutientem cum voluptate quadam audiri ſolitum, refert Plut. in ejus vita, quod ſermoni ejus non levem gratiam vitium oris conciliaret: Τῇ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι, καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παρασχεῖν, χάριν ἐπιτελοῦσαν: *Voci ejus balbutiem decori fuiſſe dicunt, & loquelæ probabilitatem quandam affuiſſe, gratiam conciliantem.* Contra vero Suetonius in Vitellio, cap. 6, turpiter balbum *Titubantia oris prope mutum & elinguem* dixit. Cicero Philippica III: *Tua conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius: qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.* Seneca Rhetor lib. I Controverſ. 7: *Gorgonius Buteonis auditor fuit vocis obtuſæ, ſed pugnaciſſimæ; cui Baro ſcurra rem venuſtiſſimam dixit; Centum raucorum vocem habes.* Chærephon ſodalis Socratis dicebatur νυκτερίς, veſpertilio; propterea quod niger eſſet ac tenuiſſimam haberet vocem: *Scholia in Nubes Ariſtophanis. Succrotilla vox tenuis dicebatur & alta,* Feſtus. Vitioſa quoque eſt hic *vox infracta,* cujus meminit A. Gellius noct. Attic. lib. III, cap. 5. *Vox anguſta,* Juvenalis Satyra III, verſ. 90:

Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.

Mulier per nares loquens, ναννάκα Græcis dicebatur: Ναννάκα, διὰ ῥινῶν λαλοῦσα, Heſychius. Τωρίας, τοὺς ὑπὸ ῥινὸς φθεγγομένους, Idem. Κακχαδίαι, ἰσχνόφωνοι, Idem. Κίκυλος, ἰσχνόφωνος, Idem.

Poſt hanc bonæ malæque formæ ſatis copioſam deſcriptionem, mediocris quoque formæ bonum aliqua ex parte videtur attingendum. Etenim *Inter pulcherrimam fœminam & deformiſſimam media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio vacat: qualis à Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo Stata dicitur: quam formam modicam & modeſtam Favorinus non mehercle inſcite appellabat Uxoriam,* Aul. Gell. noct. Attic. lib. V, cap. 11. *Temperatam formoſitatem* dixit Apulejus IV Metamorph. *Duæ majores ſorores, quarum temperatam formoſitatem nulli diffamarunt populi, procis regibus deſponſæ. Juſtam formam* dixit Ovidius II Metamorph. verſ. 733:

Nec ſe diſſimulat: tanta eſt fiducia formæ:
Quæ quamquam juſta eſt, cura tamen adjuvat illam.

Aliis quoque probatis ſcriptoribus *mediocris, ingenua, liberalis facies,* nec non *honeſtus modus formæ* vocatur. Ac primum quidem faciei mediocris meminit Apulejus in Apolog. *Non formoſa pupilla, ſed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur.* De facie ingenua vide Martial. lib. III, Epigr. 33. Plin. Junior lib. I, epiſt. 14: *Eſt illi facies liberalis; multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa; eſt ingenua totius corporis pulchritudo.* A. Gell. noct. Attic. lib. VII, cap. 8: *Delphini pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis littorum conſpectos miris & humanis modis arſerunt.* Plautus Epidico, Act. I, Scena I: *Forma lepida ac liberali captivam adoleſcentulam* dixit. Idem Mil. glor. Actu IV, Scen: *Voluptas eſt quod,* &c. In Perſa quoque

Act. 1, Sc. *Omnem rem inveni*, &c. Terent. Hecyra, Act. v, Scen. 4:

Perliberalis viſa eſt.

A. Gellius noct. Attic. libro XVIII, cap. 1: *Corporis integritas ſanitaſque, honeſtus modus formæ, cæteraque omnia corporis & fortunæ bona.* Terentius Eun. Act. 1, Scena 2:

Is ubi hancce forma videt honeſta virginem.

Propert. lib. II, Eleg. II:

Non ego ſum formæ tantum mirator honeſtæ,
Nec ſi qua illuſtres fœmina jactat avos.

CAPUT XI.

§. 1. Artificum opera vere & diligenter inſpecturi, conſiderationem ſuam non tantum in formam, ſed etiam in ipſam intendunt materiam.

§. 2. Diverſa genera arborum e quibus olim ſigna fabricarunt Artifices.

§. 3. Simulacra ex ære, amurca, argento, aromatibus, auro, cera, cicere, dentibus fluvialis equi, ebore, electro, farina, ferro, figulino opere, fœno, gypſo, jaſpide, lana, magnete, marmore, milio, montibus, Obſidiano lapide, oſſibus camelinis, oſſibus humanis, papyro, ſcirpis, ſmaragdo, ſtanno, ſuccino, thure, viminibus, vitro.

Peritus elegantiarum arbiter non tantum conſiderat operum formam, verum ipſam quoque materiam non incurioſe introſpicit.

EXcuſſimus hactenus, quid in imaginum formis, quas Natura ad certam aliquam legem rationemque alligavit, Artifices atque ii pariter qui de Artificum operibus judicium cenſuramque facere volunt, obſervare debeant: reſtat porro, ut nunc de ſtatuarum materia nonnihil addamus. Quamvis enim Artificibus libera cujuſvis materiæ electio relicta eſſe videatur: deprehendimus tamen, eos ſollicite admodum propoſito ſuo aptiſſimam ſemper adhibuiſſe materiam. Ita ferreum fecit Herculem Alcon, inductus nempe laborum Dei patientia: *Plin.* XXXIV, 14. Videmus Apollinem Tuſcanicum, dubium ære mirabiliorem, an pulchritudine: *Plin.* 1437. Meneſtratus Hecaten fecit in magna olim admiratione habitam. Tanta enim radiatio marmoris erat, ut in ejus contemplatione admonerent Æditui parcere oculis: *Plin.* XXXVI, 5. Quinetiam varias quandoque miſcebant materias Artifices, cùm unam aliquam ac ſimplicem deſtinato operi minus idoneam judicarent; cujus rei exempla lib. III, cap. 4, §. 5, adduximus. Quamobrem, cùm ne quidem in eligenda materia curam ſuam Artifices claudicare voluerint, liquet etiam opera eorum inſpecturis eandem incumbere curam, ne quid in ipſa forte materia notatu dignum oſcitanter prætereant. Elegans hujus rei exemplum nobis præbet Plinius Junior in ea, quam ſupra attulimus, ſenilis corporis deſcriptione: *A tergo quoque*, inquit, *eadem ætas, ut à tergo æs ipſum, quantum verus color indicat, vetus & antiquum.* Percenſuerat jam ſummo cum judicio Plinius præcipuas elegantiſſimi ſigni virtutes; nec tamen accurationi artis ſatisfactum putabat, niſi ipſam inſuper materiam cum arte ad perficiendum ſignum conſenſiſſe oſtenderet. Quæ cùm ita ſint, ab inſtituti operis ratione alienum nemini videri debet, ſi de multiplici ſtatuarum ſignorumque materia nonnihil hic addamus. Statuis enim non levis accedit commendatio ab ipſius lapidis, ex quo factæ ſunt, ingenio: *Diodorus Siculus lib.* 1, *pag.* 44. Ac primo quidem oſtendere conabimur è quot quibuſve ligni generibus ſtatuas olim factitarint; præſertim cum eam primam ſimulacrorum materiam priſcis temporibus fuiſſe doceat nos Pauſanias *lib* II, *pag.* 118, 24: ibi enim de temporibus Danai agens, Crediderim, inquit, illis temporibus omnia ſigna fuiſſe è ligno, imprimis tamen quæ fecerunt Ægyptii. *Ex arbore*, inquit Plinius XII, 1, *ſimulachra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaveri. Antequam, ut à Diis nato jure luxuriæ, eodem ebore numinum ora ſpectarentur, & menſarum pedes.* Ligneas quoque imagines ex maxime durabili materia Diis ſuis ſtatuebant tenuioris ſortis homines, cùm ſumptuoſiores non poſſent; peritiſſimorum interim Artificum opera utebantur, ut materiæ viliori commendationis aliquid ab arte accederet: vide *Eſaiæ cap.* XL: 20. Vide quoque *Euſebium lib.* III *de Præpar. Euang. §.* Περὶ τῆς παλαιᾶς τῶν ξοάνων κατασκευῆς καὶ ἱδρύσεως. Sed quoniam, teſte Apulejo in Apologia, *Non ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exſculpi*, ſolebant quoque deligere materiam operi ſuo aptiſſimam. Τῶν ἑρμογλύφων καὶ ἐπὶ διφρίων τεχνιτῶν τινος ἐνδεομένου ἑρμοῦ, ζητεῖ εἰς τὴν διάθεσιν τῆς μορφῆς ξύλον ἐπιτήδειον: *Cum quis ſtatuarius vel artifex curulis Mercurium vult fingere, in formæ conſtitutionem quærit lignum ſibi accommodum*, Jamblich. de vita Pythagoræ, cap. 34. Pauſanias *lib.* VIII, *pag.* 483, 3, enumerat ſex diverſas ligni ſpecies ſtatuis faciendis non incommodas: Τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον, inquit, ὅσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν, τάδε ἦν ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο· ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύϊνα, ἡ σμῖλαξ, ὁ λωτός: *Hominibus antiquitus, quantum nos cognoſcere potuimus, talia erant, unde ſtatuas conficiebant, ebenum, cupreſſus, cedri, & quercus, & taxi, & lotus.* Variat hic nonnihil Theophraſtus

ſtus lib. v Hiſt. plant. cap. 5: Τὰ ἀγάλματα γλύφουσιν, inquit, ἐκ τῆς κέδρου, κυπαρίττου, λωτοῦ, πύξου· τὰ δ' ἐλάττω καὶ ἐκ τῶν ἐλαΐνων ῥιζῶν, ἀρραγεῖς γὰρ αὗται, καὶ ὁμαλῶς πως σαρκώδεις: *Simulacra ſculpunt ex cedro, cupreſſo, loto, buxo, minora etiam ex olearum radicibus: rimas enim iſtæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo conſtare videntur.* Præter has ſeptem aut octo materiæ ſpecies, à Pauſania & Theophraſto recenſitas, pretium operæ videtur ex aliis quoque Scriptoribus oſtendere, quænam olim genera lignorum Artificibus uſitata maxime fuerint. Unum hoc interim ex Theophraſto præmittam, quòd viride ac recens ſuccisum lignum arido ſemper prætulerunt: Εὐπελεκητότερα, καὶ εὐτορνότερα, καὶ εὐγλυπτότερα τὰ χλωρά· προσκάθηται γὰρ τὸ σιδήριον μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀποπηδᾷ: *Securi, torno, ſculpturæque faciliora, quæ viridia: quippe cùm ferrum magis inſidat hæreatque, nec quidquam reſiliat*, Theophraſtus lib. v Hiſt. plant. cap. 8. Animo tamen concepti atque ad poſteritatem tranſmittendi operis accuratum ſpecimen argilla plerumque vel cera vel gypſo præfigurabant Artifices. De argilla, Horatius lib. II, epiſtola 2:

- - - *Argilla quidvis imitaberis uda.*

De cera, Plinius Junior lib. VII, epiſt. 9:

Ut laus eſt ceræ, mollis cedensque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque fingat opus.
Et nunc informet Martem, caſtamque Minervam,
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum, &c.

De gypſo ignotum nemini.

§. 2. Sequuntur nunc aliquot arbores, quæ olim Artificibus materiam ſignorum ſuppeditarunt. Variæ arbores faciendis ſignis idoneæ.

ABIES. Ex abiete factus erat equus ille fatalis Ilio, quem Lucretius lib. I, verſ. 477, *durateum* dixit, ſive ligneum. Δόρυ veteribus Græcis lignum erat; unde δούρειος & δουράτεος, ligneus. Propertius tamen non contentus equum hunc ligneum aut durateum dicere, propius materiam ejus tangit cùm *abiegnum* dixit lib. III, Eleg. I:

Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces.

Et rurſus lib. IV, Eleg. I:

Læſerat abiegni venter apertus equi.

Plane videtur reſpexiſſe illud Virgilii lib. II Æneïd.

- - - *Sectaque intexunt abiete coſtas.*

Vide Servium. Schol. in Theocritum, ad verſ. 83 Idyllii v: Καρνέα ἑορτή ἐστι Διὸς καρνείου ὀνομαζομένη· παρ' Ἕλλησι δὲ τελεῖται διὰ τὸ τὸν δούρειον ἵππον ἐκ καρνείας εἶναι ξύλου: *Abiegnum feſtum, eſt Jovis abiegna vocata, apud Græcos vero celebratur, quoniam equus ligneus ex abiegno erat ligno.* Vaccam quoque Paſiphaës *abiegnam* dixit idem Propertius libro III, Eleg. 18:

Teſtis, Cretæi faſtus quæ paſſa juvenci,
Induit abiegnæ cornua falſa bovis.

ACER. *Operum elegantia ac ſubtilitate cedro ſecundum*, teſte Plinio libro XVI nat. Hiſt. cap. 15. Vertumnus acernus de ſe apud Propertium lib. IV, Eleg. 2:

Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in urbe Deus.

Ovid. quoque lib. I de Arte, verſ. 325, *vaccam acernam* dixit, quæ Propertio ſupra *abiegna bos* dicebatur. Ovid. denique in Ibin, verſ. 569, *equi acerni* meminit:

Utque loquax in equo eſt eliſus guttura acerno.

BUXUS, refertur à Plinio lib. XVI, cap. 40, inter eas arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt. Erat in Alti theſaurus Sicyoniorum, atque in eo poſitum fuit buxeum Apollinis ſimulacrum, *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 379, 9. In xyſtis quoque atque in hortis vivam virentemque buxum ita nonnunquam contexebant, ut diverſas animantium ſpecies exprimeret. Plin. Junior lib. V, epiſt. 6: *Pulvino beſtiarum effigies invicem adverſas buxus inſcripſit.* Et mox: *Viæ plures intercedentibus buxis dividuntur: alibi pratulum, alibi ipſa buxus intervenit, in formas mille deſcripta: literis interdum, quæ modo nomen domini dicunt, modo artificis. Alternis viticulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma: & in opere urbaniſſimo ſubita velut illati ruris imitatio medium in ſpatium brevioribus utrimque platanis adornatur. Poſt has, acanthus hinc inde lubricus &*

[illegible]: *Bene olet naturaliter cupreſſus, ea ipſa autem nullam admittit putredinem, & eſt apta ad univerſum fabrile artificium, ut quæ ſit levis & concinna, & ad ea, quæ per cælaturas ſiunt ornamenta, appoſita*, Greg. Nyſſenus Homilia IX in Cant. Canticorum.

Quoniam lignum cupreſſinum eſt ἄσηπτον, cadavera eorum, qui bello ceciderant, arcis cupreſſinis condi ſolita teſtis eſt Thucydides. Autor quoque eſt Plinius *libro* XVI, *cap.* 40, Vejovis ſimulacrum, quod ex hoc ligno in Arce erat, ab Urbis conditæ anno DLI, ad ſua uſque tempora duraſſe. Atque adeo hinc etiam patet, cur Plato publicas leges & ſacrorum ritus tabulis cupreſſinis inſcribi juſſerit. Pythagorici tribuunt Jovi ſceptrum cupreſſinum: *Laërtius lib.* VIII, *in Pythagora.* Ovidius tamen *lib.* I *Metam. verſ.* 178, tribuit ei ſceptrum eburnum. Priapus loquitur apud Martialem libro ſexto, Epigramm. 49:

Non ſum de fragili dolatus ulmo,
Nec quæ ſtat rigida ſupina vena
De ligno mihi quolibet columna eſt:
Sed viva generata de cupreſſo,
Quæ nec ſecula centies peracta,
Nec longæ cariem timet ſenectæ, &c.

Vide quoque ejuſdem libri Epigramma 73.

Dianæ ſignum cupreſſinum memoratur Xenophonti *libro* V de Cyri minoris expeditione.

M. Antonio, Aulo Poſthumio Coſs. ſigna cupreſſina duo Junoni reginæ poſita ſunt: *Jul. Obſequens de Prodigiis.*

Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Coſs. cupreſſea ſimulacra Junonis reginæ poſita per virgines viginti ſeptem, quæ urbem luſtraverunt: *Idem Obſequens.* Plenius tamen *Livius lib.* XXVII *ab U.C.* Praxidamantis athletæ cupreſſina ſtatua Olympiæ conſecrata erat: vide *Pauſaniam lib.* VI, *pag.* 378, 3.

Alexandro Perſicum bellum aggreſſuro, cùm alia Deorum prodigia ſunt nuntiata, tum etiam, quod ea ipſa tempeſtate cupreſſinum Orphei ſignum apud Libethra copioſo manaverat ſudore. Omnibus itaque portentum formidantibus, Ariſtander bono animo Alexandrum eſſe juſſit, geſturum enim res inclytas & multum ſudoris Poëtis ac Muſicis decantantibus præbituras: *Plutarch. in Alexandro.*

EBENUS, ſive HEBENUS quoque numeratur inter eas arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt: *Plin.* XVI, 40. *Hebenus eſt arbor, quæ cæſa dureſcit in lapidem*, inquit Servius ad illud Virgilii II Georg. verſ. 116:

Diviſæ arboribus patriæ. Sola India nigrum
Fert hebenum. Solis eſt thurea virga Sabæis.

Meminit hujus loci Virgiliani Plinius *lib.* XII, *cap.* 4: vide locum. Solinus quoque cap. 55: *Ut piper ſola India*, inquit, *ita & hebenum ſola mittit. Indi reges ex eo ſceptra ſumunt, & quaſcunque Deorum imagines non niſi ex ebeno habent.* Cum Servii verbis proxime allatis confer quoque locum Pauſaniæ *lib.* I, *pag.* 65, 5, ubi teſtatur ſua etiamnum ætate Salamine inter fori ruinas ſpectatum Ajacis templum cum ſtatua ex ebeno lapide. Ἐστὶ δ᾽ ἀγορᾶς τε ἔτι ἐρείπια, καὶ ναὸς Αἴαντος· ἄγαλμα δ᾽ ἐξ ἐβένου λίθου.

Dianæ Epheſiæ ſimulacrum plerique ex ebeno fuiſſe tradunt, teſte Plinio *libro* XVI, *cap.* 40.

Apollo ille, quem Archegèten olim nuncupabant, Ægineticis operibus perſimilis eſt, totuſque ex ebeno factus eſt; inquit Pauſanias *lib.* I, *pag.* 79, 12: ubi addit, Cyprium hominem oppido quàm peritum in herbarum generibus ad medelam hominum diſcernendis, teſtari ſolitum, nulla folia gignere ebenum, neque ullum ex hac arbore provenire fructum, immo prorſus eam non ſpectari ſub ſole; radices tantum ſubterraneas eſſe, eas vero effodere Æthiopes, ut quibus ſint homines ebenum invenire gnari.

Argis in æde Caſtoris & Pollucis fuere ſimulacra, cùm ipſorum; tum liberorum, Anaxidis & Mnaſinoï; atque eorum utriuſque matrum, Hilairæ & Phœbes: omnia ex ebeno. Vide *Pauſaniam libro ſecundo*, *pag.* 125, 40.

In æde Limnatidis Dianæ, quæ erat in agro Tegeate, ſignum Deæ ex ebeno fuit: *Pauſan. lib. octavo*, *pag.* 541, 25.

Mercuriolum ex ebeno affabre ſculptum habuit Apulejus. Vide ejus *Apologiam.*

FAGUS. Anthologia Græc. Epigrammatum *lib.* I, *cap.* 68, meminit faginei coloſſi Herculis.

FICUS. Notum eſt illud Horatii lib. I, Satyra 8:

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,

Dum

Dum faber incertus, ſcamnum, faceretne Priapum;
Maluit eſſe Deum.

Naxii volunt Bacchum dici Meilichium, propterea quod mortales uſum ficuum docuerit. Ficus enim μείλιχα appellant: unde etiam obtinuit apud eos, ut facies Bacchi, quem Dionyſum vocant, è vite eſſet; illius vero, quem Meilichium nuncupant, è ficu: *Athenæus lib.* III *Deipnoſoph.* & *Euſtathius ad verſum* 339 *Odyſſ.* Ω, *edit. Romanæ pag.* 1964, 16. Συκεάτης, ὁ Διόνυσος, Heſychius.

Rhexibio athletæ poſita fuit Olympiæ ſtatua è ficu: *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 378, 2.

Hebenus. Vide quæ paullo ante diximus in Ebenus.

Lotus ſupra tam à Pauſania, quàm à Theophraſto, refertur inter arbores ſimulacris faciendis non inidoneas. Vide §. I.

Myrtus Veneri dicata, ut Jovi eſculus, Apollini laurus, Minervæ olea, Herculi populus: *Plin.* XII, I. Virgil. Ecloga VII:

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.

Ad quæ verba Servius: *Myrtum ideo dicatam Veneri volunt, quia cùm è mari exiſſet, latuit in myrto, ne nuda conſpiceretur; vel quia fragilis eſt, ut amor inconſtans; vel quia odoris jucundi.* Apposite itaque Pelopem ferunt in Temno oppido feciſſe ſignum Veneris è virente à radice ſua myrto, ἐκ μυρσίνης τεθηλυίας, *Pauſanias libro quinto, pag.* 311, 53.

Olea cariem vetuſtatemque non ſentit, nec rimam fiſſuramque capit ſponte: *Plinius* XVI, 40. Quamobrem etiam in fabrica templi Salomonis adhibita: 1 *Reg.* VI: 23.

Herculis clava ex oleaſtro; Pauſanias lib. ſecundo, pag. 145, 23; vide quoque Anthologiam Græc. Epigr. lib. 1, cap. 68. ibi enim clava oleagina memoratur velut peculiare Herculis inſigne, per quod à reliquis Diis dignoſci queat.

Epidauriis oraculum Delphicum conſulentibus de remedio ejus, qua premebantur, ſterilitatis; juſſi ſunt Damiæ & Auxeſiæ ſimulachra ex olea erigere: vide *Herodot. lib.* V, *cap.* 82.

Piſcatores Methymnæi retibus è mari extraxerunt caput ex olea fabricatum; peregrina quidem tractibus iſtis, ſed prorſus divina ſpecie; ſciſcitantibusque, cujus ea vel Deorum vel Dearum eſſet imago, reſpondit oraculum, Bacchum Cephallenum venerarentur: vide *Pauſaniam lib.* X, *pag.* 643, 11.

C. Mario & C. Flacco Coſſ. haruſpicum reſponſo ſigna duo oleagina ſtatuta ſunt armata: *Jul. Obſequens de Prodigiis.* Minutiora ſigilla è radicibus oleæ potiſſimum faciebant, ἄρραγεῖς γὰρ αὗται, καὶ ὁμαλῶς πως σαρκώδεις: *Rimas enim iſtæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo conſtare videntur*, ut ſupra ſectione prima loquitur Theophraſtus.

Palma quoque ſimulachris materiam aliquando præbuit: de quo ſic Theophraſt. lib. V Hiſt. plant. cap. 4: Ὁ φοῖνιξ, κοῦφος καὶ εὔεργος καὶ μαλακὸς, ὥσπερ ὁ φελλός· βελτίων δὲ τοῦ φελλοῦ, ὅτι γλισχρός· ἐκεῖνο δὲ θραυστόν. Διὰ τοῦτο τὰ εἴδωλα νῦν ἐκ τῶν φοινίκων ποιοῦσι· τοῦτο δ' ὡς φαῦλον παρῄκασι: *Palma levis, tractatu facilis mollisque eſt, quemadmodum ſuber: ſed melior ſubere, quia lenta. Suber enim rigidum eſt. Quapropter ſimulachra nunc ex palmis facere cœperunt, ſpreta ſuberis materia, ut incommoda.*

Persica. Theophraſt. lib. IV Hiſt. plant. cap. 2: Ἐν Αἰγύπτῳ ἐστὶ δένδρον περσέα καλούμενον· τῇ ὄψει μέλαν, ὥσπερ ὁ λωτός· ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀγάλματα ποιοῦσιν: *In Ægypto eſt arbor Perſica vocata: aſpectu nigra, quemadmodum & lotus; ex qua ſimulachra conficiunt.* Plinius lib. XIII, cap. 9, de Perſica Ægypti: *Materies*, inquit, *bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differt à loto. Simulachra ex ea factitavere, non eadem gratia, quam fidels materie, ut ex arbore, quam balanum appellavimus, magna ex parte contorta.*

Picea. Dædalus è picea ſimulachrum Herculis fecit. Vide Apollodorum lib. II de Deorum origin. Statius IV Thebaid. verſ. 425:

Nec caret umbra Deo. Nemori Latonia cultrix
Additur. Hanc piceæ, cedroque, & robore in omni
Effictam ſanctis occultat ſylva tenebris.

Populus. Palladius Novemb. Titulo 15: *Populus utraque, & Salix, & Tilia in ſcalpturis neceſſariæ.*

Pyrus sylvestris. Junonis vetuſtiſſimum ſignum è pyro ſylveſtri fabricatum memoratur Pauſaniæ lib. II, pag. 115, 13; vide quoque Euſebium de Præparat. Euangelica, cap. 8; quemadmodum & Clementem Alexandrinum in Protreptico.

Quer-

Quercus. Prudentius periſteph. in Romani martyris ſupplicio:

Jam ſi ſub aris ad ſigillorum pedes
Jaceatis, infra ſectilem quercum ſiti,
Quid eſſe vobis æſtimem projectius?

Statius Thebaïd. lib. vi, verſ. 103:

Situ non expugnabile robur.

Vide Scholiaſten Callimachi ad verſ. 77 Hymni in Jovem.

Salix. Palladius Novemb. Titulo 15: *Populus utraque, & Salix, & Tilia in ſcalpturis neceſſariæ.*

Smilax inter eas arbores à Pauſania ſupra refertur, è quibus olim ſimulacra ſculpſerunt Artifices.

Suber. Servius ad verſ. 842 ſeptimi Æneïdos: *Recens ſuberis cortex in quamvis formam tota flectitur facilitate.* Unde etiam prioris ac rudioris ævi homines fecerunt ſimulacra è ſubere: poſtquam vero ſuberis materiam huic uſui minus idoneam deprehendiſſent; palma ſucceſſit in locum ſuberis. Vide quæ ſupra, ubi de Palma egimus, ex Theophraſto adducuntur.

Tilia. Plinius xvi, 14, de tilia agens: *Materies*, inquit, *teredinem non ſentit, proceritate per quam modica, verum utilis*: imo: *Ad mille uſus petenda*, ut Idem loquitur lib. xviii, cap. 28. Quod vero ex ea quoque ſculpſerint ſimulacra, diſcas ex Tertulliano de Idololatria: *Qui de tilia*, inquit, *Martem exſculpit, quanto citius armarium compingit?* Palladius Novemb. Titulo 15: *Populus utraque, & Salix, & Tilia in ſcalpturis neceſſariæ.*

Vitis denique ſylveſtris non eſt hic prætereunda: de qua Plinius lib. xiv, cap. 1: *Vites jure apud priſcos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Jovis ſimulachrum in urbe Populonia ex una conſpicimus, tot ævis incorruptum: item Maſſiliæ pateram: Metaponti templum Junonis vitigineis columnis ſtetit. Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur, ex vite una Cypria, ut ſecerunt; quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec eſt ligno ulli æternior natura. Verum iſta ex ſylveſtribus facta crediderim: quando hæ vites tonſura annua coërcentur, & vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines.* Idem lib. xvi, cap. 40: *In templo Epheſiæ Dianæ, convenit, tectum ejus eſſe è cedrinis trabibus; de ipſo ſimulachro Deæ ambigitur. Cæteri ex ebeno eſſe tradunt. Mucianus ter Conſul, ex his qui proxime viſo eo ſcripſere, vitigineum & nunquam mutatum, ſepties reſtituto templo.* Apud Naxios facies Bacchi, quem Dionyſium vocant, è vite eſt: illius vero, quem Meilichium nuncupant, è ficu. Diximus paullo ante, ubi de Ficu egimus. Εὐφορίων τὸ ξόανον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν φησὶν ἀμπέλινον εἶναι, διὰ τὸ τὴν ἄμπελον ἱερὰν εἶναι τῆς Ῥέας: *Euphorion ſtatuam matris deorum ait ex vite eſſe, quoniam vitis ſit Rheæ ſacra*, Vetus Scholiaſtes ad verſ. 1117, lib. 1 Argonaut. Apollonii Rhodii.

Lignea ſimulacra ſi roſaceo perunxeris unguento, facile contra omnem materiæ tabem defenderis: vide *Pauſaniam ſub finem libri* ix. *Legitur in libris antiquis Herculem ad Italiam ingens ligneum poculum attuliſſe, quo utebantur in ſacris; quod ne carie conſumeretur, pice oblitum ſervabatur*, Servius ad verſ. 276 octavi Æneid. Amurcam decoquito ad dimidium; ea ligneam omnem ſuppellectilem ſi unges, non puteſcet; & cùm ea terſeris, ſplendidior fiet: *Cato de Re ruſtica, cap.* 98. *Cedrus eſt arboris ſpecies*, inquit Acron ad verſ. 332 Horatii de Arte poëtica, *cujus reſina nigri coloris eſt, qua quicquid fuerit oblitum, nunquam putreſcit: unde nobilium poetarum chartæ hac oblinebantur, ne corrumperentur a tineis: hac etiam vidimus particulas ſanctæ Crucis oblitas, quarum color velut Indicus apparebat.* Vide quoque Servium ad verſum 178 ſeptimi Æneidos.

§. 3. Vidimus nunc è quot quibuſve lignorum generibus olim ſimulacra factitârunt; Simulacra ex ære, argento, auro, ebore, electro, ferro, gypſo, marmore, &c.
proximum eſt, ut reliquam ſtatuarum ſignorumque materiam pari cura proſequamur.

Æs primo loco maxime opportunum fuit viſum; tanquam quod cæteris metallis magis eſſet aut parabile aut tractabile. Κεραμηλος, ἀφ' οὗ χαλκὸς γίνεται, Heſychius. *Vena æris, quo dictum eſt modo, effoditur igneque perficitur*, inquit Plinius lib. xxxiv, cap. 1. *Fit ex lapide æroſo, quem vocant Cadmiam, Celebritas in Aſia, & quondam in Campania, nunc in Bergomatium agro, extrema parte Italiæ. Feruntque nuper etiam in Germania provincia repertum.* Præcipue vero variis temporibus ac locis nobilitabatur.

Ægineticum æs; de quo Plinius *lib.* xxxiv *nat. Hiſt. cap.* 2. Ipſa verba Plinii mox, ubi ad Deliaci æris mentionem perventum erit, adſcribemus.

Cordubenſe æs. Vide quæ mox de Cyprio ære dicimus.

Corinthium æs caſus putatur miſcuiſſe; Corintho, cùm ab L. Mummio caperetur,

incenſa. Qua de re ſic Florus lib. II, cap. 16: *Quantas opes & abſtulerit, & cremaverit, hinc ſcias: quod quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam æris notam pretioſiorem opulentiſſimæ urbis fecit injuria: quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atque ſimulachris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere.* Vide quoque Vell. Paterculum lib. I Hiſt. cap. 13; Oroſium lib. V, cap. 3; Iſidorum lib. XVI, cap. 19. Quamquam hanc eorum de origine Corinthii æris opinionem multis confutat Plinius lib. XXXIV, cap. 2: *Corinthium æs caſus miſcuit; Corintho, cùm caperetur, incenſa. Miraque circa id multorum affectatio fuit: quippe cùm tradatur non alia de cauſſa Verrem, quem Cicero damnaverat, proſcriptum cum eo ab Antonio, quam quod Corinthiis ſe ei ceſſurum negaviſſet. At mihi major pars eorum ſimulare eam ſcientiam videtur, ad ſegregandos ſe a cæteris magis, quàm intelligere aliquid ibi ſubtilius: & hoc paucis docebo. Corinthus capta eſt Olympiadis CLVI anno tertio*, &c. Aliam etiam æris Corinthii originem refert Plutarch. in opere, *Cur Pythia nunc non reddat oracula carmine, circa operis illius initium*; quod vide. Quinetiam videtur Plin. lib. IX, cap. 40, innuere, ſuo etiamnum ſæculo æs auro argentoque confuſum Corinthii æris temperaturam ſumpſiſſe: *Juvat ludere impendio*, inquit, *& luxus geminare miſcendo iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere: argentum auro confundere, ut electra fiant; addere his æra, ut Corinthia.* Auro ſane prælatum olim fuiſſe Corinthium æs, teſtis eſt Statius II Sylv. in Surrent. Pollii, verſ. 68:

Æraque ab Iſthmiacis auro potiora favillis.

Signis, quæ vocant Corinthia, inquit Plinius lib. XXXIV, cap. 8, *plerique in tantum capiuntur, ut ſecum circumferant: ſicut Hortenſius orator ſphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero illo judicio in altercatione neganti ei Se ænigmata intelligere, reſpondit Debere, quoniam ſphingem domi haberet. Circumtulit & Nero princeps Amazonem, de qua dicemus. Et paulo ante C. Ceſtius Conſularis ſignum, quod ſecum etiam in prælio habuit. Alexandri quoque Magni tabernaculum ſuſtinuiſſe traduntur ſolitæ ſtatuæ, ex quibus duæ ante Martis Ultoris ædem dicatæ ſunt, totidem ante Regiam.* His etiam accenſendum illud Herculis epitrapezii ſignum, quod Magnus Alexander, Hannibal, Sylla in omnibus expeditionibus circumducebant. Vide quæ ſupra diximus libri ſecundi cap. 8, §. 11. Videtur autem raritas præcipue in cauſa fuiſſe, cur æris hujus pretia in immenſum exarſerint: niſi malis auctum ex eo pretium, quod difficulter admodum æruginem traxerit. Cicero certe lib. IV Tuſcul. quæſt. hanc æri Corinthio tribuit proprietatem: *Inter acutos & hebetes*, inquit, *hoc intereſt; quod ingenioſi, ut æs Corinthium in æruginem, ſic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus: hebetes non item.* Solebant autem illi, qui volebant videri aliquid hac in parte ſupra vulgus ſapere, ſinceritatem æris Corinthii naribus explorare; quod in Mamurra falſe ridet Martialis lib. IX, Epigramm. 60:

Conſuluit nares, an olerent æra Corinthum;
Culpavit ſtatuas & Polyclete tuas.

Veriſimile tamen eſt, hos ineptiſſimæ vanitatis homines tale quid factitâſſe exemplo argentariorum, nummos odore explorantium; quam eorum conſuetudinem tangit Arriani Epict. lib. I, cap. 20: Ὁρᾶτε ἐπὶ τοῦ νομίσματος, πῶς καὶ τέχνην ἐξευρήκαμεν, καὶ ὅσοις ὁ ἀργυρογνώμων προσχρῆται κατὰ δοκιμασίαν τοῦ νομίσματος· τῇ ὄψει, τῇ ἁφῇ, τῇ ὀσφρασίᾳ, τὰ τελευταῖα τῇ ἀκοῇ:. *Videtis, in numiſmate quo pacto artem invenerimus, & quot rebus argentarius ad ejus explorationem utatur; ut viſu, tactu, olfactu, denique, auditu.*

Cyprium æs invenit Cinyra Agriopæ filius: *Plin. lib. VII, cap. 56.* Apud Cyprum mons fuit æris ferax, quem Cypricorium vocant: *Serv. ad verſ. III libri tertii Æn. Fit & ex alio lapide, quem Chalcitin vocant, in Cypro, ubi prima fuit æris inventio, mox vilitas præcipua, reperto in aliis terris præſtantiore, maxime orichalco, quod præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit: nec reperitur longo jam tempore, effœta tellure. Proximum bonitate fuit Salluſtianum, in Centronum Alpino tractu, non longi & ipſum ævi. Succeſſit ei Livianum, in Gallia. Utrumque à metallorum dominis appellatum: illud ab amico Divi Auguſti, hoc à conjuge, velocis defectus. Livianum quoque certe admodum exiguum invenitur. Summa gloria nunc in Marianum converſa, quod & Cordubenſe dicitur. Hoc à Liviano cadmiam maxime ſorbet, & orichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis dupondiariiſque, Cyprio ſuo aſſibus contentis. Et hactenus nobilitas in ære naturalis ſe habet. Reliqua genera artificio conſtant, quæ ſuis locis reddentur*, Plinius lib. XXXIV, cap. 2. De æris artificioſi differentia miſturaque vide Plinium libro XXXIV, ſub finem capitis 8. Æroſam appellaverunt antiqui inſulam Cyprum; quod in ea plurimum æris naſcatur: *Feſtus.*

Deliacum æs. Plin. lib. XXXIV, cap. 2: *Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit, mer-*

catus

catus in Delo concelebrante toto orbe, & ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcriſque. Ibi prima nobilitas æris. Pervenit deinde ad Deûm ſimulachra, effigiemque hominum, & aliorum animalium. Proxima laus Ægînetico fuit. Inſula & ipſa; nec æs gignens, ſed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde factus in foro boario eſt Romæ. Hic eſt exemplar Æginetici æris. Deliaci autem, Jupiter in Capitolio, in Jovis Tonantis æde. Illoque ære Myron uſus eſt, hoc Polycletus, æquales atque condiſcipuli. Æmulatio autem & in materia fuit. Hæc Plinius.

Demonneſium æs Vulcanus canem fecit ex Demonneſio ære: vide *Pollucem libro* v, *cap.* 5, *§.* 2; vide *Heſychium in* Δημονήσιος χαλκὸς; vide quoque *Stephanum de Urbibus in* Δημόνησος.

Hepatizon æs, ſuo colore pretioſum, ad jocineris imaginem vergens: *Plinius libro* xxxiv, *cap.* 2.

Livianum æs, velocis defectus, à conjuge divi Auguſti nomen accepit: *Plinius lib.* xxxiv, *cap.* 2. Integrum Plinii locum paullo ante adſcripſimus.

Marianum æs, dicitur & Cordubenſe. *Summa nunc* [æris] *gloria*, inquit Plinius lib. xxxiv, cap. 2, *in Marianum converſa, quod & Cordubenſe dicitur.* De hoc etiam ære Mariano vide verba Plinii aliquanto ante fuſius deſcripta.

Nigrum æs. Statuarum Pori regis ex ære nigro conflatarum, meminit Philoſtratus *lib.* ii *de vita Apollonii, cap.* 11.

Orichalcum.* Meminit ejus Plato *in Critia.* Videtur autem duplex ſtatui; nativum nempe, & factitium. Nativum orichalcum præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec reperitur, longo jam tempore effœta tellure: *Plin.* xxxiv, 2. ὀρείχαλκος, εἶδος ὕλης οὕτω καλουμένης, ἥτις νῦν οὐχ εὑρίσκεται. ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι χύμευσίς ἐστι χαλκοῦ ἢ νυνὶ ἐργαζομένου λευκοῦ χαλκοῦ· οὗτος γὰρ σκευασίᾳ τινὶ γίνεται λευκὸς φύσει: *Orichalcum ſpecies ſubſtantiæ ſic dictæ, quæ nunc non extat. Alii vero inquiunt, quod ſit humor æris quod nunc invenitur, nimirum albi æris. Quippe is ſic præparatur, albus ut fiat*, Etymol. magnum. Aurichalcum vel orichalcum, inquit Feſtus, quidam putant compoſitum ex ære & auro; ſive quod colorem habeat aureum. Orichalcum ſane dicitur, quod in montoſis locis invenitur. Similia fere tradit Acron *ad verſ.* 202 *Horatii de Arte.* Servius quoque *ad verſ.* 86 *libri* xii *Æneïd.* Apud majores, inquit, orichalcum pretioſius fuit omnibus metallis. Namque, ſicut Lucretius dicit, cùm primùm homines ſylvas incendiſſent, nullarum adhuc rerum periti, terra caſu, fertilis omnium, ex incendii calore deſudavit metalla: inter quæ orichalcum pretioſius viſum eſt, quod & ſplendorem auri, & æris duritiem poſſideret, &c. Lucretii locus, ad quem digitum intendit Servius, eſt *lib.* v, *verſ.* 1240: ubi tamen nullam orichalci facit mentionem, cùm aurum, argentum, æs, ferrum, plumbum, ſylvis fortuito igne incenſis, primo inventum tradit. Simile quid habet Seneca *epiſtola* xc. Arbitrantur interim alii totum hoc, quod de nativo orichalco traditur, eſſe commentitium. Ita Heſychius: ὀρείχαλκον, τῶν εἰκῇ διαδεδομένων τοὔνομα· οἱ δὲ πλείους ὑπάρχειν αὐτόν. ἔστι δὲ καὶ ὕλη ὁμοία χαλκῷ: *Orichalcum eſt inter ea, quorum nomen temere diſſeminatum eſt. Plurimi vero extare aſſerunt. Eſt autem ſubſtantia æri ſimilis.* Pollux lib. vii Onomaſt. cap. 23: τὸ δὲ ὀρειχάλκου μέταλλον οὐδέπω καὶ νῦν εἰς πίστιν ἥκει βεβαίαν: *Orichalci metallum ne quidem nunc firmam invenit fidem.* Vetus Schol. ad verſ. 973 libri iv Argonaut. Apollonii Rhodii: ὀρείχαλκος, εἶδος χαλκοῦ, ἀπὸ Ὀρείου τινὸς γενομένου εὑρετοῦ ὀνομασμένος. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τελεταῖς φησὶ μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μηδὲ τὸ τούτου εἶδος· τὸ γὰρ ὀρείχαλκον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι λέγεσθαι μὲν, μὴ εἶναι δέ. τῶν δὲ εἰκῇ διαδεδομένων καὶ τοῦτο. οἱ γὰρ πολυπραγμονέστεροι φασὶν αὐτὸν ὑπάρχειν. μνημονεύει καὶ Στησίχορος, καὶ Βακχυλίδης, καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς σεσημείωται τοῦτο. ἄλλοι δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης καὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πέμπτῳ: *Orichalcum ſpecies æris, ab Oreo quodam inventore ſic dictum. Ariſtoteles vero in libro de initiationibus inquit, neque nomen, neque ſpeciem extare. Nonnulli arbitrati ſunt Orichalcum quidem appellari, revera autem non exiſtere. Inter ea itaque quæ nobis fruſtra tradita ſunt & hoc collocandum. Curioſiores vero id eſſe aſſerunt. Recenſet quoque id Steſichorus, & Bacchylides: etiam ab Ariſtophane Grammatico id annotatum eſt. Alii vero dicunt fuiſſe nomen Statuarii; ut Socrates, & Theopompus libro vigeſimo quinto.* Videtur itaque orichalcum illud veteribus memoratum, factitium potius fuiſſe. Ita Gloſſ. vet. Aurochalca, κραμαντά. Unde recte colligas, orichalcum fuiſſe κρᾶμά τι, *mixturam quandam*, ex ære atque auro conflatum. Vitellii certe temporibus orichalci materiam jam corruptam eviluiſſe manifeſtum eſt: etenim is *In urbano officio dona atque ornamenta templorum ſurripuiſſe, & commutaſſe quædam, ferebatur; proque auro & argento, ſtannum & aurichalcum ſuppoſuiſſe*, Suetonius in Vitellio, cap. 5. ὀρείχαλκος, ὁ διαυγὴς χαλκὸς, ὁ δόκιμος: *Orichalcum æs perſpicuum & clarum*, Suidas. *Cadmea terra, quæ in æs conjicitur, ut fiat orichalcum*, Feſtus. Ἄνδειρα, πόλις· ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος, σίδηρος γίνεται· εἶτα μετὰ γῆς τινὸς καμινευθεὶς, ἀποστάζει ψευδάργυρον.

εἶτα κερασθεὶς χαλκῷ, ὀρείχαλκος γίνεται) : *Andira, urbs. In qua eſt lapis, qui ſi uratur fit ferrum. Dein terra quadam mixtus deſtillat argentum falſum. Exinde vero mixtus ære fit Orichalcum*, Stephanus de Urbibus, in Ἄνδειρα. Expreſſit locum Strabonis ex *libro* XIII *Geographiæ*, *pag*. 610 *edit*. *Caſaubonianæ*.

Salluſtianum æs appellatum à metalli domino, qui fuit amicus divi Auguſti: *Plinius lib*. XXXIV, *cap*. 2.

Σαλλούστιος, χαλκός τις ἐν Κύπρῳ, Heſychius.

Tarteſſiacum æs magnam quoque priſcis temporibus habuit famam. Vide ſis *Pauſaniam libro ſexto*, *pag*. 378, 17.

Hippomanes tantas in veneficio vires habet, ut affuſum æris miſturæ in effigiem equæ Olympiæ, admotos mares equos ad rabiem coitus agat, Plinius lib. XXVIII, cap. 11. Vide Ælianum *lib*. XIV *de Animalibus*, *cap*. 18. Confer hæc cum iis quæ habet Pauſanias *lib*. V, *pag*. 19: qui tamen equum, non equam fuiſſe tradit. Κερατώματα, μίξις χαλκοῦ καὶ κασσιτέρου, Heſychius.

Priſci candelabra tantum elaborabant ex ære. Limina etiam ac valvas in templis ex ære factitavere, & cortinas tripodum nomine Delphicas. Tranſiit deinde ars ubique vulgo ad effigies Deorum: *Plin*. XXXIV, 3. Et mox, *cap*. 4: Romæ ſimulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſe interemerat. Tranſiit & ab Diis ad hominum ſtatuas atque imagines multis modis. Ex quali lapide formæ fiant, in quibus æra funduntur, docet Plinius *lib*. XXXVII, *cap*. 22. Vide quoque *Vitruv*. *lib*. II, *cap*. 7. Nimium frigus, quemadmodum etiam æſtus flagrantior, lædit ſtatuas æreas, maxime tamen novellas. Horat. lib. II, Satyra 5:

> - - - *Rubra Canicula findet*
> *Infanteis ſtatuas*. - - -

Diod. Siculus Biblioth. lib. III: Ὅπου διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψύχους χαλκοῖ μὲν ἀνδριάντες ῥήγνυνται : *Ubi ob intentionem frigoris æreæ etiam ſtatuæ franguntur*. Vide Servium ad verſ. 363 libri tertii Georgicôn.

Æra exterſa rubiginem celerius trahunt, quàm neglecta. Servari ea optime in liquida pice tradunt: *Plin*. XXXIV, 9.

Æramenta contra æruginem, colorisque gratia elegantioris, amurca decocta ungi tradit Plinius *lib*. XV, *cap*. 8. Vide quoque *Catonem de re Ruſt*. *cap*. 98.

Valerius Maximus *lib*. I, *cap*. 8, quod eſt de Miraculis: Poſſunt & illa miraculorum loco poni, inquit, quòd deuſto Sacrario Saliorum, nihil in eo præter lituum Romuli integrum repertum eſt: quòd Serv. Tullii ſtatua, cùm ædes Fortunæ conflagraſſet, inviolata permanſit: quòd Q. Claudiæ ſtatua, in veſtibulo templi Matris Deûm poſita, bis ea æde incendio conſumpta, in ſua baſi flammis intacta ſtetit. Cæterum non videtur hoc tanta dignum admiratione, quod nos mirari vult Valerius, ſi quidem verum eſt, quod *lib*. XXXV, *cap*. 15, tradit Plinius, æramenta bitumine illita igni reſiſtere. Poſtquam enim multiplicem bituminis uſum retulit, *In reliquo uſu*, inquit, *æramentis illinitur, firmatque ea contra ignes. Diximus & tingi ſolitas ex eo ſtatuas & illini*.

In præfectura Stratonienſi ſunt lapides, quibus ne ignis quidem nocet. Ex iis & formæ fiunt, in quibus æra funduntur: *Plinius lib*. XXXVI, *cap*. 22. Plenius tamen de hoc lapide Vitruvius *lib*. II, *cap*. 7.

AMURCA, ἀμόργη. Eſt vero amurca, ut loquitur Plinius XV, 3, *ſanies olivæ amara*. Varroni lib. I de re Ruſt. cap. 64, amurca dicitur eſſe *humor aquatilis ac retrimentum* ex olea expreſſa. Ἀμόργη, τρυγία ἐλαίας, ἰλύς, Heſychius. Amurcam dicunt eas olei ſordes, quæ præcedunt: nam ſordes quæ ſequuntur oleum, feces vocantur: *Servius ad verſ*. 194 *libri primi Georgicôn*. Tzetzes Chil. XII, hiſt. 430, vocat τρύγα τῆς ἐλαίας, *fecem olei*. Unde etiam ibidem parœmiam ἀνδριὰς ἀμόργινος, *ſtatua ex amurca*, ad nihili res accommodat. Prorſus ac ſi quis ex denſiore amurca, quæ quaſi fex eſt olei, ſtatuam faciat.

ARGENTI uſum in ſtatuas primum ad honorem divi Auguſti in adulationem temporum tranſiſſe, falſo exiſtimatur. Athenis enim in loco, qui dicebatur Tholus, & curiæ quingentorum proximus erat, argentea aliquot ſigna, non tamen uſque adeo magna, conſecrata fuiſſe refert Pauſanias *libro primo*, *pag*. 8, 37. Triumpho adhæc Magni Pompeji reperimus tranſlatam Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam ſtatuam; item Mithridatis ejus patris; & currus aureos argentoſque: *Plin*. XXXIII, 12. Auguſtus etiam ſtatuas omnes argenteas olim ſibi poſitas, conflavit; atque ex iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit, teſte Suetonio in Auguſto, *cap*. 52. At Dio *libro* LIII, in alios uſus has ſtatuas ab eo conflatas fuiſſe tradidit.

Claudius Imp. ſpecimen prælii navalis in Fucino lacu edidit: *Hoc ſpectaculo claſſis Sicula & Rhodia concurrerunt, quinquagenarum triremium ſingulæ, exciente buccina Tritone*

Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerſerat, Suetonius in Claudio, cap. 21.

Domitianus non niſi aureas & argenteas ſtatuas in Capitolio poni ſibi permiſit, ac ponderis certi: *Sueton. in Domit. cap.* 13.

Anſer argenteus in Capitolio poſitus fuerat, in honorem illius anſeris, qui Gallorum nuntiaverat adventum: *Servius ad verſ.* 653 *octavi Æneid.*

Thenſa vehiculum fuit ex argento vel ebore, quo exuviæ Deorum ludicris Circenſibus in circum ad pulvinar vehuntur: *Feſtus.*

Argentum medicatis aquis inficitur, atque etiam afflatu ſalſo, ſicut in mediterraneis Hiſpaniæ, Plinius XXXIII, 12.

ARGILLA. *Lyſiſtratus Sycionius, frater Lyſippi, de ſignis effigiem exprimere invenit. Crevitque res in tantum, ut nulla ſigna ſtatuæve ſine argilla fierent*, Plinius libro XXXV, cap. 12. Etiam pice utebantur olim Artifices typum vel formam alicujus ſtatuæ ſumpturi. Ὁ ἀγοραῖος Ἑρμῆς, ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην, inquit Lucianus in Jove tragœdo, πίττης ἀναπέπλησαι, ὁσημέραι ἀναπλαττόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν: *Agoræus ille ſive forenſis Mercurius, qui ſtat ad Pœcilen, pice refertus eſt, ſiquidem à ſtatuariis quotidie refingitur.* Ad quæ verba hæc annotat vetus Scholiaſtes: Οἱ πιττοῦντες τοὺς ἀνδριάντας καὶ τὰ ἀγάλματα, ἔθος εἶχον περιπλάττειν τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ πίσσῃ, καὶ οὕτω λαμβάνειν τὸ αὐτοῦ ἐκτύπωμα, ἵνα πρὸς αὐτὸ πιέζωσι.

AROMATUM tantam vim in funere Syllæ à fœminis collatam teſtatur Plutarchus *in Sylla*, ut præter aromata decem & ducentis ferculis illata, ingens quoque ipſius Syllæ ſimulacrum, quemadmodum & lictoris, ex pretioſo thure ac cinnamomo fuerit effectum. Empedocles Acragantinus victoriam in Olympico certamine adeptus equis, quum Pythagoricus eſſet, ac proinde ab animatis abſtinendum ſibi putaret, bovem è myrrha, thure, aliiſque aromatibus pretioſis effictum diſtribuit iis, qui ad ſolemnem hunc totius Græciæ conventum confluxerant: *Athenæus Deipnoſoph. libro* 1, *cap.* 3; *Euſtath. ad verſ.* 8 *Odyſſ.* Γ, *edit. Romanæ pag.* 1454, 21. Laertius tamen *lib.* VIII, *in Empedocle*, quemadmodum & Philoſtratus *de vita Apollonii lib.* 1, *cap.* 1, bovem hunc ex melle & farina confectum fuiſſe tradunt. De Iſide, quæ ſoror & conjux Oſiridis fuit, ſimile quid refert Diod. Siculus *lib.* 1.

AURUM *Hippocrates* (Scaliger *Hypſicrates* reponit) *medicus de nomine inventoris dictum putat, quem vocitatum ait Aurum*, Feſtus. Aurum optimum in Colophone monte Aſiæ generatur. Meminit Colophonii hujus auri Julianus Imp. *Orat.* II; Libanius *Orat.* XI; Suidas in Χρυσὸς κολοφώνιος: Apoſtolius quoque & Zenobius parœmiographi. Præcipue tamen Tzetzes *Chiliade* XII, *hiſt.* 402, & 404, ubi & alia plura non ignobilis auri genera recenſet. Demoneſium aurum à bonitate commendat Stephanus de Urbibus in Δημόνησος. Φωκαΐς, τὸ κάκιστον χρυσίον, Heſychius: niſi forte petitum hoc ſit ex hiſtoria Phocenſium Delphici Apollinis templum deprædantium; qua de re vide *Juſtinum lib.* VIII. Atque ita ſimilem hujus auri conditionem dixeris cum auro Toloſano, de quo vide *A. Gellium lib.* III *noct. Attic. cap.* 9. Τεῦκρος ὁ Κυζικηνὸς ἔγραψε περὶ χρυσοφόρου γῆς, Suidas. *Aurum quo ſæpius arſit, proficit ad bonitatem. Aurique experimento ignis eſt, ut ſimili colore rubeat quo ignis: atque ipſum obryzum vocant*, Plinius libro XXXIII, cap. 3. Vide Voſſii Etymologicum Latinum, in *Obriſum*: vide quoque annotata noſtra ad Appendicem Alamannici Gloſſarii D, pag. 4, in *Obrizum*.

Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holoſphyraton, in templo Anaitidis poſita dicitur, numine gentibus illis ſacratiſſimo. Direpta eſt Antonii Parthicis rebus. Scitumque narratur dictum unius veteranorum Bononiæ, hoſpitali divi Auguſti cœna, cùm interrogaretur, Eſſetne verum, eum, qui primus violaſſet hoc numen, oculis membriſque captum exſpiraſſe? reſpondit enim, tum maxime Auguſtum de crure ejus cœnare, ſeque illum eſſe, totumque ſibi cenſum ex ea rapina eſſe: *Plin.* XXXIII, 4. De aurea ſtatua quam Veneri dicavit Aſpaſia, vide Ælianum *var. Hiſt. lib.* XII, *cap.* 1.

Antiochum Cyzicenum ferunt aureum Jovem cubitorum decem ex delubro ſuſtuliſſe, & ex ære bracteolis ſubſtituiſſe fucatum: *Arnobius lib.* VI, ut alia pleraque, ita & hoc hauſit ex Clem. Alexandrini Protreptico.

Apud Babylonios in ſacello quodam templi Beli magnum erat Jovis ſedentis ex auro ſimulacrum, & alia inſuper ſtatua duodecim cubitorum, è ſolido auro: vide *Herodotum lib.* 1, *cap.* 183.

Cypſelum Corinthiorum tyrannum in Olympia conſecraſſe aureum Jovis ſimulacrum ferunt: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 290, 3. Apud Strabonem quoque *libro* VIII, in teſtimonium divitiatum Cypſeli refertur, τὸ Ὀλυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου, σφυρήλατος χρυσοῦς ἀνδριὰς εὐμεγέθης: *Donum Cypſeli in Olympiis, ſtatua aurea malleo ducta juſtæ magnitudinis.*

dinis. Cotho portus erat Carthaginenſium, habens nobile templum Apollinis, ὅπου τὸ ἄγαλμα κατάχρυσον ἦν, καὶ δῶμα αὐτῷ χρυσήλατον ἀπὸ χιλίων ταλάντων σταθμὸν πεπήκτο: *Cujus ſignum inauratum erat, & tectum auro coopertum, uti ponderis eſſet mille talentorum.* Vide Appianum de bellis Punicis.

Pompejus Magnus tertio triumpho tranſtulit ſigna aurea tria; Minervæ, Martis, & Apollinis: *Plin. lib.* XXXVII, *cap.* 2.

Dianæ Epheſiæ ſimulacrum aureum: *Xenophon lib.* V *de expedit. Cyri.*

Dianæ Scythicæ ſimulacrum ab Oreſte & Pylade abreptum, è ſolido fuit auro: vide *Cedrenum pag.* 135 *edit. Regiæ.* Delatum id ab Oreſte Ariciam. Sed cùm poſtea Romanis ſacrorum crudelitas diſpliceret, quamquam ſervi immolarentur; ad Laconas Diana tranſlata eſt, ubi ſacrificii conſuetudo adoleſcentum verberibus ſervabatur, qui vocabantur Bomonicæ, quia aris ſuperpoſiti contendebant, qui plura poſſent verbera ſuſtinere: *Hyginus fabula* 261. Vide *Pauſaniam in Laconicis, pag.* 192, *lin.* 40; *Servium ad verſ.* 116 *libri* II *Æneid.*

Bendis, Anubis, Attis, & Mithres, ὅλοι ὁλόχρυσοι, καὶ βαρεῖς, καὶ πολυτίμητοι ὡς ἀληθῶς: *Toti aurei, & graves, & ut vere venerandi,* Lucian. in Jove tragœdo.

Athenis, teſte Plutarcho *in vita Solonis*, in foro erat lapis, ad quem ex lege Solonis, jurabant Theſmothetæ, ſe legum obſervantiſſimos fore: ſi quam vero violaſſent, ſtatuam pondere ſibi parem ex auro Delphis dedicaturos.

Nabuchodonoſor, ut de eo Severus Sulpicius in ſecundo Hiſtoriæ ſacræ, *ſtatuam ſibi auream immenſæ magnitudinis poſuit, adorarique eam ut ſacram effigiem præcepit.* Vide Caput III Danielis.

Auream quoque ſtatuam & ſolidam Gorgias Leontinus Delphis in templo ſibi poſuit, LXX circiter Olympiade. Tantus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus: *Plin. lib.* XXXIII, *cap.* 4; *Cicero* III *de Orat. Valerius Maximus lib.* VIII, *cap. ultimo.*

Remo fratri auream ſtatuam oraculi monitu poſuit Romulus. Qua de re vide *Cedrenum pag.* 147 *edit. Regiæ.*

Aureis argenteiſque piſcibus Atergatim Deam placabant, teſte Athenæo *libro* VIII *Deipnoſoph. cap.* 8.

Aureum Atrei agnum Scriptores Tragœdiarum paſſim decantant; quem tamen Herodorus Heracleotes phialam argenteam fuiſſe tradit, in cujus medio aurea fuit agni imaguncula, pluris iſthoc ſæculo propter auri raritatem æſtimata: *Athenæus libro ſexto Deipnoſoph. cap.* 8.

Hannibalem Cœlius ſcribit, cùm columnam auream, quæ eſſet in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata, perterebraviſſe. Quumque ſolidam inveniſſet, ſtatuiſſetque tollere, ſecundùm quietem viſam eſſe ei Junonem prædicere, ne id faceret; minitarique, ſi id feciſſet, ſe curaturam ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret; idque ab homine acuto non eſſe neglectum: itaque ex eo auro, quod exterebratum eſſet, buculam curaſſe faciendam, & eam in ſumma columna collocaviſſe: *Cicero lib.* 1 *de Divinatione.*

Aquilæ duæ ab Oriente pariter atque Occidente Jovis imperio emiſſæ, Delphis, in ipſo orbis terrarum umbilico, convenerunt: vide *Plutarchum circa initium libri de Defectu oracul.* quemadmodum & *Claudianum in præfat. de Mallii Theodori Conſ.* Δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλός τις ἐν τῷ ναῷ ταινιωμένος, καὶ ἐπ' αὐτῷ αἱ δύο εἰκόνες τοῦ μύθου: *Oſtenditur umbilicus quidam in templo Delphico tæniis redimitus, inque eo duæ imagines iſtius fabulæ*, Strabo lib. IX, pag. 421 edit. Caſaubonianæ. Aquilas autem ibi dicatas fuiſſe aureas diſcimus ex Scholiis in Sophoclis Oedipum tyrannum, *pag.* 172 *edit. Stephanicæ, anni* 1568.

Aquilam vocabant Romani exiguum ſacellum fanum, in quo collocatur aquila aurea. Erigitur autem in omnibus per delectum conſcriptis legionibus; neque prius hybernaculis effertur, quàm univerſus egrediatur exercitus. Movet vero eam unus aliquis haſtæ ſublimi impoſitam, cujus inferior pars in acutam cuſpidem deſinit, ut etiam defigi poſſit in ſolum: vide *Dionem Caſſium lib.* XL. Plura vide apud Voſſium *de Orig. & progr. idololatriæ lib.* III, 76.

Alexandri Macedonis ſtatua aurea poſita fuit in templo Apollinis Delphici: *Herodotus lib.* VIII, *cap.* 121.

Phrynes, ſcorti nobilis, auream ſtatuam Delphis in ſublimi columna erexerunt Græci: *Ælianus var. Hiſt.* IX, 32. Vide quoque Plutarch. in libello *Cur Pythia nunc non reddat oracula carmine.*

Crœſus inter templi Delphici donaria conſecravit auream ſtatuam fœminæ panes ſibi facientis; propterea quod inſidias novercæ venenum privigno miſcentis, à capite ſuo in peſſimæ fœminæ liberos averterat: *Plutarch. Cur Pythia nunc non reddat orac. carm.* Herodotus lib. 1, cap. 51, Εἴδωλον χρύσεον τρίπηχυ, *Simulacrum aureum tricubitale*, fuiſſe dicit.

Arte-

Artemidoro auream Epheſii ſtatuam in templo poſuere, quod Heracleotidem deſciſcentem Romæ dicta cauſa Epheſiorum eſſe evicit: vide *Strabonem lib.* XIV, *pag.* 624 *edit. Caſaubonianæ.*

Mithridatis coloſſus aureus pedum ſex (χρύσεος ἑξάπους κολοσσὸς) ab Lucullo triumphante tranſlatus eſt: vide *Plutarch. in Lucullo.*

Ædem Pietatis in foro olitorio dedicavit M. Acilius Glabrio duumvir; ſtatuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit: *Livius lib.* XL *ab U. C. Valer. Maximus lib.* II, *cap.* 5. Aliquanto aliter Ammianus Marcellinus lib. XIV: *Quidam æternitati ſe poſſe commendari per ſtatuas æſtimantes, eas ardenter adſectant, easque auro curant imbracteari: quod Acilio Glabrioni delatum eſt primo, cùm conſiliis armisque regem ſuperaſſet Antiochum.*

Clearchus Heracleenſis tyrannus, dum ex ſucceſſu continuæ felicitatis obliviſcitur ſe hominem, interdum Jovis ſe filium dixit; cuntique per publicum, aurea aquila (velut argumentum generis) præferebatur: *Juſtin. lib.* XVI, *cap.* 5.

Caligula templum numini ſuo proprium, & ſacerdotes, & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulacrum ſtabat aureum iconicum, amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe uteretur: *Sueton. in Calig. cap.* 22.

L. Vitellius Narciſſi & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit: *Suetonius in Vitellio, cap.* 2.

Britannico ſtatuam auream in Palatio poſuit Titus Imperator: vide *Suetonium in Tito, cap.* 2.

Nero Pompeji theatrum operuit in auro unum diem, quod Tyridati regi Armeniæ oſtenderet. Et quota pars ea apparatus fuit Aureæ domus, ambientis urbem? Plinius libro XXXIII, cap. 3. Et rurſus lib. XXXVI, cap. 15: *Bis vidimus totam Urbem cingi domibus principum Caji & Neronis; & hujus quidem, ne quid deeſſet, auream.* Hujus Aureæ domus meminit Suetonius in vita Neronis, cap. 31: *Non in alia re damnoſior, quàm in ædificando. Domum à Palatio Eſquilias uſque fecit; quam primo Tranſitoriam; mox, incendio abſumptam reſtitutamque, Auream nominavit: de cujus ſpatio atque cultu ſuffecerit hoc retuliſſe. Veſtibulum ejus fuit, in quo Coloſſus centum viginti pedum ſtaret ipſius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet: item ſtagnum maris inſtar, circumſeptum ædificiis, ad urbium ſpeciem. Rura inſuper arvis atque vinetis & paſcuis ſilvisque varia, cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, diſtincta gemmis unionumque conchis erant. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, ut flores: fiſtulatæ, ut unguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur: balneæ marinis & Albulis fluentes aquis. Ejuſmodi domum cùm abſolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut ſe diceret Quaſi hominem tandem habitare cœpiſſe.* In hac domo aurea non modo præſtantiſſima vett. Artificum opera congeſſerat Nero Imp. verum etiam exquiſitiſſimos Artifices paſſim conquiſitos ibi ceu incarceratos detinuit. De primo agit Plinius *lib.* XXXIV, *cap* 8, ubi teſtatur clariſſima quæque maximorum Artificum opera *violentia Neronis in Urbem convecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita.* Alterum habet idem Plinius *lib.* XXXV, *ſub finem capitis decimi.* Locum, à propinquo meo Iſaaco Voſſio è codd. MSS. emendatum, exhibet Catalogus Artificum in *Amulius* Pictor. Meminit & hujus aureæ domus Neronis Imp. Dio Chryſoſtomus *Orat.* XLVII.

Domitianus nonniſi aureas & argenteas ſtatuas in Capitolio poni ſibi permiſit, ac ponderis certi: *Suetonius in Domitiano, cap.* 13. Injuncti ponderis rationem videtur expreſſiſſe Statius Papinius *lib.* V *Sylv.* ea quæ inſcribitur, Abaſcantii in Priſcillam pietas, verſ. 191:

> *Da Capitolinis æternum ſedibus aurum,*
> *Quo niteant ſacri centeno pondere vultus*
> *Cæſaris.* - - -

Hujus tamen ipſius Domitiani, à conjuratis poſtmodum dilaniati, nulla uſpiam in univerſo orbe Romano reliqua fuit ſtatua præter unam æream, quam uxor ei poſt mortem indulgente Senatu erexit: vide Procopii *Hiſtoriam arcanam, cap.* VIII. Niſi forte malis recurrere ad librum ſecundum, cap. 8, ſect. 7; ubi hæc omnia plenius ex Procopio adſcripſimus.

Pavonem ex auro & fulgidis lapidibus Junoni dedicavit Adrianus Imp. teſte Pauſania *lib.* II, *pag.* 115, 21.

M. Antoninum Philoſophum Imp. mortuum Senatus, ut memoriam tantarum virtutum grate proſequeretur, aurea ſtatua dignum judicavit: vide *Cedrenum pag.* 251 *editionis Regiæ.*

Claudio

Claudio Imp. ſucceſſori Valeriani & Galieni Impp. populus Rom. in Capitol. auream poſuit ſtatuam, quod Gothos Illyricum Macedoniamque per quindecim annos vaſtantes incredibili ſtrage deleverat: *Euſebius in Chron. ad annum Domini* CCLXXII; *Iſidorus Chron. Gothorum, Era* CCXCIII; *Jornandes de Regn. ſucceſſ.*

Leonem aureum decem talentorum pondo Apollini Delphico ſacravit Crœſus: vide *Herodotum lib.* I, *cap.* 50.

Buculas aureas, Crœſi donum, habuit Epheſus: *Herodotus lib.* I, *cap.* 92.

Cercopithecum aureum pro numine colebant incolæ Thebarum Ægyptiarum. Juvenalis Satyra XV:

> *Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci,*
> *Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ,*
> *Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.*

Aureus currus Solis ornabat faſtigium porticus ab Auguſto Cæſare Apollini ſacratæ: vide *Propertium lib.* II, *Eleg.* 31.

Molam auream ſex talentorum pondo Xerxes Megabyzo Babylonis expugnatori præter alia multa donavit. Quod munus apud Perſas omnium regiorum munerum præſtantiſſimum judicatur: *Cteſias in Perſicis apud Photium.*

Craſſus dives primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit, Plin. lib. XXI, cap. 3. *Taurorum felle aureus ducitur color*, Idem lib. XI, cap. 37. *Inter omnia communia animalium, vel præſtantiſſimi effectus fel eſt. Taurino præcipua potentia, etiam in ære pellibusque colore aureo inducendo*, Idem lib. XXXVIII, 9. De auro alia multa habet Plin. in prooemio libri XXXIII, & ejuſdem libri quatuor primis capp. Præcipue tamen cap. 3: *Super omnia*, inquit, *netur* [aurum] *ac texitur, lanæ modo, & ſine lana. Tunica aurea triumphâſſe Tarquinium Priſcum Verrius tradit. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, edente eo navalis prælii ſpectaculum, aſſidentem ei indutam paludamento ex auro textili, ſine alia materie.*

Platanum auream atque auream vitem inter reliquam ſupellectilis regiæ pompam circumvehebant Reges Perſarum. Ac vitem quidem in regio cubiculo diſtendi volebant. Quandoque etiam ſub ea legatos audiebant, ac jus dicebant; non tam ab ipſa forte platano ac vite majorem majeſtati ſuæ venerationem acceſſuram ſperantes, quam à ſmaragdis, carbunculis Indicis, aliisque gemmis uvas repræſentantibus: vide *Athenæum libro* XII, *cap.* 2, & 9. Meminit quoque aureæ hujus platani Xenophon *Ἑλληνικῶν lib.* VII; quemadmodum & Dio Chryſoſtomus *Orat.* LVIII. Quod vero Darium Pythius Lydus aurea hac platano ſimul ac vite donaverit, diſcimus ex Herodoti *lib.* VII, *cap.* 27; vide quoque *Plinium lib.* XXXIII, *cap.* 10; *Photium in excerptis ex Himerii Orat. propemptica ad Ampelium:* ubi Theodorum Samium vitem hanc Artaxerxi elaborâſſe teſtatur. De Xerxis aurea platano vide *Euſtath. ad verſ.* 307 *Iliad.* B, *edit. Roman. pag.* 226, 10. Ne tamen arbitremur Perſarum Reges Pythio iſti tantùm debuiſſe platanum hanc vitemque, obſervandum hic eſt quod tradit Plinius lib. XXXIII, cap. 3: *Jam Cyrus devicta Aſia*, inquit, *auri pondo* XXXIV *millia invenerat, præter vaſa aurea, aurumque factum, & in eo folia ac platanum vitemque.* Præterquam quòd Priamus etiam pluribus ante Cyrum annis vitem auream miſiſſe traditur Aſtyochæ matri Eurypyli: vide *brevia Scholia ad verſ.* 520 *Odyſſ.* Λ; vide tamen & *Euſtath. ad eundem Homeri locum, editionis Roman. pag.* 1697, 32. Poſteriora quoque ſæcula ab inſanis hisce luxuriæ impenſis minime abhorruiſſe conſtat: quandoquidem Pompejus tertio triumpho, quem de piratis, Aſia, Ponto, gentibusque & regibus egit, tranſtulit inter alia, *Montem aureum quadratum, cum cervis, & leonibus, & pomis omnis generis, circumdatis vite aurea*, Plinius XXXVII, 2. Michaël denique Imp. exhauſta per libidines omni gaza imperatoria, non gryphes modo aureos conflavit, verum etiam auream illam platanum, quæ non tantum auri ſplendore ſpectantium oculos tenebat, ſed & cantillantium avicularum prope vivis vocibus aures demulcebat: vide *Cedrenum edit. Regiæ, pag.* 544; nec non Conſtantini Manaſſis *Annales.*

Valvæ auro atque ebore magnificæ: vide *Ciceronem lib.* IV *in Verrem.*

CEREAS majorum imagines in atriis oſtentabant adprime nobiles; homines vero novi, ſuas tantum; ignobiles denique, nullas: vide Plinii & Valerii Maximi de hac re verba, *lib.* II, *cap.* 8, *§.* 7, à nobis allata. Quibus adde Diodori Siculi verba, prout ĕa deſcripſit Photius in Excerptis ex lib. XXXI. Ovidius I Faſtorum, verſ. 591:

> *Perlege diſpoſitas cineroſa per atria ceras:*
> *Contigerant nulli nomina tanta viro.*

Idem Amorum lib. I, Eleg. 8:

> *Nec te decipiant veteri cincta atria cera.*

Imagines

Imagines has aperire, & quaſi in publicum proferre ſolebant, ſi quando grave aliquod crimen ſpectatæ probatæque innocentiæ teſtimonio publice diluiſſent. Tullius pro P. Sylla: *Nam ipſe quidem*, inquit, *ſi erit veſtro judicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ ſolatia reliquæ vitæ, quibus lætari & perfrui poſſit? Domus erit, credo, exornata; aperientur majorum imagines; ipſe ornatum ac veſtitum recuperabit.* In publicis quoque ſolemnitatibus non modo aperiebant; verum etiam ſtudioſe exornabant eas, Ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας ἔν τε ταῖς δημοτελέσι θυσίαις ἀνοίγοντες κοσμοῦσι φιλοτίμως, vide Polybium libro VI. De cereis Imperatorum Rom. imaginibus earumque in Cæſarum exequiis uſu, vide *Herodianum circa initium libri quarti.* Quinetiam plerique alii antiquæ nobilitatis inſignibus clari, majorum ſuorum imagines in pompa funebri paſſim producebant; ſuppreſſis tantum imaginibus eorum, qui hoſtes reip. fuiſſe videbantur. Ita Plutarchus in Julio Cæſare veluti inſolens quid notat, quod non tantum uxorem Marii Juliam, amitam ſuam, defunctam eximie laudavit in foro; verum etiam, quod auſus eſt imagines Marii in funere ejus præferre. Etenim eæ tum primum poſt Syllæ dominatum conſpectæ fuerunt; ex quo nempe Marius fuerit hoſtis judicatus. Tacitus quoque *ſub finem libri tertii Annal.* notat, quod in funere Juliæ, C. Caſſii uxoris, viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatæ ſunt, Manlii, Quinctii, aliaque ejuſdem nobilitatis nomina: *Sed præfulgebant*, inquit, *Caſſius atque Brutus; eo ipſo, quod effigies eorum non viſebantur.*

Magi quoque cereas fingunt eorum imagines, propter quos carmen inſtituunt. Ovidius Heroidum epiſt. VI, quæ Hypſipyles ad Jaſonem, verſ. 91:

Devovet abſentes ſimulacbraque cerea fingit,
Et medium tenues in jecur urget acus.

Idem Amorum lib. III, Eleg. 6:

Sagaque Phœnicea defigit nomina cera,
Et medium tenues in jecur urget acus.

Vide Eundem Faſtorum lib. II, verſ. 577; quemadmodum & Horat. lib. I, Sat. VIII. Pleniſſime Servius ad illud Virgilii, Ecloga VIII:

Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit
Uno eodemque igni; ſic noſtro Daphnis amore.

Fecerat illa duas imagines, inquit Servius, alteram ex limo, qui igne fit durior; alteram ex cera, quæ igne ſolvitur. Ut videlicet mens amatoris ita dureſceret ad illam, quam tunc amabat, omneſque alias, ſicut ad ignem limus; & ad ſe ita molliretur & ſolveretur amore, ut cera ad ignem liqueſcit.

CICER. Ἐρεβίνθινος Διόνυσος, ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων: *Bacchus ex cicere de iis dicimus, qui nullius ſunt momenti*, Heſychius, Suidas. Eodem plane uſu, quo ſupra fuit ἀσδελιὰς ἀμέργινος: vide quæ diximus in *Amurca.*

CORNUA. Hybernæ coronæ, cùm terra flores negat, fiunt ramento è cornibus tincto: *Plin. lib.* XXI, *cap.* 1. Urorum cornibus barbari ſeptentrionales potant, urnaſque binas capitis unius cornua implent. Alii præfixa haſtilia cuſpidant. Apud nos in laminas ſecta tranſlucent, atque etiam lumen incluſum latius fundunt: multaſque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota picturæ genere dicuntur: *idem Plinius lib.* XI, *cap.* 37.

DENTES FLUVIALIS EQUI, deficiente ebore, ſignis faciendis ab Artificibus quandoque adhibiti. Cyziceni certe cum Proconneſios bello adegiſſent, ut ſibi fierent inquilini, Dindymenæ matris ſignum è Proconneſo aſportàrunt; aureum illud fuit: facies, quum deeſſet ebur, è fluvialium equorum dentibus eſt fabricata. Τὸ πρόσωπον, ἀντὶ ἐλέφαντος, ἵππων τῶν ποταμίων ὀδόντες εἰσὶν εἰργασμένον, Pauſanias lib. VIII, pag. 530, 6.

EBUR. *Dentibus elephantorum ingens pretium*, inquit Plinius VIII, 10, *& Deorum ſimulachris laudatiſſima ex iis materia.* Athenienſes certe Phidiam tulerunt, quamdiu is marmore potius, quàm ebore, Minervam fieri debere dicebat, quod diutius nitor eſſet manſurus: ſed ut adjecit, & vilius, tacere juſſerunt: *Valerius Maximus lib.* 1, *capite* 1, *Exemplo ext.* 7. Φασὶ διὰ πολλὴν πυκνότητα καὶ στερρότητα τὸ τοιοῦτο ὀστοῦν ἄφθορον διαμένειν, ἐφ' ὅτι μήκιστον μηδεμίαν ἐκ χρόνου βλάβην προσδεχόμενον: *Dicunt ob magnam craſſitiem & ſoliditatem os hujuſmodi incorruptibile permanere, quoniam cum ſit longiſſimum, nullam ex tempore noxam recipit*, Gregor. Nyſſenus Homil. XIV in Cant. Canticorum. Optimum hic eſt Adulicum ebur, de quo vide *Arrianum in Periplo maris Erythræi.*

Minervæ Aleæ ſignum, unà cum dentibus apri Calydonii, Auguſtus Cæſar, victo Antonio, Tegeatibus eripuit. Ac Aleæ quidem Minervæ ſignum Romæ conſpicieba-

tur in aditu fori ab Auguſto conſecrati. Eſt vero ſignum id ex ebore totum: ars autem Endii. Τοῦτο μὲν δὴ ἐς τῷδε ἀνάκειται ἐλέφαντος διὰ παντὸς πεποιημένον· τέχνη δὲ Ἐνδοίου, Pauſanias lib. VIII, pag. 529, 32.

Alalcomenæ modicus in Bœotia vicus fuit, habuitque in proximo ædem Minervæ, eum antiquiſſimo ejuſdem Deæ ſigno ex ebore. Eripuit illud Sylla: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 593, 8.

Jovem eburneum fecit Praſiteles in Metelli æde, quà campus petitur: *Plin.* XXXVI, 5.

Agrigentini cognominem urbi fluvium ſpecioſi pueri forma ex ebore fecerunt; atque eburneæ huic ſtatuæ Delphis conſecratæ, ipſius fluvii nomen inſcripſerunt: *Ælianus var. Hiſt.* II, 33.

Herodis Sophiſtæ ſtadium Panathenaïcum habuit fanum Fortunæ cum eburneo Deæ ſigno: *Philoſtr. lib.* II *de vit. Sophiſt. in Herode.*

Apollo eboreus ſpectabatur Romæ in foro Auguſti: *Plin. lib.* VII, *cap.* 53.

Nicomedis Bithyniæ regis ſimulacrum ex ebore conſpiciebatur Romæ in foro Trajani: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 310, 6.

Britannico equeſtrem ſtatuam ex ebore poſuit Titus: vide *Suetonium in Tito, cap.* 2.

Cæſar Caligula ita fuit addictus & deditus Praſinæ factioni, ut cœnaret in ſtabulo aſſidue & maneret. Cythico agitatori equile marmoreum & præſepe eburneum dedit. *Suetonius in vita Caligulæ, cap.* 55.

Nero ab ineunte ætate equorum atque aurigandi ſtudio præter cæteros flagrans, inter initia principatus eburneis quotidie quadrigis in abaco ludere ſolebat: *Suet. in Ner. cap.* 22.

De regali throno, quem ſibi ex ebore fecit Solomon, vide 2 *Chron. cap.* IX, *verſ.* 17 *& ſeqq.*

Domum eburneam ædificavit Rex Achab: 1 *Reg.* XXII, 39; *Amos* III, *in fine.*

Tenſa vehiculum fuit ex argento vel ebore, quo exuviæ Deorum ludicris Circenſibus in Circum ad pulvinar vehuntur: *Feſtus.*

De emolliendi eboris ratione, ut quovis flecti poſſit, elegans eſt Plutarchi locus in libello *An vitioſitas ad infelicitatem ſufficiat.* Fortuna non perficit infelicitatem, inquit, niſi à pravitate adjuta. Sicut enim oſſa ſinduntur filo, poſtquam aceto & cinere ſunt perhumectata: quemadmodum etiam ebur zytho emollitum atque laxatum flectunt, inque varias formas fingunt; aliter vero non poſſunt: ſic Fortuna, quod ex ſeſe male affectum mollitumque eſt vitiis, ſuperveniens vulnerat atque pertundit.

Quali glutino artifices, qui circa ebur verſantur, ſoleant uti, docet Ælianus *lib.* XII *de Animalibus, cap.* 32. Vide locum.

Raphani ebora poliunt: *Plinius lib.* XIX, *cap.* 5.

Sulphur (*θεῖον*) adhibuit Phidias Olympium faciens Jovem, ut eboris materiam durabiliorem faceret: *Dio Chryſoſt. Orat.* XII, *quæ eſt de Cognitione Dei.* Vide locum.

Altis in Olympia maxime paluſtris eſt locus: quamobrem etiam Jovis Olympii eburneum ſignum, ibi conſecratum, oleo ab aquoſi ſoli injuria defenditur: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 308, 17, *&* 23. Exiſtimatur oleum ebori vindicando à carie utile eſſe. Certe ſimulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum eſt: *Plin. lib.* XV, *cap.* 7. Methodius quoque apud Photium in *Excerptis ex Orat. de Reſurrectione*, teſtatur Phidiam, cùm Piſæam ſtatuam ex ebore formaſſet, imperaſſe ut oleum interius infuſum ſemper è ſimulacro promanaret, ut illi immortalem vim hoc modo conciliaret. Prope Pellenen eſt Minervæ templum, atque in eo ſignum Deæ ex ebore: teſtanturque Pellenæi ſub ipſa baſi Minervæ alte deſcendere adytum, atque ex eo humidum halitum efflari, qui ſit ebori tuendo peridoneus: *Pauſan. lib.* VII, *pag.* 453, 9. In Athenienſium arce, eminenti ſcilicet & ſaxoſo loco, eburneum Minervæ ſimulacrum adſperſu aquæ à ſiccioris loci incommodis vindicatur. Epidauri vero ſolium ipſum, cui eburneum Æſculapii ſignum inſidebat, puteo imminens factum fuiſſe traditur: vide *Pauſan. lib.* V, *pag.* 308, 30.

Ajunt Democritum inveniſſe quemadmodum ebur poliretur, quemadmodum decoctus calculus in ſmaragdum converteretur, qua hodieque coctura inventi lapides coctiles colorantur: *Seneca epiſt.* XC. Aſpera ſquatinæ cute lignum & ebora poliri tradit Plinius *lib.* IX *nat. Hiſt. cap.* 12.

Tiburtino cœlo tale dicitur fuiſſe temperamentum, ut rebus pleriſque, præcipue tamen ebori præſtiterit candorem. Martial. lib. IV, Epigr. 62:

Tibur in Herculeum migrăvit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

Idem lib. VIII, Epigramm. 28:

Lilia tu vincis, nec adhuc delapſa liguſtra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.

Silius

Silius Italicus lib. XIII:

Quale micat, ſemperque novum eſt, quod Tiburis aura
Paſcit ebur. - - - -

Propert. lib. IV, Eleg. 7:

- - *Herculeo numine pallet ebur.*

ELECTRUM, ſi Poëtis fides habenda eſt, nihil aliud eſſe credemus, quam

Ab arbore lapſas Heliadum lachrymas, - - -

ut loquitur Ovid. x Metamorph. verſ. 262. Sed hanc opinionem jam olim exploſit Lucianus in opuſculo *de Electro*, ac præter eum plures alii. Pauſanias *lib.* V, *pag.* 310, 5, tradit, electrum quidem in Padi fluminis arenis reperiri nonnunquam; pretioſiſſimum autem id genus electri judicari, quod nonniſi raro inveniatur: teſtatur adhæc, Auguſto Cæſari ſtatuam ex hoc electri genere poſitam fuiſſe Romæ in foro Trajani. τὸ δὲ ἄλλο ἤλεκτρον, inquit, ἀναμεμιγμένος ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσός: *Aliud vero electrum eſt aurum argento mixtum.* Recte itaque Tertullianus adverſus Hermogenem: *Electrum, licet ex auro & argento fœderatum, nec argentum tamen nec aurum appellabo, ſed electrum: à cujus habitu quis divertit, pariter & à vocatu ejus recedit, appellationis, ſicut & conditionis proprietate.* Plinius denique lib. XXXIII nat. Hiſt. cap. 4, fuſius aliquanto electri naturam explicans, nativum à factitio non obſcure diſtinguit: *Omni auro,* inquit, *ineſt argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. In uno tantum Galliæ metallo, quod vocant Albicratenſe, XXXVI portio invenitur, ideoque cæteris præeſt. Ubicunque quinta argenti portio eſt, electrum vocatur. Scrobes eæ reperiuntur in Canalienſi. Fit & cura electrum, argento addito. Quod ſi quintam portionem exceſſit, incudibus non reſiſtit. Et electro autoritas, Homero teſte, qui Menelai regiam auro, electro, argento, ebore, fulgere tradit. Minervæ templum habet Lindos, inſulæ Rhodiorum, in quo Helena ſacravit calicem ex electro. Adjicit hiſtoria, mammæ ſuæ menſura. Electri natura eſt, ad lucernarum lumina clarius argento ſplendere. Quod eſt nativum, & venena deprehendit: namque diſcurrunt in calicibus arcus cœleſtibus ſimiles, cùm igneo ſtridore, & gemina ratione prædicunt.* Poſtremum hoc etiam Serenus confirmat, 62 præcepto med.

Produnt electri variantia pocula virus.

Vide Servium ad verſ. 400 lib. octavi Æneïd. Liquet igitur, Electrum nihil aliud olim fuiſſe, quàm argentum auro vel natura vel arte confuſum. Poſtea tamen amiſſa miſcendorum metallorum ſcientia, aliarum quoque rerum cum auro argentoque commixtionem pro electro habuerunt, vitri puta lapillorumque ſplendicantium. Ἤλεκτρον, ἀλλότυπον χρυσίον, μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λιθίᾳ· οἵας ἐστὶ κατασκευῆς ἡ τῆς ἁγίας σοφίας τράπεζα: *Electrum, aurum ex alieno genere conflatum, vitro, & lapillis mixtum, cujuſmodi ſtructuræ eſt ſanctæ Sophiæ menſa,* Suidas in ἤλεκτρον, & in χαλκολίβανον: quam menſam ex electro Suidas fuiſſe teſtatur. De ea ſic Cedrenus: Τότε ποιεῖ Ἰουστινιανὸς καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον. ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων παντοίων, καὶ ξύλων, καὶ μετάλλων, καὶ εἴδους ἄλλου, ὅσα τε γῆ φέρει, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλεῖστα, τὰ δὲ ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας, τὰ ξηρὰ ἐπέβαλε, καὶ οὕτως εἰς τύπον τραπέζης ἀναπληρώσας αὐτήν, ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη, θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν: *Sacram quoque menſam tum fecit, opus imitatione nulla æquandum. Conſtabat auro, argento, omnis generis lapidibus, lignis, metallis, omnibuſque rebus quas terra fert, & mare, & totus mundus. Ex omni materia pretioſiora plura, viliora pauciora collegerat, liquatiſque iis quæ fluunt, ſicca illis immiſerat, atque ita menſam formæ infuſam abſolverat. Itaque varium illud opus contuentibus ſtuporem injiciebat.* Vide quoque Codinum de Originibus Conſtantinopolitanis. Deficiente denique & hac arte, ſuccinis electri nomen, teſte Euſtathio ad verſum 293 Dionyſii τοῦ περιηγητοῦ, videtur attributum: ἤλεκτρον δὲ νῦν, inquit, οὐχ τὸ ἐκ χρυσοῦ ἢ ἀργύρου κρᾶμα· λίθος δέ τις χρυσοειδὴς, ἐξ οὗ καὶ λαβαὶ μαχαίραις γίνονται, ἀχύρων ἑλκυστικαὶ, ὡς ἡ μαγνῆτις σιδήρου: *Electrum nunc non eſt auri & argenti mixtura: ſed lapis auro ſimilis, ex quo etiam gladiorum manubria fiunt, quæ paleas attrahunt ſicuti magnetes ferrum.*

EUSEBES. *Lapis eſt ex quo traditur imago Herculis in Tyri templo facta: ſed & ſedes ex qua difficile ſurgebant.* Ita enim, præeuntibus vett. libris Voſſianis, reſtituenda videntur hæc verba Plinii lib. XXXVII, cap. 10.

FARINA. Apud Athenienſes extra urbem celebrantur Diaſia. Ita vocant feſtum Jovi Meilichio ſacrum, atque in eo πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ, οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἐπιχώρια: *Immolant multi non veras, ſed ex farinæ ſubactæ maſſa victimas ad verarum ſimilitudinem factas, quibus indigenæ uti ſolebant,* Thucyd. libro I, ubi vetus Scholiaſtes

 θύματα

θύματα exponit τινὰ πέμματα εἰς ζώων μορφὰς πεπλασμένα, *bellaria quædam in animalium formam efficta*. Dicitur Jupiter Proſerpinæ Cyzicum urbem in dotem dediſſe, quam propterea Cizyceni ſummo ſtudio venerantur, eique quotannis atram bovem immolant; quod cum ſtato ſolemnitatis illius tempore præſtare non poſſent, eo quod à Mithridate obſeſſi ad omnium rerum extremas anguſtias erant adducti, bovem quendam ex opere piſtorio finxerunt. Vide *Appianum de bello Mithridatico*. Pythagoras bovem ex farina confectum, ut accuratiores affirmant, immolavit; quum reperiſſet latus ſubtenſum trianguli rectanguli æquivalere cruribus: Ἐθύσατο δὲ τῆς εὑρέσεως, ὥς φασι, βοῦν οἱ ἀκριβέστεροι, ἐξάλευρον, ὅτι ὀρθογωνίου τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον δυναμένην ταῖς περιεχούσαις, Porphyrius de vita Pythagoræ.

Θύανον, τὰ ψαίστια, πέμμα δέ ἐστιν ἀντὶ θυμάτων, Heſychius.

Πέλανοι, vide Pollucem Onomaſt. lib. VI, cap. 11; quemadmodum & Heſychium & Suidam in βοῦς ἕβδομος.

In veneficarum incantationibus, ut cerea imago ſupra fuit, ita quandoque etiam adhibebatur πέμμα σταίτινον εἰς ἀνδρὸς μίμημα πεπλασμένον: *Farina cocta & in hominis formam efficta*, Heliodorus lib. V Æthiop.

Maniæ, turpes deformesque perſonæ. Manias Ælius Stilo dici ait ficta quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant; quas alii Maniolas appellant: *Feſtus*. Vide quoque *Macrob. lib. I Saturn. cap. 7.*

Panem quoque piſtores in varias effingebant formas. Manilius lib. V Aſtronom. in genitura piſtoris:

Atque unum genus in multas variare figuras.

Vide Athenæum lib. IV Deipnoſoph. cap. 8. Priapi certe ſiliginei meminit Martialis libro XIV, Epigramm. 69:

Si vis eſſe ſatur, noſtrum potes eſſe Priapum;
Ipſa licet rodas inguina, purus eris.

Atque hoc eſt illud, quod Idem ibidem Apophor. 222 dicit:

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras
Exſtruit: huic uni parca laborat apis.

Vide Caſauboni Animadverſiones in Suetonii Auguſtum, cap. 4. Ἑρμῆς, πέμματος εἶδος κηρυκοειδές, Heſychius. Σελῆνας, πόπανον, τῷ ἄστρῳ ὅμοιον πέμμα τι, Idem.

FERRUM quoque ſtatuis olim præbuit materiam; quemadmodum ſupra §. 1, mentio injecta eſt Herculis ferrei, quem fecit Alcon; & alibi quoque meminimus Athamantis è ferro. Quod vero difficilis admodum ac valde laborioſa res ſit è ferro ſigna facere, diſcimus ex Pauſania *libro* X, *pag.* 642, 23. Theodorus Samius ferrum primus fudit, ac ſimulacra ex eo fecit, ſicuti teſtatur idem Pauſanias *lib.* III, *pag.* 183, 40.

Epaminondæ ferrea effigie apud Meſſenios Æſculapii fanum adornatum fuit, teſte Pauſania *lib.* IV, *pag.* 276, 21.

In Apollinis Delphici templo viſebatur Herculis cum hydra conflictus; è ferro tam Hercules eſt, quàm hydra. Spectantur etiam cum admiratione Pergami leonis & apri capita, & ipſa ferrea: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 642, 23. Integrum locum exhibet Catalogus Artificum in *Tiſagoras*.

Anaſtaſii regum rapaciſſimi ac violentiſſimi ſtatua fuit è ferro. Anthologia Græc. Epigr. lib. ſecundo, cap. 50:

Εἰκόνα σοὶ βασιλεῦ κοσμοφθόρε τήνδε σιδήρου
Ἄνθεσαν, ὡς χαλκοῦ πολλὸν ἀτιμοτέρην,
Ἀντὶ φόνου, πενίης τ' ὀλοῆς, λιμοῦ τε, καὶ ὀργῆς,
Οἷς πάντας φθείρεις ἐκ φιλοχρημοσύνης.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Effigiem ferro populus tibi, peſſime regum,
Hanc locat, (ære foret nam pretioſa nimis,)
Sanguine pro fuſo, pro paupertate, fameque,
Quæ mala cuncta tuæ debet avaritiæ.

Οἱ μαλθακὸν εἶναι βουλόμενοι τὸν σίδηρον, ἐλαίῳ βάπτουσιν· οἱ δὲ σκληρὸν, ὕδατι, Suidas in Σιδηρέου ψυχή.

Ferreus Cupido in Dianæ templo ſine aliqua alligatione pendens memoratur Caſſiodoro *Variarum* I, 45.

Ferreum Martem, teſte Claudiano *Epigramm.* 14, Veneris ſtatua ex magnete fabricata ad ſe attrahens, quibuſdam quaſi occultis illecebris ad ſe perlicere videtur.

Vidimus & Romæ ſcyphos è ferro dicatos in templo Martis Ultoris: *Plin. lib.* XXXIV, *cap.* 14.

Ferrum

Digitized by Google

Ferrum aceto & alumine illitum fit æri ſimile. A rubigine vindicatur ceruſſa, & gypſo, & liquida pice. Hæc eſt temperatura à Græcis antiodes dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri, & extare ferream catenam apud Euphratem amnem, in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi vinxerat pontem, cujus annulos, qui refecti ſunt, rubigine infeſtari, carentibus ea prioribus: *Plin. lib.* XXXIV, *cap.* 15.

FIGULINI OPERIS bovem immolavit Pythagoras, cum profeſſionis ſuæ inſtituto verum bovem mactare prohibitus eſſet: vide *Greg. Nazianzenum epiſt.* 183.

M. Varro tradit Turianum à Fregellis accitum, cui locaret Tarquinius Priſcus effigiem Jovis in Capitolio dicandam. Fictilem eum fuiſſe, & ideo miniari ſolitum: fictiles in faſtigio templi ejus quadrigas. Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieque materiæ nomen in Urbe retinet. Hæ enim tum effigies Deûm erant laudatiſſimæ. Nec pœnitet nos illorum, qui tales coluere; aurum enim & argentum, ne Diis quidem conficiebant. Durant etiam nunc pleriſque in locis talia ſimulachra. Faſtigia quidem templorum etiam in Urbe crebra & municipiis, mira cælatura, & arte, ævique firmitate certiora auro, certe innocentiora, Plin. lib. XXXV, cap. 12. Juvenalis Satyra XI, verſ. 115:

Hanc rebus Latiis curam præſtare ſolebat
Fictilis, & nullo violatus Juppiter auro.

Ovid. lib. I Faſtorum, verſ. 202:

Juppiter anguſta vix totus ſtabat in æde,
Inque Jovis dextra fictile fulmen erat.

Athenis non longe à Bacchi fano in cella quadam viſebantur aliquammultæ ſtatuæ fictiles; quibus expreſſus erat Athenienſium rex Amphictyon, cum alios Deos, tum Liberum patrem convivio excipiens: vide *Pauſaniam lib.* I, *pag.* 4, 30.

In Ceramico, via urbis Athenienſis, porticus erat qui Regis dicebatur. Præter Ceramum Heroëm in hac porticu ſimulacra ſunt è terra cocta, Theſeus Scironem in mare abjiciens, & Aurora Cephalum rapiens: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 5, 10.

Tritia, urbs Achæorum, fanum habuit quod Maximorum Deorum vocatur. Simulacra fictilia ſunt: *Pauſan. lib.* VII, *pag.* 441, 55.

FOENUM. Simulacra effigieſque hominum è fœno fieri ſolebant, quibus objectis ad ſpectaculum præbendum tauri irritarentur: *Aſc. Pedianus in Orat. Ciceronis pro C. Cornelio.* Vide quoque Scaligerum in Feſtum, ad vocem *Pilæ.*

GYPSUM. *Cognata calci res gypſum eſt*, inquit Plinius lib. XXXVI, cap. 24: vide locum. *Hominis imaginem gypſo e facie ipſa primus omnium expreſſit, ceraque in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus Sicyonius frater Lyſippi. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit; ante eum quàm pulcherrimas facere ſtudebant. Idem & de ſignis effigiem exprimere invenit. Crevitque res in tantum, ut nulla ſigna ſtatuæve ſine argilla fierent*, Plin. XXXV, 12.

Stymphali vetuſta eſt ædes Stymphaliæ Dianæ. Sub ejus templi lacunaribus poſitæ ſunt aves Stymphalides: cæterum non eſt facile internoſcere, ligneæne ex ſint, an gypſeæ: vide *Pauſaniam lib.* VIII, *pag.* 448, 55.

Gypſeum Liberi patris ſimulacrum, pictura illuminatum, quod erat Creuſide, ſupra retulimus *lib.* II, *cap.* 8, §. 10.

JASPIS. *Magnitudinem Jaſpidis undecim unciarum vidimus; formatamque inde effigiem Neronis thoracatam*, Plin. XXXVII, 9. Quin vero & alia plura minutula ex Jaſpide fecerint ornamenta, dubitare non poterit, qui ex eodem Plinii loco didicerit, *totum Orientem pro amuletis eam geſtaſſe.* Qua de re ſic Dionyſius ὁ περιηγητὴς, verſ. 724, ubi agit de mari Caſpio:

Φύει δ' ἢ κρύσταλλον, ἰδ' ἠερόεσσαν ἴασπιν,
Ἐχθρὴν ἐμπούσῃσι, καὶ ἄλλοις εἰδώλοισι.
Gignit autem cryſtallum & aërii coloris Jaſpim,
Infeſtam Empuſis, & aliis ſpectris.

Ad quæ verba vide quæ annotavit Euſtathius.

LANEÆ EFFIGIES. Compitalibus noctu dabantur ad compita: *Feſt.* Vide Eundem in *Pilæ.* Veneficæ quoque præter eas, quas ſupra memoravimus imagunculas è cera aut farina, laneas quoque nefandis ſacris effigies adhibere ſolebant, ut ex Horatio *lib.* I, *Sat.* 8, diſcere eſt.

MAGNES apud Theophraſtum de Lapidibus refertur inter lapides tornatiles. Claudianus certe Epigr. 14, meminit Veneris è magnete fabricatæ, quæ ferreum Martis ſimulacrum, ſacerdote nuptialis feſti ſolemnia quaſi celebrante, ad ſe ſponte rapiat, viviſque complexibus implicatum arctiſſime alliget: vide locum. Pari prorſus impoſtura malignum ſpiritum Alexandriæ in templo Serapis venerationem Idolis ſuis apud imperitiores

tiores quæſiviſſe, teſtis eſt D. Proſper *de Promiſſionib. & prædictionib. Dei, parte* III, *promiſſ.* 38: vide locum. Vide quoque Cedrenum *ad annum undecimum imperii Theodoſiani, pag.* 325 *edit. Regiæ.* Nonnulla quoque huc pertinentia habet Voſſius *libro* I *de Orig. & progr. Idolol. cap.* 31.

MARGARITÆ. Cn. Pompejus tertio triumpho, quem de piratis, Aſia, Ponto, gentibusque & regibus egit, imaginem ſuam è margaritis tranſtulit: *Plin.* XXXVII, 2. Vide locum lectu digniſſimum.

MARMOR. *Marmorum genera & colores non attinet dicere, in tanta notitia: nec facile eſt enumerare, in tanta multitudine. Quoto quoque enim loco non ſuum marmor invenitur?* Plinius lib. XXXVI, cap. 7.

Calor de lignis oleæ, cum ſit corporibus ſalutaris, perniciosſus eſt balneis, & ad diſſolvendas juncturas marmorum efficaciter noxius, Macrob. lib. VII Saturnal. cap. 16.

Marmorarii juncturas unguibus probant, Servius ad verſ. 276 lib. II Georg.

Κατορύττουσιν οἱ τεχνῖται τοὺς ἐργασίμους λίθους, ὥσπερ ἐκπεπαινομένους ὑπὸ τῆς θερμότητος· οἱ δὲ ὕπαιθροι καὶ γυμνοὶ διὰ ψῦχος ἀντίτυποι καὶ δυσμετάβλητοι καὶ ἀτέραμνοι ἀποβαίνουσι τοῖς ἔργοις: *Fabri lapides operi habiles defodiunt ſub terram, tanquam maturandos & coquendos à calore: qui ſub dio nudique jacent, frigore rigidi & intractabiles redduntur, operique reſiſtunt*, Plutarch. Sympoſ. problem. VII, 2.

Σμιρίς, ἄμμου εἶδος, ᾗ σμήχονται οἱ σκληροὶ τῶν λίθων, Heſychius. Rationem aliquam ſigna marmorea nuda curandi tangit Vitruvius *lib.* VII, *cap.* 9.

MILIUM torno elaboravit Myrmecides: *Julianus Imp. Orat.* II.

MONTES. Vide quæ de Dinocrate architecto in procemio libri ſecundi retulit Vitruvius. Ipſa Vitruvii verba habet Catalogus Artificum, in *Dinocrates*. Seſoſtris quoque Ægypti Rex, pluribus domitis nationibus, ſuam paſſim imaginem, in monumentum victoriæ, ſolidis petris curavit inſculpi: vide *Herodotum lib.* II, *cap.* 106.

OBSIDIANUS LAPIS. *In genere vitri & Obſidiana numerantur*, inquit Plinius lib. XXXVI, cap. 26, *ad ſimilitudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt: vidimusque & ſolidas imagines Divi Auguſti, capti materia hujus craſſitudinis: dicavitque ipſe pro miraculo in templo Concordiæ Obſidianos quatuor elephantos. Remiſit & Tiberius Cæſar Heliopolitarum ceremoniis repertam ibi in hæreditate ejus, qui præfuerat Ægypto, Obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ origo, nunc vitri ſimilitudine interpolatæ. Xenocrates Obſidianum lapidem in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hiſpania naſci tradit. Fit & tincturæ genere*, &c. Fortaſſe quoque huc pertinet illud Pauſaniæ *lib.* VIII, *pag.* 493, 30: Nilo, ut qui per Æthiopiam in mare labitur, nigro lapide ſtatuas fabricari arbitrantur. Sicuti & illud ejuſdem *lib.* X, *pag.* 682, 9: Signum Dianæ cognomento Dictynnææ, eſt Æginææ artis, è nigro lapide.

OSSA CAMELINA. Arnob. adverſ. Gentes: *Simulacbra iſta quæ vos terrent*, inquit, *oſſa, lapides, æra ſunt, argentum, aurum, teſta, lignum ſumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypſo, ex ornatibus fortaſſe meretriciis, aut ex muliebri mundo, camelinis ex oſſibus, aut ex Indici animalis dente congeſta, conflata in has ſpecies ducta ſunt.*

OSSA HUMANA. Palladium certe ex oſſibus Pelopis factum fuiſſe tradit Jul. Firmicus *de Erroribus profanæ religionis.* Clemens Alexandrinus in Protreptico: Πολλοὶ δ' ἂν τάχα που θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον, τὸ διοπετὲς καλούμενον, ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατασκευάσθαι, καὶ δὴ τὸν ἱστορικὸν Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ κύκλου παρίστημι: *Multi autem fortaſſe admirabuntur, ſi didicerint Palladium quod appellatur Diopetes, Pelopis ex oſſibus factum eſſe. Atque Dionyſium hujus rei auctorem in quinta Cycli parte afferre poſſum.* Lapideum fuiſſe ſimulacrum vult Procopius *lib.* I *de Bello Gotthico, cap.* 15; ubi & alia multa refert de iſthoc Palladio unde urbis Trojanæ fatum olim pependiſſe memorant.

PAPYRACEUM CAPUT. Lucianus *de Syria Dea.* Vide *Jo. Seldenum de Dis Syris, Syntagm.* II, *cap.* II.

PHELLATES LAPIS. Morychi Dionyſi ſimulacrum Athenis ex hoc lapide exſculptum. Vide Catalogum Artificum, in *Simon* Sculptor.

PLUMBUM. Statuam Mamurii plumbeam in urbis Rom. regione VI collocat P. Victor.

SCIRPI. Argeos vocabant ſcirpeas effigies, quæ per virgines Veſtales annis ſingulis jaciebantur in Tiberim: *Feſtus.* Vide Eundem in *Sexagenarios.* Vide quoque Plutarch. *Problem. Rom.* 32; Dionyſ. Halicarnaſſ. *Antiqu. Rom. lib.* I; Varronem *lib.* VI *de L. L.* Ovidium denique *Faſtorum lib.* V, *verſ.* 621.

SILIGINEUS PRIAPUS. Vide quæ ſupra diximus in *Farina.*

SMARAGDUS. *Apion cognominatus Pliſtonices, paulo ante ſcriptum reliquit*, inquit Plinius XXXVII, 5, *eſſe etiam nunc in labyrintho Ægypti coloſſeum Serapim e ſmaragdo*

ragdo novem cubitorum. Tradit Idem ibidem, *Leoni marmoreo inditos fuiſſe oculos ex ſmaragdis ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi refugerent thynni, diu mirantibus novitatem piſcatoribus, donec mutavere oculis gemmas.* Circa tempora Theodoſii Imp. conſpiciebatur Conſtantinopoli ſimulacrum Minervæ Lindiæ è ſmaragdo, altum cubitos quatuor: Seſoſtris rex Ægypti Cleobulo Lindio quondam miſerat illud: vide *Cedrenum pag. 322 edit. Regiæ.*

Stannum. Ariſtoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων meminit ſtannei ſimulacri à Dædalo fabricati. Vide locum.

Succinum. Succinum eſt flavus cereique coloris arborum ſuccus, ex pineis arboribus deſudans, ac paullatim indureſcens; ut docet Iſidorus *lib.* xvi, *cap.* 8. Plinius lib. xxxvii, cap. 3, de ſuccino: *Taxatio in deliciis tanta, ut hominis quamvis parva effigies, vivorum hominum vigentiumque pretia ſuperet.* Vide Voſſii Etymologicum in *Succinum* & *Electrum:* vide quoque quæ nos diximus de Electro aliquanto ante.

Terebinthus admodum ſpiſſa eſt & nigra, inquit Theophraſtus *lib.* v, *cap.* 4, ac circa Syriam quidem affirmant eam eſſe nigriorem ebeno; capulos quoque pugionum ex ea fieri, & pocula Thericlea tornari quæ à fictilibus ſecerni non poſſunt, &c. Vide quæ ad hunc Theophraſti locum annotat Jo. Bodæus.

Thus. Anthol. Græcorum Epigr. lib. i, cap. xxvi:

Τοξοβόλον τὸν Ἔρωτα τίς ἔξεσεν ἐκ λιβάνοιο,
Τὸν ποτὲ μηδ' αὐτοῦ Ζηνὸς ἀποσχόμενον;
Ὀψὲ παρ' Ἡφαίστῳ κεῖται σκοπὸς, ὃν καθορᾶσθαι
Ἔπρεπεν οὐκ ἄλλως ἢ πυρὶ φλεγόμενον.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Quis de thure pio nobis effinxit amorem,
De quo multa queri Juppiter ipſe poteſt?
Sed bene Vulcano quod jam datur ille, videri
Qui puer in ſolo debuit igne rogi.

Topazius. *Inde factam ſtatuam Arſinoë Ptolemæi Philadelphi uxori, quatuor cubitorum, ſacratam in delubro quod aureum cognominabatur,* tradit Plinius xxxvii, 8.

Vimina. De Gallorum Coloſſis è viminibus contextis egimus lib. ii, cap. 8, §. 1.

Vitrum. *Vitrum aliud flatu figuratur,* inquit Plinius lib. xxxvi, cap. 26, *aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur. Nec eſt alia nunc materia ſequacior, aut etiam picturæ accommodatior.* Seneca epiſt. xc: *Poſſum vitrarium oſtendere, qui ſpiritu vitrum in habitus plurimos format, qui vix diligenti manu effingerentur.* Apulej. lib. ii Metamorph. *Hic vitrum fabre ſigillatum, ibi cryſtallum compunctum.* De vitro cælato eſt illud Achillis Tatii de amorib. Clitophontis & Leucippes: Κρατῆρα παρέθηκεν μετὰ τὸν Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον· ὑάλου μὲν τὸ πᾶν ἔργον ὀρωρυγμένης· κύκλῳ δὲ αὐτὸν ἄμπελοι περιέστεφον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κρατῆρος πεφυτευμέναι, οἱ βότρυες πάντη περικρεμάμενοι, ὄμφαξ μὲν αὐτῶν ἕκαστος ἕως ἦν κενὸς ὁ κρατήρ· ἐὰν δὲ ἐγχέῃς οἶνον, κατὰ μικρὸν ὁ βότρυς ὑποπερκάζεται, καὶ σταφυλὴν τὴν ὄμφακα ποιεῖ· Διόνυσός τε ἐντετύπωται τῶν βοτρύων, ἵνα τὴν ἄμπελον γεωργῇ: *A Glauci Chii cratere ſecundum poculum adhibuit. E cælato id vitro erat; ejusque oram vites in eo ipſo natæ coronabant, à quibus racemi paſſim pendebant, ſicco omnes poculo acerbi; immiſſo autem vino, paullatim rubentes & maturi. Inter racemos autem Dionyſus effictus erat, ut vitem coleret.* Juvenalis Satyra ii, verſ. 95:

- - - *Vitreo bibit ille Priapo.*

Ubi vetus Commentator: *In vitreum penem, quos appellant drilopotas.* Vide Salmaſium in Scriptt. hiſtoriæ Auguſtæ, pag. 129. Vitrei gemmeive, diſcolores tamen milites in ludo calculorum ſive latrunculorum caſtra & inſtructam utrimque aciem repræſentabant. Ac *tabulam* quidem *luſoriam* ſic deſcribit Martialis lib. xiv, Epigr. 17:

Hic mihi bis ſeno numeratur teſſera puncto;
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Gemmei vero *militis* meminit Idem ejuſdem libri Epigr. 20:

Inſidioſorum ſi ludis bella latronum,
Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Idem quoque lib. vii, Epigr. 71, meminit *vitrei latronis:* quemadmodum *vitrei militis* Ovidius ii de Arte, verſ. 208. Ecloga M. Annæi Lucani, ad Calp. Piſonem:

Te ſi forte juvat ſtudiorum pondere feſſum,
Non languere tamen, luſuſque movere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta

Calculus

Calculus, & vitreo peraguntur milite bella;
Ut niveus nigros, nunc & niger alliget albos, &c.

Ad quem locum vide quæ annotavit Joſephus Scaliger.

Proſecutus ſum hactenus, lector benevole, generalia quædam de Artium imitatricium primordiis, progreſſu, conſummatione; ipſe Artium harum tam ignarus, quàm qui maxime: adjeci adhæc nonnulla quæ ſanum de Artibus hisce judicium adjuvare poſſint. Utinam cum poëta vere de me ipſo teſtari liceat:

- - - *Fungor vice cotis, acutum*
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.

Quod an aliqua ex parte ſim aſſecutus, aliorum eſto judicium.

Si quis autem exiſtimet omnia tam brevi à me potuiſſe exponi, vehementer errat; neque ſolùm inſcitiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit. Equidem Artificibus, reliquisque harum deliciarum ſtudioſis, fontes tantummodo unde haurirent, atque itinera ipſa quæ tenerent, ita putavi eſſe demonſtranda, non ut ipſe dux eſſem, (quod ut infinitum, ita arrogantiæ plenum) ſed ut commonſtrarem tantùm viam, &, ut fieri ſolet, digitum ad fontes intenderem. Non inficior aliqua me hìc præteriiſſe, quæ paſſim de rebus hisce vetuſtiora litterarum monumenta prodiderunt: licet enim profiterer maximarum Artium præcepta, non tamen aſſeveravi cuncta me dicturum, quæ vaſtitas ejus ſcientiæ contineret, ſed plurima: nam illud in hominis unius induſtriam cadere non poterat. Neque enim eſt ulla diſciplina aut ars, quæ ſingulari conſummata ſit ingenio. Alius alio plura forte invenit, nemo omnia. Quapropter ut in magna ſylva boni venatoris eſt indaganter feras quàm plurimas capere; nec cuiquam culpæ fuit, non omnes cepiſſe: ita mihi ſatis abundeque eſt, tam diffuſæ, quam ſuſcepimus, materiæ magnam partem tradidiſſe; præſertim quum in ſylva, ubi hæc captanda, tenebræ ſint non mediocres; neque ſemita trita eò quò pervenire volumus, ferri liceat; ſed in ipſis tramitibus plurima paſſim objiciantur, quæ curſum noſtrum demorari ac tantùm non retinere valeant. Abſint ergo male curioſi, quos noſter hic minime nobis injucundus labor offendet. Etenim ſi delectamur, cùm hæc ſcribimus; quis eſt tam invidus, ut ab eo nos abducat? Sin autem laboramus ac ſudamus; quis eſt qui alienæ modum ſtatuat induſtriæ? Quiſquis autem operam noſtram elevari poſſe putabit, quod nonnulla Tullii, Horatii, Quintiliani verba mutatione levicula ab Oratoria & Poëtica arte ad Picturam deflexerim; næ ille profecto parum intelligens adfinitatis illius, quæ artes has mutuo ſibi alligavit. Cæterum hi pauciores forte futuri ſunt, ac facile patientur ſibi ſatisfieri. Illorum clamoribus magis obnoxius erit hic noſter qualiſcunque labor, qui poſt prima imperfectæ adhuc artis rudimenta vana quadam artis perſuaſione tumentes, omnem eruditæ antiquitatis mentionem reformidant; tanquam quæ deſidiæ ſuæ indormientes importune moleſta excitet, atque operam male collocatam veluti exprobret. At quam hic tandem noſtris conatibus aſſignabunt culpam? quod crimen invenient? ex limpidis nempe incorruptæ antiquitatis fontibus hiſtorica fide primi tyrocinii gradus ſummis olim Artificibus eum cura calcatos, & à præcipiti noſtrorum hominum feſtinatione plurimum remotos recenſeo; ſi forte aliqui reperiantur, qui ſaniora conſilia admittere, ac veſtigiis eorum inſiſtere tanti putent. Pueros certe per delicias pedes male ponentes, ac vacias imitantes, jamque in conſuetudine ambulandi vacias factos, corrigi oportere omnes conſentiunt; alligant itaque iis ſerperaſtra in geniculis, ut eorum depravata corrigant crura, eosque è longinqua mala conſuetudine in meliorem traducant: quamobrem neque reprehenſionem videtur mereri, qui Picturam, propter malam conſuetudinem minus valentem, ad meliora traducere conatur. Pleriſque vero hoc meum inſtitutum improbari, mirandum non eſt. Τίς γὰρ τὸν ἀπεχθῆ πείθει ὑπὲρ τοῦ καλοῦ τὴν τέχνην, Maximus Tyrius Diſſertat. XXXIX. *Magna ars eſt, contra artifices loqui; & apud illos aliquid agere, qui ſe putant omnia prævidere*, Caſſiod. Variarum 11, 6. Non habeo itaque propoſitum plura verba incaſſum apud ſurdas aures effundendi. Totam rem in pauca conferam. Quiſquis errantium conſenſu nondum victus, cum reliquis elegantiſſimæ antiquitatis cultoribus qualicunque adhuc bonæ mentis amore capitur, illud imprimis curare ſemper debet, ut actiones eorum ſerio imitetur, quorum gloriam ſuſpicit; putetque auribus ſuis nunquam non inſuſurrari illud Iſocratis ad Nicoclem: ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις: *Quorum gloriam affectas, eorum opera imitare.*

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A.

Aaron Magus qualia confecit ſimulacra. Pag. 71
Abderitarum lege cautum erat, ut qui patrimonium conſumpſerat in patria non ſepeliretur. 57
Abies erat lignum ex quo equus Romanus factus. 277
Accii Marii Auguris ſtatua Romæ quare olim fuerit poſita. 95
Acer arbor pro ſimulacris conficiendis olim uſurpabatur. 277
Achatem lapidem Pyrrhus habuit, in qua Muſæ & Apollo citharam tenens erat à natura. 49
Achæorum nullus quare olim in Olympicis ludis tulit palmam. 78
Achillis clypeus quali imagine fuerit inſignitus. 68
- - - quarum ille rerum in medicina fuerit inventor. 142
Achillæa herba quare olim ſic fuerit dicta. ibid.
Actiones ex ſubita impetuoſi animi commotione profectas ſtatua quandoque olim honorarunt. 83
Acu pingere veſtes Phryges invenerunt. 86
- - - alii hujus artis Ægyptios inventores volunt. ibid.
Adæus Mitylenyus de Statuariis ſcripſit integrum librum. 55
Adoleſcentes Athenis quomodo ad artem eligendam publice adducerentur coram Magiſtratu. 58
Adraſto Lydo ſtatuam ex ære poſuere Lydi ante templum Dianæ Perſicæ. 78
Adrianus Imperator habuit cucurbitam mirum in modum pictam. 43
Adulatio in picturis Regum quouſque pervenerit. 24
Adumbrandi mos in picturis undenam primo venerit. 13
Æginetæ primi percuſſerunt monetam. 112
Ægis, quid ſic proprie dictum fuerit apud veteres. 95
Ægyptii divinitatem quandam ſerpentibus tribuebant. 26
- - - imaginem mundi à ſerpentibus quomodo petebant. ibid.
- - - eorum fœminæ primæ ſedentes texuere. ibid.
- - - qualia pingebant & ſculpebant. 27
- - - eorum lex circa Artifices. 59
- - - duas artes ſimul exercere quare apud eos non licuerit. ibid.
- - - primi per figuras animalium ſenſus mentis effingebant. 65
Ægyptii mortuum ex ligno factum quare in conviviis circumferebant. 90
- - - quomodo defunctorum cadavera condiebant. 106
- - - eorum bellatores, quare habuerint annulis inſculptum ſcarabeum. 114
- - - eorum natura eſt media inter Indos & Æthiopes. 217
Ælius Hadrianus, vide Hadrianus.
Æmilius ludus qualis locus olim erat Romæ. 178
Æmulatio in arte aliqua quid excitare ſoleat in homine. 159
Ænetæ Pancratiaſtæ quare olim ſtatuam poſuerint Amyclæi. 77
Æramenta bitumine illita igni reſiſtere voluerunt veteres. 284
Æs varii generis, & quale optimum olim judicabant. 281
- - - exterſum rubiginem celerius trahit quàm neglectum. 284
- - - æris pretioſi fundendi ratio jam à tempore Neronis exolevit. 183
Æſculapii inſignia qualia olim fuerunt, & quare talia. 25
Æſopo quare ſtatuam veteres poſuere. 74
- - - qualis & utinam illa fuerit. ibid.
Ætas noſtra circa ſtudia & artes quare feliciſſima. 6
Æthidæ quare ſtatuam erexere Meſſenii. 74
Æthiopes omnium gentium fuiſſe antiquiſſimos voluit Diodorus Siculus. 65
- - - eorum primæ literæ quales fuerunt. ibid.
- - - cujus conditionis regem olim eligere ſolebant. 223
Agathocles equeſtrem ſuam pugnam in æde Minervæ depictam conſecravit. 85
Agatharcus Athenis primum ſcenam inſtituit. 86
Agricultura quomodo primum apud veteres fuerit exculta. 19
- - - quomodo ſequentibus temporibus. ibid.
- - - quomodo noſtro tempore excoli debeat. ibid.
Ἀκρωτήρια dicebantur animalia templorum faſtigio ſuperimpoſita. 107
Albo quare Pictores pingunt quidquid eminere volunt. 171
Alcamenes quomodo Minervam Athenis finxit. 148
Alcetes ſcripſit de iis quæ Delphis conſecrata ſunt. 55
Alcibiades quomodo amicorum fidem experientia

rientia comprobare ſolebat. 169
Alevas optime pinxit philoſophos. 26
Alexandri de cadavere inter ſe diſputarunt præfecti. 69
- - - cui illorum obtigit. ibid.
- - - pellicem Campaſpem nudam ab Apelle pingi vult. 117
Alexandrina tapetia olim magno in pretio fuere. Vide Tapetia.
Alexis poëta fecit Drama inſigne, inſcriptum pictura. 55
Amaſis quomodo Ægyptiorum animos ad venerationem traduxit. 68
- - - ritum homines mactandi Helio-poli ſuſtulit. ibid.
- - - in acie Deos Ægyptiorum ab eorum tergo, ſtatuere ſolebat. 69
- - - quare id ita ab eo factum. ibid.
Ambraciotæ æneum aſini ſimulacrum quare dedicarunt. 79
Amorem quomodo Stoïci definiebant. 40
- - - quare Pictores eum alatum faciunt. 150
- - - quare eum ſagittarium voluit antiquitas. ibid.
Amphioni cedebat Apelles in diſpoſitione picturæ. 190
Amphitryo quale habuerit ſigillum. 114
- - - quare tale. ibid.
Amurca quid fuerit dictum apud veteres. 284
Anacreontis Teii ſtatua, quare in arce Athenienſi erat. 77
Anadigmata apud Græcos erant picturæ, quæ in Tragicis ſcenis oſtendebantur. 86
Analogiæ vocem, unde Artifices mutuati ſunt. 161
Ananias Pictor Salvatorem Chriſtum depinxiſſe olim fuit creditum. 87
- - - idque bene perficere non potuit. ibid.
- - - quare. ibid.
Anaſimenes ſcripſit de picturis antiquis. 55
Anaſtaſii peſſimi regis ſtatua è ferro erat facta. 292
- - - quare. ibid.
Anaximander primus edidit Geographicam tabulam. 68
Anaximeni Græcorum hiſtoriarum Scriptori, quare ſtatuam poſuerunt. 78
Ancæſa vaſa, qualia fuerunt apud veteres. 108
Ancoræ Imago. Vide Imago.
Ancus quiſnam dicebatur apud veteres Romanos. 262
Androbulus optime pinxit Philoſophos. 26
Androcydes Pictor piſcibus circa Scyllam pictis nobilitabatur. 24
Angeli quare ſplendida pinguntur veſte. 172
Angues quare Tabernarii ante portas pingebant. 91
Animus noſter imo & puerorum vult ſemper eſſe in motu. 63
- - - quare. ibid.
Annibal. Vide Hannibal.
Amulii Minerva quomodo ab Optica fuerit perfecta. 148
Annuli ſignatorii Hebræis vetuſtiſſimis in uſu fuere. 113
- - - apud Græcos non niſi ſero videntur adhibiti. ibid.
- - - apud Romanos quomodo olim & quibus ſignis fuerint in uſu. 114
Annus, quomodo ab Ægyptiis ante inventas literas indicabatur. 26
Antefixa erant apud veteres ex opere figulino. 95
Antelii Dii, quinam dicebantur apud veteres Græcos. 95
Anthemocrito ſtatuam, quare erexerunt Athenienſes. 75
Anthemionis, Diphili filii, laus. 78
Antigonus Statuarius ſcripſit de arte ſtatuaria. 55
Antimachus optime pinxit fœminas nobiles. 26
Antiochus Epiphanes quam maxime amabat argenti Sculptores. 44
Antiochiam quomodo Apollonius à ſcorpionibus liberat. 71
Antipas Martyr in bove æneo fuit combuſtus. 64
Antiqua & nova Artificum opera an eodem loco habenda. 212
Antiqui in imaginibus fieri optabant, quod non poterat in veritate rei fieri. 20
Antiquitas in omnibus rebus quanti olim æſtimata. 212
Antonio Muſæ medico, quare Patres Conſcripti Romæ ſtatuam poſuerunt. 74
Α᾽πίχημα ἰχάδων quid ſignificet apud Græcos. 155
Apega Nabidis tyranni. Vide Nabis.
Apelles Pictor fecit adorantes fœminas. 26
- - - ejus præcipua in arte pictoria venuſtas in quo conſiſtebat. 24
- - - quomodo Protogeni dignationem Rhodi conſtituit. 42
- - - artem pictoriam etiam ſcriptis illuſtravit. 55
- - - quare poſt tabulas pictas latebat. 132
- - - calumniæ picturam quomodo pinxit. 150
- - - ejus equo picto vivi adhinnivere. 187
Apim fuiſſe ſymbolum Joſephi multi voluere. 100
Apollo Pythius primus docuit Noſce te ipſum. 52
Appollodorus optime fecit Philoſophos. 26
- - - primus uſum umbræ invenit. 169
- - - quare inſanus cognominatus. 200
Apollonii Alabandenſis laus. 195

Appii

Appii *forum Romæ unde nomen illud habuit.* 118
Aquilas *loco vexilli antiquiores Romani ſolas noverant.* 97
- - - *à quo tempore illud inceperit.* ibid.
- - - *aquila quare impoſita fuerit tumulo Ariſtomenis Meſſenii.* 100
- - - *duæ aquilæ ubi terrarum medium invenerunt.* 286
- - - *quomodo id factum.* ibid.
Arbilla *qualis pinguedo corporis olim dicebatur.* 272
Arcadii *milites æreas cruces in veſtibus vident.* 113
Archetupa *in pictura quomodo ab apographis diſcerni poſſint.* 211
Archelao *citharistæ Mileſii poſuerunt ſtatuam.* 80
Archidamus *à Laconibus mulctatus, quia parvam duxiſſet uxorem.* 223
Archimedis *ſepulchro ſphæram cum cylindro impoſuere Syracuſani.* 101
Architectum *oportet graphides ſcientiam habere.* 26
- - - *Architectus quum de ſumtu abdixiſſet, quomodo Epheſi mulctaretur.* ibid.
Areopagus *Athenis, quid.* 58
- - - *de quibus judicabat.* ibid.
Areopagitica gymnaſia *Philoſophorum multorum pictura erant conſpicua.* 91
Argentum *quomodo olim tingere ſolebant Ægyptii.* 184
- - - *ejus uſus in ſtatuas quando primum inceperit.* 284
Argilla, *à quo tempore ex eo ſtatuæ fieri inceperint.* 285
Argivi, *quomodo monetam in initio ſignabant.* 112
Argonautarum *victoria celebris contra Amycum Bebryciorum regem.* 82
Argumenta tenuia, *quomodo à Pictore tractari debeant.* 194
Arietes, *Libycæ quædam naves olim vocabantur.* 95
Ariſtodemus *pinxit per quam bene luctatores.* 26
- - - *Carius ſcripſit de iis, qui artem pingendi altius evexerunt.* 55
Aromatum *maxima vis fuit in funere Syllæ.* 285
Arrogantia *eſt maximum impedimentum ſcientiæ.* 131
Ars *quæ unquam conſummavit à natura originem duxit.* 4
- - - *quælibet quomodo addiſcenda.* 5
- - - *quare imperiti ab ea abhorreant.* 6
- - - *quænam tradere, quænam vero non tradere in artifice poſſit.* 17
- - - *aliqua non diu certam habet regulam.* 18
- - - *artem aliorum quomodo eruditi imitari debeant.* ibid.
- - - *artes omnes, quæ ad humanitatem pertinent, habent commmune quoddam vinculum.* 22
- - - *ſine ingenio nihil.* 23
- - - *varia in diverſis Artificibus cernitur, quæ in unoquoque tamen approbanda.* 24
- - - *artes liberales quænam dicebantur apud Græcos.* 51
- - - *ab ineunte ætate quare addiſci debeant.* 52
- - - *eſt veluti ſimulacrum naturæ.* 55
- - - *quinam ei maximam auctoritatem conciliant.* 61
- - - *eas quomodo primum extundere cœperint primi mortales.* 65
- - - *artes duas exercere & Plato & Ægyptii prohibuerunt.* 59
- - - *ut perficiatur quali fiducia & conſtantia opus habeat.* 122
- - - *artes quotidiano uſu proficiunt.* 127
- - - *omnes quomodo indigent fortuna.* 135
- - - *nulla ſingulari conſummata ingenio.* 296
- - - *artis pictoriæ inſignior vis ubinam maxime eluceat.* 193
Artemiſia *Halicarnaſſeorum Regina, quo ſtratagemate Rhodios vicerit.* 142
Artemon *ſcripſit de Pictoribus.* 55
Artifices *habebant olim ſuos præſides inter Deos, quibus ponebant ſtatuas.* 95
- - - *eorum varia laus apud veteres Reges.* 117
- - - *veteres quomodo deficere inceperint.* 119
- - - *an noſcantur.* 125
- - - *Artificum meliorum fama quare olim obſcurior.* 136
- - - *boni qua de cauſa tam pauci reperiantur.* 158
- - - *qui tales vere dici poſſint in pictura.* 202
Aſclepiodorus *optime fecit Philoſophos.* 26
- - - *eum in ſymmetria mirabatur Apelles.* 195
Aſinius Pollio *primus Romæ Bibliothecam dicavit.* 84
Aſpaſia *quare à Phocenſibus Milto nominata.* 246
Aſpidis morſus *ſemper lethiferus judicatus.* 88
Aſſes *lignei tempore Numæ Pompilii pro moneta in uſu.* 110
Athenienſium *laus.* 58
- - - *Athenienſes contra inertiam quàm maxime vigilarunt.* 58
- - - *ſtatuas quam plurimis hominibus poſuere.* 76
- - - *quis illis primo perſuaſerit uti nummo æreo.* 110
Athenodorus *optime pinxit fœminas nobiles.*

les. 26
Athergatim Deam aureis piſcibus placabant. 286
Attalus Rex ærariæ Artis fabricæ vacavit. 44
Attyla quomodo devicto Mediolano pingi voluit. 143
Averrunci Dii Averunci, qui ſive olim dicebantur & Tutelares Dii. 70
Aves ſecundum veteres quomodo cognoſci poſſunt à cantu vel garritu. 72
Augarus Edeſſæ Rex ſalvatorem Chriſtum ad ſe per literas an evocaverit. 47
Aulæa qualia olim fuerint. 87
- - - quare ita dicebantur. ibid.
Aurium quare tam raro mentio in deſcriptionibus veterum. 249
- - - quales tamen laudaverunt veteres. ibid.
Auro in cælando inclaruit nemo, argento multi. 110
- - - aurum quibus coloribus Pictores pingere debeant. 173
- - - an à primo inventore ſic dictum. 285
- - - optimum ubinam generetur. ibid.

B.

BAbylonem ingredi quomodo olim decebat. 104
Babylonica texta qualia olim fuerunt. 87
Baccho quare cornua dare ſolebant Pictores. 150
- - - quare is olim dictus fuerit Melichius. 280
- - - ex cicere quale olim proverbium fuit apud veteres. 289
Balnea olim ſtatuis exornare ſolebant. 95
Barba inculta inter inſignia Heroum fuit. 25
- - - qualis laudabatur à veteribus. 248
- - - quare olim ſic dicta fuit. 249
- - - quomodo & quamdiu ſine tonſura alebant veteres. 255
- - - quibus coloribus diſtinguere ſolebant veteres. ibid.
Barbarorum Aſiam incolentium ædes quomodo pictæ. 89
Baſcania quænam appellabantur apud veteres. 95
Batavi quare olim Auricomi dicebantur. 232
Batti ſtatuam Delphis quare currui impoſuerunt Cyrenæi. 78
- - - qualis illa fuerit & cujus formæ. 114
Beroſo Athenienſes poſt mortem ſtatuam ſtatuerunt. 73
- - - quare id ab illis factum. ibid.
Bibliothecarum ſtatuæ quales olim fuerint. 84
- - - quis primus Bibliothecam Romæ dicaverit. ibid.
Bogoris. Vide Bulgarorum princeps.
Bombardarum tubi, quomodo primum ſunt excogitati. 48
Boves ænei in Rhodio monte Atabyrio quales olim. 70
- - - quare Ægyptii ſtatuerunt juxta ſepulchrum Joſephi. 100
- - - ex farina confectos Pythagoras immolabat. 292
Brachia qualia pro formoſis habere ſolebant veteres. 261
- - - quantum illa ad juſtæ formæ ſpeciem conferre dicebantur. ibid.
Britannos ex flava coma dignoſcere ſolebant veteres. 232
Bruto & Caſſio Athenienſes quales ſtatuas erexerint. 79
- - - qualia numiſmata cudi curaverint. 113
Bulgarorum princeps quomodo ad Chriſtianiſmum converſus. 31
Bulla aurea utebantur Patricii apud Romanos. 95
Bupali & Anthermi in Chio Dianæ extat facies admiranda. 648
Buxus materiam ſimulacris efformandis olim dedit. 277
Byſantium olim à ciconiis liberatum. 71
- - - quomodo id factum. ibid.
Byſantini olim ferreo ſolebant uti numiſmate. 111
- - - quamdiu id duraverit? ibid.

C.

CAdavera ingentia per terræmotum in Aſia detecta. 166
Caduceus quare olim ſerpentibus inligabatur. 96
Chæreas Pictor optime fecit Reges. 24
Calaces Pictor comicis tabellis inclaruit. 27
Calamis Pictor optime expreſſit equos. 27
Callia Archonte cuſa eſt primum Athenis moneta ænea. 110
Callicles Pictor maxime in ea Arte laudatus. 24
- - - quare. ibid.
Callimachus quare cacizotechnos appellatus. 200
Callixenus ſcripſit Pictorum & Statuariorum deſcriptionem. 51
Campanica periſtomata qualia olim fuerunt. 87
Canes aurei atque argentei circa veſtibulum Regiæ Alcinoi. 96
Cani à pueritia naſcuntur quidam in Albania. 239
Caperare quid apud veteres Latinos ſignificaverit. 228
Capitolii fores à Stilicone laminis aureis in magna pecuniæ inopia ſpoliantur. 108
Caput veteres quare quid ſacrum æſtimavere.

vere. 226

Carnea *corpora quænam dicebantur apud veteres.* 257

Carthaginem *quis primus irruperat.* 85

Caryatides *apud veteres erant ſtatuæ muliebres in columnis.* 96, 114.

- - - *quare olim ita dictæ.* 96

Caſtori & Polluci *quare pilea dederunt veteres.* 215

Carhæna, *urbs* Indica, *formoſiſſimis hominibus ſemper regnum deferebat.* 223

Cattiterographiæ Ars *quomodo primum ſit inventa.* 48

Caucaſi montis *incolæ, quomodo animantia in veſtibus depingere ſoleant.* 130

Cedrus *eſt inter arbores, quæ cariem vetuſtatemque non ſentiunt.* 278

Cercopithecum *aureum adorabant veteres Thebani.* 288

Ceræ imagines *quadruplici modo in uſu apud veteres.* 289

Ceromata *Athletarum olim imaginibus exornabant.* 96

Cervix *hominis pulchra qualis debeat eſſe.* 237

- - - *obſtipa qualis dicebatur apud veteres.* 238.

Ceſtus *quale muliebre ornamentum olim fuerit.* 187

Chabriæ *Athenienſi quare ſtatuam poſuere concives.* 74

Chæremoni *ruſtico ſtatuam erexere cives.* 74

- - - *quare id ab iis factum.* ibid.

Chaldæorum *Deus* ignis, *quomodo ab aliis illuſus.* 69

Charila *apud Delphos quænam fuerit.* 96

Chiorum *in lapidicinis mira inventa.* 50

Chlamidas *militares picturatas primus Achæis conceſſit Philopæmen.* 87

- - - *qua de cauſa id iis conceſſerit.* ibid.

Chriſtodorus *ſcripſit deſcriptionem Statuarum, quæ ſunt in Zeuxippo.* 56

Chriſtus *quare à Pictore regis Augari recte depingi ſecundum veteres non potuerit.* 47

Cicadas aureas *geſtabant olim Athenienſes in capillorum cincinnis.* 96

Cimon Cleonæus *primus catagrapha invenit.* 179

- - - *qualia ſit à Pictoribus & Statuariis dicebantur.* ibid.

Citeria *quidnam olim appellabatur apud Romanos.* 96

Citreas menſas *quanti olim æſtimaverunt veteres.* 278

Claudii Druſi *ſtatua fuit cum diademate.* 77

Claves *ædium ſacrarum apud Ægyptios gerebant effigies leonum.* 96

Cleanthis Aſſii *ſtatua admirabilis.* 74

Clelia *virgo Romana, ejuſque ſtatua.* 82

Cleonis & Bitonis *rara pietas apud veteres celebrata.* 81

Clypei *variis figuris notabiles.* 109

Cœlaturæ *variæ ſpecies.* 108

Collocatio *ſeu diſpoſitio quid olim in pictura dicebatur.* 188

- - - *duplex eſt.* 190

- - - *ejus nullæ certæ traduntur regulæ.* 195

Collum *quale formoſum fuit dictum apud veteres.* 256

- - - *quale deforme apud eoſdem.* ibid.

Coloribus *quatuor veteres initio omnia in pictura effecere.* 61

- - - *eorum notitia Pictori admodum neceſſaria.* ibid.

- - - *colores quidam ex intervallo vim ſuam oſtendunt.* 206

- - - *horridis & obſoletis quare tantopere in Pictura veteres delectabantur.* 212

Columbarum *cervices quomodo varios ſumunt colores.* 173

- - - *quomodo eos iterum deponunt.* ibid.

Comæ *etiam olim inter conſummatæ formæ partes cenſebantur.* 228

- - - *imminentes fronti olim laudabantur.* 230

- - - *denſas & longas maxime commendabant veteres.* 231

- - - *flavæ maxime laudabantur.* ibid.

- - - *variarum nationum quales fuerint.* 232

- - - *nigras, quare veteres judicarint decoras.* 233

Commodus Imp. *ſtatuas ſibi per totam urbem poni voluit.* 75

Comœdia *nihil aliud eſt quàm imago vitæ humanæ.* 28

Compendiaria pingendi ratio *admodum mala.* 130

- - - *hæc ab Ægyptiis qua occaſione fuerit derivata.* ibid.

Conceptus rei *neceſſarius in Pictore & Statuario antequam pingat & fingat.* 214

Concordiæ ſignum C. *Curius Cenſor in curia Romana dedicandum quare putabat.* 96

Conſilium *in Pictore quale deſideratur.* 152

Conſtantino M. *templum exſtructuro Angelus in ſomno ejus imaginem exhibet.* 47

Conviviis *quare ſimulachra Deorum veteres apponebant.* 96

Corinthus *officina omnium Artificum fuit.* 52

- - - *etiam emporium commune Aſiæ & Europæ.* ibid.

Corinthium æs *quare tanti valoris olim fuerit.* 282

Corium *forma publica percuſſum apud Lacedæmonios uſum pecuniæ habuit.* 111

Cornua *quare Liberi Patris ſimulacro olim adjiciebantur.* 215

- - - *quem in uſum fuerunt apud veteres.* 289

Corpus *hominis quale in pictura dicatur pulchrum.* 161
- - *undequaque deforme deſcribitur.* 269
Coſſi *quales homines ab antiquis dicebantur.* 269
Cretenſium *magna avaritia.* 69
Criſpos capillos *quam maxime laudabant veteres.* 235
Crotoniata Milo *Athleta victor omnium certaminum fuit. Vide* Milo.
Crura *qualia formoſa dicebantur apud veteres.* 266
Crux *terreſtri ſphæræ impoſita, quid ſibi velit in manu Imperatorum.* 79
Chryſippo, *ſtatura exiguo, quare ſtatua collocata.* 80
Cura *nimia deturpat gratiam picturarum.* 200
Cubiculares *imagines quinam dicebantur.* 17
Cuminum *pallorem bibentibus gignit.* 270
Cupreſſus *arbor non ſentit cariem.* 278
- - - *neque etiam vetuſtatem.* ibid.
- - - *neque rimam capit ſponte.* ibid.
- - - *eſt apta ad omne fabrile exercitium.* 279
- - - *talibus arcis qualia cadavera condi ſoleant.* ibid.
Currus *Darii Deorum ſimulacra ex auro & argento expreſſa habebat.* 97
Cutis *teneritudo admodum laudabatur à veteribus.* 257
Cyprium æs *quis primus invenerit.* 282
- - - *quam magni fuerit valoris.* ibid.
Cyrenæorum *numiſmata.* 112
- - - *eorum inſania circa cultum annulorum ſignatoriorum.* 114
Cyziceni *ſtateres celebrantur, ut admodum bene cuſi.* 112

D.

DÆdalus *Paſiphaën ligneæ vaccæ includit.* 64
Δαρδανὶς, *quale genus nummi olim fuerit.* 113
- - - *mira ejus hiſtoria.* ibid.
Darici *ſunt ſtateres aurei, eorumque valor.* 112
Darius, *quomodo apud Perſas hinnitu equi rex factus.* 81
- - - *ejus annulus quomodo ſignatus.* 115
Decor *in pictura eſt caput Artis, ſed tamen arte tradi non poteſt.* 199
Deformes *congredientes cum uxoribus quid olim facere ſolebant.* 72
Deli *fuere complures qui ex ovo gallinas cognoſcebant.* 215
Deliacum æs *magni pretii fuit apud antiquos.* 282
Delphini *Gracchi, magni pretii fuere vaſa in formam Delphinis.* 97
- - - *ferreum inſtrumentum in navibus, & ad quid factum.* ibid.
- - - *quare olim circa Liberum pingebantur.* 215
Demaretium *nummus in Sicilia, à Gelone percuſſus.* 113
Demetrius *Rex* Polyorcetes *dictus, quomodo pictura commotus.* 31
Demetrio Phalereo CCCLX *ſtatuas poſuere Athenienſes.* 74
Democritus *quomodo hominem creatum putat.* 46
- - - *ſcripſit de Pictura animalium.* 56
- - - Epheſius *ſcripſit de templo Dianæ Epheſiæ.* ibid.
- - - *contendebat colores natura ſua nihil eſſe.* 188
Demonneſium æs *quale fuerit apud antiquos.* 283
Demoſthenis *permagnæ vigiliæ in ſtudiis.* 6
Dens *hominis pedis magnitudine in Aſia per terræmotum detecta.* 166
Dentium *formoſitas qualis dicta fuerit apud veteres.* 253
- - - *vitia qualia notarunt veteres.* 254
Depingere *aliquid cogitatione quomodo fiat.* 37
Deus *& natura quomodo præcipuum artibus incrementum adjecerunt.* 46
- - - *eorum inventum eſſe picturam dicebant Gentiles.* ibid.
- - - *etiam ſecundum Gentiles omnium rerum opifex & inventor eſt Deus.* 48
- - - *Deorum ſtatuas quare nudas pingebant veteres.* 165
- - - *eorum imago in omni geſtu hominis qualis ſervari debeat.* 181
- - - *eorum imagines veteres & novæ, quam ob cauſam olim non pari in admiratione fuerunt.* 212
Diademata *regum Ægyptiorum variegata fuerunt imaginibus aſpidum.* 87
- - - *quare id ab iis factum.* ibid.
Διαμολλαίνω *quid apud Græcos ſignificare ſolet.* 180
Dianæ Epheſiæ *ſimulacrum. Vide* Simulacrum.
Diaſia *quale feſtum apud Athenienſes fuerit.* 291
Digiti *quales pro formoſis habebantur.* 262
- - - *pedum, quales ab antiquis laudabantur.* 267
Dii *quare nimbo cincti à veteribus pingebantur.* 24
- - - *tutelares quinam fuerint olim dicti.* 70
- - - *Epitrapezii quinam fuerint apud veteres.* 96
Diligentia *antiquorum circa prima artis rudimenta.* 124
- - - *nimia opus aliquando fit deterius.* 201
Diobolus Atticus *habebat noctuam inſculptam*

ptam. 112
- - - *triobolus quid.* ibid.
Diogenis *tumulo quare Corinthii canem impoſuerunt.* 101
Dionyſius *Pictor, quare Antropographus cognominatus.* 26
Dioſcurorum *vetuſta ſimulacra qualia fuerunt.* 14
Diſciplina *nulla ſingulari conſummata ingenio.* 296
Diſpoſitio. *Vide* Collocatio.
- - - *quæ proportionis accuratæ obſervationem comitatur, quomodo à proportione differat.* 195
Divitiarum *cupiditas animos reddit humiliores.* 120
Docti *rationem Artis intelligunt, indocti voluptatem.* 38
Domitianus *quomodo fuerit Romanis poſt mortem odioſus.* 85
- - - *ejus ſtatuæ omnes, una excepta, poſt mortem ejus dilaniantur.* 287
- - - *qualis & ubi illa fuerit.* ibid.
Domus *aurea ubinam Romæ olim fuerit.* 287
- - - *qualis illa erat, & cujus magnitudinis.* ibid.
- - - *quis ejus auctor.* ibid.
Δόρυ *dicebatur lignum in genere à veteribus Græcis.* 277
Dracones *heroes olim ſibi appictos habuerunt.* 25
- - - *quare id à veteribus factum.* ibid.
- - - *apud Indos veteres equitum turmis erant loco vexilli.* 97
Duris *ſcripſit de Pictura veterum.* 56
- - - *ejus libri deperditi.* ibid.

E.

EBenus *eſt etiam inter arbores, quæ cariem nec vetuſtatem ſentiunt.* 279
Ebur *laudatiſſima ſimulacris Deorum materia.* 289
- - - *de ejus emolliendi ratione apud veteres.* 290
- - - *quomodo ab injuriis aëris & aquæ defenditur.* ibid.
Edentulus *qualis dicebatur apud veteres.* 254
Edeſſæ Rex *Augarus.* *Vide* Augarus.
Efficacia Picturæ *qualis apud Græcos dicebatur.* 202
Effigies hominum *quas ob cauſas ſolebant exprimi.* 84
Electrum, *quid Poëtæ eſſe crediderunt.* 291
- - - *quid revera eſt.* ibid.
Eloquentia *dum viguit in Germania, quare etiam viguit Pictura.* 61
Emblemata, *quid vocare ſolebant veteres Romani.* 147
- - - *quomodo poſtea illud ſunt Latina voce interpretati.* ibid.
Emptores *picturarum & ſtatuarum an culpandi.* 41
Engythecæ *æneæ ac ferreæ.* 98
Ἐνόδιος θεὸς *qualis Philoſtrato memoratur.* 98
Epaminondæ *ſepulchrum ubi.* 101
- - - *quomodo fuerit exſtructum.* ibid.
Epheſiæ Dianæ *ſimulacrum e cœlo delapſum.* *Vide* Simulacrum.
Epicurus *quomodo hominem luto creatum putat.* 46
Epirotæ *ex draconibus Apollini ſacris, de anni fertilitate aut ſterilitate divinant.* 26
Ἐπίσημα, *quid ſignificaverit apud veteres Græcos.* 101
Equas *quomodo aſinos admittere docebant veteres.* 70
Equus *Julii Cæſaris erat pedibus prope humanis.* 79
- - - *quid inde portenderunt haruſpices.* ibid.
- - - *equi pulchri & acris quam ingenioſa deſcriptio.* 214
- - - *fluvialis dentes, quem in uſum apud veteres.* 289
Erichthonius *primus inſcripſit nummum Athenienſibus.* 110
Euagoræ *Cypriorum regis ſtatuam in Ceramico poſuerunt Athenienſes.* 78
Eubata *Cyrenæus ejusque ſtatua qualis.* 77
Eunomus *Cytharœdus ejusque ſtatua apud Locros.* 80
Eunoſtus, *ſigillum exiguum in piſtrinis, quale.* 99
Euphranor *primus videtur expreſſiſſe inſignia Heroum.* 25
- - - *Pictor ſcripſit de ſymmetria & coloribus.* 56
- - - *ejus pictura celebris Athenis.* 192
Euripidis *reſponſum de Tragœdiis, quod Alceſtidi dederit.* 127
Eurydamo *ſtatuam Delphis poſuerunt Ætoli.* 78
Euſebes *quale genus lapidis olim fuerit.* 291
Exempla *antiquitatis non ſemper debemus ſequi.* 16
- - - *plus docent quàm præcepta.* 54
Exhortatio *inſignis ad ſtudia.* 7

F.

FAcies deformis *olim mali ominis judicabatur.* 225
Facilitas *auget gratiam picturarum.* 200
Falcones *quinam dicti apud veteres.* 268
Farina cocta *quomodo olim veneficæ utebantur.* 292
Faſtigia ædium *ornabantur ſignis fictilibus, aut æreis inauratis.* 99
Femineus pallor *qualis veteribus dicebatur.* 270
Feminis *dabatur olim cura hortus apud Romanos.* 57

Femur *quale formoſum dicebatur apud veteres.* 265
Ferreo annulo *quomodo addita vis medendi oculis.* 71
Ferrea numiſmata *varia.* 111
Ferrum *quoque ſtatuis olim præbuit materiam.* 292
- - - *quibus remediis fit æri ſimilis.* 293
- - - *quibus vindicatur à rubigine.* ibid.
Ficus *ad efformandas ſtatuas maxime in uſu fuit.* 280
Figulina vaſa *etiam olim fuerunt cælata.* 108
Figulini *operis ſtatuæ apud Romanos.* 293
Filicata patera *quare ſic dicta.* 108
Filios *ſuos quomodo Græci educare ſolebant.* 51
Fluvios *quare olim taurino fronte finxerunt.* 215
Fœcunditas ingenii *in adoleſcente laudanda.* 144
- - - *pœna in negligentes.* ibid.
Fœnum, *qualia ſimulacra ex eo facta.* 293
Fœtus *in formatione quàm multum phantaſia valet.* 72
Fonti *aliquo quare ab Athenienſibus leo impoſitus.* 99
Formam *corporis autoris olim ejuſdem ſcriptis inſerebant veteres.* 67
- - - *à gratia quomodo diſtinxerunt veteres.* 198
- - - *forma maſculina puerorum à fœminina quomodo diſtingui poteſt.* 218
- - - *formæ magna potentia ſemper fuit inter homines.* 224
Formoſa *quænam mulier recte dici poſſit.* 198
- - - *& venuſta mulier in quo differant.* 223
Formoſiſſimo *quare olim apud aliquas gentes delatum imperium. Vide* Imperium.
Fortuna *Artificis quomodo promoveri poteſt.* 135
- - - *quomodo depiugebatur apud veteres.* 215
Francorum Reges *olim ſoli cudebant nummos ſua imagine ſignatos.* 113
Frons *ut pulchra judicetur, plana, candida, tenuis, brevis, pura debet eſſe.* 227
- - - *tuberoſa qualis.* ibid.
- - - *caperata qualis.* ibid.
- - - *brevis.* 228
- - - *caſtigata qualis dicebatur.* ibid.
- - - *pura qualis dicebatur.* ibid.
- - - *vultuoſa qualis dicebatur.* ibid.
Frontoni *Imperator Antoninus à Senatu petit ſtatuam.* 80
Funera *gentilitia quales comitabantur imagines.* 84

G.

GAlba *Imperator fuit eloquentia clarus, corpore deformis.* 225
Galeas *veteres Romani pingebant.* 94
- - - *galeis quare feras imponebant veteres.* 99
Galli *flavam comam ſemper habere dicebant veteres, & exinde dignoſci.* 232
Gallus *cur in Elide inſiſtat caſſidi Minervæ.* 99
- - - *eorum ſimulacra immani magnitudine in quem uſum.* 64
Gamahe *quid vocent raritatum curioſi.* 49
Gelonis *Regis ſtatua qualis fuerit olim.* 81
- - - *quare ita fabricata.* ibid.
Gemmis *reverentia magna quondam exhibita.* 114
- - - *eæ ad ſignandum ſemper impreſſas & non expreſſas habebant figuras.* 115
- - - *eas quibus coloribus Pictores pingere debeant.* 173
Genarum *non levis ratio in pulchritudine habebatur apud veteres.* 245
- - - *earum mollities qualis debebat eſſe.* 246
- - - *candor laudabatur.* ibid.
- - - *earum rubor qualis.* ibid.
- - - *hilaritas laudatur.* 247
- - - *lux qualis.* ibid.
Genius *quid in ſcriptis veterum dicatur de ſcriptura.* 197
Genua *qualia formaſa dicebantur apud veteres.* 265
Genucii *Cippi Prætoris ſumma laus apud Romanos.* 77
Geographiæ *longe utiliſſimum ſtudium in Pictura.* 67
- - - *quomodo eam olim venerati ſunt antiquiores Romani.* 68
Geometria *quàm multum ſemper habuit in picturis uſum.* 147
Germanorum *flava coma dicebatur apud veteres.* 232
Getas *etiam flavam comam habere dicebant veteres.* ibid.
Γλαυκῶπις *quare Minerva à Poëtis vocatur.* 239
Glauci *Caryſtii ſtatua viſebatur in Olympia.* 77
- - - *ejus robur & vita.* ibid.
Glaucum *quomodo olim repræſentaverint.* 216
Glyceræ *ſcorto ſtatuam æneam poſuit Harpalus.* 76
Gravitatis *plurimum habere debet Pictura.* 154
Græcia *Pictoribus olim illuſtris fuit.* 52
Græcorum *cura circa educationem liberorum.* 56
- - - *φυλλοβολία quid fuerit.* 57
- - - *Græci poſteriores ſordidas artes pluris faciebant, quam rerum intelligentiam ſtudio partam.* 80
Gratiam Picturæ *quomodo à forma diſtinxerunt veteres.* 198

Guttur

Guttur *quale formoſum dicebatur apud veteres.* 255
Gypſum, *& ſimulacra olim ex eo facta.* 293

H.

HAdrianus Imperator *Hieroſolymam reſtaurat.* 101
- - - *ſuem in fronte portæ ejus marmorori inſculpi curavit.* ibid.
Hallus *quid nominabatur à veteribus.* 268
Hannibalis *fraus pro conſervanda pecunia.* 69
- - - *ejus ſtatuæ tres ubinam viſuntur.* 76
Harmodio *ſtatuam erexerunt Athenienſes.* 25
Harmoniæ *vocem unde Artifices mutuati ſunt.* 161
- - - *ejus veſtigia Deus omnibus rebus à ſe creatis impoſuit.* 162
Hebenus. *Vide* Ebenus.
Hecatæa ſigna *qualia fuerunt apud Græcos.* 98
Hegeſander *ſcripſit de ſtatuis & imaginibus.* 56
Hepatizon æs, *quanti valoris fuerit apud antiquos.* 283
Hercules, *quare pingitur cum pelle.* 25
Hermem, *quomodo fabricarunt Athenienſes.* 99
Hermathena *proprium Tullianæ Academiæ ornamentum.* ibid.
Hermines, *lecti pedes quare olim dicebantur.* 98
Hermodori *Epheſii ſtatua in comitio publice dicata.* 74
Hermonienſes *quare naulum non ſolvebant Charonti.* 113
Heroes *quare à veteribus excalceati fuerint depicti.* 25
- - - *eorum clypeos antiqui aquilæ figura inſignire ſolebant.* 94
Heſio *Pictor cete optime pinxit.* 196
Hieropolitana *urbs nonnullis dicitur Edeſſa.* 82
Himerii *pictura apud Photium.* 191
Hippias *ſcripſit de Pictura & Arte ſtatuaria.* 56
Hircina *barba qualis dicta fuerit apud veteres.* 255
Hirci *Lybicæ quædam naves olim vocabantur.* 95
Hircus, *qualis odor olim ſic dicebatur.* 271
Hiſtoria picta *an teneatur iis legibus, quibus ſcripta.* 191
Hodierni Pictores *an ſolummodo imitandi, an vero etiam veteres.* 17
- - - *Scriptores an ſolummodo imitandi, an vero etiam veteres.* ibid.
Homerium, *nummus æneus à Smyrnæis in memoriam Homeri cuſus.* 112
Homero *ſtatuam Ptolomæus Philopator erexit.* 74
Homo *ad quid ſecundum veteres genitus.* 2
- - - *occupatus nullam aliam rem bene exercere poteſt.* 35
- - - *quare a veteribus dictus lutum Prometheum.* 46
- - - *quomodo creatus ſecundum Democritum & Epicurum.* ibid.
- - - *ſolet majus aliquid ab iis, quos rarior forma commendat, expectari.* 222.
Honos *quomodo alat artes.* 116
Horatius *de arte Poëtica quid Pictoribus præſcribat.* 27
Horatius Cocles *ejuſque ſtatua quare à Romanis poſita.* 82
Horologia *ſabuli quomodo primum ſunt inventa.* 48
- - - *ſolis quomodo excogitata.* ibid.
- - - *rotarum quomodo.* ibid.
Humeri *quantum valeant experimento diſcendum,* 180
- - - *quales ad formam conferre dicebantur apud veteres.* 260
- - - *quales pro turpibus olim habebantur.* ibid.
Hydropicorum *corporum qualia æſtimarint veteres.* 154
Hypoſcenium *quidnam dicebatur apud Græcos.* 56
Hyſmonis *ſtatua in Olympia quare poſita.* 77
Hyſtaſpes *quare ex Venere & Adonide procreatus dicebatur.* 89

I.

JAmblicus *ſcripſit librum de Imaginibus.* 56
Januæ *ædium Minervæ olim pictura conſpicuæ.* 89
Janus *multarum rerum inventor fuit.* 111
- - - *fluvius & mons ita dicebatur.* ibid.
- - - *quare Deus mercatorum dictus.* ibid.
- - - *geminus à Numa rege dicatus, quomodo effigiatus fuit.* 215
Jaſon *quare altero pede calceatus pingitur.* 25
- - - *qualis ille fuerit.* 107
- - - *unde hoc nomen acceperit.* ibid.
Jaſpis *quam magno in uſu apud Orientales olim fuerit.* 293
Ichnographia *quomodo primum fuerit inventa.* 48
Icunculas *etiam cereas habebant veteres.* 103
Idea *quid ſit Platoni.* 206
- - - *quid veteres de ea dixerint.* 207
Jeſus. *Vide* Chriſtus.
Ilia *qualia dicebantur formoſa apud veteres.* 265
Imaginarii *quinam dicebantur in militia Romana.* 94

Imaginum *conformatio in nobis eſt quædam ſpecies picturæ.* 37
- - - *imago ancoræ femori Seleucidarum innata.* 49
- - - *imagines animalium & plantarum quomodo primum inventæ.* 65
- - - *eorum forma primæ literæ quondam expreſſæ.* ibid.
- - - *quinam harum rerum primi inventores.* ibid.
- - - *defunctorum in publicis Bibliothecis dicari moris erat.* 84
- - - *vivorum in privatis.* ibid.
- - - *majorum erant in atriis.* ibid.
- - - *quales gentilitia comitabantur funera. Vide* Funera.
- - - *etiam in annulis circumgeſtabant.* ibid.
- - - *eminus intueri oportet.* 207
- - - *cereas monſtrare quibus permiſſum apud veteres Romanos.* 288
Imitari *alios quam circumſpecte debemus.* 16
- - - *unus ſolus nec debet, nec etiam commode poteſt.* 19
Imitationis *ardor quid in Artifice efficit.* 60
- - - *imitatio res eſt difficillima.* 211
Imperiti *quomodo etiam mirari poſſunt Artificum opera.* 39
Imperium *quare olim formoſiſſimo delatum.* 223
Impudentiæ *nomen quomodo effugere debeamus.* 123
Inertia *apud Lucanos quomodo puniebatur.* 58
- - - *quomodo apud Lacedæmonios.* ibid.
Inficere crines *quomodo ſolebant veteres.* 234
Ingenia *antiquorum ſeculorum an noſtris ingeniis unquam præſtiterint.* 133
- - - *ardua ſemper delectantur arduo argumento.* 193
- - - *nulla ſine venia placere poſſunt.* 205
Inimitabilia *quænam ſint in Artifice.* 17
Inventio *quanti in Arte pictoria æſtimanda.* 140
Joſepho *Antiquitatum Judaicarum Scriptori ſtatua ideo Romæ decreta.* 74
Iphigenia *fratrem quomodo primum agnovit.* 49
Ἱππάρχειοι ἑρμαῖ *quales ſtatuæ olim fuerunt apud Athenienſes.* ibid.
Ipſullices *quales bracteæ olim fuerunt.* 99
Irminſul *qualis effigies apud veteres Saxones.* ibid.
Iſocrati *ſtatuas duas æneas quare erexerint.* 74
Ithonus *Theſſaliæ Rex inventor auri argentique conflandi.* 111
- - - *etiam primus dicitur autor monetæ.* ibid.
Juba *Rex Mauritaniæ ſcripſit de Pictoribus.* 56
Judaïca vela, *nimiis monſtris notabilia, apud Claudianum qualia.* 88
Judicium *oritur à ſenſibus.* 207
- - - *veritatis tamen non eſt in ſenſibus.* ibid.
Julianus *imaginibus ſuis Jovem, Martem, Mercurium & reliquos Deos curavit appingi.* 65
- - - *quare id ita fecerit.* ibid.
Julius Cæſar *in Capitolio habuit æneam imaginem orbi terrarum inſiſtentem cum inſcriptione Semidei.* 79
Junonis *ſceptro juxta Mycænarum urbem, quare cuculus impoſitus.* 105
- - - *admirandum ſimulacrum in templo Syriæ Deæ.* 148
Jupiter *Junonem ligneo ſimulacro decepit.* 68
- - - *ejus ſimulacra quare ad fœdera olim adhibebantur.* 69
- - - *ejus tunica, ornatus, exuviæ, quales apud veteres dicebantur.* 88
- - - *ornatus non fuit plane purpureus.* ibid.
- - - *Cteſius quare conſecrabatur in ærario.* 99
- - - *Jovis* Βουλαίου *ſimulacrum erat in quingentorum curia apud Athenienſes.* ibid.
- - - *quomodo olim pingebatur & effingebatur apud veteres.* 215
Juramentum *Theſmothetarum Athenis quomodo fiebat.* 286
Juſtinianus *Imperator quare primum effigiatus cum cruce terreſtri ſphæra impoſita.* 79

K.

Καλιαὶ *quænam olim dicebantur.* 99
Κάναθρα *qualia ſimulacra fuerunt apud veteres Græcos.* ibid.
Κίνναβος *ſimulacrum Fictorum & Pictorum quale.* ibid.
Κόσμον *quare Græci mundum appellaverint.* 2
Κράτος τῆς ἐπιστήμης *in Pictoribus, quid apud Græcos dicebatur.* 85

L.

LAbarum *olim textilem Chriſti picturam præferebat.* 88
Labra *ſubtilia, nec dilatatis oris angulis ampliata, laudabant veteres.* 252
- - - *tenuitas labiorum laudata.* ibid.
Lacedæmonii *Muſicam declinantem ter in integrum reſtituerunt.* 40
- - - *eorum magna cura circa Muſicam.* 57
- - - *emendatiſſimas quaſque picturas & ſtatuas gravidarum uxorum oculis in ſpem pulchræ prolis objiciebant.* 64
- - - *in cæteris horridiores quare pulchras*

ebras picturas ſemper habuerint in pretio. 71
- - - *numiſmate olim litebantur ſcortæo.* 111
Lacerti *quales laudabantur à veteribus.* 261
- - - *quales contemptui ab iis habebantur.* ibid.
Lætitia *quam maxime opus habent Poëtæ & Pictores.* 156
Laidos *meretricis tumulo quare Leæna inſculpta.* 101
Lampades *in uſum nocturni luminis apud Romanos præferebant ſimulacra aurea argenteave.* 100
- - - *illæ in juvenilem ſpeciem quare efformatæ.* ibid.
Lampſaceni *miro modo per Anaximenem ab Alexandri ira ſervati.* 78
Laneas effigies *præter cæteras veneficæ olim habebant.* 293
Lapides *quibus ne ignis quidem nocet.* 284
Latus *quale ab antiquis pulchrum dicebatur.* 265
- - - *quale è contra.* ibid.
Lectio *optimorum Scriptorum Pictori perquam neceſſaria.* 156
- - - *præcipue tamen Poëtarum.* ibid.
Legioni *unicuique quare Pictores olim dati.* 86
- - - *habebant etiam fabros lignarios, inſtructores, carpentarios & ferrarios.* ibid.
- - - *quare tales in legione.* ibid.
Lemniſcos *quis primus cælare inſtituerit.* 109
Leontinus *Gorgias Princeps Delphis ſtatuam habuit auream.* 77
Leonum *imagines Romani interdum etiam inter ſigna habuerunt.* 97
- - - *effigies ad caput Alphei fluminis, quare olim conſecrari ſolebant.* 100
- - - *effigies quare mortuorum tumulis imponebantur.* ibid.
Lepores *quis primus in Siciliam intulerit.* 113
Lesbium *quale vaſis genus.* 109
Licinius *quare in Auxentium ſævire aggreſſus eſt.* 65
Ligno *à vermibus corroſo ſignabant veteres Græci.* 114
- - - *lignum fuit prima materia, ex qua olim ſtatuæ factæ.* 276
- - - *quale genus id fuerit.* ibid
- - - *viride debebat eſſe & recens ſucciſum, non aridum.* 277
Ligneæ maculæ *in menſis & aliis rebus, quando in pretio cœperunt eſſe apud Romanos.* 61
Lineamenta *in pictura quanti æſtimanda.* 167
Linearum *ſubtilitate Protogenes victus ab Apelle.* 125
Linum *quando primum tentatum eſt pingi.* 93
Literas *quomodo veteres olim luſu infantes docebant.* 65
Livianum æs *à quo illud nomen acceperit.* 283
Locis *à ſtatuis ſibi poſitis nomina imponere ſolebant veteres Romani.* 118
Locri *occidui etiam Ozolæ dicuntur.* 114
Longitudo *ſine latitudine an in rerum natura poſſit inveniri.* 175
Longobardorum *coma & veſtes, quales olim fuerint.* 89
Lotus *arbor ad ſacrificia facienda olim in uſu.* 280
L. Actius *Poëta, qualem ſibi poſuerit ſtatuam.* 80
Lucullus *& ejus laus.* 12
Lucrum *an & quomodo ex artibus peti poſſit.* 120
Ludus puerorum, *laborioſam noſtram mentem indicat, & nos ad agendum natos.* 63
Lumen *in Pictura quid vocetur.* 170
Lunula *calceis aſſuta diſcernebantur apud Romanos patricii à novitiis.* 102
Lupo *etiam quondam ſtatuam dedicarunt veteres & quare.* 79
Luxuria *omnium vitiorum maxime mortifera ingeniis.* 120
Lydi *primi cuderunt aureum argenteumque nummum ad uſum.* 111
Lyſippo *Pictori quænam pictura propria.* 24
- - - *is ſymmetriam Picturæ primus cuſtodivit.* 162
- - - *quid ſtatuariæ Arti attulerit.* 165

M.

MAcrum corpus *admodum dedecori erat apud veteres.* 259
M. Lepidus *ſtatuam equeſtrem inauratam Romæ habuit.* 83
- - - *Octavius Herſennus ejusque laus apud Romanos.* 77
Mæandrum *quale picturæ genus.* 92
Magiſtrorum requiſita *pro bene inſtituendi diſcipulis.* 54
Magnes *etiam ab aliquibus refertur inter lapides tornatiles.* 293
Malarum *non levis ratio in pulchritudine habetur.* 245
Malchus *Byſantinus Sophiſta ſcripſit conflagrationem publicæ Bibliothecæ & ſtatuarum Auguſtalis.* 56
Mandragoræ *quomodo à Pythagora appellatæ.* 50
- - - *quare ita.* ibid.
Manducus *ejusque effigies qualis fuerit apud veteres Romanos.* 102
Manes, *ſtatua qualis fuerit.* ibid.
Manus *in mente exprimenda quantum valeant*

leant. 180
- - - *quales pro formoſis habere ſolebant veteres.* 262
- - - *gypſo pingere ſolebant eas Barbaræ mulieres.* ibid.
Marcellus *primus omnium Syracuſas imbuit Græcarum venuſtatum intelligentia.* 42
Margeus *ſcripſit de Pictura.* 56
Marianum æs *quale fuerit apud antiquos.* 283
Marmoris *pretium quando augeri cœpit apud veteres.* 61
Marſyæ *ſtatua in foro poſita libertatis indicium eſt.* 42
Martem *in ſuburbiorum introitu quare pingebant veteres.* 89
Medea *quomodo ad excidium Pelei ſe accinxit.* 64
- - - *an fuerit venefica.* 107
Megarenſis hominis *arietem quare maluerit Diogenes eſſe, quàm filium.* 51
Melanthius *Pictor ſcripſit de Pictura.* 56
Menæchmus *Statuarius ſcripſit de Arte ſtatuaria.* ibid.
- - - *Sicyonius ſcripſit de Artificibus.* ibid.
Menetor *ſcripſit de donis ſacris.* ibid.
Mens *ſola rerum judex eſſe debet.* 207
Menodotus *ſcripſit de iis, quæ viſuntur in Junonis templo.* 66
Mentor *Syracuſanus extracto ſurculo leonem liberat cruciatu.* 86
Mentum *quale formoſum dicebatur ſecundum veteres.* 255
Mercurius *quare una crepida indutus pingitur.* 25
- - - *forenſis qualis fuerit apud veteres.* 95
- - - *verſatilis quare dicebatur olim.* 98
- - - *quomodo à veteribus fingebatur.* 102
- - - *quare cum ſacello pleno pecuniæ pingebatur.* 121
Meſſeniorum *pueri permulti miſere pereunt.* 78
Methodius *Monachus & Pictor depingendo Chriſti ultimum judicium Bulgarorum regem convertit.* 31
Michalatus nummus *qualis olim fuerit.* 113
Milo *Crotoniata Athleta fuit omnium certaminum victor.* 76
- - - *ejus vires fuere ſupra quam homo valet.* ibid.
Minervæ Βουλαίας *ſimulacrum erat Athenis in quingentorum curia.* 99
Minotauri *ſignum quare veteres Romani in legionibus habuerunt.* 97
Minutio Augurino *tribuno plebis, quare ſtatua Romæ collocata.* 77
Miracula Naturæ *quomodo raritatum curioſi vocent.* 49
Mixtura colorum *in Pictore res magni momenti.* 169
Μονογράμμους *quales Picturas vocabant veteres Græci.* 167
Monſtra *quare raro naſcantur inter homines.* 261
Monumenta *mortuorum veteres figmentis quibusdam ſolebant exornare.* 92
- - - *quomodo & quibus rebus id facere ſolebant.* 100
Mortuorum imagines *in publicis ponebantur Bibliothecis.* 84
Moyſi *quare plerique Pictores cornua appingant.* 215
Μυλληκάζειν *quid apud veteres Græcos ſignificaverit.* 180
Mulieres *an nudæ palæſtricis exercitiis interſuerunt.* 261
Mundus *quare à Latinis ſic dicitur.* 2
Mures Agreſtes *Sethonis hoſtes in Ægypto fugant.* 82
Muſarum ordo *apud Græcos.* 17
- - - *quare ita excogitatus.* ibid.
- - - *eorum nomina quomodo interpretari debeant.* ibid.
Muſicam *declinantem Lacedæmonii ter in integrum reſtituerunt.* 40
- - - *adulterare lege prohibitum erat apud Argivos.* 157
- - - *ejus & Picturæ arctiſſima cognatio.* 161
Mycerinus *Rex Ægypti filiam unicam defunctam ligneæ & multa auro obductæ bovi quare incluſerit.* 73
Myrrhæus *color in crinibus qualis* 234
Myrtus *quare olim Veneri fuerit dicata.* 280

N.

Nabidis *Tyranni apega.* 64
Naſus *integer maxime commendat vultum.* 250
- - - *deformis totam deturpat faciem.* ibid.
- - - *ruber quali in pretio erat apud veteres.* 251
Natura *an plus ad artem conferat quam doctrina.* 23
- - - *quomodo etiam momentum Artibus adjecerit.* 46
- - - *quomodo variet atque delectet.* 49
- - - *quid proprie ſit.* ibid.
- - - *eſt exemplar primigenium Artis.* 55
- - - *nihil magni efficit cito.* 128
- - - *ejus quod peperit ſemper amans eſt.* 132
- - - *aliquando patitur Artem eſſe æmulam ſuarum virium.* ibid.
Naturalium rerum ſcientia *Pictor maxime habet opus.* 149

Naves à *Pictura tutelæ denominari ſolent.* 92
- - *earum ſummitati additæ erant ſtatuæ atque imagines Deorum.* 102
- - *navis æneæ ſimulacrum navibus Byſantinis proſperam præſtabat navigationem.* 76
Naupegus *graphidis non plene imperitus eſſe debet.* 66
Nealcis *equus quomodo ſpongia perfectus.* 135
Neceſſitatis inventa *antiquiora ſunt, quam voluptatis.* 65
Nereides *quomodo olim repræſentaverint* 216
Nero *ſtatuas ſuas citharœdico habitu poſuit.* 80
- - *equorum ſtudio ab ineunte ætate flagrans.* 296
[illegible] *quales imagines apud veteres.* 102
Nicias *Athenienſis Pictor in quibus excelluerit.* 26
- - *ejus judicium de Arte pictoria.* ibid.
Nigro *quare Pictores pingunt quidquid profundum eſſe volunt.* 171
- - *nigrum æs etiam apud antiquos fuit in uſu.* 283
- - *nigram comam. Vide* Comam.
Noſce te ipſum *quomodo debeamus addiſcere.* 52
- - *quouſque hoc proverbium extendere volebant veteres.* 128
Notiones *omnes rerum quas habemus, oculorum ſenſui debemus.* 8
Nubes *quomodo ſtuporem ignaris injiciunt in Africa.* 46
Nuda corpora *quare quam plurimum pinxerunt veteres.* 165
Numa *ferreæ & æreæ monetæ auctor apud Romanos.* 111
Nummus *imagine crucis Chriſti quando ab antiquis primum cuſus.* 113
- - *undenam olim primum ſic dictus.* 150
Numiſmata *varii generis apud veteres.* 111
Nympharum *imagines domi ſuæ habebant Siculi.* 102

O.

OBeliſci *effigiem radiorum Solis referebant.* 102
Obeſitatem *nimiam corporis vituperabant veteres.* 257
Occultator *artis ſuæ debet eſſe, qui imitatoris boni famam quærit.* 18
Oculi *quales ad Artem pictoriam rite dignoſcendam adferendi.* 38
- - - *in vultu quantum veteres valere voluerunt.* 179
- - - *phlegmatici circa quæ libentiſſime verſantur.* 206
- - - *eos quomodo Pictores adjuvare ſolent.* 207
- - *eorum laus apud omnes populos.* 238
- - *magni olim in magno pretio fuere.* ibid.
- - *colores eorum quales olim magni faciebant.* 239
- - *oculos nigros maxime commendarunt veteres.* 240
- - - *eorum nitor & ſplendor quàm maxime commendari ſolebat.* 239
- - *ludibundi qui olim dicebantur.* 243
- - *eorum ſeveritas qualis olim dicebatur.* ibid.
Odatidis *hiſtoria ædibus Barbarorum Aſiam incolentium depicta.* 89
- - *qualis illa fuerit.* ibid.
Oibotas *primus Achæorum in Olympia meruit coronam.* 78
Olea *Pelopei generis inſigne.* 50
- - *quare in fabrica Salomonis adhibita.* 280
Oleum Cedrinum *à tinea & carie conſervat.* 278
Olympiodoro *quare Phocenſes Elateam incolentes ſtatuam ex ære poſuerunt.* 78
Oppidorum *captorum argenteæ atque eburneæ imagines inter pompam triumphalem circumferebant Romani.* 102
Optica, *quomodo primum fuerit inventa.* 48
- - *multum ſemper habuit in Picturis uſum.* 147
Oracula *de futurorum Imperatorum vita & morte quibuſdam hominum ferarumque imaginibus illuſtrantur.* 67
Orator *minus movet animos, quàm Pictor.* 29
Orbem *manu dextra quare gerebant Imperatorum ſtatuæ.* 103
Ordine *quomodo omnia in Picturis diſponi debeant.* 189
Orichalcum *an adhuc amplius reperiatur.* 283
- - *quale olim fuerit.* ibid.
Orpheo *ſtatuam quare olim poſuerint Thebani.* 74
Oſcillum *quid apud veteres Romanos.* 103
Otii *pœna ex Draconis lege erat infamia.* 58
- - *ex Solonis publica dignitate privabatur.* ibid.

P.

PAlæmonem *quomodo pinxerint veteres.* 216
Palæſtras *veteres Athletarum imaginibus olim exornaverunt.* 103
Palemo *perditæ luxuriæ adoleſcens, quomodo ad bonam frugem redierit.* 30
Palladia *qualia olim fuerint dicta in triremium proris.* ibid.
- - *ex oſſibus humanis facta.* 294

Pallas quare ſedens conſecratur. 26
Palma etiam ſimulacris olim materiam præbuit. 280
Pamphili è ſchola Apelles prodiit. 53
- - - quo pretio docuit diſcipulos. ibid.
- - - quot annos ejus diſcipuli debebant in ſchola manere. ibid.
- - - is ſcripſit de Pictura & Pictoribus illuſtribus. 56
- - - ſchola non dimittebat diſcipulos niſi poſt exactum decem annorum tyrocinium. 124
Palpebræ quales laudatæ fuerint à veteribus. 245
Pana Zeuxis Archelao dedit. 119
Panis imaginem quomodo pinxerunt veteres. 276
Pantarcen Eleum ſtatuæ honore affecerunt Achæi. 78
Papillas quales laudare ſolebant veteres. 263
Parentes quos alere jubebat Athenienſium lex. 58
Parerga quænam olim dicebantur in Pictura. 213
Parietum picturam quiſnam primus inſtituerit. 27
- - - quando id factum. ibid.
Pariorum in marmore mirabile quid inventum. 50
Parrhaſii Pictoris laus. 24
- - - ſolertia inventionis in Arte Pictoria. 201
- - - ſymmetriam Picturæ primus dedit. 162
Parvus an dici debeat formoſus, an vero venuſtus. 223
Paſiteles ſcripſit nobilium in toto orbe operum quinque volumina. 56
Paſſiones omnes in vultu ſe oſtendere ſolent. 179
Pataici Phœnicum effigiem hominis pygmæi exprimebant. 103
Paternam Artem exercere apud Ægyptios, ſub rege Seſonchoſi, quare non licuit. 59
Patroni quare Lilæenſes Delphis erexerunt ſtatuam. 78
Pavimenta qualia olim apud Græcos. 93
Paulus Æmilius quomodo liberos ſuos educabat. 51
Pavonis nitida à Tertulliano deſcriptio. 49
- - - Pavonum cervices quomodo varios ſumunt & deponunt colores. 173
Pauſias Pictor flores feliciſſime expreſſit. 24
- - - quales Picturas primus invenerit. 171
Pax bonarum Artium decora mater eſt. 134
Pectus quale deforme judicarunt veteres. 264
- - - quale laudare ſolebant pro formoſo veteres. 263
Pecunia à pecore ſic appellata, quia primum tali effigie ſignata. 110
- - - quare hoc factum. ibid.
Pelani omnibus Diis olim erant communes. 103
Penates quales Dii apud Romanos. ibid.
Peplum Minervæ apud Athenienſes quale fuerit. 88
Perfectum quid veteres appellare ſolebant. 205
Peripatetici nihil quemquam niſi quod libeat præclare facere poſſe dicunt. 23
Perſæ, quare amabant eos, qui naſo erant adunco. 251
- - - eorum regium ſigillum quale. 114
Perſica periſtomata qualia fuerunt. 95
- - - arbor quomodo olim vocata in Ægypto. 280
Pes qualis laudabatur apud veteres. 267
- - - qualis apud eos dicebatur deformis. ibid.
Phœnices divinitatem quandam ſerpentibus tribuebant. 26
- - - quare Deos ſuos fingunt ſacculos ferentes. 121
Phalereus Demetrius. Vide Demetrius.
Phallus quid fuerit apud veteres. 103
Phantaſia quid ſit ſecundum Stoïcos. 9
- - - ejus officium. 19
- - - poëtica eſt ſomnium vigilantium. 33
- - - in Artifice quomodo excitatur & roboratur. 34
- - - quid veteres Græci ſic appellare ſolebant. 189
Pherecrates ſcripſit de Pictoribus. 55
Phidiæ laus. 157
- - - Statuarius ex ungue de leonis magnitudine judicabat. 166
Phidola equæ ſuæ ſimulacrum conſecrat, & quare. 79
Phillatius quare ab Athenienſibus obtinuit ſtatuam. 80
46
Philoctetes quare calceatus pingitur. 25
Philomela totam injuriæ ſeriem textili pictura exprimit. 65
Philonis Judæi judicium de Pictoria Arte.
Philopœmen dux Achæorum, ejusque laus. 11
- - - ejus mira deformitatis hiſtoria. 224
Philoſophi depicti, ſecundum ſententiam, quam quiſque ſequebatur. 26
- - - veteres quare in manus imaginum Deorum inſtrumenta Muſica poſuerunt. 162
- - - quales ſolebant habere barbas apud veteres. 255
Philoſophia moralis inſtruitur dirigiturque à Pictura. 67
- - - naturalis etiam ejus operam quandoque poſtulat. ibid.

Phryges *invenerunt veſtes acu pingere.* 86
Phrynes *ſtatua aurea Delphis qualis.* 76
Picea arbor *ſimulacris conficiendis idonea.* 286
Pictores *quare ſolam manum in nube pingant coronantem principes.* 2
- - *quinam ſint meliores.* 23
- - *magis movent animos & affectus quam Oratores.* 29
- - *feſtinanter quare ultimam manum tabulæ imponere non debeant.* 130
- - *voces à Muſica deſumptas ad Artem ſuam tranſtulerunt.* 161
- - *debent docere, delectari, permovere.* 205
Pictoriæ phantaſticæ *qualis ſit finis.* 33
- - *Pictoria Ars quando cœpit mori & vileſcere.* 203
Picturæ *laus.* 2
- - *prima infantia qualis fuerit.* 13
- - *ea initio nihil aliud fuit quàm umbra hominis lineis circumducta.* ibid.
- - *quomodo ea circa veteres dirigi debeat, quomodo circa recentiores.* 16
- - *informes nauſeam creant.* 21
- - *eſt poëſis tacens, poeſis pictura loquens.* 27
- - *quomodo ea primum fuerit inventa.* 48
- - *ejus dignatio quando minui cœperit apud veteres.* 61
- - *rarum uſus quid maxime commendat.* 64
- - *quomodo ea naturalium rerum cognitionem adjuvat.* 66
- - *etiam omnibus Artificibus, & pluribus aliis, omnino & abſolute neceſſaria.* 74
- - *præcipua dignatio à quo tempore increverit Romæ.* 85
- - *picturæ varii generis.* 93
- - *quando ea deficere inceperit Romæ.* 120
- - *libidinoſæ quanti mali fuerunt auctores.* 153
- - *de nocte, aut ſub aqua merſis, magis arduæ diſpoſitiones.* 196
- - *quando eæ ſolummodo poſſint dici perfectæ.* 197
Pingere *docere liberos ſuos ſolebant Græci.* 51
- - *veſtes olim ſolebant Ægyptii miro modo.* 130
Pigritiæ *actio apud Lacedæmonios inſtituebatur.* 58
Pilam *quare Auguſtus inter ſigna militaria conſtituit.* 98
Pilæ *quales effigies apud veteres Romanes.* 103
Pileus *Arcadicus qualiſnam olim fuerit.* 87
Pilos *in naribus quare quotidie ſuccidebant veteres.* 254
Pinacothecæ *quare à Septentrione lumen accipere debeant.* 207
Pindaro *quare ſtatuam poſuerunt Athenienſes.* 74
Pinus *in vetuſtatem ſine vitiis conſervatur.* 278
Plantarum *& aliarum rerum imagines, quare primum inventæ.* 65
Plaſtices *prima rudimenta qualia fuerunt, & qua occaſione inventa.* 73
- - *ea Ars primum fuit quam Statuaria.* 115
Plato *quare ita olim fuerit dictus.* 227
- - *cur tabulis cupreſſinis legem inſcribere voluit.* 279
Plauti *quinam dicebantur apud veteres.* 268
Plumbeus nummus *viliſſimus apud veteres.* 111
Poëtarum *laus.* 22
- - *ii & Pictores faciunt Heroes perennare.* 32
- - *eorum libertas quouſque ſe extendat.* ibid.
- - *quare pinguntur ex Homeri ore aquam haurientes.* 143
- - *hos optimi Pictores ſæpiſſime ſecuti ſunt.* 157
Poëſeos *& Picturæ arctiſſimi nexus.* 21
- - *et pene idem ingenium.* ibid.
Poëticæ licentiæ *modus quouſque progredi debeat fingendo.* ibid.
- - *phantaſiæ qualis ſit finis.* 33
Polemon *ſcripſit de fabulis & varia alia.* 56
Poli *hiſtrionis mira hiſtoria.* 33
Pollux. *Vide* Caſtor.
Polycleti *Pictoris propria laus.* 24
Polydamas *Scotuſſæus admiranda fortitudine præditus.* 141
Polydori *Regis imagine utebantur Lacedæmonii pro ſigillo.* 125
Porphyrius *ſcripſit de imaginibus.* 56
Portis urbium. *Vide* Urbes.
- - *apud veteres quare adſtabant ſtatuæ.* 103
Portumnus *quomodo pingebatur apud veteres.* 216
Portus *maritimi habebant ſua ſacra apud veteres.* 104
Præbra *ſive* prædia *qualia remedia olim fuerunt.* 71
Præceptores *in diſcipulis erudiendis, in quibuſnam culpandi.* 6
Præmia *bonorum malorumque bonos ac malos faciunt.* 83
Πραξιδίκη *qualis Dea fuerit apud Græcos.* 104
Praxiteles *pinxit Phrynen gaudentem.* 149
Priapum *in litore ac portu dedicabant veteres.* 104
Procrelii *ſtatua Romæ quare fuerit erecta.* 74
Proceritas *enormis olim inter vitia corporis* cer-

ternebatur. 205

Prometheus *quomodo primos homines formaſſe dicitur.* 46

Pronomo *tibicini ſtatuam poſuerunt Thebani.* 80

Προνώπια *quænam dicebantur apud veteres Græcos.* 104

Proportio *in Picturis & ſtatuis perquam neceſſaria.* 160

- - - *qualis illa ſit.* 161

Protagoras *primus de differendo mercedis cauſa cogitavit.* 53

Protogenes *Pictor ſcripſit de Pictura & Figuris.* 56

- - - *quomodo Jalyſum pinxit.* 124

- - - *Philiſcum quomodo pinxit meditationi intentum.* 149

- - - *ejus ſumma paupertas Picturæ impedimentum fuit.* 156

Pruſiæ *filius unum os habebat loco dentium.* 254

Prytaneum *veterum Philoſophorum imaginibus conſpicuum fuit.* 104

Pſittacum *quomodo veteres Græci loqui docere ſolebant.* 70

Ptolemæus *Rex quare Cacergetes ab Alexandrinis vocatur.* 134

Pudor *à veteribus dicebatur arx pulchritudinis.* 259

Puella. *Vide* Virgo.

Pueri *tum demum ſunt formoſi, quando fœminis ſunt quam ſimillimi.* 218

- - - *talis formoſus deſcribitur à capite ad calcem.* 219

Pulchrarum rerum *vis apud hominum animos.* 40

Pulchritudo *deſcribitur.* 163

- - - *eam eſſe virtutis florem volebant Stoïci.* 222

Pullus *numiſma Corinthium qualis pretii.* 112

Pupas *cereas habebant veteres.* 103

- - - *ſuas Veneri conſecrabant virgunculæ pubertati jam vicinæ.* 104

Pyreicus *Pictor tonſtrinas aptime pinxit.* 27

Pyrrhi *gemma cum novem Muſis à natura efformata.* 49

- - - *ejus monumentum.* 101

- - - *à comarum qualitate ſic vocatus fuit.* 232

- - - *Pyrrhus Rex Epirotarum non habebat dentes.* 254

Pyrus ſilveſtris *ad ſimulacra olim in uſu.* 280

Pythius Apollo. *Vide* Apollo.

R.

RAtio *quid agat in inveſtiganda veritate.* 208

- - - *quid vero ſenſus.* ibid.

Raudera *olim dicebantur æra apud Romanos.* 77

Recreati *à morbo in tabula depictum habebant Æſculapium.* 92

Remedium *contra ſterilitatem ab Oraculo Delphico editum.* 280

Remiſſio *animi in ſtudiis admodum neceſſaria.* 40

Res ruſtica *quam diligenter apud Romanos conſervata, & pœna in ſeditioſos.* 57

Reges *mortuos quomodo pingere ſolebant veteres.* 24

- - - *olim uxores quærere ſolebant pictura internuntia.* 72

- - - *eorum purpuræ quales fuerint olim.* 88

- - - *eorum ſtatuas quare nudas pingebant veteres.* 165

Romani *quomodo liberos ſuos educare ſolebant.* 51

- - - *unde Jovis tunicam variegatam acceperant.* 89

- - - *eorum Imperatores permulti habuerunt ſtatuas aureas.* 288

Romulus *inauratus in capitolio, quomodo fuit poſitus.* 79

Rotunditas *capitis inter pulchritudines veterum.* 227

Rubor *verecundus admodum laudabatur à veteribus.* 259

Rudimenta *prima alicujus rei non tam Artis indigent, quàm laboris.* 127

Rutrum *tenentis juvenis effigies in capitolio.* 80

- - - *qualis & unde eſt.* ibid.

S.

SAl *reperitur quod inſtar lapidicinæ vix ferro cædi poteſt.* 47

Salvator *quare ab Augari Pictore bene depingi non potuerit. Vide* Chriſtus.

Saluſtianum *æs quale olim fuerit.* 284

Samii *quomodo monetam ſignabant.* 112

Sardanapali *quale fuerit epitaphium.* 101

Saturni *ſtatua apud Carthaginenſes ad cremandos infantes qualis.* 64

Satyri *quomodo pingebantur apud veteres.* 217

Satyrica ſigna *tutelæ hortorum adhibebantur.* 104

Saxis *antiquiſſima monumenta memoriæ impreſſa.* 64

Scalpere gemmas *admodum ſero Græci didicerunt.* 114

Sceleton *quale in Ægyptiorum lautioribus conviviis circumlatum fuit.* 105

- - - *qua de cauſa id factum fuerit adhuc diſputatur.* ibid.

Scena *maximam dignitatem & maximum incrementum olim picturæ attulit.* 24

- - - *Claudii Pulchri habuit maximam admirationem picturæ.* 86

- - - *verſilis & ductulis qualis olim dice-*

dicebatur. ibid.
Sceptro Babyloniorum ſinguli utebantur. 104
- - - quomodo id ab iis factum. ibid.
Scholas quomodo exornabant veteres. 105
Scipionis Africani filio, quare propinqui annulum patris detraxerunt. 85
Scribere & pingere verba apud Græcos & Latinos ſæpius convertuntur. 27
Scriptores veteres exactis coloribus imagines omnium rerum delinearunt. 214
Scriptura picturata Ægyptiorum qualis. 27
Sculptura quomodo naturam ſuperat. 3
Scuta quænam erant picta in militia veterum. 94
- - - qualibus apud Trojam pugnatum eſt. 109
- - - quare nomen habuerunt clypeorum. ibid.
Scyllis Scionæus ejusque magna urinandi peritia. 77
Semiramis fert legem, ut Syri ſe unam divinis honoribus proſequantur. 82
- - - inter omnes fœminas quare dicatur ſpecioſiſſima. 200
Seneca imaginibus magnorum virorum ædes ſuas quare inſtruxerit. 84
Senſus, eorumque magnus uſus. 9
- - - & ratio quid agant in inveſtiganda veritate. Vide Ratio.
Sepeliendi mos admirabilis apud Ægyptios & Æthiopes fuit. 94
Serapion Pictor ſcenas optime pinxit. 27
- - - Serapioni Alexandrino quare ſtatuæ honorem tribuerunt Elei. 77
Serapis fuit apud veteres è ſmaragdo novem cubitorum. 295
Serpentes vaticinandi peritiam inſpirarunt Melampodi. 26
Servis Artem pictoriam docere fuit vetitum apud Græcos. 51
Sigilla quare e radicibus olei facta. 280
Signa tabernarum in Romano foro. 105
Silenos vocant maximos natu Satyrorum. 216
- - - undenam ſic dicti. ibid.
- - - quomodo pingebantur ii apud veteres. ibid.
Σίλλος quale poëma apud veteres Græcos. ibid.
Silanion quomodo Apollodorus iracundiſſimum pinxit. 149
Simia ſimilitudine ex argilla vel cera decipi non poteſt. 29
Similitudinum fingendarum ratio unde originem ducat. 13
- - - ea in picturis omnibus debet obſervari. 164
- - - etiam in ſtatuis id neceſſe eſt. 165
Simoni Mago ſtatuam erexit Claudius Imperator. 76
- - - qualem inſcriptionem illa habuerit. ibid.
Simulacrum Dianæ Epheſiæ an è cælo delapſum. 46
- - - primum à Deo factum. 47
- - - ea ſæpius vinculis alligabant Gentiles. 70
- - - quare id ab iis factum. ibid.
- - - talia ſtatuebant Ethnici Deorum ſuorum in locis ſacris Chriſtianorum. 101
- - - quare. ibid.
- - - rudioris ævi è ſubere factum. 281
- - - ligneum quomodo contra tabem conſervari poteſt. ibid.
- - - quale è fœno olim fieri ſolebat. 293
- - - quare id fuit excogitatum ibid.
Sirenem Iſocratis monumento olim impoſuerunt veteres Græci. 101
- - - quare id ab iis factum. ibid.
Socrates quare dicebatur vultu Silenum referre. 261
Soles quatuor adulterini apparuerunt in cælo anno 1233. 67
Solitudo Picturæ & Poëſios quare amica. 35
Somnus quomodo pingebatur apud veteres. 215
Sopater plurima ſcripſit de Pictoribus & Statuariis. 56
Soſi pavimentum celebre Pergami. 93
Soſtratus Sicyonius quare dictus Acrocherſites. 77
Spartorum quale ſignum in corpore apud Thebanos. 50
Speculationes Pictorum quouſque ſe extendere debeant. 36
Sphinges quare veteres Thebani pro ſignis habuerunt. 97
- - - quare Ægyptii ante templa conſecrabant. 106
Splendor in Picturis qualis dicatur. 268
Squarroſi quinam olim à Latinis dicebantur. 268
Stabulum Eponæ ſimulacris adornabant. 106
Stata qualis pulchritudo dicebatur apud veteres. 275
Statua Servatoris ænea, à muliere ſanguinis profluvio laborante, an erecta. 15
- - - in ſtatuam ſalis quare uxor Lothi converſa. 47
- - - earum uſus quid maxime commendat. 64
- - - earum multa peropportuna ſtratagemata. 68
- - - eas inauguratas hoſtium irruptiones inhibere credebant veteres. 70
- - - quare olim poſt mortem defunctis erectæ. 73
- - - variæ cauſæ ob quas id factum. 74
- - - tales etiam mulieribus dicatæ fuerunt apud veteres Romonos. 83

- - - *ſtatuæ male meritorum olim disjiciebantur.* 85
- - - *eas quandoque etiam pingebant Romani.* 94
- - - *earum materia qualis olim ſolebat eſſe.* 276
- - - *aurea ubi primum omnium fuerit poſita.* 285
- - - *plures ejuſdem metalli vide.* ibid.
- - - *maurata ubinam primum in Italia viſa.* 287
- - - *variæ Deorum olim ex ebore factæ.* 290
Statuarii *veteres habuerunt quædam Artis adminicula poſterioribus ſeculis incognita.* 184
Statura *eminentior laudata erat apud veteres.* 226
Stoïci *quomodo amorem definiebant.* 40
Stratonicus *Satyrum magnæ Artis finxit.* 184
Subleſtas *quales Picturas vocabant veteres Latini.* 167
Succinum *quid ſit.* 295
- - - *quotuplex ſit.* ibid.
Succulentiam *in collo veteres laudabant in formoſa muliere.* 257
Suevi *flavam dicebantur habere comam apud veteres.* 232
Supercilia *quantum ſecundum veteres in vultu valuere.* 179
- - - *qualia olim laudata fuere.* 244
Sylla *quare prædici ſibi à Diis futura ſimulavit.* 68
Symmetria, *an ſit vox Latina, quæ illud verbum exprimat.* 161
- - - *per eam Ars ipſa rationem attingit.* ibid.
- - - *quis eam primus Picturæ dederit.* 162
- - - *eam ſimilitudini præferendam judicabant veteres.* 165

T.

TAbernacula *Antiochi Regis exercitus textilibus ſigillis erant adornata.* 86
- - - *Alexandri Magni tabernaculum ſtatuas ſuſtinere ſolitas traduntur.* 106
Tabernarum *ſigna apud veteres quare olim picta.* 91
Tabulæ *Pictarum è quo ligno olim fiebant.* 170
- - - *quales victoriæ fieri curaverunt Meſſala & L. Scipio.* 85
- - - *earum & Statuarum olim magna pretia.* 117
- - - *bene pictæ in bono lumine collocari debent.* 207
- - - *veteres in quibus quam maxime commendentur.* 212
- - - *novæ in quibus.* ibid.
Tapetia *Alexandrina qualia olim fuerunt.* 87
Tarteſſiacum *æs magnam priſcis temporibus habuit famam.* 284
Tauri *boni & opimi quam ingenioſa deſcriptio.* 214
Telamones *quinam Latinis dicebantur.* 106
Teleſillæ *Poetriæ ſtatuam erexere Argivi.* 77
Telluris *in æde Romæ depicta erat Italia.* 68
Temulentorum *ſepulcris veteres inſculpebant calices.* 108
Tenebræ *in picturis quales dicantur, & quomodo formentur.* 172
Tenedii *lex de adulteris morte plectendis.* 113
Terebintus *cui uſui inſervierit apud veteres.* 295
Terminis *inſcriptæ variæ figuræ.* 106
- - - *quid illæ ſignificabant.* ibid.
Terræ motus *in Aſia & Sicilia tempore Tiberii.* 166
Teſtudinis *bellicæ inventor Artemon Clazomenius fertur.* 106
Textilis *Pictura apud Ciceronem qualisnam fuerit.* 86
Textrices *antiquiſſimæ ſtantes opus illud fecere.* 26
Theagenes *aliquo iturus Hecates ſimulacrum, quod ſemper penes ſe habebat, conſulere ſolebat.* 68
Theatrorum *mos erat, ut mali Poëtæ ſaxis peterentur.* 57
Thebis *Pictores mali quomodo mulctati.* 58
Themidis *ſimulacrum in concionem olim apportari ſolitum.* 106
Themiſtocles *noctu etiam docebat.* 6
Theodorici *Gothorum Regis viri pulcherrimi admodum luculenta deſcriptio.* 222
Theophanes *ſcripſit de Pictura.* 56
Thuſci *primum ſtatuas in Italia olim inveniſſe referuntur.* 71
Tiburtini cœli *temperamentum admodum mirabile.* 290
Tilia *ad multos uſus neceſſaria.* 281
Timanthis *tabula de Iphigenia.* 152
Timomachus, *quomodo Ajacem furentem pinxit.* 135
- - - *quomodo Medeam honeſte pinxit.* 153
Timotheo *quare Athenienſes ſtatuam poſuerunt.* 74
Toga palmata, *qualis dicebatur apud veteres.* 88
- - - *togam pictam Romani ab Hetruſcis acceperunt.* 89
Tonon, *quid appellaverunt veteres Pictores.* 173
Topaſio (e) *ſtatua quatuor cubitorum facta.* 88

To-

Topotheſia *quid fuerit apud veteres.* 140
Tragœdia *eſt vitarum Heroicarum imitatio.* 28
Trebii *Ædilis Romani laus.* 77
- - - *quare ei ſtatua collocata.* ibid.
Triens *æreus Serviliæ familiæ miris qualitatibus præditus.* 113
Tripodes *ex ære præmia fortium virorum.* 106
Tritones *æneos ſummis olim turribus imponebant.* ibid.
- - - *cum buccinis faſtigio Saturni ædis ſuper impoſiti.* ibid.
- - - *quomodo à veteribus depingebantur.* 216
Tritonia *quare dicta ſit Dea ſapientiæ.* 131
Trœzeniorum *veterum nummi.* 113
Truo *qualis dicebatur apud veteres.* 251
Tutela *navis apud veteres committebatur certo alicui Deo in puppi depicto.* 92
Tyrii *ab Alexandro obſeſſi aurea catena devinciunt Apollinis ſimulacrum.* 70

V.

Varietate *quali homines gaudebant.* 188
Vellus aureum *undenam originem habeat.* 107
- - - *quale olim fuerit.* ibid.
- - - *quale nunc eſt.* ibid.
Velum *purpureum fuit inſigne prætoriæ navis.* 93
Venantium *picturæ peregregia deſcriptio.* 209
Vendere *quare recuſabant aliqui veterum Picturas ſuas.* 119
Veneficas *quali indicio olim deprehendebant.* 225
Venter *qualis pro formoſo laudabatur à veteribus.* 264
- - - *qualis vituperio erat.* 265
Venti *quot apud veteres numerabantur.* 107
- - - *apud veteres quare pingebantur flantes.* 216
Venus *armata quare fuerit inſculpta ſigillo Julii Cæſaris.* 115
- - - *Anadyomene ad cujus exemplar ab Apelle depicta.* 163
Venerem *in pictura quam veteres dicebant.* 198
Venuſtum *& formoſum eſſe in quo differant.* 223
Verecundia *præpoſtera artibus quam pernicioſa.* 122
- - - *venuſtatem & gratiam augere dicebant veteres.* 257
Veritatis *ſimulacrum Sacerdotes Ægyptii de collo pendens geſtabant.* 107
- - - *quale fuit illud.* 151
- - - *veritas qualis exigatur à Pictoribus.* ibid.
Verrius Flaccus *prænobilis Grammaticus, ſtatuam habuit prope Romam.* 74
Vertumnus *multiformis poſitus in multis locis civitatis.* 108
- - - *Deus qualis apud veteres.* ibid.
Veſta *filia Saturni prima invenit rationem ædificandi.* 91
Veſtes *Phrygiæ qualesnam, & undenam ſic dictæ.* 86
Veſtis *linea fluminibus tanquam propria dabatur olim in Pictura.* 216
Veteres *an ſolos imitari debeamus.* 17
Vexillis *omnibus Romanorum inſcribebatur nomen Imperatoris noviter creati.* 94
Via *ad intelligentiam Artis Pictoriæ.* 213
Vibices *quales dicebantur.* 271.
- - - *quare ita dictæ fuerunt.* ibid.
Victoriam *pinnatam antiqui Pictores pingebant.* 150
- - - *quare id ab iis ita factum.* ibid.
Victoriatus *lege Clodia fuit percuſſus.* 112
- - - *undenam hoc nomen acceperit.* 74
Victorinus *celebris Rhetor olim apud Romanos.* ibid.
- - - *quare in foro Romano olim ſtatuam acceperat.* ibid.
Villanus *Apollo. Vide* Apollo.
Vina *quare Græci ſolebant miſcere aqua marina.* 215
Virgilius *quomodo ſe verſus ſcribere dicebat.* 129
Virgo *qualis vere pulchra dicenda ſit.* 220
Virtus *imaginativa quomodo fovenda ſit atque excitanda.* 12
- - - *ejuſque olim magna laus.* 83
- - - *qualis nunc.* ibid.
- - - *ejus præmium quare non debet eſſe nimis pervulgatum.* 84
- - - *ejus ſimulacrum quomodo pingebatur apud veteres.* 215
Viſui *quot ſint neceſſaria ad rectam rerum cognitionem.* 206
Vitia *notare poſſe in antiquorum operibus Artifici quam maxime neceſſarium.* 17
Vitis *ſilveſtris olim etiam in ſculptura in uſu.* 281
- - - *vitem auream in regia pompa circumferre ſolebant Reges Perſarum.* 288
Vitrum *quotuplici modo olim figurabatur.* 110
- - - *quibus modis tunc elaboratum fuit.* 295
Vivorum imagines *in privatis ponebantur Bibliothecis.* 84
- - - *quare non etiam in publicis.* ibid.
Ulyſſes *quare Delphinum pro inſigni in ſcuto habuit.* 114
Umbra *in Pictura qualis ſit.* 170
- - - *quomodo in Picturis ſedentium fiat.* 171
Ungues, *quales pro formoſis laudabant veteres.* 263
Vocis *ratio etiam in vera pulchritudine ha-*

benda. 274
Voluptatis *inventa non adeo antiqua quàm neceſſitatis.* 65
Ὑπωλίαστας *quales Picturas vocabant veteres Græci.* 167
Urbium *portæ olim Minervæ Pictura conſpicuæ.* 89
Urorum *cornibus ſeptentrionales barbari potant.* 92
Urſæ *generatio catulorum, & eorum efformatio admirabilis.* 44
Uſus *rerum magiſter eſt optimus.* 127
Vulcani, *quare juxta quoſvis caminos olim collocati.* 95
Vulgus *ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat.* 136
Vultus *in omnibus hominibus aliquid varietatis habet.* 164
Uxor *Loth quare in ſtatuam ſalis converſa.* 47
Uxoria pulchritudo, *qualis dicebatur apud veteres.* 275

X.

XEnia *quidnam Pictores appellare conſueverunt.* 92
Xenocrates *Statuarius de Arte ſua ſcripſit.* 56
Xerxes *Athenis captis ſtatuas cum reliqua alia præda aſportaſſe dicitur.* 75
- - - *quis eas Athenienſibus reddiderit.* ibid.
Ξόανα *qualia ſimulacra fuerunt apud Ægyptios & Carthagmenſes.* 23
Ξυμμετρία. *Vide* Symmetria *vel* Proportio.

Z.

ZAriadris *hiſtoria ædibus Barbarorum Aſiam incolentium olim erat depicta.* 89
- - - *qualiſnam illa fuerit.* ibid.
- - - *quare ex Venere & Adonide procreatus dicebatur.* ibid.
Zeuxis *muliebri in corpore pingendo plurimum aliis omnibus præſtabat.* 24
- - - *quare donare opera ſua inſtituit.* 119
- - - *penicillum ad magnam gloriam perduxit.* 121
- - - *quomodo Penelopen pinxit.* 199, 182.
- - - *quomodo pulchra corpora deſcribere ſolebat.* 163
- - - *uvam pinxit, ad quam aves advolarent.* 165
- - - *quare eam poſtea deleverit.* ibid.

FINIS.

FRANCISCI

FRANCISCI JUNII F. F.

CATALOGUS

ARCHITECTORUM, MECHANICORUM,

ſed præcipue

PICTORUM,

STATUARIORUM,

CÆLATORUM,

TORNATORUM,

aliorumque

ARTIFICUM,

& Operum quæ fecerunt, quorum Index ſeparatim præmittitur,

Secundum ſeriem litterarum digeſtus,

nunquam antehac editus.



ROTERODAMI,

Typis REGNERI LEERS,

MDCXCIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtri & Prænobili Viro,

JOHANNI à JULSINGA,

DOMINO DE TACKENBORG,

TOPARCHÆ IN GARMEWOLDE, TEN BUUR ET TESINGE, &c.

Auguſtæ Civitatis Groningæ Conſuli ſeniori, nunc vero in Supremo hujus Provinciæ Conventu Judiciario Conſiliario graviſſimo;

Societatis Indiæ Occidentalis Directori, nec non Academiæ ſæpius Curatori.

VIR ILLUSTRIS,

MOris eſt & ſolenne ſcripta conſecrantibus illorum patrocinium implorare, de quorum ſcientia juxta & affectu ſecuri ſunt; hoc plerumque inſtituto, ut habeant, aut patronum qui oblatum munus recte poſſit expendere, aut fautorem qui benevole velit tueri. Idem mihi facturo, non diu inquirendum fuit, cui opus Propatrui Franciſci F. F. Junii de Pictorum veterum vitis inſcriberem: occurrebas enim mox, convertente me ad te, VIR ILLUSTRIS, teſtato tuo in literas ſtudio ac cultu ſingulari: manifeſta enim ſatis documenta ſunt, quibus elucet amor quo viros doctos complecteris, & copioſa hiſtoriarum & variarum rerum cognitio. Teſtis Borrii opus, quod quamvis per ſe excellens, & multis titulis nominibusque laudandum, multum tamen ſplendoris & lucis accepit ex illis, quæ tibi editione noviſſima placuit adjungere; adeo ut non minor eruditionis ſis vindex, quam cultor acerrimus. Atque de hoc quidem tibi gratulabitur poſteritas, de altero vero gratias agit Academia, quod toties quaſi moribunda, te duce & auſpice, ſemper revixerit. Cum enim ab ineunte juventute graviſſima obieris munia, ita tibi ſemper cordi fuit Reſpublica, ut, ſive læta fuerint tempora, ſive nubila, nec Curiæ nec Academiæ fide & induſtria unquam defueris. Sed nolumus in laudes tuas, quamvis non fucatas, latius excur-

rere; hoc etenim modeſtis tuis auribus grave & ingratum eſſet. Prope quinquaginta ſunt anni ex quo opus de Pictura Veterum primo typis eſt deſcriptum; cum huic novum ſubinde incrementum accederet, venit Propatruo in mentem adjungere veterum Pictorum vitas. Quum vero extrema ſenectute in Angliam, tanquam alteram patriam, ad promovenda Gothica, Cimbrica & alia ſeptentrionalia ſtudia, remigraret, reliquit utrumque opus Parentis, P. m. & meæ curæ. Et jam ante ſeptemdecim annos publici juris fuiſſet factum, niſi primo fatale bellum (quo durante ſtudiorum plerumque ſunt induciæ) tum patris inopina mors, & demum incerta pax moram injeciſſent. Quum vero Celeberrimus Grævius à Cognato Iſaaco Voſſio reſciſceret, opus hoc penes me ſervari, rogavit Clariſſimum virum, Johannem Menſingam, in hac Academia eloquentiæ & humaniorum literarum Profeſſorem doctiſſimum, ut me hac de re conveniret; quo facto, ipſe literis à me petiit, ut opus Trajectum ad Rhenum tranſmitterem, promittens ſibi curæ fore, ut brevi in publicum prodiret. Nolui deeſſe deſiderio tanti Viri, noveram enim neminem ad hoc magis idoneum, nec alium cujus fidei & ſtudio mallem committere. Non eſt meum de dignitate operis ſententiam ferre, relinquo id judicio literati orbis. Qualecunque autem ſit, auſus tibi ſui offerre, VIR ILLUSTRIS, hunc Propatrui mei Commentarium de Pictorum veterum vitis; nullus dubitans, quin ſub tuo præſidio ſecure poterit latere. Summopere lætabor, ſi tibi placere intellexero: ſin minus, velim recipias tanquam grati animi teſtimonium ac teſſeram. Vale, VIR NOBILISSIME, & conſervandæ ac ornandæ Reipublicæ diu ſis ſuperſtes, ſoſpes & incolumis.

Groningæ die 16 Februarii 1694.

Tuus omni cultu & obſequio

DIONYSIUS, F. P. N. F. F. JUNIUS.

ODE

O D E
In Hiſtoriam Rerum Belgicarum
P E T R I   B O R R I I

Iterato editam, emendatam & locupletatam, anno CIↃ IↃ CLXXV. *ſuppeditatis compluribus monumentis illuſtrioribus*

A B

Illuſtri ac Nobiliſſimo Viro,

JOHANNE à JULSINGA,

DOMINO DE TACKENBORG, TOPARCHA IN GARMEWOLDE, TEN BUUR, TESINGE, &c.

Auguſtæ Civitatis Groninganæ Conſule ſeniore, & tunc in Supremo hujus Provinciæ Conventu judiciario, quem Cameram Hovelmannorum vocant, Præſide graviſſimo,

Societatis Indicæ Occidentalis Aſſeſſore digniſſimo, nec non Academiæ ſæpius Curatore vigilantiſſimo.

DUrum peroſos ſervitii jugum,
Mortes, cataſtas & decimas graves,
Fortes Camillos bellicoſis
Auriacos celebres triumphis,
Claroſque factis Naſſuvios Duces;
Auctoſque Belgas cladibus & malis;
Nomenque libertatis emptum
Funeribus bene collocatis,
Accenſus hauſtis Borrius ignibus
Imis medullis, non ſine Numine,
Evolvit ingenti labore,
Res Patriæ, meritaſque lauros,
Bellique cauſſas, & vitia, & graves
Iras tyranni, pactaque ſæpius
Calcata faſtu non ferendo,
Ac odiis temere novatis.
Sacrata pulchris viribus ingeni;
Sacrata fido pectore Patriæ,

Æternitatis, literisque
Ingenii monumenta pulchri,
Nomen dederunt Borriadæ ſacrum,
Oblivioſo nulla ſilentio
Quod tollet ætas, nulla Martis
Ira feri, nec avarus ignis.
Non vis peruſſit, non alius calor
Recti tenacem propoſiti virum,
Legumque cuſtodem ſeverum,
Præſidium patrii Senatus;
Potens ſuperbit Conſule quo gravi
Groninga, quo gens vindice, quo duce
Se læta Julſingæa tollit,
Nominibus decorata multis.
Non fractus annis ille ſenilibus
Ætate feſſa ſe popularibus
Subduxit undis, conſulenti
Nec Patriæ fugiens laborum.
Præterque curas has ſibi creditas,
Hæc una mentem cura momorderat
Ornare faſtos, una mentem
Promere res Batavas latentes.
Nec ſpes verendum deſtituit virum,
Licet laborum mole tenacium,
Non ipſe faſtis explicandis
Par fuerit remorante fato;
Nam non relictas, quasque coëgerat
Chartas, paratam materiem, ſitu
Perire paſſus, veritatis
Et Patriæ ſtudio monente.
Fœcunda lauris hinc locupletior
Eſt facta multis pagina Borrii,
Hinc pluribus ditata gazis,
Pulchrius hæc facies renidet.
Hinc par parata eſt gloria Conſuli,
Lætæque frondes impedient caput
Utrique, non marcente ramo,
Belgica dum Batavique ſtabunt.

JOH. MENSINGA.

PRÆ-

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

Lectori S.

HAbes hic, Lector benevole, Catalogum Pictorum, Statuariorum, Cælatorum, Architectorum, aliorumque Artificum, ut & illorum Operum, quæ in priſcis monumentis celebrantur. Magno ſtudio illum olim confecit, cùm elaboraret in Commentariis de Pictura Veterum, nobiliſſimus & eruditiſſimus Vir, Franciſcus Junius. Diu delituit primum in ipſius Junii, poſtea, cùm obiiſſet, in ejus hæredum ſcriniis, ex quibus nunc protractum eum eſſe in lucem gaudebis, credo, Lector, cui hæc veteris ævi φιλοτεχνήματα ſunt in deliciis, & gratias ages eximio Viro, Dieterico Junio, cujus muſæo illa debes. Vale.

CATA-

CATALOGUS OPERUM.

Quæ ab antiquis Artificibus elaborata, & à Scriptoribus memoriæ mandata fuerunt.

A.

ABanta vatem fecit Piſon Calaureis: Catalogus in PISON, STATUARIUS.

Abronem Apellis mirantur Samii: Plinius lib. xxxv, cap. 10.

Acaſto ejusque equis maximum ſtudium impendit Micon Pictor: Catal. in MICON.

Achillem nobilem fecit Silanion: Plinius xxxiv, 8.

Achillem fecit Parrhaſius: Idem xxxv, 10.

Achillem virginis habitu occultatum, Ulixe deprehendente, pinxit Athenion Maronites: Idem xxxv, 11.

Achillem ſculpſit Scopas, Idem xxxvi, 5.

Achillis cum Telepho pugnam in Cayci campo ſculpſit Scopas: Catal. in SCOPAS.

Acrolithon vocant ſtatuam coloſſi quæ eſt in fano Martis in ſumma arce media Mauſolci, opus Telocharis: Catal. in TELOCHARES.

Admetum pinxit Cleon: Plin. xxxv, 11.

Adorantem Batton & Apollinem & Junonem, qui ſunt Romæ in templo Concordiæ, fecit Bedas Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Adorantem & miniſtrantem mulierem fecit Euphranor: Idem ibid.

Adorantem ſacerdotem pinxit Apollodorus: Idem xxxv, 9.

Adorantes fœminas fecit Apellas Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Adorantes, ſacrificantes, flentesque matronas fecit Sthenis Statuarius: Idem ibid.

Æglen filiam Æſculapii pinxit Socrates: Idem xxxv, 11.

Ægrum ſine fine laudatum pinxit Ariſtides Thebanus: Idem xxxv, 10.

Æneas Caſtorque ac Pollux Parrhaſii in eadem tabula laudantur: Idem ibid.

Aëropen lugentem Atrei cœnam pinxit Ophelion: Catal. in OPHELION.

Æſculapii & Hygiæ ſigna fecit Damophon: Catal. in DAMOPHON.

Æſculapii ſimulacrum Epidaurium ſculpſit Phidias: Catal. in PHIDIAS ex Athenagoræ Legat.

Æſculapium & Hygiam, qui ſunt in Concordiæ templo Romæ, fecit Nicerates Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Æſculapium fecit Bryaxis: Idem ibid.

Æſculapium pinxit Ariſtarete, Nearchi filia & diſcipula: Idem xxxv, 11.

Æſculapium ſculpſit Cephiſſodorus; ſpectabatur Romæ intra Octaviæ porticus in Junonis æde: Idem xxxvi, 5.

Æſculapius Alcamenis. Vide ALCAMENES in Catal.

Æſculapius eburneus Colotis: Catalog. in COLOTES.

Æſculapius & filiæ Hygia, Ægle, Panacea, Jaſo, ſunt opus Socratis Pictoris: Plin. xxxv, 11.

Æſculapius & Hygia Scopæ: Catalog. in SCOPAS.

Æſculapius & Hygia Stratonis: Catal. in STRATON.

Æſculapius imberbis, opus Calamidis, ex ebore & auro: Catal. in CALAMIS, ex Pauſania.

Æſculapius Philomachi: Catal. in PHILOMACHUS.

Æſculapius Praxitelis: Catal. in PRAXITELES.

Æſculapius Thraſymedis: Catal. in THRASYMEDES.

Æſopo fabulatori plaſtice Ariſtodemi non minorem attulit famam, quàm fabulæ ab eo compoſitæ: Catal. in ARISTODEMUS, ex Tatiano.

Æſopus Lyſippi: Catol. in LYSIPPUS, ex Anthologia.

Agamemnonem fecit Parrhaſius: Plinius xxxv, 10.

Agaſonem cum equo pinxit Athenion Maronites in una tabula, quaque maxime inclaruit: Idem xxxv, 11.

Agatharchum pinxit Simonides: Idem ibid.

Agenorem Thebanum puerum palæſtritam Polycletus Argivus elaboravit: non idem qui ſignum Junonis Argivæ fecit, ſed Naucydis diſcipulus: Catal. in POLYCLETUS ALTER.

Agrippæ pantheum decoravit Diogenes Athenienſis: Plin. xxxvi, 5.

Ajacem armorumque judicium pinxere Parrhaſius & Timanthes de artis gloria inter ſe certantes: Idem xxxv, 10.

Ajacem & Medeam Cæſari Dictatori pinxit Timomachus Byzantius, Idem xxxv, 11.

Ajax fulmine incenſus, opus Apollodori Pictoris, Pergami ſpectatur hodie: Idem xxxv, 9.

Alceti ſtatuam fecit Cleon: Cat. in CLEON.

Al-

Alcibiadem Nemeæ ſedentis genibus inſidentem pinxit Aglaophon: Catal. in Aglaophon, ex Athenæo.

Alcibiadem repræſentavit Niceratus Statuarius, lampadeque accenſa matrem ejus Demaraten ſacrificantem: Plin. xxxiv, 8.

Alcibiades Polycleti: Catal. in Polycletus.

Alcibiades. Quadriga Pyromachi Statuarii regitur ab Alcibiade: Plin. lib. xxxiv, cap. 8.

Alcippes elephantum enixæ imaginem fecit Niceratus: Catal. in Niceratus, ex Tatiano.

Alcmena nullius eſt nobilior ea quam Praxiteles fecit ex ære: Plin. xxxiv, 8.

Alcmenam Agrigentinis donavit Zeuxis: Plin. xxxv, 7.

Alcmenæ thalamum Amphitryoni exædificavit Agamedes & Trophonius: Catal. in Agamedes.

Alexander Paris eſt opus Euphranoris, in quo laudatur quod omnia ſimul intelligantur, judex Dearum, amator Helenæ, & tamen Achillis interfector: Plinius libro xxxiv, cap. 8.

Alexandrum Magnum, multis operibus à pueritia ejus orſus, fecit Lyſippus; quam ſtatuam inaurari juſſit Nero princeps, delectatus admodum ea: Plinius libro xxxiv, cap. 8.

Alexandri venationem, quæ Delphis ſacrata eſt, fecit Lyſippus. Alexandri adhæc amicorumque ejus imagines ſumma omnium ſimilitudine expreſſit. Has Metellus, Macedonia ſubacta, tranſtulit Romam: ibid.

Alexandrum optime expreſſit Euthycrates filius ac diſcipulus Lyſippi: ibid.

Alexandrum Magnum & Philippum patrem ejus fecit Chæreas Statuarius: ibid.

Alexandrum & Philippum in quadrigis fecit Euphranor: ibid.

Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Epheſiæ Dianæ viginti talentis auri: Plin. xxxv, 10.

Alexandrum & Philippum quoties pinxerit Apelles, enumerare ſupervacuum eſt: ibid.

Alexandrum pinxit Protogenes: ibid.

Alexandri prælium cum Dario pinxit Philoxenus Eretrius regi Caſſandro: ibid.

Alexandrum ac Philippum pinxit Antiphilus: ibid.

Alexandrum itidem puerum: ibid.

Alexander Niciæ, in porticibus Pompeji: Plin. xxxv, 11.

Alexandri Magni & Roxanes nuptias in Olympiam pertulit Aëtio Pictor: Catal. in Aetio.

Alexandrum & Philippum nec non Amyntam patrem Philippi ex ebore atque auro fabricavit Leochares, ſicuti & Olympiadis Euridiceſque ſimulacra: Catalog. in Leochares.

Alexander Lyſippi: Catal. in Lysippus, ex Anthologia.

Alexibius Aceſtoris Statuarii: Cat. in Acestor.

Alexinicus Eleus, opus Canthari: Cat. in Cantharus, ex Pauſania.

Amazonem in templo Dianæ Epheſiæ dicatam fecit Polycletus: Plin. lib. xxxiv, ca. 8.

- - - dicandam fecere itidem Phidias, Cteſilas, Cydon, & Phradmon vel Phragmon: ibid.

Amazonem vulneratam fecit Cteſilaus Statuarius: ibid.

Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant, fecit Strongylion Fictor: ibid.

Amazonum prælium cælavit Phidias in ſcuto Minervæ Atticæ, intumeſcente ambitu Parmæ: Plin. xxxvi, 5.

Amazonem equeſtrem cum Hercule pro baltheo pugnantem fecit Ariſtocles: Catal. in Aristocles Cydoniates.

Amicitiam & concordiam pixit Abron: Plinius lib. xxxiii, 11.

Ammonis ſtatua, opus Calamidis: Catal. in Calamis, ex Pauſania.

Amor, Appetitus, Cupido (ἔρως, ἵμερος, πόθος) Scopæ ſunt apud Megarenſes in Veneris fano, quorum ſpecies non minus ſunt diverſæ, quàm nomina pro ratione poteſtatis impoſita: Catal. in Scopas.

Amphion & Zetus ac Dirce & Taurus, vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii & Tauriſci: Plin. xxxvi, 5.

Amphitrites novem cubitorum ſimulacrum, quod in Teno adoratur, opus eſt Teleſii Statuarii: Catal. in Telesius.

Amyntam Pancratiaſten fecit Polycles: Catal. in Polycles, Statuarius.

Amyntam Philippi regis patrem ex ebore & auro fecit Leochares: Catal. in Leochares.

Anadyomenen, id eſt, Venerem exeuntem è mari, pinxit Apelles: Plin. xxxv, 10.

Ancæum Apellis mirantur Rhodii: Idem xxxv, 10.

Ancæo vulnerato ab apro, cum ſocia doloris Aſtypale, laudatur Ariſtophon: Idem xxxv, 11.

Andromeda, grandis pictura Niciæ: Idem ibid.

Andromedam in vinculis pinxit Euanthes: Catal. in Euanthes, ex Achille Tatio.

Androſthenem Pancratiaſten fecit Nicodamus: Catal. in Nicodamus.

Anhelantem luctatorem fecit Naucerus,

Statuarius: Plinius xxxiv, 8.

- - - Hoplitidum Parrhaſii alter anhelare ſentitur: Idem xxxv, 10.

Animalia optime pinxit Nicias: Catal. in NICIAS.

Annulos eximie ſculpebant Cyrenæi: Cat. in CYRENÆI.

Anochus Ageladæ: Cat. in AGELADES.

Anſerem eximie ſtrangulat infans Boëthi, quamquam argento melioris: Plinius libro xxxiv, cap. 8.

Antæum à terra ſuſtinentem Herculem, Polycletus fecit: Idem ibid.

Antæi luctam cum Hercule fecit Praxiteles, Sculptor: Catal. in PRAXITELES.

Antigoni regis imaginem, altero lumine orbam, quomodo pinxerit Apelles: Plin. xxxv, 10.

Antigonum Thoracatum cum equo incedentem fecit Apelles. Peritiores Artis præferunt omnibus ejus operibus eundem regem ſedentem in equo: Idem ibid.

Antigonum regem pinxit etiam Protogenes: Idem ibid.

Antiochum Pancratiaſtam fecit Nicodamus: Catal. in NICODAMUS, STATUARIUS.

Antipatrum Mileſium fecit Polycletus: Catol. in POLYCLETUS.

Anus fecit Ariſtodemus, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Anus lampadas præferens, recenſetur inter nobiliores Echionis picturas: Idem xxxv, 10.

Anus ebria eſt Smyrnæ imprimis inclyta, quam ſculpſit Myron ille qui in ære laudatur: Idem xxxvi, 5.

Anytæ meretriculæ ſtatuam fecere Euthycrates & Cephiſodotus: Catal. in EUTHYCRATES.

Apis ænea Phidiæ: Catal. in PHIDIAS.

Apollinem fecit Myron, quem ab Antonio triumviro ſublatum reſtituit Epheſiis Divus Auguſtus, admonitus in quiete: Plin. xxxiv, 8.

Apollinem citharœdum ſerpentemque ejus ſagittis confici, qui Dicæus appellatus eſt, fecit Pythagoras Leontinus: Idem ibid.

Apollinem Telephanis Statuarii laudant: Idem ibid.

Apollinem & Junonem & adorantem Batton, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo, fecit Bedas Statuarius: Idem ibid.

Apollinem nudum, qui Phileſius cognominatur, fecit Canachus Statuarius: Idem ibid.

Apollinem diadematum fecit Leocras Statuarius: Idem ibid.

Apollinem & Dianam pinxit Nicomachus: Idem xxxv, 10.

Apollinem Palatinum ſculpſit Scopas: Idem xxxvi, 5.

Apollinem Calamidis, illius Cælatoris, reperio laudari in hortis Servilianis. Sculpſerat eum Calamis ex marmore: Idem ibid.

Apollinem ac Dianam ex uno lapide ſculpſit Lyſias, &c. Idem ibid.

Apollinem ſculpſit Praxiteles, qui olim ſpectabatur in Aſinii Pollionis monumentis: Idem ibid.

Apollinem & Jovem Athenodorus Clitorius fecit: Catal. in ATHENODORUS, STATUARIUS, ex Pauſania.

Apollinem, quem Alexicacon vocant, Athenienſibus fecit Calamis: Catal. in CALAMIS, ex Pauſania.

Apollinem Didymæum Mileſiis fecit Canachus, Statuarius, ut & Iſmenium Apollinem Thebanis: Catal. in CANACHO, ex Pauſania.

Apollinem è candido lapide fecit Polycletus: Catal. in POLYCLETUS.

Apollinis ædem Delphis pinxit Ariſtoclides: Plin. xxxv, 11.

Apollinis ſimulacrum Sicyoniis ſculpſerunt Dipœnus & Scyllis: Idem xxxvi, 4.

Apollinis ſimulacrum Deliis fecerunt Tectæus & Angelion: Catal. in ANGELION.

Apollinis Lycii ſignum, opus Attali Athenienſis: Catal. in ATTALUS, STATUARIUS, ex Pauſania.

Apollinis ſimulacrum, opus Bryaxidis & Antiochiæ in Daphna conſecratum, impenſe colebat Julianus ὁ παραβάτης, &c. Catal. in BRYAXIS, ex Cedreno.

Apollinis coloſſum, opus Calamidis, L. Lucullus dedicavit in Capitolio: Catal. in CALAMIS, ex Strabone.

Apollinis ædem cum inaurato ſimulacro Chiroſophus fecit: adſiſtit Apollini ipſe Chiroſophus è marmore: Catal. in CHIROSOPHUS, STATUARIUS.

Apollinis jam adulti ſtatuam fecit Onatas: Catal. in ONATAS, STATUARIUS, ex Anthologia.

Apollinis & Jovis ſtatuæ adjacenteſque iis leones ſpectabantur olim Pataris, dubia fama Phidiæ an Bryaxidis eſſent: Catal. in PHIDIAS.

Apollo Philiſci Sculptoris Rhodii ſpectatur in delubro ſuo ad Octaviæ porticum. Item alius ejuſdem Philiſci Apollo nudus. Eum qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides fecit: Plinius xxxvi, 5.

Apollo Eubulidis: Catal. in EUBULIDES.

Apollo, cognomento Clarius, Ars Hermogenis, dicatus erat Corinthi ex ære: Catal. in HERMOGENES.

Apollo Leocharis: Catal. in LEOCHARES.

Apollo Onatæ: Catal. in ONATAS, STATUARIUS.

Apollo Pauſaniæ: Catal. in PAUSANIAS, STATUARIUS.

Apollo æneus, cognominatus Parnopius, opus Phidiæ, ſpectabatur Athenis extra templum Minervæ: Catal. in PHIDIAS.

Apollo Smintheus Scopæ: Catal. in SCOPAS.

Apollodorus Silanionis: Plin. XXXIV, 8.

Apoxyomenos, id eſt, diſtringens ſe Lyſippi: Idem ibid.

Appetitus (ἵμερος) Scopas ei, velut Numini, ſtatuam tribuit. Vide quæ paullo ante annotavimus in AMOR.

Apri Calydonii venationem ſculpſit Scopas in Tegeatis Aleæ Minervæ templo: Catal. in SCOPAS.

Aquilam fecit Leocras parcentem unguibus in Ganymede: Plin. XXXIV, 8. Albinovanus Elegia in obitum Mæcenatis:

- - - *Preſſo molliter ungue rapit.*

Aram ad templum Jovis Servatoris in portu Athenienſium fecit Cephiſſodorus Statuarius, cui pauca comparantur: Idem ibidem.

Aratum victorem cum trophæo pinxit Leontiſcus: Idem XXXV, 11.

Aratus Pellenen ab Ætolis captam recuperans pictus à Timanthe: Cat. in TIMANTHES.

Arcadis imaginem & Victoriam fecit Dædalus Sicyonius: Catal. in DÆDALUS ALTER.

Archelaum cum uxore & filia fecit Apelles: Plinius XXXV, 10.

Archigallum pinxit Parrhaſius, amatum Tiberio: Idem ibidem.

Ardeatis templi Pictor Ludius: Idem ibid.

Areopagitas & judicium Oreſtis cælavit Zopirus in duobus ſcyphis H-S XII æſtimatis: Idem XXXIII, 12.

Argivam pſaltriam Olynthius Herodotus fabricavit: Cat. in HERODOTUS, ex Tatiano.

Argivorum primam ad Thebas expeditionem pinxit Onatas apud Platæenſes in pariete veſtibuli ædis Minervæ: Cat. in ONATAS.

Argonautas fecit Buthyreus Statuarius: Plinius XXXIV, 8.

Argonautas pinxit Micon: Cat. in MICON.

Ariadnen & Liberum patrem pinxit Ariſtides, ſpectatos Romæ in æde Cereris: Plin. XXXV, 10.

Ariſtarchum præceptorem ſuum quomodo depinxerit Dionyſius Thrax: Catal. in DIONYSIUS THRAX.

Ariſteum Argivum, curriculi longioris victorem, fecit Pantias: Catal. in PANTIAS, STATUARIUS.

Ariſtionem & Therſilochum fecit Polycletus Argivus: Catal. in POLYCLETUS.

Ariſtodemum fecit Dædalus Sicyonius: Catal. in DÆDALUS ALTER.

Ariſtogiton. Vide HARMODIUS.

Ariſtotelis Philoſophi matrem pinxit Protogenes; qui etiam ſuadebat ut Alexandri Magni opera pingeret, propter æternitatem rerum. Impetus animi & quædam artis libido in alia potius eum tulere. Noviſſime tamen pinxit & Alexandrum: Plin. XXXV, 10.

Armatos & prælia cælavit Lædus: Idem XXXIII, 12.

Armatos fecere Statuarii complures: Idem XXXIV, 8.

Armati atque in populabundos hoſtes incurſuri picturam, quo lenocinio ſpectatoribus commendaverit Theon: Catal. in THEON.

Arſinoë Satureji: Catal. in SATUREJUS, SCULPTOR.

Artemona, qui Periphoretus appellatus eſt, fecit Polycletus: Plin. XXXIV, 8.

Aſamonem Daippus fecit: Catal. in DAIPPUS.

Aſellos & opſonia ac ſimilia pinxit Pyreicus, ob hoc cognominatus Rhyparographos: Plin. XXXV, 10.

Aſellum pinxit Polygnotus: Cat. in POLYGNOTUS.

Aſtragalizontes, duos pueros talis nudos ludentes fecit Polycletus, & ſunt in Titi Imp. atrio; quo opere nullum abſolutius plerique judicant: Plin. XXXIV, 8.

Aſtylon ſtadiodromon, qui Olympiæ oſtenditur, & quo Myronem vicit, fecit Pythagoras Leontinus: Idem ibid.

Aſtylon Crotoniaten fecit Pythagoras: Catal. in PYTHAGORAS.

Aſtypalen una cum Ancæo ab apro vulnerato, pinxit Ariſtophon: Plin. XXXV, 11.

Atalantam ore Meleagro morigerantem pinxit Parrhaſius: Cat. in PARRHASIUS.

Athamantis furorem Learcho filio præcipitato reſidentem, pœnitentiamque, cum exprimere vellet Ariſtonidas Artifex, ferrum & æs miſcuit, ut, &c: Idem XXXV, 14.

Athletas fecit Calcoſthenes, Statuarius: Idem XXXIV, 8.

Athletis ſpectatus Mycon, Statuarius: Idem ibid.

Athletas fecere Batton, Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus, Statuarii, &c. Idem ibid.

Athletam pinxit Zeuxis, in quo, &c. Idem XXXV, 9.

Athletam pinxit Protogenes: Idem XXXV, 10.

Atticæ plebis imaginem pinxit Ariſtolaus: Idem XXXV, 11.

Auguſti Cæſaris imaginem, qua ipſe & inſecuti aliquot Impp. utebantur in ſignando, ſculpſerat Dioſcorides: Catal. in DIOSCORIDES.

Autoboream pinxit Zeuxis: Cat. in ZEU-

xis, ex Luciano.
Autolicon, puerum pancratio victorem, propter quem Xenophon ſcripſit Sympoſium, fecit Leocras Statuarius: Plinius xxxiv, 8.
Autolycum Sthenidis Lucullus expugnata captaque Sinope abſtulit: Cat. in Sthenis.
Automata Dædali: Cat. in Dædalus.
Azana & Triphylum Samolas Arcas efformavit: Catal. in Samolas, Statuarius.

B.

Baccha inſaniens Scopæ: Cat. in Scopas.
Bacchæ, Centaurique Acraganthis, cælati in ſcyphis, conſpiciebantur in ipſa Rhodo in templo Liberi patris: Plin. xxxiii, 12.
Bacchas nobiles, arreptantibus Satyris, pinxit Nicomachus: Plin. xxxv, 10.
Bacchum infantem portans Mercurius, opus Praxitelis: Catal. in Praxiteles.
Bacchus Alcamenis ex ebore atque auro: Cat. in Alcamenes.
Bacchus Lyſippi eſt in Helicone: Catal. in Lysippus.
Bacchus Myronis: Catal. in Myron, ex Anthologia.
Bacidi Trœzenio, qui luctatores vicit, ſtatuam fecit Naucydes: Cat. in Naucydes.
Barbaros poſt Marathoniam pugnam Græcis majores pingens Micon, condemnatus eſt ab Athenienſibus: Catal. in Micon, Pictor.
Batton adorantem & Apollinem & Junonem, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo, fecit Bedas Statuarius: Plinius lib. xxxiv, cap. 8.
Batti ſtatuam fecit Amphion: Catal. in Amphion, Statuarius.
Belli imaginem, quam pinxit Apelles reſtrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante, mirata eſt Roma: Plin. xxxv, 10.
Bellum Iliacum pluribus tabulis pinxit Theodorus, quod eſt Romæ in Philippi porticibus: Idem xxxv, 11.
Bellum Iſſicum, ſæculo ſuo geſtum, pinxit Helena Timonis Ægypti filia: Cat. in Helena, Pictrix.
Beſantidem Pæonum reginam, quòd infantem nigrum peperiſſet, Dinomenes Arte ſua efformavit: Cat. in Dinomenes, ex Tatione.
Bigas cum auriga fecit Ariſtodemus Statuarius: Plin. xxxiv, 8.
Bigæ Pitho mulierem impoſuit Piſicrates Statuarius: Idem ibidem.
Bigam pinxit Eutychides, regit Victoria: Idem xxxv, 11.
Boni Eventus ſimulacrum dextra pateram, ſiniſtra ſpicam ac papaver tenens fecit Euphranor nobilis Statuarius: Idem libro xxxiv, cap. 8.
Boni Eventus & bonæ Fortunæ ſimulacra, quæ Praxiteles ſculpſerat, erant in Capitolio: Idem lib. xxxvi, cap. 5.
Boves & equos optime expreſſit Strongylion: Cat. in Strongylion.
Boves ex ære duæ poſitæ ſunt in Elide, utramque fecit Phileſius: Cat. in Phileſius.
Boüm immolationem, ſpectatam in Pompeji porticibus, fecit Pauſias: Plin. lib. xxxv, cap. 11.
Boüm immolationem pinxit Ariſtolaus: Idem ibidem.
Britomarten vocant Cretenſes gentiliter Dianam: Cat. in Dædalus, ex Solino.
Brutus Philippenſis, amando puerum quem fecerat Strongylion Statuarius, illuſtravit eum ſuo cognomine: Plin. xxxiv, 8.
Bucula Myronem maxime nobilitavit: Idem ibid.
Buten pinxit Micon: Cat. in Micon, Pictor.
Bycellus, qui primus pueros in pugillatu vicit, opus eſt Canachi: Cat. in Canachus.

C.

Cacizotechnos cognomen fuit Callimachi Statuarii, ſemper calumniatoris ſui: Plin. xxxiv, 8.
Cadmum & Europen pinxit Antiphilus; ſpectabantur in Pompeja porticu Romæ; Idem xxxv, 10.
Calliæ Athenienſi pancratiaſtæ ſtatuam fecit Micon Pictor: Cat. in Micon, ex Pauſania.
Callicrates Magneſius eſt opus Lyſippi: Catal. in Lysippus.
Callimorphos Minerva Phidiæ tam eximiæ fuit pulchritudinis, ut à forma nomen acceperit: Plin. xxxiv, 8.
Calliſto filiam Lycaonis fecit Dinomenes, Statuarius: Catal. in Dinomenes.
Calliſto Pauſaniæ: Catal. in Callisto, Statuarius.
Calliſtratum ſcriptorem hiſtoriarum ſculpſit Amphiſtratus; ſpectabatur Romæ in hortis Servilianis: Plin. xxxvi, 5.
Callonem Daippus fecit: Catal. in Daippus, Statuarius.
Calypſo, grandis pictura Niciæ; ejuſdem quoque Calyſo ſedens fuit in porticibus Pompeji, Plin. xxxv, 11.
Calypſo ſenem pinxit Irene Cratini filia: Idem ibid.
Campaſpen, Alexandro ex pallacis præcipue dilectam, nudam pinxit Apelles: Idem

Idem xxxv, 10.
Canem ſculpſit Leucon: Catal. in Leucon.
Canem fecit Myron: Plin. xxxiv, 8.
Canem & Sagittarium fecit Simon Statuarius: Idem ibid.
Canem in pugna Marathonia pro domino pugnantem expreſſit Micon: Catal. in Micon, Pictor.
Canem aureum ſpirantemque à Vulcano fabricatum Pandares abſtulit è Jovis templo, quod erat Cretæ, commiſitque cuſtodiæ Tantali. Jove autem furtum per Mercurium repetente, &c. Catal. in Vulcanus.
Canephoræ Polycleti: Catal. in Polycletus.
Canephorus, quem ſculpſit Scopas, ſpectabatur in monumentis Aſinii Pollionis: Plin. xxxvi, 5.
Canes proſperrime expreſſit Nicias: Idem xxxv, 11.
Canibus & venatione nobilitatus eſt Lyſippus: Idem xxxiv, 8: ut & filius ejus Euthycrates: Idem ibid.
Canis mire factus eſt in Protogenis Jalyſo: Idem xxxv, 10.
Canona fecit Polycletus: Idem xxxiv, 8.
Capanea pinxit Tauriſcus: Idem xxxv, 11.
Captivæ Ageladæ: Catal. in Agelades.
Caryatides ſculpſit Praxiteles, quæ olim Romæ in Aſinii Pollionis monumentis fuere: Plin. xxxvi, 5.
Caryatides in columnis Panthei, quod decoravit Diogenes Athenienſis, probantur inter pauca operum: Idem ibid.
Caſſandram, quæ eſt in Concordiæ delubro, pinxit Theodorus: Idem xxxv, 11.
Caſſandram Delphis in exedra pinxit Polygnotus: Catal. in Polygnotus.
Castor ac Pollux Hegiæ Statuarii: Plin. xxxiv, 8.
Caſtor ac Pollux & Æneas Parrhaſii in eadem tabula: Idem xxxv, 10.
Caſtorem & Pollucem Apellis miratur Roma: Idem ibid.
Caſtoris & Pollucis ſimulacra ſculpſere Dipœnus & Scyllis: Catal. in Dipoenus, bis.
Caſtoris & Pollucis lignea ſimulacra, opus Hermonis Trœzenii: Cat. in Hermon, Sculptor.
Caſtoris & Pollucis res geſtas, & nuptias Leucippi filiarum, Athenis in perantiquo templo pinxit Polygnotus: Catal. in Polygnotus.
Cataguſan ex ære fecit Praxiteles: Plinius xxxiv, 8.
Cedalioni Naxio tradidit Juno Vulcanum filium inſtituendum in Arte fabrili: Catal. in Cedalion, Faber.
Celetizontas pueros fecit Canachus: Plin. xxxiv, 8.
Celetizontes pueri Hegiæ Statuarii: Plin. xxxiv, 8.
Centauri cælati in ſcyphis ab Acraganthe conſpiciebantur Rhodi in templo Liberi patris: Idem xxxiii, 12.
Centaurorum & Lapitharum dimicationem cælavit Phidias in ſoleis Minervæ Atticæ: Idem xxxvi, 5.
Centauros nymphas gerentes ſculpſit Archeſita, erant in Pollionis Aſinii monumentis: Idem ibid.
Centaurus Zeuxidis inter omnes magni Artificis tabulas argumenti novitate atque Artis cura facile princeps fuit: Catal. in Zeuxis, ex Luciano
Cererem ſculpſit Praxiteles, quæ olim ſpectabatur in hortis Servilianis: Plin. lib. xxxvi, cap. 5.
Cererem fecit Sthenis: Idem xxxiv, 8.
Cereris ædem Romæ utroque genere Artis ſuæ excoluerunt Damophilus & Gorgaſus, Plaſtæ laudatiſſimi, iidemque Pictores, &c. Idem xxxv, 12.
Cereris ſignum fecit Damophon Sculptor: Catal. in Damophon.
Ceres Euclidis: Cat. in Euclides, Sculptor.
Ceres ænea Onatæ: Catal. in Onatas, Statuarius.
Cervum ita veſtigiis ſuſpendit Canachus Statuarius, ut linum ſubter pedes trahatur, &c. Plin. xxxiv, 8.
Chæreæ pugilis ſtatuam fecit Aſterion: Catal. in Asterion.
Chameteras Veſtæ addidit Scopas: Plin. xxxvi, 5.
Chaonides & Moloſſicos canes ajunt originem traxiſſe ab illo cane, quem Vulcanus ex Demoneſio ære fabricatum, anima indita, Jovi dono dedit: Jupiter autem Europæ: Europa Minoi: Minos Procridi: Procris Cephalo. Hic ejus erat naturæ, ut nihil poſſet evadere impetum, &c. Catal. in Vulcanus.
Charites in propylæo Athenienſium ſculpſit Socrates: Plin. xxxvi, 5.
Charites pinxit Pythagoras Parius: Catal. in Pythagoras, Pictor.
Charonis vultum petræ incidens atque urbi dicans Læius, liberavit Antiochiam fame: Catal. in Læius, ex Tzetze.
Chilonis Achæi Patrenſis ſtatuam fecit Lyſippus: Catal. in Lysippus.
Chimonis ducis ſtatuæ probatiſſimæ ſunt omnium Naucydis operum: Catal. in Naucydes.
Chionides Myronis: Catal. in Myron.
Chorea Dædali: Catal. in Dædalus.
Chriſtum pinxit Ananias: Catal. in Ananias.
Cicada ænea Phidiæ: Catalogus in Phidias.
Cicadæ monumentum ac locuſtæ Myronem fecíſſe

***

feciſſe carminibus ſuis Erinna ſignificat: Plin. xxxiv, 8.

Claudicantem, cujus ulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes videntur, Syracuſis fecit Pythagoras Leontinus: Idem lib. xxxiv, cap. 8.

Cleiſophus ægre à ſe depulit obſcœnum amorem ſigni, quod ex marmore Pario rara arte ſculpſerat Cteſicles: Catal. in CTESICLES.

Cleoſthenis currus opus eſt Ageladæ: Catal. in AGELADES.

Cliduchon eximia forma fecit Euphranor: Plin. xxxiv, 8.

Cliduchum fecit Phidias: Idem ibid.

Clypeo dimicantem pinxit Antidotus: Idem xxxv, 11.

Clytæmneſtram pinxit Tauriſcus: Idem ib.

Clytum ad bellum feſtinantem pinxit Apelles: Idem xxxv, 10.

Clytus ſtatuam fecit Amphiſtratus: Catal. in AMPHISTRATUS.

Cogitantes palliatos pinxit Euphranor: Plin. xxxv, 11.

Cognationem nobilium pinxit Timomachus Byzantius: Idem ibid.

Cognationem pinxit Pamphilus: Idem xxxv, 10.

Columba lignea volans Archytæ: Catal. in ARCHYTAS, MECHANICUS, ex Aulo Gellio.

Comicas tabellas fecit Calaces: Plin. xxxv, 10.

Comœdiam & Tragœdiam pinxit Echion: Idem ibid.

Comœdos fecit Calcoſtenes Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Comœdos Athenis in Pompejo pinxit Craterus: Idem xxxv, 11.

Computans digitis, opus Eubolidis Statuarii: Idem xxxiv, 8.

Concionantem manu elata fecit prior Cephiſſodorus, perſona in incerto eſt: Idem ibid.

Concordiam & Amicitiam pinxit Abron: Idem xxxv, 11.

Corinnam fecit Silanion: Catal. in SILANION, STATUARIUS.

Cratiſthenis Cyrenæi currum æneum, in quem aſcendit Victoria cum ipſo etiam Cratiſthene, fecit Pythagoras Statuarius: Catal. in PYTHAGORAS.

Credulitatem in tabula numeroſiſſima exhibuit Ariſtophon: Plin. xxxv, 11.

Creſſam nutricem, infantemque in manibus ejus, pinxit Parrhaſius: Idem xxxv, 10.

Crianii Elei ſtatuam fecit Lyſus: Catal. in LYSUS.

Cucurbitas pingebat Adrianus Imp. Catal. in ADRIANUS IMP.

Cupidinem elaboravit Theſpeſienſibus ex ære Lyſippus, ſicut ante eum Praxiteles ex lapide Pentelico: Catal. in LYSIPPO, ex Pauſania.

Cupidinem Theſpiis fecit Menodorus, opus Praxitelis imitatus: Catal. in MENODORUS, SCULPTOR.

Cupidinem pinxit Pauſias omittentem ſagittas atque arcum, ac lyram pro illis ſumentem: Catal. in PAUSIAS, ex Pauſania.

Cupidinem Libero patri aſſiſtentem fecit Thymilus: Catal. in THYMILUS, STATUARIUS.

Cupidinem roſis coronatum pinxit Zeuxis: Catal. in ZEUXIS.

Cupidines cælavit Mys; Rhodi ſpectabantur in templo Liberi patris: Plin. xxxiii, 12.

Cupidines inter & Gratias Venerem pinxit Nealces: Idem xxxv, 11.

Cupidines aligeros cum leæna ludentes ſculpſit Arceſilaus, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alii calcearent ſoccis, omnes ex uno lapide: Idem xxxvi, 5.

Cupido Alcamenis: Cat. in ALCAMENES.

Cupido objectus à Cicerone Verri, ille propter quem Theſpiæ viſebantur, quemque Praxiteles ſculpſerat, poſtea ſpectatus eſt Romæ in Octaviæ ſcholis. Ejuſdem & alter nudus in Pario colonia Propontidis: Plin. xxxvi, 5.

Cupido, πόθος. Scopas ei diverſam ab Appetitu atque Amore ſtatuam fecit, haud aliter ac ſi diſtinctum ab iis Numen eſſet. Vide quæ ſupra diximus in *Amor*.

Currentes quadrigas pinxit Ariſtides: Plin. xxxv, 10. Huic ſimile eſt illud xxxv, 11; Antiphilus laudatur lanificio, in quo properant omnium mulierum penſa.

Currus eſt æneus & vir conſcendens eum in Alti: deſultorii porro equi utrimque juxta currum adſtant, atque inſidentes iis pueri. Currum fecit Onatas, equi cum pueris ſunt opus Calamidis: Catal. in ONATAS STATUARIUS.

Cyclopem dormientem Timanthes pinxit in parvula tabella: Plin. xxxv, 10.

Cydippen pinxit Protogenes: Idem ibid.

Cynegirum pinxit Phaſis: Catal. in PHASIS.

Cyniſcam Archidami filiam Apelles pinxit in Elide: Catal. in APELLES, ex Pauſania.

Cyniſco è Mantinea puero pugili ſtatuam fecit Polycletus: Catal. in POLYCLETUS.

D.

DÆdalum ſtantem ſculpſit Polycharmus: Plin. xxxvi, 5.

Damocriti ſtatuam fecit Cleon: Catal. in CLEON.

Damoxenidam pugilem Mænalium fecit Ni-

Nicodamus, Plaſta, ex Mænalo: Catal. in NICODAMUS.

Danaën, mirantibus eam prædonibus, pinxit Artemon: Plin. xxxv, 11.

Deas dilectarum imagine Romæ pinxit Arellius, itaque in pictura ejus ſcorta numerabantur: Plin. xxxv, 10.

Dejaniram & Herculem pinxit Artemon: Plin. xxxv, 11.

Deiphobum numeroſæ tabulæ inſeruit Ariſtophon: Idem ibid.

Delphicos pentathlos pancratiaſtas fecit Myron: Idem xxxiv, 8.

Demetrium regem fecit Tiſicrates, Statuarius: Idem ibid.

Demetrium regem pinxit Theodorus: Idem xxxv, 11.

Demetrium Tenedium luctatorem fecit Dionyſicles Mileſius: Catal. in DIONYSICLES, STATUARIUS.

Demon Athenienſium pinxit Parrhaſius, argumento quoque ingenioſo: volebat namque &c. Plin. xxxv, 10.

Deorum ſimulacra pinxit Abron: Idem xxxv, 11.

Deorum & Gigantum dimicationem cælavit Phidias in concava parte ſcuti Minervæ Atticæ: Idem xxxvi, 5.

Deucalionem pinxit Meneſtratus Pictor ineptiſſimus: Catal. in MENESTRATUS.

Deûm matrem in leone ſedentem pinxit Nicomachus, Ariſtodemi filius ac diſcipulus: Plin. xxxv, 10.

Deûm matris habent longe antiquiſſimum ſignum Magneſii, quod Broteam feciſſe perhibent, filium Tantali: Catalog. in BROTEAS.

Deûm mater Damophontis: Catal. in DAMOPHON.

Deûm matrem fecit Phidias: Catalog. in PHIDIAS.

Diadumenum molliter juvenem fecit Polycletus, centum talentis nobilitatum: Plin. xxxiv. 8.

Diagoræ pugilis ſtatuam elaboravit Callicles Megarenſis: Catal. in CALLICLES.

Diana Praxitelica, quæ viſebatur Anticyræ, gerebat facem dextera, & pharetram ſuper humeris, adſtabatque ei canis ad ſiniſtram: Catal. in PRAXITELES.

Diana Scopæ: Catal. in SCOPAS.

Diana Strongylionis: Catal. in STRONGYLION.

Diana Romæ eſt in Palatio, Apollinis delubro, Timothei manu ſculpta, cui ſigno caput repoſuit Aulanius Euander: Plin. xxxvi, 5.

Diana & Delius Idæi & Angelionis opus: Catal. in ANGELION.

Diana gryphe furſum evecta inclaruit Aregon Corinthius: Catal. in AREGON, PICTOR.

Diana Monogeniſſa, opus Dædali, Catal. in DÆDALUS.

Diana, quæ Meſſeniis appellatur Laphria, opus eſt Damophontis: Catal. in DAMOPHON, SCULPTOR.

Diana Brauronia Praxitelis: Catal. in PRAXITELES.

Dianæ glorioſæ (Ἀρτέμιδος τῆς εὐκλείας) ſimulacrum fecit Scopas: Catal. in SCOPAS.

Dianæ Soſpitæ ſimulacrum aſſiſtit Jovi in ſolio ſedenti à læva parte: Catal. in XENOPHON, SCULPTOR.

Dianæ ſimulacrum Sicyoniis ſculpſerunt Dipœnus & Scyllis: Plin. xxxvi, 5.

Dianæ Munichiæ ſimulacrum, quod eſt in Sicyone, fecere Dipœnus & Scyllis: Catal. in DIPOENUS.

Dianæ Epheſiæ idolum fecit Endyus, diſcipulus Dædali: Catal. in ENDYUS.

Dianæ Laphriæ ſignum fecere Menæchmus & Soidas: Catal. in MENÆCHMUS.

Dianam pinxit Apelles ſacrificantium virginum choro miſtam, quibus videtur viciſſe verſus Homeri, id ipſum deſcribentis: Plin. xxxv, 10.

Dianam & Apollinem pinxit Nicomachus: Idem ibid.

Dianam pinxit Nicias: Idem xxxv, 11.

Dianam in tabula, quæ Epheſi eſt, antiquiſſimæ picturæ, pinxit Timarete Niconis filia: Idem ibid.

Dianam manibus Bupali & Anthermi ſculptam oſtendunt & Iaſii. Et in ipſa Chio narrata eſt operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita, cujus vultum intrantes triſtem, exeuntes placidum exhilaratumque arbitrantur: Idem xxxvi, 5.

Dianam ſculpſit Cephiſſodorus Praxitelis filius, fuit ea Romæ intra Octaviæ porticus in Junonis æde: Idem ibid.

Dianam à Philiſco Rhodio ſculptam ſpectabat Roma ad Octaviæ porticum: Idem ibid.

Dianam atque Apollinem ex uno lapide ſculpſit Lyſias: Idem ibid.

Dianam Chionis elaboravit: Catalog. in CHIONIS, STATUARIUS.

Dianam fecit Damias: Catal. in DAMIAS, STATUARIUS.

Dianam è candido lapide fecit Polycletus: Catal. in POLYCLETUS.

Dicæum ſerpentem, ſagittis Apollinis confectum, fecit Pythagoras Leontinus: Plin. xxxiv, 8.

Digitis computans Eubolidis Statuarii: Idem ibid.

Dindymenæ matris ſignum ex marmore Pentelico fecere Ariſtomedes & Socrates Thebani: Catal. in ARISTOMEDES, SCULPTOR.

Dinolochi ſtatuam fecit Cleon: Catal. in CLEON.

Diomedes atque Ulyſſes Palladium ſurripientes cælati erant in phialæ emblemate à Pythea, cujus binæ unciæ viginti vænierunt: Plin. xxxiii, 12.

Dionyſum fecit Lyſippus: Catal. in Lysippus.

Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra pulveris jactum vicit, pinxit Alcimachus: Plin. xxxv, 11.

Dirce, Zetus & Amphion, ac taurus vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii & Taurisci, &c. Idem xxxvi, 5.

Diſcobolo cenſetur Naucydes: Idem xxxiv, 8.

Diſcobolon fecit Myron: Idem ibid.

Diſcobolon pinxit Tauriſcus: Idem xxxv, 11.

Diſcordiam pinxit Calliphon ad turpiſſimæ fœminæ ſpeciem: Catal. in Calliphon, ex Pauſania.

Diſtringentem ſe fecit Polycletus, & nudum talo inceſſentem: Plin. xxxiv, 8.

Diſtringentem ſe fecit Lyſippus: Idem ibid.

Diſtringentes ſe, pueros duos fecit Dædalus, & ipſe inter Fictores laudatos: Idem ibid.

Dolonem exhibet numeroſa Ariſtophontis tabula: Idem xxxv, 11.

Doryphoron fecit Cteſilaus, Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Doryphorum viriliter puerum fecit Polycletus: Idem ibid.

Doryphorus Ariſtodemi Statuarii ſuam quoque habet gratiam: Idem ibid.

Draconem cur Atticæ Minervæ addiderit Phidias: Catal. in Phidias, ex Plutarcho.

Ducem gladium condentem pinxit Euphranor: Plin. xxxv, 11.

Duodecim Deos pinxit Aſclepiodorus. Huic Mnaſon tyrannus pro duodecim Diis dedit in ſingulos mnas trecenas: Idem xxxv, 10.

Duodecim Deos pinxit Euphranor: Idem xxxv, 11.

Duodecim Deorum ſigna fecit Praxyteles: Catal. in Praxiteles.

E.

Ebrietatem ex ære fecit Praxiteles: Plin. xxxiv, 8.

Ebrietas Pauſiæ bibit è vitrea phiala. Exhibet pictura vitream phialam, ac per eum ipſius mulieris vultum temeto inflammatum: Catal. in Pauseas, Pictor.

Elephas in Pergamo opus eſt Pytheæ Pictoris: Catal. in Pytheas, Pictor.

Emungentem pinxit Theodorus: Plinius xxxv, 11.

Encrinomenon vocant æreum pentathlon, quem fecit Alcamenes Phidiæ diſcipulus: Idem xxxiv, 8.

Epaminondam pinxit Ariſtolaus: Idem xxxv, 11.

Epeonicus & Epicyridas opera ſunt Canachi & Patrocli: Catal. in Canachus.

Epicradium Mantinenſem athletam fecit Ptolichus Ægineta: Cat. in Ptolichus.

Epiſtaten, exercentem athletas, fecit Silanion: Plin. xxxiv, 8.

Epitherſen fecit Phœnix diſcipulus Lyſippi: Idem ibid.

Equa optime picta nobilitavit Aglaophontem: Catal. in Aglaophon, ex Æliano.

Equæ Cimonis æneæ viſebantur Athenis: Catal. in Cimon, Statuarius, ex Æliano.

Equeſtre prælium pinxit Euphranor: Plin. xxxv, 11.

Equeſtre prælium & equum cum fiſcinis fecit Euthycrates, filius ac diſcipulus Lyſippi: Idem xxxiv, 8.

Equi Calamidis & inſidentes illis pueri: Catal. in Calamis, ex Pauſania.

Equi ænei Ageladæ: Cat. in Agelades.

Equos & boves optime expreſſit Strongylion: Catal. in Strongylion.

Equum æneum, ad exemplum Durii, fabricavit Antiphanes Statuarius: Catal. in Antiphanes.

Equum poppyzonta, retinentem renitentem, cùm pingeret Nealces, dicitur eum felix ſucceſſus ſecutus in ſpuma equi, ſpongia per impatientiam tabulæ impacta: Plin. xxxv, 10.

Equum inſuper alium pinxit Apelles è bello redeuntem, in quo Fortunam præcipue faventem expertus eſt: Chryſoſt. Orat. lxiv. Verba Chryſoſtomi habet Catal. in Apelles.

Equum currentem pinxit Pauſon, quem volutantem facturum receperat: Catal. in Pauson.

Equus Lyſippi: Catal. in Lysippus, ex Anthologia.

Equus æneus Aruntii Paterculi, ad cruciandos homines non minus idoneus, quàm Phalaridis taurus: Catal. in Aruntius Paterculus, ex Plutarcho.

Equus Apellis pictus eſt in certamine: quod judicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus: Plin. xxxv, 10.

Equus Apellis reprehenſus eſt, quòd inferioribus ejus palpebris addidiſſet cilia: Æliani hac de re locum habet Catal. in Apelles. Equus itidem Miconis hoc ipſo quoque nomine culpatus eſt: Catal. in Micon, & Nicon.

Erechtheus, omnium Myronis operum ſpectatu digniſſimum, ſpectatur Athenis: Catal. in Myron.

Erinnæ Lesbiæ ſtatuam ex ære fecit Naucydes: Catal. in Naucydes, ex Tatiano.

Eteo-

Eteoclis & Polynicis fratrum mutuam cædem fecit Pythagoras: Catal. in PYTHAGORAS.

Euanthen in ambulacro publico parientem fecit Calliſtratus Statuarius: Catal. in CALLISTRATUS, ex Tatiano.

Euclis Rhodius Naucydis: Catal. in NAUCYDES.

Eucnemon ab elegantia crurum appellata eſt Amazon, quam fecit Strongylion Statuarius: Plin. XXXIV, 8.

Eventus. Vide *Boni Eventus ſimulacrum*.

Eumenidum duas Athenis fecit Scopas ex lychnite lapide: Catal. in SCOPAS.

Eupolemum Eleum elaboravit Dædalus Sicyonius: Catal. in DÆDALUS ALTER.

Europam tauro inſidentem fecit Pythagoras: Catal. in PYTHAGORAS, ex Tatiano.

Europen pinxit Antiphilus: Plin. XXXV, 10.

Eurotam, in quo Artem ipſo amne liquidiorem dixere, fecit Eutychides Statuarius: Idem XXXIV, 8.

Euryclea Thraſonis: Catal. in THRASON, STATUARIUS.

Eurydices atque Olympiadis, Alexandri quoque & Philippi atque Amyntæ ſimulacra ex ebore & auro fecit Leochares: Catal. in LEOCHARES.

Euryganeam demiſſo vultu triſtem ob filiorum dimicationem Platæenſibus pinxit Onaſias: Catal. in ONASIAS.

Euthymenem fecit Alypus Statuarius: Catal. in ALYPUS.

Euthymi ſtatua ſpectatu digniſſima, Rhegini Pythagoræ opus, Catal. in PYTHAGORAS.

Eutychidis Sculptoris ſimulacrum: Catal. in EUTYCHIDES, SCALPTOR.

Exſpirantium imagines pinxit Apelles: Plin. XXXV, 10.

F.

FLentes matronas fecit Sthenis: Plinius XXXIV, 8.

Flentis matronæ & meretricis gaudentis ſigna fecit Praxiteles: Idem ibid.

Floram ſculpſit Praxiteles, ſpectatam Romæ in hortis Servilianis: Idem XXXVI, 5.

Fons Penelopeus Thraſonis: Cat. in THRASON, STATUARIUS.

Formicarum, quas ex marmore fecit Callicrates, pedes atque alia membra pervidere non eſt: Plin. XXXVI, 5.

Fortuna ſedens Apellis: Catal. in APELLES, ex Stobæo.

Fortunæ ſeptem nuda ſigna ad ædem Fortunæ, & ſenis unum, quæ fecerat Pythagoras Samius, alii Parius, multum laudata ſunt: Plin. XXXIV, 8.

Bonæ Fortunæ & boni Eventus ſimulacra, quæ Praxiteles ſculpſerat, ſpectabantur olim in Capitolio: Plin. XXXVI, 5.

Fortunæ Charites appinxit Apelles: Catal. in APELLES, ex Libanio.

Fortunæ ſignum Thebis in æde Fortunæ gerit Plutum infantem, tanquam mater aut nutrix: Catal. in CALLISTONICUS.

Fortunæ ſignum Syris Orontæ accolis fecit Eutychides, quod indigenæ in magno honore habent: Catal. in EUTYCHIDES.

Fortunam quomodo fabricaverit Bupalus: Cat. in BUPALUS, ex Pauſania.

G.

GAleato cuidam ungues argenteos addidit Cleœtas: Cat. in CLEOETAS.

Gallum gallinaceum inſculpſit Phidias galeæ illius Minervæ, quam in Eleorum arce fecit ex ebore atque auro: Catal. in PHIDIAS.

Ganymedem à Diis raptum ut Jovi pocula miniſtraret, fecit Ariſtocles diſcipulus & filius Cleœtæ: Catal. in ARISTOCLES.

Ganymedem fecit Leochares: Cat. in LEOCHARES, ex Tatiano.

Gaudentis meretricis flentiſque matronæ ſigna fecit Praxiteles: Plin. XXXIV, 8.

Gelonis currum & ſtatuam fecit Glaucias Æginera: Catal. in GLAUCIAS.

Gigantum & Deorum dimicationem cælavit Phidias in concava parte ſcuti Minervæ Atticæ: Plin. XXXVI, 5.

Glyceram ſcortum Olynthius Herodotus fabricavit: Catal. in HERODOTUS, ex Tatiano.

Gnathonem valde puerum palma potitum fecit Callicles: Catal. in CALLICLES, ex Pauſania.

Gorgonem pinxit Timomachus: præcipueque Ars ei favere in Gorgone viſa eſt: Plin. XXXV, 11.

Gorgoſthenem tragœdum, quem pinxit Apelles, mirantur Alexandriæ: Plinius XXXV, 10.

Gorgum Meſſenium quinquertii victorem fecit Theron: Catal. in THERON, STATUARIUS.

Græciam & virtutem, utraſque coloſſeas, fecit Euphranor: Plin. XXXIV, 8.

Gratiæ imago eſt apud Smyrnæos, opus Apellis: Catal. in APELLES, ex Stobæo.

Gratiæ ex auro poſitæ ſunt apud Smyrnæos, opus Bupali. Etiam apud Pythium habent Gratias arte Bupali fabricatas, veſtibuſque indutas: Catal. in BUPALUS, ex Pauſania.

Gratias Fortunæ appinxit Apelles: Catal. in APELLES, ex Libanio.

Gratias illas, quæ ſunt in arce Athenienſi veſtibus indutæ, quidam credunt eſſe opus Socratis filii Sophroniſci: Catal. in SOCRATES.

*** Gratias

Gratias & Cupidines inter Venerem pinxit Nicearchus: Plin. xxxv, 11.

Gryllum ridiculi habitus jocoſo nomine pinxit Antiphilus: unde hoc genus picturæ grylli vocantur: Plin. xxxv, 10.

H.

HArmodium & Ariſtogitonem tyrannicidas ex ære fecit Praxiteles; quos à Xerxe Perſarum rege captos, victa Perſide, Athenienſibus remiſit Alexander, Magnus. Eos etiam fecit Antigonus Statuarius: Plin. xxxiv, 8. Critias Neſiota etiam fecit hos tyrannicidas, ut & Antenor: Pauſan. lib. 1, pag. 14, 30.

Harmoniam ex Martis & Veneris adulterio natam effinxit Andron: Catalog. in ANDRON.

Hebes ſignum, à Naucyde ex auro & ebore elaboratum, viſebatur Corinthi: Catal. in NAUCYDES.

Heben Junonis filiam Junoni in ſolio ſedenti aſſiſtentem fecit Praxiteles: Catal. in PRAXITELES.

Hecate tricorpor Alcamenis: Cat. in ALCAMENES.

Hecate Myronis unum habet vultum, ſicuti & unum corpus: Cat. in MYRON.

Hecate Naucydis: Cat. in NAUCYDES.

Hecate marmorea Scopæ: Cat. in SCOPAS.

Hecates ſimulacrum ex ære fecit Polycletus. Cat. in POLYCLETUS.

Hecateſium Thraſonis: Cat. in THRASON.

Hegeſarchi ſtatua eſt opus Polyclis liberorum. παίδων Πολυκλέιας: Catal. in POLYCLES.

Helena Zeuxidis Romæ eſt in Philippi porticibus: Plin. xxxv, 10.

Helena numeroſa tabula depinxit Ariſtophon: Idem xxxv, 11.

Hemereſios dicta eſt tabella Pauſiæ, quod puerum in ea pictum uno die abſolviſſet: Idem ibid.

Hemionida & nobilem Paralon pinxit Protogenes Athenis: Idem xxxv, 10.

Hephæſtionem laſciva ſcortandi libidine infamem fecit Philo, Statuarius: Catal. in PHILO.

Hephæſtionem Alexandri Magni amicum fecit Lyſippus: Plin. xxxiv, 8.

Heraclidarum Picturam, quam Pamphilo Apellis præceptori tribuunt, alii volunt eſſe opus Apollodori: Cat. in APOLLODORUS.

Heræ & Cereris ſigna, cum ſolio cui inſident, nec non ſcabello quod ſubjacet pedibus, ex uno lapide fecit Damophon: Cat. in DAMOPHON, SCULPTOR.

Herculem operis figulini, qui longo poſt tempore materiæ nomen in Urbe retinuit, fecit Turianus à Fregellis accitus: Plin. xxxv, 12.

Herculem, Antæum à terra ſuſtinentem, qui fuit Romæ, Polycletus fecit: Idem xxxiv, 8.

Herculem, qui eſt apud Circum maximum in æde Pompeji Magni, fecit Myron: Idem ibidem.

Herculem Delphis optime expreſſit Euthycrates, Lyſippi filius ac diſcipulus: Idem ibid.

Herculem ferreum fecit Alcon, laborum Dei patientia inductus: Plin. xxxv, 10.

Herculem infantem Dracones ſtrangulantem fecit Zeuxis, Alcmena matre coram pavente & Amphitryone: Idem xxxv, 9.

Herculem, Perſea, Meleagrum, fecit Parrhaſius in una tabula, quæ eſt Rhodi: Idem xxxv, 10.

Herculem, qui eſt Lyndi, talem à ſe pictum jactabat Parrhaſius, qualem ſæpe in quiete vidiſſet: Idem ibid.

Herculem averſum arbitrantur Apellis manu eſſe in Antoniæ templo, &c. Idem ibid.

Herculem & Dejaniram pinxit Artemon: Idem xxxv, 11.

Herculem exuta mortalitate, conſenſu Deorum in cœlum euntem, pinxit Artemon: Idem ibid.

Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia pinxit Nicearchus: Idem ibid.

Herculem Dejaniræ tunica excruciatum pinxit Ariſtides: Catal. in ARISTIDES, ex Polybio.

Herculem cum equeſtri Amazone pro baltheo pugnantem fecit Ariſtocles Cydoniates: Catal. in ARISROCLES, STATUARIUS.

Herculem, quem Promachum ſive Propugnatorem vocant, è candido lapide fecere Eubius & Xenocritus: Catal. in EUBIUS, SCULPTOR.

Herculem amore Omphales captum fecit Lyſippus: Catal. in LYSIPPUS.

Herculem in Olympia æneum ſuper ænea baſi fecit Onatas: Catal. in ONATAS, STATUARIUS.

Herculem interficientem Hydram fecit Polycletus: Catal. in POLYCLETUS.

Hercules Iſidori Statuarii: Plin. xxxiv, 8.

Hercules Meneſtrati in magna eſt admiratione, & Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem; in cujus contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt: Idem xxxvi, 5.

Hercules impuber Ageladæ: Catal. in AGELADES.

Hercules coloſſeus Alcamenis: Catal. in ALCAMENES.

Hercules obliquato corpore ſedens Romæ: Catal. in APOLLONIUS, SCULPTOR.

Hercules Eladæ Argivi: Catal. in ELADAS.

Hercules Glyconis: Catal. in GLYCON, SCULPTOR.

Hercules Lyſippi: Catal. in LYSIPPUS.

Hercules epitrapezius Lyſippi: Catal. in LYSIPPUS.

Hercules leonem in Nemea ſagittis conficiens, opus Nicodami Plaſtæ: Catal. in NICODAMUS.

Hercules marmoreus Scopæ: Catal. in SCOPAS.

Herculis ſimulacrum Sicyoniis ſculpſerunt Dipœnus & Scyllis: Plin. xxxvi, 5.

Herculis ligneum ſimulacrum Dædalus fecit in Meſſeniæ & Arcadum confinio. Alterum itidem fecit in Dolicho inſula, quam poſtea dixere Icariam: Catal. in DÆDALUS.

Herculis ſimulacrum, quod eſt Tirynthi, fecere Dipœnus & Scyllis: Catal. in DIPOENUS.

Herculis ligneum ſimulacrum priſci operis Laphaës fecit: Catalog. in LAPHAES, SCULPTOR.

Herculis ærumnas, opus Lyſippi, Alyzia Romam tranſtulit quidam Imp. Catal. in LYSIPPUS.

Herculis laborum pleroſque Thebanis fecit Praxiteles: Catal. in PRAXITELES.

Herculis eum Hydra conflictus è ferro eſt opus Tiſagoræ: Catal. in TISAGORAS.

Hermaphroditum nobilem fecit Policles Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Hermerotes Tauriſci, non Cælatoris illius, ſed Tralliani Sculptoris, ſpectabantur in Pollionis Aſinii monumentis: Idem lib. xxxvi, cap. 5.

Hermes quadriceps, opus Teleſarchidis: Catal. in TELESARCHIDES.

Hermionen filiam Menelai, Oreſtis conjugem, fecit Calamis: Catal. in CALAMIS, ex Pauſania.

Hermonem ſculpſit Theocoſmus, &c. Catal. in THEOCOSMUS.

Heroa abſolutiſſimi operis pinxit Timanthes, arte ipſa complexus vires pingendi, quod opus nunc Romæ in templo Pacis eſt: Plin. xxxv, 10.

Heroa nudum pinxit Apelles; eaque pictura Naturam ipſam provocavit: Idem ibid.

Heroas pinxit Theomneſtus; & Mnaſon tyrannus Elatenſium dedit ei in ſingulos Heroas mnas centenas: Idem ibid.

Heroum dignitates primus expreſſit Euphranor: Idem xxxv, 11.

Heſionem nobilem pinxit Antiphilus: Idem xxxv, 10.

Heſperides numero quinque fecit Theocles: Catal. in THEOCLES, SCULPTOR. Fecit & Malum Heſpericam, Herculem, draconem, &c. ibid.

Hieronis ſtatuas, equeſtrem unam, alteram vero pedeſtrem, fecit Micon Nicocratis filius Syracuſanus: Catal. in MICON, STATUARIUS.

Hippiades Sculptoris Stephani ſpectabantur Romæ in Pollionis Aſinii monumentis: Plin. xxxvi, 5.

Hippolytum tauro emiſſo expaveſcentem pinxit Antiphilus; erat in porticu Philippi: Idem xxxv, 10.

Hipponactis imaginem notabili fœditate conſpicuam Bupalus & Anthermus, eximii Sculptores, propoſuere ridentium circulis: quod ille indignatus, &c. Idem xxxvi, 5.

Hipponicus Calliæ filius, patriæ ſuæ dicaturus ſtatuam, cur Polycleti opera uti noluerit: Catal. in POLYCLETUS, ex Æliano.

Homerum evomentem pinxit Galato, alios vero poëtas, &c. Catal. in GALATO.

Hominem pingere non potuit Serapio, ſcenas optime pinxit. Contra Dionyſius nihil aliud quàm homines pinxit, atque ob id Anthropographus cognominatus: Plin. xxxv, 10.

Honoris & virtutis ædes Veſpaſiano reſtituenti pinxerunt Corn. Pinus & Actius Priſcus: Idem ibid.

Hoplitides, duæ Picturæ Parrhaſii nobiliſſimæ: alter in certamine ita decurrens, ut ſudare videatur: alter arma deponens, ut anhelare ſentiatur: Idem ibid.

Horas in ſoliis ſedentes fecit Emilus Ægineta: Catal. in EMILUS, STATUARIUS.

Hyacinthum, Niciæ opus, Cæſar Auguſtus ſecum deportavit Alexandria capta: Idem xxxv, 11.

Hydram è ferro fecit Tiſagoras, Statuarius: Catal. in TISAGORAS.

Hygia Niceratis Statuarii: Plinius xxxiv, 8.

Hygia & Æſculapius Scopæ: Catalog. in SCOPAS.

Hygia Pyrrhi Statuarii: Plin. xxxiv, 8.

Hygiæ & Æſculapii ſimulacra fecit Bryaxis: Catal. in BRYAXIS, ex Pauſania.

Hygiæ atque ipſius Æſculapii ſigna Ægienſibus fecit Damophon: Catal. in DAMOPHON, SCULPTOR.

Hygiam Æſculapii filiam pinxit Socrates: Idem xxxv, 11.

Hyſmonis ſtatuam fecit Cleon: Catalog. in CLEON.

I.

JAlyſus, qui eſt Romæ dicatus in templo Pacis, palmam habet tabularum Protogenis: Plin. xxxv, 10.

Janus pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto, ex Ægypto advectus, jam quidem & auro occultatus, Praxitelis an Scopæ manus ſit ignoratur: Idem xxxvi, 5.

Jaſo filia Æſculapii, opus Socratis Pictoris: Idem xxxv, 11.

Iliacum bellum pluribus tabulis pinxit Theodorus,

dorus, quod eſt Romæ in Philippi porticibus: Idem ibid.

Imaginem hominis gypſo è facie ipſa primus omnium expreſſit Lyſiſtratus Sicyonius, frater Lyſippi. Idem & de ſignis effigiem exprimere invenit, &c. Idem xxxv, 12.

Imaginem Atticæ plebis pinxit Ariſtolaus: Idem xxxv, 11.

Imaginem ſuam ad ſpeculum fecit Lala Cyzicena perpetua virgo: Idem ibid.

Immolante arietem cenſetur Naucydes Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Immolationem boum, ſpectatam in Pompeji porticibus, fecit Pauſias: Idem xxxv, 11.

Immolationem boum pinxit Ariſtolaus: ibid.

Impudicas mulierum cum viris conſuetudines pinxit Chærephanes: Cat. in Chærephanes.

Infans Boëthi, quamquam argento melioris, eximie anſerem ſtrangulat: Plin. xxxiv, 8.

Infante miſerabiliter blandiente matri interfectæ, laudatus eſt Epigonus: Id. ibid.

Infantem pinxit Ariſtides Thebanus, adrepentem ad matris è vulnere morientis mammam; intelligiturque ſentire mater & timere, ne emortuo lacte, ſanguinem infans lambat: Idem xxxv, 10.

Io, grandis pictura Niciæ: Idem xxxv, 11.

Io, filiam Inachi, fecit Dinomenes: Catal. in Dinomenes, Statuarius.

Jocaſtam deficientem ac moribundam, fecit Silanion Plaſta: Catal. in Silanion.

Jove Liberum parturiente, mitrato, & muliebriter ingemiſcente inter obſtetricia Dearum, innotuit Cteſilochus: Idem

Jovem, Cererem, Minervam, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo, fecit Sthenis Statuarius: Idem ibid.

Jovem illum Tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem, fecit Leocras Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

xxxv, 11.

Jovem intra Octaviæ porticus ſculpſere Polycles & Dionyſius, Timarchidis filii: Idem xxxvi, 5.

Jovem eburneum fecit Paſiteles in æde Metelli, qua campus petitur: Idem ibid.

Jovem atque Apollinem Athenodorus Clitorius fecit: Catal. in Athenodorus, Statuarius.

Jovem Megaris fecit Callicles: Catal. in Callicles.

Jovem Olympium ſolutis jam eboris compagibus, exactiſſime coagmentavit Damophon: Cat. in Damophon, Sculptor.

Jovem ſæpe fecit Lyſippus: Catal. in Lyſippus.

Jovi in ſolio ſedenti à dextera parte aſſiſtit Megalopolis, à læva Dianæ Soſpitæ ſimulacrum, quæ ex lapide Pentelico Cephiſodotus & Xenophon Athenienſis elaborarunt: Cat. in Xenophon, Sculptor.

Jovis Capitolini effigiem operis figulini elaboravit Turianus a Fregellis accitus: Plin. xxxv, 12.

Jovis duo ſigna, opus Cleonis: Catal. in Cleon.

Jovis antiquiſſimum ſimulacrum æneum fecit Learchus: Catal. in Learchus.

Jovis ſignum fecere Thylacus & Onæthus fratres, & eorum filii: Cat. in Onæthus.

Jovis ſimulacrum fingentem Theocoſmum adjuvit Phidias: Catal. in Phidias.

Jovis atque Apollinis ſtatuæ adjacentesque iis leones Pataris olim ſpectabantur, dubia fama Phidiæ an Bryaxidis eſſent: Catal. in Phidias.

Jovis Milichii ſimulacrum è candido lapide fecit Polycletus: Cat. in Polycletus.

Jovis ſtatuam coloſſeam, altam pedes decem & octo, Teleſtas & Ariſton fratres fecere: Cat. in Teleſtas, Statuar.

Jovis ſignum in agri Megarenſis luco, quem Olympium dicunt, non perpolivit Theocoſmus, &c. Catal. in Theocosmus, Sculptor.

Iphigenia Timanthis, eſt Oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras, &c. Plin. xxxv, 10.

Iphigeniam in Tauris pinxit Timomachus: Idem xxxv, 11.

Irim Ariſtides Pictor imperfectam reliquit, in magna tamen æſtimatione habitam: Idem ibid.

Iſocratis ænea in Eleuſine ſtatua erat opus Cleocharis: Catal. in Cleochares, ex Photio. Leocharem vocant Plutarchus & alii.

Iſſam catellam pinxit Publius: Catal. in Publius.

Iſſicum bellum, ſeculo ſuo geſtum, pinxit Helena Timonis Ægyptii filia: Catal. in Helena, Pictrix.

Ityn & Prognem tollere filium meditantem fecit Alcamenes: Cat. in Alcamenes.

Juno Alcamenis: Catal. ibid.

Juno Vulcanum filium tradidit Cedalioni Naxio inſtituendum in Arte fabrili: Catal. in Cedalion.

Juno Argiva Polycleti: Catal. in Polycletus.

Junonem in ſolio ſedentem fecit Mantinenſibus Praxiteles, eique aſſiſtentes Minervam & Heben, filiam Junonis: Catal. in Praxiteles.

Junonem & Apollinem & adorantem Batton, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo, fecit Bedas Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Junonem ipſam intra Octaviæ porticum in ſua æde ſculpſere Dionyſius & Polycles: Idem xxxvi, 5.

Junonem quoque Samiam inter plurimas antiquitates, quæ Byzantium imperante Theodoſio illuſtrabant, opus Lyſippi & Bupali

Bupali Chii recenſet Cedrenus: Catal. in Bupalus.

Junonem ſedentem fecit Callimachus Statuarius: Catal. in Callimachus, ex Pauſania.

Junonem, quæ Sami atque Argis eſt, fecit Smilis: Catal. in Smilis, Sculptor.

Junonis, quæ eſt in Tiryntho, & materia eſt pyrus, &*Artifex Argus: Catal. in Argus, Sculptor.

Junonis adultæ (Ἥραν τελείαν vocant) ædem ſpectatu digniſſimam habent Platæenſes: Rectum & magnitudinis immodicæ fecit hoc ſimulacrum Praxiteles: Cat. in Praxiteles.

Jupiter Olympius Phidiæ ex ebore & auro: Plin. xxxiv, 8.

Jupiter Zeuxidis in throno, adſtantibus Diis, magnificus eſt: Idem xxxv, 9.

Jupiter & Oceanus Sculptoris Entochi ſpectabantur in Pollionis Aſinii monumentis: Idem xxxvi, 5.

Jupiter hoſpitalis Pamphili Praxitelis diſcipuli, ſpectabatur in Pollionis Aſinii monumentis: Idem ibid.

Jupiter puerili ætate, opus Ageladæ: Catal. in Agelades.

Jupiter eſt apud Eleos ad orientem Solem converſus, altera manu aquilam, fulmen altera tenens, impoſita eſt capiti corona è vernis floribus; opus eſt Ariſtoni Æginetæ: Cat. in Aristono, ex Pauſania.

Jupiter Aſcari Artificis Thebani ſpectabatur apud Eleos: Catal. in Ascarus, Statuarius, ex Pauſania.

Jupiter Euclidis: Cat. in Euclides, Sculptor.

Jupiter Leocharis: Catal. in Leochares, bis.

Jupiter Muſi: Catal. in Musus, Statuarius.

Jupiter Myronis: Catal. in Myron.

Juvenem requieſcentem in officina fullonis pinxit Simus: Plin. xxxv, 11.

L.

Acænas fecit Callimachus Statuarius, cognomento Cacizotechnos, emendatum opus, ſed in quo gratiam omnem diligentia abſtulit: Plin. xxxiv, 8.

Lacertam & Ranam nominum ſuorum argumento columnarum ſpiris inſculpſerunt Sauros & Batrachos, quum ſtruerent templa Octaviæ porticibus incluſa: Idem xxxvi, 5.

Lacertam in phiala cælavit Mentor: Catal. in Mentor, ex Martiale.

Ladam velociſſimum Alexandri Magni curſorem ex ære fecit Myron: Catalog. in Myron.

Lagonem, puerum ſubdolæ ac fucatæ vernilitatis, fecit Lyciſcus Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Laïs Turni Statuarii: Catal. in Turnus.

Lampadiſtæ Pyrrhonis: Catal. in Pyrrho, Pictor.

Lanificio, in quo properant omnium mulierum penſa, laudatur Antiphilus: Plin. xxxv, 11.

Laocoon in Titi Imp. domo: Idem xxxvi, 5.

Laodamiam pinxit Cteſidemus: Idem xxxv, 11.

Laodicen in varia porticu repræſentaturus Polygnotus, pinxit eam ad exemplar Elpinices, quæ ſoror erat Cimonis filii Miltiadis, & cum quâ clandeſtini amoris conſuetudinem jam olim habuiſſe credebatur: Catal. in Polygnotus.

Laomedontis circa Herculem & Neptunum hiſtoriam pinxit Artemon: Plin. xxxv, 11.

Lapitharum & Centaurorum pugnam cælavit Phidias in ſoleis Minervæ Atticæ: Idem xxxvi, 5.

Lapitharum & Centaurorum pugnam Parrhaſius delineavit Myi, cælaturo eam in clypeo Minervæ Atticæ: Catal. in Parrhasius.

Lariſſam Telephanis Phocæi laudant: Plin. xxxiv, 8.

Laſciviam pinxit Philoxenus Eretrius, in qua tres Sileni comeſſantur: Idem xxxv, 10.

Latona puerpera, Apollinem & Dianam infantes ſuſtinentem, fecit Euphranor: Idem xxxiv, 8.

Latona Praxitelis: Catal. in Praxiteles, bis.

Latonam ſculpſit Cephiſſodorus filius Praxitelis, ſpectabatur Romæ in Palatii delubro: Idem xxxvi, 5.

Latonam Philiſci Rhodii Sculptoris ſpectavit Roma ad Octaviæ porticum: Idem ibid.

Latonam ex candido lapide fecit Polycletus: Catal. in Polycletus.

Leæna Iphicratis laudatur: ſcortum hæc lyræ pulſu familiare Harmodio, &c. Plin. xxxiv, 8.

Leænam ſe marmoream Arceſilai habuiſſe tradit Varro, aligeroſque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alii calcearent ſoccis, omnes ex uno lapide: Idem xxxvi, 5.

Learchidem ex ære excudit Meneſtratus: Catal. in Menestratus, Statuarius.

Lecythionem agilitatis exercitatorem pinxit Timomachus: Plin. xxxv, 11.

Leonem per caveam intuens cælabat Paſiteles, cùm ex alia cavea panthera erumperet, non levi diligentiſſimi Artificis periculo: Idem xxxvi, 5.

Leonem collapſum, opus Lyſippi, Lampſaco

pſaco Romam tranſtulit Agrippa: Catal. in Lyſippus.

Leonis ungue viſo, ſtatim æſtimavit Phidias qualis futurus eſſet leo totus ad ejus unguis æſtimationem conformatus: Catal. in Phidias, ex Luciano.

Leontionem Pictorem pinxit Ariſtides Thebanus: Plin. xxxv, 10.

Leontium Epiceri cogitantem pinxit Theodorus: Idem xxxv, 11.

Leoſthenem liberosque ejus pinxit Arceſilaus: Catal. in Arcesilaus, Pictor, ex Pauſania.

Leporem pinxit Polygnotus: Catal. in Polygnotus.

Liber pater Sculptoris Eutychidis laudatur in Pollionis Aſinii monumentis: Plinius xxxvi, 5.

Liber pater Euclidis: Catal. in Euclides, Sculptor.

Liber pater Myronis: Catal. in Myron.

Liberi patris marmoreum ſignum, opus Bryaxidis, ſpectabatur in Gnido: ubi & aliud ejuſdem Dei ſignum, à Scopa ſculptum, conſpiciebatur: Plin. xxxvi, 5.

Liberi patris ſignum ex Pario marmore Tanagræ ſculpſit Calamis: Catal. in Calamis, ex Pauſania.

Liberi patris ſignum totum refertum ære, fecit Onaſſimedes: Catal. in Onassimedes.

Liberi patris ſignum Eleis fecit Praxiteles: Catal. in Praxiteles.

Liberi patris ſignum, à Vulcano fabricatum, in diviſione Trojanæ prædæ obtigit Eurypylo, &c. Catal. in Vulcanus.

Libero patri ſimulacrum fecit Argivus Polycletus. Cothurni ei pro calciamentis: una manu poculum, altera thyrſum tenet: thyrſo aquila inſiſtit, quod utique non ſatis reſpondet iis quæ Libero patri ſolent attribui: Catal. in Polycletus.

Libero patri adſtans Satyrus, opus Praxitelis, ex lapide Pario: Catal. in Praxiteles.

Liberum patrem nobilemque una Satyrum, quem Græci periboëton cognominant, ex ære fecit Praxiteles: Plin. xxxiv, 8.

Liberum patrem continentem tabulam Ariſtidis emit rex Attalus H-S ſex millibus: Idem xxxv, 4.

Liberum patrem, adſtante Virtute, pinxit Parrhaſius: Idem xxxv, 10.

Liberum patrem pinxit Echion: Idem ibid.

Liberum patrem & Ariadnen, ſpectatos Romæ in æde Cereris, pinxit Ariſtides: Idem ibid.

Liberum patrem pinxit Antiphilus, fuit is in porticu Philippi: Idem ibid.

Liberum patrem pinxit Nicias: Idem xxxv, 11.

Libyn puerum tenentem tabellam, qui Olympiæ oſtenditur, & mala ferentem nudum fecit Pythagoras Leontinus: Idem xxxiv, 8.

Linteum pinxit Parrhaſius, ita veritate repræſentata, ut Zeuxis verum linteum putaret: Idem xxxv, 10.

Locuſtæ monumentum & cicadæ Myronem feciſſe carminibus ſuis Erinna ſignificat: Idem xxxiv, 8.

Lucina Euclidis: Catalog. in Euclides, Sculptor.

Lucinæ ſignum apud Ægienſes ex ligno fecit Damophon, Sculptor: Catal. in Damophon.

Luctatorem anhelantem fecit Naucerus, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Luctatorem pinxit Antidotus: Idem xxxv, 11.

Luctatores fecit Ariſtodemus, Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Lycini ſtatuam fecit Cleon: Cat. in Cleon.

Lycini ſtatuas duas Myron fecit: Catal. in Myron.

Lyricinem, hoc eſt, fœminam cum lyra, ſive Spartam ipſam fecit Ariſtander: Catal. in Aristander, Statuarius.

Lyſandrum fecit Damias: Catal. in Damias, Statuarius.

Lyſimachen, quæ ſacerdos Minervæ fuit annis lxiv, fecit Demetrius, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Lyſippi imaginem fecit Andreas Argivus, Statuarius: Catal. in Andreas, Statuarius.

M.

MÆnades ſculpſit Praxiteles, Romæ olim fuere poſitæ in monumentis Aſinii Pollionis: Plin. xxxvi, 5.

Magiriſcia, id eſt, cocos, cælavit Pytheas parvulis potoriis, ſed è quibus ne exempla quidem liceret exprimere, tam opportuna injuriæ ſubtilitas erat: Idem xxxiii, 12.

Magnetum prælium, Bularchi Pictoris tabulam, Candaules rex rependit auro: Idem xxxv, 8.

Mala ferentem nudum fecit Pythagoras Leontinus: Idem xxxiv, 8.

Marathoniam pugnam pinxit Panæus: Idem xxxv, 8.

Mars Alcamenis: Catal. in Alcamenes.

Marſyam tibiis canentem Praxiteles Mantineæ inſculpſit baſi cui Latona liberique ejus inſiſtunt: Catal. in Praxiteles.

Marſyas religatus, manu Zeuxidis pictus, ſpectatur Romæ in Concordiæ delubro: Plin. xxxv, 10.

Martem & Mercurium, qui ſunt in Concordiæ templo Romæ, fecit Piſicrates Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Martem coloſſeum ſculpſit Scopas ſedentem

tem in templo Bruti Callaïci apud Circum Flaminium, ad Labicanam portam eunti: Idem xxxvi, 5.

Mater Deûm. Vide *Deûm mater*.

Matronas flentes & adorantes ſacrificantesque fecit Sthenis, Statuarius: Plinius xxxiv, 8.

Mauſoleum ab Oriente cælavit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leochares: acceſſit & quintus Artifex. In ſummo eſt quadriga marmorea quam fecit Pythis: Idem lib. xxxvi, cap. 5.

Medea, quam Timomachus morte interceptus reliquit imperfectam, magnam apud poſteros habuit famam: Idem xxxv, 11.

Medeæ complures quadrigas fecit Euthycrates, filius ac diſcipulus Lyſippi: Idem xxxiv, 8.

Medeam & Ajacem Cæſari Dictatori pinxit Timomachus Byzantius: Idem xxxv, 11.

Medeam pinxit Ariſtolaus: Idem. ibid.

Meduſæ caput è lapide, Cyclopum opus: Catal. in CYCLOPES.

Megabyzi, Sacerdotis Dianæ Epheſiæ, pompam pinxit Apelles: Plin. xxxv, 10.

Megabyzi ſepulcrum pinxit Nicias: Idem xxxv, 11.

Megabyzum pinxit Parrhaſius: Catalog. in PARRHASIUS.

Megalopolis aſſiſtit à dextera parte Jovi in ſolio ſedenti: Catalog. in XENOPHON, SCULPTOR.

Meleagrum, Herculem, Perſea fecit Parrhaſius in una tabula, quæ eſt Rhodi: Plin. xxxv, 10.

Menalippen fecit Lyſiſtratus: Catal. in LYSISTRATUS, ex Tatiano.

Menandrum regem Cariæ, quem pinxit Apelles, mirantur Rhodii: Plin. xxxv, 10.

Menelaum præcipuæ famæ pinxit Zeuxis: Catal. in ZEUXIS.

Menodorum pinxit Diodorus: Catalog. in DIODORUS.

Mercurii ſignum operis Attici eſt in ipſa Meſſeniorum porta, qua itur Megalopolin: Catal. in ATTICI OPERIS SIGNA, ex Pauſania.

Mercurii ſignum, humeris arietem ferentis, fecit Calamis: Catal. in CALAMIS, ex Pauſania.

Mercurii & Veneris ſimulacra è ligno fecit Damophon Sculptor: Catal. in DAMOPHON.

Mercurii ligneum ſimulacrum fecit Epeus: Catal. in EPEUS, STATUARIUS.

Mercurii marmoreum ſignum Thebis fecit Phidias, in ipſo aditu portæ quæ proxima eſt Iſmeno fluvio: Catal: in PHIDIAS.

Mercurio cenſetur Naucydes Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Mercuriolum ex hebeno fecit Cornelius Saturninus non ignobilis Artifex: Catal. in CORN. SATURNINUS.

Mercurium, qui fuit Lyſimachiæ, fecit Polycletus: Plin. xxxiv, 8.

Mercurium & Martem, qui ſunt in Concordiæ templo Romæ, fecit Piſicrates, Statuarius: Idem ibid.

Mercurium marmoreum fecit Euchir Eubulidæ filius: Catal. in EUCHIR, SCULPTOR.

Mercurium orbi exhibiturus Parrhaſius, ſuum ipſius vultum pro Mercurio hominibus obtruſit: Catal. in PARRHASIUS.

Mercurium in ipſo Arcis Athenienſis introitu, quem Propylæum vocant, feciſſe volunt Socratem, filium Sophroniſci: Catal. in SOCRATES.

Mercurius Liberum patrem in infantia nutriens, opus eſt Cephiſſodori prioris: Plin. xxxiv, 8.

Mercurius caduceum tenens apud Eleos, opus eſt Callonis Elei: Catal. in CALLON, ALTER.

Mercurius infantem Bacchum portans, opus Praxitelis: Catal. in PRAXITELES.

Mercurius Scopæ: Catal. in SCOPAS.

Meretricis gaudentis & matronæ flentis ſigna fecit Praxiteles: Plin. xxxiv, 8.

Meretriculæ Myſtidos ſtatuam fecit Ariſtodotus: Catal. in ARISTODOTUS, STATUARIUS, ex Tatiano.

Meretricum Pictores, πορνογράφοι, olim nuncupati ſunt Ariſtides, Pauſanias, Nicophanes: Catal. in ARISTIDES, ex Athenæo.

Meretricum trium ſtatuas fecit Ariſtomachus: Catal. in ARISTOMACHUS, ex Anthologia Græc. epigrammatum.

Miconi Simon impegit inſcitiæ crimen, quod inferiores palpebræ pilos adſcripſiſſet equi picturæ: Catal. in MICON.

Milo Crotoniates Dameæ: Catal. in DAMEAS.

Minerva Catuliana Romæ, opus Euphranoris: Plin. xxxiv, 8.

Minerva Hegiæ Statuarii laudatur: Idem ibid.

Minerva Pyrrhi Statuarii: Idem ibid.

Minerva Amulii ſpectantem aſpectans quacunque aſpiceretur: Idem xxxv, 10.

Minerva Hecatodori & Soſtrati: Catal. in HECATODORUS.

Minerva Locri Parii: Catal. in LOCRUS.

Minerva Medontis Sculptoris: Catal. in MEDON.

Minerva Nicodami Plaſtæ: Catal. in NICODAMUS.

Minerva Scopæ eſt Pronaos Thebis: Catal. in SCOPAS.

Minerva Arceſilæ: Catal. in ARCESILAS, STATUARIUS.

Minervæ clypeum Athenis pictum volunt

à Phidia, quem ipſum initio Pictorem fuiſſe tradunt: Panæum fratrem ejus clypeum eundem intus pinxiſſe, in confeſſo eſt: Plin. xxxv, 8.

Minervæ ſimulacrum Sicyoniis ſculpſerunt Dipœnus & Scyllis: Idem xxxvi, 5.

Minervæ ſimulacrum in arce Corinthiaca fecit Callon Æginetes: Catal in Callon, ex Pauſania.

Minervæ nativitatem pinxit Cleanthes: Catal. in Cleanthes, Pictor.

Minervæ ſimulacrum Scyllidis & Dipœni arte factum: Catal. in Dipoenus, Marmorarius.

Minervæ delubrum & ejuſdem ſignum ex ære fecit Gitiadas: Catal. in Gitiadas.

Minervæ æneum ſignum ſpectatu digniſſimum, opus Hyparodori: Catal. in Hypatodorus, ex Pauſania.

Minervæ ſignum ex ebore atque auro in Eleorum arce fecit Phidias: Catalog. in Phidias.

Minervæ Areæ ſignum Platæenſibus fecit Phidias, quod è ligno eſt inauratum: Catal. in Phidias.

Minervæ ſignum eſt prope Pellenen ex ebore atque auro, ſub ipſa Minervæ baſi alte deſcendit adytum, &c. Catalog. in Phidias.

Minervæ Craneæ ſimulacrum fecere Polyclis filii, vel diſcipuli ſive pueri, Πολυκλέυς παῖδες: Catal. in Polycles.

Minervæ Telchiniæ ſimulacrum, quod dicitur invidæ: Catal. in Telchines.

Minervam ex ebore Athenis fecit Phidias: Plin. xxxiv, 8. Idem quoque Phidias fecit & ex ære Minervam tam eximiæ pulchritudinis, ut à forma cognomen acceperit, & Callimorphos dicta ſit. Fecit & aliam Minervam, quam Romæ Æmilius Paullus ad ædem Fortunæ dedicavit: Idem ibid.

Minervam fecit Myron: Idem ibid.

Minervam mirabilem in portu Athanienſium fecit Cephiſſodorus, Statuarius: Idem ibid.

Minervam, quæ appellabatur Muſica, fecit Demetrius, Statuarius: Idem ibid.

Minervam, Cererem, Jovem, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo, fecit Sthenis, Statuarius: Idem ibid.

Minervam pinxit Antiphilus, quæ erat in ſchola in Octaviæ porticibus: Idem xxxv, 10.

Minervam ſculpſit Scopas: Idem xxxvi, 5.

Minervam cum Phidia certans fecit Alcamenes: Catal. in Alcamenes.

Minervam & Dianam Chionis elaboravit: Catal. in Chionis, Statuarius.

Minervam Lindiam ex lapide ſmaragdo fecere Dipœnus & Scyllis: Catal. in Dipoenus.

Minervam Aleam fecit Endius: Catal. in Endius.

Minervam ſedentem fecit Endœus: Catal. in Endoeus.

Minervam, à dedicantibus vocatam Lemniam, fecit Phidias: Catal. in Phidias.

Minervam atque Heben, Junoni in ſolio ſedenti adſiſtentes, fecit Praxiteles: Catal. in Praxiteles.

Mnaſeam Cyrenæum fecit Pythagoras, Plaſta: Catal. in Pythagoras.

Mnemoſynen pinxit Simonides: Plin. xxxv, 11.

Mneſarchidis Epheſiæ ſimulacrum fecit Euthycrates: Catal. in Euthtcrates, ex Tatiano.

Moloſſicos & Chaonides canes originem traxiſſe ajunt ab illo cane, quem Vulcanus ex Demoneſio ære fabricatum, anima indita, Jovi dono dedit; Jupiter Europæ; Europa Minoï; Minos Procridi; Procris Cephalo. Hic ejus erat naturæ, ut nihil evadere poſſet impetum inſequentis, &c. Catal. in Vulcanus.

Monocnemos Apellis: Catal. in Apelles, ex Arbitro.

Morychi Dionyſi ſimulacrum ex phellate lapide fecit Simon, Eupalami filius: Catal. in Simon, Sculptor.

Mulierculam, quæ triginta infantes enixa eſt uno partu, fecit Periclymenus: Catal. in Periclymenus, Statuarius.

Muſa chelyn geſtans, opus Ariſtoclis: Catal. in Aristocles.

Muſa lotum geſtans eſt opus Canacæ: Catal. in Aristocles.

Muſæ novem à Philiſco Rhodio ſculptæ, ſpectabantur Romæ ad Octaviæ porticum: Plin. xxxvi, 5.

Muſæ tres Strongylionis: Catal in Strongylion.

Muſæum pinxit Timænetus: Catal. in Timænetus, Pictor.

Muſam barbiton geſtantem fecit Ageladcs: Catal. in Ageladas.

Muſarum unam magadin manu tenentem fecit Lesbothemis: Catal. in Lesbothemis.

Muſarum tres ſtatuas in Helicone fecit Olympioſthenes: Catalog. in Olympiosthenes.

Muſas fecit Lyſippus: Catal. in Lysippus.

Muſas etiam fecerit Polycles: ſi admittimus Lipſii conjecturam, &c. Vide Catalogum in Polycles.

Myronis æneus puer, & Perſeus ſuum in Meduſam facinus peragens. Vide an ſunt in Luciano, an alibi.

Myrtidis meretriculæ ſtatuam fecit Boiſcus: Catal. in Boiscus, ex Tatiano.

Myrus Byzantii ſcorti imaginem ex ære fabricavit Cephiſidotus: Cat. in Cephissodorus.

Myſtidis meretriculæ ſtatuam fecit Ariſtodotus: Catal. in ARISTODOTUS, ex Tatiano.

N.

NAryeidam fecit Dædalus Sicyonius: Catal. in DÆDALUS, ALTER.

Nationes XIV, quæ ſunt circa Pompeji, à Coponio ſculptas eſſe tradit Varro: Plin. XXXVI, 5.

Navarchum thoracatum fecit Parrhaſius: Idem XXXV, 10.

Naves pinxiſſe Protogenem putant uſque ad annum ætatis quinquageſimum: Idem ibid.

Naves initio pinxit Heraclides Macedo: Idem XXXV, 11.

Neæræ ſcorti ſimulacrum fecit Calliades, Statuarius: Catal. in CALLIADES, ex Tatiano.

Neapolitanum in grandi tabula pinxit Lala Cyzicena, perpetua virgo: Plin. XXXV, 11.

Necromantiam Homeri pinxit Nicias: Idem ibid.

Nemeæ ſedentis genubus Alcibiadem inſidentem pinxit Aglaophon, facie pulchriore quàm eſſe deceret mulierem: Catal. in AGLAOPHON, ex Athenæo.

Nemeam ſedentem, & Alcibiadem complexu ſuo foventem, pinxit Ariſtophon: Catal. in ARISTOPHON, ex Plutarcho.

Nemeam pinxit Nicias ſedentem ſupra leonem, palmigeram ipſam, adſtante cum baculo ſene, cujus ſupra caput tabula bigæ dependet: Plin. XXXV, 4; & XXXV, 11.

Nemei Jovis æneum ſimulacrum recto ſtatu, Ars Lyſippi: Catal. in LYSIPPUS.

Nemeſeon ſimulacra & Gratiæ quoque ex auro poſitæ, opus Bupali, ſunt apud Smyrnæos: Catal. in BUPALUS, ex Pauſania.

Nemeſin egregiam pinxit Simus: Plinius XXXV, 11.

Nemeſin Agoracritus appellavit Venerem ſuam: Idem XXXVI, 5.

Nemeſis Phidiæ: Catal. in PHIDIAS.

Nemeſis Diodoti Statuarii: Catal. in DIODOTUS.

Neoptolemum ex equo adverſus Perſas pugnantem pinxit Apelles: Plin. XXXV, 10.

Neptuni atque Amphitrites novem cubitorum ſimulacra, quæ in Teno adorantur, opus ſunt Teleſii: Catal. in TELESIUS, STATUARIUS.

Neptuno & Victoria ſpectatur Iphis: Plin. XXXV, 11.

Neptunum ſculpſit Praxiteles, qui olim ſpectabatur in Aſinii Pollionis monumentis: Idem XXXVI, 5.

Neptunum parturienti Jovi thynnum offerentem, pinxit Cleanthes: Catalog. in CLEANTHES.

Neptunum fecit Damias, Statuarius: Catal. in DAMIAS.

Neptunum fecit Lyſippus: Catal. in LYSIPPUS.

Neptunus ipſe, quem ſculpſit Scopas, eſt in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in circo Flaminio, & Thetis atque Achilles, Nereides ſupra delphinos & cete & hippocampos ſedentes: item tritones, chorusque Phorci, & priſtes ac multa alia marina, omnia ejuſdem manus, præclarum opus, etiamſi totius vitæ fuiſſet: Plin. XXXVI, 5.

Nereides ſupra delphinos & cete & hippocampos ſedentes ſculpſit Scopas: Idem ibid.

Neſtorem & novem ſtatuas eorum qui ſorte ducti cum Hectore congreſſuri erant, fecit Onatas: Catal. in ONATAS, STATUARIUS.

Nicomachi ſtatuam Theophraſtus perficiendam reliquit Praxiteli: Cat. in PRAXITELES.

Nicoſtrati palæſtritæ pueri ſtatuam fecit Pantias: Catal. in PANTIAS.

Nioben cum liberis morientem in templo Apollinis Soſiani ambigitur Scopas an Praxiteles ſculpſerit: Plin. XXXVI, 5.

Nioben fecit Praxiteles: Catal. in PRAXITELES, SCULPTOR, ex Auſonio.

Nobiles fœminas fecere Antimachus & Athenodotus, Statuarii: Plin. XXXIV, 8.

Noctem (Νύκτα) vocant Epheſii fœminæ cujuſdam effigiem, quam fecit Rhœcus Plaſta, in templo Dianæ Epheſiæ: Cat. in RHOECUS, ex Pauſania.

Noctuam, ut Deæ gratiſſimam, ex populi decreto Minervæ ſuæ Atticæ addidit Phidias: Catal. in PHIDIAS

Nova nupta verecundia notabilis, recenſetur inter nobiliores Echionis picturas: Plin. XXXV, 10.

Nymphæ ridentes Praxitelis: Catal. in PRAXITELES, ex Anthologia.

O.

OCcaſio Lyſippi: Catal. in LYSIPPUS, ex Anthologia.

Occaſio Phidiæ: Catal. in PHIDIAS, ex Auſonio.

Oceanus & Jupiter Sculptoris Entochi ſpectabantur in Pollionis Aſinii monumentis: Plin. XXXVI, 5.

Ocnos appellatur piger ſpartum torquens, quod aſellus arrodit. Socrates pinxit: Idem XXXV, 11; Turnebus Adverſariorum VII, 1.

Oenophorum ex ære fecit Praxiteles: Plin. XXXIV, 8.

Officinam Pictoris, ignem conflante puero, pinxit Philiſcus: Idem XXXV, 11.

Oliva Pygmalionis: Cat. in PYGMALION.

Olympiadis atque Eurydices, Alexandri quoque & Philippi atque Amyntæ ex ebore auroque ſimulacra fecit Leochares: Catal. in Leochares.

Olympum & Pana luctantes ſculpſit Heliodorus, quod eſt alterum in terris ſymplegma nobile, nam primum fuit Cephiſſodori: Plin. xxxvi, 5.

Opſonia & aſellos ac ſimilia pinxit Pyreicus, ob hoc cognominatus Rhyparographus: Idem xxxv, 10.

Orbem terrarum diligentiſſime delineatum Urbi ſpectandum propoſuit M. Agrippa: Idem iii, 2.

Oreſtem interficientem matrem & Ægiſthum pinxit Theodorus: Idem xxxv, 11.

Oreſtes Timomachi laudatur: Idem ibid.

Oreſtis judicium & Areopagitas cælavit Zopirus in duobus ſcyphis H-S-xii æſtimatis: Idem xxxiii, 12.

Oreſtis inſaniam pinxit Theon: Idem xxxv, 11.

Oreſtis matricidium pinxit Theon: Catal. in Theon, ex Plutarcho.

Oſirim proavum ſuum Seſoſtris Rex magnifice variegatum effingi voluit à Bryaxide, non celebri iſthoc Athenienſium Artifice, ſed alio quopiam ejuſdem nominis Statuario: Catal. in Bryaxis, alter, ex Clemente Alexandrino.

P.

Pacate Apellis: Catal. in Apelles, ex Luciano.

Pacem habentem Plutum in ſinu fecit Athenienſibus Cephiſodotus: Cat. in Cephissodorus.

Palamedis occiſi tabula fuit Ars Timanthis: Catal. in Timanthes.

Palladis peplum primi fecere Aceſeus & Helicon. Vide Catal. in Aceseus.

Palliati cogitantes Euphranoris: Plinius xxxv, 11.

Palliatos dicturos pinxit Timomachus, alterum ſtantem, alterum ſedentem: Idem ibid.

Pan utrem tollens, opus Praxitelis: Catal. in Praxiteles, ex Anthologia.

Pana ſuum Archelao donavit Zeuxis: Plin. xxxv, 9.

Pana pinxit Protogenes: Idem xxxv, 10.

Pana & Olympum luctantes ſculpſit Heliodorus, quod eſt alterum in terris ſymplegma nobile: Idem xxxvi, 5.

Pana pinxit Ophelion: Catal. in Ophelion.

Panaceam Æſculapii filiam pinxit Socrates: Plin. xxxv, 11.

Pancratiaſtas Delphicos fecit Myron: Idem xxxiv, 8.

Pancratiaſte Delphis poſito Myronem vicit Pythagoras Rheginus: Idem ibid.

Pandoram juſſu Jovis è luto finxit Vulcanus: Catal. in Vulcanus.

Pandoras geneſin appellavit Phidias, quod cælatum eſt in baſe Minervæ Atticæ: Idem xxxvi, 5.

Panem fecit Cres, Statuarius: Catalog. in Cres.

Paniſcum pinxit Tauriſcus: Plin. xxxv, 11.

Pantarcen caput ſibi tænia redimentem in Elide quoque dedicavit Phidias: Catal. in Phidias, ex Pauſania.

Panteuchidem ex ſtupratore gravidam Euthycrates ex ære fabricavit: Catalog. in Euthycrates.

Paralum & Hemionida pinxit Protogenes, quam quidem Nauſicaam vocant: Plin. xxxv, 10.

Paregoron (παρήγορον) vocant Deam conſolatricem, quam ſculpſit Praxiteles: Catal. in Praxiteles.

Parietes penicillo Theſpiis pinxit Pauſias, quum reficerentur quondam à Polygnoto picti, Idem xxxv, 11.

Parietum amœniſſimam picturam primus inſtituit Ludio D. Auguſti ætate: Plin. xxxv, 10.

Paris. Vide *Alexander Paris.*

Parva fecit Callicles: Plin. xxxv, 10.

Parvas pingebat tabellas Pauſias, maximeque pueros. Hoc æmuli interpretabantur: Idem xxxv, 11.

Paſiphaën fecit Bryaxis: Catal. in Bryaxis, ex Tatiano.

Patroclo loricæ gyala aptantes fœminas addidit Calliphon, Pictor: Catal. in Calliphon.

Pelei filiarum nomina Micon imaginibus earum adſcripſit: Catal. in Micon.

Pelichi ſtatuam æneam fecit Demetrius Alopecenſis: Catal. in Demetrius, Statuarius.

Penelopen fecit Zeuxis, in qua pinxiſſe mores videtur: Plin. xxxv, 9.

Penelopeum fontem fecit Thraſon: Catal. in Thrason, Statuarius.

Pentathlon æreum, qui vocatur Encrinomenos, fecit Alcamenes, Phidiæ diſcipulus: Plin. xxxiv, 8.

Pentathlos Delphicos fecit Myron: Idem ibidem.

Peplum Palladis primi texuere Aceſeus & Helicon: Catal. in Aceseus.

Pergamenum aliquod templum manu ſua exornaverat Apelles: Catal. in Apelles, ex Solino.

Periboëton, Græcis cognominatum Satyrum, ex ære fecit Praxiteles: Plinius xxxiv, 8.

Periclem pinxit Ariſtolaus: Idem xxxv, 11.

Perixyomenon fecit Antigonus, Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Perixyomenon fecit Dahippus, Statuarius: Idem ibid.

Perſea

Perſea fecit Myron: Plin. xxxiv, 8.
Perſea, Herculem, Meleagrum fecit Parrhaſius in una tabula, quæ eſt Rhodi: Idem xxxv, 10.
Perſeus Pythagoræ Statuarii habuit alas: Catal. in PYTHAGORAS.
Petulanti pictura innotuit Cteſilochus, diſcipulus Apellis, Jove Liberum parturiente mitrato, &c. Plin. xxxv, 11.
Peuceſten, Alexandri Magni ſervatorem, tanta gloria dignum, fecit Tiſicrates: Idem xxxiv, 8.
Phaëthontem & Pothon & Venerem ſculpſit Scopas, qui Samothraciæ ſanctiſſimis ceremoniis coluntur: Idem xxxvi, 5.
Phaëthontem pinxit Meneſtratus, Pictor ineptiſſimus: Catal. in MENESTRATUS.
Phalaridem tyrannum fecit Polyſtratus, Statuarius: Catal. in POLYSTRATUS.
Phileſium cognominatum Apollinem nudum fecit Canachus, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.
Philippi Azanis Statuam fecit Myron: Catal. in MYRON.
Philippum, patrem Alexandri Magni, & ipſum Alexandrum fecit Chæreas, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.
Philippum & Alexandrum, cumque iis Amyntam, patrem Philippi, ex ebore & auro fabricavit Leochares, ſicuti & Olympiadis Eurydicesque ſimulacra: Catal. in LEOCHARES.
Philiſcum pinxit Parrhaſius: Plinius xxxv, 10.
Phillen Eleum fecit Cratinus: Catalog. in CRATINUS, STATUARIUS.
Philocteton tubeſcentem pinxit Ariſtophon: Catal. in ARISTOPHON.
Philocteten pinxit Parrhaſius: Catalog. in PARRHASIUS.
Philoſophos fecere Apollodorus, Androbulus, Aſclepiodorus, Alevas, Ariſtodemus, & alter Cephiſſodorus: Plinius xxxiv, 8.
Philoſophos quoque Colothas, qui cum Phidia Jovem Olympium fecerat, & Cleon, & Cenchramis, & Callicles, & Cephis, Daiphron denique & Democritus & Dæmon fecere: Idem ibid.
Phorci chorum ſculpſit Scopas: Idem xxxvi, 5.
Phryne meretrix. Spectantur duo ſigna, quæ Praxiteles fecit ex ære, diverſos affectus exprimentia, matronæ flentis, & meretricis gaudentis. Putant Phrynen fuiſſe, deprehenduntque in ea amorem Artificis, & mercedem in vultu meretricis: Idem, xxxiv, 8.
Phrynen meretricem fecere Praxiteles & Herodotus: Catalog. in HERODOTUS, STATUARIUS.
Phylarchum in templo Eleuſine pinxit Athenion Maronites: Plin. xxxv, 11.
Pictoris officinam, ignem conflante puero, pinxit Philiſcus: Idem ibid.
Pigrum, qui appellatur Ocnos, ſpartum torquentem quod aſellus arrodit, pinxit Socrates: Idem ibid.
Piſces operis Figulini, item uvas Romæ fecit Poſis, ita ut non ſit aſpectu diſcernere à veris: Idem xxxv, 12.
Piſcibus circa Scyllam pictis nobilitatus eſt Androcydes, ut qui piſcibus impenſe gauderet: Catal. in ANDROCYDES.
Pithi ſtatuam fecit Lyſippus, & dedicarunt milites ejus ſtatuas duas, &c. Catal. in LYSIPPUS.
Pitho mulierem bigæ impoſuit Piſicrates, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.
Pithus Deæ, id eſt, Suadæ ſignum ſculpſit Praxiteles: Catal. in PRAXITELES.
Platonem fecit Silanion: Catal. in SILANION.
Plotinum depinxit Carterius: Catalog. in CARTERIUS.
Pœcilen gratuito pinxit Polygnotus, cùm partem ejus Micon mercede pingeret: Plin. xxxv, 9.
Polemarchia porticus apud Phliuntem multiplici pictura exornata erat à Sillace Rhegino: Catal. in SILLAX, PICTOR.
Pollux. Vide *Caſtor*.
Polydamantem Scotuſſeum fecit Lyſippus, quo nemo illius ætatis hominum ſtatura procerior fuit: Catal. in LYSIPPUS.
Polygynæcon, quam vocant frequentiam, Athenis pinxit Athenion Maronites: Plin. xxxv, 11.
Polynicem regnum repetentem pinxit Tauriſcus: Plin. xxxv, 11.
Polynices atque Eteoclis fratrum mutuam cædem fecit Pythagoras: Catal. in PYTHAGORAS.
Polyxena Polycleti: Catal. in POLYCLETUS.
Populus Leocharis: Catal. in LEOCHARES.
Populus Lyſonis: Catal. in LYSON, STATUARIUS.
Pothon ſculpſit Scopas: Plin. xxxvi, 5.
Prælia armatosque cælavit Lædus: Idem xxxiii, 12.
Prælia Attali atque Eumenis adverſus Gallos plures Artifices fecere, Iſigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus: Idem xxxiv, 8.
Prælium equeſtre ad Trophonii oraculum fecit Euthycrates, filius ac diſcipulus Lyſippi: Idem ibid.
Prælium Athenienſium adverſus Perſas, apud Marathona factum, pinxit Panæus: Idem xxxv, 8.
Prælium ad Phliunthem pinxit Pamphilus: Idem xxxv, 10.
Prælium cum Perſis pinxit Ariſtides Thebanus: Idem ibid.
Prælium Alexandri cum Dario Philoxenus

Eretrius pinxit Caſſandro regi: Plin. xxxv, 10.

Prælium navale Ægyptiorum & Perſarum, quod in Nilo factum volebat intelligi, quemadmodum pinxerit Nealces: Idem xxxv, 11.

Præſtigiatorem Theodorum pinxit Irene: Idem ibid.

Praxigoridis meretriculæ ſignum fecit Gomphus: Catal. in Gomphus, ex Tatiano.

Praxillam Lyſippus fecit, nullius unquam boni poëmatis auctorem: Catal. in Lysippus, ex Tatiano.

Priamus eſt in numeroſa tabula Ariſtophontis: Plin. xxxv, 11.

Priapum fecit Dinomenes: Catal. in Dinomenes.

Priapus Eutychidis: Catal. in Eutychides.

Priapus Phyromachi: Catal. in Phyromachus.

Priſtas fecit Myron: Plin. xxxiv, 8.

Priſtes ſculpſit Scopas: Idem xxxvi, 5.

Proclen Andrium, palæſtritam puerum, fecit Somis, Plaſta: Catal. in Somis.

Prognen filium tollere meditantem, ipſumque adeo Ityn fecit Alcamenes: Catal. in Alcamenes.

Promethea pinxit Parrhaſius ad exemplar capti ſenis Olynthii, & tormentis ad mortem adacti: Catal. in Parrhasius.

Prometheum in vinculis pinxit Euanthes: Catal. in Euanthes.

Proſerpina inſiſtens æneo tripodi, quem fecit Callon Ægineta: Catal. in Callon, Statuarius.

Proſerpinæ raptum ex ære fecit Praxiteles: Plin. xxxiv, 8.

Proſerpinæ raptum pinxit Nicomachus, Ariſtodemi filius ac diſcipulus; quæ tabula eſt in Capitolio in Minervæ delubro ſupra ædiculam Juventutis: Idem xxxv, 10.

Proteſilaum fecit Dinomenes, Statuarius: Idem xxxiv, 8.

Protelaum Mantinenſem fecit Pythagoras Rheginus: Catal. in Pythagoras.

Pſaltriam pinxit Leontiſcus: Plin. xxxv, 11.

Pſaltriam Argivam Olynthius Herodotus fabricavit: Catal. in Herodotus, ex Tatiano.

Ptolemæo venante laudatur Antiphilus: Plin. xxxv, 11.

Puberem filium ſeni patri ſimilem eſſe, ſalva ætatis differentia, ſupervolante aquila draconem complexa, Philochares pinxit: Idem xxxv, 4.

Puellam, quæ eſt Eleuſine, pinxit Irene, Cratini Pictoris filia & diſcipula: Idem xxxv, 11.

Pueris 35, qui una cum chori magiſtro & tubicine naufragio perierant, ſtatuas poſuere Mamertini ex ære, Artifex Callon Egeus: Catal. in Callon, alter.

Puero ignem conflante laudatur Antiphilus, ac pulchra aliàs domo ſplendeſcente, ipſiusque pueri ore: Plin. xxxv, 11. Similia vide in *Sufflantem*.

Puerorum dextras tendentium & vota nuncupantium ſtatuæ, opus Calamidis: Catal. in Calamis, ex Pauſania.

Pueros duos fecit Parrhaſius, in quibus ſpectatur ſecuritas & ætatis ſimplicitas: Plin. xxxv, 10.

Puerulum nudum inauratum fecit Boëthus, ſedentem ad pedes Veneris in templo Junonis apud Eleos: Catal. in Boethus, argenti Cælator.

Pyrrhi Hellanodices ſtatuam fecit Lyſippus: Catal. in Lysippus.

Pyrrhus rex Hegiæ Statuarii laudatur: Plin. xxxiv, 8.

Pythias ſculpſit Dactylides; ſpectabantur in hortis Servilianis: Idem xxxvi, 5.

Pythius Theodori & Teleclis opus eſt: Catal. in Telecles.

Pythoclem quinquertionem Eleum Polycletus fecit: Catal. in Polycletus.

Pythodemum luctatorem fecit Dinomenes, Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Pyttali ſtatuam fecit Sthenis, qui datus fuerat arbiter Arcadibus atque Eleis, de agrorum finibus inter ſe controvertentibus: Catal. in Sthenis.

Q.

Quadriga Pyromachi Statuarii regitur ab Alcibiade: Plin. xxxiv. 8.

Quadriga curruſque & Apollo ac Diana ex uno lapide, opus Lyſiæ, in magna auctoritate habitum Romæ: Idem xxxvi, 5.

Quadrigæ Calamidis aurigam ſuum impoſuit Praxiteles; ne melior in equorum effigie, defeciſſe in homine videretur. Ipſe Calamis & alias quadrigas bigaſque fecit, equis ſemper ſine æmulo expreſſis: Idem xxxiv, 8.

Quadrigam marmoream in ſummo Mauſolei fecit Pythis: Idem xxxvi, 5.

Quadrigam marmoream Myrmecidis cum agitatore cooperuit alis muſca: Idem ibid.

Quadrigas fictiles in faſtigio templi Capitolini fecit Turanius à Fregellis accitus: Idem xxxv, 12.

Quadrigas multorum generum fecit Lyſippus. In primis vero nobilitatus eſt quadriga cum Sole Rhodiorum: Idem xxxiv, 8.

Quadrigas Medeæ complures fecit Euthycrates, filius ac diſcipulus Lyſippi: Idem ibid.

Quadrigas bigaſque fecit Ariſtides, Polycleti diſcipulus: Idem ibid.

Qua-

Quadrigas bigaſque fecit Euphranor: Idem ibid.

Quadrigas currentes pinxit Ariſtides: Idem XXXV, 10.

Quadrigis ſpectatus Menogenes, Statuarius: Idem XXXIV, 8.

Quadrigula illius Theodori Plaſtæ, qui labyrinthum Sami fecit, tranſlata eſt Præneſte, tantæ parvitatis, ut totam eam currumque & aurigam integeret alis ſimul facta muſca: Idem ibidem.

Quadrupedes adſcribuntur Niciæ: Idem XXXV, 11.

Quinquatrus celebrantem pinxit Simus: Idem ibid.

R.

RAnam & lacertam columnarum ſpiris, nominum ſuorum argumento, inſculpſerunt Batrachos & Sauros, quum ſtruerent templa Octaviæ porticibus incluſa: Plin. XXXVI, 5.

Rheam ſaxum involutum pro partu ſuo ad Saturnum deferentem, Platæenſibus fecit Praxiteles: Catal. in PRAXITELES.

Rhyparographos dictus eſt Pyreicus: Plin. XXXV, 10.

Roxanes & Magni Alexandri nuptias pinxit Aëtio: Catal. in AETIO.

S.

SAcerdotem adſtante puero, &c. Plin. XXXV, 10.

Sacrificantes adorantesque matronas fecit Sthenis, Statuarius. Sacrificantes quoque fecerunt Batton, Euchir, Glaucides, &c. Idem XXXIV, 8.

Sagittarium & canem fecit Simon, Statuarius: Idem ibid.

Salmoneus Polycleti: Cat. in POLYCLETUS.

Saltatorem pinxit Alciſthene: Plin. XXXV, 11.

Sappho pinxit Leon: Idem ibid.

Sappho finxit Silanion: Catal. in SILANION, STATUARIUS.

Sarmenem equitem, qui primus de equitatu ſcripſit, fecit Demetrius, Statuarius: Plin. XXXIV, 8.

Satyro nobiliſſimo cum pelle pantherina, quem Apoſceponta appellant, laudatur Antiphilus: Idem XXXV, 11.

Satyrorum turmam fecit Lyſippus Athenis: Idem XXXIV, 8.

Satyrum in phiala gravatum ſomno collocaviſſe verius, quàm cælaſſe dictus eſt Stratocles: Idem XXXIII, 12.

Satyrum admirantem tibias fecit Myron: Idem XXXIV, 8.

Satyrum nobilem, quem Græci periboëton cognominant, ex ære fecit Praxiteles: Idem ibid.

Satyrum tibias tenentem, quem Anapauomenon vocant, ſub gladio pinxit Protogenes: Idem XXXV, 10.

Satyrum cum ſcypho coronatum pinxit Ariſtippus, filius ac diſcipulus Ariſtidis Thebani: Idem ibid.

Satyrum cælaverat Diodorus in argento: Catal. in DIODORUS.

Satyrus Libero patri adſtans, opus Praxitelis: Catal. in PRAXITELES.

Saurоctonon vocant puberem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem, quem ex ære fecit Praxiteles: Plinius XXXIV, 8.

Scena ſpectatur Eudorus: Idem XXXV, 11.

Scenas optime pinxit Serapio: Idem XXXV, 10.

Scillam, quæ nunc eſt Romæ in templo Pacis, pinxit Nicomachus: Idem ibid.

Scyllam pinxit Phalerion: Idem XXXV, 11.

Scyllin ancoras Perſicæ claſſis præcidentem pinxit Androbius: Idem ibid.

Se ipſam pinxit Lala Cyzicena ad ſpeculum: Idem ibid.

Se ipſum pinxit Apelles: Catal. in APELLES, ex Anthologia Græc. Epigrammatum.

Seleucum fecit Bryaxis: Plin. XXXIV, 8.

Seleucum regem fecit Ariſtodemus, Statuarius: Idem Ibid.

Semiramis ex ancilla adipiſcens regnum, refertur inter nobiliores Echionis tabulas: Idem XXXV, 10.

Senex Thebanus Tiſicratis: Idem XXXIV, 8.

Senis nudum ſignum Pythagoræ Samii laudatur: Idem ibid.

Senis imago cum lyra puerum docentis, opus Ariſtidis Thebani, ſpectata eſt in æde Fidei in Capitolio: Idem XXXV, 10.

Sepulcrum eſt non longe ab ea porta quæ Athenis ducit Phalerum, cujus inſigne (ἐπίσημα) eſt miles equo adſtans. Praxiteles & equum fecit & militem: Catal. in PRAXITELES.

Serpentem, quem Minervæ ſuæ Athenis factæ addidit Phidias, mirantur periti: Plin. XXXVI, 5.

Silenos ſculpſit Praxiteles. Spectabantur olim in monumentis Aſinii Pollionis: Idem ibid.

Silenos tres comeſſantes pinxit Philoxenus Eretrius, in ea tabula quam Laſciviam vocant: Idem XXXV, 10.

Silenum & Cupidines cælavit Mys; conſpiciebantur Rhodi in templo Liberi patris: Idem XXXIII, 12.

Similitudines ex argilla fingere Dibutades Sicyonius Figulus primus invenit Corinthi filiæ opera: Idem XXXV, 11.

Simulacra Deorum pinxit Abron: Idem ib.

Socrati Athenienſes, pœnitentia ducti, æneam ſtatuam, quam fecit Lyſippus, in celeberrimo urbis ſuæ loco poſuerunt: Catal. in LYSIPPUS.

***** Sol

Sol Rhodiorum cum quadriga nobilitavit Lyſippum: Plin. xxxiv, 8.

Solis coloſſum fecit Chares: Idem xxxiv, 7.

Soſandra Calamidis: Catal. in Calamis, ex Luciano in Imaginibus.

Spartam fecit Ariſtander: Catal. in Aristander, Statuarius.

Sphæra vitrea Archimedis: Catal. in Archimedes.

Sphæra Billari: Catal. in Ballarus, vel Billarus.

Sphingem æream, ſub ipſa cuſpide Minervæ Atticæ, mirantur periti: Plin. xxxvi, 5.

Spilumenen ex ære fecit Praxiteles: Idem xxxiv, 8.

Spinarum pentathlon fecit Telephanes: Idem xxxiv, 8.

Splancbnoptes, Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens. Stipax Cyprius hoc uno celebratur ſigno: Idem xxxiv, 8.

Stadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur, & quo Myron victus eſt, fecit Pythagoras Leontinus: Idem ibid.

Stemmata pinxit Cœnus: Idem xxxv, 11.

Stephanoplocos vel Stephanopolis appellata eſt nobilis illa Pauſiæ tabella, in qua pinxit Glyceram ſedentem cum corona: Idem ibid.

Stephuſan ex ære fecit Praxiteles: Idem xxxiv, 8.

Stheniadem vocabant Minervam, quæ colebatur in Arce Corinthiaca, & cujus ſimulacrum è ligno ſculpſerat Callon Æginetes: Catal. in Callon, Sculptor.

Sthenis pugil Eleus, opus Olynthii Chœrili: Catal. in Choerilus, Statuarius.

Straton Sculptor propriam quoque imaginem addidit Æſculapio quem ſculpſerat: Catal. in Straton.

Stratonicen reginam pinxit Artemon: Plin. xxxv, 11.

Stratonices reginæ injuria innotuit Cleſides, olutantem eam cum piſcatore: Idem ibid.

Stymphalium Dromeum fecit Pythagoras Rheginus: Catal. in Pythagoras.

Suam effigiem Phidias incluſit clypeo Minervæ, quum inſcribere non liceret: Catal. in Phidias, ex Cicerone & Ariſtotele.

Suffitorem puerum puerum fecit Lychus: Plin. xxxiv, 8.

Sufflantem languidos ignes puerum fecit Buthyreus, diſcipulus Myronis: Idem ibid.

Sufflator quoque puer, ut quidam vett. libri, tribuitur ibidem Lycho Statuario. Hujuſmodi quoque ſufflatoris imaginem vide in *Splanchnoptis*; & *Puero ignem conflante*; & *Pictoris officinam*.

Supplicantem pinxit Ariſtides Thebanus, pene cum voce: Plin. xxxv, 10.

Sutrinas tonſtrinasque pinxit Pyreicus: Idem ibidem.

Symplegma, ſignum nobile Praxitelis, laudatum eſt Pergami, digitis corpori verius, quàm marmori impreſſis: Idem xxxvi, 5. Ita Pana & Olympum luctantes ſculpſit Heliodorus, &c. Idem ibid.

Syngenicon pinxit Oenias: Idem xxxv, 11.

T.

TAmiram citharœdum pinxit Theodorus: Plin. xxxv, 11.

Taurus Perilli: Idem xxxiv, 8.

Taurus & Zetus & Amphion ac Dirce, vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii & Tauriſci, &c. Idem xxxvi, 5.

Taurus æneus Theopropi: Catal. in Theopropus.

Telephi cum Achille pugnam in campo Cayci ſculpſit Scopas: Catal. in Scopas.

Telephum fecit Parrhaſius: Plin. xxxv, 10.

Teleſillæ ſtatuam fecit Niceratus: Catal. in Niceratus, Statuarius, ex Tatiano.

Teleſti poëtæ monumentum celeritate & arte mira pinxit Nicomachus: Plinius xxxv, 10.

Temulenta tibicina nobilitatus eſt Lyſippus: Idem xxxiv, 8.

Themidis ſimulacrum fecit Doryclides, Dipœni & Scyllidis diſcipulus: Catal. in Doryclides.

Theodorum præſtigiatorem pinxit Irene, Cratini Pictoris filia & diſcipula: Plin. xxxv, 11.

Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem, &c. Idem xxxiv, 8.

Theogneti Æginetæ ſimilitudinem fecit Polichus Ægineta: Catal. in Polichus.

Theotimus athleta, opus Dætondæ: Catal. in Dætondas.

Therſilochum fecit Polycletus Argivus: Catal. in Polycletus.

Theſea, qui Romæ in Capitolio fuit, fecit Parrhaſius: Plin. xxxv, 9.

Theſea pinxit Euphranor; in quo dixit eundem apud Parrhaſium roſa paſtum eſſe, ſuum vero carne: Idem xxxv, 11.

Theſea pinxit Ariſtolaus: Idem ibid.

Theſea finxit Silanion: Catal. in Silanion, Plasta.

Theſpiades optime expreſſit Euthycrates, Lyſippi filius ac diſcipulus: Plin. xxxiv, 8.

Theſpiades ſculpſit Cleomenes. Spectabantur eæ in Pollionis Aſinii monumentis: Idem xxxvi, 5.

Theſpia venatorem optime expreſſit Euthycrates,

crates, filius ac diſcipulus Lyſippi: Idem xxxiv, 8.

Thetis à Scopa ſculptus: Idem xxxvi, 5.

Thyades ſculpſit Praxiteles. Spectabatur olim in monumentis Aſinii Pollionis: Idem ibidem.

Tibicina tumulenta Lyſippi: Idem xxxiv, 8.

Tibicinem inter pauca laudatum pinxit Antidotus: Idem xxxv, 11.

Timanthi Cleonæo ſtatuam fecit Myron: Cat. in Myron.

Timaſitheus Ageladæ: Cat. in Agelades.

Timonis & filii ejus imaginem fecit Dædalus Sicyonius: Cat. in Dædalus, alter.

Tonitrua, fulgetra, fulguraque (Bronten, Aſtrapen, Ceraunobolon appellant) & quæ pingi non poſſunt, pinxit Apelles: Plinius xxxv, 10.

Tonſtrinas ſutrinasque pinxit Pyreicus: Idem ibidem.

Tragœdiam & Comœdiam pinxit Echion: Idem ibidem.

Tragœdum & puerum, qui ſpectabantur Romæ in templo Apollinis, pinxit Ariſtides: cujus tabulæ gratia interiit inſcitia Pictoris, &c. Idem ibidem.

Triphylum & Azana Samolas Arcas efformavit: Cat. in Samolas.

Triptolemum ſculpſit Praxiteles. Spectatur is Romæ in hortis Servilianis: Idem xxxvi, 5.

Triton æneus collocatus ſupra turre marmorea Andronici Cyrrheſtis: Catal. in Andronicus.

Tritonem pinxit Zeuxis titanicum quid intuentem: Cat. in Zeuxis, ex Luciano.

Tritones ſculpſit Scopas: Plin. xxxvi, 5.

Trojæ excidium pinxit Cleanthes: Cat. in Cleanthes, Pictor.

Trojanæ expugnationis hiſtoriam Delphis pinxit Polygnotus: Catal. in Polygnotus.

Trophonii ſimulacrum, Ars Dædali: Cat. in Dædalus.

Tubicinem inſignem fecit Epigonus Statuarius: Plin. xxxiv, 8.

Tumulum vel ſepulcrale monumentum ante urbem Tritiam, quaſi Pictura exornaverit Nicias: Cat. in Nicias, ex Pauſania.

Turmam equeſtrium ſtatuarum fecit Lyſippus: Cat. in Lysipppus, ex Vellejo.

Tyndaridæ, tabula quam olim imperfectam reliquit Nicomachus morte interceptus, in magna fuit apud poſteros admiratione: Plin. xxxv, 11.

Tyrannicidas fecit Critias Neſiota: Cat. in Critias.

V.

VEnatio Acragantis magnam habuit famam: Plin. xxxiii, 12.

Venatione & canibus nobilitatus eſt Lyſippus: Idem xxxiv, 8.

Venationem Alexandri, quæ Delphis ſacrata eſt, fecit Lyſippus: Idem ibid.

Venatorem Theſpin optime expreſſit Euthycrates filius ac diſcipulus Lyſippi. Idem quoque optime expreſſit venantium canes: Idem ibidem.

Venatores fecere Batton, Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus Statuarii, &c. Idem ibid.

Venatores cum captura fecit Ariſtides Thebanus: Idem xxxv, 10.

Venerandarum Dearum mediam Athenis fecit Calos: Cat. in Calos, ex Clemente Alexandrino.

Venerem exeuntem è mari, quam Anadyomenem vocant, pinxit Apelles: Plinius xxxv, 10.

Venerem aliam Cois inchoaverat Apelles, &c. Idem ibidem.

Venerem inter Gratias & Cupidines pinxit Nearchus: Idem xxxv, 11.

Venerem pinxit Nealces: Idem ibidem.

Venerem ſculpſit Agoracritus: Idem xxxvi, 5.

Venerem ſculpſit Cephiſſodorus filius Praxitelis. Viſebatur ea Romæ in Aſinii Pollionis monumentis: Idem ibidem.

Venerem & Pothon & Phaëtontem ſculpſit Scopas, qui Samothraciæ ſanctiſſimis ceremoniis coluntur: Idem ibidem.

Venerem nudam ſculpſit Scopas, Praxitelicam illam Gnidiam antecedens: Idem ibidem.

Venerem intra Octaviæ porticus ſculpſit Philiſcus Rhodius: Idem ibidem.

Venerem lavantem ſeſe ſculpſit Polycharmus: Idem ibidem.

Venerem, quæ ante Felicitatis ædem fuit, quæque cum ipſa æde incendio cremata eſt, ex ære fecit Praxiteles, marmoreæ illi ſuæ per terras inclytæ parem: Idem xxxiv, 8.

Venerem genetricem figulini operis in foro Cæſaris fecit Arceſilaus L. Luculli familiaris: Idem xxxv, 12.

Venerem, opus Calamidis, addiderunt Athenienſes Leænæ Ariſtogitonis amicæ: Cat. in Calamis, ex Pauſania.

Venerem ſedentem ex ebore atque auro fecit Canachus: Cat. in Canachus.

Venerem ligneam, argento vivo in infuſo ſe moventem, fecit Dædalus: Cat. in Dædalus.

Venerem, ad Amyclæum vocatam, fecit Polycletus: Cat. in Polycletus.

Veneres duas ſculpſerat Praxiteles, ſimulque vendebat; alteram velata ſpecie, alteram nudam. Priorem prætulerunt Coï, rejectam Gnidii emerunt, immenſa famæ, differentia, &c. Idem ibid.

Veneris & Mercurii ſimulacra è ligno fecit Da-

Damophon Sculptor: Catal. in DAMOPHON.

Veneris Uraniæ ſignum ex Pario marmore fecit Phidias, quod fuit Athenis ſupra Ceramicum. Aliud quoque ejuſdem Veneris ſignum fuit in Elide, pede teſtudinem premens, quod idem Phidias fecit ex ebore & auro: Cat. in PHIDIAS.

Venus hortenſis Alcamenis: Cat. in ALCAMENES.

Venus ærea Cleonis: Cat. in CLEON, STATUARIUS.

Venus Euclidis: Cat. in EUCLIDES, SCULPTOR.

Venus Eumeli: Cat. in EUMELUS, PICTOR.

Venus Hermogenis: Catal. in HERMOGENES, STATUARIUS.

Venus ænea Scopæ, quæ dicitur πάνδημος, inſidet capro, &c. Cat. in SCOPAS.

Venus marmorea, quæ eſt Romæ in porticibus Octaviæ, putatur eſſe Phidiæ: nam & ipſum Phidiam tradunt ſcalpſiſſe marmora: Plin. XXXVI, 5.

Venus extra muros, quæ appellatur Aphrodite ἐν κήποις, opus eſt Alcamenis, cui tamen ſummam manum ipſe Phidias impoſuiſſe dicitur: Idem ibidem.

Veſtam ſedentem ſculpſit Scopas, laudatam in Servilianis hortis, duaſque chametæras circa eam, quarum pares ſunt in monumentis Aſinii Pollionis: Idem ibid.

Victorem certamine gymnico palmam tenentem fecit Eupompus Pictor: Idem libro XXXV, cap. 10.

Victoria quadrigam in ſublime rapiens, opus Nicomachi Pictoris. Hanc tabulam Plancus Imp. poſuit in Capitolio: Idem ibid.

Victoria regit bigam quam pinxit Eutychides: Idem XXXV, 11.

Victoria ſpectatur Iphis: Idem ibidem.

Victoria mirabilis eſt quam Atticæ Minervæ addidit Phidias: Idem XXXVI, 5.

Victoria Calamidis, ſine alis: Cat. in CALAMIS, ex Pauſania.

Victoria cum ipſo etiam Cratiſthene aſcendit currum æneum Cratiſthenis, eſt opus Pythagoræ: Cat. in PYTHAGORAS.

Victoriæ ſignum ſuper pila dedicarunt Meſſenii Dorienſes: opus eſt Mendæi: Cat. in MENDÆUS.

Victoriam Athenienſium pinxit Pamphilus. Plin. XXXV, 10.

Victoriam Apellis mirata eſt Roma: Idem ibidem.

Victoriam alatam pinxit Caryſtius: Cat. in CARYSTIUS.

Victoriam vitulo ſuper impoſuit Myron, quod Agenoris filiam rapiens adulterii atque intemperantiæ palmam reportaſſet. Cat. in MYRON.

Victoriam & Arcadis imaginem fabricavit Dædalus Sicyonius: Catal. in DÆDALUS, ALTER.

Virtutem & Græciam, utraſque coloſſeas, fecit Euphranor: Plin. XXXIV, 8.

Virtutem pinxit Ariſtolaus: Idem XXXV, 11.

Virtutis & Honoris ædes Veſpaſiano reſtituenti pinxerunt Corn. Pinus & Actius Priſcus: Idem XXXV, 10.

Vitulo Myron ſuperimpoſuit Victoriam: Catal. in MYRON.

Vitulus Menæchmi genu premitur, replicata cervice. Ipſe Menæchmus ſcripſit de ſua arte: Plin. XXXIV, 8.

Ulixem pinxit Parrhaſius: Idem XXXV, 10.

Ulixem in rate pinxit Pamphilus: Id. ibid.

Ulixem ſimulata veſania bovem cum equo jungentem pinxit Euphranor: ſpectabatur Epheſi: Idem XXXV, 11.

Ulixem deprehendentem Achillem virginis habitu occultatum, pinxit Athenion Maronites: Idem ib id

Ulixes eſt in numeroſa tabula Ariſtophontis: Idem ibid.

Ulixi primus pileum addidit Nicomachus Pictor, Ariſtodemi filius ac diſcipulus: Idem XXXV, 10.

Ulyſſem patrata jam procorum cæde pinxit Platæenſibus Polygnotus: Catal. in POLYGNOTUS.

Ulyſſes & Diomedes Palladium ſurripientes cælati erant in phialæ emblemate à Pythea, cujus binæ unciæ viginti vænierunt: Idem XXXIII, 12.

Ulyſſis ſimulatam inſaniam pinxit Parrhaſius Cat. in PARRHASIUS, ex Plutarcho.

Volutantis ſeſe equi Picturam qualem fecerit Pauſon: Cat. in PAUSON, PICTOR.

Uvas pinxit Zeuxis tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aves advolarent: poſtea pinxit puerum uvas ferentem, &c. Plin. XXXV, 10.

Uvas item piſces figulini operis Romæ fecit Poſis, ita ut non ſit aſpectu diſcernere à veris: Idem XXXV, 12.

Vulcani ſtatuam fecit Euphranor: Cat. in EUPHRANOR.

Vulcanum leniter claudicantem fecit Alcamenes: vide Catal. in ALCAMENES.

Vulcanum filium Juno tradidit Cedalioni Naxio inſtituendum in Arte fabrili: Cat. in CEDALION.

Vulneratum deficientem fecit Cteſilas, Statuarius &c. Plin. XXXIV, 8.

Vulneratam Amazonem fecit Cteſilaus, Statuarius: Idem ibidem.

X.

XEnargis pancratiaſtæ Acarnanis ſtatuam fecit Lyſippus: Cat. in LYSIPPUS.

Xenoclis Mænalii luctatoris ſtatuam Polycletus fecit: Cat. in POLYCLETUS.

Xenodicum in puerorum pugillatu victorem fecit Antias; Cat. in PANTIAS, STATUARIUS.

Xenophilus Sculptor propriam quoque imaginem addidit Æſculapio quem fecerat: Cat. in XENOPHILUS.

Z.

ZEtus & Amphion ac Dirce & taurus vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii & Tauriſci: Plin. XXXVI, 5.

FRAN-

FRANCISCI JUNII CATALOGUS ARCHITECTORUM, MECHANICORUM, PICTORUM, ALIORUMQUE ARTIFICUM,

ſecundum ſeriem litterarum digeſtus.

A.

AARON.

DE vitulo aureo Aaronis, vide *Exodi cap.* XXXII. Ægyptios vero ſimulacra Deorum olim ad ſimilitudinem animantium efformaſſe conſtat; quod cur fecerint, multis docet Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: atque adeo ab hac eorum idololatria ſemina quædam cultus idololatrici in ipſos quoque Iſraëlitas transfuſa fuiſſe liquet. Et hunc errorem Iſraëlitarum, τὴν Αἰγυπτιακὴν ζηλώσαντα ἠλιθιότητα, *Ægyptiacam hanc ſtoliditatem æmulantium*, obiter attingit Philo Judæus, libro II de Monarchia; plenius autem Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, Orat. VI, Οἱ Ἑβραῖοι τὴν Αἴγυπτον καταλιπόντες, εἰδωλολατρείας ἔτι δυσωδίαν ἔφερον, ὡς ἄχρι τῶν ἀλόγων τὴν θείαν καταφρονεῖν προσκύνησιν· νόμον γὰρ ἔχουσι τὴν νόσον τῆς θρησκείας οἱ Αἰγύπτιοι· ἶβιν γὰρ θεὸν παρ' αὐτοῖς ἐνόμιζον, καὶ κύνα, καὶ λέοντα, καὶ κροκόδειλός τι σὺν τούτοις εἰς θυσίαν κομίζεται, καὶ πρόβατον προσκυνεῖται· οὐκ ἀπήλλακτο δὲ τῆς νόσου οὐδὲ τῶν Ἑβραίων τὸ γένος, ἀλλ' ἐστηλιτεύετο τὸ πάθος ἐν ἐρήμῳ· προσεκύνουν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ, τὸν μόσχον: *Hebræi relinquentes Ægyptum, tantam idololatriæ graveolentiam ſecum foras detulerunt, ut ipſam quoque divinæ adorationis dignationem uſque ad fœdum irrationalium animantium cultum demitterent. Ægyptiis ſane iſtiuſmodi ſuperſtitionis morbus pro lege eſt: nam Ibin pro Deo habent, & canem, & leonem: etiam crocodilum cum iſtis ad ſacrificia adhibent; & ovis adoratur. Non potuit quoque Hebræorum gens ab hoc morbo abduci, ſed eremus grave malum, veluti in excelſa conſtitutum columna, omnium oculis ingeſſit: ſiquidem in deſerto, haud aliter atque in Ægypto, adoraverunt vitulum.* Lactantius, lib. IV de Vera ſapientia, cap. 10; *Hebræi depulſa jam ſervitute; jam ſiti fameque depoſita, in luxuriam prolapſi, ad profanos Ægyptiorum ritus animos tranſtulerunt. Quum enim Moyſes dux eorum aſcendiſſet in montem, atque ibi quadraginta dies moraretur, aureum caput bovis, quem vocant Apin, quod eos in ſignum præcederet, figurarunt.* Paullo ante memoratus Philo, ἐν τῷ περὶ μέθης, eundem hunc vitulum, quem primo dixerat μόσχον, mox χρυσοῦν ταῦρον καλεκενδύσιν vocat; quamvis non tam exiſtimari poſſit vitulus ille totus ex auro fuiſſe conflatus, quàm auri laminis tantummodo obductus; cætera ligneus, ut quem S. litteræ tradunt combuſtum atque in cineres verſum. Vide *Seldenum de Dis Syris, ſyntagm.* I, *cap.* 4. Ex hujus denique aurei vituli fabrica facile colligi poteſt vera imitatricium Artium antiquitas, quam pluribus adſtruit mihi quondam conjunctiſſimus Ger. Joh. Voſſius, *in Quatuor artibus popularibus, Graphices* §. 4. Idem adhæc Voſſius, *libro* III, *cap.* 45 ardui operis, *de Origine & progreſſu idololatriæ*, docet Picturam (quæ Cælaturam etiam Sculpturamque complectitur) antiquiorem eſſe temporibus Iliacis, contra quàm à Plinio proditum eſt.

ABASCANTUS, vide DOMITIUS ABASCANTUS.

ABRON, vide HABRON, *Pictor.*

ACARNENSIS FUNDA.

Pollux, libro primo, cap. 10, §. 13.

ACESEUS, Polymitarius.

Ἀκέσεως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα. Ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων· οὗτοι γὰρ πρῶτοι τὸν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς πέπλον ἐδημιούργησαν· ὁ μὲν Ἀκεσεὺς τὸ γένος Παταρεύς, ὁ δὲ Ἑλικὼν Καρύστιος: *Aceſei & Heliconis opera.] De rebus admiratione dignis. Hi etenim primi Poliadis Minervæ peplum fecerunt. Aceſeus quidem genere Patarénſis, Helicon vero Caryſtius fuit*, Zenobius, parœmia 56 primæ Centuriæ. Aliquanto aliter de his eorumque patria Athenæus, Deipnoſoph. lib. II, cap. 9: Ἤκμασεν ἡ τῶν ποικίλων ὑφή, μάλιστα ἐντέχνων περὶ αὐτὰ γενομένων Ἀκεσᾶ καὶ Ἑλικῶνος τῶν Κυπρίων· ὑφάνται δ' ἦσαν ἔνδοξοι· καὶ ἦν Ἑλικὼν υἱὸς Ἀκεσᾶ, ὥς φησιν Ἱερώνυμος. ἐν Πυθοῖ γοῦν ἐπί τινος ἔργου ἐπιγέγραπται·

> Τεῦξ' Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶ
> Πότνια θεσπεσίην Παλλὰς ἔχευε χάριν.

Viguit variarum veſtium ſtragularum textura, ſummam hujus Artis peritiam conſecutis Aceſa & Helicone; erant enim textores inclyti. Eratque Helicon filius Aceſæ, ut ait Hieronymus. In Pythico itaque templo cuidam operi inſcribitur. Fecit Helicon Aceſæ filius Salaminius. Horum manibus veneranda Pallas mirifice divinam tribuit gratiam.
„ Ad quem locum hæc annotat Caſaubonus: Aceſas & Helicon nobiles polymitarii fuerunt, ut inquit auctor. Euſtathius addit, ex ea Salamine quæ in Cypro fuit, non ex ea quam Xerxis clades fecit memorabilem. Ἀκεσεὺς eſt Zenobio, qui Athenæo atque Euſtathio nominatur Ἀκεσᾶς, mirumque eſt Zenobium adeo diverſa de horum patria ſcribere.

ACESTOR.

Ἀλεξιβίῳ πεντάθλου γέγονε νίκη, καὶ Ἡραία τε Ἀρκάδων ἐστὶν αὐτῷ πατρίς, καὶ Ἀκέστωρ ὁ τὴν εἰκόνα εἰργάσατο: *Alexibius de quinquertio victoriam eſt conſecutus, & Hera oppidum Arcadiæ fuit ei patria, Aceſtor vero elaboravit imaginem*, Pauſanias, libro v, pagina 375, 34.

ACHÆI.

Ἀχαϊκὸν βέλος, ἐπὶ τῶν εὐστόχως βαλλόντων· [illegible] πρὸς πολιορκίας, τὸ τῶν ἐξ Ἀχαΐας σφενδονητῶν βέλος: *Achaicum telum, de iis dicitur qui feliciter jaculantur. Quatenus iſtiuſmodi Achaicorum funditorum telum eſt omnium aptiſſimum ad urbium expugnationem*, Suidas.

ACRAGAS, Cælator.

Proximi à Mentore in admiratione Acragas, & Boethus, & Mys fuere. Extant hodie omnium opera, in inſula Rhodiorum. Boethi, apud Lindiam Minervam. Acragantis, in templo Liberi patris in ipſa Rhodo, Bacchæ Centaurique cælati in ſcyphis. Myos in eadem æde, & Silenus & Cupidines. Acragantis & venatio in ſcyphis magnam famam habuit, Plinius, xxxiii, 12.

ACTIUS PRISCUS, Pictor.

Magnopere poſt Amulium fuere in auctoritate Cornelius Pinus & Actius Priſcus, qui Honoris & Virtutis ædes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt: ſed Priſcus antiquis ſimilior, Plin. xxxv, 10. Vide Amulius. Pleriſque notæ melioris codicibus dicitur Attius Priscus.

ADRIANUS IMP. pinxit.

Unde & Hadrianum hunc *curioſitatum omnium exploratorem* dixit Tertullianus, capite quinto Apologetici adverſus gentes. Vide quoque Suidam in Ἀδριανός. Apollodorum Architectum, qui forum & odæum & gymnaſium, opera Trajani, Romæ fecerat, ut inquit Xiphilinus in Adriano, primum exilio, ac poſtea morte quoque affecit Adrianus, propter admiſſa ſcelera, ſicuti dicebat: ſed vera cauſa fuit, quod quum Trajanus cum illo quædam de his operibus diſſereret, atque ipſe interim plurima nihil ad rem pertinentia effutiret, reſpondit ei Apollodorus; Abi, inquit, & cucurbitas pinge; nihil enim horum noſti. Hoc enim Picturæ genere mirifice ſibi tum temporis placebat Hadrianus. Imperio itaque potitus, injuriæ memor, hanc ejus in loquendo libertatem non pertulit, &c. Vide locum: vide quoque *Tzetzem, hiſtoria 34 Chiliad. ſecundæ.*
Pauli Diaconi Hiſtoria miſcella, lib. x, de Hadriano Imp. *Pictor fictorque ex ære & marmore proxime Polycletos & Euphranoras.*

ADULICUM EBUR,

Maxime commendatur. Vide *Arriani Periplum maris Erythræi.* Plinius, lib. vi nat. Hiſt. cap. 29, meminit oppidi Adulitôn: *Ægyptiorum hoc ſervi*, inquit, *à dominis profugi condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum. Abeſt à Ptolemaïde quinque dierum navigatione. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, celetum teſtudinium ſphingia, mancipia.*

Æ A C U S.

Argentum invenit Erichthonius Athenienſis: ut alii, Æacus, Plin. VII, 56: ubi Turnebus ex Hygino reponit *Cæacus*: vide Hyginum, fabula 274: ubi tamen corrupte eſt *Sacus*. Caſſiodorus, Variar. IV, 34: *Non eſt cupiditas eripere, quæ nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe. Primi enim dicuntur aurum Æacus, argentum Indus rex Scythiæ reperiſſe, & humano uſui ſumma laude tradidiſſe.*

Æ C L I S, vel E A C L I S.

Auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix invenit ad Pangæum montem: ut alii, Thoas & Æclis in Panchaia: aut Sol Oceani filius, cui Gellius medicinæ quoque inventionem & mellis aſſignat, Plin. VII, 56.

Æ E T Æ SUBOLES.

Huc facit locus Plinii lib. XXXIII, cap. 3, prout eum putat reſtituendum propinquus meus Iſaacus Voſſius: *Jam regnaverat in Colchis Salauces Æetæ ſuboles: qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruiſſe dicitur in Samnorum* (vet. *Saunorum*) *gente, & alioqum velleribus aureis inclyto regno.* Multus eſt in explicanda aurei velleris fabula Hadrianus Junius, Animadverſorum lib. V, cap. 12.

Æ G I N E T A, FICTOR.

Erigonus tritor colorum Nealeæ pictoris in tantum ipſe profecit, ut celebrem etiam diſcipulum reliquerit Paſiam, fratrem Æginetæ fictoris, Plin. XXXV, 11.

Æ G I N E T I C U M Æ S.

Ægineticum atque Deliacum æs diu obtinuere principatum. Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe, & ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcriſque. Ibi prima nobilitas æris. Pervenit deinde ad Deûm ſimulachra, effigiemque hominum & aliorum animalium. Proxima laus Æginetico fuit. Inſula & ipſa, nec æs gignens, ſed officinarum temperatura nobilitata. Bos æneus inde captus in foro boario eſt Romæ. Hic eſt exemplar Æginetici æris. Deliaci autem, Jupiter in Capitolio, in Jovis Tonantis æde: illoque ære Myron uſus eſt, hoc Polycletus, æquales atque condiſcipuli. Æmulatio autem & in materia fuit, Plin. XXIV, 2. *Privatim Ægina candelabrorum ſuperficiem elaboravit, ſicut Tarentum ſcapos. In his ergo juncta commendatio officinarum eſt. Nec pudet*, &c. Plin. XXIV, 3. Αἰγινῆται πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο· καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον: *Æginetæ primi numiſma percuſſerunt, & ex ipſis vocatum eſt numiſma Æginenſe*, Ælianus, var. Hiſt. XII, 10. Maxime tamen vide Strabonem, lib. VIII, pag. 376, A. Ὁ Ἀπόλλων ὃν Ἀρχηγέτην ἐπονομάζουσιν, Αἰγινητικοῖς ἔργοις ἐστὶν ὅμοιος: *Apollinis ſimulacrum, quod Archegeten nuncupant, Ægineticis operibus perſimile eſt*, Pauſanias, lib. I. Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Λιμνάτιδος ἄγαλμά ἐστιν ἐβένου ξύλου· τρόπος δὲ τῆς ἐργασίας, ὁ Αἰγιναῖος καλούμενος ὑπὸ Ἑλλήνων: *Dianæ Limnatidis ſignum eſt ex ebeno. Operis forma, quæ à Græcis appellatur Æginea*, Idem, lib. VIII, 541, 26. Τῆς Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Δικτυνναίας τῷ ἀγάλματι ἐργασία τέ ἐστιν Αἰγιναία, καὶ μέλανος τοῦ λίθου πεποίηται: *Dianæ Dictynnææ ſignum Æginææ artis eſt, atque è nigro lapide*, Idem, lib. X, 682, 8.

Æ G Y P T I I.

Ægyptii plurimarum Artium inventores. Vide Euſtathium, ad verſ. 232 Dionyſii Periegetæ. *Plato Ægyptios, omnium Philoſophiæ diſciplinarum parentes, ſecutus eſt*, Macrobius, in Somnium Scipionis libro I, cap. 19. Veterum quoque Ægyptiorum mentione injecta, mox addit A. Gellius, lib. XI, cap. 18; *Quod genus hominum conſtat & in artibus reperiendis ſolertes exſtitiſſe, & in cognitione rerum indaganda ſagaces.* Tacitus, XI Annal. cap. 14; *Primi per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur, & litterarum ſemet inventores perhibent.*

Ægyptio thorace in præliis utebantur Perſæ: *Herodotus, lib. 1, cap. 135.*

Niloticæ papyri admirabile prorſus inventum, exploſis arborum corticibus, olim Ægypto debuit Orbis. *Pulchrum plane opus*, inquit Caſſiodorus, Variar. XI, 38, *Memphis ingenioſa concepit*, &c. Vide *Voſſium, lib. 1 de Arte Gramm. cap. 37.*

Ægyptiorum calicum artificium attingit Martialis, lib. XIV, epigr. 15, ubi calices vitreos deſcribit:

Adſpicis ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit, ah, quoties perdidit auctor opus.

Tingit & Ægyptus argentum, ut in vaſis Anubim ſuum ſpectet; pingitque, non cælat argentum. Tranſit inde materia & ad triumphales ſtatuas, mirumque creſcit pretium fulgoris excæcati. Id autem fit hoc modo, &c. Plinius, XXXIII, 9.

Tingebat etiam gemmarum nonnullas Ægyptus: unde Plinius, lib. XVII, cap. 9, ubi

de jaſpidum generibus agit; *Adulteratur*, inquit, *maxime tinctura: idque in gloria regis Ægyptii adſcribitur, qui primus eam tinxit.* Vide plura.

Ægyptii textilia invenerunt, Plin. lib. VII nat. Hiſt. cap. 56. Ita Martiali, lib. X, epigr. 6, *Picta tunica Nilotide Mauri*, dicuntur Mauri curſores Ægyptia tunica conſpicui. De Cubicularia quoque polymita idem Martial. lib. XIV, epigr. 150;

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera: victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Lucanus, libro X, verſu 123;

Strata micant: Tyrio quorum pars maxima ſucco
Cocta diu, virus non uno duxit aheno.
Pars auro plumata nitet; pars ignea cocco;
Ut mos eſt Phariis miſcendi licia telis.

Et mox ubi deſcribit cultum Cleopatræ;

Candida Sidonio perlucent pectora filo,
Quod Nilotis acus compreſſum pectine Serum
Solvit, & extenſo laxavit ſtamina velo.

Ægyptii olim judicarunt oportere juvenes in civitatibus bonis figuris & bonis cantibus adſueſcere. Quæ vero & qualia ſint hujuſmodi, in ſacris ab eis eſt inſtitutum: ac præter illa neque Pictoribus, neque aliis figurarum vel quorumcunque Artificiorum fabris nova ulla licebat inducere, neque alia etiam excogitare præter patria; neque hodie licet aut in his, aut in univerſa Muſica. Itaque, ſi obſerves, invenies ibi quæ decem annorum millibus retro depicta formatave quomodocunque fuerunt, quaſi non adeo vetuſta ſint, ut ita dicam, nec pulchriora neque turpiora his quæ hodie depinguntur, ſed eadem arte confecta: *Plato, II de Legibus.*

Ægypti reges quodam certamine ex Syenite lapide (quem ante pyrrhopœcilon vocabant) trabes fecere, obeliſcos vocantes, Solis numini ſacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie eſt, & ita ſignificatur nomine Ægyptio. *Primus omnium id inſtituit Mitres, qui in Solis urbe regnabat: ſomnio juſſus: & hoc ipſum inſcriptum eſt in eo. Etenim ſculpturæ illæ effigiesque, quas videmus, Ægyptiæ ſunt literæ*, Plin. lib. XXXVI, cap. 8. *Exciſis parietibus volucrum ferarumque genera multa ſculpſerunt, & animalium ſpecies innumeras*, inquit Ammian. Marcellin. lib. XXII, *quas hieroglyphicas literas appellarunt.* Plenius tamen ac planius rem totam deſcribit idem Ammianus, lib. XVII; *Eſt obeliſcus aſperrimus lapis, in figuram metæ cujuſdam ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam; utque radium imitetur, gracileſcens pauliſper ſpecie quadrata in verticem productus anguſtum, manu lævigatus artifici. Formarum autem innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus inciſas, initialis ſapientiæ vetus inſignivit auctoritas. Volucrum enim ferarumque, etiam alieni mundi, genera multa ſculpentes, ad ævi quoque ſequentis ætates Imperatorum vulgatius perveniente memoria, promiſſa vel ſoluta Regum vota monſtrabant. Non enim, ut nunc, literarum numerus præſtitutus & facilis exprimit quidquid humana mens concipere poteſt, ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptii; ſed ſingulæ literæ ſingulis nominibus ſerviebant & verbis; nonnunquam etiam ſignificabant integros ſenſus. Cujus rei ſcientiæ in his interim ſit duobus exemplum*, &c. Ægyptiæ diſciplinæ, ſive inſtitutionis gradus & genera recenſet Clemens Alexandrinus, Stromat. lib. V, pag. 405, edit. Lugd. Batavæ.

Ægyptii artificia maxime excoluerunt atque ad juſtum perduxerunt finem. Etenim inter Ægyptios, ſi quis opificum Rempublicam capeſſit, aut plura pariter exercet artificia, graviſſimas incurrit pœnas. Apud hos enim ſolos, fabris & opificibus univerſis nullum in Republica munus aliud vel ordinem ſuſcipere licet, niſi à legibus definitum, & à parentibus traditum: ut neque magiſtrorum invidia, neque rerum civilium occupatio, neque aliud quidquam, illorum circa hæc ſtudium impediat: *Diod. Siculus, lib. I.* Plenius de hac lege agit Iſocrates in Buſiridis laudatione. Vide quoque quæ nos hac de re lib. II, cap. 4, de Pictura Vet.

Pingunt & veſtes in Ægypto inter pauca mirabili genere, candida vela poſtquam attrivere illinentes, non coloribus, ſed colorem ſorbentibus medicamentis. Hoc cùm fecere, non apparet in velis, ſed in cortinam pigmenti ferventis merſa, poſt momentum extrahuntur picta. Mirumque cùm ſit unus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in veſte, accipientis medicamenti qualitate mutatus: nec poſtea ablui poteſt. Ita cortina non dubie confuſura colores, ſi pictos acciperet, digerit eos ex vino, pingitque dum coquit: & aduſtæ veſtes firmiores fiunt, quam ſi non urerentur, Plinius, lib. XXXV, cap. 11. Similem veſtes tingendi rationem videtur etiam Herodotus tribuere Caſpiis. Vide CASPII.

Ægyptios

Ægyptios antiquiores lignea ut plurimum ſimulacra feciſſe conſtat oculis conniventibus, junctis pedibus, &c. Huc facit Pauſanias, lib. I, pag. 79, 12: Ἀπόλλων ὁ μὲν δὴ Πύθιος καλούμενος καὶ ὁ Δεκατηφόρος τοῖς Αἰγυπτίοις μάλιστα ἐοίκασι ξοάνοις: *Apollo certe Pythius dictus & Decumanus referunt Ægyptiorum ſimulacra e ligno exſculpta.* Idem, libri II pag. 118, ubi agit de temporibus Danai longe antiquiſſimi Argivorum regis: Ξόανα δὴ τότε εἶναι πείθομαι πάντα, καὶ μάλιστα τὰ Αἰγύπτια: *Crediderim certe lignea tum temporis fuiſſe omnia ſigna, maxime vero Ægyptia.* Præcipue tamen notandus nobis eſt hoc in loco Heliodori locus ex Æthiopicωn, cap. 8: Τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπτιοι τὼ πόδε ζευγνύντες καὶ ὥσπερ ἑνοῦντες ἱστᾶσιν: *Deorum ſimulacra erigunt Ægyptii, pedes eorum jungentes ac veluti adunantes.* Neque enim hoc tribuit eorum imperitiæ, ſed multis docet eos id ſumma cum ratione feciſſe. Locus eſt notatu digniſſimus.

Pacton, ſcaphæ Ægyptiacæ genus. Ὁ πάκτων διὰ σκυταλίδων πηκτός ἐστι σκαφίον, ὥστ᾽ ἐοικέναι διαπλοκίνῳ: *Pacton eſt navigium ex vitilibus virgultiſque compactum, ut videri potuerit ſimile implexo*, Strabo, lib. XVII, pag. 818.

Teſtaceæ ſcaphæ, ὀστράκινα πορθμεῖα. Plures Ægyptiacarum inſularum foſſæ tanta facilitate navigantur, ut nonnulli in trajiciendo teſtaceis utantur ſcaphis: *Strabo, libro* XVII, *pag. 788 editionis Caſaubonianæ.* Juvenalis, Satyra XV, verſ. 126:

- - - Imbelle & inutile vulgus
Parvula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,
Et brevibus pictæ remis incumbere teſtæ.

Papyraceis & Nili navibus Taprobanen olim petebant: Solinus, cap. 56. Dixerat ante Plinius, libro VI, cap. 22, Taprobanen ſolitam adiri *papyraceis navibus armamentiſque Nili.* Rurſus idem Plinius lib. VII, cap. 56: *In Nilo ex papyro, & ſcirpo, & arundine fiunt naves.* Plutarchus, de Iſide & Oſiride, pag. 358 edit. Pariſ. 1624, ait Iſidem paludes pernavigaſſe βάριδι παπυρίνῃ, *lembo papyraceo.* Vide locum.

ÆOLUS.

Ventorum rationem Æolus Hellenis filius invenit, Plin. VII, 56. *Strongyle à Lipara M. P. ad exortum ſolis vergens, in qua regnavit Æolus, quæ à Lipara liquidiore flamma tantum differt: è cujus fumo, quinam flaturi ſint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur. Unde ventos Æolo paruiſſe exiſtimatum*, Plin. III, 9. Diodorus quoque Siculus, lib. V, teſtatur Æolum ταμίαν ἀνέμων ideo fuiſſe creditum, quod rex pius & humanus erga peregrinos, ſoleret prædicere ventos navigaturis, quodque primus vela navium inveniſſet. Servius ad verſum 56 libri primi Æneid. *Poetæ fingunt Æolum, Hippotæ filium, regem eſſe ventorum; ſed, ut Varro dixit, rex fuit inſularum, ex quarum nebulis & fumo Vulcaniæ inſulæ prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis viſus eſt ventos in ſua poteſtate retinere.*

AEROPUS, Rex Macedonum.

Ἀέροπος ὁ Μακεδὼν τραπέζια μικρὰ καὶ λυχνίδια τεκταινόμενος, ὁπότε σχολάζοι, διῆγεν: *Aeropus Macedo ſubtiles menſulas & lucernulas, quotieſcunque vacare dabatur, fabricabat*, Plutarchi vitæ parallelæ, in Demetrio.

ÆSCHINES, Statuarius.

Hunc octavum enumerat Æſchinem Diogenes Laërtius, *lib. II, in Æſchine.*

ÆTHERIUS, Architectus.

Anthologia, lib. IV, Epigr. 23: Οἶκος Ἀναστασίου, &c. Eſt Epigramma bene longum, adi ipſam Anthologiam. Τῆς χαλκῆς τὸ λαμπρὸν δόμον Αἰθέριος ἵδρυσεν ὁ μηχανικὸς καὶ σοφὸς Ἀναστάσιος βουληφόρος: *Æneæ ſplendidam ædem Ætherius mechanicus poſuit, & ſapiens Anaſtaſius Senator*, Cedrenus, pag. 322 A, edit. Regiæ.

ÆTHIOPES.

Æthiopum populis & hodie minium expeti conſtat, totoſque eo tingi proceres, huncque ibi Deorum ſimulachris colorem eſſe. Vide Plinium, lib. XXXIII, cap. 7. Silius Italicus, Punicorum lib. III:

Venere Æthiopes, gens haud incognita Nilo,
Qui magneta ſecant, ſolis honor ille metalli
Intactum chalybem vicino ducere ferro.

Æthiopes acuto lapide utebantur pro ferro: *Pollux, lib. I, cap. X*, §. 6. Vide Goldaſti animadverſa in Winsbekii §. 63; ut & quæ nos annotavimus ad Alamannicum Gloſſarium, B, in *Cultrum*.

Æthiopicæ naves plicatiles: *Plinius, lib. V, cap. 9.*

Omnino vide Ciceron. Brut. ſive de claris Oratoribus, p. 303, D.

AETIO, Pictor.

Aëtionem Pictorem perhibent Roxanes & magni Alexandri depictas nuptias in Olympiam pertuliſſe, atque imaginem publice omnibus exhibuiſſe ſpectandam: adeo ut Proxenides, quem tum Græci judicem certaminum conſtituerant, Artis præſtantia captus, Aëtionem generum ſibi adſciverit: *Lucian. in Herodoto.* Vide *Luciani tomum* I, *pag.* 622. Ubi elegantiam hujus tabulæ, quam ſibi in Italia viſam affirmat, fuſe deſcribit. Meminit quoque ejuſdem Picturæ idem Lucianus *in Imaginibus*, *tomi* II, *pagina* 8.

AETIO, Statuarius.

Vide Theocriti Epigramma VII.

AETIUS.

Vide Suidam in Ἀέτιος.

ÆTOLI.

Ætoli, funditores optimi. Vide quæ dicimus in *Pyræchmes.*

Ætolicæ tunicæ: *Strabo, libro* XI, *pagina* 530, D.

Ætolicum jaculum, ἀκόντιον αἰτωλικόν: *Pollux, libro primo, cap.* X, §. 13.

Lanceas Ætolas, jaculum cum amento Ætolum Martis filium inveniſſe dicunt: *Plin.* VII, 56.

AGAMEDES, Architectus.

Inter templa Apollini Delphico erecta fuit templum illud quod Pauſaniæ eſt quartum, ab Agamede ac Trophonio fratribus è lapide fuit exſtructum: *Pauſanias*, *lib.* 10, *pag.* 618, 50. Meminit hujus templi etiam Strabo, *lib.* 9, *pag.* 421, B; niſi quod Straboni, craſſiore Minerva ſingula perſequenti, ſecundum eſt, quod Pauſaniæ quartum. Conflagravit hoc templum obtinente Athenis principatum Erxiclide, primo octavæ & quinquageſimæ Olympiadis anno: *Pauſanias loco ſupra citato.* Homerus, Hymno in Apollinem, meminit Trophonii atque Agamedis. Schol. in Ariſtophanem, pag. 88. edit. Baſil. Philoſtratus, lib. VIII, cap 8; Suidas, in Τροφώνιος; Heſychius, in Μαγίδες; Stephanus de Urbibus, in Δελφοί. *Trophonius & Agamedes, cùm Apollini Delphis templum exædificaſſent, venerantes Deum petierunt mercedem non parvam quidem operis & laboris ſui, nil certi, ſed quod eſſet optimum homini. Quibus Apollo id ſe daturum oſtendit poſt ejus diei diem tertium: qui ut illuxit, mortui ſunt reperti. Judicaviſſe Deum dicunt, & eum quidem Deum, cui reliqui Dii conceſſiſſent ut præter cæteros divinaret, mortem eſſe optimum homini*, Cicero, circa finem libri primi Tuſcul. quæſt. Hoc ipſum quoque refert Plato, in Axiocho; Plutarchus, Conſolat. ad Apollonium, & alii complures.

Plurima de Agamede atque Trophonio ſparſim refert Pauſanias.

Neptuno templum erexerunt Agamedes & Trophonius querneis trabibus inter ſe compactis. Vide *Pauſaniam*, *lib.* 8, *pag.* 471, 3. Trophonius atque Agamedes exædificárunt Amphitryoni thalamum Alcmenæ: *Pauſanias*, *lib.* 9, *pag.* 558, 9. Præcipue tamen vide ejuſdem libri *pag.* 599, 12.

AGAPTUS, Architectus.

Elei porticum quandam urbis ſuæ Agaptum nominaverunt, à nomine Architecti: *Pauſanias*, *lib.* V, *pag.* 316, 15.

AGASISTRATUS, vide Agesistratus.

AGATHARCHUS, Pictor.

Agatharchus erat Pictor inſignis, Eudemi filius, genere Samius: *Suidas.*

Agatharchus Pictor, cùm apud Zeuxin gloriaretur ſe animalia celeriter depingere: Ego vero, reſpondit Zeuxis, longo tempore: *Plutarch. in Pericle.* Locum adſcripſimus in vita *Zeuxidis.*

Agatharchum Pictorem Alcibiades in vincula conjecit; exinde tamen, domo depicta, donatum dimiſit: *Plutarch. in Alcibiade.* De hoc Alcibiadis auſu aliquanto aliter ac plenius agit Andocides, *Oratione* IV, *pag.* 298, *edit. Hanov.* 1619.

Agatharchus primum Athenis, Æſchylo docente, tragædiam ſcenam fecit, & de ea commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus & Anaxagoras, de eadem re ſcripſerunt, quemadmodum opòrteat ad aciem oculorum, radiorumque extenſionem, certo loco centro conſtituto, ad lineas naturali ratione reſpondere: uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in ſcenarum picturis redderent ſpeciem, & quæ in directis planiſque frontibus ſint figuratæ, alia abſcedentia, alia prominentia eſſe videantur, Vitruvius, in Præfatione libri ſeptimi.

AGATHOCLES Rex, Figulus.

Fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, Ammian. Marcellinus, lib. XIV. Præcipue tamen adeundus Diodorus Siculus, lib. XIX, & XX.

Tantus

Tantus rex non modo non diſſimulavit ſordidi generis memoriam, ſed eam publice proferri potius habuit. Auſonius, Epigr. VIII, *Fama eſt fictilibus*, &c.

AGELADES, STATUARIUS.

Agelades floruit Olympiade LXXXVII: *Plinius*, XXXIV, 8; ubi & aliquanto poſt *Polycletus Sicyonius* dicitur fuiſſe Ageladis diſcipulus, ſicuti & *Myron Eleutheris natus*. Meminit ejus Columella, circa initium libri decimi, ubi agit de hortorum Deo tutelari parando:

Nec tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycletea, nec Phradmonis, aut Ageladæ
Arte laboretur: ſed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli
Terribilis membri, medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero, prædoni falce minetur.

Ætatem qua floruit Agelades facile colligas ex verbis Pauſaniæ, *lib.* VIII, *pag.* 525, 8; Onatas floruit eadem ætate qua Hegias Athenienſis & Argivus Agelades. Ac manifeſtius etiam ætatem ejus indicat idem Pauſanias, *lib.* VI, *pag.* 362, 40; Cleoſthenis viri Epidamnii currus opus eſt Ageladæ. Vicit autem Cleoſthenes Olympiade ſexageſima ſexta, &c.

Jovis Ithomatæ ſtatua eſt opus Ageladæ: *Pauſan. lib.* IV, *pag.* 278, 40.

Timaſithei Delphi ſtatua eſt opus Ageladæ Argivi: *Pauſ. lib.* VI, *pag.* 359, 34.

Anochus Tarentinus ærs eſt Ageladæ Argivi: *Pauſ. lib.* VI, *pag.* 370, 55.

Sunt apud Ægienſes ex ære fabricatæ ſtatuæ, Jupiter puerili ætate, & Hercules impuber, Ageladæ Argivi opera: *Pauſ. lib.* VII, *pag.* 445, 20.

Tarentinorum equi ænei & fœminæ captivæ opera ſunt Ageladæ Argivi: *Pauſ. lib.* X, *pag.* 627, 50.

Antipatri de trium Muſarum imaginibus epigramma eſt Anthologiæ lib. IV, titulo 12, *Τρίζυγες αἱ μοῦσαι*, &c. Epigramma deſcribemus in ARISTOCLE *Statuario*.

AGESANDER, STATUARIUS.

Multorum artificum obſcurior fama eſt, quorundam claritati in operibus eximiis obſtante numero artificum, quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari poſſunt. Sicut in Laocoonte, qui eſt in Titi Imperatoris domo; opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præferendum. Ex uno lapide eum, & liberos, draconumque mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices Ageſander, & Polydorus & Athenodorus, Rhodii, Plinius, lib. XXXVI, cap. 5.

AGESISTRATUS.

Ageſiſtratum refert inter Scriptores qui de Machinationibus ſcripſerunt Vitruvius, in Præfatione libri ſeptimi. Athenæus, libro περὶ μηχανημάτων, meminit quoque τῶν μηχανικῶν Ἀγησιστράτου.

AGLAOPHON, PICTOR.

Aglaophon floruit nonageſima Olympiade: *Plinius*, XXXV, 9.

Aglaophon fuit Thaſius: *Simonides, apud Pauſaniam lib.* X, *pag.* 660, 27.

Polygnotus Pictor & ejus frater, ambo fuerunt diſcipuli patris Aglaophontis: *Dio Chryſoſtomus, Orat.* LVI. *Plato, in Ione, ſive tomi primi pag.* 532, *E*. Alter filiorum Aglaophontis fuit Ariſtophon: *Plato, circa initium Gorgiæ, tomi primi pag.* 448, *B*; *edit. Henr. Stephani*. Suidas, in Πολύγνωτος. Heſychius; Θάσιος, παῖς Ἀγλαοφῶντος ἐπὶ τῆς στρεβλώσεως ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἠρεμίζων· ἀπὸ ἀγλαοῦ τῆς ἐξ ἀρχῆς ποιήσεως Θασίων διηγουμένων. Schol. in Ariſtophanis Aves, pag. 391: Νεωτερικὸν τὸ τὴν νίκην καὶ τὸν ἔρωτα ἐπτερῶσθαι· Ἀρχέννου γάρ φασι καὶ τὸν Βουπάλου καὶ Ἀθήνιδος πατέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα τὸν Θάσιον ζωγράφον πτερωτὴν ἐργάσασθαι τὴν νίκην, ὡς οἱ περὶ Καρύστιον τὸν Περγαμηνόν φασιν. De hoc Victoriæ ſimulacro primum alato, poſtea vero alis ſpoliato, vide Meurſium, lectionum Atticarum libro I, cap. 20. *Primi, quorum quidem opera non vetuſtatis modo gratia viſenda ſunt, clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus atque Aglaophon, quorum ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet, ut illa prope rudia ac velut futuræ mox artis primordia maximis, qui poſt eos extiterunt, auctoribus præferantur, proprio quodam intelligendi (ut mea fert opinio) ambitu*, Quintil. XII, 10.

Alcibiades reverſus Athenas ex Olympia, tabulas duas ab Aglaophonte pictas in publico poſuit. In altera, Pythias & Olympias ipſum coronabant: in altera, ſuper Nemeæ ſedentis genubus Alcibiades fuit, facie pulchriore quàm eſſe deceret muliebrem: *Athenæus*, XII, 9, *pag.* 534, *D*. Plutarchus, in Alcibiade, poſtremam hanc tabulam Ariſtophontis opus fuiſſe tradit. Vide quæ annotamus in *Ariſtophon*.

Equa optime picta nobilitavit Aglaophontem: *Ælianus, in Epilogo operis de Animalibus*.

Una

Una eſt ars ratioque Picturæ, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quiſquam eſt, cui quicquam in arte ſua deeſſe videatur, Cicero, lib. III de Oratore, ſive tom. I, col. 260 edit. Vignonianæ. Meminit ejuſdem quoque Aglaophontis inter nobiliſſimos Pictores Greg. Nazianzenus, *Orat.* XXXIV.

AGORACRITUS, STATUARIUS.

Phidiæ diſcipulus fuit Agoracritus Parius, ei ætate gratus. Itaque è ſuis operibus pleraque nomini ejus donaſſe fertur. Certavere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda, vicitque Alcamenes, non opere, ſed civitatis ſuffragiis, contra peregrinum ſuo faventis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, & appellaſſe Nemeſim. Id poſitum eſt Rhamnunte, pago Atticæ, quod M. Varro omnibus ſignis prætulit. Eſt & in Matris magnæ delubro in eadem civitate Agoracriti opus, Plinius, XXXVI, 5: vide Lilii Giraldi Dialogiſmum XIX.

Rhamnus habet Nemeſis ſimulacrum, quod alii Diodoti, alii Agoracriti Parii eſſe affirmant, & mole & elegantia præſtantiſſimum, neque Phidiæ operibus cedens: *Strabo, lib.* IX, *pag.* 396, C.

Paululum à mari aſcendentibus occurrit fanum Nemeſis, quæ una inter omnes Deos maxime ſe præbet implacabilem hominibus inſolentioribus, atque ejus in primis ira barbaros ad Marathonem gravia putant paſſos. Dedignantes etenim Athenas ſibi obſtare, detulerant lapidem Parium, facturi ex eo Tropæum poſt victoriam, cujus indubiam ſpem animo jam præſumpſerant. Cæterum lapidem hunc Phidias in ſimulacrum Nemeſis convertit: *Pauſanias, lib.* I, *pag.* 62, 30. Phidiæ quoque tribuit Heſychius, in Ῥαμνουσία. Potiſſimum tamen vide *Suidam*, *in* Ῥαμνουσία Νέμεσις, nec non *Meurſium, de Populis Atticæ, in* Ῥαμνοῦς. *Rhamnus parva, illuſtris tamen, quòd in ea fanum eſt Amphiarai, & Phidiaca Nemeſis*, Mela, lib. II, cap. 3. Euſtathius illud Nemeſios ſignum, non quidem Phidiæ tribuit, [illegible] fatetur. Tzetzes, Chiliad. VII, hiſt. 154; & Chiliad. VIII, hiſt. 192.

In Itoniæ Minervæ templo ænea Itoniæ Minervæ & Jovis ſimulacra ſunt. Τέχνη Ἀγορακρίτου, μαθητοῦ καὶ ἐρωμένου Φειδίου. *Ars Agoracriti, diſcipuli atque amaſii Phidiæ*, Pauſanias, lib. IX, pag. 593, 41.

AGRIPPA.

Minime hoc in loco prætereundus eſt M. Agrippa, ob eximium erga haſce Artes amorem & cultum. De hujus nomine, nativitate, totaque adeò vita hæc ſummatim habet Plinius, lib. VII nat. Hiſt. cap. 8: *In pedes procedere naſcentem, contra naturam eſt: quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quamquam is quoque adverſa pedum valetudine, miſera juventa, exercito ævo inter arma morteſque, ad noxia ſucceſſu, infelici terris ſtirpe omni, ſed per utraſque Agrippinas maxime, quæ Cajum & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani. Præterea brevitate ævi quinquageſimo uno raptus anno, in tormentis adulteriorum conjugis, ſocerique prægravi ſervitio, luiſſe augurium præpoſteri natalis exiſtimatur. Neronem quoque paullo ante principem, & toto principatu ſuo hoſtem generis humani, pedibus genitum parens ejus ſcribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri.* Sortitus igitur eſt cognomen iſtud vir nobiliſſimus ex peculiari quodam caſu nativitatis minime vulgaris: quomodo & Proculum dixere, abſente editum patre; Poſthumum, defuncto; Vopiſcum, qui è geminis editur incolumis, altero abortu intercepto. De his ac pluribus aliis id genus cognominibus vide *inſignem locum Plutarchi, circa initium vitæ Coriolani.*

M. Agrippa ſumma cum diligentia & cura orbem terrarum Urbi ſpectandum proponere voluit: vide *Plinium, lib.* III *nat. Hiſt. cap.* 2.

Auguſtus populum de inopia & caritate vini querentem, ſeveriſſima coërcuit voce; Satis proviſum à genero ſuo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines ſitirent, Suetonius, in Octavio, cap. 42. Quas autem aquas in Urbem duxerit M. Agrippa, docet Plinius, lib. XXXI, cap. 3: *Clariſſima aquarum omnium in toto orbe, frigoris ſalubritatiſque palma, præconio Urbis, Marcia eſt, inter reliqua Deûm munere Urbi tributa. Vocabatur hæc quondam Auſeja, fons autem ipſe Pitonia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum, tranſit Marſos & Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox ſpecu merſa, in Tiburtina ſe aperit, IX. M. p. fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in Urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius, unus è Regibus. Poſtea Q. Marcius Rex in Prætura. Rurſuſque reſtituit M. Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octavo lapide, diverticulo II. M. paſſuum, Præneſtina via. Juxta eſt Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Horum omnium comparatione differentia ſupra dicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu, tantum præſtet Marcia hauſtu. Quanquam*

utriusque jam pridem Urbi periit voluptas, ambitione avaritiaque in villas ac ſuburbana decoquentibus publicam ſalutem. Hæc ipſa breviter quoque refert, nec non & alia ejuſdem Agrippæ opera publica plenius recenſet idem Plinius lib. XXXVI, cap. 16: *Sed dicantur vera æſtimatione invicta miracula, quæ Q. Marcius Rex fecit. Is juſſus à Senatu aquarum, Appiæ, Anienis, Tepulæ ductus reficere, novam à nomine ſuo appellatam cuniculis per montes actis intra Præturæ ſuæ tempus adduxit. Agrippa vero in Ædilitate ſua, adjecta Virgine aqua, cæteris corrivatis atque emendatis, lacus ſeptingentos fecit: prætcrea ſalientes centum quinque: caſtella centum triginta, complura etiam cultu magnifica: operibus iis ſigna trecenta ærea aut marmorea impoſuit: columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo ſpatio. Adjicit ipſe in Ædilitatis ſuæ commemoratione, & ludos undeſexaginta diebus factos, & gratuita præbita balnea centum ſeptuaginta, quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum.* Dio Caſſius lib. LIII deſcribens Actiacæ victoriæ tempora, multis ubique prædicat Agrippæ firmam erga Auguſtum benevolentiam & perpetuum erga rempublicam ſtudium. Ἀγρίππας ἐν τούτῳ, inquit, τὸ ἄστυ τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐπεκόσμησε· τὴν στοὰν τὴν Ποσειδῶνος ὠνομασμένην καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ τῶν Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμπρυνε, &c. *Agrippa eo ipſo tempore Urbem propriis ſumptibus exornavit: nam & porticum, Neptuni dictam, propter navalem victoriam ædificavit, & Argonautarum pictura magnifice exornavit.* Intellige hoc in loco illam Cydiæ tabulam Argonautas, *Quam* H-S CXLIIII *Hortenſius orator mercatus eſt, eique ædem fecit in Tuſculano ſuo*, ut ait Plinius lib. XXXV, cap. 11. Idem quoque Dio aliquanto ante retulerat hunc ipſum Agrippam dedicaſſe Septa, locum in Campo Martio; quem Lepidus, ad habenda tributa comitia porticibus undiquaque circumductis exædificaverat; cum, tabulis lapideis & picturis à ſe exornatum Septa Julia ab Auguſto cognominavit Agrippa. Καὶ ὁ μὲν οὐχ ὅπως φθόνον τινὰ ἐπ' αὐτοῖς ὤφλισκανεν, inquit porro Dio, ἀλλὰ καὶ πάνυ καὶ πρὸς αὐτοῦ ἐκείνου καὶ πρὸς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐτιμᾶτο. αἴτιον δὲ, ὅτι τὰ φιλανθρωπότατα καὶ τὰ εὐκλεέστατα, τά τε συμφορώτατα καὶ συνεβούλευέν οἱ καὶ συνέπραττεν, οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ τῆς δόξης αὐτῶν ἀντεποιεῖτο· ταῖς τε παρ' αὐτοῦ τιμαῖς οὔτε ἐς πλεονεξίαν, οὔτε ἐς ἀπόλαυσιν ἰδίαν ἐχρῆτο, ἀλλ' ἔς τε τὸ αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ ἐς τὸ τοῦ δημοσίου συμφέρον: *Atque hic quidem Agrippa hoc facto non modo invidiam ſibi nullam, ſed magnam laudem apud ipſum Cæſarem alioſque omnes peperit. Cujus rei rationem hanc dixeris, quod quum Cæſari omnibus in rebus quam maxime clementium, glorioſarum, utiliumque actionum auctor adjutorque exiſteret, ne minimam tamen partem earundem gloriæ ſibi arrogabat; honoreſque ſibi à Cæſare tributos, non ad avaritiam aut propriam utilitatem, ſed ad ipſius Auguſti ac totius reip. commoda conferebat. Pantheon Jovi Ultori ab Agrippa factum*, Plinius lib. XXXVI, cap. 15; vide quoque Dionem lib. LIII. *Agrippæ Pantheon decoravit Diogenes Athenienſis; & Caryatides in columnis templi ejus probantur inter pauca operum; ſicut in faſtigio poſita ſigna, ſed propter altitudinem loci minus celebrata*, Plinius libro XXXVI, cap. 5. *Syracuſana ſunt in Pantheo capita columnarum à M. Agrippa poſita*, Plinius lib. XXXIV, cap. 3. Idem lib. XXIII nat. Hiſt. circa finem capitis 1, ubi agit de Aceto: *Non eſt prætereundum in eo exemplum ingens. Siquidem M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatus gravi morbo pedum, cùm dolorem eum perpeti nequiret, unius medicorum portentoſa ſcientia, ignorante Divo Auguſto, tanti putavit uſu pedum ſenſuque omni carere, dummodo & dolore illo careret, demerſis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi.*

AGRIUS, Veſtiarius.

L. AGRIO VESTIARIO TENVIARIO IMP. CÆS. ANTONINI PII. Inſcriptt. Gruteri MCXI. Vide quoque quæ diximus in *Pamphila*. Niſi forte judices *veſtiarios tenuiarios* olim dictos Amorginorum textores. Vide quæ mox dicimus in *Amorginæ veſtes*.

AHOLIAB.

Vide Exodi XXXI, 6. Ἐλίαβος dicitur Joſepho, *Judaïc. Antiqu. lib.* III, *cap.* 10. Ἐλιφάλης dicitur Zonaræ, *Tomo* I *Annal. pag.* 24, 15.

ALCAMENES, Statuarius.

Alcamenes floruit Olympiade LXXXIII, Plinius XXXIV, 8. *Alcamenes Phidiæ diſcipulus & marmorea fecit & æreum pentathlon, qui vocatur encrinomenos*, Idem ibid. *Phidias Alcamenem Athenienſem (quod certum eſt) docuit in primis nobilem, cujus ſunt opera Athenis complura in ædibus ſacris, præclaraque Venus extra muros, quæ appellatur* ἀφροδίτη ἐν κήποις. *Huic ſummam manum ipſe Phidias impoſuiſſe dicitur. Ejuſdem diſcipulus fuit Agoracritus Parius, et ætate gratus: itaque e ſuis operibus pleraque nomini ejus donaſſe fertur. Certavere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda; vicitque Alcamenes, non opere, ſed ſuffragiis civitatis, contra peregrinum ſuo faventis*, Plinius lib. XXXVI, 5. Alcamenis cum Phidia certamen in ſculpenda Minervæ ſtatua, deſcribit

ſcribit Tzetzes *Chil.* VIII, *hiſt.* 193. Ἀλκαμένης, ὄνομα κύριον, ὁ Λήμνιος, ita Suidas. Ubi tamen propinquus meus Iſaacus Voſſius reponit ὁ Λιμνεῖος, ut nempe fuerit è Limnis, qui fuit locus Athenis, cujus cùm alii, tum quoque Harpocration mentionem facit: Τόπος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις Λίμναι, ἐν ᾧ ὁ τιμώμενος Διόνυσος. *Quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur*, Quintil. lib. XII, cap. 10. Alcamenem quoque cum Phidia & Polycleto conjungit Dionyſius Halicarn. de Demoſthenis acumine ac vi. Locum deſcripſimus *lib.* III *de Pictura Veterum, cap.* VII, §. 8.

Athenis laudamus Vulcanum eum quem fecit Alcamenes: in quo ſtante atque veſtito leniter apparet claudicatio non deformis, Cicero lib. I de Deorum natura. Plenius hunc Alcamenis Vulcanum deſcribit Valer. Maximus *lib.* VIII, *cap.* 11, *Ex. ext.* 3.

Quid in Alcamenis Venere hortenſi maxime commendabile judicaverint veteres, docent Luciani Imagines *Tomo* II, *pag.* 5. De eadem Venere ἐν τοῖς κήποις vide quoque *Pauſan. lib.* I, *pag.* 33, 20.

Alcamenes ſtatuariæ artis ſecundas meruit inter ætatis ſuæ Artifices: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 305. Ejus Centauri: *ibidem lin.* 30.

Alcamenis Juno: *Pauſan. lib.* I, *pag.* 2, 57.

Alcamenis Mars: *Pauſan. lib.* I, *pag.* 14, 17.

Bacchus ex ebore & auro: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 34, 53.

Prognen filium tollere meditantem, ipſumque adeo Ityn, poſuit Alcamenes: *Pauſ. lib.* I, *pag.* 43, 13.

Hecate tricorpor Alcamenis: *Pauſan. lib.* II, *pag.* 140, 53.

Æſculapius Alcamenis: *Pauſan. lib.* VIII, *pag.* 468, 53.

Alcamenis Hercules coloſſi ſpecie: *Pauſan. lib.* IX, *pag.* 559, 23.

Alcamenis Cupido. Ὁ Ἑλικῶν ὄρος ἐστὶ Βοιωτίας, ὑπὸ πρὸς τοὺς πρόποδας Θεσπιαὶ πόλις κατῴκηται. ἐν ᾗ ὁ Ἔρως ὃν Ἀλκαμένης ἐξήργασται· θαυμάσιόν τι ἔργον ἰδεῖν, Scholiaſtes vetuſtiſſim. in Lucianum πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. Vide tamen an non hic ſit idem ille Cupido Theſpiacus, quo antiquiſſimi quique ſcriptores Praxitelem tradunt Theſpias nobilitaſſe.

ALCIMACHUS, Pictor.

Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra pulveris jactum (quod vocant ἀκονιτί) vicit, Plinius lib. XXXV, cap. 11. Hic eſt idem ille Dioxippus παγκρατιαστής, cujus meminit Athenæus *lib.* VI, *cap.* 13: cujus item meminit Ælianus *var. Hiſt.* X, 22. Ac multo quoque fuſius eadem fere de hoc Dioxippo narrat Curtius *lib.* IX, *cap.* 7: ubi vide non ignobilem hiſtoriam.

ALCIMEDON, Cælator.

Virgilius Ecloga III:

- - - Pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna; Conon; & quis fuit alter
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ meſſor, quæ curvus arator haberet?
Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo, &c.

Salmaſius *Plinianarum Exercitationum pag.* 1044, docet Virgilium hoc in loco imitari Theocritum ita deſcribentem poculum in certamine ruſtico depoſitum, ubi & alia quædam addit quibus locum hunc illuſtrare conatur. Vide quoque *earundem Exercitation. pag.* 1049.

ALCISTHENE.

Alciſthene [pinxit] ſaltatorem. Plinius lib. XXXV, ſub finem capitis undecimi refert eam inter fœminas penicilli gloria nobiles.

ALCON, Cælator.

Virgilius in Culice:

- - - Nec pocula gratum Alconis referunt Bœtique toreuma. - - -

Apud Ovidium quoque XIII Metamorph. verſ. 679, Anius, Rex Deli

- - - Dat munus ituris:
Anchiſi ſceptrum, chlamydem pharetramque nepoti,
Craterem Æneæ, quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris
Miſerat hunc illi Therſes, fabricaverat Alcon
Myleus, & longo cælaverat argumento.

ALCON,

ALCON, Statuarius.

Thebis erat ferreus Hercules, quem fecit Alcon, laborum Dei patientia inductus, Plinius xxxiv, 14.

ALCON, Faber.

Martialis lib. xi, Epigr. 85:

Mitior implicitas Alcon ſecat enterocelas,
Fractaque fabrili dedolat oſſa manu.

ALEVAS, Statuarius.

Alevas apud Plinium lib. xxxiv, cap. 8, reponitur inter Artifices qui optime Philoſophos expreſſerunt.

ALEXA, Aurifex.

D. SEGVLIVS ALEXA AVRVFEX, Inſcript. Gruteri dcxxxix, 1.

ALEXANDER MAGNUS.

Quantus harum artium cultor fuerit Magnus Alexander, vel ex unius Apellis vita ſatis liquet.

ALEXANDER, Ærarius Faber.

Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεύς, 2 *Timoth.* iv: 14.

ALEXANDER Persei filius.

Alexandrum, tertium filiorum Perſei regis, egregium Artificem in tornando & cælando arguto opere fuiſſe referunt. Εὐφυᾶ μὲν ἐν τῷ τορεύειν καὶ λεπτουργεῖν γενέσθαι φασίν, Plutarchus in Paulo Æmilio. *Fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, & Perſei legitimum filium artem ferrariam ob quærendum docuit victum*, Ammian. Marcell. ſub finem libri xiv. *Perſei regis filius junior fabricam ærariam, ob tolerandam inopiam, Romæ didicit, ibique conſumptus eſt*, Oroſius lib. iv, cap. 20.

ALEXANDRINA TAPETIA.

Alexandrina belluata conchyliata tapetia, Plautus Pſeudolo, Actu 1, Scena *Exite, agite, ite ignavi*, &c. *Plurimis liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit*, Plinius lib. viii, cap. 48.

ALEXANOR, Statuarius.

Vide Pauſaniam libro ii, pag. 105, 39: Ὕστερον δὲ Ἀλεξάνωρ ὁ Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ, παραγενόμενος ἐς Σικυωνίαν ἐν Τιτάνῃ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἐποίησε. περιοικοῦσι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι, καὶ τὸ πολὺ οἰκέται τοῦ θεοῦ, καὶ κυπαρίσσων ἐστὶν ἐντὸς τοῦ περιβόλου δένδρα ἀρχαῖα· τὸ δὲ ἄγαλμα, οὔτε ὁποίου ξύλου γέγονεν ἢ μετάλλου μαθεῖν ἐστιν, οὔτε τὸν ποιήσαντα ἴσασιν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα εἰς αὐτὸν τὸν Ἀλεξάνορα ἀναφέρει: *Poſt quem Alexanor, Machaone Æſculapii filio genitus, in Sicyoniam profectus, in Titane Æſculapii fanum erexit. Id & alii accolunt, maximam vero partem Dei ipſius ſervi tenent. Intra ſeptum cupreſſetum eſt, ex vetuſtis admodum arboribus. Signum e quo ſit vel ligno, vel metallo, nec quis ejus fuerit artifex, quiſquam omnino poſſit cognoſcere: niſi forte quis ad ipſum Alexanora opus referat.*

ALEXIS, Statuarius.

Fuit is Polycleti diſcipulus: *Plinius lib.* xxxiv, *cap.* 8. Vide an hujus Alexidis filius fuerit Cantharus ille Sicyonius, memoratus Pauſaniæ, *lib.* vi, *pag.* 348, 1.

ALIPHANUM POCULUM.

Horatius Sermonum lib. ii, Satyra 8:

Invertunt Aliphanis vinaria tota.

Ubi Acro Grammaticus: *Aliphanum oppidum volunt, ubi majores calices fiebant. Alii a vico ubi fictiles & futiles in uſu ſunt.*

ALYPUS, Statuarius.

Alypus iſte fuit Sicyonius, Naucydis Argivi diſcipulus: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 344, 8. Euthymenis ſtatuam fecit Alypus: *Pauſan. lib.* vi, *pag.* 359, 28. Plura Alypi Sicyonii opera enumerat idem Pauſanias *lib.* x, *pag.* 625, 53.

AMAZONES.

Lycophron in obſcuro poëmate, quod inſcribitur Caſſandra vel Alexandra, *pag.* 196 *editionis Pauli Stephani*, tradit Amazones Scythicis equabus vectas totam Athenienſium ditionem horribili ſtrage depopulatas. Ad quem locum Tzetzes addit: Λυσίας δὲ ὁ ῥήτωρ πρώτας φησὶν αὐτὰς ἁπάντων ἀνθρώπων τολμῆσαι ἵππων ἐπιβῆναι. De equabus eſt illud Plinii nat. Hiſt. lib. viii, cap. 42: *Scythæ per bella fœminis uti malunt, quoniam urinam curſu non impedito reddant.* Urbes aliquot nobiliores, quas condidiſſe ac denominaſſe dicuntur Amazones, recenſet Strabo *lib.* xi.

AMIANTUS, Cælator.

Amiantus Germanici Cæſaris Cælator. Vide *Gruteri Inſcript.* DLXXXIII, 9.

AMINOCLES, navium Architectus.

Euſebius *in Chronicis* ait Olympiade IV, anno tertio, Athenis primùm Trierem navigaſſe Aminocle curſum dirigente: ubi vide *Scaligerum ad ann.* MCCLV. *Thucydides auctor eſt triremem feciſſe Aminoclem Corinthium*; Plinius libro VII, cap. 56. De hoc Aminocle vide *Thucydidem lib.* I. Vide quoque *Themiſtii Euphradæ Orat.* XV.

AMMON, Geometra.

Romanæ urbis mœnia ex Ammonis Geometræ dimenſione, quo tempore Gothi illam priore incurſione infeſtarunt, viginti & unius milliaris ſpatium in circuitu habuiſſe compertum eſt: *Excerpta Photii ex Hiſt. Olympiodori, eſt codex numero* LXXX. In ipſam interim totius rei veritatem ſedulò inquirit Vincentius Contarenus *Var. lectionum cap.* 12.

AMORGINÆ VESTES.

Ἀμοργινὰ, λεπτοϋφῆ ἐνδύματα. Ἀμοργὶς, καλάμη τις ἐξ ἧς ἔνδυμα γίνεται), ἢ ὕφασμα, ἢ χιτών, Heſychius. Vide quoque *Etymologicum magnum in* Ἀμοργίς; *Pollucem lib.* VII, *cap.* 14; nec non *ejuſdem libri cap.* 16.

AMPELIUS, Figulus.

Vide *Caſſiodorum Variarum* II, 23.

AMPHION.

Amphion Thebanæ conditor arcis, Horat. de Arte, verſ. 394. Silius Italicus lib. XI; Plutarchus de Muſica; Schol. Apollonii Rhodii ad verſ. 735 libri primi Argonaut.

AMPHION, Pictor.

Fuit Apelles non minoris ſimplicitatis, quàm artis. Nam cedebat Amphioni de diſpoſitione, Aſclepiodoro de menſuris, Plinius lib. XXXV, cap. 10. Ubi tamen optimæ notæ codex MS. propinqui mei Iſ. Voſſii legit: *Fuit non minoris ſimplicitatis, quam artis. Miamphio diſpoſitione cedebat, Aſclepiodoro de menſuris.*

AMPHION, Scalptor.

Meminit ejus Pauſanias *lib.* VI, *pag.* 347, 50.

AMPHION, Statuarius.

Amphion Aceſtoris filius, Gnoſſius, fecit Batti Cyrenæi ſtatuam Delphis. Vide *Pauſaniam lib.* X, *pag.* 637, 3.

AMPHISTRATUS, Statuarius.

In hortis Servilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinem illius cælatoris, Dactylidis Pythias, Amphiſtrati Calliſthenem hiſtoriarum ſcriptorem, Plinius lib. XXXVI, cap. 5. Ἀμφίστρατος ἐχαλκούργησε Κλειτώ: *Amphiſtratus æream Clitûs ſtatuam ex ære fabricavit*, Tatianus in Orat. contra Græcos.

AMULIUS, Pictor.

Plinius lib. XXXV, cap. 10, ſub finem capitis: *Fuit & nuper gravis ac ſeverus, idemque floridus humilis rei pictor Amulius. Hujus erat Minerva, ſpectantem adſpectans quacunque aſpiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod ſemper togatus, quamquam in machinis. Carcer ejus artis domus aurea fuit: & ideo non extant exempla alia magnopere. Poſt eum fuere in autoritate Cornelius Pinus & Actius Priſcus, qui* &c. Totum hunc locum è codd. MSS. ita reſtituit propinquus meus Iſaacus Voſſius: *Fuit & nuper gravis ac ſeverus, idemque floribus vividis pictor Fabullus, ſpectantem ſpectans quacunque aſpiceretur. Paucis diei horis pingebat; id quoque cum gravitate, quòd ſemper togatus, quamquam in manicis.* (Quia nempe effœminatorum geſtamen manicæ.) *Carcer ejus artis domus aurea fuit, & ideo non exſtant exemplaria. Magnopere poſt eum fuere in auctoritate Cornelius Pinus & Attius Priſcus, qui* &c.

AMYCLÆI CALCEI.

Ἀμυκλίδες Heſychio, Ἀμυκλαΐδες Polluci ſunt calciamenta ab Amyclis dicta. Λακωνικὰ, ὑποδήματα, ἃ καλεῖται ἀμυκλαΐδες, Heſychius. Vide quoque *Scholiaſten Theocriti ad verſ.* 15 *Eidyllii* X. Plura habet Meurſius *Miſcell. Laconicorum libro* I, *cap.* 18. Amyclæa purpura minus probata. Ovidius de Remedio amoris, lib. II, verſ. 311:

> *Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis*
> *Murice cum Tyrio; turpius illud erit.*

AMYCLÆUS, Statuarius.

Vide *Pauſaniam lib.* X, *pag.* 633, 30.

ANA-

ANACHARSIS SCYTHA.

Figlinas invenit Corœbus Athenienſis. In iis orbem, Anacharſis Scythes: ut alii, Hyperbios Corinthius, Plin. VII, 56. Vide *Senecam epiſtola* XC; *Suidam in* Ἀνάχαρσις, & in ἀγκύρας; *Scholiaſten Apollonii Rhodii ad verſ.* 1276 *libri* I *Argonaut. Arriani Periplum Ponti Euxini*, *pag.* 5.

ANANIAS.

Augarus toparcha Edeſſæ miſit curſorem ſuum *Ananian*, pingendi peritum, ad delineandam imaginem Chriſti: vide *Cedrenum*, *& Damaſcenum*, *Orthodoxæ fidei lib.* IV, *cap.* 17.

ANAXAGORAS, Statuarius.

Vide *Laërtium Diogenem lib.* II, *in Anaxagora*, *pag.* 98. Anaxagoras Æginceta: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 333, 32. Anaxagoram de ſcenarum pictura Commentarium reliquiſſe teſtatur Vitruvius in *Præfatione libri ſeptimi*. Locum integrum deſcripſimus ſupra in *Agatharchus*.

ANAXANDER, Pictor.

Plinius *libro* XXX, *cap.* 11, refert eum inter Pictores non ignobiles quidem, in tranſcurſu tamen dicendos.

ANAXANDRA.

Anaxandram Nealcis filiam pinxiſſe teſtatur Didymus in *Sympoſiacis*; *Clemens Alexandr. Stromat.* IV, *pag.* 381, *C.*

ANAXIMANDER.

Aſtrologiam, Atlas Libyæ filius; ut alii, Ægyptii; ut alii, Aſſyrii; ſphæram in ea Mileſius Anaximander invenit, Plinius lib. VII, cap. 56: Suidas. Anaximandro inventionem gnomonices & fabricam horologii tribuit Laërtius. Vide quoque *Suidam in* Γνώμων.

ANAXIMENES.

Anaximeni Mileſio, Anaximandri ante nominati diſcipulo, inventionem horologii ſcioterici tribuit Plinius *libro* VII, *cap.* 76. Vide quoque *Vitruvium libro* IX, *cap.* 9. Operæ pretium quoque eſt adire quæ de Sciatheri inventione habet Etymologicum Voſſii in *Sciather*.

ANDREAS, Statuarius.

Andreas Argivus Lyſippi imaginem fecit: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 374, 29.

ANDREAS, Pictor.

Cedrenus pag. 501, 11, *edit. Baſileenſis.*

ANDROBIUS, Pictor.

Androbius pinxit Scyllin ancoras Perſicæ claſſis præcidentem, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

ANDROBULUS, Statuarius.

Androbulus apud Plinium *libro* XXXIV, *cap.* 8, reponitur inter Artifices qui feliciſſime expreſſerunt Philoſophos.

ANDROCYDES, Pictor.

Æquales Zeuxis & æmuli fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, Paraſius, Plinius lib. XXXV, cap. 9. Androcydes Pictor maxime laudatus ob piſces circa Scyllam pictos; crediturque, quia impenſe piſcium eſu delectabatur, magis eos ex affectu quàm ex arte pinxiſſe: *Plutarch. Sympoſiacôn lib.* IV, *quæſt.* 2 *&* 4. Vide quoque *Athenæum libro* VIII, *cap.* 5. Hic Androcydes fuit Cyzicenus: vide *Plutarchum in Pelopida*, *pag.* 291, *B.*

ANDRON, Statuarius.

Andron effinxit vobis Harmoniam ex Martis & Veneris adulterio natam. Ἐμοίχευσεν Ἄρης τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν Ἁρμονίαν Ἄνδρων ὑμῖν κατεσκεύασε, Tatianus Orat. contra Græcos, pag. 183, B.

ANDRONICUS.

Andronicus Cyrrheſtes collocavit Athenis turrim marmoream octogonon, & in ſingulis lateribus octogoni ſingulorum ventorum imagines exſculptas contra ſuos cujuſque flatus deſignavit, ſupraque eam turrim metam marmoream perfecit, & inſuper Tritonem æreum collocavit, dextra manu virgam porrigentem, & ita eſt machinatus, uti vento circumageretur, & ſemper contra flatum conſiſteret, ſupraque imaginem flantis venti indicem virgam teneret, Vitruvius lib. 1, cap. 6. Varroni *lib.* III *de re Ruſtica*, *cap.* 5, corrupte *Andronicus Cypreſtus* dicitur.

ANDROSTHENES, Statuarius.

Androſthenes genere Athenienſis, Eucadmi diſcipulus: *Pauſan. lib.* X, *pag.* 643, 31.

ANGELION, Statuarius.

Callon Æginetes fuit Tectæi & Angelionis diſcipulus, qui Delius ſimulacrum Apollinis fecerunt: illi vero Artem à Dipœno & Scyllide didicerant: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 146, 43. Ὁ Δήλιος καὶ ἡ Ἄρτεμις Τεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη: *Delius & Diana Idectæi & Angelionis ars*, Athenagoræ legatio pro Chriſtianis, pag. 66, D.

ANTENOR, Statuarius.

Athenis in Ceramico erant complures Harmodii atque Ariſtogitonis ſtatuæ, recentiores, fecit Critias; vetuſtiores, Antenor: vide *Pauſaniam lib.* I, *pag.* 14, 31. Atque has quidem veteres abduxit Xerxes, urbe capta; remiſit autem Alexander, poſt Darium debellatum, teſte Arriano *de Alexandri expedit. lib.* III *&* VIII. Manſere deinde hæ tyrannicidarum ſtatuæ Athenis in multum tempus: ita ut Bruto quoque & Caſſio, interfectoribus Julii Cæſaris, ſuas juxta collocaverint, anno fere quingenteſimo poſtquam illæ conſtitutæ. Vide quæ ex Dione Caſſio, Xiphilino, Zonara, habet *Meurſii Piſiſtratus*, *cap.* 14.

ANTHEMIUS, Mechanicus.

Procopius *de Ædificiis Juſtiniani* aliquoties ſumma cum laude meminit hujus Mechanici Tralliani. Vide quoque *Tzetzem Chil.* XII, *hiſt.* 457.

ANTHERMI duo, Sculptores.

Cùm [Dipœnus & Scyllis] *eſſent, jam fuerant in Chio inſula Malas ſculpter, dein filius ejus Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cujus filii Bupalus & Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuere. Hipponactis poëtæ ætate, quem certum eſt* LX *Olympiade fuiſſe. Quod ſi quis horum familiam ad proavum uſque retro agat, inveniet artis ejus originem cum Olympiadum origine cœpiſſe. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem imaginem ejus laſcivia jocorum ii propoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe: quod falſum eſt. Complura enim in finitimis inſulis ſimulacra poſtea fecere, ſicut in Delo, quibus ſubjecerunt carmen, Non viribus tantùm cenſeri Chium, ſed operibus Anthermi filiorum. Oſtendunt & Iaſii Dianam manibus eorum factam. Et in ipſa Chio narrata eſt operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita, cujus vultum intrantes triſtem, exeuntes exhilaratum putant. Romæ ſigna eorum ſunt in Palatina æde Apollinis in faſtigio, & in omnibus fere quæ Divus Auguſtus fecit. Patris quoque eorum & Deli fuere opera, & in Leſbo inſula*, Plinius lib. XXXVI, cap. 5. Suidas *Anthermum* dicit Ἄθηνιν, nam in Ἱππώναξ hæc habet de iſthoc ἰαμβογράφῳ Poëta. Γράφει πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν ἀγαλματοποιὰς, ὅτι αὐτῷ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. Vide porro quæ mox infra dicemus in *Archennus*.

ANTHEUS, Statuarius.

Hunc ſuo ſæculo ſatis probatum, refert ad Olympiadem centeſimam quinquageſimam quintam Plinius *lib.* XXXIV, *cap.* 8.

ANTHULLA.

Nobilis olim calceorum opificio Anthulla: *Stephanus de Urbibus*, *in* Ἄνθυλλα.

ANTIDOTUS, Pictor.

Euphranoris diſcipulus fuit Antidotus. Hujus eſt clypeo dimicans Athenis, & luctator, tibicenque inter pauca laudatus. Ipſe diligentior quàm numeroſior, & in coloribus ſeverus. Maxime inclaruit diſcipulo Nicia Athenienſi, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

ANTIGONUS, Argentarius.

Germanici Cæſaris argentarius fuit: *Inſcript. Gruteri* DLXXXIII, 5.

ANTIGONUS, Fictor.

Antigonus condidit volumina de ſua arte. Et mox: *Antigonus fecit Perixyomenon & Tyrannicidas*, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Videtur autem Pictor fuiſſe alter iſte Antigonus, de quo Plinius lib. XXXV, 10: *Antigonus & Xenocrates de Pictura ſcripſere.* Laërtius quoque *libro* VII, *in vita Chryſippi*, conjungit Polemonem, Hypſicratem, & Antigonum, ac tres iſtos ait ſcripſiſſe περὶ πινάκων, *de tabulis*.

ANTIMACHIDES, Architectus. Vide Antistates.

ANTIMACHUS, Statuarius.

Antimachus fecit fœminas nobiles, Plinius XXXIV, 8.

ANTIPATER, Cælator.

Antipater fuit celeberrimus argenti cælator: *Plinius* XXXIII, 12.

ANTIPHANES, Statuarius.

Cleonis Statuarii præceptor fuit Antiphanes, qui frequentaverat ſcholam Pericleti, qui Pericletus erat Argivi Polycleti diſcipulus: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 319, 44. Antiphanis

phanis Argivi opera: *Pauſan. lib.* x, *pag.* 625, 14 & 33. Æneum equum ad exemplum Durii fabricavit Antiphanes Argivus: *Pauſanias lib.* x, *pag.* 626, 44.

ANTIPHILUS, Pictor.

Antiphilus puero ignem conflante laudatus, ac pulchra aliàs domo ſplendeſcente, ipſiusque pueri ore: item lanificio, in quo properant omnium mulierum penſa: Ptolemæo venante. Sed & nobiliſſimo Satyro, cum pelle pantherina, quem Apoſcoponta appellant, Plinius lib. xxxv, cap. 11: vide locum. Ἀποσκοπεῦντα, id eſt, manum fronti obtendentem ad arcendum ſolem: vide *Joſ. Scaligerum ad Priapeja*; & *Meurſii Orcheſtram in* Σκώψ. Antiphilus falſa accuſatione Apellem in diſcrimen vitæ adduxit apud Ptolemæum regem: vide *Lucianum* περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ. *Facilitate Antiphilus eſt præſtantiſſimus*, Quintil. lib. xii, cap. 10. *Parva & Callicles fecit: item Calaces comicis tabellis, utraque Antiphilus. Nam & Heſionam nobilem pinxit, & Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui ſunt in ſchola in Octaviæ porticibus: & in Philippi, Liberum patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro emiſſo expaveſcentem: in Pompeja vero Cadmum & Europen. Idem jocoſo nomine Gryllum ridiculi habitus pinxit. Unde hoc genus picturæ vocantur grylli. Ipſe in Ægypto natus didicit à Cteſidemo*, Plinius lib. xxxv, cap. 10. Antiphilum quoque cum Apelle ac Protogene conjunxit Theon Sophiſta Progymnaſmatum cap. 1: Τοῖς ζωγραφεῖν βουλομένοις οὐδὲν ὄφελος κατανοεῖν τά τε Ἀπελλοῦ καὶ Πρωτογένους καὶ Ἀντιφίλου ἔργα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ γράφειν ἐπιχειρῶσιν: *Picturæ ſtudioſis nihil profuerit cognoviſſe Apellis, Protogenis, & Antiphili opera, niſi & ipſi manum admoverint operi.* Varro ſimiliter cum Lyſippo conjunxit Antiphilum lib. 11 de Re ruſt. cap. 2: *Tua hæc villa tum & oblita tabulis eſt, nec minus ſignis ornata, at meam, veſtigium ubi ſit nullum Lyſippi aut Antiphili, videbis.*

ANTIPHILUS, Statuarius.

Prope Sicyonium theſaurus eſt Carthaginienſium, Pothæi, Antiphili, & Megaclis opus: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 379, 16.

ANTISTATES, Architectus.

Athenis Antiſtates & Callæſchros & Antimachides & Porinos, architecti, inquit Vitruvius in Præfat. libri vii, *Piſiſtrato ædem Jovi Olympio facienti fundamenta conſtituerunt. Poſt mortem autem ejus, propter interpellationem reipublicæ, incepta reliquerunt,* &c. Ut ut vero nobiliſſimi templi ſtructura, propter graves frequenteſque reip. motus, varie nunc continuata nunc intermiſſa fuerit, ipſa interim præconceptæ ſtructuræ delineatione ſtuporem tentaturis eam injiciente, immani tamen poſt Piſiſtrati fundamenta ſpatio, manum tanto operi denuo admovit Hadrianus Imperator, perfecitque & dedicavit. Vide Meurſii *Athenas Atticas, lib.* 1, *cap.* 10.

ANTONINUS IMP. pinxit.

Julius Capitolinus in M. Antonino Philoſopho de eodem Antonino: *Operam pingendo ſub magiſtro Diogneto dedit.*

ANTORIDES, Pictor.

Ariſtidis Thebani diſcipuli fuerunt & filii Niceratus & Ariſtippus, cujus eſt Satyrus cum ſcypho coronatus. Diſcipuli ejus fuerunt Antorides & Euphranor, de quo mox dicemus, Plinius xxxv, 10.

APATURIUS, Pictor.

Apaturius Alabandæus vitioſe pinxit ſcenam, de quo hæc habet Vitruvius lib. vii, cap. 5: *Neque picturæ probari debent, quæ non ſunt ſimiles veritati; nec ſi factæ ſunt elegantes ab arte, ideo de his ſtatim debet repente judicari, niſi argumentationis habuerint rationes ſine offenſionibus explicatas. Etenim Trallibus cùm Apaturius Alabandæus eleganti manu finxiſſet ſcenam, in eaque feciſſet pro columnis ſigna, centauroſque ſuſtinentes epiſtylia, coronaſque capitibus leoninis ornatas; præterea ſupra eam nihilominus epiſcenium, in quo tholi, pronai, ſemifaſtigia, omniſque tecti varius picturis fuerat ornatus. Itaque cùm aſpectus ejus ſcenæ propter aſperitatem eblandiretur omnium viſus, & jam id opus probare fuiſſent parati; tum Licinius mathematicus prodiit, & ait Alabandæos ſatis acutos ad omnes res civiles haberi, ſed propter non magnum vitium indecentiæ inſipientes eos eſſe judicatos; quod in gymnaſio eorum quæ ſunt ſtatuæ, omnes ſunt cauſas agentes: in foro autem diſcos tenentes, aut currentes, ſeu pila ludentes. Ita indecens inter locorum proprietates ſtatus ſignorum, publice civitati vitium exiſtimationis adjecit. Itaque Apaturius contra reſpondere non eſt auſus, ſed ſuſtulit ſcenam, & ad rationem veritatis commutatam, poſtea correctam approbavit.*

APELLAS, Statuarius.

Apellas fecit adorantes fœminas, Plinius lib. xxxiv, cap. 8.

APEL-

APELLES, Tornator.

Meminit ejus Athenæus *lib.* XI, *cap.* 12.

APELLES, Pictor.

Apelles, nobiliſſimus Pictor, Epheſius fuit, ſicuti nos docet Strabo lib. XIV, pag. 642: Ἱππῶναξ ἐστὶν ὁ ποιητὴς ἐξ Ἐφέσου, καὶ Παῤῥάσιος ὁ ζωγράφος καὶ Ἀπελλῆς: *Hipponax Poeta eſt ex Epheſo, etiam Parrhaſius Pictor & Apelles.* Lucianus quoque περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ, non modo Apellem vocat Epheſium, ſed & ibidem peculiari quadam notione, veluti κατ' ἐξοχὴν, non dubitavit eundem τὸν Ἐφέσιον ζωγράφον nuncupare. Καὶ ἡμεῖς, εἰ δοκεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Ἐφεσίου ζωγράφου τέχνην διέλθωμεν τὰ προσόντα τῇ διαβολῇ: *Etiam nos, ſi videtur, juxta Epheſii Pictoris artem exequamur ea quæ adſunt calumniæ.* Ovidius inclytum hunc Artificem dicit Coum, ſicuti mox oſtendemus. At Suidas facit Colophonium quidem φύσει, Epheſium vero θέσει. Atque adeo videri quoque poſſunt Epheſus & Cous in ſummum hunc Artificem Colophonium contuliſſe jus civitatum, quas eximiis operibus magis magisque nobilitabat. Ἀπελλῆς, Κολοφώνιος, inquit Suidas, θέσει δὲ, Ἐφέσιος ζωγράφος· μαθητὴς Παμφίλου τοῦ Ἀμφιπολίτου· πρότερον δὲ, Ἐφόρου τοῦ Ἐφεσίου. υἱὸς Πυθίου, ἀδελφὸς Κτησιόχου, καὶ αὐτοῦ ζωγράφου: *Apelles, Colophonius, jure vero civitatis Epheſinæ donatus, quadam veluti adoptione factus eſt Epheſius Pictor. Diſcipulus Pamphili Amphipolitani; prius tamen Ephori Epheſii, Pythii filius, frater Cteſiochi, qui & ipſe Pictor fuit.* Simile quid infra in Parrhaſii vita occurrit.

Quis eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quàm ut imitentur veritatem? Calamidis, dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi? Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent. Similis in pictura ratio eſt, in qua Zeuſim & Polygnotum & Timanthem & eorum, qui non ſunt uſi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. At in Aëtione, Nicomacho, Protogene, Apelle, jam perfecta ſunt omnia. Et neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul & inventum & perfectum, Cicero Bruto, ſeu de claris Oratoribus. *Pictores Apelles, Protogenes, ſic alii artifices egregii non reprehendendi, quòd conſuetudinem Myconis, Dioris, Arimnæ, & aliorum ſuperiorum non ſunt ſecuti: cùm culpandus non ſit medicus qui è longinqua mala conſuetudine ægrum in meliorem traducit,* Varro libro octavo de L. L. *Ne minoris quidem famæ opifices per tot jam ſæcula videmus laborem ſuum deſtituiſſe, qui Protogenem, Apellemque, cum Parrhaſio mirati ſunt. Nec pulchritudine Jovis Olympii Minervæque Phidiacæ ſequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lyſippum, Praxitelem, Polycletum, quid efficere aut quouſque progredi poſſent. Sed in omni genere ſcientiæ & ſummis admiratio venerative, & inferioribus merita laus contingit,* Columella in Præfat. libri primi de re Ruſtica. *Apelles eo uſque Olympiade* CXII *provectus, ut plura ſolus prope, quàm cæteri omnes contulerit: voluminibus etiam editis, quæ doctrinam eam continent,* Plin. lib. XXXV, cap. 10. *Scripſit Apelles de hac arte ad diſcipulum ſuum Perſeum,* ſicuti teſtatur idem Plinius ibidem. Τοῖς ζωγραφεῖν βουλομένοις οὐδὲν ὄφελος κατανοεῖν τά τε Ἀπελλοῦ καὶ Πρωτογένους καὶ Ἀντιφίλου ἔργα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ γράφειν ἐπιχειρῶσιν: *Picturæ ſtudioſis nihil profuerit cognoviſſe Apellis, Protogenis, & Antiphili opera, niſi & ipſi manum tabulæ admoverint,* Theo Sophiſta Progymn. cap. 1. *Una fingendi eſt ars, in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus; qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt: ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem. Una eſt ars ratioque picturæ: diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quiſquam eſt, cui quicquam in arte ſua deeſſe videatur,* Cicero lib. III de Oratore.

Apellis profecto nomen, propter hanc Artificis excellentiam, accepere antiqui tanquam nomen ipſius Artis: unde & Apellea Ars dicta eſt Pictura Martiali libro 11, Epigramm. 10:

Clarus fronde Jovis, Romani fama cothurni,
Spirat Apellea redditus arte Memor.

Statius Sylv. lib. 1, in Equo Domitiani, verſ. 102:

- - - *Apelleæ cuperent te ſcribere ceræ.*

Apelles pictor videns quendam diſcipulorum pingentem Helenam plurimo auro obductam, O adoleſcens, dixit, quum non poſſes pingere pulchram, divitem feciſti. Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος θεασάμενός τινα τῶν μαθητῶν Ἑλένην ὀνόματι πολύχρυσον γράψαντα· Ὦ μειράκιον, εἶπεν, μὴ δυνάμενος γράψαι καλὴν, πλουσίαν πεποίηκας: *Clem. Alexandrinus Pædag. lib.* II, *cap.* 12. *Quatuor coloribus ſolis immortalia opera fecere, ex albis melino, ex ſilaceis Attico, ex rubris ſinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clariſſimi pictores, cum tabulæ eorum ſingulæ oppidorum venirent opibus.*

opibus. Nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum ſuorum limum, & draconum & elephantorum ſaniem, nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo meliora tunc fuere, cùm minor copia. Ita eſt: quoniam, ut ſupra diximus, rerum non animi pretiis excubatur, Plin. xxxv, 7. *Apelles commentus eſt ex ebore combuſto facere atramentum, quod elephantinum vocant. Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inventionis mihi. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhæreſcit æreis cortinis. Fit & è tedis ligni combuſti, tritisque in mortario carbonibus. Mira in hoc ſepiarum natura; ſed ex his non fit. Omne autem atramentum Sole perficitur*, Plin. xxxv, 6. *Inventa Apellis & cæteris profuere in arte. Unum imitari nemo potuit: quod abſoluta opera atramento illinebat ita tenui, ut id ipſum repercuſſu claritates oculorum excitaret, cuſtodiretque a pulvere & ſordibus, ad manum intuenti demum appareret. Sed & tum ratione magna, ne colorum claritas oculorum aciem offenderet, veluti per lapidem ſpecularem intuentibus è longinquo, & eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret*, Plin. xxxv, 10. *Apelli fuit perpetua conſuetudo nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit*, Plin. xxxv, 10. Atque adeo ab iſthoc Artis uſu quotidiano crediderim hunc noſtrum Artificem adeptum certam illam in ducendis lineis manum, quam multis poſt ſæculis in ſpecimine linearis cum Protogene certaminis vehementer mirata eſt antiquitas. Hujus induſtriæ ſuaſu Sicyonem quoque per varios metus & maritimæ peregrinationis incerta contendit Apelles, tanquam nihil prætermiſſurus quod ad ſummæ Artis famam pertinere judicabat, immò & cum iis, qui circa Melanthum erant, manum admovit tabulæ Ariſtrati tyranni: qua de re ſic Plutarchus in Arato: Ἤνθει γὰρ ἔτι δόξα τῆς Σικυωνίας μούσης καὶ χρηστογραφίας, ὡς μόνης ἀδιάφθορον ἐχούσης τὸ καλόν. ὥστε καὶ Ἀπελλῆν ἐκεῖνον, ἤδη θαυμαζόμενον, ἀφικέσθαι καὶ συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ταλάντῳ, τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τῆς τέχνης δεόμενον μεταλαβεῖν: *Florebat adhuc gloria Sicyoniæ doctrinæ atque elegantioris picturæ, tanquam quæ ſola priſtinum ſplendorem reſervaſſet illibatum. Quapropter etiam Apelles ille, apud omnes jam in ſumma habitus admiratione, non dubitavit eo proficiſci ac Sicyoniorum artificum familiaritatem talento emercari; magis è re ſua fore judicans exiſtimationis eorum, quam artis, participem fieri*, &c. Vide locum. Apelli Pictor ineptus tabulam à ſe pictam oſtendens, Hanc, inquit, ſubito pinxi. Et ille: Etiam te tacente video feſtinanter pictam. Miror autem quod non plures alias iſthoc temporis ſpatio elaboraveris: *Plutarchus de Liberis educandis.*

Nulla gloria artificum eſt, niſi eorum qui tabulas pinxere: eoque venerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco manſuras, quæ ex incendiis rapi non poſſunt. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat, pictorque res communis terrarum erat, Plin. xxxv, 10. Qua conſideratione inducti Artificum præſtantiſſimi, frequentius plerumque diligentiusque elaboraverunt homines magnitudine præter cæteros illuſtres, atque ob rerum geſtarum æternitatem commemoratione & cognitione digniſſimos. Huc facit illud Plinii, agentis eo ipſo Capite de Apelle: *Alexandrum & Philippum quoties pinxerit, enumerare ſupervacuum eſt.* Niſi forte malis hanc imaginum Alexandri frequentiam referre ad Regium edictum, memoratum Plinio lib. VII nat. Hiſt. cap. 37: *Hic Imp. edixit ne quis ipſum alius, quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, ſculperet: quàm Lyſippus, ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.* Apulej. in Floridis: *Cumprimis Alexandri illud præclarum, quod imaginem ſuam, quo certior poſteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgo contaminari: ſed edixit univerſo orbi ſuo, ne quis effigiem Regis temere aſſimilaret ære, colore, cælamine; quin ſolus eam Polycletus ære duceret, ſolus Apelles coloribus delinearet, ſolus Pyrgoteles cælamine excuderet. Præter hos treis, multo nobiliſſimos in ſuis artificiis, ſi quis uſpiam reperiretur alius ſanctiſſimi imagini Regis manus admolitus, haud ſecus in eum quàm in ſacrilegum vindicaretur. Eo igitur omnium metu factum, ſolus Alexander ut ubique imaginum ſummus eſſet: utque omnibus ſtatuis, & tabulis, & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.* Vide quoque Ciceronem ad famil. lib. v, epiſt. 12; Horat. lib. II, epiſt. 1; Valer. Maximum lib. octavo, cap. 11, Ex. ext. 2; Himerii denique excerpta ἐκ τῆς εἰς Ἀπελλῆν μετωποσκοπικῆς apud Photium, pag. 1138.

Apelles pinxit imagines ſimilitudinis adeo indiſcretæ, ut incredibile dictu Apion grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem, (quos Metopoſcopos vocant) ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ. Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo, quo regnante, Alexandriam vi tempeſtatis expulſus, ſubornato fraude æmulorum Plano regio invitatus, ad Regis cœnam venit: indignantique Ptolemæo & vocatores ſuos oſtendenti, ut diceret à quo eorum invitatus

 eſſet;

eſſet, arrepto carbone exſtincto è foculo, imaginem in pariete delineavit, agnoſcente vultum Plani Rege ex inchoato protinus, Plinius xxxv, 10. Totam rem leviter attingit Tzetzes Chil. VIII, Hiſt. 197. Plenius vero univerſam rei geſtæ ſeriem refert Lucianus περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ, ubi argumentum artemque Apelleæ tabulæ graphice depingit Lucianus. Ad hanc imaginum indiſcretam ſimilitudinem refer etiam illum Apellis equum, cujus hoc ipſo capite aliquanto poſt meminit Plinius: *Eſt & equus ejus, ſive fuit, pictus in certamine: quod judicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus. Namque ambitu æmulos prævalere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit. Apellis tantum equo adhinnivere, idque poſtea ſemper illius experimentum artis oſtentatur.* Neque prætereundus & alter, memoratus Æliano *var. Hiſt.* II, 3: Alexander videns Epheſi ſuam ipſius imaginem ab Apelle pictam, non laudavit eam pro dignitate picturæ. Quum vero introductus equus adhinniret equo picto, haud aliter ac ſi & ipſe verus; O Rex, inquit Apelles, hic ſane equus videtur artis pictoriæ multo peritior. De hoc Apellis apophthegmate vide Pauli Leopardi Emendationum *librum* XII, *caput* 5.

Apelles perfecta opera proponebat pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia quæ notabantur auſcultabat: vulgum diligentiorem judicem, quàm ſe, præferens. Feruntque à ſutore reprehenſum, quod in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas: eodem poſtero die, ſuperbo emendatione priſtinæ admonitionis, cavillante circa crus, indignatum proſpexiſſe, denuntiantem, ne ſupra crepidam ſutor judicaret: quod & ipſum in proverbium venit, Plin. xxxv, 10; vide quoque Val. Maximum lib. octavo, Ex. ext. 3. *Ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus*, inquit Plinius in Præfat. ardui operis, *quos in libellis his invenies abſoluta opera, & illa quoque quæ mirando non ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe: ut, Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta, ut contra judiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velut emendaturo quicquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt, quod omnia opera tanquam noviſſima inſcripſere, & tanquam ſingulis fato adempti. Tria non amplius, ut opinor, abſolute traduntur inſcripta; Ille fecit; quæ ſuis locis reddam: quo apparuit ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe, & ob id in magna invidia fuere omnia ea.*

Apelles Pictor, adſidenti ſibi Megabyzo & de linea umbraque diſſerere paranti, Non vides, inquit, iſtos melidem terentes puerulos? tacenti tibi valde fuerunt intenti, purpuræ tuæ atque auri admiratione tacti: nunc autem derident te, orſum loqui de rebus quas neutiquam didiciſti: *Plutarch. de Diſcrimine adulatoris atque amici.* Uſque adeo verum eſt quod ait Arriani Epictetus lib. IV, cap. 12: Πᾶσα ἐπιστήμη καταφρονητική ἐστι τῆς ἀγνοίας καὶ τῶν ἀγνοούντων· καὶ οὐ μόνον αἱ ἐπιστῆμαι, ἀλλὰ καὶ αἱ τέχναι: *Omnis ſcientia contemnit ignorantiam & ignorantes: nec ſcientiæ ſolum, ſed artes etiam.* Interim ſimile quid etiam Zeuxidi tribuit Ælianus *lib.* 11 *var. Hiſt. cap.* 2.

Præcipua Apellis in arte venuſtas fuit, cùm eadem ætate maximi pictores eſſent. Quorum opera quum admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe iis unam illam Venerem dicebat, quam Græci χάριτα *vocant: cætera omnia contigiſſe, ſed hac ſoli ſibi neminem parem*, Plinius xxxv, 10. *Ingenio & gratia, quam in ſe ipſo maxime jactat, Apelles eſt præſtantiſſimus*, Quintil. Orat. inſtitut. lib. XII, cap. 10. Omnino vide Ælianum var. Hiſt. XII, 41; nec non Plutarchum in Demetrio Poliorcete. *Et aliam gloriam uſurpavit Apelles, cùm Protogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxiæ miraretur. Dixit enim omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora; ſed uno ſe præſtare, quòd manum ille de tabula neſciret tollere: memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam*, Plinius xxxv, 10. *In omnibus rebus videndum eſt Quatenus: etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non ſentirent quod eſſet ſatis*, Cicero in Oratore. *Sit igitur aliquando quod placeat, aut certe quod ſufficiat; ut opus poliat lima, non exterat. Temporis quoque debet eſſe modus*, &c. Vide Quintilianum Orat. inſtitut. lib. x, cap. 4; ubi monet aliquem emendationi finem ſtatuendum, quotieſcunque accedimus ad emendationem, partem operis longe utiliſſimam.

Fuit Apelles non minoris ſimplicitatis, quàm artis. Nam cedebat Amphioni, de diſpoſitione; Aſclepiodoro, de menſuris: hoc eſt, quantum quid à quo diſtare deberet. Scitum eſt, inter Protogenem & eum quod accidit. Ille vivebat Rhodi: quò cùm Apelles adnavigaſſet, avidus cognoſcendi opera ejus, fama ſibi tantum cogniti; continuo officinam ejus petiit. Aberat ipſe: ſed tabulam magnæ amplitudinis, in machina aptatam picturæ, anus una cuſtodiebat. Hæc Protogenem foris eſſe reſpondit: interrogavitque à quo quæſitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles: arreptoque penicillo, lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Reverſo Protogeni, quæ geſta erant, anus indicavit. Ferunt artificem protinus, contemplatum ſubtilitatem, dixiſſe Apellem veniſſe:

non

Google

non enim cadere in alium tam abſolutum opus. Ipſumque alio colore tenuiorem lineam in illa ipſa duxiſſe: præcepiſſeque abeuntem, ſi rediſſet ille, oſtenderet, adjiceretque, hunc eſſe quem quæreret: atque ita evenit. Revertitur Apelles: ſed vinci erubeſcens, tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens amplius ſubtilitati locum. At Protogenes victum ſe confeſſus, in portum devolavit, hoſpitem quærens. Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi; omnium quidem, ſed artificum præcipuo miraculo. Conſumptam eam conſtat priore incendio domus Cæſaris in palatio, avide ante à nobis ſpectatam, ſpatioſiore amplitudine nihil aliud continentem, quàm lineas viſum effugientes, inter egregia multorum opera inani ſimilem, & eo ipſo allicientem, omnique opere nobiliorem, Plinius lib. xxxv, cap. 10. De hac interim lineari celeberrimorum Artificum concertatione nonnihil habet Cl. Salmaſius Plinianarum exercitationum pagg. 5 & 6.

Apelles & in æmulo benignus, Protogeni dignationem primus Rhodi conſtituit. Sordebat ille ſuis, ut plerumque domeſtica. Percontantique quanti licitaretur opera effecta, parvum neſcio quid dixerat: at ille quinquagenis talentis popoſcit; famamque diſperſit, ſe emere, ut pro ſuis venderet. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum Artificem, nec niſi augentibus pretium ceſſit, Plin. xxxv, 10. Obſervavit igitur Apelles erga nuperrime ſibi cognitum Artificem illam veræ amicitiæ legem, cujus meminit Cicero de Amicitia: *Cum plurimas & maximas commoditates contineat amicitia, tum illa nimirum præſtat omnibus, quòd bona ſpe prælucet in poſterum; nec debilitari animos, aut cadere patitur.* Et mox ibidem: *Sæpe enim in quibuſdam aut animus abjectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior: non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt: ſed potius eniti & efficere, ut amici jacentem animum excitet inducatque in ſpem cogitationemque meliorem.* Denique: *Hoc faciendum imitandumque eſt omnibus: ut, ſi quam præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ conſecuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicentque cum proximis. Fructus enim ingenii, & virtutis, omniſque præſtantiæ tum maxime capitur, cùm in proximum quemque confertur.*

Fuit & comitas Apelli, propter quam gratior Alexandro Magno erat, frequenter in officinam ventitanti: nam, ut diximus, ab alio pingi ſe, vetuit edicto. Sed & in officina imperite multa diſſerenti ſilentium comiter ſuadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores tererent. Tantum erat authoritati juris in Regem, alioquin iracundum. Quamquam Alexander ei honorem clariſſimo præbuit exemplo: namque cùm dilectam ſibi e pallacis ſuis præcipue, nomine Campaſpen, (Æliano eſt Παγκάστη, γένος Λαρισσαία: vide eum var. Hiſt. XII, 34) *nudam pingi ob admirationem formæ, & ab Apelle juſſiſſet, eumque tum pari captum amore ſenſiſſet, dono eam dedit. Magnus animo, major imperio ſui: nec minor hoc facto, quàm victoria aliqua. Quippe ſe vicit: nec torum tantum ſuum, ſed etiam affectum donavit Artifici: ne dilectæ quidem reſpectu motus, ut quæ modo Regis fuiſſet, nunc Pictoris eſſet. Sunt qui Venerem anadyomenen illo pictam exemplari putant*, Plin. xxxv, 10.

Ex hac tam notabili fortuna ſummi Artificis, quemadmodum & ex iis quæ de eodem Apelle refert Athenæus lib. XIII, cap. 6, facile diſcas quàm elegans formarum ſpectator fuerit Apelles. Conſpicatus etenim Laidem adhuc virginem è Peirene aquam geſtantem, & admiratus pulchritudinem, perduxit eam aliquando in convivium amicorum. Irridentibus vero eum æqualibus, quòd virginem pro meretrice in ſympoſium deduxiſſet: Μὴ θαυμάσητε, εἶπεν, ἐγὼ γὰρ αὐτὴν εἰς μέλλουσαν ἀπόλαυσιν μετ' οὐδ' ὅλην τριετίαν καλὴν δείξω: *Nolite mirari, inquit, mihi etenim non toto opus erit triennio, ut eam ad futuræ voluptatis uſum pulchre doctam inſtitutamque reddere valeam.* Qualis vero poſtea fuerit, diſcas ex Anthologia Græc. Epigramm. III, 12. Nemini interim dubium eſſe poteſt, quin hanc ipſam quoque Laidem ſibi veluti in contubernium adſciverit Apelles, quò vivam emendatiſſimæ formæ imaginem ab animali exemplo in tabulas ſuas transfunderet: ſiquidem jam olim plurimi certatim ad eam confluebant Pictores, ut formoſiſſimi corporis ubera pectuſque imitarentur. οὕτω γὰρ ἦν ἡ Λαῒς καλὴ, ut ibidem loquitur Deipnoſophiſta, ὡς καὶ τοὺς ζωγράφους ἐρχομένους πρὸς αὐτὴν, ἀπομιμεῖσθαι τῆς γυναικὸς τοὺς μαστοὺς καὶ τὰ στέρνα. Pari modo commeabant Artifices ad Theodotam meretricem, cujus cum Socrate diſſertatiunculam refert Xenophon Apomnem. lib. III. *Quis eſt qui ignoret*, inquit Arnobius libro VI adverſ. Gentes, *Athenienſes illos Hermas Alcibiadi ad corporis ſimilitudinem fabricatos? Quis Praxitelem neſcit ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Cnidiæ ſolertiarum coegiſſe certamine?* &c. Similia habet Clemens Alexandrinus in Protreptico, atque alii plures. Huc etiam refer illud Plauti Pœnulo, Actu IV, Scena *Fuit hodie*, &c.

— O Apella, ô Zeuxis pictor,
Cur numero eſtis mortui? hinc exemplum ut pingeretis:
Nam alios pictores nihil moror hujuſmodi tractare exempla.

Et aliud Propertii lib. II, Eleg. 3:

Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat in ante meam.

Præcipue tamen huc facit inſignis locus Ciceronis circa initium libri ſecundi de Inventione: vide locum.

Apelles pinxit & Antigoni regis imaginem, altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, ut quod corpori deerat, picturæ potius deeſſe videretur: tantumque eam partem è facie oſtendit, quam totam poterat oſtendere, Plinius XXXV, 10. *Habet in pictura ſpeciem tota facies. Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero oſtendit, ut amiſſi oculi deformitas lateret*, Quintil. libro II, cap. 13. Hanc Antigoni picturam apud Coos fuiſſe teſtatur Strabo lib. XIV. Vide quæ de Venere Anadyomene infra dicimus.

Fecit Apelles & Neoptolemum ex equo pugnantem adverſus Perſas. Archelaum cum uxore & filia. Antigonum thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis præferunt omnibus ejus operibus eundem Regem ſedentem in equo: Dianam ſacrificantium virginum choro miſtam; quibus viciſſe Homeri verſus videtur, id ipſum deſcribentis, Plinius libro XXXV, cap. 10.

Pinxit Apelles & Alexandrum Magnum, fulmen tenentem, in templo Epheſiæ Dianæ, viginti talentis auri. Digiti eminere videntur, & fulmen extra tabulam eſſe. Sed legentes meminerint, omnia ea quatuor coloribus facta. Manupretium ejus tabulæ in nummo aureo menſura accepit, non numero, Plinius XXXV, 10. Apelles fulminigerum Alexandrum pinxit uſque adeo accurate atque attemperate, ut diceret duos eſſe Alexandros: unum Philippi filium, inſuperabilem; alterum Apellis, inimitabilem. Ἔγραψε τὸν κεραυνοφόρον οὕτως ἐναργῶς καὶ κεκραμένως, ὥστε λέγειν ὅτι δυεῖν Ἀλεξάνδρων, ὁ μὲν Φιλίππου γέγονεν ἀνίκητος, ὁ δ' Ἀπελλοῦ ἀμίμητος, *Plutarchus de Fortuna vel virtute Magni Alexandri.* Apelles pingens Alexandrum fulmen tenentem, non repræſentavit colorem ejus. Magis fuſcum & ſordidiorem fecit, quum fuerit (ut ajunt) candidus: qui color in pectore ejus & facie potiſſimum purpuraſcebat. Ἀπελλῆς γράφων τὸν κεραυνοφόρον, οὐκ ἐμιμήσατο τὴν χρόαν, ἀλλὰ φαιότερον καὶ πεπινωμένον ἐποίησεν. ἦν δὲ λευκὸς, ὥς φασιν, ἡ δὲ λευκότης ἐπεφοίνισσεν αὐτοῦ περὶ τὸ στῆθος μάλιστα καὶ τὸ πρόσωπον, *Idem in Magni Alexandri vita.* Recte Lyſippus Fictor Apellem Pictorem reprehendit, quod is imaginem Alexandri fulmen manu tenentem pinxiſſet, ipſe vero haſtam. Inquiens, hujus gloriam, quæ vera Alexandro & propria eſſet, nunquam abolitum iri. Εὖ Λύσιππος ὁ πλάστης Ἀπελλῆν ἐμέμψατο τὸν ζωγράφον, ὅτι τὴν Ἀλεξάνδρου γράφων εἰκόνα κεραυνὸν ἐνεχείρισεν· αὐτὸς δὲ λόγχην, ἧς τὴν δόξαν οὐδὲ εἷς ἀφαιρήσεται χρόνος, ἀληθινὴν καὶ ἰδίαν οὖσαν, *Idem de Iſide & Oſiride.* Succenſet enim Deus imitantibus tonitrua & fulmina & coruſcantes radiationes. Νεμεσᾷ γὰρ ὁ θεὸς τοῖς ἀπομιμουμένοις βροντὰς καὶ κεραυνοὺς καὶ ἀκτινοβολίας, &c. Vide *Plutarchum* πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.

Apelles pinxit & Megabyzi, ſacerdotis Dianæ Epheſiæ, pompam, Plin. XXXV, 10.

Apelles pinxit & Clytum equo ad bellum feſtinantem, & ei galeam poſcenti armigerum porrigentem, Plinius XXXV, 10. Apelles alium quoque equum è bello redeuntem fecit, Fortunam ſibi præcipue faventem in ea tabula expertus. Ἄξιον εἰπεῖν καὶ τὸ συμβὰν ἀπὸ τῆς τύχης Ἀπελλῇ τῷ ζωγράφῳ· ὡς γὰρ λέγεται, ἵππον οὐκ ἐξ ἐργασίας, ἀλλ' ἐκ πολέμου ἐπιόντα· ὑψηλὸς ἦν τῷ αὐχένι καὶ ἐπανεστὼς, καὶ τὰ ὦτα ὀρθὸς, καὶ δριμὺς τὰς ὄψεις, ὡς ἐκ πολέμου παριὼν, τὸν ἐκ τοῦ δρόμου θυμὸν ἐν ταῖς ὄψεσιν ἔχων· οἱ δὲ πόδες ἀνεφέροντο ἐν τῷ ἀέρι μικρὰ ψαύοντες, καὶ ἀνὰ μέρος τῆς γῆς· καὶ ὁ ἡνίοχος ἐκράτει τοῦ χαλινοῦ, τὸ πολεμικὸν φύλαγμα τοῦ ἵππου ἀποφράττων ἄγχων. ἅπαντα δὲ ἐχούσης τῆς εἰκόνος ἐοικότα, ἔλειπεν ἀφροῦ χρῶμα, οἷον ἂν γένοιτο μεμιγμένος αἵματος καὶ ὑγροῦ κατὰ συνεχῆ μῖξιν, διϊκνούμενος μὲν τοῦ ἄσθματος τὸ ὑγρὸν τῶν σωμάτων, ἀφριζόμενος δὲ τῇ κοπῇ τοῦ πνεύματος, αἵματος δὲ ἐπιρρεύσαντος τῷ ἀφρῷ τοῦ ἐκ τοῦ χαλινοῦ ὕβρεως· ὁ δὴ ἠπόρει γράφειν ἵππου ἀφρὸν κεκμηκότος ἐν ἀγῶνι· ἀπορῶν δὲ ἐπὶ πλεῖον, πολλὰ ἀπαλγήσας, ἔρριψε περὶ τοὺς χαλινοὺς τῆς γραφῆς τὴν σπογγιάν· πολλὰ δὲ αὕτη ἔχουσα χρώματα ἐοικότα ἀφρῷ ᾑμαγμένῳ, ἐφήρμοσε τῇ γραφῇ τὸ χρῶμα. Ἀπελλῆς δὲ ἰδὼν, ἐχάρη τῷ ἐν ἀπογνώσει τύχης ἔργῳ, καὶ ἐπέλεσεν οὐ διὰ τῆς τέχνης, ἀλλὰ διὰ τῆς τύχης τὴν γραφήν: Dignum relatu eſt, quod Apelli accidit à Fortuna. Faciebat is equum, non ab opere, ſed ex bello redeuntem. Excelſus erat & erectæ cervicis, & auribus quoque erectis atque acribus oculis, tanquam è prælio regrediens conceptum ex curſu furorem in viſu adhuc retinens. Pedes attollebantur, parum leviterque aliquantam terræ partem attingentes. Auriga tenebat frenum, bellicum equi impetum habena ſtringens. At quum omnia quæ ad picturam hanc pertinebant videretur jam elaboraſſe Artifex, deerat etiamnum color ſpumæ, qualis fieri ſolet ex continuata mixtione ſanguinis cum humido & anhelitu quidem oris humiditatem ſequente, ſpiritu vero præ ærumna ſpumante, ſanguine denique ſpumæ ex freni vexatione inſperſo. Quum igitur non poſſet pingere ſpumam equi in prælio fatigati, plurimum hæſitans,

ac

ac tandem dolore victus, impegit circa habenas tabulæ ſpongiam, quæ cùm plurimos haberet colores cruentatæ ſpumæ perquàm ſimiles, adaptavit picturæ colorem tantopere deſideratum: *Dio Chryſoſtomus Orat.* LXIV, *quæ eſt de Fortuna.* Agatho:

Τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.
Ars atque Fortuna invicem ſe diligunt.

Plutarchus de Fortuna Romanorum: Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς δίχα μέτρου καὶ καταλογάδην αὐτῷ γεγραμμένοις φησὶν, ἀνομοιότατον πρᾶγμα τῇ σοφίᾳ τὴν τύχην ὄντα, ὁμοιοτάτων πραγμάτων γίνεσθαι δημιουργόν: *Ion Poeta in his quæ ſoluta oratione ſcripſit, Fortunam ait & ſapientiam, cum ſint diſſimillima, ſimillimarum tamen rerum effectrices eſſe.*

Apelles in equi pictura reprehenſus. *Ælianus libro quarto de Animalibus, cap.* 50: Ajunt equos non habere cilia infra. Apellem itaque Epheſium eo nomine reprehenſum ferunt, quod equum pingens non obſervaſſet hanc animantis proprietatem. Alii non Apelli hoc datum crimini volunt, ſed Niconi, viro quidem optimo & pingendi ſcientiſſimo, in hujus tamen animalis pictura lapſo. Οἱ ἵπποι τὰς κάτω βλεφαρίδας οὔ φασιν αὐτοὺς ἔχειν. Ἀπελλῆν οὖν τὸν Ἐφέσιον αἰτίαν λέγουσιν ἔχειν, ἐπεί τινα ἵππον γράφων, οὐ παρεφύλαξε τὸ ἴδιον τοῦ ζῴου· οἱ δ' οὐκ Ἀπελλῆν φασι τὴν αἰτίαν ταύτην ἐνέγκασθαι, ἀλλὰ Νίκωνα ἀγαθὸν μὲν ἄνδρα γράψαι τὸ ζῷον τοῦτο, σφαλέντα δ' ἐν ἑνὶ μόνῳ τῷ εἰρημένῳ. Uſque adeo verum eſt illud Horatii in Arte Poëtica:

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Θνητῇ φύσει, κἂν ὅλως ἐπιτετευγμένη τύχῃ, inquit Diodorus Siculus lib. XXVI, οὐ δυνατὸν εὑρεθῆναι τὸ ἀμέμπτως πᾶσιν ἀρέσκειν· οὔτε γὰρ Φειδίας, μάλιστα τι θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ τῶν ἐλεφαντίνων ἀγαλμάτων κατασκευῇ, οὔτε Πραξιτέλης, ὁ καταμίξας ἄκρως τοῖς λιθίνοις ἔργοις τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, οὔτε Ἀπελλῆς ἢ Παρράσιος, οἱ τοῖς ἐμπειρικῶς κεκραμένοις χρώμασι προαγαγόντες εἰς ἀκρότητα τὴν ζωγραφικὴν τέχνην, οὕτως ἐπέτυχον ἐν τοῖς ἔργοις, ὥστε κατὰ πᾶν ἄμεμπτον ἐπιδείξασθαι τὸ τῆς ἐμπειρίας ἀποτέλεσμα. ἄνθρωποι γὰρ ὄντες καὶ ταῖς τῶν ἐγχειρουμένων ὑπεροχαῖς ἐπιτυγχάνοντες, ὅμως διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν διέπιπτον ἐν πολλοῖς: *Fieri nequit ut natura mortalis, etiamſi ſcopum ſibi propoſitum aſſequatur, comprobationem omnium ſine ulla reprehenſione obtineat. Neque enim Phidias, in magna habitus admiratione ob ſimulacrorum eburneorum fabricationem: neque Praxiteles, qui lapideis operibus eximie admiſcuit affectiones animi: neque Apelles aut Parrhaſius, artem pictoriam experienter temperatis coloribus ad ſummum faſtigium provehentes, tantam in ſuis operibus experti ſunt felicitatem, ut peritiæ ſuæ effectum prorſus irreprehenſibilem exhiberent. Cùm enim homines eſſent ac primas obtinerent in iis quæ ſibi agenda ſuſceperant, nihilominus tamen propter imbecillitatem humanam in multis à propoſito ſibi ſcopo aberrarunt.*

Mirantur Apellis Abronem, Samii. Menandrum, regem Cariæ, Rhodii: item Ancæum. Alexandriæ Gorgoſthenem tragœdum. Romæ Caſtorem & Pollucem, cum Victoria & Alexandro Magno: item belli imaginem, reſtrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante. Quas utraſque tabulas Divus Auguſtus in fori ſui partibus celeberrimis dicaverat ſimplicitate moderata. Divus Claudius pluris exiſtimavit in utriſque, exciſa facie Alexandri, Divi Auguſti imaginem ſubdere, Plinius XXXV, 10.

Apellis arbitrantur manu eſſe & in Antoniæ templo Herculem averſum: ut (quod eſt difficillimum) faciem ejus oſtendat verius pictura, quàm promittat, Plinius XXXV, 10.

Cyniſcam Archidami filiam, virilis animi fœminam, Apelles fecit in Elide. Κυνίσκας εἰκὼν, Ἀπελλοῦ τέχνη, *Pauſanias libro* VI, *pag.* 344, 42.

Gratiæ imago eſt apud Smyrnæos in cantorum ſtatione, Apellis pictura. Σμυρναίοις ἐν τῷ ᾠδείῳ Χάριτός ἐστιν εἰκὼν, Ἀπελλοῦ γραφή, *Pauſan. lib.* IX, *pag.* 596, 32.

Apellis Fortuna ſedens. Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος ἐρωτηθεὶς διά τι τὴν Τύχην καθημένην ἔγραψεν· Οὐχ ἕστηκε γὰρ, εἶπεν: Apelles Pictor interrogatus quam ob rem Fortunam ſedentem pinxiſſet. Non ſtat enim, inquit: *Stobæus Titulo* CCLI. Apelles appinxit Fortunæ Charites: *Libanius ecphraſi* IV, *quæ eſt de Pulchritudine.*

Apelles templum aliquod Pergamenorum exornaverat. *Baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni comparaverunt; ut ædem Apellis manu inſignem, nec araneæ intexerent, neque alites involarent, cadaver ejus reticulo aureo ſuſpenſum, ibidem locarunt,* Solinus cap. 27: ita locum emendante Salmaſio.

Apellis Pacate. Vide *Luciani Imagines.*

Apellis Monocnemos. Arbiter: *In pinacothecam perveni, vario picturarum genere mirabilem. Nam & Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis injuria victas; & Protogenis rudimenta, cum ipſius Naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractavi. Jam vero Apellis, quem Græci Monocnemum dicunt, etiam adoravi. Tanta enim ſubtilitate extremitates imaginum erant ad ſimilitudinem præciſæ, ut crederes etiam animorum eſſe picturam,* &c.

Apelles pinxit & Heroa nudum; eaque pictura Naturam ipſam provocavit, Plinius libro XXXV, cap. 10.

Apelles ſemet ipſum depinxit: Anthol. Epigramm. lib. IV, cap. 61

Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐν εἰκόνι γράψεν ἄριστος Ἀπελλῆς.
Optimus in tabula ſemet depinxit Apelles.

Apelles pinxit & quæ pingi non poſſunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque; Bronten, Aſtrapen, Ceraunobolon appellant, Plinius XXXV, 10.

Sunt inter opera Apellis & exſpirantium imagines. Quæ autem nobiliſſima ſint, non eſt facile dictu. Venerem exeuntem e mari Divus Auguſtus dicavit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur: verſibus Græcis tali opere (dum laudatur) victo, ſed illuſtrato. Hujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri: verum ipſa injuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu, Plin. XXXV, 10. Ex hiſce verbis propemodum colligi poſſe crediderim Plinium huic Veneri tribuiſſe palmam inter alia ſummi Artificis opera. Atque adeo ipſi quoque Apelli hoc opus viſum fuiſſe palmarium, teſtis eſt Propertius lib. III, Eleg. 9:

In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles.

Non enim dubium cuipiam eſſe poteſt, quin omnem impetuoſiſſimæ Artis vim ad hoc opus exciverit vehemens ille amor quo Campaſpen deperibat Apelles: ad cujus etiam exemplar, ſicuti ſupra monuimus, Anadyomenen hanc pictam plerique putant. Athenæus tamen lib. XIII, cap. 6, factam vult ad exemplar Phrynes: Ἦν δὲ ὄντως μᾶλλον ἡ Φρύνη καλὴ ἐν τοῖς μὴ βλεπομένοις· διόπερ οὐδὲ ῥᾴδιον ἦν αὐτὴν ἰδεῖν γυμνήν. Ἐχίτωνισκον γὰρ χιτώνιον ἀμπίσχετο, καὶ τοῖς δημοσίοις οὐκ ἐχρῆτο βαλανείοις. Τῇ δὲ τῶν Ἐλευσινίων πανηγύρει καὶ τῇ τῶν Ποσειδωνίων ἐν ὄψει τῶν πανελλήνων πάντων ἀποθεμένη θοἰμάτια καὶ λύσασα τὰς κόμας, ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ· καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς τὴν ἀναδυομένην Ἀφροδίτην ἀνεγράψατο Ἀπελλῆς: *Erat utique Phryne magis pulcra in iis partibus quæ non videntur, quamobrem haud facile fuit eam conſpicere nudam: induebatur enim tunicam arcte carnes adſtringentem, neque publicis utebatur balneis. Frequentiſſimo tamen Eleuſiniorum conventu feriatiſque Neptuno diebus, in Græcorum omnium conſpectu, deponens veſtes & ſolvens comas, ingreſſa eſt mare: adeo ut Venerem è mari emergentem ad hoc etiam exemplum pinxerit Apelles.*

Lacter promontorium eſt Coæ inſulæ, in cujus ſuburbio eſt ædes Æſculapii nobilitata Antigono Apellis, de quo nonnihil etiam ſupra diximus. Conſpiciebatur ibidem quoque ejuſdem Artificis Venus Anadyomene. Ἡ νῦν ἀνάκειται τῷ θεῷ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ, τοῦ Σεβαστοῦ ἀναθέντος τῷ πατρὶ τὴν ἀρχηγέτιν τοῦ γένους αὐτοῦ. Φασὶ δὲ τοῖς Κῴοις ἀντὶ τῆς γραφῆς ἑκατὸν ταλάντων ἄφεσιν γενέσθαι τοῦ προσταχθέντος φόρου: *Quæ nunc dedicata eſt divo Cæſari Auguſto conſecrante Patri generis ſui Patronam. Ajunt Cois pro pictura fuiſſe remiſſa C. talenta de imperati tributi ſumma*, Strabo lib. XIV, pag. 657. Meminit hujus tabulæ Ovidius Amorum lib. I, Eleg. 14:

Formoſæ periere comæ, quas vellet Apollo,
Quas vellet capiti Bacchus ineſſe ſuo.
Illis contulerim, quas quondam nuda Dion
Pingitur humenti ſuſtinuiſſe manu.

Eam quoque reſpicit Triſtium lib. II, verſ. 526:

Sic madidos ſiccat digitis Venus uda capillos,
Et modo maternis tecta videtur aquis.

Ubi quoque oſtendit celebrem hanc Anadyomenes picturam inter ornamenta domus Auguſtæ tunc temporis fuiſſe relatam. Meminit & III de Arte, verſ. 401:

Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles,
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Scio non defuiſſe qui *Cois* hoc in loco reponerent; ego tamen *Cous* retinui: propterea quod Ovidius ſenſerit Apellem fuiſſe genere Coum; alioqui lib. IV de Ponto, Eleg. I, non dixiſſet,

Ut Venus artificis labor eſt & gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.

Tale quoque eſt Auſonii Epigramma, num. 104, in Venerem Anadyomenen:

Emerſam pelagi nuper genitalibus undis
Cyprin Apellei cerne laboris opus;

Ut

Ut complexa manu madidos ſalis æquore crines
Humidulis ſpumas ſtringit utraque comis.
Jam tibi nos Cypri, Juno inquit & innuba Pallas,
Cedimus, & formæ præmia deferimus.

Exprimere ſtuduit Auſonius Græcum Epigramma Antipatri Sidonii de Venere è mari emergente, quod legitur Anthologiæ lib. IV, titulo 12:

Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάττας
Κύπριν, Ἀπελλείου μόχθον ὅρα γραφίδος,
Ὡς χερὶ συμμάρψασα διάβροχον ὕδατι χαίταν,
Ἐκθλίβει νοτερὸν ἀφρὸν ἀπὸ πλοκάμων.
Αὐταὶ νῦν ἐρέουσιν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
Οὐκ ἔτι σοι μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Maternis primùm de fluctibus emergentem
Cyprin Apellei cerne laboris opus:
Ut manibus mulcens reſperſos æquore crines,
De madidis ſpumam cogit abire comis.
Non tibi de forma poſthac certabimus, ipſæ
Dicant, ſi videant, nata ſororque Jovis.

Quatuor alia in hanc Apellis Anadyomenen Epigrammata habet eadem Anthologia ibidem. Rationem interim, cur veteres Venerem è pelagi ſpumis natam, atque ei Aphrodites nomen ob hoc inditum putaverint, egregie reddit Ariſtoteles *lib.* II *de generat. Animal. cap.* 2.

Apelles inchoaverat & aliam Venerem Cois, ſuperaturus etiam ſuam illam priorem. Invidit mors, peracta parte: nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta, inventus eſt, Plinius libro XXXV, cap. 10. Hujus ipſius Veneris meminit quoque Cicero ad famil. lib. 1, epiſt. 9: *Apelles Veneris caput & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit: reliquam partem corporis, inchoatam reliquit.* Et rurſus lib. III de Officiis: *Nemo pictor eſt inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolveret: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat.* Atque adeo locum hic habet illud Plinii lib. XXXV, cap. 11: *Illud per quàm rarum ac memoria dignum, etiam ſuprema opera artificum imperfectaſque tabulas, ſicut Irin Ariſtidis, Tyndaridas Nicomachi, Medeam Timomachi, &, quam diximus, Venerem Apellis, in majori admiratione eſſe, quàm perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipſæque cogitationes artificum ſpectantur, atque in lenocinio commendationis dolor eſt: manus, cùm id agerent, extinctæ deſiderantur.* Nimirum, ut appoſite, alia tamen occaſione Plinius libro XXXV, cap. 2: *Majus nullum eſt felicitatis ſpecimen, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis.*

Pamphilus, Apellis præceptor, Macedo natione; ſed primus in pictura omnibus literis eruditis; præcipue Arithmetice & Geometrice, ſine quibus negabat artem perfici poſſe. Docuit neminem minoris talento, annis decem; quam mercedem & Apelles & Melanthius ei dedere, Plin. XXXV, 10.

Cteſilochus Apellis diſcipulus: *Plin.* XXXV, 11: fortaſſe & frater: nam Suidas paullo ante meminit alicujus Cteſiochi, quem dicit fratrem Apellis fuiſſe.

Apellis æqualis fuit Ariſtides Thebanus: *Plinius* XXXV, 10.

APHRODISIUS, Statuarius.

Palatinas domos Cæſarum replevere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus, Plinius XXXVI, 10.

APIS ÆGYPTIUS.

Noſtra opinio eſt, inquit Voſſius *libro* 1 *de Origine & progr. idolol. cap.* 29, Apim Ægyptium fuiſſe ſymbolum Joſephi Patriarchæ. Vide locum.

APOLLINARIS. Vide Lucius Flavius Apollinaris.

APOLLO.

Apollo gaudet condendis urbibus, ac mortales docuit metiri urbes. Immo vixdum quadriennis, fundamenta jecit atque aram Deli conſtruxit è cornibus: vide *Callimachi hymnum in Apollinem, verſ.* 55 *& ſeqq. Hyginum fabula* 89; *Ovidium* VIII *Metamorph. verſ.* 15, *coll. cum Pauſaniæ lib.* 1, *pag.* 78, 17. De ara cornea, vide *Plutarch. de Solertia animalium; Diod. Siculum lib.* V, *pag.* 341. Pauſanias *lib.* V, ſive *Eliacorum primo* meminit aræ Mercurio atque Apollini communis: Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ βωμὸς

ἐστιν

ἐστὶν ἐν κοινῷ· διότι Ἑρμῆν λύρας, Ἀπόλλωνα δὲ εὑρετὴν εἶναι κιθάρας Ἑλλήνων ἐστὶν ἐς αὐτοὺς λόγος: *Apollo & Mercurius communem habent aram, propterea quod lyræ inventionem Mercurio, citharæ vero Apollini Græcorum ſermo attribuit.*

APOLLODORUS, Architectus.

Apollodorum Architectum, qui forum & odeum & gymnaſium, opera Trajani, Romæ fecerat, Adrianus primum exilio, deinde etiam morte mulctavit: propter admiſſa ſcelera, ſicuti dicebat, ſed tamen vera cauſſa fuit, quod quum Apollodorus cum illo quædam de his operibus communicaret, atque interim Adrianus nihil ad rem pertinentia effutiret, reſpondit ei Apollodorus: Abi, inquit, & cucurbitas pinge, nihil enim horum noſti: equidem eo ipſo tempore pictura cucurbitæ quàm maxime ſibi placebat Adrianus. Imperium itaque adeptus atque injuriæ memor, hanc illius in loquendo libertatem non pertulit, &c. Vide ſupra in Adrianus Imp.

APOLLODORUS, Fictor.

Silanion Apollodorum fecit, fictorem & ipſum, ſed inter cunctos diligentiſſimum artis & inimicum ſui judicem, crebro perfecta ſigna frangentem, dum ſatiare cupiditatem nequit artis, & ideo Inſanum cognominatum. Hoc in eo expreſſit, nec hominem ex ære fecit, ſed Iracundiam, Plinius xxxiv, 8. Idem ibidem paullo poſt meminit, ut videtur, ejuſdem Apollodori, cùm ait: *Nunc percenſebo eos, qui ejuſdem generis opera fecerunt, ut Apollodorus, Androbulus, Aſclepiodorus, Alevas Philoſophos.*

APOLLODORUS, Pictor.

In luminibus artis primus refulſit Apollodorus Athenienſis nonageſima tertia Olympiade. Hic primus ſpecies exprimere inſtituit, primusque gloriam penicillo jure contulit. Ejus eſt ſacerdos adorans, & Ajax fulmine incenſus, qui Pergami ſpectatur hodie: neque ante eum tabula ullius oſtenditur, quæ teneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intravit, Olympiadis nonageſimæ quintæ anno quarto, audentemque jam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit. In eum Apollodorus, ſupra dictus, verſus fecit, Artem ipſi ablatam Zeuxin ferre ſecum, Plinius xxxv, 9. Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν· οὗ τοῖς ἔργοις ἐπιγέγραπται, Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται: *Apollodorus Pictor, qui mortalium primus invenit rationem commiſcendi colores & exactam umbrarum expreſſionem, Athenienſis erat: cujus operibus inſcribebatur, Facilius hæc culpabit aliquis quàm imitabitur*, Plutarchus circa initium libri, Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes. His quàm ſimillima habet Heſychius, qui etiam addit eum pileum erectum portare ſolitum: Οὗτος καὶ πῖλον ἐφόρει ὀρθόν: quod tantundem erat, ac ſi principatum ſibi in reliquos Pictores arrogaſſet, ut Medorum rex κυρβασίαν, ſive tiaram, ὀρθήν, geſtabat, reliqui vero purpurati περιβάλλονται ſive κεκλιμένην. Heſychii verba ſunt: Σκιά, σκίασις, ἐπιφάνεια τοῦ χρώματος, ἀντίμορφος. Σκιαγραφίαν, τὴν σκηνογραφίαν οὕτω λέγουσι· ἐλέγετο δέ τις καὶ Ἀπολλόδωρος ζωγράφος, σκιαγράφος, ἀντὶ τοῦ σκηνογράφος· οὗτος δὲ καὶ πῖλον ἐφόρει ὀρθόν· καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἐπέγραφε, Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται). Σκιαγράφος, Ἀπολλόδωρος. Schol. in Plutum Ariſtophanis tradit illam Heraclidarum picturam, quam plerique Pamphilo præceptori Apellis tribuunt, eſſe opus Apollodori.

APOLLONIDES, Scalptor.

Poſt Pyrgotelem Apollonides & Cronius in gloria fuere, quique divi Auguſti imaginem ſimilem expreſſit, qua poſtea Principes ſignabant, Dioſcoridem, Plin. xxxvii, 1.

APOLLONIUS, Mechanicus.

Apollonius Pergæus, inſignis Mechanicus. Vide *Vitruvium lib. 1, cap. 1.*

APOLLONIUS, Sculptor.

Romæ ſpectatur Hercules obliquato corpore ſedens, &c. Titulus oſtendit nomen Artificis: ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ, Inſcript. Gruteri xlii, 11.

APOLLONIUS, Statuarius.

In Pollionis Aſinii monumentis ſunt Zethus & Amphion ac Dirce & taurus vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii & Tauriſci. Parentum ii certamen de ſe fecère. Menecratem videri, profeſſi ſed eſſe naturalem Artemidorum, Plin. xxxvi, 5.

APULEJUS, Architectus.

Inſcript. Gruteri, xli, 5.

AQUILA, tentoriorum conficiendorum Artifex.

Aquila Judæus, genere Ponticus, & Paulus Apoſtolus, fuere ὁμότεχνοι, & eodem artificii genere vitam ſuſtentabant, Ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, *Act.* xviii: 3. Vide quæ annotamus in *Jobel.*

AQUINAS,

AQUINAS, Fucus.

Horatius lib. 1, epiſt. 10:

Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum.

Ubi Acro: *Aquinates purpuræ ſimiles ſunt Tyriis, multum ergo imperiti falluntur.*

ARABICÆ VESTES.

Arriani Periplus maris Erythræi, pag. 7, F. Arabes muniebant ſe ſtruthiorum pellibus, quæ iis erant thoracum & ſcutorum loco: *Pollux lib.* 1, *cap.* x, §. 7. Ἱματισμὸς Ἀραβικὸς ὁμοίως, καὶ κοινὸς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ ὁ νόθος περισσότερος: *Inferuntur in Sabbatha item veſtes Arabicæ, communes, ſimplices, & adulterinæ copioſe.*

ARACHNE.

Fuſos in lanificio, Cloſter filius Arachnes invenit. Linum & retia, Arachne, Plin. lib. VII, cap. 56. Vide Ovidium circa initium libri ſexti Metamorph.

ARATUS, Sicyonius.

Aratus Sicyonius habuit intelligens judicium in picturis ac tabulis Græciæ. Ἄρατος εἶχεν κρίσιν οὐκ ἄμουσον ἐν γραφαῖς καὶ πίναξιν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, Plutarchus in Arato.

ARCADICUS PILEUS.

Arcadico pileo utebatur Menedemus Philoſophus, cui intexta erant duodecim elementa. πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα, Laërtius lib. VI, in Menedemo. Vide quoque *Philoſtratum lib.* II *de vitis Sophiſt. pag.* 570.

ARCESILAS, Pictor.

Arceſilas Tiſicratis filius recenſetur inter Pictores non ignobiles à Plinio *lib.* XXXV, 11.

ARCESILAS, Statuarius.

Arceſilas Ariſtodici filius fecit Minervam, in quam fuit illud Simonidis epigramma, quod habet Diog. Laërtius *lib.* IV, *in Arceſilao.*

ARCESILAUS, Pictor.

Vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere, ut Polygnoti & Nicanoris & Arceſilai Pariorum, Plin. XXXV, 11. In Piræo Leoſthenem liberoſque ejus pinxit Arceſilaus: *Pauſanias in Atticis, pag.* 2, 12.

ARCESILAUS, Plasta.

M. Varro magnificat Arceſilaum Lucii Luculli familiarem, cujus proplaſmata pluris vænire ſolita artificibus ipſis, quam aliorum opera. Ab hoc factam Venerem genitricem in foro Cæſaris, &, priuſquam abſolveretur, feſtinatione dedicandi poſitam. Deinde eidem à Lucullo H-S. LX *ſignum Felicitatis locatum, cui mors utriuſque inviderit. Octavio equiti Romano cratera facere volenti, exemplar è gypſo factum talenta*, Plin. XXXV, 12. Et rurſus lib. XXXVI, cap. 5: *Arceſilaum quoque magnificat Varro, cujus ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeroſque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calcearent ſoccis, omnes ex uno lapide.*

ARCHAICUS, Faber.

Horat. lib. 1, epiſt. 5:

Si potes Archaïcis conviva recumbere lectis.

Ubi Acro: *Archaïci*] *Lecti humiles, ab Archaïca fabro, qui non magnæ ſtaturæ dicitur eſſe.* Turnebus Adverſ. lib. 1, cap. 18; Petrus Nannius Miſcellaneorum libro IV, cap. 18.

ARCHENNUS.

Scholiaſtes in Aves Ariſtophanis ad illa Comici verba, Ἀντίκα νίκη πέτεται πτερύγοιν χρυσαῖν, καὶ νὴ Δί' Ἔρως γε, hæc habet: Νεωτερικὸν τὸ τὴν Νίκην καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπτερῶσθαι. Ἀρχέννους γάρ φησι καὶ τὸν Βουπάλου καὶ Ἀθηνίδος πατέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα τὸν Θάσιον ζωγράφον πτηνὴν ἐργάσασθαι τὴν Νίκην, ὡς οἱ περὶ Καρύστιον τὸν Περγαμηνόν φασιν. Ubi tamen reſtituendum videtur, Ἄνθερμον γάρ φησι τὸν Βουπάλου, &c. Omnino confer hæc cum iis quæ ſupra diximus in ANTHERMI DUO; & infra in BUPALUS.

ARCHESITA, Statuarius.

Pollio Aſinius, ut fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In iis ſunt Centauri nymphas gerentes Archeſitæ, Theſpiades Cleomenis, Oceanus & Jupiter Entochi, &c. Plinius XXXVI, 5.

ARCHIAS, Architectus.

Archias Corinthius, nobilis fuit Architectus quem Syracuſarum rex Hieron omnibus fabris atque opificibus præfecit: *Moſchion apud Athenæum lib.* V, *cap.* 10.

ARCHIMEDES, Mechanicus.

Archimedem arbitrantur plus valuiſſe in imitandis ſphæræ converſionibus, quàm Naturam in efficiendis, Cicero lib. II de natura Deorum. Vide Lactantium Divinarum inſtitut. lib. II, cap. 5; Claudiani Epigramma in vitream ſphæram Archimedis; Ovidium Faſt. VI, 277. *Grande & Archimedi geometricæ ac machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit. Interdicto, cùm Syracuſæ caperentur, ne violaretur unus: niſi feſelliſſet imperium militaris imprudentia*, Plinius VII, 37. Vide Val. Maximum lib. VIII, cap. 7, exemplo ext. 7; Plutarchum in Marcello; Livium Decadis III lib. 5.

De Archimedis cochleis Ægyptiis vide Diod. Siculum *lib.* V, *pag.* 313, *B.* λέγεται ἕλιξ καί τι μηχανῆς εἶδος· ὃ πρῶτος εὑρὼν Ἀρχιμήδης εὐδοκίμησε φασὶ δι' αὐτό, Euſtathius ad verſ. 293 Iliad. M; Athenæus lib. V Deipnoſoph. pag. 208.

Archimedem à deſcriptionibus Geometricis vi avulſum famuli unxerunt; at ille interim ſtrigili lineas in ventre ducebat, &c. Vide Plutarchum in opuſculo quod inſcribitur, *Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum.* Vide quoque *Lucianum* II, 504. Quomodo portionem argenti auro miſtam, integro in opere, deprehenderit Archimedes, docet Vitruvius *lib.* IX, *cap.* 3. Athenæus *lib.* V, *pag.* 206, *D*, tradit ex Moſchione quàm prorſus admirandam navem Syracuſarum rex Hieron exædificaverit, Archimede operam naupegorum dirigente.

Archimedis vitreæ ſphæræ conſimile fuit Choſroïs cœlum. Vide *Tzetzen Chil.* III, *hiſt.* 66. De machinis Archimedis vide *Tzetzen Chil.* II, *hiſt.* 35. Archimedis ſcripta: *Tzetzes Chil.* XII, *hiſt.* 457.

In ſummo Archimedis ſepulcro ſphæra fuit poſita cum cylindro: quo judicio tanti viri monumentum, in dumetis ac vepribus delitescens ipſiſque ignotum Syracuſanis, feliciter indagavit Cicero quæſturæ ſuæ Sicilienſis occaſione. *Ita nobiliſſima Græciæ civitas, quondam vero etiam doctiſſima*, inquit Tullius lib. V Tuſcul. quæſt. *ſui civis unius acutiſſimi monumentum ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet.* Vide locum.

ARCHIPHRON, Architectus. Vide Chersiphron.

ARCHITELES, Lapicida.

Anthologia Græc. Epigramm. lib. III, tit. 32:

Λατύπος Ἀρχιτέλης Ἀγαθάνορι παιδὶ θανόντι
 Χερσὶν ὀϊζυραῖς ἡρμολόγησε τάφον.
Αἲ αἲ πέτρον ἐκεῖνον, ὃν οὐκ ἐκόλαψε σίδηρος,
 Ἀλλ' ἔξανε πυκινοῖς δάκρυσι τηκόμενος.
Φεῦ στήλη φθιμένῳ, κούφη μένε· κεῖνος ἵν' εἴπῃ,
 Οὗτος πατρῴη χεὶρ ἐπέθηκε λίθον.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Architeles lapicida dolens Agathanori nato
 Hæc exſtructa ſua dat monumenta manu.
Ah lapis infelix, quem non vis horrida ferri,
 Sed lacrymæ mœſti patris ab ore cavant,
Sis levis. Ut dicat jacet hic qui mortuus; Iſtum
 Quæ poſuit, vere dextra paterna fuit.

ARCHYTAS, Faber.

Archytas Faber: *Suidas, Diogenianus, alii in* Ἀρχύτου πλαταγῇ. Hercules excogitavit πλαταγὴν χαλκῆν, Stymphalides debellaturus: *Diod. Siculus lib.* IV, *pag.* 221. Ἀρχύτου πλαταγή, Ariſtot. Polit. lib. VIII, cap. 6.

ARCHYTAS, Mechanicus.

Archytas Tarentinus, Philoſophus Tarentinus ac Mechanicus. *Plerique nobilium Græcorum, & Phavorinus memoriarum veterum exſequentiſſimus*, inquit A. Gellius noct. Attic. X, 12, *affirmatiſſime ſcripſerunt ſimulachrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam diſciplinaque mechanica factum volaſſe: ita erat ſcilicet libramentis ſuſpenſum & aura ſpiritus incluſa atque occulta concitum.* Laërtius lib. VIII, in Archyta: Οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ ταῖς μηχανικαῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς μεθώδευσε: *Hic primus mechanica mechanicis principiis uſus expoſuit*, &c. Archytas diverſam ab Eratoſthene viam cubum duplicandi ſecutus eſt; Vitruvii hac de re locum infra vide in Eratosthenes. Scripſit de Machinationibus: *Vitruvius in Præfat. libri* VII. Laërtius videtur eum qui de Machina ſcripſit diverſum facere ab hoc Tarentino.

ARCIPHRON. Vide Chersiphron.

ARDALUS.

Αὐλεῖν εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου· καὶ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας:

δας: Tibiam inveniſſe arbitrantur Ardalum Vulcani filium, & Muſas ab eo vocant Ardalidas, Pauſanias lib. II, pag. 143, 50.

ARDICES, Pictor.

Inventam linearum [picturam] *dicunt à Philocle Ægyptio vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo &, quos pingerent, adſcribere inſtitutum*, Plinius XXXV, 3.

AREGON, Pictor.

Alpheus Piſæ fluvius eſt, ad cujus oſtia eſt lucus Dianæ Aphioniæ ſive Aphiuſæ, & in templo ejus picturæ ſunt Cleanthis & Aregontis Corinthiorum: quorum alter Trojæ excidium pinxit & Minervæ nativitatem; alter Diana gryphe ſurſum evecta inclaruit: *Strabo lib.* VIII, *pag.* 343, *C.*

ARELLIUS, Pictor.

Fuit Arellius Romæ celeber paulo ante Divum Auguſtum, niſi flagitio inſigni corrupiſſet artem, ſemper alicujus fœminæ amore flagrans, & ob id Deas pingens, ſed dilectarum imagine. Itaque in pictura ejus ſcorta numerabantur, Plinius XXXV, 10.

ARETIUM.

Major pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem Aretium in Italia, Plinius XXX, 12. Martialis ſemel atque iterum meminit Aretinorum.

ARGELIUS, Architectus.

Argelius edidit volumen de ſymmetriis Corinthiis & Ionico Trallibus Æſculapii fano, quod etiam ipſe ſua manu dicitur feciſſe: *Vitruvius in Præfat. libri* VII.

ARGIVI. Vide Græci.

Argiva armatura præſtantiſſima eſt: *Athenæus lib.* I, *cap.* 22. Ἀσπὶς Ἀργολικὴ memoratur Polluci lib. I, cap. 10. Xenophon φιλοκαλίας ſtudioſiſſimus Ἀργολικὴν ἀσπίδα expetiit profecturus in expeditionem. Vide *Ælianum var. Hiſt. lib.* III, *cap.* 24.

ARGIUS, Statuarius.

Polycletus diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexim, &c. Plin. XXXIV, 8.

ARGUS, Sculptor.

Δημήτριος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργολικῶν τῆς ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας ξοάνου, καὶ τὴν ὕλην ὄγχνην, καὶ τὸν ποιητὴν Ἄργον ἀναγράφει: *Demetrius in ſecundo Argolicorum ſtatuæ Junonis quæ eſt in Tiryntho, & materiam pyrum, & eum qui eam fecit ſcribit fuiſſe Argum*, Clemens Alexandrinus in Protrept. ad Gentes.

ARGUS, Naupegus.

Vide Apollonium Rhodium *lib.* I *Argonaut. verſ.* 1119; Val. Flaccum *lib.* I, *verſ.* 93; Diod. Siculum *lib.* IV, *pag.* 245; Etymologicum magnum in Ἀργώ; Servium *ad Eclogæ* IV *verſ.* 22; ut & Phædrum *in appendicula ad fab.* LXIV; Tzetzem *in Lycophronis Caſſandram, pag.* 143 *edit. Pauli Stephani.* Ἀρυάνδικον ἀργύριον, Pollux lib. III, cap. 11. Ἀρυανδικὸς ἄργυρος, Pollux lib. VII, cap. 23.

ARIMNA, Pictor.

Arimnam unà cum Mycone & Diore Varro *lib.* 8 *de L. L.* refert inter Pictores Apelle ac Protogene antiquiores, à quorum tamen mala conſuetudine receſſerunt Apelles, Protogenes, aliique egregii Artifices. Integrum Varronis locum adſcripſimus in Diores.

ARISTANDER, Statuarius.

Ariſtander Parius & Polycletus Argivus, fœminam ille cum lyra, Spartam ſcilicet ipſam, hic Venerem, quæ ad Amyclæum vocatur, fecerunt: *Pauſanias libro tertio, pag.* 196, 22.

ARISTARCHUS, Mechanicus.

Ariſtarchus Samius, inſignis Mechanicus: vide *Vitruvium lib.* I, *cap.* I.

ARISTARETE, Pictrix.

Ariſtarete, Nearchi filia & diſcipula, pinxit Æſculapium, Plinius XXXV, 11.

ARISTIDES, Mechanicus.

Ad laudatiſſimam carcerum formam, à Cleœte excogitatam, aliud inſigne machinamentum addidit Ariſtides: vide *Pauſaniam lib.* VI, *pag.* 383, 6.

ARISTIDES, Pictor.

Euxenidas hac ætate (eo nimirum ſæculo quo Paraſius & Timanthes floruerunt, ſiquidem de iis proxime egerat Plinius) *docuit Ariſtidem, præclarum artificem: Eupompus Pamphilum, Apellis præceptorem*, Plinius XXXV, 10. Unde & in eodem ca-

 pite,

pite, poſteaquàm plurima de Apelle atque operibus ejus dixit, ſubjungit etiam ſequentia: *Æqualis ejus fuit Ariſtides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit & ſenſus omnes expreſſit, quos vocant Græci* πάθη, *id eſt perturbationes: durior paullo in coloribus. Hujus pictura eſt, oppido capto ad matris morientis è vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque ſentire mater & timere, ne emortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander Magnus tranſtulerat Pellam in patriam ſuam. Idem pinxit prælium cum Perſis, centum homines ea tabula complexus, pactusque in ſingulos mnas denas à tyranno Elatenſium Mnaſone. Pinxit & currentes quadrigas, & ſupplicantem, pene cum voce; & venatores cum captura; & Leontionem pictorem, & Anapauomenon propter fratris amorem morientem; item Liberum patrem & Ariadnen, ſpectatos Romæ, in æde Cereris: Tragœdiam & puerum, in Apollinis; cujus tabulæ gratia interiit pictoris inſcitia, cui tergendam eam mandaverat M. Junius Prætor ſub die ludorum Apollinarium. Spectata eſt & in æde Fidei in Capitolio imago ſenis cum lyra puerum docentis. Pinxit & ægrum ſine fine laudatum. Qua in arte tantum valuit, ut Attalus rex unam tabulam ejus centum talentis emiſſe tradatur.* De hac ipſa tabula eſt illud ejuſdem Plinii, *Ariſtidis Thebani Pictoris unam tabulam centum talentis Attalus rex licitatus eſt*, lib. VII nat. Hiſt. cap. 38. *Tabulis externis auctoritatem Romæ publice fecit primus omnium L. Mummius, cui cognomen Achaïci victoria dedit. Namque cùm in præda vendenda rex Attalus VI mill. ſeſtertiûm emiſſet Ariſtidis tabulam, Liberum patrem continentem, pretium miratus, ſuſpicatusque aliquid in ea virtutis quod ipſe neſciret, revocavit tabulam, Attalo multum querente, & in Cereris delubro poſuit: quam primam arbitror picturam externam Romæ publicatam. Deinde video & in foro poſitas vulgo*, &c. Plinius lib. XXXV, 4. Ad hanc Liberi patris picturam pertinent Polybii verba, memorata Straboni *lib.* VIII, *pag.* 381; Polybius ea quæ in Corinthi excidio evenerunt deplorans, inter alia quoque commiſeratione digniſſima commemorat militarem contemptum artificioſorum operum ac donariorum. Ait enim ſe præſentem vidiſſe tabulas pictas in ſolum projectas, ac milites ſuper iis alea ludentes: nominatque eas Dionyſum ab Ariſtide pictum, & Herculem Deianiræ tunica excruciatum. Poſt hoc Polybii teſtimonium, pergit porro Strabo etiam proprium adhibere teſtimonium: Τοῦτον μὲν οὐχ ἑωράκαμεν ἡμεῖς· τὸν δὲ Διόνυσον ἀνακείμενον ἐν τῷ Δημητρείῳ τῷ ἐν Ῥώμῃ, κάλλιστον ἔργον, ἑωράκαμεν. Ἐμπρησθέντος δὲ τοῦ νεὼ, συνηφανίσθη καὶ ἡ γραφὴ νεωστί: *Hanc quidem* (Herculis tabulam) *nos non vidimus; illam vero* (Dionyſi picturam) *pulcherrimum opus, vidimus Romæ in Cereris templo dedicatam. Templo autem nuperrime conflagrante, pariter quoque periit pictura.*

In celeberrimam Ariſtidis tabulam, qua exhibebatur infans oppido capto ad matris è vulnere morientis mammam adrepens, videri poteſt Æmilianus compoſuiſſe illud Epigramma quod occurrit Anthologiæ lib. tertio, tit. 12:

Ἕλκε τάλαν παρὰ μητρὸς ὃν οὐκ ἔτι μαζὸν ἀμέλξεις,
  Ἕλκυσον ὑστάτιον νᾶμα καταφθιμένης.
Ἤδη γὰρ ξιφέεσσι λιπόπνοος· ἀλλὰ τὰ μητρὸς
  Φίλτρα καὶ εἰν Ἀΐδῃ παιδοκομεῖν ἔμαθεν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Suge, miſer, nunquam quæ poſthac pocula ſuges:
  Ultima ab exanimo corpore pocla trahe.
Exſpiravit enim jam ſaucia: ſed vel ab Orco
  Infantem novit paſcere matris amor.

Ariſtidem, ſicuti & Pauſaniam atque Nicophanem Pictores, olim vocabant πορνογράφος, *meretricum Pictores*, Athenæus lib. XIII, cap. 2: ubi & hoc addit; Μνημονεύει δὲ αὐτῶν, ὡς πάνυ καλῶς γραφόντων, Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων: *Meminit eorum, tanquam qui in ea pictura excellerent, Polemon in libro quem ſcripſit de tabulis quæ Sicyone conſpiciebantur.*

Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inventum putant, poſtea conſummatum à Praxitele. Sed aliquanta vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere, ut Polignoti & Nicanoris & Arceſilai Pariorum. Lyſippus quoque Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit ἐνέκαεν, *quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inventa. Pamphilus quoque, Apellis præceptor, non pinxiſſe tantum encauſtica, ſed etiam docuiſſe traditur Pauſiam*, &c. Plinius XXXV, 11.

Quemadmodum ſupra in Apelle monuimus eum è medio excedentem reliquiſſe inchoatam Veneris tabulam, quæ apud poſteros in majori fuit admiratione quàm reliqua ejus opera quibus ultimam impoſuerat manum; ita & hoc in loco Irin tabulam ab Ariſtide morte intercepto imperfectam relictam diceremus in maxima exinde æſtimatione habitam,

biꝛtam, niſi totum Plinii de iſtiuſmodi operibus locum ſupra adſcripſiſſemus in Apelles.

Ariſtidis Thebani diſcipuli fuerunt & filii, Niceros & Ariſtippus, cujus eſt Satyrus cum ſcypho coronatus, Plinius lib. xxxv, cap. 10.

Memorat & alium Ariſtidem Pictorem Plinius xxxv, 10: *Nicomachus diſcipulos habuit Ariſtidem fratrem, & Ariſtoclem filium, & Philoxenum Eretrium*, &c.

ARISTIDES, Statuarius.

Polycletus diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexim, Ariſtidem, &c. Plinius xxxiv, 8. Et aliquanto poſt ibidem: *Polycleti diſcipulus Ariſtides quadrigas bigaſque fecit.*

ARISTIPPUS, Pictor.

Ariſtidis Thebani diſcipuli fuerunt & filii, Niceros & Ariſtippus, cujus eſt Satyrus cum ſcypho coronatus. Diſcipuli ejus fuerunt Antorides & Euphranor, Plin. lib. xxxv, cap. 10.

ARISTOBULUS, Pictor.

Hunc Ariſtobulum Syrum inter Pictores non ignobiles recenſet Plinius *libro* xxxv, *cap.* 11.

ARISTOCLES, Pictor.

Nicomachus diſcipulos habuit Ariſtidem fratrem & Ariſtoclem filium & Philoxenum Eretrium, Plinius xxxv, 10.

ARISTOCLES, Statuarius.

Anthologiæ lib. iv, tit. 12, habet ſequens Epigramma Antipatri de imaginibus trium Muſarum:

> Τρίζυγες αἱ Μοῦσαι τᾷδ' ἕσταμεν· ἁ μία, λωτούς.
> Ἁ δὲ, φέρει παλάμαις βάρβιτον· ἁ δὲ, χέλυν.
> Ἁ μὲν Ἀριστοκλῆος, ἔχει χέλυν· ἁ δ' Ἀγελάδα,
> Βάρβιτον· ἁ Κανάχα δ', ὑμνοπόλους δόνακας.
> Ἀλλ' ἁ μὲν κρέκτειρα τόνου πέλει· ἁ δὲ, μελῳδὲς
> Χρώματος· ἁ δὲ, σοφᾶς εὑρέτις ἁρμονίας.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Tres Muſæ poſitæ ſumus hic. Huic tibia flatur:*
> *Iſta manu geſtat barbiton: illa chelyn.*
> *Cernis Ariſtocleos opus chelyn: eſt Ageladæ*
> *Barbitos: & lotum quæ tenet eſt Canachæ.*
> *Perficit iſta tonos: melicis ſonat illa Camœnis:*
> *Tertia magnificam temperat harmoniam.*

Ariſtocles Sicyonius erat frater Canachi, neque multum inferior gloria. Ἀριστοκλῆς Σικυώνιος ἀδελφὸς Κανάχου, καὶ οὐ πολὺ τὰ ἐς δόξαν ἐλαττούμενος, Pauſanias lib. 6, pag. 359, 53. Hujus etiam Ariſtoclis diſcipulus fuit Synnoon (Συννόων) præceptor & pater Polichi Æginetæ, ut ibidem tradit Pauſanias.

ARISTOCLES, Statuarius.

Ariſtocles diſcipulus & filius Cleœtæ fecit Ganymedem à Dis raptum, ut Jovi pocula miniſtraret: *Pauſanias lib.* v, *pag.* 335, 29.

Ariſtocles Cydoniates fecit Herculem cum equeſtri Amazone pro baltheo pugnantem. Poteſt hic Ariſtocles inter vetuſtiſſimos annumerari: neque pronum eſt cuiquam ejus ætatem certo prodere. Hoc tantùm conſtat; illum fuiſſe antequam Zanclæ Meſſenes nomen (quod noſtra ætate uſurpatur) inderetur: *Pauſanias lib.* v, *pag.* 338, 51.

Ariſtocles Sicyonius Statuarius: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 348, 56.

ARISTOCLIDES, Pictor.

Quantus fuerit Artifex, facile colligas ex verbis Plinii lib. xxxv, cap. 11: *Hactenus indicatis in genere utroque proceribus, non ſilebuntur & primis proximi. Ariſtoclides, qui pinxit ædem Apollinis Delphis*, &c.

ARISTODEMUS, Pictor.

Ariſtodemi filius ac diſcipulus fuit Nicias, Pictor celeberrimus: vide *Plinium libro* xxxv, *cap.* 10.

Ariſtodemus Carius Eumeli Artem exprimere ſtuduit, plurimam ei addens Venerem; literis adhæc prodidit operam ſingulorum, qui ſcientiam hanc altius evexerant, recenſens quot urbes & quàm multi Reges bene erga eam fuerint affecti: *Fl. Philoſtrat. in proœmio Iconum.*

A R I S T O D E M U S, Plasta.

Ariſtodemus fecit luctatores, bigasque cum auriga, philoſophos, anus, Seleucum regem. Habet gratiam ſuam hujus quoque Doryphorus, Plinius lib. xxxiv, cap. 8.

Ariſtodemi plaſtice non minorem Æſopo fabulatori famam attulit, quàm fabulæ ab eo compoſitæ: *Tatianus in Orat. adverſus Græcos.*

A R I S T O D O T U S, Statuarius.

Ariſtodotus fecit ſtatuam Myſtidis meretriculæ: *Tatianus in Orat. contra Græcos.*

A R I S T O G I T O N, Statuarius.

Meminit ejus Pauſanias *lib. decimo, pag.* 627, 22. Cùm egiſſet de Amphiarai curru, in quo Baton ſteterat ejus auriga, & de Alitherſe, ait: Οὗτοι μὲν δὴ Ὑπατοδώρου καὶ Ἀριστογείτονός εἰσιν ἔργα: *Opifices horum fuere Hypatodorus & Ariſtogiton.*

A R I S T O L A U S, Pictor.

Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus è ſeveriſſimis pictoribus fuit: cujus ſunt Epaminondas, Pericles, Medea, Virtus, Theſeus, imago Atticæ plebis, boum immolatio, Plinius xxxv, 11.

A R I S T O M A C H U S, Statuarius.

Ariſtomachus Strymonius fecit trium meretricum ſtatuas, in quas Anthologia Græcorum epigrammatum lib. vi, Titulo 1, habet ſequens Antipatri epigramma:

Ἡ τὰ πέδιλα φέρουσα, Μενεκρατίς. ἡ δὲ τὸ φᾶρος,
  Φημονόη. Πρηξὼ δ', ἡ τὸ κύπελλον ἔχει.
Τῆς Παφίης δ' ὁ νεὼς καὶ τὸ βρέτας· ἄνθεμα δ' αὐτῶν
  Ξυνόν. Στρυμονίου δ' ἔργον Ἀριστομάχου.
Πᾶσαι δ' ἀσταὶ ἔσαν καὶ ἑταιρίδες· ἀλλὰ τυχοῦσαι
  Κύπριδος εὐκρήτου, νῦν ἑνὸς εἰσὶ μία.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Hæc eſt Phæmonoë, quæ vela; Menecratis eſt, quæ
Vincla pedûm; Prexo, quæ cava pocla tenet.
Hæ Veneri templum ſimul effigiemque dederunt,
Strymonii quod opus cernis Ariſtomachi.
Hæ cives fuerant, ſed publica corpora: Cypris
Rem dedit, atque uni nubere quamque viro.

A R I S T O M E D E S, Sculptor.

Dindymenæ matris ſignum ex marmore Pentelico, opus Ariſtomedis & Socratis Thebanorum: *Pauſanias lib. nono, pag.* 578, 32.

A R I S T O M E D O N, Statuarius.

Ariſtomedon Argivus: vide *Pauſaniam lib.* x, *pag.* 611, 21.

A R I S T O M E N E S, Pictor.

Ariſtomenes Thaſius à Vitruvio *in Proœmio libri tertii*, refertur inter illos Pictores, qui nullam aſſecuti ſunt memoriam, quod non ab induſtria, Artisve ſollertia, ſed à felicitate fuerunt deſerti.

A R I S T O N, Statuarius.

Ariſton Lacedæmonius: vide *Pauſaniam lib.* v, *pag.* 334, 28. Frater fuit *Teletæ* vel *Teleſtæ*, itidem ſtatuarii. Vide Telestas vel Teletas.

A R I S T O N, Cælator argenti.

Ariſton & Eunicus Mitylenæi laudantur, inquit Plin. lib. xxxiii, cap. 12, ubi agit de argenti cælatura. Idem quoque lib. xxxiv, cap. 8 inter Artifices æqualitate celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos, refert (ut videtur) hunc Ariſtonem: *Qui & argentum cælare ſolitus eſt*, ut ibidem loquitur Plinius.

A R I S T O N I D A S, Statuarius.

Ariſtonidas artifex cùm exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato reſidentem, pœnitentiamque, ferrum & æs miſcuit, ut rubigine ejus per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Hoc ſignum exſtat Thebis hodie, Plinius libro xxxiv, cap. 14.

A R I S T O N I D E S, Pictor.

Plinius cum refert inter *Artifices non ignobiles*, lib. xxxv, cap. 11: ubi & memoratur *Mnaſitimus, Ariſtonidis filius & diſcipulus.*

A R I S T O N U S, Statuarius.

Apud Eleos eſt Jupiter ad orientem ſolem converſus, altera manu aquilam avem, fulmen

fulmen altera tenens: impoſita eſt capiti corona è vernis floribus. Fuit hoc Metapontinorum donum, Ariſtoni vero Æginetæ opus. Incertum ſane mihi, inquit Pauſanias *lib.* V, *pag.* 332, 21, quis fuerit hujus Ariſtoni præceptor, aut quo tempore floruerit.

ARISTOPHON, Pictor.

Plinius *lib.* XXXV, *cap.* 11, refert hunc Ariſtophontem inter illos Artifices qui putabantur *primis proximi*. Atque ibidem porro addit: *Laudatur Ariſtophon Ancæo vulnerato ab apro, cum ſocia doloris Aſtypale: numeroſaque tabula, in qua ſunt Priamus, Helena, Credulitas, Ulixes, Deïphobus, Dolon.*

Ariſtophon Pictor fuit Aglaophontis filius, teſte Platone *in Gorgia*. Vide *Tomi* I *paginam* 448, *B.*

Ariſtophon pinxit Philoctetem tabeſcentem, ſicuti nos docet Plutarchus *de Audiendis Poetis.*

Quum pinxiſſet Ariſtophon Nemeam, quæ ſedentem in complexu Alcibiadem fovebat, læti confluebant Athenienſes ad ſpectaculum hujus tabulæ. Ἀριστοφῶντος Νεμέαν γράψαντος, ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτῆς καθήμενον Ἀλκιβιάδην ἔχουσαν, ἐθεῶντο καὶ συνέτρεχον χαίροντες οἱ Ἀθηναῖοι: *Plutarchus in Alcibiade.* Athenæus tamen Aglaophonti adſcribit hanc tabulam. Vide quæ diximus in AGLAOPHON.

ARMENII.

Ὁ μυωτὸς, Ἀρμενίων χιτών τις· ἢ ἐκ μυῶν τῶν παρ' αὐτοῖς συνυφασμένος· ἢ μύας ἔχων ἐμπεποικιλμένους, Pollux VII, 13.

AROGILUS vel AROPHILUS. Vide TROCHILUS.

ARSINOITICÆ VESTES.

Arſinoïticarum veſtium meminit Arrianus in Periplo maris Erythræi, *pagg.* 2 & 3.

ARTEMIDORUS, Plumarius.

ARTEMIDORO PLUMARIO CONLEGÆ, Inſcript. Grut. DCXLIX, 8.

ARTEMON, Mechanicus.

Ephorus ait Periclem in obſidione Sami machinis uſum, & ſecum habuiſſe Artemona Mechanicum, dictum Periphoretum, quod claudus eſſet ac lectica deferretur, quotieſcunque neceſſitas eum vocabat ad opera. Id confutat Heraclides Ponticus verſibus Anacreontis, in quibus mentio fit hujus Artemonis pluribus annis ante bellum Samium. Hunc vero Artemona refert fuiſſe vita delicatum & in rebus dubiis mollem atque attonitum, plurimum quoque domi ſolitum deſidere, duobus famulis clypeum æneum ſuper caput tenentibus, ne quid forte in eum ſuperne incideret. Si vero cogeretur prodire, portari ſolitum in lectulo juxta terram penſili, atque ob hoc nuncupatum periphoretum: *Plutarchus in Pericle.* Vide quoque *Schol. in Ariſtophanis Acharnenſes.* Diod. adhæc Siculus *lib.* XII de hac ipſa Sami obſidione agens, meminit Ἀρτέμωνος τοῦ Κλαζομενίου, τάς τε ὀνομαζομένας κριοὺς καὶ χελώνας κατασκευάσαντος: *Inventor Teſtudinis Artemon Clazomenius fertur, idemque Arietis repertor dicitur.* Servius ad verſ. 505 noni Æneïd. vide locum. Plinio Mechanicus hic male Arthemon dicitur. Vide ARTHEMON. De Artemone interim Periphoreto eſt & illud Plinii lib. XXXIV, cap. 8: *Polycletus fecit & Artemona, qui Periphoretos appellatus eſt.*

ARTEMON, Pictor.

Artemon pinxit Danaën, mirantibus eam piſcatoribus; reginam Stratonicen; Herculem & Deïaniram. Nobiliſſimas autem, quæ ſunt in porticibus Octaviæ, ex ejus operibus, Herculem ab Oeta monte Doridos, exuta mortalitate, conſenſu Deorum in cœlum euntem; Laomedontis circa Herculem & Neptunum hiſtoriam, Plinius XXXV, 11.

ARTEMON, Statuarius.

Palatinas domos Cæſarum replevere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus, Plinius XXXVI, 5.

ARTHEMON, Mechanicus.

Teſtudines Arthemonem Clazomenium inveniſſe dicunt, Plinius lib. VII, cap. 56. Vide quæ paullo ante annotavimus in ARTEMON.

ARUNTIUS PATERCULUS, Statuarius.

Ægeſtæ, quæ Siciliæ urbs eſt, ſævus quidam fuit tyrannus Æmilius Cenſorinus, donis eum afficiens qui nova excogitaſſet tormenta. Quumque Aruntius Paterculus huic tyranno æreum equum à ſe fabricatum obtuliſſet, ut cruciandos in eum injiceret; tyrannus, tunc primum ad juſtitiam converſus, ipſum doni auctorem in pœnalem hanc machinam ſtatim injecit, ut ipſe primus eum ſuo ſanguine imbueret, experireturque cruciatus quos aliis paraverat. Hanc hiſtoriam, ex *Ariſtidis lib.* IV *Italicorum* deſcriptam,

cum

cum hiſtoria Perilli confert Plutarchus *in Parallelis*. Inter vetuſtiora quoque monumenta Conſtantinopolim aliunde advecta Theodoſio imperante, fuit quoque bos æreus Pergamo allatus. Κάμινος δ᾽ ἦν, ἐν ᾗ πέφλεκται ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀντίπας: *Erat enim caminus in quo combuſtus eſt ſanctus martyr Antipas*, Cedrenus edit. Regiæ pag. 323, B.

ASCARUS, Statuarius.

Apud Eleos viſebatur Jupiter Aſcari Thebani, quem docuerat Agelades Sicyonius. Vide *Pauſaniam lib.* v, *pag.* 334, 42.

ASCLEPIODORUS, Pictor.

Aſclepiodorum inter illuſtres urbis Athenienſis Pictores refert Plutarchus in opere *Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes.* Plinius lib. xxxv, cap. 10, poſt multa quæ de Apelle atque Protogene dixit, *Eadem*, inquit, *ætate fuit Aſclepiodorus, quem in ſymmetria mirabatur Apelles. Huic Mnaſon tyrannus pro duodecim Diis dedit in ſingulos mnas trecentas.* Idem quoque ibidem aliquanto ante dixerat: *Apelles cedebat Amphioni de diſpoſitione, Aſclepiodoro de menſuris, hoc eſt, quanto quid à quo diſtare deberet.*

ASCLEPIODORUS, Statuarius.

Recenſet eum Plinius *lib.* xxxiv, *cap.* 8, inter eos Artifices qui optime expreſſerunt Philoſophos.

ASCLEPIODOTUS.

Mira prorſus de hoc Aſclepiodoto refert Suidas in Ἀσκληπιόδοτος.

ASIA.

Aſia primum devicta, inquit Plin. lib. XXXIII, cap. 11, *luxuriam miſit in Italiam. Siquidem Lucius Scipio tranſtulit in triumpho argenti cælati pondo millia quadraginta L. & vaſorum aureorum pondo centum millia, anno conditæ Urbis quingenteſimo ſexageſimo quinto. Eadem Aſia domita multo etiam gravius afflixit mores, inutiliorque victoria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit: tum enim hæc emendi Romæ in auctionibus regiis verecundia exempta eſt, Urbis anno ſexcenteſimo vigeſimo ſexto; mediis quinquaginta ſex annis erudita Civitate amare etiam, non ſolum admirari, opulentiam externam: immenſo & Achaïcæ victoriæ momento ad impellendos mores, quæ & ipſa hoc intervallo, anno Urbis ſexcenteſimo octavo parta, ſigna & tabulas pictas invexit, ne quid deeſſet. Pariterque luxuria nata eſt, & Carthago ſublata: ita congruentibus fatis, ut liberet amplecti vitia & liceret peccare: & dignatione hinc alicui veterum. C. Marius poſt victoriam Cimbricam cantharis potaſſe Liberi patris exemplo traditur, ille arator Arpinas & manipularis Imperator.*

ASINIUS POLLIO.

Pollio Aſinius, ut fuit aeris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In iis ſunt Centauri nymphas gerentes Archeſitæ, &c. Plinius lib. XXXVI, cap. 5. *Non eſt prætereundum & novitium inventum. Siquidem non ſolum ex auro argentove, aut certe ex ære in bibliothecis dicantur illi quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquuntur; quin imo etiam quæ non ſunt finguntur, parantque deſideria non traditi vultus; ſicut in Homero evenit. Quo majus (ut equidem arbitror) nullum eſt felicitatis ſpecimen, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecerit. An priores cœperint Alexandriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine inſtituere, non facile dixerim*, Plinius lib. XXXV, cap. 2.

ASIUS, Mathematicus.

Aſius Mathematicus, ſi audimus Johannem Antiochenum, Palladium illud, quod alii cœlo delapſum tradunt, ita exacte fabricavit ad veram horoſcopi rationem, ut fatum urbis, in qua aſſervaretur, conſiſteret in ejus tutela: *Tzetzes in Lycophronis Caſſandram, pag.* 66 *edit. Pauli Stephani.* Vide quoque *Cedrenum pag.* 130 *Regiæ editionis*, & *Euſtathium ad verſ.* 620 *Dionyſii Periegetæ.* Plura Meurſius *Attic. lectionum libro* v, *cap.* 4: vide quoque *ejuſdem Regnum Atticum lib.* III, *cap.* 6.

ASOPODORUS, Statuarius.

Polycletus diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexin, Ariſtidem, &c. Plinius lib. xxxv, cap. 8.

ASSYRII.

Aſſyriorum textilium meminit Pauſanias *libro* v, *pag.* 309, 24. Vide *Salmaſium in Tertullianum de Pallio, pag.* 182 *& ſeq. Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe*, inquit Plinius nat. Hiſt. lib. VII, cap. 56: *ſed alii apud Ægyptios a Mercurio, ut Gellius: alii apud Syros repertas volunt. Utique in Græciam intuliſſe e Phœnice Cadmum ſedecim numero. Quibus Trojano bello Palamedem adjeciſſe quatuor, hac figura* Θ, Ξ, Φ, Χ.

Totidem

Totidem poſt eum Simonidem melicum, &c. Vide Samuelis Petiti Obſervationes, lib. I, cap. 2.

ASTA.

Samia terra etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia; at calicum tantum. Surrentum, Aſta, Pollentia, &c. Plinius XXXV, 12.

ASTERION, STATUARIUS.

Chæreæ pugilis Sicyonii ſtatuam fecit Aſterion filius Æſchyli: *Pauſanias libro ſexto, pag.* 347, 13.

ATEIUS, ALBARIUS.

C. ATEIO PHILADELPHO ALBARIO, Inſcript. Gruteri, DCXLII, II.

ATERIUS LABEO. Vide LABEO.

ATHALUS ASIATICUS.

Athalus Aſiaticus aleæ ludum dicitur inveniſſe, ab exercitio numerorum paullulum deflexa materia, &c. Joh. Sariſberienſis de Nugis curialium libro I, cap. 5. Et mox: *Alea exciſo regno Aſiæ, inter manubias everſi orbis non ſub una tantum ſpecie migravit ad Græcos. Hinc teſſera, calculus, tabula, urio vel Dardana pugna, tricolus, ſenio, monarchus, orbiculi, taliorchus, vulpes, quorum artem utilius eſt dediſcere, quàm docere.*

ATHENÆ.

Athenienſium urbs multarum benigna mater & nutrix fuit Artium. Vide opus noſtrum de Pictura Veterum *lib.* II, *cap.* IV, §. 2.

ATHENÆUS, STATUARIUS.

Athenæus, probatus artifex, fuit Olympiade centeſima quinquageſima quinta, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

ATHENION, PICTOR.

Niciæ comparatur & aliquanto præfertur Athenion Maronites, Glaucionis Corinthii diſcipulus, & auſterior colore, & in auſteritate jucundior, ut in ipſa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleuſine Phylarchum, Athenis frequentiam, quam vocavere Polygynæcon. Item Achillem virginis habitu occultatum, Ulyxe deprehendente. Et in una tabula, quaque maxime inclaruit, Agaſonem cum equo. Quòd niſi in juventa obiiſſet, nemo ei compararetur, Plinius lib. XXXV, II.

ATHENIS, SCULPTOR.

Scholiaſtæ in Ariſtophanis Aves, & Suidæ in Γυπώναξ *Athenis* videtur dictus, qui aliis eſt *Anthermus*. Vide quæ ſupra diximus in ANTHERMI DUO, nec non in ARCHENNUS.

ATHENODORUS, STATUARIUS.

Athenodorus fecit Apollinem & Jovem; Arcas fuit ex Clitore: *Pauſanias libro* X, *pag.* 625, 39. Athenodorus recenſetur inter Polycleti diſcipulos à Plinio *libro* XXXIV, *cap.* 8. Ibidem quoque aliquanto poſt dicitur feliciſſime expreſſiſſe fœminas nobiles.

ATHENODORUS ALTER, ITIDEM STATUARIUS.

Quorundam claritati in operibus eximiis obſtitit numerus artificum; quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari poſſunt: ſicut in Laocoonte, qui eſt in Titi Imperatoris domo: opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præferendum. Ex uno lapide eum & liberos draconumque mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices Ageſander & Polydorus & Athenodorus Rhodii, Plin. XXXVI, 5.

ATHRACIES.

Athracies Theſſalus primus Artem magicam apud Thraciam conſtituit. Unde Statio I *Thebaid. verſ.* 106, Ars magica dicitur Athracia. Vide *Lactantium.*

ATLAS.

Ἄτλας ὁ Λίβυς πρῶτος ναῦν ἐναυπηγήσατο, καὶ τὴν θάλατταν ἔπλευσε: *Atlas Libs primus navem fecit, & mare navigavit*, Clemens Alexandrinus Stromat. I; vide quoque Cedrenum.

ATLAS.

Si qua virili figura ſigna mutulos aut coronas ſuſtinent, inquit Vitruvius libro VI, cap. 10, *noſtri Telamones appellant; cujus rationes, quid ita aut quare, ex hiſtoriis non inveniuntur. Græci vero eos Atlantas vocitant. Atlas enim hiſtorice formatur ſuſtinens mundum; ideo quòd is primum curſum Solis & Lunæ, ſiderumque omnium ortus & occaſus, mundique verſationum rationes vigore animi ſolertiaque curavit hominibus tradendas: eaque re à pictoribus & ſtatuariis deformatur pro eo beneficio ſuſtinens mundum, filiæque ejus Atlantides (quas nos Vergilias, Græci autem Plejadas nominant) cum ſideribus*

ribus in mundo ſunt dedicatæ. Nec tamen ego, ut mutetur conſuetudo nominationum aut ſermonis, ideo hæc propoſui: ſed ut ea non ſint ignota, philologis exponenda judicavi. Laërtius quoque in Procemio operis de Vitis Philoſophorum refert *Atlantem Lybicum* inter primos Barbaricæ Philoſophiæ autores. *Sphæram invenit Atlas*, Plinius nat. Hiſt. lib. II, cap. 8. *Aſtrologiam, Atlas Lybiæ filius; ut alii, Ægyptii; ut alii, Aſſyrii. Sphæram in ea, Mileſius Anaximander invenit*, idem Plinius lib. VII, cap. 56.

ATRIA.

Atrium dictum, vel quia id genus ædificii Atriæ primum in Etruria ſit inſtitutum; vel quia e terra oriatur, quaſi aterreum, Feſtus.

ATTALUS.

Attalus filius Perdicis ſororis Dædali, quem Dædalus per invidiam præcipitem dedit de ſumma turre Atticæ, poſteaquam puer primus oſtendit uſum ſerræ, parva tabella ſerpentis maxilla diſſecta: vide *Tzetzen Chil.* I, *hiſt.* 19. Aliis dicitur Talus, de quo dicemus in vita Dædali.

ATTALUS, Statuarius.

Apollinis Lycii ſignum, opus Attali Athenienſis: *Pauſanias lib. ſecundo, pag.* 118, 22: vide locum.

ATTALUS, Rex.

Aurum [veſtibus] *intexere in Aſia invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis*, Plinius VIII, 48, & XXXIII, 3; Val. Maximus lib. IX, cap. I, ex. Rom. 5. *Ariſtidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus eſt*, Plin. VII, 38; & XXXV, 4; item XXXV, II. Vide quoque Plinii de Attali hæreditate verba, quæ ſupra adſcripſimus in Asia.

ATTICA OFFICINA.

Onatam Æginetam nulli eorum poſtponimus qui poſt Dædalum ex Attica officina provenere: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 339, 23.

ATTICA CREPIDA.

Lucianus II *in Rhetorum præceptis*, cùm dixiſſet de veſte candida, addit: Καὶ ἡ κρηπὶς Ἀττικὴ, καὶ γυναικεῖα τὸ πολυσχιδές: *Crepida vero* (ſcil.) *Attica, & muliebriter multifida.* Vide & Syneſ. epiſt. 52.

ATTICÆ STOLÆ.

Syneſius *epiſt.* LII, cùm dixiſſet de crepidis Atticis, ſubjicit: Νῦν δέ φασιν αὐτὸν ἐπὶ μεῖζον ἐμπορεύεσθαι, κομίζοντα στολὰς ἀττικουργεῖς: *Nunc vero ajunt illum ampliorem inſtituturam aggredi, Atticas ſtolas adportantem.*

ATTICI CALCEI.

Suidas: Ἀσκέραι ὑποδήματα ἀττικά: *Aſceræ calceamenta Attica.* Syneſ. epiſt. LII: Ἥκειν τις Ἀθήνηθεν λέγεται κρηπιδοπώλης ἄνθρωπος, παρ' οὗ μοι δοκεῖς καὶ πέρυσιν ἐωνῆσθαι τὰς ἀνατρήτους ἐμβάδας: *Venire neſcio quis Athenis dicitur crepidarum inſtitor, de quo mihi videtis pertuſa illa calceamenta coemiſſe.*

ATTICI OPERIS SIGNA.

In ipſa Meſſeniorum porta quà itur Megalopolin, eſt ſignum Mercurii operis Attici. Athenienſes enim fecerunt Hermas figura quadrangula; quam figuram alii quoque Græci ab iis didicerunt: *Pauſan. lib.* IV, *pag.* 278; *lib.* VII, *pag.* 405, 34; *lib.* X, *pag.* 675, 45; ac rurſus *ibidem pag.* 685, 4.

ATTICUS THORAX.

Pollux lib. I, cap. X, §. 13: Εὐδόκιμα δὲ θώραξ ἀττικουργής, κράνος Βοιωτουργές: *Laudatiſſima ſunt thorax Atticus, galea Bœotia.* Ælian. var Hiſt. III, 24: Λέγεται οὖν ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα Ἀργολικὴν ἔχειν· τὸ δὲ κράνος Βοιωτουργές: *Dicitur igitur hic Grylli filius habuiſſe ſcutum Argolicum, thoracem Atticum.*

ATTICUS.

Imaginum amorem flagraſſe quondam, inquit Plinius lib. XXXV, cap. 2, *teſtes ſunt & Atticus ille Ciceronis edito de his volumine, & M. Varro benigniſſimo invento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati, non nominibus tantùm ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus; non paſſus intercidere figuras, aut vetuſtatem ævi contra homines valere, inventione muneris etiam Diis invidioſus, quando immortalitatem non ſolum dedit, verum etiam in omnes terras miſit, ut præſentes eſſe ubique & claudi poſſent.* Atque hic procul dubio fuerit liber ille Attici quem memorat Tullius in Oratore ad M. Brutum: *Cognoſcat etiam* (orator) *rerum geſtarum & memoriæ veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtræ civitatis: ſed & imperioſorum populorum & regum illuſtrium. Quem laborem nobis Attici noſtri levavit labor, qui conſervatis notatiſque temporibus,* nihil

nihil cùm illuſtre prætermitteret, annorum ſeptingentorum memoriam uno libro colligavit. Corn. quoque Nepos in T. Pomponii Attici vita: *Moris majorum ſummus imitator fuit, antiquitatisque amator, quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus ornavit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illuſtris eſt populi Romani, quæ non in eo ſuo tempore ſit notata; &, quod difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poeticen: credimus: ne ejus expers eſſet ſuavitatis. Namque verſibus, qui honore ac rerum geſtarum amplitudine cæteros Romani populi præſtiterunt, expoſuit ita, ut ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratusque eorum, non amplius quaternis quinisque verſibus deſcripſerit; quòd vix credendum ſit tantas res tam breviter potuiſſe declarari.*

ATTIUS PRISCUS, Pictor.

Aliis eſt Actius Priscus: quod vide.

AUGUSTUS CÆSAR.

Ampla & operoſa prætoria gravabatur. Et neptis quidem ſuæ Juliæ, profuſe ab ea exſtructa, etiam diruit ad ſolum: ſua vero quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum ornatu, quàm Xyſtis & nemoribus excoluit, rebusque vetuſtate ac raritate notabilibus: qualia ſunt Capreis belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur Gigantum oſſa & arma Heroum, Suetonius in Auguſto, cap. 72. Reliquas elegantiorum hominum lautitias eum quandoque pro libitu amicis muneri dediſſe, aut in convivio quibuſvis joculariter venditaſſe, tradit idem Sueton. cap. 75: *Saturnalibus, & ſi quando aliàs libuiſſet, modo munera dividebat, veſtem & aurum & argentum; modo nummos omnis notæ, etiam veteres regios ac peregrinos; interdum nihil præter cilicia & ſpongias & rutabula & forpices, atque alia id genus, titulis obſcuris & ambiguis. Solebat & inæqualiſſimarum rerum ſortes & averſas tabularum picturas in convivio venditare, incertoque caſu ſpem mercantium vel fruſtrari vel explere; ita ut per ſingulos lectos licitatio fieret, & ſeu jactura ſeu lucrum communicaretur.* Ut ut igitur ex his liqueat Auguſtum veſtes pretioſas, veteres nummos, eximias magnorum Artificum tabulas, aliis permagno æſtimatas, pro nihilo habuiſſe: *Notatus tamen eſt, ut pretioſæ ſupellectilis Corinthiorumque præcupidus. Nam & proſcriptionis tempore ad ſtatuam ejus adſcriptum eſt: Pater argentarius, ego Corinthiarius: quum exiſtimaretur quoſdam propter vaſa Corinthia inter proſcriptos curaſſe referendos,* idem Suetonius capite 70. Sed facillime refutavit hanc lautitiarum invidiam, *Cùm,* ut eſt capite ſequenti, *& Alexandria capta nihil ſibi præter unum murrhinum calicem ex inſtrumento regio retinuerit, & mox vaſa aurea aſſiduiſſimi uſus conflaverit omnia.* Ac talis quidem fuit Auguſtus, quotieſcunque animo ſuo inter propinquos ac familiares privatim obſequebatur: ſed idem rurſus ad Artes exornandas omni ferebatur cogitatione, cùm earum exiſtimationi atque auctoritati ad Urbis ſplendorem Imperiique majeſtatem conſulendum judicaret. Unde & Plinius libro xxxv, cap. 4, poſteaquam dixit Cæſarem Dictatorem, ac poſt eum M. Agrippam publice præcipuam tabulis addidiſſe auctoritatem, non dubitavit & hæc immediate ſubjungere: *Super omnes Divus Auguſtus in foro ſuo, celeberrima in parte, poſuit tabulas duas, quæ Belli pictam faciem habent & Triumphum. Idem Caſtores ac Victoriam poſuit, & quas dicemus ſub Artificum mentione in templo Cæſaris patris. Idem in Curia quoque, quam in Comitio conſecrabat, duas tabulas impreſſit parieti: Nemeam ſedentem ſupra leonem, palmigeram ipſam, adſtante cum baculo ſene, cujus ſupra caput tabula bigæ dependet. Nicias ſcripſit ſe inuſſiſſe, tali enim uſus eſt verbo. Alterius tabulæ admiratio eſt, puberem filium ſeni patri ſimilem eſſe, ſalva ætatis differentia, ſupervolante aquila draconem complexa. Philochares hoc ſuum opus eſſe teſtatus eſt. Immenſa, vel unam ſi quis tantum hanc tabulam æſtimet, potentia artis; cùm propter Philocharem, ignobiliſſimos alioquin, Glaucionem filiumque ejus Ariſtippum, Senatus populusque Romanus tot ſeculis ſpectet. Poſuit & Tiberius Cæſar, minime comis Imperator, in templo ipſius Auguſti quas mox indicabimus.* Plinius libro xxxvi, cap. 5: *Ex honore apparet in magna auctoritate habitum Lyſiæ opus, quod in Palatio ſuper arcum divus Auguſtus honori Octavii patris ſui dicavit in ædicula columnis adornata: id eſt quadriga currusque, & Apollo ac Diana ex uno lapide.* Alibi quoque alia id genus donaria, quæ paſſim alibi ad ornandam Urbem publice dicavit, recenſet Plinius.

AULANIUS EUANDER, Statuarius.

Timothei manu Diana Romæ eſt in Palatio, Apollinis delubro; cui ſigno caput repo-

ſuit

ſuit Aulanius Euander, Plin. xxxvi, 5. Ac fortaſſe hic eſt idem ille *Euander*, cujus meminit Horatius lib. i, Satyra 3:

> *Comminxit lectum potus, menſave catillum*
> *Euandri manibus tritum dejecit.* - - -

Ubi Acro: *Euandrum ferunt cælatorem ac plaſtem Athenienſem à M. Antonio Alexandriam perductum, & inde inter captivos Romam veniſſe.*

AULIDENSES.

Pauciſſimi homines qui Aulidem incolunt, exercent figulinam. ἄνθρωποι ἐν τῇ Αὐλίδι οἰκοῦσιν οὐ πολλοί, γῆς δὲ εἰσὶν οὗτοι κεραμεῖς, Pauſanias lib. ix, pag. 571, 11.

AULUS TURRANIUS NIGER. Vide Turranius.

AURELIUS. Vide Marcus Aurelius.

AURUS.

Aurum Hippocrates (Scaliger *Hypſicrates* reponit) *medicus de nomine inventoris dictum putat, quem vocitatum ait Aurum*, Feſtus.

AUTOBULUS, Pictor.

Poſteaquam feminas aliquot penicilli gloria claras recenſuit Plinius lib. xxxv, cap. 11, tandem ſubjungit: *Pinxit & quædam Olympias, de qua hoc ſolùm memoratur, diſcipulum ejus fuiſſe Autobulum.*

AUTOLYCUS.

Vide *Tzetzen in Lycophronis Caſſandram, pag. 58 editionis Baſilæenſis*; magis tamen *Pauli Leopardi Emendat. lib.* xiii, *cap.* 5.

AZAELUS.

Azaëlus, decimus gigantum princeps, docuit eos gladios ac thoraces fabricari, omniaque inſtrumenta bellica; ex viſceribus etiam terræ aurum, argentum, & reliqua metalla eruere: *Cedrenus edit. Regiæ pag.* 10, *B.*

B.

BABYLON.

Colores diverſos picturæ intexere, Babylon maxime celebravit, & nomen impoſuit. Metellus Scipio tricliniaria Babylonica ſeſtertiûm octingentis millibus veniſſe jam tunc poſuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadragies ſeſtertio nuper ſtetere, Plinius lib. viii, cap. 48. *Babylonii novo vocabulo hemcianin vocant zonam ſacerdotalem. Hoc cingulum in ſimilitudinem pellis colubri, qua exuit ſenectutem, ſic in rotundum textum eſt, ut marſupium longius putes. Textum eſt autem ſubtemine cocci, purpuræ, hiacynthi, & ſtamine byſſino, ob decorem & fortitudinem, atque ita polymita arte diſtinctum, ut diverſos flores ac gemmas artificis manu non textas, ſed additas arbitreris.* Vide D. Hieronymum epiſt. ad Fabiolam, de veſtitu Sacerdotum.

BALBUS. Vide L. Cornelius Balbus.

BALEARES.

Baleares primi invenere πλατυσήμους χιτῶνας, hoc eſt tunicam quæ Latinis dicebatur Latus clavus. Vide Euſtathium *ad verſ.* 457 *Dionyſii* τοῦ *περιηγ.* Idem tradit Strabo *libro* iii. *Fundarum uſum primi Balearium inſularum habitatores & inveniſſe & ita perite exercuiſſe dicuntur, ut matres parvulos filios nullum cibum contingere ſinerent, niſi quem ex funda deſtinato lapide percuſſiſſent*, Vegetius lib. 1, cap. 16. Vide quoque Florum lib. iii, cap. 8.

BALLARUS vel BILLARUS.

Lucullus, expugnata Sinope, reliqua urbis ejus ornamenta non attigit. Billari tamen ſphæram abſtulit, & Autolyci ſtatuam, Sthenidis opus: *Strabo lib.* xii, *pag.* 546, *B.*

BARBARICA ÆDIUM FABRICA.

Strabo lib. xvii, pag. 806, A: Ἔστι δέ τις καὶ πολύστυλος οἶκος καθάπερ ἐν Μέμφει, βαρβαρικὴν ἔχων τὴν κατασκευήν· πλὴν γὰρ τοῦ μεγάλων εἶναι, καὶ πολλῶν, καὶ πολυστίχων τῶν στύλων οὐδὲν ἔχει χάριεν, οὐδὲ γραφικόν, ἀλλὰ ματαιοπονίαν ἐμφαίνει μᾶλλον: *Extat etiam ædes quædam multis columnis ſtructa, ſicuti Memphi, barbarica fabrica: nam præterquam quod columnæ multæ ſunt, & ingentes, multiplici ordine conſtitutæ, nihil pictum aut elegans habet, ſed potius inanem quendam laborem oſtendit.*

BARCÆI.

Barcæi, gens Libyca, cujus meminit Virgilius *Æneid. lib.* III, *verſ.* 43. Neptunus Barcæos docuit equos alere, Pallas vero currum regere, ſicuti tradit *Stephanus de Urbibus, in* Βάρκη.

BASSARA.

Acro in Horatii librum I Carm. Ode 18: *Baſſareus dictus eſt Liber pater, à genere veſtis Baccharum. Unde & Bacchæ Baſſarides dictæ. Perſius: Baſſaris & Lyncem. Baſſaris enim veſtis genus eſt uſque ad pedes dimiſſæ, dicta à Baſſara loco Lydiæ, ubi ſit. Tali enim & numina uti volunt: ut, Pedes veſtis defluxit ad imos, Et vera inceſſu patuit Dea.*

BASSUS.

P. VALERIUS BASSUS Præfectus fabrûm, *Inſcript. Gruteri* XLI, 9.

BASSUS, AURIFEX. Vide PHILODAMUS.

BATAVI.

Natandi arte nobiles: vide *Tacitum*. Exemplo ſit Batavus ille Danubium in armis tranans.

BATHYCLES, STATUARIUS.

De Bathyclis Magneſii operibus vide *Pauſaniam lib.* III, *pag.* 196, 29.

BATON, STATUARIUS. Vide BATTON.

BATRACHUS, SCULPTOR.

Nec Sauron atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa Octaviæ porticibus incluſa; natione & ipſi Lacones. Quidam & opibus præpotentes fuiſſe eos putant, ac ſua impenſa conſtruxiſſe, inſcriptionem ſperantes. Qua negata, hoc tamen alio loco & modo uſurpaſſe. Sunt certe etiamnum in columnarum ſpiris inſcalpta nominum eorum argumento, rana atque lacerta, Plinius lib. XXXVI, cap. 5.

BATTON, STATUARIUS.

Athletas & armatos & venatores ſacrificanteſque fecit Batton, Euchir, Glaucides, &c. Plinius XXXIV, 8. Ubi & aliquanto ante dixerat: *Batton fecit Apollinem & Junonem, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo.* Melioris notæ codices MSS. habent *Baton*, quod rectius.

BEDAS, STATUARIUS.

Lyſippus filios & diſcipulos reliquit laudatos artifices Lahippum & Bedam, ſed ante omnes Euthycratem, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Et ibidem aliquanto poſt: *Bedas fecit adorantem.*

Bedas Byzantius à Vitruvio *in Proœmio libri tertii*, refertur inter illos Statuarios qui nullam aſſecuti ſunt memoriam, quòd non ab induſtria neque Artis ſolertia, ſed à ſelicitate fuerunt deſerti.

BELGICA ESSEDA. Vide BRITANNICA ESSEDA.

BELUS.

Jupiter Belus inventor fuit ſideralis ſcientiæ, Plin. nat. Hiſt. lib. VI, cap. 26. *Afri & Ægyptii primum fuſtibus dimicaverunt, poſtea Belus Neptuni filius gladio belligeratus eſt; unde Bellum eſt dictum,* Hyginus fabula CCLXXIV. *Inter adverſarios, ut ſcitis, non erant prius armata certamina: ſed pugnis ſe quamlibet fervida laceſſebat intentio, unde & Pugna nomen accepit. Poſtea Belus ferreum gladium primus produxit; à quo & Bellum placuit nominari,* Caſſiod. Variarum XXX.

BETON ET DIOGNETUS.

Beton & Diognetus itinerum Alexandri Magni menſores: *Plin. nat. Hiſt.* VI, 17.

BEZALEEL.

Memoratur Exodi XXXI: 2; Joſeph. Antiqu. Judaic. lib. III, cap. 10; Zonar. Annal. tom. I, pag. 24, 16; Cedrenus. *Beſelehel plenum ſapientia & ſpiritu Dei ſcriptura teſtatur, Hyram quoque filium mulieris Tyriæ, quod alter tabernaculi, alter templi ſupellectilem fabricati ſint,* D. Hieronymus in Nepotiani epitaphio. Vide quoque Gr. Nazianzenum Orat. XX & XLIII.

BILLARUS. Vide BALLARUS.

BION MILESIUS, SCULPTOR.

Cujus & Polemo meminit. Vide Laërtium lib. IV, *in Bione*: ubi quoque recenſet alium Bionem Clazomenium vel Chium, ſculptorem itidem, cujus etiam Hipponax facit mentionem.

BOEOTICA GALEA.

Pollux lib. I, *cap.* X, §. 13. Xenophon περὶ ἱππικῆς, de Re equeſtri: Κράνος γε

μὲν

μὴν κράτιςον εἶναι νομίζομεν τὸ Βοιωτιουργές: *Galeam ducimus optimam quæ Bœotii ſit operis.* Atque adeo ad hæc verba videri poteſt reſpexiſſe Ælianus *var. Hiſt. lib.* III, *cap.* 24.

BOETHUS, ARGENTI CÆLATOR.

Plinius lib. XXXIII, cap. 12, poſteaquam mentionem fecit Mentoris, in argento cælando Artificis laudatiſſimi, mox ſubdit, *Proximi ab eo in admiratione Acragas & Boëthus & Mys fuere. Extant hodie omnium opera in inſula Rhodiorum. Boethi apud Lyndiam Minervam: Acraganthis in templo*, &c. Hujus Artificis etiam ex ære ſignum memorat Plinius lib. XXXIV, cap. 8: *Boëthi, quamquam argento melioris, infans eximie anſerem ſtrangulat.* Carthaginienſis fuit hic Boëthus, ac fecit etiam puerulum nudum inauratum, ſedentem ad pedes Veneris in templo Junonis apud Eleos. Παιδίον ἐπίχρυσον κάθηται γυμνὸν πρὸ τῆς Ἀφροδίτης· Βοηθὸς δὲ ἐτόρευσεν αὐτὸ Καρχηδόνιος, Pauſan. lib. V, pag. 319, 30. *Memini Pamphilum Lilybætanum, hoſpitem meum & amicum, nobilem hominem, mihi narrare: cùm iſte ab ſeſe hydriam Boeti manu factam præclaro opere & grandi pondere per poteſtatem abſtuliſſet, ſe ſane triſtem & conturbatum domum reverſiſſe, quòd vas ejuſmodi, quod ſibi à patre & a majoribus eſſet relictum, quo ſolitus eſſet uti ad feſtos dies, ad hoſpitum adventum, à ſe eſſet ablatum*, Cicero lib. IV in Verrem. Virgilius Culice:

- - - Nec pocula gratum
Alconis referent Bœtique toreuma. - - -

BOETIUS, MECHANICUS.

Caſſiodorus *Variar.* I, 45, mire prædicat Boëtii eruditionem, & peritiam machinas conficiendi, & horologia, quæ ſolis & ſyderum motus oſtendant. Vide totam epiſtolam.

BOISCUS, STATUARIUS.

Boïſcus fecit ſtatuam Myrtidis meretriculæ. Βοΐσκος Μυρτίδα τὴν ἑταίραν ἐχαλκούργησεν: *Tatianus in Orat. ad Gentes.*

BOSPORUS, NAUPEGUS.

Carthaginienſes primi conſtruxerunt quadriremem: eam vero ſine ulla præmeditatione ac veluti ex tempore fabricatus eſt Boſporus. Καρχηδόνιοι πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν· ἐναυπήγησε δὲ αὐτὴν Βόσπορος αὐτοσχέδιος: *Clemens Alexandrin. Stromat.* I.

BRIETES, PICTOR.

Brietis filius Pauſias fuit, ejuſdemque primo diſcipulus, Plinius lib. XXXV, cap. II.

BRITANNICI ARTIFICES.

Devotiſſima civitas Heduorum ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ provinciæ redundabant, accepit artifices, & nunc exſtructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum inſtauratione conſurgit, Paneg. Maxim. Auguſto dictus, ſub finem.

BRITANNICA BASCAUDA.

Martialis lib. XIV, Epigramm. XCIX:

Barbara de pictis veni baſcauda Britannis:
Sed me jam mavult dicere Roma ſuam.

BRITANNICA ESSEDA.

Propertius lib. II, Eleg. I:

Eſſeda cælatis ſiſte Britanna jugis.

Quomodo vero Britanni ex eſſedis pugnare conſueverint, docet Cæſar *libro* IV *de bello Gallico.* Etiam *eſſeda Belgica* dixit Virgil. III Georg. verſu 204. Ubi Servius *Belgica eſſeda* exponit *Gallicana vehicula: nam Belgæ civitus eſt Galliæ, in qua hujuſcemodi vehiculi repertus eſt uſus.*

BROMIUS, EBORARIUS.

L. BROMIUS, Eborarius: *Inſcript. Gruteri* DCXL, 8.

BROTEAS, STATUARIUS.

Magneſii qui Aquilonare latus Sipyli incolunt, ſignum matris Deûm habent longe antiquiſſimum. Brotean illud feciſſe perhibent, filium Tantali: *Pauſanias libro tertio, pag.* 205, 28.

BRUNDUSINA SPECULA.

Optima apud majores fuerant ſpecula Brunduſina, ſtanno & ære miſtis. Prælata ſunt argentea, Plinius lib. XXXIII, cap. 9. Et rurſus lib. XXXIV, cap. 17: *Specula ex ſtanno laudatiſſima, ut diximus, Brunduſii temperabantur, donec argenteis uti cæpere & ancillæ.*

BRUTIUM.

BRUTIUM.

Brutianæ parmæ dicebantur ſcuta quibus Brutiani ſunt uſi, Feſtus. Et rurſus: *Parmulis pugnare milites ſoliti ſunt. Quarum uſum ſuſtulit C. Marius, datis in vicem earum Bruttianis.*

BRYAXIS, Statuarius.

Bryaxis quando vixerit, manifeſtum fit ex eo quòd recenſeatur inter quatuor illos ea ætate celeberrimos Artifices, qui ſinguli ſumpſerunt certatim ſuas partes ad ſingulas Mauſolei frontes exornandas: vide *Vitruvium in Proœmio libri ſeptimi.* Rem totam diſtinctius pleniusque proſequitur Plinius libro xxxvi, cap. 5: *Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum & Leocharem; de quibus ſimul dicendum eſt, quoniam pariter cælavere Mauſoleum. Sepulchrum hoc eſt ab uxore Artemiſia factum Mauſolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centeſimæ anno ſecundo. Opus id ut eſſet inter ſeptem miracula, ii maxime artifices fecere. Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes, brevius à frontibus; toto circuitu, pedes quadringentos undecim; attollitur in altitudinem, viginti quinque cubitis; cingitur columnis triginta ſex. Ab Oriente cælavit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leochares: priuſque quàm peragerent, regina Artemiſia, quæ mariti memoriæ id opus exſtrui juſſerat, obiit; non tamen receſſerunt, niſi abſoluto jam; id gloriæ ipſorum artisque monumentum judicantes: hodieque certant manus. Acceſſit & quintus artifex: namque ſupra pteron pyramis altitudine inferiorem æquavit, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit.* Idem Plinius lib. xxxiv, cap. 7, poſtquam egit de Solis coloſſo qui Rhodi fuit in admiratione, addit quoque ſequentia: *Sunt alii minores hoc in eadem urbe coloſſi centum numero: ſed, ubicunque ſinguli fuiſſent, nobilitaturi locum: præterque hos Deorum quinque, quos fecit Bryaxis.* Bryaxis Paſiphaën fecit: *Tatianus in Orat. ad Græcos.* Æſculapii & Hygiæ ſimulacra Bryaxis fecit: *Pauſanias lib. 1, pag. 75; 39. Bryaxis Æſculapium & Seleucum fecit*, Plinius lib. xxxiv, cap. 8. *Sunt in Gnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum. Liber pater Bryaxidis, & alter Scopæ, & Minerva*, Plinius lib. xxxvi, cap. 5. Degens Antiochiæ Julianus, frequenterque in Daphna obambulans, Apollinisque ſimulacrum colens (erat enim ibi admirandum atque inimitabile opus Bryaxidis Statuarii) oraculum ab eo poſcebat. Cùm vero nullum ferret reſponſum, relliquias ſancti martyris Babylæ, quæ in Daphna repoſitæ aſſervabantur, in cauſa eſſe ratus, eas inde juſſit transferri. Quo facto, ignis eadem nocte confertim cœlo delatus, ædem ſimulacrumque combuſſit, ita ut ne veſtigium quidem ejus ſupereſſet. Ea re impius ille perculſus, inſidiiſque Chriſtianorum factum putans, torſit ſacerdotes, &c. Vide *Cedrenum editionis Regiæ pag. 306, B.* Βρύξιδος, vel potius Βρυάξιδος, meminit quoque Clemens Alexandrinus *in Protreptico ad Græcos*, non ſine ſumma laude; quandoquidem inſignia quædam Phidiæ opera nonnulli huic etiam Artifici adſcribere non dubitaverint. Columella quoque *in Præfat. libri 1 de re Ruſtica*, Bryaxin conjungit cum Lyſippo, Praxitele, & Polycleto. Verba Columellæ exſcripſimus in vita Apellis.

BRYAXIS alter, itidem Statuarius.

Athenodorus, filius Sandonis, quum vellet antiquitatem Sarapidis oſtendere, neſcio quomodo eò prolapſus eſt, ut factam eſſe ſtatuam argueret. Ait quippe Seſoſtrim, Ægyptium regem, cùm plurimos Græciæ populos ſubjugaſſet, reverſum in Ægyptum, Artifices plurimos adduxiſſe; Oſirim itaque proavum ſuum juſſit magnifice variegatum effingi. Eum autem fabricatus eſt artifex Bryaxis, non Athenienſis ille, ſed alius aliquis ejuſdem cum Bryaxide nominis; qui mixta variaque materia uſus eſt ad opus hoc perficiendum, &c. Vide *Clem. Alexandrinum in Protreptico, ſive Admonitione ad Gentes, pag. 24, A.*

BULARCHUS, Pictor.

Cantaulas rex Bularchi picturam Magnetum exitii, mediocris ſpatii, pari rependit auro, Plinius lib. vii, cap. 38. Id ipſum fuſius refert idem Plinius lib. xxxv, cap. 8: *In confeſſo perinde eſt Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum prælium, à Candaule rege Lydiæ, Heraclidarum noviſſimo, qui & Myrſilus vocitatus eſt, repenſam auro. Tanta jam dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit neceſſe eſt: duo enim de viceſima Olympiade interiit Candaules; aut (ut quidam tradunt) eodem anno quo Romulus; niſi fallor, manifeſta jam tum claritate artis atque abſolutione.*

BUPALUS, Sculptor.

Bupalus & Anthermus, filii Anthermi Chii, intempeſtiva jocandi ſcurrilitate Hipponactis Poëtæ amarulentiam in ſemet ipſos concitarunt. Plinii hac de re verba deſcripſimus

mus ſupra in ANTHERMI DUO. Vide quoque quæ attigimus in ARCHENNUS. Huc etiam refer illud Horatii Epod. Ode 6:

Qualis Lycambæ ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bupalo.

Ubi Acron: *Hipponactem ſignificat, qui Bupali filiam nuptum petiit, & pro deformitate eſt contemptus. Illud tamen verius volunt: Bupalum fuiſſe pictorem apud Clazomenas, civitatem Aſiæ. Hic Hipponactem quendam, poëtam deformem, pro riſu pinxit: quo ille furore commotus, tali eum carmine perculit, ut ſe laqueo ſuſpenderet. Unde nunc carminis vim maledico minatur Horatius.* Hinc etiam *Hipponactēum præconium* pro gravi probroſæ infamiæ nota poſuit Cicero lib. VII, epiſt. 24 ad famil. Notatu quoque dignum eſt Græcum Epigramma Mimnermi Anthologiæ lib. III, tit. 25:

Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον
Τὸν φρικτὸν Ἱππώνακτος. οὗ τε χὰ τέφρα
Ἰαμβιάζει Βουπάλειον εἰς στύγος.
Μήπως ἐγείρῃς σφῆκα τὸν κοιμώμενον,
Ὃς οὐδ' ἐν ᾅδῃ νῦν κεκοίμηκε χόλον,
Σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Hunc grandinantem, ſi ſapis, tumulum fuge
Viator Hipponactis, hoſtis Bupali.
Atrox Iambis ſtridet ipſe etiam cinis.
Vide crabronem ne cubantem ſuſcites:
Nondum quieſcit ejus apud Orcum furor,
Sed recta vibrat tela claudo carmine.

Plura de hoc Bupalo habet Hadr. Junius Animadverſorum lib. 1, cap. 16. Βούπαλος, ναούς τε οἰκοδομήσασθαι καὶ ζῷα ἀνὴρ ἀγαθὸς πλάσαι, Σμυρναίοις ἄγαλμα ἐργαζόμενος Τύχης πρῶτος ἐποίησεν ὧν ἴσμεν, πόλον τε ἔχουσαν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὸ καλούμενον Ἀμαλθείας κέρας ὑπὸ Ἑλλήνων. οὗτος μὲν ἐπὶ τοσοῦτο ἐδήλωσε τῆς Θεοῦ τὰ ἔργα: *Bupalus, vir præter cæteros gnarus templa ædificare & ſimulachra fingere, Smyrnæis fingens Fortunæ ſignum, primus inter omnes eos qui ad noſtram pervenere notitiam, fabricavit eam habentem gnomonem horologicum in capite, alteraque manu tenentem cornu quod Amalthea vocant Græci. Ad hunc ille modum demonſtravit opera Fortunæ*, Pauſan. lib. IV, pag. 274, 8. Apud Smyrnæos itidem, præter Nemeſεων ſimulacra, Gratiæ quoque ex auro poſitæ ſunt, opus Bupali. Etiam apud Pythium, ut ipſi vocant, Gratias habent Bupali arte fabricatas: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 596, 30. Ubi tamen veſtibus indutas fuiſſe tradit, ac mirabundus inquirit cur poſtea nudas pinxerint finxerintque Gratias, quas antiquiſſimi Artifices amictas faciebant. Inter plurima venerandæ antiquitatis monumenta quæ Byzantium Theodoſio imperante exornabant, Samiam quoque Junonem, opus Lyſippi & Bupali Chii, recenſet Cedrenus *edit. Regiæ, pag* 274, 10. Vide interim numquid huc etiam pertineant quæ Photius refert ex Ptolemæi Hæpheſtionis novæ ad variam eruditionem Hiſtoriæ libro IV: Ἀρχέλαος ὁ Κύπριος Στησιχόρου φησὶ τοῦ ποιητοῦ Ἑλένην Ἱμεραίαν ἐρωμένην γενέσθαι, Μικύθου θυγατέρα· ἀποστᾶσαν δὲ Στησιχόρου, καὶ πρὸς Βούπαλον πορευθεῖσαν, ἀμυνόμενον τῆς ὑπεροψίας τὸν ποιητὴν γράψαι. Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρε: *Archelaus Cyprius ait Steſichori poëtæ amicam fuiſſe Helenam Himeræam, Micythi filiam: illa vero à Steſichoro abſcedente atque ad Bupalum commeante, poëtam in ultionem hujuſce contemptus ſcripſiſſe carmen, Helena ultro diſceſſit.* Mire profecto, ſi modo pro Hipponacte ſubſtitutum fateare Steſichorum, cum antecedentibus narratiunculis videbuntur hæc congruere; nec quicquam fere ſupereſſe judicabis ex quo ſentias diverſas eſſe hiſtorias.

BUTHYREUS, STATUARIUS.

Buthyreus Lycius, Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes, & Argonautas, Plinius XXXIV, 8. Ubi tamen non infeliciter *Eleuthereus Lycius* reſtituit Caſaubonus. Vide ejus *Animadverſ. in Athenæi librum* XI, *cap.* 11.

BYZAS.

Cedrenus agens de ornamentis quæ Byzantinam urbem Theodoſio imperante exornabant, addit inter alia: Fuit ibi aliquando maximum templum Solis & Lunæ, in quo verſus ſeptentrionem columnæ ordinatæ ſtabant; medium vero erat ſinus conchæ bene curvatæ perſimilis, ſuper quem Sol in albo curru, ac rurſus quoque Luna nympharum ritu coronata in carpento vehebatur. Byzantis hæc erant opera, Phidaliæ mariti. Βύζαντος ἔργα, ἢ Φειδαλείας ξυνευνέτις, inquit Cedrenus edit. Regiæ pag. 323, C.

BYZES.

BYZES.

Byzes Naxius (Βύζης ὁ Νάξιος) primus oſtendit è lapidicinis Pentelicis marmora excidere atque in uſum tegularum efformare. Vide *Pauſan. lib. quinto*, *pag.* 304, 10.

C.

CADMUS.

L*Iteras ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe: ſed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius; alii apud Syros repertas volunt. Utique in Græciam intuliſſe è Phœnice Cadmum ſedecim numero*, &c. Vide Plinium lib. VII, cap. 56; vide quoque Diod. Siculum lib. III, pag. 200. *Miletus, Ioniæ caput, non fraudanda cive Cadmo, qui primus proſam orationem condere inſtituit*, Plinius lib. V, cap. 29. Aliter idem Plinius libro VII, cap. 56: *Proſam orationem condere Pherecydes Syrus inſtituit. Hiſtoriam Cadmus Mileſius.* Vide Suidam in Κάδμος. Clemens Alexandrinus lib. I Stromat. pag. 225: Κάδμος ὁ Φοῖνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε· καὶ μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Πάγγαιον ἐπινοήσεν ὄρος: *Cadmus Phœnix primus invenit lapidicinam; & in monte Pangæo excogitavit auri metalla.* Hyginus fabula 274: *Cadmus Agenoris filius æs Thebis primus inventum condidit.*

CÆACUS. Vide ÆACUS.

CAJA CÆCILIA. Vide TANAQUIL.

CAIN.

Caïn, filiorum Adami natu maximus, pondera & menſuras, nec non limites agrorum primus invenit: *Joſephus Judaicarum antiq. lib.* I, *cap.* 3; *Zonaras Annalium tomo* I; *Commentarius Euſtathii Archiepiſcopi Antiocheni in Hexaemeron.*

CAJUS ATEJUS. Vide ATEJUS, ALBARIUS.

CAJUS BÆBIUS MUSÆUS. Vide MUSÆUS, MACHINATOR.

CAJUS CORN. PHILONICUS. Vide PHILONICUS, ARGENTI FABER.

CAJUS CURIO. Vide CURIO.

CAJUS FICTORIUS. Vide FICTORIUS, VASCULARIUS.

CAJUS JULIUS POSPHORUS. Vide POSPHORUS, ARCHITECTUS.

CAJUS LUCIUS PHILOMUSUS. Vide PHILOMUSUS, AMPULLARIUS.

CAJUS MUTIUS. Vide MUTIUS, ARCHITECTUS.

CAJUS SEMPRONIUS. Vide SEMPRONIUS.

CAJUS SETLIUS ONESIMUS. Vide ONESIMUS, FLATURARIUS.

CAJUS SEVIUS LUPUS. Vide LUPUS.

CALACES vel COLACES, PICTOR.

Parva Callicles fecit: item Calaces comicis tabellis: utraque Antiphilus, Plinius libro XXXV, cap. 10: ubi alii vett. libri habent *Colaces*. Antiquiſſimus etiam codex Voſſii habet *Calates*. Huic interim Pictori ob Artis excellentiam ſtatuam in Ceramico juxta Martis fanum erectam fuiſſe putat Meurſius, *cap. 9 libri de Ceramico gemino:* ubi pro hisce Pauſaniæ verbis (quæ occurrunt *libri primi pag.* 14, 22) Καλάδης, Ἀθηναίοις ὡς λέγεται νόμους γράψας, legendum cenſet, Καλάδης, Ἀθηναίοις ὡς λέγεται κώμους γράψας. *Comicas* nempe *tabellas*, Plinio memoratas, κώμους hoc in loco vocat Pauſanias: nam quis veterum unquam tradidit, inquit Meurſius, Caladem leges conſcripſiſſe Athenienſibus? nec Pictori quicquam unquam commune potuit eſſe cum legibus. Fortaſſe itaque ſcripſerit librarius, ὡς λέγεται κόμους γράψας, diſcrimine inter ο & ω neglecto: atque inde alius, ignorans quidnam illud κόμους ſibi vellet, ſubſtituerit νόμους. Hujus porro emendationis occaſione apud Plinium quoque, pro *Calaces*, Meurſius reſtituendum cenſet *Calades*, quod proxime accedit ad Voſſiani codicis *Calates*.

CALAMIS, CÆLATOR ARGENTI & STATUARIUS.

Quem claritatis gradum inter Cælatores olim obtinuerit Calamis, docet Plinius libro XXXIII, cap 12: *Mirum in auro cælando inclaruiſſe neminem, argento multos. Maxime tamen laudatus eſt Mentor. Proximi ab eo in admiratione Acragas & Boethus & Mys fuere. Poſt hos celebratus eſt Calamis.*

Duorum poculorum Calamidis manu cælatorum meminit Plinius lib. XXXIV, cap. 7, ubi agit de Zenodoro, qui Nerone imperante ſcientia fingendi cælandique nulli veterum poſtponebatur. *Zenodotus*, inquit, *ſtatuam Arvernorum cùm faceret, provinciæ Vibio Avito præſidente, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Caſſio Syllano avunculo*

ejus præceptori ſuo Germanicus Cæſar adamata donaverat, æmulatus eſt, ut vix ulla differentia eſſet artis.

Plinius lib. XXXVI, cap. 5, deſcribens plurima vett. Artificum ſigna quæ Romam aliunde advecta atque ibi publice ſpectata fuere, tandem quoque adjungit: *In hortis Servilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinem illius cælatoris, Dactylidis Pythias, Amphiſtrati Calliſthenem hiſtoriarum ſcriptorem.* Idem libro XXXIV, cap. 8, poſteaquam aliquot pulcherrima Praxitelis ex ære opera recenſuit, tanquam in cumulum & hoc addidit: *Habet ſimulacrum & benignitas ejus. Calamidis enim quadrigæ aurigam ſuum impoſuit; ne melior in equorum effigie, defeciſſe in homine videretur. Ipſe Calamis & alias quadrigas bigasque fecit, equis ſemper ſine æmulo expreſſis. Sed ne videatur in hominum effigie inferior, Alcmena nullius eſt nobilior.* Quod Plinius hoc in loco dicit equos ab eo proſperrime ac ſine æmulo ſemper expreſſos, aliis quoque Scriptoribus eſt memoratum, qui huic noſtro Artifici tantam in equis delineandis præſtantiam obtigiſſe putant ex occulto quodam impetu picturientis animi, atque ad hujus animantis imitationem peculiari quadam pronitate maxime propenſi. Propertius lib. III, Elegia 8:

Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur ulla jugo.
Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna;
Exactis Calamis ſe mihi jactat equis;
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles;
Parrhaſius parta vendicat arte locum;
Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ;
At Myos exiguum flectit acanthus iter;
Phidiacus ſigno ſe Juppiter ornat eburno,
Praxitelem proprius vendicat arte lapis.
Eſt quibus Elea concurrit palma quadrigæ;
Eſt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem; hic caſtrenſibus utilis armis;
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Ovidius lib. IV de Ponto, Elegia 1:

Ut Venus artificis labor eſt & gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas;
Arcis ut Actææ vel eburna vel ærea cuſtos,
Bellica Phidiaca ſtat Dea facta manu:
Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum;
Ut ſimilis veræ vacca, Myronis opus.

De Calamidis porro arte hæc habet Quintilianus Orat. inſtitut. lib. XII, cap. 10, ubi agit de differentia ſtatuarum ſignorumque conditione temporum nonnihil adhuc horrida: *Duriora & Tuſcanicis proxima Calon atque Egeſias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc ſupra dictus Myron fecit.* Plenius Cicero de claris Oratoribus: *Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe, quàm ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti, & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolet.* Dionyſius Halicarnaſſenſis in Iſocrate cenſet Polycleti ac Phidiæ Artem in pretio olim habitam, κατὰ τὸ σεμνὸν, καὶ μεγαλότεχνον, καὶ ἀξιωματικὸν, *Propter gravitatem, præſtantiam artis, & dignitatem:* Calamidis vero & Callimachi opera pluris fieri ſolita τῆς λεπτότητος ἕνεκα καὶ τῆς χάριτος, *Propter exilitatem & venuſtatem.*

Soſandram Calamidis, quæ in Athenienſi arce conſpiciebatur, maxime commendabat Αἰδὼς, μειδίαμα λεπτὸν καὶ λεληθὸς, καὶ τὸ εὐσταλὲς καὶ κόσμιον τῆς ἀναβολῆς: *Verecundia, riſus tenuis & latitans, amictus expeditus modeſtusque.* Vide Lucianum in Imaginibus.

In Illyrico eſt Apollonia, Mileſiorum colonia, urbs majore ſui parte ſita in parva quadam inſula, ubi fanum eſt Apollinis, unde M. Lucullus coloſſum Apollinis, opus Calamidis, ſublatum in Capitolio dedicavit: vide *Strabonem lib.* VII, *pag.* 319, *A.*

Apollinem, quem Alexicacon vocant, Athenienſibus fecit Calamis: *Pauſanias libro primo, pag.* 6, 20. Apollinem hunc poſtea Romam in Servilianos hortos tranſlatum teſtatur Plinius *lib.* XXXVI, cap. 5.

Athenienſes Piſiſtrati filiorum tyrannide liberati, Leænæ meretrici, Ariſtogitonis amicæ, tanquam de ſe bene meritæ, æneam leænam poſuere; cui adjunctum eſt Veneris ſimulacrum, quod Calamidis opus fuiſſe dicunt: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 40, 32.

Æſcula-

Æſculapius imberbis, opus Calamidis, ex ebore & auro, altera manu ſceptrum, altera vero ſativæ pinus fructum tenens: *Pauſanias lib. ſecundo, pag.* 103, 20.

Æneæ ſtatuæ puerorum dexteras tendentium, & vota ſe Jovi nuncupare ſignificantium, opus Calamidis: *Pauſanias libro quinto, pag.* 337, 52.

Calamis fecit Victoriam ſine alis, Ἀπομιμούμενος τὸ Ἀθήνῃσι τῆς ἀπτέρου καλουμένης ξόανον: *Secutus exemplar ejus ſigni quod Athenis conſpicitur & Involucre nuncupatur*, Pauſanias libro quinto, pag. 340, 38.

Calamidis equi & inſidentes illis pueri: *Pauſanias libro ſexto, pag.* 365, 6.

Ammonis ſtatua, Calamidis opus: *Idem libro nono, pag.* 565, 48.

Eſt Tanagræ in Liberi patris æde dignum quod ſpectetur ſimulacrum ex Pario marmore, Calamidis opus; vide *Pauſaniam libro nono, pag.* 571, 54.

Calamis Tanagræis fecit ſimulacrum Mercurii ferentis arietem humeris: vide *Pauſaniam libro nono, pag.* 574, 4.

Calamis denique fecit Hermionen, filiam Menelai, Oreſtis conjugem, quæ tamen antè nupta fuerat Neoptolemo, Achillis filio: *Pauſanias libro decimo, pag.* 637, 38.

Praxias Athenienſis, Calamidis diſcipulus: *Idem ibid. pag.* 643, 26.

CALCOSTHENES. Vide CHALCOSTHENES.

CALLAICUS, vel GALLAICUS.

Latinus Pacatus Panegyr. Theodoſio Aug. dicto: *Parum ille pretioſum putabat aurum quod de montium venis aut fluminum glareis quæſitor Beſſus aut ſcrutator Callaicus eruiſſet.* Martialis lib. IV, Epigramm. 39:

> *Nec deſunt tibi vera Glaniana,*
> *Nec quæ Gallaico linuntur auro.*

Idem lib. X, Epigramm. 16:

> *Accipe Callaicis quicquid fodit Aſtur in arvis,*
> *Aurea quicquid habet divitis unda Tagi.*

Idem lib. XIV, Epigramm. 95: lemma eſt, *Phiala aurea cælata.*

> *Quamvis Callaico rubeam generoſa metallo,*
> *Glorior arte magis: nam Myos iſte labor.*

De Callaïcis plenius agit Strabo.

CALLESCHROS, ARCHITECTUS.

Vide quæ ex Vitruvio ſupra adduximus in ANTISTATES.

CALLIADES, PICTOR.

Meminit ejus Lucianus *in Dialogis meretriciis*, ubi colloquuntur Ampelis & Chryſis.

CALLIADES, STATUARIUS.

Calliades fecit ſtatuam Neæræ ſcorti: *Tatianus in Orat. ad Græcos.*

CALLIAS.

Theophraſtus XC *annis ante Praxibulum Athenienſem magiſtratum, quod tempus exit in urbis noſtræ annum* CCXLIX, *tradit inventum minium a Callia Athenienſe, initio ſperante aurum poſſe excoqui harena rubente in metallis argenti: hanc fuiſſe originem ejus*, Plinius lib. XXXIII, cap. 7. Vide quoque Euſtathium *ad verſ.* 637 *Iliados* B, *Romanæ editionis pag.* 310, 31. Accuratius tamen rem omnem inveſtigant Meurſii archontes Athenienſes *lib.* III, *cap.* 12.

CALLIAS, STATUARIUS.

Sunt æqualitate celebrati artifices, ſed nullis operum ſuorum præcipui, Ariſton, qui & argentum cælare ſolitus eſt, Callias, Cleſias, &c. Plinius XXXIV, 8.

CALLIAS, ARCHITECTUS.

Diognetus fuerat Rhodius architectus, & ei de publico quotannis certa merces pro arte tribuebatur ad honorem. Eo tempore quidam architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cùm veniſſet, acroaſin fecit, exemplumque poſuit muri, & ſupra id machinam in carcheſio verſatili conſtituit, qua helepolin ad mœnia accedentem corripuit & tranſtulit intra murum. Hoc exemplar Rhodii cùm vidiſſent admirati, ademerunt Diogneto quod fuerat ei quotannis conſtitutum, & eum honorem ad Calliam tranſtulerunt. Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes eſt appellatus, contra Rhodum bellum comparando, Epimachum Athenienſem nobilem architectum ſecum adduxit. Is autem comparavit helepolin, &c. Vide Vitruvium libro decimo, cap. ult. Integrum Vitruvii locum deſcribimus in DIOGNETUS.

CALLICLES, Statuarius.

Meminit ejus Plinius lib. xxxiv, cap. 8. Diagoræ pugilis ſtatuam elaboravit Callicles Megarenſis, filius Theocoſmi, ejus nempe qui ſignum Jovis Megarenſis fecit: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 356, 42. Gnathonem valde puerum palma potitum effinxit Megarenſis Callicles: *Idem ibidem*, *pag.* 358, 9.

CALLICLES, Pictor.

Parva & Callicles fecit, Plinius lib. xxxv, cap. 10. Varro de Vita populi Rom. apud Soſipatrum lib. 1: *Neque ille Callicles quaternûm digitûm tabellis nobilis cum eſſet factus, tamen in pingendo adſcendere potuit ad Euphranoris altitudinem.*

CALLICRATES, Architectus.

Hecatompedon parthenona cum Ictino Callicrates exſtruxit: *Plutarchus in Pericle.* Vide quoque *Meurſii Atticas lect. lib.* iii, *cap.* 16. Longum murum, de quo ædificando Socrates refert ſe audiviſſe ſuadentem Periclem, Callicrates faciendum redemit: *Idem ibidem.* Vide *Meurſii librum tertium Atticarum lectionum*, *cap.* 4.

CALLICRATES, Pictor.

Meminit ejus Theophilactus Simocatus *epiſtola* 6.

CALLICRATES, Sculptor.

Callicrates ex ebore formicas & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum à cæteris ſecerni non poſſent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit; à quo quadrigam ex eadem materia fabricatam, quam muſca integeret alis; & navem, quam apicula pinnis abſconderet, Plinius lib. vii, cap. 21. Vide quoque Eundem libro xxxvi, ſub finem capitis 5. Ælianus var. Hiſt. libro 1, cap. 17, Callicratem hunc facit Lacedæmonium. Callicrates & Myrmecides fecerunt currus, qui alis muſcæ poterant occultari: *Plutarchus* ἐν τῷ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν. Ubi quoque addit, καὶ λέγοντας διαγράφειν ἐν σησάμῳ γράμματα ἔπη τοῦ Ὁμήρου. Quæ poſtrema Plutarchi verba confer cum ſupra citato Æliani loco. Galenus ἐν προτρεπτικῷ πρὸς τὰς τέχνας improbat τὰ Μυρμηκίδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου, nec dubitat id genus opera ad ματαιοτεχνίαν referre. Georgius Chœroboſcus in Schol. ad Grammaticam Dionyſii Thracis refert ad μικροτεχνίαν hæc nimiæ ſubtilitatis opera, Μυρμηκία τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου. Ubi tamen rectius forte ex Galeno legas Μυρμηκίδου Ἀθηναίου. Pergit porro Chœroboſcus: Οὗτοι ἐποίησαν σιδηροῦν ἅρμα ὑπὸ μυίας ἑλκόμενον καὶ τῷ πτερῷ τῆς μυίας καλυπτόμενον: *Hi fecerunt ferreum currum, à muſca tractum & ala muſcæ occultatum.* Vide plura in Myrmecides.

CALLIMACHUS, Statuarius.

Plinius lib. xxxiv nat. Hiſtor. cap. 8, enumeratis plurimis magni nominis Artificibus, etiam hæc adjungit: *Ex omnibus autem maxime cognomine inſignis eſt Callimachus, ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentiæ, ob id cacizotechnos appellatus, memorabilis exemplo adhibendi curæ modum. Hujus ſunt ſaltantes Lacænæ, emendatum opus, ſed in quo gratiam omnem diligentia abſtulerit. Hunc quidem & pictorem fuiſſe tradunt.* Omnino interim vide quæ de hoc Callimacho refert Pauſan. lib. 1, pagina 48, 30. Atque hic eſt idem ille Callimachus, *Qui propter elegantiam & ſubtilitatem artis marmoreæ ab Athenienſibus* κακιζότεχνος *fuerat nominatus*, ut ait Vitruv. lib. iv, cap. 1. Ubi quoque non inamœniter oſtendit quo invento Architectonicen exornaverit curioſiſſimus Artifex.

Dionyſius Halicarnaſſenſis in Iſocrate cenſet Polycleti ac Phidiæ Artem in pretio olim habitam, κατὰ τὸ σεμνὸν καὶ μεγαλότεχνον καὶ ἀξιωματικόν, *Propter gravitatem, & præſtantiam artis, & dignitatem:* Calamidis vero & Callimachi opera pluris fieri ſolita τῆς λεπτότητος ἕνεκα καὶ τῆς χάριτος, *Propter exilitatem & venuſtatem.*

Apud Platæenſes in æde Junonis, quam νυμφευομένην ſive Deſponſatam dicunt, Callimachus fecit Junonem ſedentem: vide *Pauſaniam lib.* ix, *pag.* 546, 23.

CALLIMACHUS, Mechanicus.

Hic Arte & ſcientia machinali plurimum negotii exhibuit Romanis Amiſum obſidentibus. ἐμπειρίᾳ μηχανικῆς παρασκευῆς καὶ δεινότητι πανουργίας, ὅτε τὴν πολιορκίαν δέχεται, πλεῖστα λυπήσας Ῥωμαίοις: vide *Plutarchum in Lucullo.*

CALLINICUS, Architectus.

Conſtantino Pogonate imperante Byzantii, ferunt Græcum ignem à Callinico quodam Architecto, è Syria in regiam urbem profecto, excogitatum. Τότε τὸ ὑγρὸν ἐξευρέθη πῦρ, Καλλινίκου τινὸς ἀρχιτέκτονος ἀπὸ Συρίας ἐλθόντος πρὸς τὸ βασίλειον ἄστυ καὶ τοῦτο κατασκευάσαντος, Zonaras Annal. tom. iii, pag. 72. De eo hæc habet Cedrenus ad annum quintum Conſtantini cognomento Pogonati: Eo tempore Callinicus architecton ab Heliopoli Ægypti urbe cùm ad Romanos transfugiſſet, ignem maritimum parans (πῦρ θαλάσσιον κατασκευάσας)

ϛῆς) Arabum naves apud Cyzicum una cum hominibus igne abſumpſit demerſitque. Ab hoc genus ducit Lamprus ille, qui hodie quoque ignem hunc artificioſiſſime conficit.

CALLIPHON, Pictor.

Calliphon Samius in templo Dianæ Epheſiæ pinxit fœminas, neſcio quas, Patroclo loricæ gyala aptantes: *Pauſanias libro* x, *pag.* 660, 53. Idem tamen Pauſanias libro v, pag. 323, 34, pro Καλλιφῶν ſcribit Καλυφῶν. *Ajace Hectorem ad ſingulare certamen provocante*, inquit Pauſanias, *media intervenit Diſcordia, turpiſſimæ mulieris ſpecie: ad hujus exemplar pinxit Calyphon Samius in templo Dianæ Epheſiæ, cùm ad Græcorum naves commiſſam pugnam depingeret.* Πρὸς ταύτῃ ϗ Καλυφῶν Σάμιος ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ τῆς Ἐφεσίας ἐποίησεν ἔργον, τὴν μάχην γράψας τὴν ἐπὶ τῶν ναυσὶν τῶν Ἑλλήνων.

CALLISTONICUS, Statuarius.

Thebis eſt Fortunæ templum. Dea fert Plutum infantem. Thebani tradunt manus quidem & vultum ejusce ſigni Xenophontem Athenienſem fabricaſſe; reliqua vero Calliſtonicum indigenam. Callidiſſimum ſane fuit commentum in manus Fortunæ, ut matris aut nutricis, Plutum imponere. Neque minùs prudenter Cephiſodotus: nam & hic Pacis ſimulacrum Athenienſibus faciens, fabricavit eam Plutum pari modò manibus tenentem: *Pauſanias lib.* ix, *pag.* 566, 1.

CALLISTRATUS, Statuarius.

Plinius lib. xxxiv, cap. 8, poſtquam recenſuit aliquot Artifices, qui floruerunt Olympiade centeſima vigeſima, proxime ſubjungit: *Ceſſavit deinde ars; ac rurſus Olympiade centeſima quinquageſima quinta revixit: cùm fuere longe quidem infra prædictos, probati tamen, Antheus, Calliſtratus, Polycles, Athenæus, Callixenus*, &c. Τί μοι συνδοκεῖ μανθάνειν, inquit Tatianus in Orat. ad Græcos, Εὐάνθην ἐν περιπάτῳ τεκοῦσαν καὶ πρὸς τὴν Καλλιςράτου κεχηνέναι τέχνην: *Quodnam pretium operæ conſequar, ſi Euanthem in ambulacro publico peperiſſe didicero, & Calliſtrati artem hianti ore veluti obſtupeſcens reſpexero?*.

CALLITELES, Statuarius.

Mercurius arietem ſub ala portans, galea caput armatus, tunica & chlamide amictus, fuit apud Eleos. Inſcriptio indicat Onatam Æginetam & cum eo ſimul Callitelem feciſſe. Mihi vero Calliteles videtur Onatæ vel diſcipulus fuiſſe, vel filius: *Pauſanias ſub finem libri quinti, pag.* 342, 20.

CALLIXENUS, Statuarius.

Vide quæ paullo ante exſcripſimus è Plinii lib. xxxiv, cap. 8, in Callistratus.

CALLON, Sculptor.

Plinius lib. xxxiv, cap. 8: *Olympiade* lxxxvii *floruere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius.*

In arce Corinthiaca delubrum eſt Minervæ, quam Stheniadem appellant. Simulacrum Deæ è ligno fecit Callon Æginetes. Fuit autem Callon Tectæi & Angelionis diſcipulus, qui Deliis ſimulacrum fecerunt Apollinis. Angelion vero & Tectæus Artem didicerant à Dipœno & Scyllide: *Pauſanias libro ſecundo, pag* 146, 41.

Amyclis viſitur Proſerpina inſiſtens æneo tripodi, quem fecit Callon Ægineta: *Pauſanias libro tertio, pag.* 196, 20.

Dianæ Laphriæ ſignum præ ſe fert venatricis habitum; eſt autem ex ebore & auro fabricatum. Opifices fuere Naupactii Menæchmus & Soidas, quos Canacho Sicyonio & Callone Ægineta non multo ætate inferiores fuiſſe conjiciunt: *Pauſanias libro ſeptimo, pag.* 433, 15.

CALLON, Statuarius.

Mamertini triginta quinque pueris, una cum chori magiſtro & tibicine, qui omnes naufragio perierant, ſtatuas ex ære poſuerunt. Hæ ſtatuæ ſunt opus Callonis Elei: *Pauſanias libro quinto, pag.* 337, 41.

Mercurii caduceum tenentis ſimulacrum fuit apud Eleos. Inſcriptio teſtatur poſitum à Glaucia Rhegino, Callonem vero Eleum fuiſſe opificem: *Idem ſub finem libri quinti, pag.* 342, 27.

CALON, Statuarius.

Quintilianus lib. xii, cap. 10, ubi agit de notabili in ſtatuis differentia: *Duriora & Tuſcanicis proxima, Calon atque Egeſias: jam minus rigida, Calamis: molliora adhuc ſupra dictis, Myron fecit: diligentia ac decor in Polycleto ſupra cæteros.*

CALOS.

Perdicis, ſororis Dædali, filius dicitur Calos Pauſaniæ & Suidæ. Aliis nepos iſte, quem Dædalus per invidiam interemit, *Talus* nuncupatur. Vide quæ ex Diodoro Siculo atque aliis infra dicimus in Dædalus. Hujus Cali ſepulcrum, Pauſanias libro 1,

 pag.

pag. 37, 14: Ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν Ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως· τοῦτον τὸν Κάλων ἀδελφῆς παῖδα ὄντα καὶ τῆς τέχνης μαθητὴν φονεύσας Δαίδαλος ἐς Κρήτην ἔφυγε, χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐς Σικελίαν ἐκδιδράσκει παρὰ Κώκαλον: *In ea via quæ à theatro in arcem ducit, Calos ſepultus eſt, quem ſororis filium & diſcipulum cùm Dædalus interfeciſſet, in Cretam aufugit, atque inde in Siciliam ad Cocalum.*

CALOS, Statuarius.

Clemens Alexandrinus in Protreptico ad Gentes, ubi agit de Eumenidum ſimulacris: Μὴ ἀμφιβάλλετε εἰ τῶν Σεμνῶν Ἀθήνησιν καλουμένων θεῶν, τὰς μὲν δύο Σκόπας ἐποίησεν ἐκ τοῦ καλουμένου λυχνίτου λίθου· Κάλως δὲ, τὴν μέσην αὐταῖν ἱστοροῦνται ἔχουσαι, Πολέμωνα δεικνύναι ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν πρὸς Τίμαιον: *Ne dubitetis quin Venerandarum quæ Athenis vocantur dearum duas quidem fecerit Scopas, ex lapide qui vocatur lychnites; Calos autem eam quam narrantur habere mediam, ſicuti oſtendit Polemon in quarto eorum quæ ſcribit ad Timæum.*

CALYNTHUS, Statuarius.

Floruit is eo ipſo tempore, quo Onatas Ægineta. Siquidem duos hoſce Artifices aliquot equeſtres pedeſtreſque ſtatuas pariter elaboraſſe refert Pauſan. *lib.* x, *pag.* 633, 56.

CALYPHON. Vide Calliphon, Pictor.

CALYPSO, Pictrix.

Calypſo pinxit ſenem & præſtigiatorem Theodorum, Plinius lib. xxxv, cap. 11.

CAMPANA VASA.

Horatius lib. 1, Satyra 6:

Cœna miniſtratur pueris tribus, & lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. Adſtat echinus
Vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex.

Ad quem locum annotat Acron Grammaticus: *Campana*] *Fictilis, vel viminea, vel ænea: quia in Campania dicebantur æneæ res optime fabricari.*

CAMPANICA PERISTROMATA.

Plautus Pſeudolo, Actu 1, Scena 2:

Niſi ſomnum ſocordiamque ex pectore oculiſque amovetis,
Ita ego veſtra latera loris faciam ut valde varia ſint,
Ut ne periſtromata quidem æque picta ſint Campanica,
Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

CANACHUS, Statuarius.

Nonageſima quinta Olympiade floruere Naucydes, Dinomedes, Canachus, Patrocles, Plinius xxxiv, 8. *Canachus fecit Apollinem nudum, qui Phileſius cognominatur, in Dyndimæo, Æginetica æris temperatura. Cervumque una ita veſtigiis ſuſpendit, ut linum ſubtus pedes trahatur, alterno morſu digitis calceque retinentibus ſolum, ita vertebrato dente utriſque in partibus, ut à repulſu per vices reſiliat. Idem celetizontas pueros fecit*, Idem ibidem. *Invenio & Canachum, laudatum inter ſtatuarios, feciſſe marmorea*, Idem libro xxxvi, cap. 5. Ciceronis de Canachi ſignis judicium vide in Calamis.

Effigiem Veneris ſedentem ex auro & ebore fecit Canachus Sicyonius, qui etiam Didymæum Apollinem fecit Mileſiis, & Iſmenium Apollinem Thebanis: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 103, 45. De Iſmenio Apolline vide quoque eundem *Pauſaniam libro nono, pag.* 557, 11.

Bycellus, qui Sicyoniorum primus pueros in pugillatu vicit, opus eſt Sicyonii Canachi, Artem hanc à Polycleto Argivo edocti: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 367, 49.

Epicyridas & Epeonicus opera ſunt Patrocli & Canachi: *Pauſan lib.* x, *pag.* 626, 7.

Menæchmum & Soidam Naupactios Canacho Sicyonio & Callone Ægineta non multo inferiores ætate putant fuiſſe: *Pauſanias lib.* vii, *pag.* 433, 12.

Ariſtocles Sicyonius frater fuit hujus noſtri Canachi, & non ita multum in Arte ceſſit fratri: vide *Pauſaniam lib.* vi, *pag.* 359, 53. Atque adeo è tribus quoque Muſis (in quas Anthologia lib. iv, tit. 12 habet Antipatri Epigramma) unam fecit Agelades, alteram Canachus, tertiam Ariſtocles. Ipſum illud Epigramma deſcripſimus ſupra in Aristocles.

CANETIAS.

Corruptum nomen Artificis, qui Dianæ Epheſiæ ſimulacrum fabricavit, videtur ſub hoc vocabulo deliteſcere: vide *Salmaſii Plinianas exercitationes pag.* 816.

CANTHARUS, Statuarius.

Plinius *lib.* xxxiv, *cap.* 8, recenſet Cantharum Sicyonium inter Artifices æqualitate

celebra-

celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos. Cantharus Sicyonius Alexide genitus, Artem ab Eutychide edoctus: *Pauſanias libro ſexto, pag.* 347, 57. Alexinicus Eleus, qui de puerili palæſtra tulit palmam, opus Canthari Sicyonii: *Pauſan. ibidem, pag.* 376, 14.

CANTHARUS, Figulus.

Ab hoc Figulo *Cantharos* olim denominarunt vaſa figulina quibus bibitur: vide *Athenæum lib.* x; *Pollucem* vi, 16; *Heſychium in* Κάνθαρος.

CANULEJUS.

M. CANULEJUS ZOSIMUS. Vide *P. Scriverium in annot. ad Martialis lib.* iv, *epigr.* 39, *ex Gruteri Inſcriptionibus* dcxxxix, 12. Vide quæ infra dicimus in Zosimus.

CANUSIUM.

Canuſinæ lanæ, Plinius nat. Hiſt. lib. viii, cap. 48. Martialis lib. xiv ſub lemmate *Canuſinæ ruſæ*. Vide Salmaſium in Tertullianum de Pallio, pag. 24.

CAPANEUS.

A Capaneo primum oppugnatia ſcalarum perhibetur inventa: qui tanta vi occiſus eſt à Thebanis, ut exſtinctus fulmine diceretur, Vegetius de Re militari lib. iv, cap. 21.

CARCINUS, Figulus.

Pater fuit Agathoclis regis: *Diod. Siculus lib.* xix, *pag.* 651. Auſonius Epigr 8:

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem, &c.

CARIA.

Secandi marmor in cruſtas, neſcio an Cariæ fuerit inventum. Antiquiſſima, quod equidem inveniam, Halicarnaſſi Mauſoli domus Proconneſia marmore exculta eſt, lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis c *anno* ii, *urbis Romæ anno* ccciii, &c. Vide Plinium lib. xxxvi, cap. 6. *Ocreas & criſtas Cares invenerunt*, Plin. lib. vii, cap. 56. Cares primi ſtipendia meruerunt, loris clypeos appenderunt, criſtas galeis accommodarunt: *Ælianus de Animalibus lib.* xii, *cap.* 30. Eadem fere habet Herodotus *lib.* i, *cap.* 171; ſicuti & Strabo *lib.* xiv, *pag.* 661, *B.* Sunt qui dicunt Cares inveniſſe præſcientiam quæ ex aſtris colligitur: *Clemens Alexandr. Stromat.* i. Item Acatia mercibus convehendis accommoda: *Critias apud Athenæum lib.* i, *cap.* 22. Ubi & eidem Critiæ Κᾶρες dicuntur ἁλὸς ταμίαι, quaſi dicas, *maris arbitri.*

CARMANIDES, Pictor.

Plinius lib. xxxv, cap. 11, recenſet *Carmanidem Euphranoris* [diſcipulum] inter Pictores non ignobiles.

CARPION, Architectus.

Carpion & Ictinus ſcripſerunt volumen de æde Minervæ Dorica, quæ eſt Athenis in arce, Vitruvius in Præfat. libri ſeptimi.

CARTERIUS, Pictor.

Carterius Pictor ea ætate celeberrimus, in gratiam Amelii, depinxit Plotinum quid ageretur ignarum, dum publice in ſchola philoſophiam profitetur: *Porphyrius in vita Plotini.*

CARTHAGINIENSES.

Vide quæ ſupra diximus in Bosporus, Naupegus. Carthaginis quoque inventum eſt Aries machina. Quum enim oppugnarent Gades, & demoliri vellent caſtellum quod ceperant, neque haberent ad demolitionem ferramenta, ſumpſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos ordines lapidum dejiciebant, atque ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipaverunt. Poſtea quidam Faber Tyrius nomine Pephaſmenos, hac ratione atque inventione adductus, malo ſtatuto, ex eo alterum transverſum uti trutinam ſuſpendit, & reducendo atque impellendo vehementibus plagis dejecit Gaditanorum murum. Cetras autem Chalcedonius de materia primum baſim ſubjectis rotis fecit, ſupraque compegit arrectariis, & jugis varas, & in his ſuſpendit arietem, coriiſque bubulis texit, uti tutiores eſſent qui in ea machinatione ad pulſandum murum erant collocati. Id autem quod tardos conatus habuerat, Teſtudinem arietariam appellare cœpit. Hæc fuſius aliquanto proſequitur Vitruvius libro x, cap. 18. Cùm tamen is qui hoc in loco Vitruvio eſt Cetras Chalcedonius, Athenæo in Mechanicis dicatur Γῆρας Καρχηδόνιος, in Vitruvio quoque *Geras Carchedonius* reponendum putat Cl. Salmaſius notis in Tertullian. de Pallio, pag. 77: quem adi.

CARVILIUS. Vide Spurius Carvilius.

CARY-

CARYSTIUS, Pictor.

Caryſtius Pergamenus Scholiaſtæ in Aves Ariſtophanis videtur inter primos referri qui Victoriam pinxere alatam. Verba Scholiaſtæ adſcripſimus ſupra in ARCHENNUS.

CASIANA TEXTURA.

Vide Euſtathium ad verſum 160 Dionyſii τ̃ περιηγητ̃. Vide quoque Suidam in πηλίσιον.

CASPII.

Apud Caſpios populi ſunt qui ex arborum frondibus contuſis atque aqua dilutis varia animalia ſibi per veſtes inſcribunt, quæ nunquam eluuntur, ſed proinde ac ſi intexta eſſent, cum reliqua lana veteraſcunt: *Herodotus libro* 1, *cap.* 203. Similem quoque veſtes tingendi rationem uſurpabant olim Ægyptii. Vide quæ de iis ex Plinio ſupra adſcripſimus: vide quoque quæ mox de Caucaſi montis incolis dicimus.

CASTONIANUS.

CASTONIANUS, Curator operum publicorum: *Inſcriptio Gruteri* CCCLXXXVII, 3.

CASSITERIDES.

Caſſiterides inſulæ, in quibus generatur ſtannum: vide Euſtathium ad verſ. 563 Dionyſii Periegetæ. Vide quoque Stephanum in Κασσίτερος; Strabonem, &c. *Ex adverſo Celtiberiæ complures ſunt inſulæ, Caſſiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi*, Plinius libro V, cap. 22. *Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportavit Midacritus*, Plinius VII, 56. *Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretioſiſſimum candidum, à Græcis appellatum caſſiteron, fabuloſeque narratum in inſulas Atlantici maris peti, vitilibusque navigiis circumſutis corio advehi. Nunc certum eſt in Luſitania gigni & in Gallæcia, ſumma tellure harenoſa*, &c. Plinius XXXIV, 16. Idem mox capite proxime ſequenti, poſteaquam de ſtanno, plumbo argentario, pluribusque id genus metallis plura dixit, tandem quoque addit: *Mirumque in his ſolis metallis, quòd derelicta fertilius reviviſcunt. Hoc videtur facere relaxatis ſpiramentis ad ſatietatem infuſus aër: æque ut fœminas quaſdam fœcundiores abortus facit. Nuper id compertum in Bætica*, &c. Confer interim hunc Plinii locum cum iis quæ infra dicimus in ILVA.

CAUCASI MONTIS INCOLÆ.

Varias illi plurium animantium figuras in veſtibus ſuis depingunt: vide *Herodotum libro primo, cap.* 203. Simillimam pingendarum veſtium rationem, Ægyptiis olim uſitatam, deſcribit Plinius *libro* XXXV, *ſub finem capitis undecimi.*

CECROPS.

Cecrops primus omnium Jovem appellavit, ſimulacra reperit, aras ſtatuit, victimas immolavit: nequaquam iſtiuſmodi rebus in Græcia viſis, Iſidorus Originum libro VIII, cap. 11. Vide Meurſii Regnum Atticum lib. 1, cap. 9.

CEDALION, Faber.

Juno Vulcanum filium tradidit Cedalioni Naxio (Κηδαλίωνι τῷ Ναξίῳ) inſtituendum in arte fabrili: vide *Euſtathium in Iliad.* Ξ, *edit. Romanæ pag.* 987, 8.

CELMIS.

Celmis & Damnaneus Idæorum dactylorum primi ferrum invenerunt in Cypro. Alius autem Idæus ferri invenit temperaturam: ut autem Heſiodus, Scytha: *Clemens Alexandrinus Stromat. libro* 1. Diomedes Grammaticus lib. III, ubi de Curetibus agit: *Hos quidam tres putant, qui Lares eſſe creduntur, Damnameneus, Acmon, & Celmon.* Vide quoque Heſychium in Κέλμις; & Zenobium in Κέλμις ἐν σιδήρῳ. Hunc Jupiter, quondam ſibi fidiſſimum, transformavit in adamantem: *Ovidius* IV *Metamorph. verſ.* 281.

CELTIBERI.

Celtiberi nobilitati enſibus faciendis: *Suidas in* Μάχαιρα.

CELTICA MACHÆRA.

Μάχαιρα Κελτική, Pollux. libro primo, cap. 10, §. 13.

CENCHRAMIS, Statuarius.

Recenſet cum Plinius inter eos Artifices qui optime exprimebant comœdos & athletas, *lib.* XXXIV, *cap.* 8.

CEPHIS, Statuarius.

Hic Cephis itidem feliciſſime expreſſit comœdos & athletas, ut idem Plinius ibidem teſtatur.

CEPHISSODORUS, Pictor.

Nonageſima Olympiade fuere Aglaophon, Cephiſſodorus, Phrylus, Euenor pater Parrhaſii

rhaſii & præceptor maximi pictoris, de quo ſuis annis dicemus. Omnes jam illuſtres: non tamen in quibus hærere expoſitio debeat, feſtinans ad lumina artis, in quibus primus refulſit Apollodorus Athenienſis nonageſima tertia Olympiade, Plin. lib. xxxv, cap. 9.

CEPHISSODORUS, Sculptor.

Praxitelis filius Cephiſſodorus rei & artis hæres fuit. Hujus laudatum eſt Pergami Symplegma, ſignum nobile; digitis corpori veriùs, quam marmori impreſſis. Romæ ejus opera ſunt, Latona in Palatii delubro: Venus in Aſinii Pollionis monumentis: & intra Octaviæ porticus in Junonis æde, Æſculapius & Diana, Plinius lib. xxxvi, cap. 5.

CEPHISSODORUS, Statuarius.

Cephiſſodori duo fuere. Prioris eſt Mercurius, Liberum patrem in infantia nutriens: fecit & concionantem, manu elata; perſona in incerto eſt. Sequens Philoſophos fecit, Plinius xxxiv, 8. Ibidem ante circa initium ejuſdem capitis dixerat: *Centeſima ſecunda Olympiade floruere Polycles, Cephiſſodorus, Leochares, Hypatodorus.* Ætatem hujus Artificis ex eo quoque colligas, quod duarum uxorum quas habuit Phocion (qui floruit Olympiade cix) prima fuerit hujus Statuarii ſoror. Τῶν γυναικῶν δὲ ἔγημε, τῆς προτέρας οὐδὲν ἱστορεῖται, πλὴν ὅτι Κηφισόδοτος ἦν ὁ πλάστης ἀδελφὸς αὐτῆς, Plutarchus in Phocione. *Cephiſſodorus fecit Minervam mirabilem in portu Athenienſium, & aram ad templum Jovis Servatoris in eodem portu, cui pauca comparantur*, Plinius xxxiv, 8. Cephiſodotus fecit Athenienſibus Pacem, habentem Plutum in ſinu: *Pauſanias lib.* ix, *pag.* 566. Vide quæ ſupra diximus in Callistonicus, Statuarius. Plura ejuſdem Cephiſodoti opera refert idem Pauſanias *libro octavo, pag.* 506, 5; & *libro nono, pag.* 585, 31. Anytæ meretriculæ ſimulacrum fecere Euthycrates & Cephiſodotus. Et rurſus: Myrûs Byzantii ſcorti ſimulacrum fecit Cephiſodotus, Μυρὼ τὴν Βυζαντίαν Κηφισόδοτος ἐχαλκούργησεν, Tatianus Orat. ad Græcos. Rectius interim *Cephiſidotus* puto ſcribi quàm *Cephiſidorus*, quoniam iſtiuſmodi propriorum nominum orthographiam è Græcis potius Auctoribus quàm Latinis hauriendam nemo inficiabitur.

CEPHISSODORUS alter, itidem Statuarius.

Centeſima viceſima Olympiade floruere Eutychides, Euthycrates, Lahippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus, Plinius xxxiv, 8. Atque hic eſt ille Cephiſſodorus, quem ex eodem Plinio diſcimus potiſſimum in effingendis Philoſophis operam collocaſſe. Vide ipſius Plinii verba in pròxime præcedente Cephissodoro.

CERDO, Architectus.

L. VITRUVIUS L. L. CERDO ARCHITECTUS, Inſcript. Gruteri clxxxvi, 4.

CETRAS, Mechanicus.

Vide quæ de hoc Cetra ex Vitruvio ſupra attigimus in Carthaginienses.

CHÆREAS, Aurifex.

Χαιρέας ὁ χρυσοτέκτων memoratur Luciano in Lexiphane.

CHÆREAS, Statuarius.

Chæreas Alexandrum Magnum & Philippum patrem ejus fecit, Plinius libro xxxiv, cap. 8.

CHÆREPHANES, Pictor.

Chærephanes pinxit mulierum impudicas cum viris conſuetudines. Χαιρεφάνης ἔγραψε ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας, Plutarchus de Poëtis audiendis.

CHÆRESTRATUS, Figulus.

Meminit ejus Phrynichus in Comeſſabundis, apud Athenæum *lib.* xi, *cap.* 6.

CHALCIDICUM.

Chalcidicum, genus ædificii, ab urbe Chalcidica dictum, Feſtus.

CHALCIS.

Chalcis ære ibi primum reperto nobilis, Plinius lib. iv nat. Hiſt. cap. 12. Vide Stephanum *de Urbibus, in* Χαλκίς; vide quoque Euſtathium *ad verſ.* 764 *Dionyſii* τοῦ περιηγητοῦ.

CHALCOSTHENES, Statuarius.

Chalcoſthenes comœdos & athletas fecit, Plin. xxxiv, 8. *Fecit & Chalcoſthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina ejus Ceramicos appellatur*, Idem lib. xxxv, cap. 12. Cæterum hic videtur tantum figulinis inclaruiſſe.

CHALYBES.

Ærariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopas monſtraſſe putant, Plinius nat. Hiſt. lib. vii, cap. 56. Virgilius 1 Georg. verſ. 57:

India mittit ebur molles ſua thura Sabæi;
At Chalybes nudi ferrum. - - -

Ubi Servius: *Chalybes populi ſunt apud quos naſcitur ferrum. Unde & abuſive dicitur Chalybs, ipſa materies: ut, Vulnificusque chalybs. Nudi autem, aut apud quos arbores non ſunt: aut vere nudi, propter ferri cædendi ſtudium. Nam legimus, Et nudus membra Pyragmon.* Vide Euſtathium ad verſ. 768 Dionyſii τῆς περιηγήσεως, Stephanum de Urbibus, in Ἀλύβη & Χάλυβες, Etymologicum in Χαλυψ, Heſychium in Χάλυβες. Amphilochis in Hiſpania *præcipua quidem ferri materia, ſed aqua ipſo ferro violentior: quippe temperamento ejus, ferrum acrius redditur: nec ullum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili fluvio aut Chalybe tinguatur. Unde etiam Chalybes fluvii hujus finitimi appellati, ferroque cæteris præſtare dicuntur*, Juſtinus lib. XLIV, cap. 3.

CHARES, Statuarius.

Plinius libro XXXIV, cap. 7, ubi agit de molibus ſtatuarum, quas Coloſſos vocant, turribus pares: *Ante omnes*, inquit, *in admiratione fuit Solis coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lyſippi diſcipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc ſimulacrum poſt quinquageſimum ſextum annum terræmotu proſtratum; ſed jacens quoque miraculo eſt. Pauci pollicem ejus amplectuntur. Majores ſunt digiti, quàm pleræque ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiant, diffractis membris. Spectantur intus magnæ molis ſaxa, quorum pondere illud ſtabiliverat conſtituens. Duodecim annis tradunt effectum CCC talentis, quæ contulerant ex apparatu Regis Demetrii, relicto mora tædio. Sunt alii, minores hoc, in eadem urbe coloſſi centum numero: ſed ubicunque ſinguli fuiſſent, nobilitaturi locum. Præterque hos Deorum quinque, quos fecit Bryaxis. Factitavit coloſſos & Italia.* Et paullo poſt ibidem: *Habent in Capitolio admirationem & capita duo, quæ P. Lentulus Conſul dicavit: alterum a Charete ſupra dicto factum, alterum fecit Decius, comparatione in tantum victus, ut artificum minime probabilis artificis videatur.* Τόν τε ἡλίου κολοσσόν, φησὶν ὁ ποιήσας τὸ ἰαμβεῖον, ὅτι

- - - ἑπτάκις δέκα

Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Κεῖται δὲ νῦν ὑπὸ σεισμοῦ πεσών, περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων· οὐκ ἀνέστησαν δ' αὐτὸν οἱ Ῥόδιοι, κατά τι λόγιον· τοῦτο δὴ τῶν ἀναθημάτων τὸ κράτιστον, καὶ τῶν γοῦν ἑπτὰ θεαμάτων ὁμολογεῖται: *Solis coloſſum, ut ait auctor Jambici carminis,*

- - - Septies decem

Chares cubitorum eſt fabricatus Lindius.

Jacet nunc terræmotu proſtratus, genubus confractus. Oraculo prohibiti Rhodii, non inſtauraverunt. Sane omnium donariorum præclariſſimum, in ſeptenario eorum numero collocatur, quæ ſpectanda mundus habet, Strabo libro XIV, pag. 652. Integrum carmen Jambicum, in quo tamen *Chares* eſt *Laches*, lib. IV Anthologiæ, titulo 6, εἰς ζωγράφους καὶ ἀγαλματοποιούς, adſcribitur Simonidi:

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα

Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Clariſſ. Hugo Grotius tranſtulit:

Laches coloſſum Lindius fecit Rhodi

Qui ſe per ulnas octies tollit decem.

Affinia his quæ tradidit Strabo, habet quoque Euſtathius ad verſ. 505 Dionyſii τῆς περιηγήσεως. *Rhodi ſignum Solis æneum, id eſt Coloſſus, altus pedibus 90*, Hyginus fab. 223. *Coloſſus à Calete artifice, à quo formatus, eſt dictus. Fuit autem apud Rhodum inſulam ſtatua Solis, alta pedes centum & quinque*, Feſtus. Euſebii Chronicon ad Olympiadis centeſimæ trigeſimæ nonæ annum ſecundum: Caria & Rhodus ita terræmotu concuſſæ ſunt, ut Coloſſus magnus rueret. Chronicum Alexandrinum refert hanc Rhodii coloſſi ruinam ad Olympiadis centeſimæ trigeſimæ octavæ annum ſecundum. Vide quoque *Oroſium libro* IV, *cap.* 13. Hujus etiam terræmotus, qui Rhodum graviter concuſſit & Solis coloſſum evertit, meminit Polybius *libro quinto*. Videnturque immaniſſimi ſimulacri fragmenta diu admodum neglecta jacuiſſe; quandoquidem temporibus demum Conſtantis, qui fuit Heraclii nepos, Judæus quidam mercator fertur emiſſe æs hujus coloſſi, & camelis nongentis aſportaſſe. Οἱ Ἀγαρηνοὶ τότε καὶ τὴν νῆσον Ῥόδον ὑφ' ἑαυτοὺς πεποιήκασιν, ᾗ ἐν αὐτῇ πεπτωκότα κολοσσὸν καθῃρήκασιν· οὗ τὸν χαλκὸν Ἰουδαῖός τις πραγματευόμενος ὠνήσατο, ἐνακοσίαις καμήλοις λέγεται τοῦτον μετενεγκεῖν, Zonaras Annalium tomo III, ubi deſcribit imperium Conſtantis, nepotis Heraclii. Plenius interim atque aliter aliquanto rem omnem narrat Conſtantinus Porphyrogenneta de Adminiſtrando imperio, capitibus 20 & 21.

Fideliſſime vero ac diligentiſſime Charetem hunc inſtituit Lyſippus, unde mirandum non eſt eum ad hanc Artis perfectionem tandem perductum. *Chares à Lyſippo ſtatuas facere*

facere non iſto modo didicit, ut Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti; ſed omnia coram magiſtrum facientem videbat, cæterorum opera, vel ſua ſponte conſiderare poterat, Autor Rhet. ad Herennium libro IV.

CHARIDAS.

Charidas ſcripſit de Machinationibus: *Vitruvius in Præfat. libri ſeptimi.*

CHARMAS, PICTOR.

Hunc Plinius *libro* XXXV, *cap.* 8, refert inter vetuſtiſſimos Artifices, eosque qui monochromata pinxerunt, quorum ætas non traditur. Integrum Plinii locum adſcribimus infra in CIMON, PICTOR.

CHARTAS, STATUARIUS.

Euchirus Corinthius præceptores habuit Syadran & Chartan, Spartanos. Συάδραν τε καὶ Χάρταν Σπαρτιάτας, Pauſanias libro ſexto, pag. 350, 45.

CHEREAS, MECHANICUS.

Chereas & Diades, qui cum Alexandro militaverunt, receperunt doctrinam à Polyïdo Theſſalo: vide *Vitruvium lib.* X, *cap.* 18.

CHERSIPHRON, ARCHITECTUS.

Magnificentiæ vera admiratio extat templum Epheſiæ Dianæ ducentis viginti annis factum à tota Aſia. In ſolo id paluſtri fecere, ne terræmotus ſentiret, aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea ſubſtravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Univerſo templo longitudo eſt, CCCCXXV *pedum: latitudo, ducentorum viginti: columnæ, centum viginti ſeptem, à ſingulis regibus factæ* LX *pedum altitudine: ex iis* XXXVI *cælatæ, una à Scopa. Operi præfuit Cherſiphron architectus*, &c. Plinius XXXVI, 14. Hunc interim Cherſiphronem idem Plin. lib. VII nat. Hiſt. cap. 37 vocat Cherſiphontem Gnoſſium. Vide *Salmaſii Plinian. Exercitationes, pag.* 814. Τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος πρῶτος μὲν Χερσίφρων (codd. aliquot MSS. legunt Ἀρχίφρων) ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ᾽ ἄλλος ἐποίησε μείζω· ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησεν, ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν, συνενέγκαντες τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας: *Templum Dianæ primus architectatus eſt Cherſiphron, alius deinde fecit majus. Poſteaquam vero Heroſtratus aliquis templum illud combuſſiſſet, exſtruxerunt aliud præſtantius, conferentes mundum muliebrem & proprias facultates*, &c. Strabo lib. XIV, pag. 640, C. Ad hunc Heroſtratum refer ea quæ Valer. Maximus habet lib. VIII, cap. 14, Ex. ext. 5. Αὔγδαμις, οὗτος ἔκαυσεν τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος, Heſychius.

CHII CADI.

Chiorum cadorum meminit Plinius lib. XXXVI, cap. 7: *B. Lentulus ſpinter amphoras ex eo* [Onyche] *Chiorum magnitudine cadorum cùm oſtendiſſet, poſt quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine vidiſſe ſe.*

CHION, STATUARIUS.

Chion Corinthius à Vitruvio in Proœmio lib. III recenſetur inter Artifices, qui nullam memoriam ſunt conſecuti, quod non ab induſtria Artisve ſollertia, ſed à felicitate fuerunt deſerti.

CHIONIS, STATUARIUS.

Minervam & Dianam Chionis elaboravit. Τὴν Ἀθηνᾶν καὶ Ἄρτεμιν Χίονίς ἐστιν εἰργασμένος: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 633, 31. Vide quoque *librum* VI, *pag.* 367, 4.

CHIROCRATES. Vide DINOCRATES.

CHIRISOPHUS, STATUARIUS.

A Veneris Paphiæ templo non longe abſunt Liberi patris delubra duo, Proſerpinæ ara, Apollinis ædes cum inaurato ſimulacro. Chiriſophus fecit, Cretenſis patria; de cujus ætate & magiſtro, comperti nihil habemus. Aſſiſtit Apollini ipſe Chiriſophus è marmore: *Pauſanias lib.* VIII, *pag.* 540, 45. Χειρίσοφος ἐποίησε.

CHOERILUS, STATUARIUS.

Sthenis pugil Eleus, Olynthii Chœrili opus. Ἔργον δὲ Ὀλυνθίου Χοιρίλου: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 375, 44.

CHRYSES, MECHANICUS.

Chryſes Alexandrinus, habilis mechanicus. Χρύσης Ἀλεξανδρεὺς, μηχανοποιὸς δεξιός: *Procopius lib.* II *de Ædificiis Juſtiniani, cap.* 3.

CHRYSOTHEMIS, STATUARIUS.

Chryſothemis & Eutelidas Argivi: vide *Pauſaniam lib.* VI, *pag.* 362, 25.

CICERO.

Ciceronem pictæ tabulæ maxime oblectabant. *Exhedria quædam mihi nova ſunt inſtituta*

ſtituta in porticula Tuſculani, inquit ipſus de ſe epiſtolarum ad famil. lib. VII, epiſt. 23, *ea volebam tabellis exornare: etenim, ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura certe delectat.* Vide totam epiſtolam.

CIMON, Statuarius.

Cimonis equæ æneæ viſebantur Athenis: *Ælianus var. Hiſt.* IX, 32.

CIMON, Pictor.

Plinius lib. XXXV, cap. 8, ubi agit de Picturæ ætate: *In confeſſo eſt*, inquit, *Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum prælium, à Candaule rege Lydiæ, Heraclidarum noviſſimo, qui & Myrſilus vocitatus eſt, repenſam auro. Tanta jam dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit neceſſe eſt; duo enim de viceſima Olympiade interiit Candaules; aut (ut quidam tradunt) eodem anno quo Romulus, niſi fallor: manifeſta jam tum claritate artis atque abſolutione. Quod ſi recipi neceſſe eſt, ſimul apparet multo vetuſtiora principia eſſe, eoſque qui monochromata pinxerunt, (quorum ætas non traditur) aliquanto ante fuiſſe, Hygiænontem, Dinìam, Charmam, & qui primus in pictura marem fœminamque diſcrevit, Eumarum Athenienſem, figuras omnes imitari auſum, quique inventa ejus excoluerit, Cimonem Cleonæum. Hic catagrapha invenit, hoc eſt, obliquas imagines, & varie formare vultus, reſpicientes ſuſpicientesque & deſpicientes. Articulis etiam membra diſtinxit, venas protulit, præterque in veſte & rugas & ſinus invenit.* Neſcio an aliquod hujus Cimonis operum ſpectet illud Anthologiæ lib. IV, tit. 6, εἰς ζωγράφους:

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ᾽ ἐπ᾽ ἔργῳ
Μῶμος, ὃν οὐδ᾽ ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Iſta Cimon pinxit, minime rudis. Omne ſed eſt qui
Culpet opus: nec tu, Dædale, liber eras.

Ut & alterum ejuſdem lib. IV, tit. 23, εἰς ὄντας.

Κίμων ἔγραψε τὴν θύραν τὴν δεξιάν.
Τὴν δ᾽ ἐξιόντων δεξιὰν Διονύσιος.

Idem Grotius tranſtulit:

De foribus iſtis, dexteram pinxit Cimon:
At exeunti dexteram, Dionyſius.

Vide quoque quæ infra dicimus in Conon, Pictor.

CINCIUS, Vestiarius tenuiarius.

M. CINCIUS M. L. THEOPHILUS VESTIARIUS TENUIARIUS, Inſcript. Gruteri DCL, 8. Vide & quæ dicimus in Pamphila.

CINYRA.

Tegulas invenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris; utrumque in inſula Cypro. Item forcipem, marculum, vectem, incudem, Plin. VII, 56.

CLEANTHES, Pictor.

Plin. lib. XXXV, cap. 3: *De picturæ initiis incerta, nec inſtituti operis quæſtio eſt. Ægyptii ſex millibus annorum apud ipſos inventam, priuſquam in Græciam tranſiret, affirmant; vana prædicatione, ut palam eſt. Græci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam: omnes, umbra hominis lineis circumducta. Itaque talem, primam fuiſſe: ſecundam, ſingulis coloribus, & monochromaton dictam poſtquam operoſior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Inventam linearem dicunt à Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo &, quos pingerent, adſcribere inſtitutum.* Athenagoras in Legat. pro Chriſtianis recenſet Cleanthem Corinthium inter primos graphices inventores. Vide locum in Crato, Pictor. Alpheus Piſæ fluvius eſt, ad cujus oſtia eſt lucus Dianæ Aphioniæ ſive Aphiuſæ, & in templo ejus ſunt Picturæ Cleanthis & Aregontis Corinthiorum: quorum alter Trojæ excidium pinxit & Minervæ nativitatem; alter Diana gryphe ſurſum evecta inclaruit: *Strabo libro octavo, pag.* 343, *C.*

Demetrius lib. VIII apparatus Trojani, ſcribit ad Ichtydem in Alpheoniæ Dianæ templo tabulam conſecratam, opus Cleanthis Corinthii, in qua pinxit Neptunum parturienti Jovi thynnum offerentem: *Athenæus lib. octavo.*

CLEARCHUS, Plastes.

Clearchus Rheginus, diſcipulus Euchiri Corinthii: vide Pauſaniam lib. VI, pagina

350,

350, 42: Τὸν δὲ ἀνδριάντα Πυθαγόρας ἐποίησεν ὁ Ῥηγῖνος, εἴπερ τις καὶ ἄλλος ἀγαθὸς τὰ ἐς πλαστικήν. διδαχθῆναι δὲ παρὰ Κλεάρχῳ φασὶν αὐτόν, Ῥηγίνῳ μὲν καὶ αὐτῷ, μαθητῇ δὲ Εὐχείρου: *Statuam* Leontiſci *fecit Pythagoras Rheginus, fingendi peritia ſollers, haud minus, quam quivis alius. Didiciſſe eum artem ferunt à Clearcho Rhegino, Euchiri diſcipulo.*

CLEOCHARES, Statuarius.

Cleocharis opus erat ænea Iſocratis in Eleuſine ſtatua: *Photius Cod.* CCLX. Aliis eſt *Leochares.*

CLEOETAS, Statuarius.

Vir quidam eſt cui impoſita galea, Cleœtæ opus: atque ei ungues argenteos addidit Cleœtas. Καὶ οἱ τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς ἐποίησεν ὁ Κλεοίτας: *Pauſan. lib.* 1, *pag.* 43, 6. Cleœtæ diſcipulus ac filius fuit Ariſtocles: *idem Pauſanias lib.* v. Vide quoque *libri ſexti paginas* 382 *&* 383.

CLEOMENES, Architectus.

Cleomenes Alexandriam ædificavit: *Juſtinus hiſt. lib.* XIII.

CLEOMENES, Statuarius.

Pollio Aſinius, ut fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In iis ſunt Centauri nymphas gerentes Archeſitæ, Theſpiades Cleomenis, &c. Plinius XXXVI, 5.

CLEON, Statuarius.

Hunc inter eos, qui feliciſſime Philoſophos expreſſerunt, reponit Plinius lib. XXXIV, cap. 8. *Cleon inclaruit Admeto,* Idem lib. XXXV, cap. 11.

Venus ærea, opus Cleonis Sicyonii: hujus vero Cleonis præceptor, nomine Antiphanes, frequentaverat ſcholam Pericleti: at Polycleti Argivi diſcipulus erat Pericletus: ita *Pauſanias lib.* v, *pag.* 319, 43.

Jovis duo ſigna, opus Cleonis Sicyonii: *ibidem pag.* 327, 52.

Fecit & Dinolochi ſtatuam: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 344, 32.

Hyſmonis Elei ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 348, 52.

Damocriti ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 359, 29.

Alceti ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 360, 10.

Lycini ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 363, 17.

CLEOPHANTUS, Pictor.

Picturam linearum inventam dicunt à Philocle Ægyptio vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo &, quos pingerent, adſcribere inſtitutum. Primus invenit eas colorare, teſta (ut ferunt) trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuiſſe, quem tradit Cornelius Nepos ſecutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Priſci Romani patrem, fugientem à Corintho injurias Cypſelli tyranni, mox docebimus. Jam enim abſoluta erat pictura etiam in Italia, Plin. lib. XXXV, cap. 3.

CLESIAS, Statuarius.

Plin. libro XXXIV, cap. 8, refert eum inter Artifices æqualitate celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.

CLESIDES, Pictor.

Cleſides reginæ Stratonices injuria innotuit. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piſcatore, quem Reginam amare ſermo erat; eamque tabulam in portu Epheſi propoſuit, ipſe velis raptus eſt. Regina tolli vetuit: utriuſque ſimilitudine mire expreſſa, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

CLIADES, Mechanicus.

Cliades ſcripſit de Machinationibus: *Vitruvius in Præfat. libri ſeptimi.* Niſi malis ibi legere *Diades*, ex ejuſdem Vitruvii cap. 19 libri decimi.

CLISTHENES, Architectus.

Cliſthenes ἀρχιτέκτων καὶ σκηνογράφος, pater Philoſophi Menedemi. Vide *Laërtium Diogenem lib.* II, *in Menedemo, pag.* 172.

CLITO, Statuarius.

Vide Xenophontem Apomnem. lib. III, ubi Socratem cum hoc Statuario ſuper arte ſtatuaria diſſerentem introducit Xenophon.

CLODIANA VASA.

Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando. Nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, (etenim tabernas menſis adoptavimus) nunc anaglypta in aſperitatemque exciſa circa linearum picturas, quærimus. Vide Plinium lib. XXXIII, cap. 11.

ſtituta in porticula Tuſculani, inquit ipſus de ſe epiſtolarum ad famil. lib. VII, epiſt. 23, *ea volebam tabellis exornare: etenim, ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura certe delectat.* Vide totam epiſtolam.

CIMON, Statuarius.

Cimonis equæ æneæ viſebantur Athenis: *Ælianus var. Hiſt.* IX, 32.

CIMON, Pictor.

Plinius lib. XXXV, cap. 8, ubi agit de Picturæ ætate: *In confeſſo eſt*, inquit, *Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum prælium, à Candaule rege Lydiæ, Heraclidarum noviſſimo, qui & Myrſilus vocitatus eſt, repenſam auro. Tanta jam dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit neceſſe eſt; duo enim de viceſima Olympiade interiit Candaules; aut (ut quidam tradunt) eodem anno quo Romulus, niſi fallor: manifeſta jam tum claritate artis atque abſolutione. Quod ſi recipi neceſſe eſt, ſimul apparet multo vetuſtiora principia eſſe, eoſque qui monochromata pinxerunt, (quorum ætas non traditur) aliquanto ante fuiſſe, Hygiænontem, Diniam, Charmam, & qui primus in pictura marem fœminamque diſcrevit, Eumarum Athenienſem, figuras omnes imitari auſum, quique inventa ejus excoluerit, Cimonem Cleonæum. Hic catagrapha invenit, hoc eſt, obliquas imagines, & varie formare vultus, reſpicientes ſuſpicienteſque & deſpicientes. Articulis etiam membra diſtinxit, venas protulit, præterque in veſte & rugas & ſinus invenit.* Neſcio an aliquod hujus Cimonis operum ſpectet illud Anthologiæ lib. IV, tit. 6, εἰς ζωγράφους:

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ
  Μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Iſta Cimon pinxit, minime rudis. Omne ſed eſt qui
  Culpet opus: nec tu, Dædale, liber eras.

Ut & alterum ejuſdem lib. IV, tit. 23, εἰς οἴκους.

Κίμων ἔγραψε τὴν θύραν τὴν δεξιάν.
Τὴν δ' ἐξιόντων δεξιὰν Διονύσιος.

Idem Grotius tranſtulit:

De foribus iſtis, dexteram pinxit Cimon:
At exeunti dexteram, Dionyſius.

Vide quoque quæ infra dicimus in Conon, Pictor.

CINCIUS, Vestiarius tenuiarius.

M. CINCIUS M. L. THEOPHILUS VESTIARIUS TENUIARIUS, Inſcript. Gruteri DCL, 8. Vide & quæ dicimus in Pamphila.

CINYRA.

Tegulas invenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris; utrumque in inſula Cypro. Item forcipem, marculum, vectem, incudem, Plin. VII, 56.

CLEANTHES, Pictor.

Plin. lib. XXXV, cap. 3: *De picturæ initiis incerta, nec inſtituti operis quæſtio eſt. Ægyptii ſex millibus annorum apud ipſos inventam, priuſquam in Græciam tranſiret, affirmant; vana prædicatione, ut palam eſt. Græci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam: omnes, umbra hominis lineis circumducta. Itaque talem, primam fuiſſe: ſecundam, ſingulis coloribus, & monochromaton dictam poſtquam operoſior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Inventam linearem dicunt à Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo &, quos pingerent, adſcribere inſtitutum.* Athenagoras in Legat. pro Chriſtianis recenſet Cleanthem Corinthium inter primos graphices inventores. Vide locum in Crato, Pictor. Alpheus Piſæ fluvius eſt, ad cujus oſtia eſt lucus Dianæ Aphioniæ ſive Aphiuſæ, & in templo ejus ſunt Picturæ Cleanthis & Aregontis Corinthiorum: quorum alter Trojæ excidium pinxit & Minervæ nativitatem; alter Diana gryphe ſurſum evecta inclaruit: *Strabo libro octavo, pag.* 343, *C.*

Demetrius lib. VIII apparatus Trojani, ſcribit ad Ichtydem in Alpheoniæ Dianæ templo tabulam conſecratam, opus Cleanthis Corinthii, in qua pinxit Neptunum parturienti Jovi thynnum offerentem: *Athenæus lib. octavo.*

CLEARCHUS, Plastes.

Clearchus Rheginus, diſcipulus Euchiri Corinthii: vide Pauſaniam lib. VI, pagina 350,

350, 42: Τὸν δὲ ἀνδριάντα Πυθαγόρας ἐποίησεν ὁ Ῥηγῖνος, εἴπερ τις καὶ ἄλλος ἀγαθὸς τὰ ἐς πλαστικήν. διδαχθῆναι δὲ παρὰ Κλεάρχῳ φασὶν αὐτόν, Ῥηγίνῳ μὲν καὶ αὐτῷ, μαθητῇ δὲ Εὐχείρου: *Statuam* Leontiſci *fecit Pythagoras Rheginus, fingendi peritia ſollers, haud minus, quam quivis alius. Didiciſſe eum artem ferunt à Clearcho Rhegino, Euchiri diſcipulo.*

CLEOCHARES, Statuarius.

Cleocharis opus erat ænea Iſocratis in Eleuſine ſtatua: *Photius Cod.* CCLX. Aliis eſt *Leochares.*

CLEOETAS, Statuarius.

Vir quidam eſt cui impoſita galea, Clecetæ opus: atque ei ungues argenteos addidit Cleœtas. Καὶ ἐς τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς ἐσεποίησεν ὁ Κλεοίτας: *Pauſan. lib.* 1, *pag.* 43, 6. Cleœtæ diſcipulus ac filius fuit Ariſtocles: *idem Pauſanias lib.* v. Vide quoque *libri ſexti paginas* 382 *&* 383.

CL'EOMENES, Architectus.

Cleomenes Alexandriam ædificavit: *Juſtinus hiſt. lib.* XIII.

CLEOMENES, Statuarius.

Pollio Aſinius, ut fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In iis ſunt Centauri nymphas gerentes Archeſitæ, Theſpiades Cleomenis, &c. Plinius XXXVI, 5.

CLEON, Statuarius.

Hunc inter eos, qui feliciſſime Philoſophos expreſſerunt, reponit Plinius lib. XXXIV, cap. 8. *Cleon inclaruit Admeto*, Idem lib. XXXV, cap. 11.

Venus ærea, opus Cleonis Sicyonii: hujus vero Cleonis præceptor, nomine Antiphanes, frequentaverat ſcholam Pericleti: at Polycleti Argivi diſcipulus erat Pericletus: ita *Pauſanias lib.* v, *pag.* 319, 43.

Jovis duo ſigna, opus Cleonis Sicyonii: *ibidem pag.* 327, 52.

Fecit & Dinolochi ſtatuam: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 344, 32.

Hyſmonis Elei ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 348, 52.

Damocriti ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 359, 29.

Alceti ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 360, 10.

Lycini ſtatuam: *Idem ibidem, pag.* 363, 17.

CLEOPHANTUS, Pictor.

Picturam linearum inventam dicunt à Philocle Ægyptio vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo &, quos pingerent, adſcribere inſtitutum. Primus invenit eas colorare, teſta (ut ferunt) trita, Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuiſſe, quem tradit Cornelius Nepos ſecutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Priſci Romani patrem, fugientem à Corintho injurias Cypſelli tyranni, mox docebimus. Jam enim abſoluta erat pictura etiam in Italia, Plin. lib. XXXV, cap. 3.

CLESIAS, Statuarius.

Plin. libro XXXIV, cap. 8, refert eum inter Artifices æqualitate celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.

CLESIDES, Pictor.

Cleſides reginæ Stratonices injuria innotuit. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piſcatore, quem Reginam amare ſermo erat; eamque tabulam in portu Epheſi propoſuit, ipſe velis raptus eſt. Regina tolli vetuit: utriuſque ſimilitudine mire expreſſa, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

CLIADES, Mechanicus.

Cliades ſcripſit de Machinationibus: *Vitruvius in Præfat. libri ſeptimi.* Niſi malis ibi legere *Diades*, ex ejuſdem Vitruvii cap. 19 libri decimi.

CLISTHENES, Architectus.

Cliſthenes ἀρχιτέκτων καὶ σκηνογράφος, pater Philoſophi Menedemi. Vide *Laërtium Diogenem lib.* II, *in Menedemo, pag.* 172.

CLITO, Statuarius.

Vide Xenophontem Apomnem. lib. III, ubi Socratem cum hoc Statuario ſuper arte ſtatuaria diſſerentem introducit Xenophon.

CLODIANA VASA.

Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando. Nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, (etenim tabernas menſis adoptavimus) nunc anaglypta in aſperitatemque exciſa circa linearum picturas, quærimus. Vide Plinium lib. XXXIII, cap. 11.

CLODIUS, Vascularius.

P. CLODIUS DIDA, VASCULARIUS, Inſcript. Gruteri, DCXLIII, 5.

CLOSTER, filius Arachnes. Vide Arachne.

CN. CORNELIUS, Mechanicus.

Vitruvius in Præfatione libri primi, ubi teſtatur ſe caſtra ſecutum ac rerum bellicarum fuiſſe experientiſſimum, etiam hæc habet inter alia: *Cum M. Aurelio, & Publio Minidio, & Cn. Cornelio ad apparationem baliſtarum, & ſcorpionum, reliquorumque tormentorum refectionem fui præſto, & cum eis commoda accepi*, &c.

CN. MAGIUS.

Cn. Magius Cremona Præfectus fabrûm Cn. Pompeji: *Cæſar libro primo de Bello civili.*

CNIDUS.

Cnidia fictilia. Meminit eorum Lucianus *in Lexiphane*; Athenæus *lib.* I, *cap.* 25.

COENUS, Pictor.

Cœnus pinxit ſtemmata, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

COLACES. Vide Calaces, Pictor.

COLOTES, Pictor.

Pictorem hunc patria Tejum fuiſſe teſtis eſt Quintilianus *Orat. inſtitut. libro ſecundo, cap.* 13, ubi loquitur de ea Timanthis Cythnii tabula qua Colotem Tejum vicit.

COLOTES, Statuarius.

Colotes, qui cum Phidia Jovem Olympium fecerat, Philoſophos fecit, Plinius libro XXXIV, cap. 8. *Ægidem Minervæ fecerat Colotes Phidiæ diſcipulus, & in faciendo Jove Olympio adjutor*, Idem libro XXXV, cap. 8.

In Cyllene, navali Eleorum, eſt pagus mediocris ubi Colotæ Æſculapius dicatus eſt, eburneum ſimulacrum ſpectatu mirabile: *Strabo libro* VIII, *pag.* 337, *D.* Eadem habet Euſtathius *ad verſ.* 603 *Iliados* Β, ubi & ejuſdem Artificis Dionyſum memorat.

COLOTES alter, itidem Statuarius.

Menſam ille ex ebore & auro fecit apud Eleos, ſuper qua victorum coronæ deponebantur. Colotem hunc ab Hercule genus duxiſſe affirmant: quotquot interim diligentius inquirunt in hiſtoriam Plaſtarum, tradunt eum fuiſſe Parium ac Paſitelis diſcipulum; vide *Pauſaniam libro quinto, pag.* 325, 34.

COMBE.

Hæc Combe, cognomento Chalcis, poſteaquam prima ex ære procudit arma, viro nupta, centum ei peperit liberos: *Zenobius in* Ὥσπερ χαλκιδικὴ τίκτει. Heſychius: Κόμβη, Κουρήτων μήτηρ.

COME. Vide Canetias.

CONON, Figulus.

Hic invenit phialas, quas ab ejus nomine Cononias vocabant: *Athenæus libro* XI.

CONON, Pictor.

Conon Cleonæus Artem adhuc rudem plurimum provexit, eoque diſcipulos ſuos majorem popoſcit mercedem quàm priores Artifices: vide *Ælianum var. Hiſt.* VIII, 8. Apud quem tamen libens repoſuerim Κίμων Κλεωναῖος. Confer hæc cum loco Plinii, quem ſupra adſcripſimus in Cimon.

CONSTANTINUS IMP.

Conſtantinus Imp. opere manuum ſuarum picturam exercendo, victum ſibi quæſivit: *Sigebertus in Chron. ad annum* 918: vide locum. Vide quoque *Luithprandi Hiſtoriam ſui temporis, libro tertio, cap.* 9.

COOS.

Coa fictilia. De his Plinius XXXV, 12: *Coïs laus maxima.*

Coa conchylia, Juvenalis Satyra VIII, verſu 102.

Coæ purpuræ, Horatius Carminum lib. IV, Ode 13. Ad quem locum annotat Acro Grammaticus: *Coæ*] *Pretioſæ, à loco. In hac enim inſula melior purpura tinguitur.*

Coa veſtis. Horatius lib. I, Satyra 2:

- - - *Cois tibi pene videre eſt,*
Ut nudam. - - -

Ubi Acron: *Hæc veſtis in Co inſula conficitur, per cujus nimiam ſubtilitatem quæ ſunt interiora tranſlucent.* Vide Cl. Salmaſii notas in Tertullianum de Pallio, *pag.* 202: vide quoque Ejuſdem Plinianas exercitat. *pag.* 143. Huc etiam pertinent ea quæ dicimus in Pamphila.

COPO-

COPONIUS, Sculptor.

Varro à Coponio XIIII *nationes, quæ ſunt circa Pompeji, factas auctor eſt*, Plinius libro XXXVI, cap. 5.

CORAXI.

Coraxicæ veſtes, Tzetzes Chil. X, hiſt. 329. *Corazi*, Idem Chil. XI, hiſt. 388: ubi tamen legendum *Coraxi* ex Strabonis libro tertio.

CORINTHIA VIRGO.

Corinthia virgo (Sicyonii Dibutadis filia) invenit eam quam dicunt coroplaſticen, dum amatoris dormitantis umbram in pariete circumſcribit. Pater vero, Figulus exiſtens, tantopere delectabatur indiſcreta ſimilitudine, ut lineamenta exſculpta luto repleverit. Typus etiamnum Corinthi aſſervatur, inquit Athenagoras *in Legatione pro Chriſtianis.* Ipſiſſima Athenagoræ verba adſcribimus in Crato, Pictor. Vide quoque Dibutades.

CORINTHIA VASA.

Corinthia vaſa frequenter cum Deliacis conjungit Cicero: cujus locus præter cæteros inſignis eſt in Orat. pro Sexto Roſcio Amerino, ubi delicate elegantem Chryſogoni magnificentiam deſcribens, *Domus referta Corinthiis & Deliacis*, inquit, *in quibus eſt authepſa illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt, ut, qui prætereuntes pretium annumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur.* Plura ejuſdem Tullii loca adducimus infra in Deliaca vasa. Ad hunc interim locum, proxime adſcriptum, annotat Vulcatii Gallicani Commentarius hactenus ineditus: *Authepſa, vas aquarium quod interjecta lamina fabricatis arte fornacibus compendium portat, portatis ſimul ignis contrarii elementi portata vicinitas.*

CORINTHIA SIGNA.

Signis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, ut ſecum circumferant; ſicut Hortenſius orator Sphingem Verri reo ablatam: propter quam Cicero illo judicio in altercatione neganti ei ſe ænigmata intelligere, reſpondit, Debere, quoniam Sphingem ſecum haberet. Circumtulit & Nero princeps Amazonem, &c. Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Signi Corinthii, ſenem ſtantem effingentis, deſcriptionem egregie nobis exhibet Plinius Junior *libro* III, *epiſtola* 6.

CORINTHIÆ COLUMNÆ.

Tertium genus columnarum, quod Corinthium dicitur, virginalis habet gracilitatis imitationem, &c. Vide Vitruvium lib. IV, cap. 1.

CORINTHUS.

Corinthus per multa retro ſecula, inquit Oroſius lib. V, cap. 3, *velut officina omnium artificum atque artificiorum fuit & emporium commune Aſiæ atque Europæ.* Vide quoque Schol. in Odam XIII Olymp. Pindari, pag. 113 editionis Pauli Stephani. Corinthus ac Sicyon auxere pingendi ac fingendi aliaſque id genus Artes: *Strabo libro* VIII, *pag.* 382, *A*; ubi & paullo ante agit de Necrocorinthiis. [illegible]: *In Corintho primam triremem exſtructam fuiſſe*, legas apud Diod. Siculum libro XIV. Corinthii triremes primi fabricarunt, & Samiis navales copias apparantibus, peritos ædificandarum navium Artifices miſerunt. Vide *Libanium Declamatione* XXV: maxime tamen vide *Ariſtidis Iſthmica*; hunc enim titulum indidit *tomi primi Orationi tertiæ, quæ eſt in Neptunum.*

CORNELIUS. Vide Cn. Cornelius.

CORNELIUS. Vide P. Cornelius.

CORNELIUS PINUS, Pictor.

Poſt fuere in auctoritate Cornelius Pinus & Actius Priſcus, qui Honoris & Virtutis ædes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti pinxerunt: ſed Priſcus antiquis ſimilior, Plinius libro XXXV, cap. 10.

CORNELIUS SATURNINUS, Sculptor.

Cornelius Saturninus, non ignobilis Artifex, ex hebeno fecit Mercuriolum Apulejo: vide *Apologiam Apulei.*

COROEBUS, Architectus.

Teleſterion Eleuſine cœpit Corœbus ædificare. Hic columnas in pavimento poſuit & epiſtyliis junxit: quo defuncto, Xypetius Metagenes ſeptum & ſuperioribus columnis adjecit: *Plutarchus in Pericle.*

COROEBUS, Figulus.

Figlinas Corœbus Athenienſis invenit. In iis orbem Anacharſis Scythes: ut alii, Corœbus Athenienſis, Plinius libro VII, cap. 56.

CORYBANTES. Vide Curetes.

CORYBAS, Pictor.

Corybas Nicomachi diſcipulus, Plinius lib. xxxv, cap. 11.

CORYTHUS.

Corythus, genere Iberus & Herculis amaſius, galeam primus fabricavit: unde & hoc genus armaturæ nomen ab eo traxit: *Photius ex Ptolemæi Hephæſtionis novæ ad variam eruditionem hiſtoriæ libro ſecundo.*

COSSUTIUS, Architectus.

Coſſutius, civis Romanus, Architectonices peritia nobilitatus: vide *Vitruvium in Præfat. libri ſeptimi.*

CRATERUS, Pictor.

Craterus comœdus Athenis in Pompejo pinxit, Plinius lib. xxxv, cap. 11: ubi tamen quidam codd. *Cratinus* legunt. Πομπεῖον autem erat locus ubi aſſervabantur vaſa in ſolemnem hujus illiusve pompæ uſum apparata: vide *Joh. Meurſium Attic. lectionum libro ſecundo, cap. 15.*

CRATERUS, Statuarius.

Palatinas domos Cæſarum replevere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus, Plinius libro xxxvi, cap. 5.

CRATES.

Crates vallorum foſſor, Alexandri in expeditionibus comes. ταφρωρύχος, Ἀλεξάνδρῳ συνών, Diogenes Laërtius lib. iv, in Cratete.

CRATINUS, Pictor.

Craterus (alii codd. *Cratinus* habent) *comœdus Athenis in Pompejo pinxit*, Plinius lib. xxxv, cap. 11: ubi & aliquanto poſt inter mulieres pingendi Arte claras refertur *Irene, Cratini pictoris filia & diſcipula*; à qua pictam tradit *puellam quæ eſt Eleuſine.*

CRATINUS, Statuarius.

Cratinus Spartanus fecit Phillen Eleum, qui pueros in lucta vicit: *Pauſanias lib. vi, pag. 360, 29.*

CRATO, Pictor.

Crato Sicyonius primus inventor fuit Graphices. Sufficeret quidem remittere curioſum Lectorem ad Athenagoræ Philoſophi Legationem pro Chriſtianis, niſi videretur pretium curæ adſcribere ipſa graviſſimi auctoris verba, quandoquidem ex iis non tantum liquere poteſt circa quæ tempora vixerit Philoſophus ille Athenienſis, verum etiam qua occaſione & quam celeriter pingendi ſculpendique Artes è tenuibus Graphices initiis auctæ conſummatæque ſint. Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον ἡλικίαν τετρακοσίοις ἔτεσι δοκῶ πρεσβυτέρους ἐμοῦ γενέσθαι, καὶ οὐ πλείοσι, τοὺς καὶ γένη, καὶ ὀνόματα δόντας· οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ποιήσαντες θεογονίαν Ἕλλησι, καὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδη αὐτῶν σημήναντες. αἱ δ' εἰκόνες, μέχρι μήπω πλαστικὴ καὶ γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιητικὴ ἦσαν, οὐδὲ ἐνομίζοντο. Σαυρίου τοῦ Σαμίου, καὶ Κράτωνος τοῦ Σικυωνίου, καὶ Κλεάνθους τοῦ Κορινθίου, καὶ κόρης Κορινθίας ἐπιγενομένων· καὶ σκιαγραφίας μὲν εὑρεθείσης ὑπὸ Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγράψαντος· γραφικῆς δὲ ὑπὸ Κράτωνος, ἐν πίνακι λελευκωμένῳ σκιὰς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐναλείψαντος· ἀπὸ δὲ τῆς κόρης ἡ κοροπλαστικὴ εὑρέθη· ἐρωτικῶς γάρ τινος ἔχουσα, περιέγραψεν αὐτοῦ κοιμωμένου ἐν τοίχῳ τὴν σκιάν· εἶθ' ὁ πατὴρ ἡσθεὶς ἀπαραλλάκτῳ οὔσῃ τῇ ὁμοιότητι (κέραμον γὰρ εἰργάζετο) ἀναγλύψας τὴν περιγραφὴν πηλῷ προσανεπλήρωσεν· ὁ τύπος ἔτι καὶ νῦν ἐν Κορίνθῳ σώζεται. τούτοις δὲ ἐπιγενόμενοι Δαίδαλος καὶ Θεόδωρος ὁ Μιλήσιος, ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικὴν προσεξεῦρον. *Heſiodum atque Homerum, qui generationes & nomina Diis tribuerunt, me antiquiores puto annis quadringentis, & non pluribus. Hi Græcis primi auctores fuerunt Theogoniæ, & cognomina Diis dantes, & honores artesque iis diſtribuentes, & formam eorum ſignificantes. Imagines vero eorum, quamdiu plaſtice, graphice, & ſtatuaria nondum erant inventæ, ne quidem putabantur eſſe. Sauria vero Samio, & Cratone Sicyonio, & Cleanthe Corinthio, & virgine Corinthia in hanc lucem editis; Sciagraphia quidem inventa eſt à Sauria, equum in Sole circumſcribente; Graphicen invenit Crato, in tabula dealbata umbras viri ac mulieris ungens; à virgine vero inventa eſt Coroplaſtice; ſiquidem amore alicujus capta, circumſcripſit dormientis amaſii umbram in pariete; pater deinde multum oblectatus ſimilitudine uſque adeo indiſcreta (figulinam enim exercebat) lineamenta exſculpta opplevit argilla: is typus etiam nunc aſſervatur Corinthi. His ſuccedentes, Dædalus & Theodorus Mileſius, ſtatuariam & plaſticen adinvenerunt.*

CRES, Statuarius.

Anthologia lib. IV, cap. 12:

> Δικτύννης τοῖσι με καθ' ἱερὸν ἔμπυρον ὁ Κρὴς
> Χάλκεον ἔστησεν Πᾶνα τὸν αἰγόνυχα.
> Δέρμα δ' ἔχω, διπλοῦν τε λαγωβόλον· ἐκ δέ γε πέτρας
> Σπήλυγγος τείνω βλέμμα διπλοῦν πρὸς ὄρος.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Capripedem me Pana, calent ubi templa ferocis*
> *Dictynnæ, poſuit Cretis in ære manus.*
> *Pellitus peda bina manu fero, deque caverna,*
> *Qua tegor, in montes lumina mitto duos.*

CRESILAS, Statuarius.

Creſilas fecit vulneratum deficientem, in quo poſſit intelligi quantum reſtet animæ, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

CRETES.

Cretes catapultam inveniſſe dicunt, Plinius lib. VII, cap. 56. Primam quoque bellicarum machinarum inventionem tribuere iis videtur Heſychius, in ἑλέπολις. At Ælianus *var. Hiſt.* VI, 12, vult Catapultam inventum eſſe Dionyſii junioris, tyranni Syracuſanorum. Omnino tamen vide *Diodorum Siculum libro* XIV, ubi fuſe deſcribit bellicum hujus Dionyſii apparatum adverſus Rheginos & Meſſenios.

Cretenſes calami ſagittarii: vide *Plinium lib.* XVI, *cap.* 36.

Creticus arcus: *Pollux libro primo, cap.* X, §. 13.

CRITIAS, Statuarius.

Democritus Sicyonius Statuarius ad quintum à ſe retro magiſtrum Atticum Critiam refertur. Ptolichus enim Corcyræus ab ipſo Critia didicit; is Amphionem docuit; Amphionis diſcipulus fuit Piſon è Calaurea; à quo Artem Democritus didicit: *Pauſanias libro ſexto, pag.* 347, 45.

CRITIAS alter, itidem Statuarius.

Critias Neſiota tyrannicidas fecit. Lucianus in Philopſeude: ἐν οἷς καὶ τὰ Κριτίου τοῦ Νησιώτου πλάσματα ἑστήκει, οἱ τυραννοκτόνοι: *Inter quas & illi ſtant tyrannicidæ, Critiæ Neſiotæ plaſmata.* Atque adeo nemini poteſt eſſe ambiguum, quin hic ſit idem ille Critias cujus meminit Pauſanias *libro primo, pag.* 14, 32: ſicuti & ejuſdem libri *pag.* 42, 9. Fortaſſe quoque Plinio *libro* XXXIV, *cap.* 8, memoratur hic Neſiota Critias: nam in hiſce diligentiſſimi Scriptoris verbis, *Phidiæ æmuli fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hegias*, pro *Critias, Neſtocles*, libens repoſuerim *Critias Neſiotes.* Ita enim ſuſpicor Plinium ſcripſiſſe, quò eum à priore illo Attico diſcerneret. *Dionyſodorus, Critiæ diſcipulus*, memoratur Plinio *lib.* XXXIV, *cap.* 8. Ubi mox quoque occurrit Scymnus qui fuit Critiæ diſcipulus.

CRONIUS, gemmarum Scalptor.

Poſt Pyrgotelem Apollonides & Cronius in gloria fuere, quique Divi Auguſti imaginem ſimilem expreſſit, qua poſtea Principes ſignabant, Dioſcorides, Plinius lib. XXXVII, cap. 1.

CTESIBIUS, Mechanicus.

Laudatus eſt Cteſibius pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis, Plinius libro VII nat. Hiſt. cap. 37. Hydraulis eſt muſicum inſtrumentum, rotundæ aræ non abſimile, inventum à Cteſibio tonſore, qui ætate Ptolemæi ſecundi Euergetis Alexandriam incoluit, & uxorem quoque ſuam eandem Artem edocuit. Tryphon quoque de rerum appellationibus tradit Cteſibium Mechanicum ſcripſiſſe opus de hydraulis: *Athenæus libro* IV, *cap.* 23: vide locum, & Caſauboni ad eundem locum *Animadverſ.* Rhyton, poculum erat juſſu primi regis Ptolemæi Philadelphi à Cteſibio Mechanico fabricatum inſtar cornu tortilis, quod ad proſilientis aquæ fluxum canoræ tubæ ſonum edebat, conſecratumque erat in Veneris Zephyridis ſive Arſinoës templo: *idem Athenæus libro* XI, *cap.* 13. Vitruvius libro IX, cap. 9: *Cteſibius Alexandrinus ſpiritus naturales pneumaticasque res invenit. Sed uti fuerunt ea exquiſita, dignum ſtudioſis eſt agnoſcere. Cteſibius enim fuerat Alexandriæ natus, patre tonſore: is ingenio & induſtria magna præter reliquos excellens, dictus eſt artificioſis rebus ſe delectare. Namque cùm voluiſſet in taberna ſui patris ſpeculum ita pendere, ut cùm educeretur ſurſumque reduceretur, linea latens pondus deduceret, ita collocavit machinationem. Canalem ligneum ſub tigno fixit, ibique trochleas collocavit, per canalem lineam in angulum deduxit, ibique tubulos ſtruxit, in eos pilam plumbeam per lineam demittendam curavit: ita pondus cùm decurrendo in anguſtias tubulorum premeret cœli crebritatem, vehementi decurſu per fauces frequen-*

tiam cœli compreſſione ſolidatam extrudens in aërem patentem, offenſione & tactu ſonitus expreſſerat claritatem. Ergo Cteſibius cùm animadvertiſſet ex tactu cœli & expreſſionibus ſpiritus vocesque naſci, his principiis uſus, hydraulicas machinas primus inſtituit. Item aquarum expreſſiones αὐλομάτως, porrectis rotundationisque machinas, multaque deliciarum genera, in his etiam horologiorum ex aqua comparationes explicuit, &c. Deſcriptionem Cteſibicæ machinæ, quæ quàm altiſſime educit aquam, agit Vitruvius *lib.* x, *cap.* 12. Cteſibium Vitruvius in *Præfatione libri ſeptimi* refert inter eos qui de Machinationibus ſcripſerunt. Cteſibius filium & diſcipulum habuit Heronem illum celebrem Mechanicum, quem ſeniorem Heronem vocabant, ut diſtingueretur ab illo Herone Mechanico qui junior dicebatur.

CTESICLES, Sculptor.

Hic è pario marmore Sami ſignum fecit operis uſque adeo abſoluti, ut obſcœnum ejus amorem Cleiſophus Selimbriacus ægre à ſe depulerit: vide *Athenæum libro* XIII, *cap.* 8.

CTESIDEMUS, Pictor.

Cteſidemus innotuit Oechaliæ expugnatione & Laodamia, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

CTESILAS, Statuarius.

Venere & in certamen artifices laudatiſſimi, quamquam diverſis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quæ cùm in templo Epheſiæ Dianæ dicareutur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum artificum, qui præſentes erant, judicio: cum apparuit eam eſſe, quam omnes ſecundam à ſua quiſque judicaſſent. Hæc eſt Polycleti, proxima ab ea Phidiæ; tertia Cteſilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

CTESILAUS, Statuarius.

Cteſilaus fecit Doryphoron & Amazonem vulneratam, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

CTESILOCHUS, Pictor.

Cteſilochus, Apellis diſcipulus, petulanti pictura innotuit: Jove Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiſcente inter obſtetricia Dearum, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

CTESIOCHUS, Pictor.

Hic fuit Apellis frater, & ipſe Pictor: *Suidas in* Ἀπελλῆς.

CTESIPHON, Architectus.

Laudatus eſt & Cteſiphon Gnoſſius æde Epheſiæ Dianæ admirabiliter fabricata, Plinius libro VII, cap. 37. Cteſiphon Architectus conſtituit ædem Epheſiæ Dianæ Ionicam; qua de re hæc habet Vitruvius in Procemio libri ſeptimi: *Primùm ædes Epheſiæ Dianæ Ionico genere ab Cteſiphonte Gnoſio & filio ejus Metagene eſt inſtituta; quam poſtea Demetrius, ipſius Dianæ ſervus, & Peonius Epheſius dicuntur perfeciſſe.* Idem quoque Vitruvius *libro* x, *cap.* 6 deſcribit, quàm ingenioſa ratione ſcaphos columnarum Cteſiphon & filius ejus Metagenes ex lapidicinis Epheſum ad Dianæ fanum deportarint. Aliis Scriptoribus perſæpe quoque *Cherſiphron* dicitur hic ipſe Artifex: vide *Salmaſii Plinianas exercitationes, pagg.* 812 *&* 818.

CUMANA PATELLA.

Plinius lib. XXXV, cap. 12, agens de fictilibus vaſis, *Nobilitantur iis*, inquit, *oppida quoque; ut Rhegium & Cumæ.* Martialis lib. XIV, Epigr. 114:

Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere teſtam,
Municipem mittit caſta Sibylla ſuam.

CURETES.

Poſtquam Opis Jovem ex Saturno peperit, petit Juno ut ſibi eum concederet; quoniam Saturnus Orcum ſub Tartara dejecerat, & Neptunum ſub undas: quòd ſciret, ſi quis ex eo natus eſſet, ſe regno privaret. Qui cùm Opem rogaret, ut eſſet quod illa peperiſſet, illa lapidem involutum oſtendit; eum Saturnus devoravit. Quod cùm ſenſiſſet, cœpit Jovem quærere per terras. Juno autem Jovem in Cretenſi inſula detulit. Adamantæa, pueri nutrix, eum in cunis in arbore ſuſpendit, ut neque cœlo, neque terra, neque mari inveniretur: & ne pueri vagitus exaudiretur, impuberes convocavit, eisque clypeola ænea & haſtas dedit, juſſitque eos circum arborem euntes crepare, qui Græce Curetes ſunt appellati. Alii Corybantes dicuntur. Hi autem Lares appellantur, Hyginus fabula CXXXIX: vide quoque Ovidium Faſtorum lib. IV, verſ. 195. *In diverſis Nigidius ſcriptis Lares modo tectorum domuumque cuſtodes ait eſſe, modo Curetas illos qui occultaſſe perhibentur Jovis æribus aliquando vagitum, indigetes Samothracios, quos quinque indicant Græci Idæos dactylos nuncupari:* ita Arnobius adverſus Gentes, ſub finem libri tertii. Omnino quoque vide quæ annotavimus in Dactyli Idæi. Multa ac

multum

multum quandoque diverſa de his tradunt *Diodorus Siculus*, *Pauſanias*, *Strabo*, & complures alii. Quibus inter ſe collatis, vere fateberis Strabonem lib. x dixiſſe: Τοσαύτη ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ἐστὶ ποικιλία, τῶν μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κουρῆσι τοὺς Κορύβαντας, καὶ Καβείρους, καὶ Ἰδαίους δακτύλους, καὶ Τελχῖνας ἀποφαινόντων· τῶν δὲ συγγενεῖς ἀλλήλων, καὶ μικράς τινας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς διαστελλομένων: *Ingens in hisce narrationibus eſt varietas: his tradentibus eoſdem cum Curetibus eſſe Corybantas, Cabiros, Idæos dactylos, Telchinas; illis vero ſtatuentibus eos inter ſe cognatos eſſe, & exiguo quodam diſcrimine à ſe mutuo diſtinctos.* Creta dicta eſt à Crete indigena, quem ajunt unum Curetarum fuiſſe, à quibus Jupiter abſconditus eſt & nutritus. Hi Gnoſon civitatem in Creta condiderunt, & Cibeli matri templum: vide *Euſebii Chronicon*. Scuta geſtare Curetes primi invenerunt: *Servius ad verſ. 505 noni Æneïdos*. Curetes antrum in Ida monte, quod tutim Saturnum fugientibus præbuerat latebram, nuncuparunt Ἀερίαιον: vide *Autorem Etymologici in* Ἀερίαιον. *Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrichen Pyrrhus, utramque in Creta*, Plinius lib. VII nat. Hiſt. cap. 56. Vide quoque *Schol. in Odam* II *Pythiorum Pindari*, *pag.* 211 *edit. Pauli Stephani*; *Lucretius lib.* II, *verſ.* 629: vide *Meurſii Orcheſtram*, *in* Πυῤῥίχη. Iſtrus in Cretenſium ſacrificiorum recenſione ait Curetes olim ſolitos immolare pueros Saturno: *Porphyrius lib.* II περὶ ἀποχῆς. Curetes primi æs in Eubœa invenerunt: vide *Stephanum de Urbibus*, *in* Ἀιδηψός, *ſicuti & in* Βίεννος, *& in* Ἴτανος. Vide ſupra in CELMIS. Azan, apud Arcadedes hoc nomen habent Curetes, de monte Azane: vide *Lactantium vel Luctatium ad verſ.* 292 *libri* IV *Thebaïd.* Κέμβη, Κυρήτων μηλίς, Heſychius. Σοχὶς, ὁ τῶν Κυρήτων παῖς, Idem. Κερύβας, Ῥέας ἱερεῖς, Idem. Epimenides fecit Curetum Corybantumque generationem & theogoniam, quinquies millenis verſibus: *Laërtius lib.* I *in Epimenide*. Ubi & aliquanto poſt ex Myroniano *in Similibus* addit, eum à Cretenſibus Curetem appellatum. Inter Curetas fuit & Cynoſura. Aglaoſthenes, qui Naxica conſcripſit, ait Cynoſuram eſſe unam de Jovis nutricibus ex Idæis nymphis: vide *Hyginum lib.* II *Poëtici Aſtronomici*, *in Arctos minor.* *Largoque ſatos Curetas ab imbri*, Ovidius IV Metamorph. verſ. 281. *Hanc totam* [de Curetibus] *opinionem*, *quaſi à poëtis fictam*, *Salluſtius eeſpuit: voluitque ingenioſe interpretari*, *cur Jovis altores dicantur Curetes fuiſſe: & ſic ait: Quia principes intelligendi divina fuerunt*, *vetuſtatem ut cætera in majus componentem*, *altores Jovis celebraviſſe. Quantum erraverit homo eruditus*, *jam res ipſa declarat. Si enim*, &c. vide Lactantium libro primo de falſa Religione, cap. 21.

CURIO.

C. Curio funebri patris munere, ſuperare volens nobile illud theatrum, quod M. Scaurus in Ædilitate ſua fecerat, duo miri atque inſani operis theatra exſtruxit è ligno; de quibus hæc habet Plinius lib. XXXVI, cap. 15: *M. Scauri neſcio an Ædilitas maxime proſtraverit mores civiles*, *majusque ſit Syllæ malum tanta privigni potentia*, *quàm proſcriptio tot millium. Hic fecit in Ædilitate ſua opus maximum omnium quæ unquam fuere humana manu facta*, *non temporaria mora*, *verum etiam æternitatis deſtinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex in altitudinem*, CCCLX *columnarum*, *in ea civitate quæ ſex Hymettias non tulerat ſine probro civis ampliſſimi. Ima pars ſcenæ*, *è marmore fuit*; *media*, *è vitro*; *inaudito etiam poſtea genere luxuriæ*; *ſummæ tabulis inauratis columnæ*, *ut diximus*, *imæ duodequadragenûm pedum. Signa ærea inter columnas*, *ut indicavimus*, *fuerunt tria millia numero. Cavea ipſa cepit hominum* LXXX *millia*, *cùm Pompeji amphitheatri*, *toties multiplicata Urbe tantoque majore populo*, *ſufficiat large* LX *mill. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte*, *tabulis pictis*, *cæteroque choragio fuit*, *ut in Tuſculanam villam reportatis quæ ſuperfuerant quotidiani uſus deliciis*, *incenſa villa ab iratis ſervis concremaretur ad H-S millies. Aufert animum & à deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis*, *aliamque connecti majorem inſaniam è ligno. C. Curio*, *qui bello civili in Cæſarianis partibus obiit*, *funebri patris munere*, *cum opibus apparatuque non poſſet ſuperare Scaurum: unde enim illi vitricus Sylla & Metella mater proſcriptionum ſectrix? unde M. Scaurus pater*, *toties princeps civitatis & Marianis ſodalitiis rapinarum provincialium ſinus? cùm jam ne ipſe quidem Scaurus comparari ſibi poſſet*, *quando hoc certe incendii illius præmium habuit*, *convectis ex orbe terrarum rebus*, *ut nemo poſtea par eſſet inſaniæ illi. Ingenio ergo utendum fuit. Operæ pretium eſt ſcire quid invenerit*, *& gaudere moribus noſtris*, *ac noſtro modo nos vocare majores. Theatra duo juxta fecit ampliſſima e ligno*, *cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento: in quibus utriſque antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe averſis*, *ne invicem obſtreperent ſcenæ*, *& repente circumactis ut contra ſtarent*, *poſtremo jam die*, *deſcendentibus tabulis & cornibus inter ſe coëuntibus*, *faciebat amphitheatrum & gladiatorum ſpectacula edebat*, *ipſum magis auctoratum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quiſque in hoc primum?*

inventorem, an inventum? artificem, an auctorem? auſum aliquem hoc excogitare, an ſuſcipere? patere, an jubere? Super omnia erit populi furor, ſedere auſi tam infida inſtabilique ſede. En hic eſt ille terrarum victor & totius domitor Orbis, qui gentes & regna dirimit, jura externis mittit, Deorum quædam immortalium generi humano portio, in machina pendens & ad periculum ſuum plaudens. Quæ vilitas animarum iſta! aut quæ querela de Cannis! quantum mali potuit accidere! Hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor eſt. Ecce populus Romanus univerſus, velut duobus navigiis impoſitus, binis cardinibus ſuſtinetur, & ſeipſum depugnantem ſpectat, periturus momento aliquo luxatis machinis. Et per hoc quæritur Tribunitiis concionibus gratia, ut penſiles tribus faceret. Qualis hic in Roſtris? Quid non auſurus apud eos, quibus hoc perſuaſerit? Vera namque confitentibus, populus Romanus funebri munere ad tumulum patris ejus depugnavit univerſus. Variavit hanc ſuam magnificentiam feſſis turbatiſque cardinibus, & amphitheatri forma cuſtodita, noviſſimo die duabus per medium ſcenis athletas edidit, raptiſque è contrario repente pulpitis, eodem die victores è gladiatoribus ſuis produxit. Nec fuit rex Curio aut gentium Imperator, non opibus inſignis, ut qui nihil in cenſu habuerit, præter diſcordiam principum.

CYCLOPES.

Turres, ut Ariſtoteles, invenere Cyclopes, Plinius lib. VII, cap. 56. Antiqui opera quævis mole vel arte ſuſcipienda tribuebant Cyclopibus. Virgilius Æneïd. VI, 630:

> - - - *Cyclopum educta Caminis*
> *Mœnia conſpicio, atque adverſo fornice portas.*

Ubi Servius: *Cyclopum educta Caminis, hoc eſt, magna: ita enim cujuſlibet rei magnitudinem ſignificabant; adeo ut Statius Argivorum muros ab iis dicat eſſe perfectos.* Reſpicit Servius locum Statii Thebaid. libro I, verſ. 251, ubi *arces Cyclopum* pro urbe Argiva ponit Statius. *Cyclopum autem*, ut ibidem annotat Lactantius, *aut quas Cyclopes fecerunt, aut magni ac miri operis: nam quicquid magnitudine ſua nobile eſt, Cyclopum manu dicitur fabricatum.* Vide quoque brevia ſcholia in Iliad. B, verſ. 559; quemadmodum & Euſtathium ad eundem Poëtæ locum, pag. 286 edit. Romanæ. Ἐκ τῶν Κυκλώπων, inquit Nazianzenus Orat. III, τὸ χαλκεύειν, *Cyclopes primi ærariæ fabricæ fuerunt auctores.* Plinius lib. VII nat. Hiſt. cap. 56: *Ærariam fabricam, alii Chalybas, alii Cyclopas inveniſſe tradunt.* Κυκλώπων, χαλκέων, Heſychius. Vide quoque Eundem in Κυκλώπων ἕδος; & in Τιρύνθιον πλίνθευμα. Triſulcum telum, i. e. fulmen Cyclopes cudebant Jovi in Ætnæo antro: *Virgilius* IV *Georg. verſ.* 170; & *Æneidos* VIII, 427, ubi non tantùm fulmen ſolito ſævius Jovi, ſed currum Marti, Ægida Palladi, verum etiam arma, jubente Vulcano, faciunt Æneæ. Iidem Cyclopes etiam arcum & ſagittas fabricaverunt Dianæ, apud Callimachum Hymno III, verſ. 86. Ubi & aliquanto ante dicuntur fabricaſſe Neptuno ἱππείην τράπεζαν, *Equeſtre aquarium.* Argos & Mycenas Cyclopum opera eſſe ajunt, atque eoſdem Prœto Tirynthii muros feciſſe: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 113, 42. Meduſæ caput è lapide, Cyclopum opus; *Pauſan. lib.* II, *pag.* 121, 22.

CYDIAS, Pictor.

Plinius lib. XXXV, cap. 11, poſteaquam egit de Euphranore, qui floruit Olympiade centeſima quarta, etiam hæc addit: *Eodem tempore fuit & Cydias, cujus tabulam Argonautas H-S* CXLIIII *Hortenſius orator mercatus eſt, eique ædem fecit in Tuſculano ſuo.* Atque hæc illa eſt tabula, quam Dio Caſſius in porticu Neptuni paullo poſt à M. Agrippa dicatam tradit. Τὴν στοὰν τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ὠνομασμένην καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ τῶν Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμπρυνε: *Porticum Neptuni dictam propter victorias navales exſtruxit, & Argonautarum pictura decoravit*, Dio Caſſius lib. LIII. Euſtathius ad verſ. 526 Dionyſii ἐν περιηγήσει agens de Cythno, Cycladum una: Ἀφ' ἧς, inquit, ὁ Κύθνιος λέγεται τυρός· ἐξ ἧς καὶ ζωγράφος, ὄνομα ἔχων Κυδίας: *A qua Cythnius dictus caſeus; ex qua etiam pictor nomine Cydias.* Quamvis autem hunc Pictorem arte clariſſimum, à patria rectè Cythnium nuncupaſſet antiquitas; minime tamen huic, ſed Timanthi (in hac quoque inſula nato atque in majore apud omnes admiratione habito) *Cythnii pictoris* nomen κατ' ἐξοχὴν tribuendum putavit. Vide quæ mox attingimus in Cythnius Pictor. Ad hunc interim noſtrum Cydiam fortaſſe quoque pertinet illud Theophraſti de Lapidibus: Γίνεται μίλτος καὶ ἐκ τῆς ὤχρας κατακαιομένης· ἀλλὰ χείρων· τὸ δ' εὕρημα Κυδίου· συνεῖδε γάρ τινα, ὥς φασι, κατακαυθέντος τινὸς πανδοχείου, τὴν ὤχραν ἰδὼν ἡμίκαυστον καὶ πεφοινιγμένην: *Fit etiam rubrica ex ochra combuſta; ſed deterior. Hoc vero inventum eſt Cydiæ. Percepit enim ille, ut ferunt, quadam taberna igne abſumpta, ochram ſemiuſtam videns rubeſcere.* Vero certe ſimillimum eſt Pictorem potius, quàm aliquem hominum vulgo, ad hujus rei novitatem oculos advertiſſe.

CYDON,

CYDON, Statuarius.

Venere & in certamen laudatiſſimi, quamquam diverſis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas. Quæ cùm in templo Dianæ Epheſiæ dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum artificum, qui præſentes erant, judicio: cùm apparuit eam eſſe, quam omnes ſecundam à ſua quiſque judicaſſent. Hæc eſt Polycleti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Cteſilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis, Plinius xxxiv, 8.

CYPRIUM ÆS.

Vide librum tertium Picturæ Vett. cap. xi, §. 3, ubi multa de pluribus æris generibus dicimus.

CYRENÆI.

Cyrenæi erant eximii annulorum ſculptores. Vide *Ælianum var. Hiſt. lib. duodecimo, cap.* 30.

CYRIADES, Mechanicus.

Cyriades VC. Comes & mechanicus, qui dudum impenſas operis utriuſque tractavit, in ſocietatem operis admiſſus, Symmachus lib. v, epiſt. 76.

CYRUS, Architectus.

Meminit ejus Cicero *in Miloniana*; quemadmodum & *libro* vii, *epiſt.* 14 *ad famil.* Item *lib.* ii, *epiſt.* 3 *ad Att. Lib.* denique ii, *epiſt.* 2 *ad Qu. fratrem.*

CYRUS ASTYAGIS F.

Cyrus Aſtyagis, antequam totius Aſiæ regno potiretur, fuit λυχνοποιὸς, *lucernarum opifex*, Dio Chryſoſtomus Orat. xv, quæ eſt ſecunda de Servitute.

CYTHERA.

Hæc inſula aliquando quoque dicta πορφυροῦσα, ab inſigni purpura quam ſuppeditabat: vide *Euſtathium ad verſ.* 499 *Dionyſii Periegetæ*; & *Stephanum de Urbibus, in* Κύθηρα. Hanc inſulam Lacedæmoniis aliquando damnoſiſſimam fore, præviderat Chilo: vide *Laertium libro* i, *in Chilone*. Hæc igitur inſula præbebat illas Laconici maris cochleas tingendis lanis idoneas, quarum meminit Luciani Cataplus. Præcipue tamen vide quæ de iis habet Pauſanias *lib.* iii, *pag.* 203, 53.

CYTHNIUS PICTOR.

Cythnius non eſt proprium nomen alicujus Pictoris, ſed Pictorem in Cythno inſula genitum deſignat; Timanthem nimirum, quem Quintilianus *Orat. inſtitut. libro* ii, *cap.* 13, Cithnium cenſet fuiſſe. Κύθνος, inquit Stephanus de Urbibus, νῆσος πρὸς τῇ Δρυοπίδι τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Κύθνου οἰκιστοῦ, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ὀφιοῦσα, καὶ Δρυοπίς· ὁ πολίτης Κύθνιος· καὶ Κύθνιος ὁ τυρὸς, καὶ Κύθνιος ὁ ζωγράφος. Vide quæ paullo ante diximus in Cydias.

CYZICENI STATERES.

Cyziceni ſtateres. Hi celebres fuerunt, ut bene excuſi. Typus eorum erat facies muliebris, in altera vero parte erat leo uſque ad umbilicum effigiatus. Κυζικηνοὶ στατῆρες. διεβεβόηντο ὡς εὖ κεχαραγμένοι· πρόσωπον δὲ ἦν γυναικεῖον ὁ τύπος· ἐπὶ δὲ θάτερα προτομὴ λέοντος, Suidas. Vide quoque Heſychium, nec non Zenobium & Diogenianum, Parœmiographos.

D.

DACTYLI IDÆI.

Ferrum Heſiodus in Creta monſtraſſe putat eos, qui vocati ſunt Dactyli Idæi, Plinius lib. vii, cap 56. Vide quæ ſupra attigimus in Celmis, & in Curetes. Vide quoque Salmaſii Plinianas exerc. pag. 63. Τοὺς Ἰδαίους δακτύλους λέγεται σίδηρον ἐργάσασθαι πρώτους, μαθόντας τὴν ἐργασίαν παρὰ τῆς θεῶν μητρός: *Idæos dactylos fama eſt primos cudiſſe ferrum, artem à Deorum matre edoctos,* Diod. Siculus lib. xvii, pag. 491. Idæi Dactyli, qui & ferrum repererunt, vixerunt ſub quinto Athenienſium rege Pandione: *Euſebius in Chronicis.* Ab inundatione Deucalionis ad Idæ incendium & ferri inventionem & Idæos Dactylos anni ſeptuaginta tres enumerantur: *Clemens Alexandr. Stromat.* i. Diomedes lib. iii de Arte Grammatica, cap. de Pedibus: *Dactylus à tractu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem faberrime affectabant; vel ab Idæis dactylis, quos Curetas ſive Corybantas poetæ appellant. Hi namque in inſula Creta Jovem cuſtodiendo, ne vagitu ſe parvulus proderet, luſus excogitato genere, clypeolis æneis inter ſe concurrentes, tinnitu æris illiſi, rhythmica etiam pedis dactyli compoſitione celavere vocem infantis. Sed nativitatis eorum cauſam, vetuſta fabuloſitas*

buloſitas docet hanc fuiſſe. Ajunt Opem in Idam montem inſulæ Cretæ fugiendo delatam, manus ſuas impoſuiſſe memorato monti, & ſic infantem ipſum edidiſſe, & ex manuum impreſſione emerſiſſe Curetas ſive Corybantas; quos à montis nomine, & à qualitate facti, Idæos dactylos appellant. Hos quidam tres putant, qui Lares eſſe creduntur; Damnameneus, Acmon, Celmon. Dicti ἀπὸ τῶν κορῶν, *id eſt, à formoſis oculis, qui* κόραι *vocantur, id eſt, pupulæ: vel à cono galeæ.* Multa quoque de Idæis dactylis habet Diodorus Siculus lib. v, pag. 333; Strabo lib. x, pag. 473; Schol. ad verſ. 1129 libri I Argonaut. Apollonii; aliique innumeri.

DACTYLIDES, Statuarius.

Plinius lib. xxxvi, cap. 5: *In hortis Servilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinem illius cælatoris, Dactylidis Pythias, Amphiſtrati Calliſthenem hiſtoriarum ſcriptorem.*

DÆDALUS.

Dædaleæ Artis longe lateque diffuſas laudes inveſtigare paratum, ab inſtituto conſilio propemodum dejeciſſet illud Strabonis lib. viii, pag. 341: Πολλὰ δὲ καὶ μὴ ὄντα λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι συγγραφεῖς, συντεθραμμένοι τῷ ψεύδει διὰ τὴν μυθογραφίαν. διὰ δὲ τοῦτο καὶ οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν αὐτῶν: *Multa etiam quæ non ſunt commemorant vetuſti ſcriptores, innutriti mendaciis per quotidianam fabuloſæ ſcriptionis conſuetudinem: atque adeo ob hanc ipſam quoque cauſam perſæpe de iiſdem rebus non conſentiunt inter ſe.* Agnoſcebam quidem verum eſſe hoc graviſſimi Scriptoris judicium, nihilo tamen ſecius propoſitum peregi; *Quia non nova dicuntur*, ut Valerii Maximi verbis utar lib. I, cap. viii, Ex. 7, *ſed tradita repetuntur. Fidem auctores vendicent: noſtrum ſit inclytis literarum monumentis conſecrata, perinde ac vana, non refugere.* Mihi quoque ad communem vitæ uſum ſemper viſum fuit commendatiſſimum illud Sulmonenſis Poëtæ Faſtorum lib. quarto, verſ. 201:

- - - *Pro magno teſte Vetuſtas*
Creditur: acceptam parce movere fidem.

In hac igitur qualicunque indagatione fabularum (ut quibus aliquid plerumque veri ſubeſſe conſtat) inſiſtemus verbis Diodori Siculi, Hiſtorici diligentis ac minime vani; & ex ejus libro quarto, ubi totam fere Dædali vitam continuata narratione percenſet, quantum ſatis eſt adſcribemus atque illuſtrabimus.

Δαίδαλος ἦν τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, εἷς (a) *Dædalus genere* (b) *Athenienſis,*
τῶν *ex*

(a) *Dædalus.*] De nomine Dædali vide Gerardi Joh. Voſſii Etymologicum in *Dædalum.* Ubi quoque monet veteres Græcos quævis *lignea ſimulacra* generatim Δαίδαλα nuncupaſſe. Locus Pauſaniæ (quem ibidem allegavit Voſſius) eſt *lib. nono, pag. 546 edit. Hanovienſis, à Sylburgio recognitæ.*

(b) *Genere Athenienſis.*] Ita paſſim Scriptoribus antiquis *Dædalus Athenienſis*, vel *Atticus* nuncupatur, quò melius diſtinguatur à *Dædalo Sicyonio*, cujus frequenter meminit Pauſanias; & altero *Bithyno Dædalo*, de quo nos quoque ſuo loco nonnihil dicemus. Illud vero nequaquam hoc in loco prætereundum, quòd hunc Athenienſem Dædalum in omnibus atticiſſantem faciat Flavius Philoſtratus *lib. primo Iconum, in Paſiphaës imagine:* ubi Dædali officinam circumſtant undique ſtatuæ complures; quarum aliæ exactam habent formam, incedentes jam; aliæ vero, inceſſum veluti ſpondentes. Cui rei Statuaria, quæ ante Dædalum fuit, nondum adhibuerat mentem. Ἀττικίζει δὲ ὁ Δαίδαλος, ἀττικίζει μὲν καὶ τὸ εἶδος, ὑπέρσοφόν τι καὶ ἔννουν βλέπων· ἀττικίζει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ σχῆμα, φαιὸν γὰρ τρίβωνα τοῦτον ἀμπέχεται· προσγεγραμμένης αὐτῷ καὶ ἀνυποδησίας, ᾗ μάλιστα δὴ οἱ Ἀττικοὶ κοσμοῦνται: *Ipſe vero Dædalus atticiſſat quidem & ſpecie, prudentiam quandam ſapientiamque vultu præ ſe ferens: atticiſſat quoque ipſo habitu, fuſcam hanc veſtem indutus: pedum inſuper nuditate ei adſcripta, qua ornari ſe putant Athenienſes.* Quòd vero aliqui Cretenſem vocarint, eò videri poteſt factum, quoniam plurimum in Creta verſatus plura quoque apud Cretenſes Artis ſuæ reliquerit monumenta. Auſonius Idyllio xii:

Præpetibus pennis ſuper aëra vectus homo Cres.

Eidem quoque Auſonio dicitur *Gortynius aliger*, in Moſella, verſu 301. Cretenſem quoque facit Dædalum Euſtathius ad verſ. 592 Iliados Σ. Solinus cap. xi: *Poſt Siculum Neptuni filium in hanc inſulam plurimi Corinthiorum, Argivorum, Ilienſium, Dorienſium, Cretenſium confluxerunt; inter quos & Dædalus, fabricæ artis magiſter.* Maxime tamen huc facit illud Pauſaniæ lib. viii, pag. 540, 49: Ἡ δίαιτα ἡ ἐν Κνωσσῷ Δαιδάλῳ παρὰ Μίνῳ συμβᾶσα ἐπὶ μακρότερον, δόξαν τοῖς Κρησὶ καὶ ἐπὶ ξοάνων ποιήσει περιεποίησεν: *Dædali longior Gnoſſi apud Minoem commoratio, Cretenſes in ſignorum etiam opificio nobilitavit.*

τῶν Ἐρεχθειδῶν ὀνομαζόμενος· ἦν γὰρ υἱὸς Μητίονος τοῦ Εὐπαλάμου τοῦ Ἐρεχθέως, φύσει δὲ πολὺ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑπερβαίνων, ἐζήλωσε τά τε περὶ τὴν τεκτονικὴν τέχνην, καὶ τὴν τῶν ἀγαλμάτων κατασκευὴν καὶ λιθουργίαν. εὑρετὴς δὲ γενόμενος πολλῶν τῶν συνεργούντων εἰς τὴν τέχνην, κατεσκεύασεν ἔργα θαυμαζόμενα κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς οἰκουμένης. κατὰ δὲ τὴν τῶν ἀγαλμάτων κατα-

ex Erechthidarum (c) familia, filius erat (d) Metionis Eupalami filii ex Erechtheo geniti. Ingenio (e) vero alios omnes præcellens, ſumma (f) cum contentione animum adjecit ad ea quæ ſpectant artem fabrilem, ſtatuariam, & ſculpturam. Inventis (g) vero plurimis quæ artibus hisce poterant inſervire, admiranda quædam opera conſtruxit in pluribus locis terræ habitabilis. In (h) ſtatuarum vero fabrica tantum ſuperavit

(c) *Ex familia Erechthidarum.*] Apud Plutarchum certe in Theſeo ipſe Theſeus reſpondet Deucalioni, filio Minoïs, poſcenti Dædalum ad ſupplicium, Dædalum eſſe conſobrinum ſuum ac genere proximum, ut qui matrem habeat Meropen, filiam Erechthei. Ἀπεκρίνατο πρὸς ὁ Θησεὺς, παραιτούμενος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον, κἀκείνῳ κατὰ γένος προσήκοντα, μητρὸς ὄντα Μερόπης τῆς Ἐρεχθέως, &c.

(d) *Filius erat Metionis Eupalami filii ex Erechtheo geniti.*] Platoni quoque in Ione Dædalus dicitur *Metionis filius*. Pauſanias libro VII, pag. 403, 41, teſtatur eum Athenis ortum traxiſſe ex regia ſtirpe eorum qui Metionidæ dicebantur. *Dædalus Euphemi filius* dicitur Hygino fab. XXXIX: pro quo tamen apud eundem fab. CCLXXIV rectius ſcribitur *Dædalus Eupalami filius*. *Eupalami* quoque filius dicitur Suidæ in Πέρδικος ἱερόν. *Dædalum Eupalami filium arte fabrili nobilem*, dixit Servius ad verſ. 14 ſexti Æneïd. Πρότερον ἢ Δαίδαλος ὁ Παλαμάονος ἐγένετο Ἀθήνησι: *Prius quam Dædalus Palamaonis filius naſceretur Athenis*, Pauſanias lib. IX, pag. 546, 48. Socrates apud Platonem *in Alcibiade* I refert Dædali genus, ad Vulcanum filium Jovis, ſuum vero, ad Dædalum. *Dædalus Atticus Eupalami & Alcippes filius*, Tzetzes Chiliad. primæ hiſt. 19. *Dædalus Eupalami & Metiaduſæ filius*, Idem Tzetzes XI Chiliadis hiſtoria 379.

(e) *Ingenio alios omnes præcellens.*] Ovidius Metamorph. VIII, 159:

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis.

(f) ***Summa cum contentione adjecit animum ad ea quæ ſpectant artem fabrilem, ſtatuariam, & ſculpturam.***] Quandoquidem ex proxime adducto verſu Ovidiano conſtat Dædalum peculiari quadam ingenii propenſione potiſſimum adjeciſſe animum ad operas fabriles, quas eum non invita (quod ajunt) Minerva tractaſſe confitentur omnes; facile quoque judicium eſt, cur Hyginus fabula XXXIX iis quæ de Dædalo refert, etiam addiderit, *Fabricam à Minerva dicitur accepiſſe*. Unde & in Solini verbis, paullo ante citatis, dicitur *fabricæ artis magiſter*. Heſychius: Ἰκάριος, υἱὸς Δαιδάλου. οὗτος φασίν τι ἰχνεύσατο τὴν τεκτονικὴν, ἐποίησε δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ πτερὰ ξύλινα, καὶ ἐκόλλησεν αὐτὰ κηρῷ: *Icarius, filius Dædali. Hic, ut ajunt, inveſtigavit artem fabrilem, fecitque filio ſuo alas ligneas, conglutinavitque eas cera, &c.*

(g) ***Inventis vero plurimis quæ artibus hisce poterant inſervire.***] De inventis Dædali & propinquorum ejus hæc habet Plinius nat. Hiſtoriæ lib. VII, cap. 56: *Fabricam materiarum Dædalus invenit, & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam.* Et mox: *Gyges Lydius picturam invenit in Ægypto: in Græcia vero Euchir, Dædali cognatus.* Denique: *Vela, invenit Icarus; malum & antennam, Dædalus.* Varro in Scauro: *Glutinum ferunt Dædalum inveniſſe.* Citat hunc locum Flavius Soſipater Chariſius, *edit. Putſchianæ col.* 106. Hyginus fab. CCLXXIV: *Perdix, Dædali ſororis filius, & circinum & ſerram ex piſcis ſpina reperit. Dædalus, Eupalami filius, Deorum ſimulacra primus fecit.* Quod quomodo ſit accipiendum, proxime ſequentia docebunt.

(h) ***In ſtatuarum vero fabrica tantum ſuperavit reliquos mortales, ut poſteritas multa ei fabuloſe affinxerit.***] In Chronicis Euſebii referuntur ad annum DCCXXXVII ea quæ de Dædalo feruntur fabulæ, qui viſus eſt ſimulacra feciſſe moventia. Primus enim omnium pedes ſtatuarum à ſe invicem ſeparavit, aliis conjunctim eos fabricantibus, ut Palæphatus memorat. Nec non quomodo cum filio Icaro Minoëm navi fugerit, & propter ininveſtigabilem fugam avolaſſe pennis exiſtimatus ſit. Ad quæ Euſebii verba multis docet Joſ. Scaliger antiquiſſimorum Græcorum ſimulacra τοὺς πόδας συμβεβηκότα fuiſſe: omnium vero primum διαβεβηκότα feciſſe Dædalum. Δαιδάλου ποιήματα· ἐπὶ τῶν ἀκριβούντων τὰς τέχνας. ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκότας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐποίουν. ὁ δὲ Δαίδαλος ἀνεπέτασεν αὐτοὺς, καὶ τοὺς πόδας διέστησε: *Dædali opera: de iis, qui artes accurate exercent. Quandoquidem antiqui opifices ſigna ſua faciebant clauſis oculis: Dædalus vero aperuit eos,*

κατασκευὴν πρῶτος τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων διήνεγκεν, ὥστε τοὺς μεταγενεστέρους μυθολογῆσαι περὶ αὐτοῦ, διότι τὰ κατασκευαζόμενα τῶν ἀγαλμάτων ὁμοιότατα τοῖς ἐμψύχοις ὑπάρχειν. βλέπειν τε γὰρ αὐτὰ καὶ περιπατεῖν, καὶ καθόλου τηρεῖν τὴν τοῦ ὅλου σώματος διάθεσιν. ὥστε δοκεῖν εἶναι τὸ κατασκευασθὲν, ἔμψυχον ζῷον. πρῶτος δὲ ὀμματώσας, καὶ διαβεβηκότα τὰ σκέλη ποιήσας, ἔτι δὲ τὰς χεῖρας διατεταμένας ποιῶν, εἰκότως ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. οἱ γὰρ πρὸ τούτου τεχνῖται κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς

peravit reliquos mortales, ut poſteritas multa ei fabuloſe affinxerit; haud aliter ac ſi ab eo fabricata quàm ſimillima veris eſſent, neque tantum viderent atque ambularent, ſed omnem in univerſum ſpirantium corporum conſtitutionem ſervarent, adeo ut illud, quod erat fabricatum, videri poſſet ſpirans animal. Qui enim primus oculos dedit ſimulacris, & crura fecit gradientia, manuſque protenſas, merito in admiratione habitus eſt apud omnes: quandoquidem priores artifices fabricabant ſigna luminibus clauſis,

eas, & pedes ſejunxit, Suidas. Πρὸ Δαιδάλου τετράγωνος ἦν οὐ μόνον τῶν Ἑρμῶν ἐργασία, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν λοιπῶν ἀνδριάντων· Δαίδαλος δὲ ἐπειδὴ πρῶτος διήγαγε τὼ πόδε τῶν ἀγαλμάτων ἔμπνοα δημιουργεῖν ἐνομίσθη: *Ante Dædalum non modo Mercurii ſignorum, ſed & reliquarum ſtatuarum forma erat quadrata*, i. e. rudem atque informem aliquam molem referebant: *poſteaquam vero Dædalus ſimulacrorum pedes primus diduxit, ſpirantia fabricare creditus eſt*, Themiſtius Orat. xv. Dædalus Ariadnæ Minois filiæ dedit chorum adoleſcentum manibus implicitis cum virginibus tripudiantium: vide Philoſtrati Junioris *Icones, in Pyrrho ſive Myſis.* Gregorio Nazianzeno Oratione xxxiv dicitur, Κνώσσιος Δαιδάλου χερὸς ἐναρμόνιος νύμφη πονηθεὶς εἰς κάλλους περιουσίαν. Meminit quoque hujus chori Pauſanias *libro octavo, pag.* 482, 27; ac plenius etiamnum *libro nona, pag.* 605, 19, ubi enumerat illa Dædali opera quæ ſuo tempore in diverſiſſimis locis extabant. Vide *Meurſii Orcheſtram, in* Ὅρμος. Meminit etiam choreæ hujus à Dædalo elaboratæ atque artificioſe prorſus agitatæ Calliſtratus *in Statuis*, ubi Cupidinem Praxitelis deſcribere conatur. Idem quoque paullo poſt, ubi deſcribit ſignum Dionyſi: Δαιδάλου μὲν ἐξῆν ἰδεῖν τὰ περὶ Κρήτην ἄπιστα θαύματα, κινούμενα μηχαναῖς τὰ ποιήματα, καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν ἐκβιαζόμενα τὸν χρυσόν: *In Creta videre licuit admiranda & incredibilia Dædali opera, moventia fabricas occultis machinis, atque ad humanum ſenſum cogentia ipſum aurum.* Plato in Menone: Δαιδάλου ἀγάλματα ἐὰν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκει καὶ δραπετεύει· ἐὰν δὲ δεδεμένα, παραμένει. Τῶν ἐκείνου ποιημάτων λελυμένον μὲν ἐκτῆσθαι, οὐ πολλῆς τινος ἄξιόν ἐστι τιμῆς, ὥσπερ δραπέτην ἄνθρωπον· οὐ γὰρ παραμένει. δεδεμένον δὲ, πολλοῦ ἄξιον. πάνυ γὰρ καλὰ τὰ ἔργα ἐστί: *Dædali ſtatuæ, niſi fuerint ligatæ, aufugiunt & fugitivorum ſervulorum inſtar conjiciunt ſe in fugam: ſi vero ſunt ligatæ, remanent. Ex ejus operibus, ſolutum quidem exiguo pretio acquiras, ut fugitivum hominem; non enim remanet: ligatum vera, pluris venit. Multum enim præclara ſunt apera.* Dædali quoque ſimulacra ultro ſe contuliſſe eò quò debebant, teſtatur Ariſtoteles Polit. libro primo, cap. 4. Δαιδάλεια, Ἀριστοφάνης τὰ ἀπὸ Δαιδάλου κατασκευασθέντα ἀνδριάντα ὡς διὰ τὸ ἀποδιδράσκειν δεδεμένα, Heſychius. Meminere quoque ſtatuæ Dædaleæ fugientis Lucianus *in Philopſeude*; Dio Chryſoſtomus *Oratione* XXXVII. Hæc atque alia hiſce quàm ſimillima opera, dicebantur Scriptoribus Græcis, τὰ τοῦ θαυματοποιοῦ Δαιδάλου τεχνάσματα, σοφίσματα, &c. non tam quod ſpectatoribus quadam vivæ Artis efficacia ſpirare ac loco moveri viderentur (hoc enim Phidiacis Praxitelicisque ſignis magis competere nemo non fatetur) quàm quòd per occultas machinas agitabantur, ut vult Calliſtratus; vel etiam viſa ſint, argento vivo intus infuſo, inde motum accepiſſe. Philippus ſane magiſter Comœdiarum teſtatur apud Ariſtotelem libro 1 de Anima, cap. 4: Τὸν Δαίδαλον κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν: *Dædalum feciſſe ligneam Venerem, argento vivo in eam infuſo, ſe moventem.* Niſi enim tale quid eam veluti animaſſet, monſtro ſimile videri potuiſſet, ullam leviſſimi motus ſpeciem in rudi rigidaque Dædali fabrica deprehendere. Δαίδαλος ὁπόσα εἰργάσατο, ἀτοπώτερα μέν ἐστιν ἐς τὴν ὄψιν, ἐπιπρέπει δὲ ὅμως τι καὶ ἔνθεον τούτοις: *Dædalus quæcunque fecit, etſi deformia ſint adſpectu, ea tamen divinum quid condecorat*, Pauſanias lib. 11, pag. 92, 48. Τὸν Δαίδαλόν φασιν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ νῦν, εἰ γενόμενος τοιαῦτ' ἐργάζοιτο οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι: *Dædalum affirmant Statuarii nunc viventes ridiculum fare, ſi hodie fabricaret opera iis ſimilia quæ olim præclaram ei famam pepererunt*, Plato in Hippia majore. Οὐδεὶς τὸν Δαίδαλον οὐδὲ τοὺς ἄνω θαυμάζει παρὰ τὸν Φειδίαν· ἀλλὰ τοὐναντίον ἐκ μικρῶν καὶ φαύλων τὸ κατ' ἀρχὰς εἰς τὸ μεῖζον καὶ τελειότερον αἱ τέχναι καθέστησαν: *Nemo vel Dædalum vel ſuperiores plus quàm Phidiam admiratur, ſed contra ex parvis & vilibus initiis majores perfectioreſque factæ ſunt artes*, Ariſtides Orat. Platonica 1, quæ eſt pro Rhetorica. Dædalus & Theodorus Mileſius Statuariam & Plaſticen adinvenerunt: *Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis.* Locum integrum deſcripſimus in CRATO, PICTOR.

Digitized by Google

τοὺς μὲν ὄμμασι μεμυκότας, τὰς δὲ χεῖρας ἔχοντας καθειμένας, καὶ ταῖς πλευραῖς κεκολλημένας. ὁ δ' οὖν Δαίδαλος κατὰ τὴν φιλοτεχνίαν θαυμαζόμενος, ἔφυγεν ἐκ τῆς πατρίδος, καταδικασθεὶς ἐπὶ φόνῳ διὰ τοιαύτας αἰτίας. τῆς ἀδελφῆς τοῦ Δαιδάλου γενόμενος υἱὸς Τάλως ἐπαιδεύετο παρὰ Δαιδάλῳ, παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν· εὐφυέστερος δ' ὢν τοῦ διδασκάλου, τόν τε κεραμευτικὸν τροχὸν εὗρε, καὶ σιαγόνι περιτυχὼν ὄφεως καὶ ταύτῃ ξυλάφιον μικρὸν διαπρίσας, ἐμιμήσατο τὴν τραχύτητα τῶν ὀδόντων. διόπερ κατασκευασάμενος ἐκ σιδήρου πρίονα, καὶ διὰ τούτου πρίζων τὴν ἐν τοῖς ἔργοις ξυλίνην ὕλην, ἔδοξεν εὔχρηστον εὑρηκέναι μέγα πρὸς τὴν τεκτονικὴν τέχνην. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τορ-

ſis, manibus demiſſis ac lateribus veluti agglutinatis. Etſi vero Dædalus ob artis præſtantiam in ſumma haberetur æſtimatione, patria tamen (i) profugere coactus eſt, homicidii hac de cauſa damnatus. Talus (k) ſororis Dædali filius, puer adhuc ætate, inſtituebatur apud Dædalum. Is præceptore ſuo ingenioſior, invenit rotam figulinam; nactusque mandibulam ſerpentis, ea minutum aliquod lignum diſſecuit, atque inde imitandam ſibi ſumpſit dentium aſperitatem. Quare conficiens è ferro ſerram, eaque materiam ligneam inter laborandum diſſecans, viſus eſt magnum ad artem fabrilem inveniſſe adjumentum. Similiter vero & tornum atque alia quædam fabricationi accommoda-

ta

(i) *Patria fugere coactus eſt, homicidii hac de cauſa damnatus.*] *Menecrates Dædalum, occiſo fratre patruele, Cretam petiſſe dicit. Icarum filium ejus ab Atticis pulſum, dum patrem petit, in mari periiſſe. Quidam hunc Dædalum Eupalami filium, arte fabrili nobilem, occiſo Perdice ſororis ſuæ filio, quem ſolum habere metuebat æmulum artis ſuæ (nam ab illo & uſum ſerræ de oſſe interiore piſcis, & circinum propter nomen ſuum; nam aliquibus Circinus putatus eſt appellatus, vel ut quidam organum inventum tradunt) fugientem invidiam ad Minoëm delatum Cretam, Paſiphaës uxoris ejus nefandi ſtupri dolum fabricaſſe*, Servius ad verſ. 14 ſexti Æneïdos. *Dædalus Euphemi filius, qui fabricam à Minerva dicitur accepiſſe, Perdicem ſororis ſuæ filium propter artificii invidiam, quod primum ſerram invenerat, ſummo tecto dejecit: ob id ſcelus in exilium ab Athenis Cretam ad regem Minoëm abiit*, Hyginus fabula XXXIX.

(k) *Talus ſororis Dædali filius, puer adhuc ætate, inſtituebatur apud Dædalum. Is præceptore fuit ingenioſior*] Seneca epiſt. XC: *Talus ſerram commentus eſt.* Suidæ dicitur Κάλως, cujus verba mox adſcribemus. *Perdicem* vocat Hyginus fab. XXXIX: locum integrum paullo ante adduximus. *Perdix ſororis Dædali filius, dicitur inveniſſe circinum & ſerram*, Servius ad verſ. 143 primi Georgicôn. Ovid. VIII Metamorph. verſ. 241, ubi agit de Dædalo:

Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam
Progeniem germana ſuam, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, & ſerræ repperit uſum.
Primus & ex uno duo ferrea brachia nodo
Junxit, ut æquali ſpatio diſtantibus illis,
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.
Dædalus invidit, ſacraque ex arce Minervæ
Præcipitem miſit, lapſum mentitus: at illum,
Quæ favet ingeniis, excepit Pallas, avemque
Reddidit, & medio velavit in aere pennis.
Sed vigor ingenii quondam velocis, in alas
Inque pedes abiit: nomen, quod & ante, remanſit.

Πέρδικος ἱερὸν παρὰ τῇ ἀκροπόλει. Εὐπαλάμῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες, Δαίδαλος καὶ Πέρδιξ, ἧς υἱὸς Κάλως. ᾧ φθονήσας ὁ Δαίδαλος τῆς τέχνης, ἔρριψεν αὐτὸν κατὰ τῆς ἀκροπόλεως· ἐφ' ᾧ Πέρδιξ ἑαυτὴν ἀνήρτησεν, Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὴν ἐτίμησαν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Καμικοῖς τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα, Πέρδικα εἶναι τοὔνομα: *Perdicis ſacellum prope arcem. Eupalamo enim liberi fuerunt Dædalus & Perdix, cujus filius Calos. Cui Dædalus propter artem invidens, dejecit eum de arce: quo facto Perdix ſemet ipſam ſuſpendit, at Athenienſes eam in honore habuerunt. Sophocles vero in Comicis eum, qui à Dædalo necatus eſt, Perdicem nomine facit*, Suidas: qui tamen videtur ſecutus Pauſaniam; cujus hæc leguntur in Atticis, ſive lib. I, pagina 37: Ἰόντων Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως. Τοῦτον τὸν Κάλων, ἀδελφῆς παῖδα ὄντα καὶ τῆς τέχνης μαθητήν, φονεύσας Δαίδαλος, ἐς Κρήτην ἔφυγε· χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐς Σικελίαν ἐκδιδράσκει παρὰ Κώκαλον. Hunc Talum Tzetzes vocat Attalum: vide ATTALUS.

τόρνον εὑρὼν, καὶ ἕτερα τινὰ φιλοτεχνήματα, δόξαν ἀπηνέγκατο μεγάλην. ὁ δὲ Δαίδαλος φθονήσας τῷ παιδὶ, καὶ νομίσας αὐτὸν πολὺ τῇ δόξῃ προέξειν τοῦ διδασκάλου, τὸν παῖδα ἐδολοφόνησε. θάπτων δ' αὐτὸν καὶ ἐπικατάληπτος γινόμενος, ἐπηρωτήθη τίνα θάπτει, καὶ ἔφησεν ὄφιν καταχωννύειν. θαυμάσαι δ' ἄν τις τὸ παράδοξον, ὅτι διὰ τὸ ζῷον ἐξ οὗ τοῦ πρίονος ἐνεθυμήθη τὴν κατασκευὴν, διὰ τούτου καὶ τοῦ φόνου τὴν ἐπίγνωσιν συνέβη γενέσθαι. κατηγορηθεὶς δὲ καὶ καταδικασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν φόνου, τὸ μὲν πρῶτον ἔφυγεν εἴς τινα τῶν κατὰ τὴν Ἀττικὴν δήμων, ἐν ᾧ τοὺς κατοικοῦντας ἀπ' ἐκείνου Δαιδαλίδας προσαγορευθῆναι. μετὰ δὲ ταῦτα διαδρὰς εἰς τὴν Κρήτην, καὶ διὰ τὴν ἐν τῇ τέχνῃ δόξαν θαυμαζόμενος, φίλος ἐγένετο Μίνωος τοῦ βασιλέως. κατὰ δὲ τὸν παραδεδομένον μῦθον Πασιφάης τῆς Μίνωος γυναικὸς ἐρασθείσης τοῦ ταύρου, μηχάνημα ποιήσας ἀπεικασμένον βοῒ, συνήργησε τῇ Πασιφάῃ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν. μυθολογοῦσι γὰρ πρὸ τούτων τῶν χρόνων Μίνωα κατ' ἐνιαυτὸν συνήθως καθιεροῦν τὸν κάλλιστον τῶν γεννωμένων ταύρων τῷ Ποσειδῶνι, καὶ θύειν τοῦτον τῷ θεῷ. γεννωμένου δὲ τότε ταύρου κάλλει διαφέροντος, ἕτερον τῶν ἡττόνων ταύρων θῦσαι. τὸν δὲ Ποσειδῶνα μηνίσαντα τῷ Μίνωι, ποιῆσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Πασιφάην ἐρασθῆναι τοῦ ταύρου. διὰ δὲ τῆς τούτου φιλοτεχνίας τὴν Πασιφάην μιγεῖσαν τῷ ταύρῳ, γεννῆσαι τὸν μυθολογούμενον Μινώταυρον. τοῦτον δέ φασι διφυῆ γεγονέναι, καὶ τὰ μὲν ἀνώτερα μέρη τοῦ σώματος ἄχρι τῶν ὤμων ἔχειν ταύρου, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνθρώπου. τῷ δὲ τέρατι τούτῳ πρὸς διατροφὴν λέγεται κατασκευάσαι Δαίδαλον λαβύρινθον, τὰς διεξόδους σκολιὰς ἔχοντα καὶ τοῖς ἀπείροις δυσευρέτους, ἐν ᾧ τρεφόμενον τὸν Μινώταυρον τοὺς
ἐξ

ta reperiens, gloriam non exiguam inde reportavit. Dædalus autem puero invidens, reputansque eum gloriæ præceptoris aliquando offecturum, per inſidias necavit puerum. Deprehenſus vero inter ſepeliendum, interrogatusque quidnam humaret? Anguem à ſe terra obrui, reſpondit. Atque hic merito admiretur quis illam caſus inſolentiam, quod unum idemque animal ſerræ inventionem ſuggeſſit, cædisque fecit indicium. In judicium itaque vocatus, atque Areopagitarum judicio cædis damnatus, fuga primum ad quandam Atticæ curiam ſe recepit, cujus tribules etiamnunc ab eo Dædalidæ nuncupantur. Poſt hæc tranſiens in Cretam, atque ob artis famam in magna conſtitutus admiratione, regis quoque (l) *Minoïs adeptus eſt amicitiam. Paſiphaë* (m) *vero uxore Minoïs (juxta traditam olim fabulam) inſaniente amore tauri; conſtruens machinam bovi ſimillimam, locavit operam ſuam Paſiphaæ ad explendam ejus cupiditatem. Fabuloſis nempe narrationibus olim traditum, Minoëm ante illa tempora quotannis ſolitum conſecrare Neptuno taurorum formoſiſſimum, eumque Deo ſacrificare. Quum vero ſupereminens forma taurus tum temporis exiſteret, deteriorem alium oblatum. Neptunus itaque Minoï graviter infenſus, uxorem ejus tauri amore infatuavit: quæ per artificioſam hujus Dædali machinam tauro commixta, peperit celebratum fabulis* (n) *Minotaurum. Hunc vero perhibent duplicis naturæ fuiſſe, atque ſuperiora quidem corporis membra, uſque ad humeros, habuiſſe tauri, reliqua vero hominis. Huic autem monſtro ad hoſpitandum dicitur Dædalus conſtruxiſſe Labyrinthum, obliquos atque inexpertis inventu difficiles meatus habentem; in quo Minotaurum enu-*
tritum

(l) *Adeptus eſt regis Minoïs amicitiam.*] Sic tamen ut Minos eum apud ſe detinuerit invitum. Οὐκ ἀκήκοας, inquit Socrates apud Xenophontem lib. IV Apomnem. ὅτι Δαίδαλος ληφθεὶς ὑπὸ Μίνω, διὰ τὴν σοφίαν ἠναγκάζετο ἐκείνῳ δουλεύειν, καὶ τῆς πατρίδος ἅμα καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐστερήθη, καὶ μεταχειρῶν ἀποδιδράσκειν μετ' υἱοῦ, τόν τε παῖδα ἀπώλεσε, καὶ αὐτὸς οὐκ ἠδυνήθη σωθῆναι, ἀλλ' ἀπενεχθεὶς εἰς τοὺς βαρβάρους, πάλιν ἐκεῖ ἐδούλευε; *Non audiviſti quod Dædalus à Minoë detentus, coactus eſt ei ob ſapientiam ſervire, patria pariter & libertate carens; quodque cum filio aufugere parans, puerum amiſit, neque ipſe potuit ſervari, ſed ad barbaros delatus, iterum ibi ſervivit?* Ita ſane Dædalum juſſu Minoïs labyrinthum facientem introducit Ovidius VIII *Metamorph. verſu* 157. Contra quàm Hyginus, qui *fabula* XL innuit Dædalum in gratiam Paſiphaës non modo conſtruxiſſe ligneam vaccam in qua illa cum amato tauro concumberet, verum etiam inextricabilem domum in qua Minotaurum occultatum concluderet.

(m) *Paſiphaë inſaniente amore tauri.*] Servius ad VIII Æneidos: *Taurus notarius Minoïs fuit, quem Paſiphae amavit, cum quo in domo Dædali concubuit; & quia geminos peperit, unum de Minoe, alium de Tauro, enixa eſſe Minotaurum dicitur.* Fuſius aliquanto eadem fere narrat Palæphatus: quem adi.

(n) *Minotaurum perhibent ſuperiora corporis membra uſque ad humeros habuiſſe tauri, reliqua vero hominis.*] *Minotaurum peperit, capite bubulo, parte inferiore humana,* Hyginus fabula XL. Vide quoque fuſius de tota re loquentem Palæphatum. Apollodorus lib. III de Deorum origine: Ἡ Πασιφάη ἐγέννησεν Ἀστέριον τὸν κληθέντα Μινώταυρον· οὗτος εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός: *Paſiphae genuit Aſterium, cognomento Minotaurum; qui vultum tauri habuit, cætera viri.*

ἐξ Ἀθηνῶν ἀποστελλομένους ζʹ κούρους καὶ κόρας ζʹ καταφαγεῖν, περὶ ὧν προειρήκαμεν. τὸν δὲ Δαίδαλον, πυθόμενον τὴν ἀπειλὴν τοῦ Μίνω διὰ τὴν κατασκευὴν τῆς βοὸς, φασὶ φοβηθέντα τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως, ἐκ τῆς Κρήτης ἐκπλεῦσαι, συνεργούσης τῆς Πασιφάης, καὶ πλοῖον δούσης πρὸς τὸν ἔκπλουν. μετὰ δὲ τούτου τὸν υἱὸν Ἴκαρον φυγόντα κατενεχθῆναι πρός τινα νῆσον πελαγίαν, πρὸς ἣν τὸν Ἴκαρον παραβόλως ἀποβαίνοντα, πεσεῖν εἰς θάλατταν, καὶ τελευτῆσαι· ἀφ' οὗ καὶ τὸ πέλαγος Ἰκάριον ὀνομασθῆναι, καὶ τὴν νῆσον Ἰκαρίαν κληθῆναι. τὸν δὲ Δαίδαλον ἐκ τῆς νήσου ταύτης ἐκπλεύσαντα, κατενεχθῆναι τῆς Σικελίας πρὸς χώραν ἧς βασιλεύοντα Κώκαλον ἀναλαβεῖν τὸν Δαίδαλον, καὶ διὰ τὴν εὐφυΐαν καὶ δόξαν ποιήσασθαι φίλον ἐπὶ πλεῖον. τινὲς δὲ μυθολογοῦσι, κατὰ τὴν Κρήτην ἔτι Δαιδάλου διατρίβοντος, καὶ ὑπὸ τῆς Πασιφάης κρυπταζομένου, Μίνωα μὲν τὸν βασιλέα, βουλόμενον τιμωρήσασθαι τὸν Δαίδαλον, καὶ μὴ δυνάμενον εὑρεῖν, τά τε πλοῖα πάντα τὰ κατὰ τὴν νῆσον ἐρευνᾶν, καὶ χρημάτων πλῆθος ἐπαγγείλασθαι δώσειν τῷ τὸν Δαίδαλον ἀνευρόντι. ἐνταῦθα τὸν Δαίδαλον ἀπογνόντα τὸν διὰ τῶν πλοίων δρασμὸν κατασκευάσαι παραδόξως πτέρυγας πεφιλοτεχνημένας, καὶ διὰ κηροῦ θαυμαστῶς ἠσκημένας. ἐπιθέντα δὲ ταύτας τῷ τε τοῦ υἱοῦ σώματι καὶ τῷ ἑαυτοῦ, παραδόξως ἐκπετασθῆναι, καὶ διαδρᾶσαι τὸ πελάγιον τῆς Κρήτης πέλαγος. καὶ τὸν μὲν Ἴκαρον διὰ τὴν νεότητα μετέωρον τὴν πτῆσιν ποιούμενον, πεσεῖν εἰς τὸ πέλαγος, τακέντος διὰ τὸν ἥλιον τοῦ συνέχοντος τὰς πτέρυγας κηροῦ· αὐτὸν δὲ παρὰ τὴν θάλατταν πετόμενον, καὶ παρ' ἕκαστον τέγγοντα τὰς πτέρυγας, διασωθῆναι παραδόξως εἰς τὴν Σικελίαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων εἰ καὶ παράδοξός ἐστιν ὁ μῦθος, ὅμως ἐκρίναμεν μὴ παραλιπεῖν αὐτόν. Δαίδαλος δὲ παρὰ τῷ Κωκάλῳ καὶ τοῖς Σικανοῖς διέτριψε πλείω χρόνον, θαυμαζόμενος ἐν τῇ κατὰ τὴν τέχνην ὑπερβολῇ. κατεσκεύασε δ' ἐν τῇ

tritum devoraſſe ferunt Athenis miſſos ſeptem pueros, totidemque puellas. Dædalus igitur certior factus Minoëm atrociter ei ob vaccæ fabricam minitari, metuens Regis iram, exceſſit Creta; opem (o) *ferente Paſiphaë, navemque ad fugam exhibente. Fugæ comes erat Icarus; cum quo ad inſulam quandam, in alto pelago ſitam, defertur. In quam, dum temere exſcenſum parat Icarus, in mare delapſus interiit: à quo & Icarium pelagus & Icaria inſula nomen accepere. Tum relicta Dædalus inſula tranſmiſit in Siciliam, delatusque eſt in illum inſulæ tractum ubi Cocalus regnabat. Is Dædalum benigne ſuſceptum, ingenio & celebritate viri adductus, arcto præter cæteros amore complexus eſt. Alii,vero aliter contexunt fabulam. Hærentem adhuc in Creta Dædalum atque à Paſiphaë occultatum, cùm diu ad ſupplicium quæſiviſſet Minos, nec tamen inveniret, omnia navigia per univerſam inſulam perſcrutatus eſt, promiſitque ſe magnas opes daturum ei qui Dædalum inveniret indicaretque. Ibi tum Dædalus, præciſa omni ſpe navalis fugæ, mira prorſus atque artificioſiſſima ratione cera compactas alas ſuo filiique corpori adaptavit, quibus ſubito evolans, vicinum mare Creticum ſuperavit. Quum vero Icarus præ juvenili quadam exultantia ſublimius ferretur, decidit in mare ſubjectum; cera, quæ pennas continebat, Sole liquefacta; at pater ejus, qui demiſſius volabat & alas inter volandum ſubinde humectabat, incolumis pervenit in Siciliam. Hæc* (p) *ego non judicavi prætereunda, ut ut fabula videatur inſolens aliquid in ſe continere. Dædalus porro apud Cocalum & Sicanos plurimum temporis exegit, ob artis excellentiam apud omnes in magna habitus admiratione. Exſtruxit autem & in hac ipſa inſula opera*

(o) *Opem ferente Paſiphaë, navemque ad fugam exhibente.*] Hyginus fabula XL: *Minos Dædalum in cuſtodiam conjecit: at Paſiphae eum vinculis liberavit. Itaque Dædalus pennas ſibi & Icaro filio ſuo fecit & accommodavit, & inde avolarunt. Icarus altius volans, à Sole cera calefacta, decidit in mare, quod ex eo Icarium pelagus eſt appellatum. Dædalus pervolavit ad regem Cocalum in Siciliam. Alii dicunt quod Theſeus, cùm Minotaurum occidit, Dædalum Athenas in patriam ſuam reduxit.* Ovidius VIII *Metamorph. verſ.* 183, multis deſcribit novam volandi rationem à Dædalo inventam; quam totam fabellam Palæphatus refert ad velificandi artem. Vide quoque *Tzetzen Chiliade* XII, *hiſt.* 409.

(p) *Hæc ego non judicavi prætereunda, ut ut fabula inſolens aliquid in ſe continere videatur.*] Fortaſſe Diodorus exiſtimavit ſubeſſe huic fabellæ ſimile quid ei, quod ſe in ea videre credidit Lucianus de Aſtrologia: Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον, ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη, δοκέω γε μὴν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης, ἀλλά οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο, καὶ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ κατηγήσατο. Ἴκαρος δὲ νεότητι καὶ ἀτασθαλίῃ χρεόμενος καὶ οὐκ ἐοικότα διζήμενος, ἀλλ' ἐς πόλον ἀερθεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείης καὶ παντὸς ἀποσφάλη τοῦ λόγου, καὶ ἐς πέλαγος κατηνέχθη, ἀβύσσων πρηγμάτων. Τὸν Ἕλληνες ἄλλως μυθολογέουσι, καὶ κόλπον ἐπ' αὐτοῦ ἐν τῇ δὲ τῇ θαλάσσῃ Ἰκάριον εἰκῇ καλέουσι. Τάχα δὲ καὶ ἡ Πασιφάη παρὰ Δαιδάλου ἀκούσασα ταύρου τε πέρι, τοῦ ἐν τοῖς ἄστροισι φαινομένου, καὶ αὐτῆς ἀστρολογίης, ἐς ἔρωτα τοῦ λόγου ἀπίκετο. Ὅθεν νομίζουσιν ὅτι Δαίδαλός μιν τῷ ταύρῳ ἐνύμφευσεν: *Dædalum Athenienſem, licet nova ſit narratio, non arbitror alienum fuiſſe ab Aſtrologia, ſed & ipſe ea maxime uſus eſt, eamque docuit filium. At*

τῇ νήσῳ ταύτῃ τινὰ τῶν ἔργων ἃ μέχρι τοῦ νῦν διαμένει. πλησίον μὲν γὰρ τῆς Μεγαρίδος φιλοτέχνως ἐποίησε τὴν ὀνομαζομένην Κολυμβήθραν, ἐξ ἧς μέγας ποταμὸς εἰς τὴν πλησίον θάλατταν ἐξερεύγεται καλούμενος Ἀλαβών. κατὰ δὲ τὴν νῦν Ἀκραγαντίνην ἐν τῷ Καμικῷ καλουμένην, πόλιν ἐπὶ πέτρας οὖσαν πασῶν ὀχυρωτάτην κατεσκεύασε, καὶ παντελῶς ἐκ βίας ἀνάλωτον, στενὴν γὰρ καὶ σκολιὰν τὴν ἀνάβασιν αὐτῆς φιλοτεχνήσας, ἐποίησε δύνασθαι διὰ γ' ἢ δ' ἀνθρώπων φυλάττεσθαι. διόπερ ὁ Κώκαλος ἐν ταύτῃ ποιήσας τὰ βασίλεια, καὶ τὰ χρήματα καταθέμενος, ἀνάλωτον ἔχειν αὐτὴν διὰ τὴν ἐπίνοιαν τοῦ τεχνίτου. τρίτον δὲ σπήλαιον κατὰ τὴν Σελινουντίαν χώραν κατεσκεύασεν, ἐν ᾧ τὴν ἀτμίδα τοῦ κατ' αὐτὴν πυρὸς οὕτως εὐστόχως ἐξέλαβεν, ὥς τε διὰ τὴν μαλακότητα τῆς θερμασίας ἐξιδροῦν λεληθότως, καὶ κατὰ μικρὸν τοὺς ἐνδιατρίβοντας μετὰ τέρψεως θεραπεύειν τὰ σώματα, μηδὲν παρενοχλουμένους ὑπὸ τῆς θερμότητος. κατὰ δὲ τὸν Ἔρυκα πέτρας οὔσης ἀποτόμου εἰς ὕψος ἐξαίσιον, καὶ τῆς κατὰ τὸν ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης στενοχωρίας ἀναγκαζούσης ἐπὶ τὸ τῆς πέτρας ἀπόκρημνον ποιῆσαι τὴν οἰκοδομίαν, κατεσκεύασεν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κρημνοῦ τεῖχος, προβιβάσας παραδόξως τὸ ὑπερκείμενον τοῦ κρημνοῦ. χρυσοῦν τε κηρίον τῇ Ἀφροδίτῃ ἐρυκίνῃ φασὶν αὐτὸν φιλοτεχνῆσαι περιττῶς εἰργασμένον, καὶ τῷ κατ' ἀλήθειαν κηρίῳ ἀπαρεγχειρήτως ὡμοιωμένον. ἄλλα τε πολλά φασιν αὐτὸν φιλοτεχνῆσαι κατὰ τὴν Σικελίαν, ἃ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου διέφθαρται. Μίνως δὲ ὁ τῶν Κρητῶν βασιλεὺς θαλαττοκρατῶν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, καὶ πυθόμενος τὴν Δαιδάλου φυγὴν εἰς τὴν Σικελίαν, ἔγνω στρατεύειν ἐπ' αὐτήν. παρασκευασάμενος δὲ δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον, ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Κρήτης, καὶ κατῆρε τῆς Ἀκραγαντίνης εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου Μινῴαν καλουμένην. ἀποβιβάσας δὲ τὴν δύναμιν, καὶ πέμψας ἀγγέλους πρὸς Κώκαλον τὸν βασιλέα, ἐξῄτει τὸν Δαίδαλον εἰς τιμωρίαν. ὁ δὲ Κώκαλος εἰς σύλλογον προσκαλεσάμενος, καὶ πάντα ποιήσειν ἐπαγγειλάμενος, ἐπὶ τὰ ξένια παρέλαβε τὸν Μίνωα. λουομένου δ' αὐτοῦ, Κώκαλος μὲν παρακατασχὼν πλείω χρόνον ἐν τῷ θερμῷ τὸν Μίνωα διέφθειρε, καὶ τὸ σῶμα ἀπέδωκε τοῖς Κρησί, πρόφασιν ἐνεγκὼν τοῦ θανάτου διότι κατὰ τὸν λουτρῶνα ὀλισθήσας καὶ πεσὼν εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ, ἐτελεύτησε.

ra quædam uſque ad hanc noſtram ætatem permanentia. Nam in territorio Megaridis artificioſiſſime fecit Colymbethram, ex qua ingens fluvius, dictus Alabon, in mare ſe profundit. Juxta Agrigentinam, nunc in Camico vocatam, petræ impoſuit urbem munitiſſimam ac nulla vi expugnabilem, ſiquidem ad cuſtodiam arcti obliquique aſcenſus nonniſi trium quatuorve hominum præſidio erat opus. Quapropter in ea quoque rupe Cocalus exſtruxit regiam, opesque ſuas ibi repoſitas per hanc artificis ſolertiam tutas conſervavit. Tertio ſpelæum in regione Selinuntiorum conſtruxit, in quo vaporem ignis ſubterranei tam dextre excepit, ut tenero calore ſudor ſenſim eliceretur, aliquantiſperque inibi demorantium corpora paullatim cum quadam voluptate curarentur, ſine ulla nimii fervoris moleſtia. Præterea, cùm petra Erycis nimium excelſa & confragoſa eſſet, cùmque nimia circa templum Veneris anguſtia nonniſi in præcipitiis ædificare permitteret, muro circum præcipitia ducto, mire ſummam rupis aream ampliavit. Ferunt etiam eum Veneri Erycinæ feciſſe favum aureum eximie fabricatum, ac vero favo uſque adeo ſimilem, ut extra omnem imitationis aleam poſitus videretur. Ajunt denique eum & alia multa ſolertiſſime fabricaſſe, quæ temporis injuria miſere nunc vexata ſunt aut penitus everſa. At Minos, Cretenſium rex, imperium maris tunc temporis exercens, cognita Dædali in Siciliam fuga, decrevit inferre bellum Siciliæ: coactisque inſignibus copiis navalibus, appulit ad eam Agrigentini tractus oram, quæ ab eo Minoa nuncupatur. Ubi ſuas in terram copias exponens, nuntiosque ad Cocalum regem mittens, Dædalum pertinacius ad pœnam flagitavit. Cocalus invitans Minoëm ad colloquium atque omnia facturum promittens, non deſtitit eum hoſpitalibus officiis demulcere: quumque balneum Minos ingrederetur, Cocalus (q) eum nimis diu in calido loco detentum perdidit, & cadaver Cretenſibus reddidit: hanc neci rationem obtendens, quod ipſe inter lavandum prolapſus incidiſſet in aquas calentes, mortemque oppetiſſet.

Pleraque

Icarus juventutem ſtoliditatemque in conſilium adhibens, neque conſentanea explorans, ſed mente in ipſum polum evectus, excidit à vero atque ab omni recta ratione aberravit, delatusque eſt in mare, immerſus abyſſo negotiorum. De hoc Græci aliter fabulantur; ac ſinum in hoc mari ab ejus nomine inconſulte vocant Icarium. Fortaſſe quoque Paſiphaë audiens Dædalum de Tauro inter ſidera conſpicuo ipſaque Aſtrologia diſſerentem, in amorem diſciplinæ inciderit; atque inde opinati ſunt homines, Dædalum eam copulaſſe cum tauro.

(q) *Cocalus Minoëm nimis diu in calido loco detentum perdidit.*] *Minos, quòd Dædali opera multa ſibi incommoda acciderant, in Siciliam eſt eum perſecutus: petiitque à rege Cocalo, ut ſibi redderetur. Cui cum Cocalus promiſiſſet, & Dædalus reſciſſet, ab Regis filiabus auxilium petiit. Illæ Minoëm occiderunt*, Hyginus fab. XLIV. Pauſanias quoque lib. VII vult filias Cocali fuiſſe necis hujus auctores: locum integrum adſcribam, quoniam is totam fere Dædali vitam breviter complectitur. *Dædalus, cum Athenis ortum traxiſſet*

Pleraque horum aliter aliquanto refert Servius circa initium ſexti Æneïdos: ubi tamen multum variat illuſtris viri Nicolai Heinſii codex manuſcriptus. *Dædali pater vocatus eſt Epulemus, mater ejus Caſimene: ipſe autem ſapientiſſimus artifex fuit; nec non & nepos ejus ſimiliter Anemulus. Poſtea invenit iſte artem per ſe petras ſecare, quam nullus prius ſciebat: unde cœpit avunculus exercere invidiam contra eum, ſtatuitque eum in altitudinem magni ſaxi, ac præcipitabat illum in mortem, & fugit in Cretam, ubi rex Minos regnavit cum conjuge ejus Paſiphaë. Filius eorum Androgeus; filia Ariadne. Ipſa Paſiphae filia Solis erat. Perrexit filius eorum Androgeus in Græciam Athenam civitatem, ubi theatrum quaſi ſpectaculum ludi pugnæque datur, vincebatque omnes in ſua ſapientia & virtute; ideoque invidebant illi. Eo autem volente reverti in ſua, inſinuaverunt ei viam pravam inter ſerpentes & taurum cui ignis refulſit ex ore & oculis, ſtatim percuſſus eſt. Hoc audito, pater venit cum magno exercitu ſuper eos: depopulavit illos ac humiliavit nimis in vindicta filii ſui, & conſtituit ut per ſeptem annos in unoquoque anno, cum forte delegiſſent ſeptem homines, ac ſibi tranſmitterent ad puniendum. Contigit ut fors cecidiſſet ſuper filium regis Egei, qui dicebatur Theſeus, ſtatimque tranſmiſſus eſt*, &c.

In Electridis inſulis, quæ ſitæ ſunt in ſinu maris Adriatici, duas ſtatuas jacere ferunt ad priſcam elaboratas formam: earum una eſt ſtannea, altera vero ænea. Putantur à Dædalo fabricatæ, in memoriam rerum geſtarum iis temporibus, quibus ipſe Minoëm fugiens ad hæc loca appulit. Inſulas ipſas Eridanum amnem profudiſſe tradunt. In has igitur inſulas Dædalum perveniſſe ajunt, iiſque occupatis imaginem ſuam ſtatuiſſe in una, Icari filii in alia: tandem vero Græcis, qui Argos pulſi reliquerant, adnavigantibus, Dædalum aufugiſſe, atque in Icarum inſulam abiiſſe: *Ariſtoteles de Mirabilibus auſcultationibus*. Meminit harum ſtatuarum etiam Stephanus de Urbibus, in Ἠλεκτρίδαι νῆσοι.

Τῆς Λιβύης πᾶσα αὕτη ἡ χώρα ὀνομαστοτάτη καὶ ἱερωτάτη. ἐπὶ δὲ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς ἄκρας ἔπεστι βωμὸς μέγας Ποσειδῶνος· ἐν δὲ τῷ βωμῷ εἰσὶ γεγραμμένοι ἀνδριάντες, λέοντες, δελφῖνες. Δαίδαλον δέ φασι ποιῆσαι, Scylax in Periplo.

Ἄρτεμις μονογισσηνὴ, ἵδρυμα Δαιδάλου, Stephanus de Urbibus, in Μονόγισσα.

Memnonis Auroræ filii ſtatua loquens eſt ex nigro lapide fabricata. φασὶ ξυμβεβηκέναι τὼ πόδε ἄμφω, κατὰ τὴν ἀγαλματοποιίαν τὴν ἐπὶ Δαιδάλου: *Ajunt ambobus pedibus junctim factam, juxta ſtatuariam quæ fuit Dædali ætate*, Philoſtrâtus de vita Apollonii libro ſexto, cap. 3.

Dædali labyrinthum deſcribit Ovidius VIII *Metamorph. verſ.* 159. Plinius lib. XXXVI, cap. 13, poſtquam nonnihil dixit de labyrinthis Ægypti, quos *portentoſiſſimum humani ingenii opus* vocat, inter alia & hæc addit: *Hinc utique ſumpſiſſe Dædalum exemplar ejus labyrinthi, quem fecit in Creta, non eſt dubium, ſed centeſimam tantùm portionem ejus imitatum, quæ itinerum ambages occurſusque ac recurſus inexplicabiles continet*, &c. vide totum caput. Diodorus Siculus *libro primo*: Ægyptius rex Mendes, quem nonnulli Marum vocant, ſepulcrum Labyrinthi nomine ſibi conſtruxit, non tam mole admirandum, quàm artificio inimitabile. Sunt qui Dædalum quoque in Ægyptum ferunt delatum, demiratumque operum illic ſollertiam, Minoï Cretenſium regi Labyrinthum ad exemplar Ægyptii fabricaſſe. Cæterum Cretenſis ille, vel à regum aliquo deſtructus, vel temporis longinquitate vitiatus intercidit, cùm Ægyptius ad noſtra uſque tempora ſtructuram omnem conſervet integram. *Idem ibidem*, aliquanto poſt: Sacer-

traxiſſet è regia ſtirpe Metionidum, non magis artis præſtantia, quàm erroribus & variis caſibus apud omnes homines inclaruit. Occiſo enim ſororis filio, quum probe ſciret quam patriis legibus noxam promeritus eſſet, ultro in Cretam ad Minoëm confugit; ubi & Regi ipſi ac filiabus ejus multa fecit ſimulacra, ſicuti & Homerus in Iliade tradidit. Criminis autem à Minoë condemnatus & in carcerem una cum filio conjectus, effugit è Creta; atque in Inycum, Siciliæ urbem, evaſit ad regem Cocalum, & Siculis occaſionem belli præbuit adverſus Cretas, quod Cocalus recuſabat tradere Dædalum, quem ſibi Minos tradi volebat. Ac tanti quoque ob artem fecerunt eum filiæ Cocali, ut mulieres in gratiam Dædali auſæ quoque ſint inter ſe conſilia de nece Minoïs agitare. Qua vero arte ſuſtulerint Minoëm filiæ Cocali, docent Scholia in Pindari Nemea Ode IV: Ὁ Δαίδαλος ἐκ Κρήτης εἰς Σικελίαν ἀφικόμενος πρὸς Κώκαλον βασιλεύοντα τοῦ Καμικοῦ, ἔπεισε τὰς θυγατέρας Κωκάλου διὰ τῆς ὀροφῆς ποιῆσαι κατάῤῥουν, δι' οὗ ἐκχυθὲν θερμὸν ὕδωρ ἐπιχυθῆναι τῷ Μίνῳ λουομένῳ· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπόλωλεν ὁ Μίνως: *Dædalus è Creta in Siciliam deveniens ad Cocalum regem Camici, auctor fuit filiabus Cocali ut per ſummam tecti contignationem facerent deſtillatorium, per quod aqua fervens effuſa ferretur ſuper Minoëm lavantem: atque ita periit Minos.* Fuſius aliquanto narrat hæc Zenobius Centuriæ IV Proverbio 92, in Αἴσωνα τὸν Πελίαν.

dotes Ægyptiorum è ſacris quoque commentariis referunt Dædalum, perplexas ambages labyrinthi à Mendete primum exſtructi, imitatum. Eandem quoque eſſe proportionem veterum in Ægypto ſtatuarum, & à Dædalo in Græcia effictarum. Pulcherrimumque in Memphi propylæum Vulcani Dædalum architectatum eſſe, tantæ apud illos exiſtimationis, ut ſtatuam ei ligneam, ipſius manu fabricatam, in eodem templo collocaverint; eumque tandem, ob ingenii ſollertiam & ſummam in rebus inveniendis efficiendiſque dexteritatem ad divinos honores extulerint: etenim in una earum quæ ad Memphim ſunt inſularum extare adhuc Dædali fanum, ab indigenis religioſe cultum.

Cretes Dianam religioſiſſime venerantur, Britomarten gentiliter nominantes, quod ſermone noſtro ſonat Virginem dulcem. Ædem numinis, præterquam nudus veſtigia, nullus licito ingreditur. Ea ædes oſtentat manus Dædali, Solinus cap. XI.

Sella compactilis, Dædali opus. Δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ Δαιδάλου ποίημα, Pauſanias libro primo, pag. 48, 34.

Herculis è ligno ſimulacrum Dædalus fecit in Meſſeniæ & Arcadum confinio: *Pauſanias libro octavo, pag.* 511, 14.

Antiphemus Omphace, Sicanorum urbe, direpta, ſimulacrum à Dædalo fabricatum Gelam deportavit: *Idem ibidem, pag.* 529, 50.

Trophonii ſimulacrum à Dædalo fabricatum: *Idem ibid. pag.* 603, 18.

Πλῆξαι, πατάξαι ἐκ χειρὸς πλήξαντα καὶ πληγῆναι εἰκόνα ξυλίνην· ὁ Δαίδαλος χαριστήριον τῆς Ἰκάρου ταφῆς: Heſychius.

Ἡρακλῆς προσχὼν νήσῳ Δολίχῃ, τὸ Ἰκάρου σῶμα ἰδὼν τοῖς αἰγιαλοῖς προσφερόμενον ἔθαψε· καὶ τὴν νῆσον ἀντὶ Δολίχης Ἰκαρίαν ἐκάλεσεν. ἀντὶ τούτου Δαίδαλος ἐν Πίσῃ εἰκόνα παραπλησίαν κατεσκεύασεν Ἡρακλεῖ, ἣν νυκτὸς ἀγνοήσας Ἡρακλῆς λίθῳ βαλὼν, ὡς ἔμπνουν ἔπληξε: *Hercules ad inſulam Dolichen appellens, videns corpus Icari ad littora delatum, ſepelivit: & inſulam, nomine mutato, Icariam vocavit. Hujus beneficii gratia Dædalus in picea fecit Herculi ſimillimam imaginem, quam de nocte ignarus Hercules jacto lapide ut vivam percuſſit*, Apollodorus lib. II de Deorum origine. Hujus Herculei ſimulacri meminit etiam Pauſanias *libro nono, pag.* 558, 49. Alterius nudi Herculis ſimulacri, à Dædalo è ligno exſculpti, meminit quoque Pauſanias *lib. ſecundo, pag.* 92, 45.

Iolaus, poſt conſtitutam in Sardinia coloniam, advocavit ad ſe Dædalum è Sicilia, inſulamque plurimis magnificæ ſubſtructionis operibus exornari curavit, quæ etiamnum hodie perdurant, & de nomine Architecti Dædalea (Δαιδάλεια) vocantur. Vide *Diodorum Siculum lib.* IV, *pag.* 345. An Dædalus comitem ſe præbuerit Ariſtæo colonos in Sardiniam deducenti, vide *Pauſaniam lib.* X, *pag.* 639, 3.

Dædalus condidit templum Apollinis Capuæ pro felici fuga è Creta: vide *Silium Italicum lib.* XII, *verſ.* 102. Auſonius Edyllio X, verſ. 301:

> *Non hoc ſpernat opus Gortynius aliger, arcis*
> *Conditor Euboicæ: caſus quem fingere in auro*
> *Conantem Icarios, patrii pepulere dolores.*

Virgilius libro VI Æneid. verſ. 14:

> *Dædalus (ut fama eſt) fugiens Minoïa regna*, &c.

Vide locum, qui valde illuſtrat præcedentia Auſonii verba.

Dædalus eadem fuit ætate, qua Thebis regnavit Oedipus: *Pauſanias libro decimo, pag.* 639, 8.

Dædali filius Japyx condidit Japygas, Martianus Capella libro VI; Strabo libro VI, pag. 279. Vide quoque *Euſtathium ad verſ.* 379 *Dionyſii* τῆς περιηγήσεως.

Endæus Athenienſis, Dædali diſcipulus; qui Dædalum ob cædem Cali fugientem, ſecutus eſt in Cretam: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 47, 34.

Scyllidem & Dipœnum ajunt fuiſſe Dædali diſcipulos. Sunt qui Dædalum velint uxorem duxiſſe Gortyni filiam, atque ei Dipœnum ac Scyllim ex hac muliere genitos: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 111, 8.

Learchum Rheginum, quidam Dipœni & Scyllidis, alii vero ipſius Dædali diſcipulum fuiſſe ajunt: *Pauſanias libro tertio, pag.* 194, 15.

Onatam Æginetam nulli eorum poſtponimus qui ex Attica Dædali officina prodierunt: *Pauſanias libro quinto, pag.* 339, 21.

Venerem lavantem ſeſe, Dædalum ſtantem vel *adſtantem, fecit Polycharmus*, Plinius libro XXXVI, cap. 5.

Dædalidæ, Cecropidis tribus. Δαιδαλίδαι, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς, Stephanus. Vide Meurſium *de Atticæ populis, in* ΔΑΙΔΑΛΙΔΑΙ.

Δαιδάλεια feſtum celebrabatur Platæis, ſicut alibi Olympia, Pythia, &c. Vide *Menandrum Rhetorem, capite* πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδευμάτων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Tota illius

feſti

feſti pompa impendebatur ligno pulchre expolito erectoque in honorem Dædali, optime de toto genere humano meriti; atque adeo à nomine Artificis illum ipſum quoque ſtipitem Dædalum appellaverunt. Heſychius, emendante Jo. Meurſio: Δαίδαλον πῆγμα, καὶ τὸ κοσμούμενον ἀπὸ πλαγιῶν ξύλον.

DÆDALUS ALTER, STATUARIUS.

Timonis & filii ejus imaginem fecit Dædalus Sicyonius, qui victis prælio Laconibus trophæum Eleis in Alti erectum elaboravit: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 346, 32.

Effigiem Ariſtodemi fecit Dædalus Sicyonius, qui fuit Patroclis diſcipulus & eodem patre natus: *Idem ibidem*, *pag.* 347, 41.

Eupolemi Elei imaginem idem Sicyonius Dædalus elaboravit: *Idem ibid. pag.* 348, 3.

Narycidam Damareti filium palæſtritam Sicyonius Dædalus fecit: *Idem ibidem*, *pag.* 354, 5.

Victoriam & Arcadis imaginem Sicyonius Dædalus fabricavit: *Pauſanias lib. decim. pag.* 625, 11.

Fortaſſe & hic ipſe Sicyonius eſt idem ille de quo Plinius lib. XXXIV, cap. 8: *Dædalus & ipſe inter fictores laudatus, pueros duos diſtringentes ſe fecit.* Niſi forte putes hoc opus fuiſſe illius Dædali, cujus Jupiter Stratius viſebatur Nicomediæ. Euſtathius ad Dionyſii τῆς περιηγήσεως verſum 796: Ἀῤῥιανὸς δημιουργόν τινα ἱστορεῖ παρὰ Βιθυνοῖς, Δαίδαλον καλούμενον, οὗ ἔργον ἐν Νικομηδείᾳ ὑπῆρχε θαυμαστὸν ἄγαλμα Στρατίου Διός: *Arrianus opificem aliquem apud Bithynos fuiſſe narrat, Dædalum nomine, cujus opus in Nicomedia fuerit admirabile ſimulacrum Jovis exercituum præſidis.*

DÆMON, STATUARIUS.

Daïphron, & *Democritus*, & *Dæmon* recenſentur inter Artifices qui optime repræſentabant Philoſophos: vide *Plinium lib.* XXXIV, *cap.* 8.

DÆTONDAS, STATUARIUS.

Theotimus, athleta Eleus; opus Dætondæ Sicyonii: *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 375, 45.

DÆTRIANUS, ARCHITECTUS.

Ita pro *Detrianus* reſtituit Salmaſius apud Spartianum. Vide quæ dicimus infra in DEMETRIANUS.

DAHIPPUS, STATUARIUS.

Dahippus fecit Perixyomenon, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

DAIMACHUS, MECHANICUS.

Scripſit πολιορκητικῶν ὑπομνημάτων libros 35. Meminit Stephanus de Urbibus, in Λακεδαίμων.

DAIPHRON, STATUARIUS.

Daïphron & Democritus & Dæmon fecerunt Philoſophos, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

DAIPPUS, STATUARIUS.

Callonem Daïppus fecit: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 366, 5. Et mox *ibidem*, *pagina* 374, 12: Aſamonis, pugilis Elei, ſimulacrum Daippus fecit.

DALMATÆ.

Dalmaticæ tunicæ. Vide Salmaſium in Tertullianum *de Pallio*, pagg. 28 & 29.

DAMASIPPUS.

Damaſippus mercando permutandoque veteres ſtatuas atque alias id genus elegantias, rem olim facere ſtudebat Romæ. Horat. lib. II, Satyra 3:

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.

Vide plura. Meminit ejuſdem Damaſippi Tullius famil. epiſtolarum VII, 23; & epiſtolarum ad Atticum XII, 32.

DAMEAS, STATUARIUS.

Dameas Clitorius recenſetur inter diſcipulos Lyſippi apud Plinium lib. XXXIV, cap. 8. Clitorius vero dicitur qui eſt ex Clitore, mediterraneo Arcadiæ oppido, cujus meminit Plinius lib. V, cap. 6. Ab hoc etiam oppido vicinus fons dicebatur Clitorius; de quo hæc habet Ovidius Metam. XV, verſ. 322:

Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit,
Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis, &c.

Plenius de hoc fonte agit Vitruvius lib. VIII, cap. 3.

DAMEAS ALTER, ITIDEM STATUARIUS.

Milonem Crotoniatem, Diotimi filium, Dameas & ipſe Crotoniates fecit: *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 369; ubi & quædam adduntur de immani athletæ iſtius robore.

DAMIAS, Statuarius.

Damias & Athenodorus ambo Arcades ex Clitore. Οὗτοι Ἀρκάδες εἰσὶν ἐκ Κλείτορος. Damias autem fecit Dianam, Neptunum, & Lyſandrum: *Pauſanias lib. decimo, pag.* 625, 40. De Clitore paullo ante egimus in Dameas Statuarius.

DAMNANEUS.

Dactylorum Idæorum unus. Vide quæ diximus in Celmis.

DAMOCRITUS.

Damocritus fuit opifex argenteorum ſcyphorum, quos olim Rhodiacos nuncupabant. Vide *Athenæum lib.* XI, *cap.* 14.

DAMOCRITUS. Vide Democritus Statuarius.

DAMOPHILUS, Plasta.

Plaſtæ laudatiſſimi fuerunt Damophilus (alii *Demophilus*) *& Gorgaſus, iidemque pictores: qui Cereris ædem Romæ ad circum maximum utroque genere artis ſuæ excoluerunt, verſibus inſcriptis Græce, quibus ſignificarunt à dextra opera Damophili eſſe, à parte læva Gorgaſi. Ante hanc ædem Tuſcanica omnia in ædibus fuiſſe, auctor eſt M. Varro; & ex hac, cùm reficeretur, cruſtas parietum exciſas, tabulis marginatis incluſas eſſe; item ſigna ex faſtigiis diſperſa*, Plinius lib. XXXV, cap. 12.

DAMOPHON, Sculptor.

In urbe Meſſeniorum memoriâ maxime dignum eſt Deûm matris è Pario lapide ſignum, Damophontis opus; qui Olympiæ etiam Jovem, ſolutis jam eboris compagibus, exactiſſime coagmentavit: quamobrem quoque habiti ſunt ei ab Eleis honores. Hujus Damophontis etiam eſt illa quæ Meſſeniis dicitur Laphria, cujus religio ſancita eſt ob hujuſmodi cauſſam. Calydonii &c. vide *Pauſaniam lib.* IV, *pag.* 275, 24. Æſculapii fanum apud Meſſenios habet plurima & ſpectatu digniſſima ſigna. Horum quæ marmorea ſunt, fecit Damophon; quem unum ego Meſſenium Artificem ſtatuarum novi, non indignum cujus habeatur ratio: *Pauſanias ibidem, pag.* 276, 16. Ubi tamen Δημοφῶν ſcribitur.

Apud Ægienſes in Lucinæ fano eſt ſignum è ligno, opus Damophontis Meſſenii. Neque longe ab hoc fano Lucinæ eſt ſacra Æſculapio area, in qua ſunt Hygiæ atque ipſius Æſculapii ſigna. Jambi in ipſa baſi inciſi indicant opus eſſe Damophontis Meſſenii: *Pauſanias lib.* VII, *pag* 443, 31 & 43.

Simulacra Mercurii & Veneris è ligno Damophon fecit: vide *Pauſaniam libro* VIII, *pag.* 507, 4.

Signa Cereris & Heræ, cum ſolio cui inſident, nec non ſcabello quod ſubjacet pedibus ex uno lapide fecit Damophon: *Idem ibidem, pag.* 515, 6.

DANAUS, Naupegus.

Danaus putatur primus feciſſe navem: *Scholiaſtes Apollonii Rhodii ad verſum 4 libri primi Argonaut. Strabo lib.* 1, *pag.* 23.

DANGO. Vide Tancho.

DANIEL.

Daniel, excavandorum atque ornandorum marmorum Artifex: vide *Caſſiodor. Variarum* III, 19.

DAPHNIS, Architectus.

Daphnis Mileſius & Peonius Epheſius ædem Apollini inſtituerunt Ionicis ſymmetriis Mileti: *Vitruvius in Præfat. libri ſeptimi.* Vide *Cl. Salmaſium Plinianarum exercitat. pag.* 814.

DARDANUS, Magus.

Ab hoc inſigni magicarum artium Doctore potentiſſimis portentoſiſſimisque artibus *Dardaniarum* nomen olim inditum fuiſſe conſtat ex Columellæ lib. X:

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,
Dardaniæ veniant artes. - - -

Quamobrem quoque inter Magos illuſtriores & quos auditu ſaltem cognitos habemus, præter cæteros emicuiſſe putandus eſt Ardanus, cujus commentariorum Magicorum diligenti lectione longe doctiſſimus memoratur evaſiſſe Democritus. *Plenumque miraculi & hoc*, inquit Plinius lib. XXX, cap. 1, *pariter utraſque artes effloruiſſe, Medicinam dico, Magicenque: eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illuſtrantibus, circa Peloponneſiacum Græciæ bellum, quod geſtum eſt à* CCC *urbis noſtræ anno.* Eundem hunc Dardanum refert quoque inter celebriores variarum ætatum gentiumque Magos Apulejus in Apologia: *Ego*, inquit, *ille ſim Phrynondas, vel Damigeron, vel is Moſes, vel Jannes, vel Apollonius, vel ipſe Dardanus, vel quicunque alius poſt Zoroaſtrem & Hoſtanem inter magos celebratus eſt.*

DAR-

DARSANIA.

Darſania, urbs Indica, texendi arte celebris. Stephanus de Urbibus: Δαρσανία, πόλις Ἰνδική, ἐν ᾗ ἀνθήμερον ἱμάτιον ἱστουργοῦσι γυναῖκες, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῃ.

DECIUS, STATUARIUS.

Plinius lib. XXXIV, cap. 7, poſtquam egit de Charete Lindio, illo Lyſippi diſcipulo qui Solis coloſſum Rhodi fecerat, addit porro: *Habent in Capitolio admirationem & capita duo quæ P. Lentulus Conſul dicavit, alterum à Charete ſupra dicto factum: alterum fecit Decius, comparatione in tantum victus, ut artificium minime probabilis artificis videatur.*

DECIUS SEGULIUS ALEXA. Vide ALEXA, AURIFEX.

DELAS.

Æs conflare & temperare, Ariſtoteles Lydum Scythen monſtraſſe; Theophraſtus Delam (alii *Deltam*) *Phrygem putat*, Plinius lib. VII, 56.

Deliacum æs diu obtinuit principatum. *Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit*, inquit Plinius lib. XXXIV, cap. 2, *mercatus in Delo concelebrante toto orbe, & ideo cura officinis tricliniorum*, &c.

Deliaca triclinia, Deliaci lecti, Plinius lib. XXXIII, cap. 11.

Deliaca vaſa plurimis in locis cum Corinthiis jungit Cicero. *Domus referta Corinthiis & Deliacis: in quibus eſt authepſa illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt, ut, qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum vænire arbitrarentur*, pro Sexto Roſcio Amerino. *Dico te multam Deliacam ſupellectilem, plurima vaſa Corinthia Syracuſis exportaſſe*, libro II in Verrem. *Nego in Sicilia tota ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuiſſe, quin quæſierit, quin inſpexerit*, in ipſo ſtatim initio libri quarti in Verrem.

DELIADES, STATUARIUS.

Plinius *libro* XXXIV, *cap.* 8, refert hunc Deliadem inter Artifices æqualitate quidem celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.

DELTAS. Vide DELAS.

DEMADES, NAUPEGUS.

Demades Orator Athenienſis partibus Macedonum addictior, eoque Demoſtheni in omnibus adverſus, nautæ filius fuit, & ipſe quoque Naupegus, antequam ſe totum addixiſſet reipublicæ: vide *Suidam in* Δημάδης.

DEMETRIANUS, ARCHITECTUS.

Adrianus Imp. ædem Bonæ deæ tranſtulit; & coloſſum ſtantem atque ſuſpenſum, per Detrianum architectum, de eo loco in quo nunc templum urbis eſt ingenti molimine, ita ut operi etiam XXIIII *elephantes exhiberet*, Ælius Spartianus in Adriano. Ubi tamen ſuſpicatur Caſaubonus legendum *Demetrianum* vel *Dextrianum*; Salmaſius *Dætrianum* vel *Dextrianum*. Per tranſlationem ædis hoc in loco intellige, non communem illam, qua ſubſtructiones alibi dirutas rurſus erigebant; ſed totas ædes nihil laxata fabricæ compage, machinis quibuſdam de loco in locum transferebant. Ita quoque Tiberio imperante quidam Architectus maximam porticum, jacentem & inclinatam, lana & centonibus circumdatam (credo, ne machinarum artificium oculis notari poſſet) funibus & machinis, multorumque hominum manibus admotis, in priſtinum reſtituit firmam & rectam. Quod Tiberio aliiſque omnibus miraculo fuit: etſi Imp. invidia motus, ne nomen quidem tanti Artificis Actis publicis inſeri ſit paſſus.

DEMETRIUS, ARGENTARIUS FABER.

Δημήτριος ἀργυροκόπος, ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, Actor. Apoſt. cap. XIX: 24.

DEMETRIUS, REX.

Demetrius rex, qui Poliorcetis nomine gaudebat, fuit Mechanicus eximius: vide *Plutarchi vitas parallelas, in Demetrius.*

DEMETRIUS, ARCHITECTUS.

Primùm ædes Epheſiæ Dianæ, Ionico genere ab Cteſiphonte Gnoſio & filio ejus Metagene eſt inſtituta: quam poſtea Demetrius, ipſius Dianæ ſervus, & Peonius Epheſius dicuntur perfeciſſe, Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.

DEMETRIUS, PICTOR.

Demetrius cognomento γραφικὸς, qui apertiſſimus erat in diſſerendo, ipſe quoque fuit Pictor: *Laertius libro quinto, in Demetrio.*

DEMETRIUS, STATUARIUS.

Demetrius fecit Lyſimachen, quæ ſacerdos Minervæ fuit; annis ſexaginta quatuor.

K Idem

Idem & Minervam, quæ Muſica appellatur; quoniam dracones in Gorgone ejus ad ictus citharæ tinnitu reſonant. Idem equitem Sarmenem, qui primus de equitatu ſcripſit, Plinius libro XXXIV, cap. 8. Demetrius Alopecenſis fecit æneam Pelichi ſtatuam; *Lucianus in Philopſeude.* Demetrii quoque Statuarii meminit Laërtius *libro quinto, in Demetrio. Ad veritatem*, inquit Quintilianus libro XII, cap. 10, *Lyſippum & Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant: nam Demetrius, tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quàm pulchritudinis amantior.*

De equo æneo dedicato in Cereris Eleuſiniæ templo (quod erat in Ceramico) à Simone, qui de re equeſtri ſcripſit, vide opus Meurſii *de Ceramico gemino, cap.* 15. In vulgatis editionibus dicitur Sarmenes qui primus de equitatu ſcripſit: De Simone rerum equeſtrium peritiſſimo vide Picturam Veterum, pag. 150.

DEMOCRATES. Vide DINOCRATES.

Vide quoque *Gruteri Inſcript.* CLXXXVI, 2; & CIƆXX, 9.

DEMOCRITUS, STATUARIUS.

Democritus, Daiphron, & Dæmon fecerunt Philoſophos, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Democriti Sicyonii meminit Pauſanias *libro ſexto, pag.* 347, 43; quem tamen ibidem mox Damocritum vocat.

DEMONICUS.

Demonicon Salmaſius à Muciano vocatum putat Artificem qui fecit ſimulacrum Dianæ Epheſiæ. Vide *Salmaſium Plinianarum exercitationum pag.* 816.

DEMODICE.

Hæc Heraclidi in Cymæorum politia dicitur Ἑρμοδίκη. Sed omnino videtur Δημοδίκη reponendum ex loco Pollucis *libro* IX, *cap.* 6: ubi integrum locum ita legit & ſupplet Voſſianus optimæ notæ codex manuſcriptus: Τάχα δ' ἂν τις φιλότιμον εἶναι νομίζοι καὶ τ' ἐπὶ τῷ νομισμα λογον ἐπιζητεῖν, εἴτε Φείδων πρῶτος ὁ Ἀργεῖος ἔγραψε νομισμα, εἴτε Δημοδίκη ἡ Κυμαία συνοικήσασα Μίδα τῷ Φρυγὶ, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνονος Κυμαίων βασιλέως. εἴτε Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος, καὶ Λύκος Λυκίοις. εἴτε Λυδοὶ, καθά φησι Ξενοφάνης. εἴτε Νάξιοι κατὰ τὴν Ἀγλωσθένους δόξαν. οὐ γὰρ ἀξιώσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι πολυπραγμονεῖν εἰ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφὼ τῷ νομίσματι ἐνεχαράξαντο. Χῖοι δὲ Ὅμηρον. Γαστὶς δὲ παῖδα δελφῖνι ἐποχούμενον. Δαρδανεῖς δὲ ἀλεκτρυόνων μάχην. Ἀσπένδιοι πελαργούς· καὶ Ῥηγῖνοι μὲν λαγών· Κεφαλλῆνες ἵππον· Θάσιοι δὲ Περσέα· Αἰγῖναι δὲ μυῦν. ἔτι γὰρ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ βιβλίου ἡ πολυπραγμοσύνη· καὶ ἄλλως ἤδη τὰ τοιαῦτα ἐστιν συνειλεγμένα· ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κροίσειοι στατῆρες, καὶ Φιλίππειοι, καὶ Δαρεικοὶ, καὶ τὸ Βερενίκιον νόμισμα, καὶ Ἀλεξάνδρειον, καὶ Πτολεμαϊκὸν, καὶ Δημαρέτιον, ὧν τὰς ἐπωνυμίας γνωρίζουσιν πάντες, &c. Hunc locum aliquanto fuſius, quàm res poſtulabat, tranſcripſi, ut erudito lectori qualemcunque guſtum inſignis Manuſcripti exhiberem. Miſere interim in emendando iſthoc loco ſemet ipſum torquet Cl. Salmaſius *de Uſuris, pag.* 423.

DEMOPHILUS. Vide DAMOPHILUS.

DEMOPHILUS, PICTOR.

Demophilus Himeræus putatur docuiſſe Zeuxin: vide *Plinium lib.* XXXV, *cap.* 9.

DEMOPHILUS, ARCHITECTUS.

Demophilus præcepta ſymmetriarum conſcripſit: *Vitruvius in Proœmio libri* VII.

DEMOPHON, AURI FABER.

Anthol. Epigramm. lib. VI, titulo ult. ΦΙΛΙΠΠΟΥ:

Αὐλὸν καμινευτῆρα τὸν φιλήνεμον,
Ῥίνην τε πολύχρυσον ὀνυχοδάκτυρα,
Καὶ τὸν δίχηλον καρκίνον πυραγρέτην,
Πτωκὸς πόδας τε τοὺς λαιψανηλόγους,
Ὁ χρυσοτέκτων Δημοφῶν Κυλλήνιῳ
Ἔθηκε, γήρᾳ κανθὸν ὀζοφούμενος.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Hanc in camino flabra amantem tibiam,
Aurique edacem morſibus limam ſuis,
Igniſque rapidas ungulas cancri duas,
Pedeſque leporis colligendas ad ſcobes,
Hæc fuſor auri Demophon Cyllenio,
Oculos ſenecta jam tenebreſcens, dicat.

DEMOPHON. Vide DAMOPHON, STATUARIUS.

DEMOSTHENES.

Demoſthenes, gladiorum faber, Pæanienſis; cujus filius Demoſthenes orator. Δημοσθένης, μαχαιροποιός, παιανιεύς· οὗ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, &c. vide Suidam.

DETRIANUS. Vide DEMETRIANUS.

DEXIPHANES, ARCHITECTUS.

Dexiphanes Cyprius Architectus, Cleopatra ſumptum ſuggerente, Pharum ſtruxit, *Tzetzes Chiliade* XI, *Hiſt.* 33; *& Chiliade* V, *Hiſt.* 44. Antonius cum Cleopatra, Alexandriæ & Ægypti regina, inito conſilio, Dexiophane Mechanico ei operi præfecto, magna hominum manu immenſiſque ſumptibus fretum quod urbem Alexandrinam & Pharum inſulam interfluebat, quatuor millium latitudine, ingeſta materia ſiccavit, effecitque ut veluti per continentem liber eſſet ex urbe tranſitus in Pharum: vide *Cedrenum*. Omnino quoque vide Chronicum Alexandrinum ad Olympiadem CLXXXVII.

DEXTRIANUS. Vide DEMETRIANUS.

DIADES, MECHANICUS.

Diades & Chereas, qui cum Alexandro militarunt, à Polyido Theſſalo doctrinam bellicarum machinarum receperunt. Itaque Diades ſcriptis ſuis oſtendit ſe inveniſſe Turres ambulatorias, quas etiam diſſolutas in exercitu circumferre ſolebat: præterea Terebram & aſcendentem machinam, qua ad murum plano pede tranſitus eſſe poſſet, & etiam Corvum demolitorem, quem nonnulli Gruem appellant. Non minus utebatur Ariete ſubrotato, cujus rationem ſcriptam reliquit, &c. Vide *Vitruv. lib.* X, *cap.* 18.

DIBUTADES, FIGULUS.

Terra fingere & argilla ſimilitudines, Dibutades figulus primus invenit Corinthi filiæ opera; quæ capta amore juvenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit: quibus pater ejus impreſſa argilla typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratum igni propoſuit; eumque ſervatum in Nymphæo, donec Corinthum Mummius everteret, tradunt, Plinius lib. XXXV, cap. 12. Et paullo poſt, *Dibutadis inventum eſt rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere*, &c. Vide ſis quæ ſupra diximus in CORINTHIA VIRGO; & in CRATO PICTOR.

DIDA, VASCULARIUS.

P. CLODIUS DIDA, VASCULARIUS, Inſcript. Gruteri, DCXLIII, 5.

DIDYMAON.

Didymaon, inſignis clypeorum Artifex. Vide *Virgilium* V *Æneid. verſu* 359.

DINIAS, PICTOR.

De hujus Diniæ antiquitate agit Plinius lib. XXXV, cap. 8. Integrum Plinii locum vide ſupra in CIMON CLEONÆUS.

DINIAS, ARTIFEX.

Ab hoc Dinia quoddam poculi genus fabricatum, quod ab Artifice δῖνος vel δεινιάς nuncupabatur. Vide *Euſtathium ad verſ.* 259 *Iliad.* Τ. Non pauca etiam de hoc poculi genere habet Athenæus lib. X, cap. 5. Δεῖνος, εἶδος ἐκπώματος, Heſychius.

DINOCHARES, ARCHITECTUS.

Jure laudetur in litore Ægyptii maris Alexandria, à Magno Alexandro condita, in Africæ parte ab oſtio Canopico XII *millia paſſuum juxta Mareotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur. Metatus eſt eam Dinochares architectus, pluribus modis memorabili ingenio*, &c. Plinius lib. VII nat. Hiſt. cap. 10. Atque hic eſt idem ille Architectus, qui Plinio aliiſque Scriptoribus paſſim dicitur *Dinocrates*: de quo mox. Meminit etiam Dinocharis hujus Auſonius in Moſella:

Conditor hic forſan fuerit Ptolemaïdos aulæ
Dinochares, quadro cubi in faſtigia cono
Surgit, & ipſa ſuas conſumit Pyramis umbras.
Juſſus ob inceſti qui quondam fœdus amoris,
Arſinoën Pharii ſuſpendit in aëre templi:
Spirat enim tecti teſtudine Corus Achates,
Afflictamque trahit ferrato crine puellam.

Plinius lib. XXXIV, cap. 14, ubi agit de Magnete: *Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arſinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo ſimulacrum ejus in ferro pendere in aëre videretur. Interceſſit mors & ipſius & Ptolemæi.* Simile magnetis miraculum habet Claudianus Epigr. 14. Multa interim quæ hunc Auſonii locum illuſtrent, habet Salmaſius *Plinianarum exercit. pagg.* 818 & 819.

K 2 O

ὁ μάγνης λίθος σιδήρῳ ψυχὴν δίδωσιν πλησίον γινομένῳ· καὶ ὁ βαρύτατος ἀνακουφίζεται σίδηρος, προσδραμὼν τῷ μαγνήτῃ λίθῳ, Porphyrius lib. IV de Abſtinentia.

DINOCRATES, Architectus.

Dinocrates architectus cogitationibus & ſolertia fretus, cùm Alexander rerum potiretur, profectus eſt à Macedonia ad exercitum, Regiæ cupidus commendationis. Is è patria à propinquis & amicis tulit ad primos ordines & purpuratos literas, ut aditus haberet faciliores: ab eiſque exceptus humane, petiit uti quàm primùm ad Alexandrum perduceretur. Cùm polliciti eſſent, tardiores fuerunt, idoneum tempus exſpectantes. Itaque Dinocrates ab iis ſe exiſtimans illudi, ab ſe petiit præſidium. Erat enim ampliſſima ſtatura, facie grata, forma dignitateque ſumma. His igitur naturæ muneribus confiſus, veſtimenta poſuit in hoſpitio, & oleo corpus perunxit, caputque coronavit populea fronde, lævum humerum pelle leonina texit, dextraque clavam tenens inceſſit contrà tribunal Regis jus dicentis. Novitas populum cùm avertiſſet, conſpexit eum Alexander, & admirans juſſit ei locum dari ut accederet, interrogavitque quis eſſet? At ille: Dinocrates, inquit, architectus Macedo, qui ad te cogitationes & formas affero dignas tua claritate. Namque Atho montem formavi in ſtatuæ virilis figuram, cujus manu læva deſignavi civitatis ampliſſimæ mœnia; dextra pateram, quæ exciperet omnium fluminum, quæ ſunt in eo monte, aquam, ut inde in mare profunderetur. Delectatus Alexander ratione formæ, ſtatim quæſivit, ſi eſſent agri circa, qui poſſent frumentaria ratione eam civitatem tueri. Cùm inveniſſet non poſſe, niſi tranſmarinis ſubvectionibus: Dinocrates, inquit, attendo egregiam formæ compoſitionem, & ea delector: ſed animadverto, ſi quis deduxerit eo loci coloniam, fore ut judicium ejus vituperetur. Ut enim natus infans ſine nutricis lacte non poteſt ali, neque ad vitæ creſcentis gradus perduci: ſic civitas, ſine agris & eorum fructibus in mœnibus affluentibus, non poteſt creſcere; nec ſine abundantia cibi frequentiam habere, populumque ſine copia tueri. Itaque, quemadmodum formationem puto probandam, ſic judico locum improbandum: teque volo eſſe mecum, quod tua opera ſum uſurus. Ex eo Dinocrates ab Rege non diſceſſit, & in Ægyptum eſt eum proſecutus. Ibi Alexander cùm animadvertiſſet portum naturaliter tutum, emporium egregium, campos circa totam Ægyptum frumentarios, immanis fluminis Nili magnas utilitates, juſſit eum ſuo nomine civitatem Alexandriam conſtituere. Itaque Dinocrates à facie dignitateque corporis commendatus, ad eam nobilitatem pervenit, Vitruvius in proœmio libri ſecundi. *Cum rex Alexander urbem in Ægypto conſtituere vellet, architectus Dinocrates cùm cretam non haberet, polentaque futuræ urbis lineamenta duxiſſet, ingens avium multitudo proximo lacu emerſa polentam depaſta eſt: quod ſacerdotes Ægyptiorum interpretati ſunt, advenarum frequentiæ ſuffecturam pabulis urbem*, Val. Maximus lib. I, cap. 4, Ex. ext. I. Atque eadem ferè habet Amm. Marcellinus lib. XXII. *Dinocrates metatus Alexandro condente in Ægypto Alexandriam*, Plinius nat. Hiſt. lib. VII, cap. 37. *Metatus eſt Alexandriam Dinochares architectus, pluribus modis memorabili ingenio*, &c. Plinius V, 10; ubi ſtructuram nobiliſſimæ urbis plenius exequitur. Apollonius Rhodius ſcripſit κτίσιν Ἀλεξανδρείας. Meminit Scholiaſtes in Nicandri Θηριακά. *Alexandriam & operis ipſius magnitudo & auctor Macedo nobilitant; quam metatus Dinocrates architectus, ſecundum poſt conditorem locum inter memorabilia ſortitus eſt. Condita autem Alexandria eſt duodecima centeſimaque Olympiade, L. Papirio Spurio Spurii filio, C. Pætilio Caji filio Coſs. haud longe ab oſtio Nili fluminis, quod Heracleoticon alii, alii Canopicon appellant*, Solinus cap. 35. ὁ Ἀλέξανδρος οὐδὲ τὴν τοῦ ἀρχιτέκτονος τόλμαν ἠνέσχετο ὑποσχομένου τὴν Ἄθω εἰκόνα ποιήσειν αὐτοῦ, καὶ μετακοσμήσειν τὸ ὄρος ἐς ὁμοιότητα τοῦ βασιλέως· ἀλλὰ κόλακα εὐθὺς ἐπιγνοὺς τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἔτ' οὐδ' ἐς τὰ ἄλλα ὁμοίως ἐχρῆτο: *Alexander neque architecti illius audaciam ferrè potuit, pollicentis ſe montem Atho ad ejus imaginem effecturum, montemque ipſum in ſimilitudinem Regis transformaturum; ſed ſtatim averſatus eſt hominem adulationis manifeſtum, neque amplius eo, ut ſolebat, uti voluit ad res gerendas*, Lucianus de Conſcribenda hiſt. Item pro Imaginibus. Timæus hiſtoricus apud Strabonem lib. XIV tradit Chiromocratem ſtruxiſſe Dianæ Epheſiæ templum, cui etiam tribuit Alexandriæ ædificationem. Eundem quoque ait promiſiſſe Alexandro, velle ſe Atho montem ita ad ipſius ſimilitudinem effingere, ut tanquam libans è gutto quodam effunderet in pateram fluvium, qui ex urbium una (duas enim ſe facturum, unam ad dextram, alteram ad ſiniſtram montis) in alteram laberetur. Hic Architectus nominatur Staſicrates apud Plutarchum in Alexandri vita. Ac plenius etiam de eodem agit idem Plutarchus *Serm. II de fortuna vel virtute M. Alexandri*. Staſicrates quoque dictus eſt Tzetzi. Vide quæ annotamus in Stasicrates. Diocles Rheginus vocatur Euſtathio in Iliad. Ξ. Verba Euſtathii vide in Diocles. Cleomenes ædificavit Alexandriam: *Juſtinus libro* XIII, *cap.* 4. Vectigalibus Africæ Ægyptique Alexander præfecit Cleomenem: *Q. Curtius lib.*

lib. IV, *cap.* 8. *Epheſus in Aſia urbs clariſſima eſt. Epheſo decus templum Dianæ, Amazonum fabrica, adeo magnificum, ut Xerxes, cùm omnia Aſiatica templa igni daret, huic uni pepercerit. Sed hæc Xerxis clementia ſacras ædes non diu à malo vindicavit: namque Heroſtratus, ut nomen memoria ſceleris extenderet, incendium nobilis fabricæ manu ſua ſtruxit, ſicut ipſe faſſus eſt, voto adipiſcendæ famæ latioris. Id templum cùm poſtmodum ad cultum auguſtiorem Epheſii reformarent, faber operi Dinocrates præfuit; quem Alexandri juſſu Alexandriam jam in Ægypto metatum, ſupra expoſuimus*, Solinus cap. 43. Templum Dianæ Epheſiæ primus architectatus eſt *Cherſiphron*, &c. Vide *Strabonem lib.* XIV, ubi quoque diſces alios quoque ſcripſiſſe *Chiromocrates* vel *Chirocrates*. Paſſim enim in hujus Architecti nomine plurimum variant Scriptores: vide *Salmaſii Plinianas exerc. pag.* 812 *& ſeqq.*

DINOMEDES, Statuarius.

Nonageſima quinta Olympiade floruere Naucydes, Dinomedes, Canachus, Patrocles, Plinius XXXIV, 8.

DINOMENES, Statuarius.

Dinomenes fecit Proteſilaum & Pythodorum luctatorem, Plinius nat. Hiſt. lib. XXXIV, cap. 8. Io Inachi & Calliſto Lycaonis filiam fecit Dinomenes: *Pauſanias libro primo, pag.* 44, 34. Beſantidem Pæonum reginam, quòd infantem nigrum peperiſſet, Dinomenes arte ſua poſterorum memoriæ tradidit. Βησαντίδα τὴν Παιόνων βασίλισσαν, ὅτι παιδίον μέλαν ἐκύησε, Δεινομένης διὰ τῆς ἑαυτοῦ τέχνης μνημονεύεσθαι παρεσκεύασεν, Tatiani Orat. ad Græcos. Dinomenes fecit Priapum. Anthologia Græcorum Epigramm. libro IV, titulo 12, in Deorum Dearumque imagines:

Αὐτοῦ ἐφ' αἱμασιαῖσι τὸν ἀγρυπνοῦντα Πρίηπον
 Ἔστησεν λαχάνων Δεινομένης φύλακα.
Ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι, φὼρ ἔμβλεπε. τοῦτο δ' ἐρωτᾷς
 Τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; τῶν ὀλίγων.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Hortus hic abſque ullo ne ſit cuſtode, Priapum
Dinomenes poſuit me ſua ſepta ſuper.
Adſpice, fur, quanta tentigine rumpar. Et iſtud
Ob tam pauca olera hæc? dicis. Ob hæc olera.

DINON, Statuarius.

Dinonem inter Polycleti diſcipulos recenſet Plinius *lib.* XXXIV, *cap.* 8.

DIOCLES, Architectus.

Diocles Rheginus is eſt, qui aliis *Dinocrates*. Euſtathius ad verſum 229 Iliados Ξ, Romanæ editionis pag. 980: Διοκλῆ φασὶ τὸν Ῥήγινον ἀρχιτέκτονα ἐπαγγείλασθαι Ἀλεξάνδρῳ διαγλύψαι τὸν Ἄθω τύπον καὶ κατασκευάσαι ἀνδριάντα αὐτοῦ· θατέρᾳ μὲν χειρὶ μυρίανδρον πόλιν κατέχοντα. θατέρᾳ δὲ ποταμὸν περιϊέμενον, ὡς δοκεῖν τοῖς παραπλέουσιν ὅτι σπένδει. Hæc eadem fere cum iis quæ ſupra ex Vitruvio attulimus in Dinocrates.

DIOCLIDES, Mechanicus.

Dioclidem Abderitem omnes mirantur ob helepolin machinam, quam muro civitatis Rhodiorum Demetrius admoverat: ita Moſchion. Timæus autem, ob rogum exſtructum Dionyſio Siciliæ tyranno. Hieronymus, ob fabricam harmamaxæ qua corpus Alexandri deferri contigit. Polycletus, ob lucernam quam Perſæ fabricatus eſt. Hæc omnia habet Athenæus *lib.* V, *cap.* 9.

DIODORUS, Cælator.

Anthologia libro IV, cap. 12:

Τὸν Σάτυρον Διόδωρος ἐκοίμισεν, οὐκ ἐτόρευσεν.
 Ἢν νύξῃς, ἐγερεῖς. ἄργυρος ὕπνον ἔχει.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Sopierat Satyrum, non ſculpſerat hic Diodorus.
Argentum dormit. Punge, vigil facies.

Simile eſt illud Plinii libro XXXIII, cap. 12: *Stratonicus Satyrum in phiala gravatum ſomno collocaviſſe verius, quàm cælaſſe dictus eſt.*

DIODORUS, Pictor.

Anthologia libro II, cap. 19:

Εἰκόνα Μηνοδότου γράψας Διόδωρος ἔθηκε,
 Πλὴν τοῦ Μηνοδότου πᾶσιν ὁμοιοτάτην.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Pingere Menodotum voluit Diodorus: at illa
Omnes, Menodotum præter, imago refert.

DIODOTUS, Statuarius.

Hujus putatur fuiſſe Nemeſis illa, quæ juxta quoſdam Agoracriti Parii opus erat. Vide quæ de hac ſtatua ex Strabone retulimus in Agoracritus.

DIOGENES, Pictor.

Diogenes pictor non ignobilis, qui cum Demetrio rege vixit, Plinius libro xxxv, cap. 11.

DIOGENES, Statuarius.

Agrippæ Pantheon decoravit Diogenes Athenienſis, & Caryatides in columnis templi ejus probantur inter pauca operum; ſicut in faſtigio poſita ſigna, ſed propter altitudinem loci minus celebrata, Plinius lib. xxxvi, cap. 5.

DIOGNETUS.

Diognetus & Beton itinerum Alexandri Magni menſores: *Plinius lib.* vi, *cap.* 17.

DIOGNETUS, Pictor.

Diognetus Antoninum Imperatorem docuit pingere: *Julius Capitolinus.* Ubi vide quàm diverſa de hoc Diogneto in notis ad Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores ſentiant Caſaubonus & Salmaſius.

DIOGNETUS, Architectus.

Diognetus ſuit Rhodius architectus, & ei de publico quotannis certa merces pro arte tribuebatur ad honorem. Eo tempore quidam architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cùm veniſſet, acroaſin fecit exemplumque protulit muri, & ſupra id machinam in carcheſio verſatili conſtituit, qua helepolin ad mœnia accedentem corripuit & tranſtulit intra murum. Hoc exemplar Rhodii cùm vidiſſent, admirati ademerunt Diogneto quod fuerat ei quotannis conſtitutum, & eum honorem ad Calliam tranſtulerunt. Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes eſt appellatus, contra Rhodum bellum comparando Epimachum Athenienſem nobilem architectum ſecum adduxit. Is autem comparavit helepolin ſumptibus immanibus laboreque ſummo, cujus altitudo ſuerat pedum 125, latitudo pedum 60. Ita etiam ciliciis & coriis crudis confirmavit, ut poſſet pati plagam lapidis baliſtæ immiſſi pondo 360. Ipſa autem machina fuerat millia pondo 360. Cùm autem Callias rogaretur à Rhodiis, ut contra eam helepolin machinam pararet, & illam (ut pollicitus erat) transferret intra murum; negavit poſſe. Non enim omnia eiſdem rationibus agi poſſunt: ſed ſunt aliqua, quæ exemplaribus non magnis ſimiliter magna facta habent effectus; alia autem exemplaria non poſſunt habere, ſed per ſe conſtituuntur; nonnulla vero ſunt, quæ in exemplaribus videntur veriſimilia, cùm autem creſcere cœperunt, dilabuntur: ut etiam poſſumus hinc animum advertere. Terebratur terebra foramen ſemidigitale, digitale, ſeſquidigitale: ſi eadem ratione voluerimus palmare facere, non habet explicationem: ſemipedale autem majus, ne cogitandum quidem videtur omnino. Sic item, quemadmodum in nonnullis parvis exemplaribus factum apparet, in non valde magnis fieri poſſe videtur; non tamen eodem modo in majoribus id conſequi poteſt. Hæc cùm animadvertiſſent Rhodii eadem ratione decepti, qui injuriam cum contumelia Diogneto fecerant, poſteaquam viderant hoſtem pertinaciter infeſtum & machinationem ad capiendam urbem comparatam, periculum ſervitutis metuentes, & nil niſi civitatis vaſtitatem exſpectandam, procubuerunt Diognetum rogantes ut auxiliaretur patriæ. Is primo negavit ſe facturum; ſed poſteaquam ingenuæ virgines & ephebi cum ſacerdotibus venerunt ad deprecandum, tunc eſt pollicitus his legibus, uti, ſi eam machinam cepiſſet, ſua eſſet. His ita conſtitutis, qua machina acceſſura erat, ea regione murum pertudit, & juſſit omnes publice & privatim, quod quiſque habuiſſet aquæ, ſtercoris, luti, per eam feneſtram per canales effundere ante murum. Quum ibi magna vis aquæ, luti, ſtercoris nocte profuſa fuiſſet; poſtera die helepolis accedens, antequam appropinquaret ad murum, in humida voragine acta, conſedit, nec progredi nec regredi poſtea potuit. Demetrius itaque cùm vidiſſet ſapientia Diogneti ſe deceptum eſſe, cum claſſe ſua diſceſſit. Tunc Rhodii, Diogneti ſolertia liberati bello, publice gratias egerunt, honoribusque omnibus eum & ornamentis exornaverunt. Diognetus autem eam helepolin reduxit in urbem, & in publico collocavit, & inſcripſit: Diognetus è manubiis id populo dedit munus. Ita in repugnatoriis rebus non tantùm machinæ, ſed etiam maxime conſilia ſunt comparanda, Vitruvius libro decimo, cap. 21. Ad hunc Vitruvii locum dubio procul reſpexit Vegetius libro primo, cap. 20 ſcribens: *Cùm Rhodiorum civitas oppugnaretur ab hoſtibus, & turris ambulatoria murorum altitudinem ac turrium omnium ſuperaret, mechanici ingenio inventum eſt tale remedium. Per noctem ſub fundamento*

damento muri cuniculum fodit, & illum locum ad quem die poſtero turris fuerat promovenda, nullo hoſtium ſentiente, egeſta terra cavavit intrinſecus: & cùm rotis ſuis moles fuiſſet impulſa atque ad locum qui ſubtus cavatus fuerat perveniſſet, tanto ponderi ſolo cedente, ſubſedit; nec jungi muris aut moveri ulterius potuit. Ita & civitas liberata eſt & machina derelicta.

DIOMEDES, Cælator.

Gruteri Inſcript. dcxxxix, 11.

DIONYSICLES, Statuarius.

Dionyſicles Mileſius fecit Demetrium Tenedium luctatorem: *Pauſanias libro ſexto, pag.* 375, 9.

DIONYSIUS, Artifex.

Dionyſius Thrax Rhodi, ut ferunt, fabricatus eſt Neſtoridem, diſcipulis ejus argentum conferentibus. Uberrimam hujus poculi deſcriptionem habet Athenæus *lib.* xi, *cap.* 11. Vide quoque quæ ibidem annotat Caſaubonus.

Conſidera porro an hic ſit idem ille Dionyſius, cujus meminit Autor Etymologici magni. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. Ἰστέον ὅτι Θρᾷξ ἐλέγετο, ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, ἢ ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ Θρᾷξ ἦν. οὗτος δὲ ὁ Διονύσιος μαθητὴς ἦν τοῦ Ἀριστάρχου· καὶ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον ζωγραφήσας, ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ τὴν τραγῳδίαν ἐζωγράφει· διὰ τὸ ἀποστηθίζειν αὐτὸν πᾶσαν τὴν τραγῳδίαν: *Sciendum quòd Thrax dictus eſt, vel propter vocis aſperitatem, vel quòd vere Thrax eſſet. Hic vero Dionyſius diſcipulus erat Ariſtarchi: & præceptorem ſuum depingens, in pectore ejus pinxit tragædiam: propterea quod tragædiam omnem veluti depectoraret, h. e. nullo negotio de ſummo pectore quaſi effunderet.* Ita enim locum hunc legendum eſſe patet ex ſcholiis Georgii Chœroboſci ad Dionyſii Thracis Grammaticam.

DIONYSIUS, Pictor.

Polygnotus Thaſius & Dionyſius Colophonius duo Pictores erant. Et Polygnotus quidem magna pingebat, atque in perfectis famæ periculum faciebat: Dionyſii vero tabulæ, dempta magnitudine, Polygnoti Artem exactiſſime imitabantur, affectus, mores, ſchematis uſum, veſtium ſubtilitates, & reliqua: *Ælianus var. Hiſt. libro* iv, *cap.* 3. Utrumque etiam conjungit Ariſtoteles cap. 2 de Poëtica: Οἱ γραφεῖς, Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε: *Ex Pictoribus, Polygnotus quidem meliores, Pauſon vero deteriores, at Dionyſius ſimiles pingebat.* Plutarchus in Timoleonte: Ἡ Ἀντιμάχου ποίησις καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα, τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε· ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις, μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος πρόσεστι τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπειργάσθαι: *Antimachi poëmata & Dionyſii pictæ tabulæ, qui ambo erant Colophonii, vim vigoremque habentia, coactis tamen ac nimium elaboratis erant ſimilia: Nicomachi vero picturis carminibusque Homeri, præter multiplicem vim ac gratiam, etiam hoc ineſt, ut expedite & ſine ullo labore facta videantur.* Anthologia Græc. Epigr. cap. 23:

Κίμων ἔγραψε τὴν θύραν τὴν δεξιάν·
Τὴν δ᾽ ἐξιόντων δεξιὰν Διονύσιος.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

De foribus iſtis, dexteram pinxit Cimon:
At exeunti dexteram, Dionyſius.

DIONYSIUS alter, itidem Pictor.

Dionyſius nihil aliud quàm homines pinxit, ob id anthropographus cognominatus, Plinius libro xxxv, cap. 10. Qui & capite proxime ſequenti, poſtquam non pauca dixit de *Lala Cyzicena,* porro memorat *celeberrimos eadem ætate imaginum pictores, Sopylon & Dionyſium, quorum tabulæ pinacothecas implent.*

DIONYSIUS, Statuarius.

Plurima Dionyſii & Glauci Argivorum opera in Elide dedicavit Smicythus. Alia quoque plura referunt ab eodem Smicytho dedicata, quæ abſtulerit Nero. Opificum ipſorum Dionyſii & Glauci nullum certum tradunt magiſtrum: quo vero tempore floruerint, colligi poteſt ex ætate Smicythi ipſius. Smicythum enim Herodotus auctor eſt ſervum fuiſſe Anaxilæ Rheginorum tyranni, ac deinde quæſtorem: mortuo vero Anaxila, Tegeam migraſſe, &c. vide *Pauſaniam lib* v, *pagg.* 340 & 341. Atque inter illa quoque ſigna, quæ Neronem avexiſſe dicit Pauſanias, non male forte referas illa Dionyſii opera, quæ ſuo tempore Romæ ſpectata memorat Plinius lib. xxxvi, cap. 5: *Intra Octaviæ porticus, in æde Junonis, ipſam Deam Dionyſius & Polycles fecerunt. Aliam Venerem, eodem loco, Philiſcus. Cætera ſigna, Praxiteles. Item Polycles & Dionyſius, Timarchidis filii, fecerunt Jovem qui eſt in proxima æde.* Sed fortaſſe diverſus eſt hic

Dionyſius

Dionyſius Argivus, qui ſocium operis habuit Glaucum Argivum, ab illo Dionyſio Timarchidis filio, qui cum fratre ſuo Polycle conjungebat operas.

DIONYSODORUS, Pictor.

Dionyſodorus Colophonius, pictor non ignobilis, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

DIONYSODORUS, Statuarius.

Dionyſodorus, Critiæ diſcipulus, Plinius XXXIV, 8.

DIORES, Pictor.

Cùm culpandus non ſit medicus, qui è longinqua mala conſuetudine ægrum in meliorem traducit; quare reprehendendus ſit, qui orationem minus valentem, propter malam conſuetudinem, traducit in meliorem? Pictores Apelles & Protogenes, ſic alii artifices egregii non reprehendendi, quod conſuetudinem Myconis, Dioris, Arimnæ, & aliorum ſuperiorum non ſunt ſecuti, Varro lib VIII de L. L.

DIOSCORIDES, Scalptor.

Auguſtus Cæſar in diplomatibus libellisque & epiſtolis ſignandis uſus eſt imagine ſua, Dioſcoridis manu ſculpta, qua ſignare inſecuti quoque Principes perſeveravere: *Suetonius in Octavio Auguſto, cap.* 59. Vide quoque Plinium lib. XXXVII, cap. 1.

DIOSPOLIS.

Dioſpolis, vitri Artifex: ut Tyrus: vide *Arriani periplum maris Erythræi.*

DIPHILUS, Mechanicus.

Diphilus ſcripſit de machinationibus: vide *Vitruvium in Proœmio libri ſeptimi.*

DIPOENUS, Statuarius marmorarius.

Marmore ſcalpendo, inquit Plinius lib. XXXVI, cap. 5, *primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta inſula, etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Perſis regnare inciperet, hoc eſt, Olympiade circiter L. Ii Sicyonem ſe contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Deorum quorundam ſimulacra publice locaverant Sicyonii: quæ priuſquam abſolverentur, artifices injuriam queſti abierunt in Ætolos. Protinus Sicyonios infanda invaſit ſterilitas, mærorque dirus. Remedium petentibus, Apollo Pythius affuturum reſpondit, ſi Dipœnus & Scyllis Deorum ſimulacra perfeciſſent: quod magnis mercedibus obſequiisque impetratum eſt. Fuere autem ſimulacra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Minervæ, quod è cœlo poſtea tactum eſt.* Pergit porro Plinius cap. proxime ſequenti: *Cùm ii eſſent, jam fuerant in Chia inſula Malas ſcalptor, dein filius ejus Micciades, ac deinde nepos ejus Anthermus Chius, cujus filii Bupalus & Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuere.* Et aliquanto poſt ibidem: *Dipœni quidem Ambracia, Argos, Cleone operibus refertæ fuere. Omnes autem tantum candido marmore uſi ſunt è Paro inſula, quem lapidem cœpere lychnitem appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut auctor eſt Varro. Multis poſtea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunenſium lapidicinis.*

Corintho eunti Argos occurrit urbs non utique magna Cleone, in qua ædes Minervæ ſignum habet Scyllidis & Dipœni arte factum. Fuiſſe eos ajunt Dædali diſcipulos. Sunt qui Dædalum velint uxorem duxiſſe Gortynis filiam, è qua ſint ei hi liberi geniti: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 111, 9.

Argis erat Caſtoris & Pollucis templum: in quo ſimulacra cùm ipſorum, tum liberûm, Anaxidis & Mnaſinoï: atque eorum utriuſque matrum, Hilairæ & Phœbes; Dipœni & Scyllidis arte facta è ligno ebeni. Ipſis etiam equis major pars ex ebeno facta; reliqua, ſed exigua, ex ebore: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 125, 39.

Ἐγενέσθην καὶ ἄλλω τινὲ δύω, κρητικὼ οἶμαι ἀνδριαντοποιώ· Σκύλλης καὶ Δίποινος ὀνομαζέσθην· τούτω ἧ τὰ ἐν Ἄργει τῶν Διοσκούρων ἀγάλματα κατασκευασάτην, καὶ τὸν ἐν Τίρυνθι Ἡρακλέους ἀνδριάντα, καὶ τὸ τῆς Μυνυχίας Ἀρτέμιδος ξόανον ἐν Σικυῶνι: *Fuerunt & alii duo Cretenſes, ut arbitror, ſtatuarii: Scylles & Dipœnus nominabantur. Hi duo fecerunt ſimulacra Caſtoris & Pollucis quæ ſunt Argis, & ſtatuam Herculis quæ eſt Tirynthi, & ſtatuam Munychiæ Dianæ in Sicyone*, Clemens Alexandr. in Protreptico.

Faro fungente Imp. Theodoſio in urbe Byzantina etiamnum ſpectabatur ſimulacrum Minervæ Lindiæ ex lapide ſmaragdo, altum cubitos quatuor, opus Scyllidis & Dipœni, quod olim miſit Seſoſtris Ægyptiorum tyrannus Cleobulo Lindi tyranno: *Cedrenus.*

Tectæus & Angelion, qui Deliis ſimulacrum Apollinis fecerunt, didicerant artem à Dipœno & Scyllide: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 146, 45.

Learchum Rheginum nonnulli Dipœni & Scyllidis, alii ipſius Dædali diſcipulum fuiſſe tradunt: *Pauſanias libro tertio, pag.* 194, 14.

Doryclidas Lacedæmonius Dipœni & Scyllidis diſcipulus. Medontem quoque Lacedæmonium fratrem Doryclidæ fuiſſe perhibent, Artemque ab iiſdem didiciſſe magiſtris.

Theocles

Theocles item Lacedæmonius eoſdem quoque magiſtros habuit: *Pauſanias libro quinto, pag.* 319, 23.

Dontas Lacedæmonius Dipœni ac Scyllidis diſcipulus: *Pauſanias libro ſexto, pagina* 380, 31.

DISPOTIUS, Figulus.

Meminit ejus Caſſiodorus Var. II, 23.

DIYLLUS, Statuarius.

Diyllus & Amyclæus opifices Corinthii communi opera fecerunt ſtatuas: *Pauſanias lib.* 10, *pag.* 633, 30.

DOMITIUS ABASCANTUS.

DOMITIUS ABASCANTUS Fuſor ollarius, Inſcript. Gruteri DCXXX, 9.

DONTAS, Statuarius.

Megarenſes theſaurum Olympiæ faciundum curarunt. Signa in eo par eſt vetuſtiora fuiſſe, cùm ea fecerit Dontas Lacedæmonius, Dipœni & Scyllidis diſcipulus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 380, 31.

DORICA STRUCTURA.

Templi exædificatio Dorica eſt. Τῦ ναῦ Δώριος ἡ ἐργασία, Pauſanias lib. V, pag. 303, 57; ut & pag. 317, 38; 326, 52; lib. VI, pag. 378, 17; 390, 43; 391, 12; libro VIII, pag. 529, 5.

DOROTHEUS, Pictor.

Quæ [operum Apellis] *nobiliſſima ſint, non eſt facile dictu. Venerem exeuntem è mari Divus Auguſtus dicavit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur, verſibus Græcis tali opere, dum laudatur, victo, ſed illuſtrato. Hujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipſa injuria ceſſit in gloriam Artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu*, Plinius XXXV, 10.

DORYCLIDAS, Statuarius.

Themidis ſignum fecit Doryclidas Lacedæmonius, Dipœni & Scyllidis diſcipulus: at Minervam caſſide armatam, Medontis Lacedæmonii eſſe opus memorant: fratrem quoque hunc Doryclidæ fuiſſe, atque eoſdem magiſtros habuiſſe: *Pauſanias libro quinto, pag.* 319, 19.

DOXIUS.

Laterarias ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea ſpecus erant pro domibus. Gellio Doxius Cæli filius lutei ædificii inventor placet, exemplo ſumpto ab hirundinum nidis, Plinius lib. VII, cap. 56.

DUNSTANUS.

Beatus Dunſtanus varia mechanicæ artis induſtria inſignitus, dum ſemel in cella ſua juxta Glaſtoniam calicem quendam aurifico opere effigiaret, affuit Sathan corporali ſpecie, varia ei immittens fantaſmata voluptatum: quod Dunſtanus in ſpiritu comperiens, forcipibus ſuis ignitis naſum dæmonis comprehendit & tenuit, donec dæmone ululante factum hoc convicaneis innoteſceret, Chronicon Johannis Bromton, col. 878, lin. 64.

DURIS.

Duris (Δῦρις) Samænam primus invenit: *Apoſtolius in* Σαμίων δῆμος.

L EACLIS.

E.

EACLIS. Vide Æclis.

EACUS. Vide Æacus.

EBER. Vide Heber.

ECHION, Pictor.

Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecere, ex albis melino, ex ſilaceis Attico, ex rubris ſinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus clariſſimi pictores, cùm tabulæ eorum ſingulæ oppidorum venirent opibus. Nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum ſuorum limum, & draconum & elephantorum ſaniem, nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo meliora tunc fuere, cùm minor copia. Ita eſt, quoniam, ut ſupra diximus, rerum non animi pretiis excubatur, Plinius lib. xxxv, cap. 7. Et rurſus ejuſdem libri cap. 10: *Clari* cvii *Olympiade extitere Echion & Therimachus. Echionis ſunt nobiles picturæ: Liber pater. Item Tragœdia & Comœdia. Semiramis ex ancilla adipiſcens regnum, anus lampadas præferens, & nova nupta verecundia notabilis.* Cicero de claris Oratoribus: *In pictura Zeuxim, & Polygnotum, & Timanthem, & eorum, qui non ſunt uſi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus: at in Echione, Nicomacho, Protogene, Apelle jam perfecta ſunt omnia.* Vide quoque eundem Paradoxo v.

ECHION, Statuarius.

Plinius *lib.* xxxiv, *cap.* 8, Echionem & Therimachum diſertiſſimis verbis refert inter Statuarios, ac floruiſſe tradit Olympiade centeſima ſeptima: cùm tamen (ut in proxime præcedente Echionis Pictoris mentione videre eſt) vere idem Plinius *lib.* xxxv, *cap.* 10, retulerit utrumque inter Pictores Olympiade centeſima ſeptima claros. Non tam ipſius Plinii errore, quàm librariorum oſcitantia factum puto, ut hæc verba ex uno loco transferrentur in alium.

ECTINUS. Vide Ictinus.

EETIO. Vide Aetio, Statuarius.

EGESIAS, Statuarius.

Duriora & Tuſcanicis proxima, inquit Quintilianus libro xii, cap. 10, *Calon atque Egeſias; jam minus rigida, Calamis; molliora adhuc ſupra dictis, Myron fecit.*

EGINHARDUS vel EINHARDUS, Architectus.

Eginhardus vel Einhardus, officio Notarii diu functus apud Carolum Magnum, licet corpore parvus admodum eſſet, doctrina tamen & rerum architectonicarum uſu tantus evaſit, ut ei regalium operum & ſtructurarum curam in Aquiſgranenſi palatio Carolus commiſerit, atque inde *Magni* cognomen promeruerit, quod ei à Walafrido Strabone Abbate Augienſi tribuitur in verſibus quos de EINHARDO MAGNO inſcripſit.

Nec minor eſt Magni reverentia patris habenda,
Beſaleël fabrè primùm qui percipit omne
Artificum præcautus opus. Sic denique ſummus
Ipſe legens infirma Deus, ſic fortia temnit.
Magnorum quis enim majora receperat unquam,
Quam radiare brevi nimium miramur homullo?

Sæcularibus Palatio negotiis adhuc occupabatur, cùm Fontanellæ Abbatiam ab Imp. Ludovico regendam accepit, eamque per ſeptem tenuit annos: ſed eam demum, ut & ipſum quoque Palatium dereliquit: atque in cœnobium ſuum Mulenheim (quod poſtea mutato nomine Selingſtadienſe dictum eſt) ſe recepit: tumulumque in baſilica ſua Selingſtadienſi accepit cum ſequenti epitaphio, quod ei Rhabanus Archiepiſcopus Moguntiacenſis ipſe poſuit:

Te precor, qui hoc templum ingrederis, ne noſcere ſpernas,
Quid locus hic habeat, quidque tenens moneat.
Conditus ecce jacet tumulo vir nobilis iſto,
Einhardus nomen cui genitor dederat.
Ingenio hic prudens, probus actu, atque ore facundus
Extitit, ac multis arte fuit utilis.

Quem

Quem Carolus Princeps propria nutrivit in aula,
Per quem & confecit multa ſatis opera, &c.

ELADAS, STATUARIUS.

Eladas Argivus, præceptor Phidiæ. Schol. in Ariſtophanis Ranas: Μελίτη δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ ἐμυήθη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια· ἔστι δὲ καὶ ἐκεῖ Ἡρακλέους ἐπιφανέστατον ἱερὸν ἀλεξικάκου. τὸ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἄγαλμα ἔργον Ἐλάδου τοῦ Ἀργείου, τοῦ διδασκάλου Φειδίου· ἡ δὲ ἵδρυσις ἐγένετο κατὰ τὸν μέγαν λοιμόν· ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων: *Melite eſt tribus Atticæ, in qua inſtituit Hercules parva myſteria; atque ibi quoque eſt nobiliſſimum Herculis templum averruncantis mala. Signum vero Herculis opus eſt Eladæ Argivi, præceptoris Phidiæ. Poſita vero eſt hæc ſtatua circa tempora magnæ luis, quando etiam ceſſavit morbus, plurimis jam mortalibus proſtratis.* Tzetzi *Eladas* iſte dicitur *Geladas*.

ELIAB. Vide AHOLIAB.

ELIGIUS, AURIFEX.

Eligius Aurifex probatiſſimus: *Aimoinus de geſtis Francorum, lib.* IV, *cap.* 16.

ELOTAS. Vide LUDIUS ELOTAS.

EMILUS, STATUARIUS.

Emilus Ægineta ſedentes fecit in ſoliis Horas: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 319, 17.

EMPEDOCLES

Empedocles Acragantinus non omnino videtur expers fuiſſe Plaſtices: victoriam enim in Olympico certamine adeptus equis, quum Pythagoricus eſſet, ac proinde ab animatis abſtinendum ſibi duceret, bovem è myrrha, thure, aliiſque aromatibus pretioſis effictum diſtribuit iis, qui ad ſolemnem hunc totius Græciæ conventum confluxerant: *Athenæus Deipnoſoph. lib.* I, *cap.* 3; item *Euſtathius ad verſ.* 8 *Iliad.* Γ, *edition. Romanæ pag.* 1454, 21. Laertius tamen lib. VIII, in Empedocle, quemadmodum & Philoſtratus de vita Apollonii lib. primo, cap. 1, bovem hunc ex melle & farina confectum tradunt.

ENDIUS, STATUARIUS.

Aleæ Minervæ ſignum poſitum Romæ in aditu ejus fori, quod ab Auguſto dedicatum eſt. Signum id ex ebore totum. Endius opus fecit: *Pauſanias libro octavo, pag.* 530, 19.

ENDOEUS, STATUARIUS.

Endœus patria fuit Athenienſis, Dædali diſcipulus; qui Dædalum, ob Caſi cædem fugientem, ſecutus eſt in Cretam. Hic fecit Minervam ſedentem, cui inſcriptum eſt, Calliam dedicaſſe, Endœum feciſſe: *Pauſanias lib. primo, pag.* 47, 40. Eſt Erythris ædes Polyadis Minervæ, cujus è ligno eſt ſimulacrum eximia magnitudine in ſolio ſedens, colum tenet manuum altera, capite vero geſtat gnomonem horologii. Opus hoc fuiſſe Endœi, cum aliis argumentis collegimus, tum interiore ſimulacri opere probe inſpecto, &c. *Pauſanias libro ſeptimo, pag.* 406, 20. Dictus eſt etiam *Eudyus*. Τὸ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος εἴδωλον, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, μᾶλλον γε Ἀθηλᾶς (Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτερον) οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας τὸ παλαιόν, καὶ τὸ καθήμενον, Ἔνδυς εἰργάσατο, μαθητὴς Δαιδάλου: *Dianæ Epheſiæ idolum, & Minervæ (quam Græci* Ἀθηνᾶν *vocant, alii* Ἀθηλᾶν *magis myſtice) ad hunc modum & oleaginum vetus & illam ſedentem Eudyus Dædali diſcipulus fecit*, Athenagoræ legatio pro Chriſtianis, pag. 66, C.

ENTOCHUS, STATUARIUS.

Pollio Aſinius, ut fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In iis ſunt Centauri nymphas gerentes, Archeſilæ. Theſpiades, Cleomenis: Oceanus & Jupiter, Entochi, Plinius lib. XXXVI, cap. 5.

EPEUS, STATUARIUS.

Ἐν ἀνδριαντοποιίᾳ ἤδη τιν' εἶδες, inquit Plato in Ione, ὅστις περὶ μὲν Δαιδάλου τοῦ Μητίονος, ἢ Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως, ἢ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου, ἢ ἄλλου τινὸς ἀνδριαντοποιοῦ ἑνὸς πέρι δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἃ εὖ πεποίηκεν· ἐν δὲ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνδριαντοποιῶν ἔργοις ἀπορεῖ τε καὶ νυστάζει, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴπῃ. *In arte ſtatuaria quemquamne hactenus vidiſti, qui de Dædali Metionis, aut Epei Panopei fi[lii], aut Theodori Samii, aut alterius cujuſpiam Statuarii operibus judicare poſſit quænam bene f[act]a ſint; in aliorum vero Statuariorum operibus dubitabundus hæreat ac dormitet, neque habeat quod dicat?*

Mercurii ligneum ſimulacrum, Epei opus: *Pauſanias lib. ſecundo, pag.* 119, 4.

EPEUS, FABER.

Epeus, nomen cujuſdam fabri, qui equum dureum fecit, Feſtus. Vide Qu. Smyrnæum *libro* XII, *verſu* 78 *& ſeqq.* Atque adeo hic Faber Epeus eſt idem cum iſthoc

Epeo

Epeo, quem Plato in proxime præcedente Epei mentione recenſuit inter Statuarios fama olim clariſſimos: nam ut Plato illum vocat Panopei filium, ita & hunc equi durei fabricatorem Panopeo patre genitum tradit ex Homero Pauſanias *libro ſecundo*, *pag.* 138, 53. Equi hujus duratei meminit Anthologia Græcorum Epigramm. libro primo, titulo LXX:

> Δέρκεο τὸν Τροίας δεκέτη λόχον, ὅνδε πῶλον
> Ἐυόπλων Δαναῶν ἔγκυον ἠνοχέας.
> Τεύξαιτο μὲν Ἐπειὸς, Ἀθηναίη δὲ κελεύσεν
> Ἔργον· ὑπὲρ νώτου δ' Ἑλλὰς ὅλη δύεται.
> Εἰ ῥα μάτην ἀπόλοντο πόσοι σθένος, εἰ πόθος Ἄρη
> Ἦν δόλος Ἀτρείδαις ἐσθλότερος πολέμου.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Armorum meditata decem, Trojæque nocentem*
> *Armigeræ fœtum cerne quietis equum.*
> *Inventrix operis Pallas, fabricator Epeus,*
> *In tergo vehitur Græcia tota meo.*
> *Regibus Atridis potior ſi Marte profeſſo*
> *Eſt dolus, incaſſum tot periere viri.*

Vide quoque proxime antecedens ibidem epigramma. Ad illud Virgilii libro ſecundo Æneïd. hæc habet Servius: *De hoc equo varia in hiſtoriis lecta ſunt. ut Hyginus & Tubero de hoc equo dicunt, machinamentum bellicum fuit, quod Equus appellatur, ut Aries & Teſtudo, quibus muri vel diſcuti vel ſubrui ſolent; unde eſt, Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros. Ut alii, porta, quam eis Antenor aperuit, equum habuit pictum; vel certe Antenoris domus, quo poſſet agnoſci. Aut equeſtri prælio victa eſt Troja. Aut à monte Hippio, poſt quem ſe abſconderant Græci: unde & alludit, Inſtar montis equum. Aut revera fuit quod ſequitur Virgilius.* Ita Servius. Multa de hoc Epeo habet Tzetzes in Lycophronis Caſſandram, *pag.* 150 *edit. Pauli Stephani.* Τὸ ἀρχαῖον ξόανον ἐστὶν ἐν Βραυρῶνι Ἀρτέμιδος, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική· ἵππος δὲ, ὁ καλούμενος Δούριος, ἀνάκειται χαλκοῦς. καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τὸ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν ἐς διάλυσιν τοῦ τείχους, οἶδεν ὅστις μὴ πᾶσαν ἐπιφέρει τοῖς Φρυξὶν εὐήθειαν. *In Braurone eſt priſci operis ſignum; Taurica, ut perhibent, Diana. Equus etiam Durius ibi poſitus ex ære: & quòd quidem opus hoc Epei machina fuerit ad muros disjiciendos, fatebitur quiſquis non omnem confert in Phryges ſtultitiam*, Pauſanias libro primo, pag. 41, 52. *Equum, qui nunc Aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Trojam dicunt inveniſſe*; Plinius lib. ſeptimo, cap. 56. Polygnotus pinxit Epeum nudum ſolo æquantem Trojæ muros, ſupra quos ſolum caput equi duratei prominet. *Pauſanias lib.* x, *pag.* 659, 52. Hanc vero demoliendæ urbis provinciam videri poſſunt Græcorum principes Epeo præter cæteros demandaſſe, quòd notæ hominem timiditatis putarent ſedulo curaturum, ne quod urbis inimicæ munimentum poſt ea extaret. De hac Epei timiditate vide *Euſtathium in Iliad.* ψ, *pag.* 1322 *edit. Romanæ.* Unde nata ſit fabula, Epeum ad Trojam præbuiſſe Heroibus aquam: vide *Athenæum lib.* x, *cap.* 22. Circa Metapontum ajunt Minervæ Græcæ templum extare, inque eo Epei, qui & nomen impoſuit, inſtrumenta repoſita, quæ ad equi Duratei fabricam comparârat. Minervam enim in ſomnis viſam flagitare ut hæc opera conſecraret: cumque exitus difficultate impediretur, loca implicitum enavigare non potuiſſe. Unde fanum illud Minervæ Græcæ appellatur: *Ariſtoteles in Mirabilibus auſcultationibus.*

EPHORUS, Pictor.

Ephorus Epheſius Pictor, Apellis ante Pamphilum præceptor: *Suidas in* Ἀπελλῆς.

EPIDAURUS.

Domitrix Epidaurus equorum, Virgilius III Georg. verſ. 44. Inter omnes ſane militares equos, forma & generoſitate laudabiles, videntur olim Epidauri præter cæteros emicuiſſe. Unde quoque Xenophon, Philoſophus inſignis ac ſummus equeſtrium copiarum dux, *Quique magis in decoris armis & militaribus equis*, ut loquitur Salluſtius in Catil. *quam in ſcortis atque conviviis libidinem habebat*, maximi ſemper fecit Epidaurios equos. Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων σπουδαίων, καὶ τὸ καὶ ὅπλα καλὰ ἔχειν. λέγεται οὖν ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα Ἀργολικὴν ἔχειν, τὸν δὲ θώρακα Ἀττικὸν, τὸ δὲ κράνος Βοιωτουργὲς, τὸν δὲ ἵππον Ἐπιδαύριον: *Xenophonti cum alia honeſta curæ fuerunt, tum etiam ut haberet arma pulchra. Dicitur igitur hic Grylli filius habuiſſe ſcutum Argolicum, thoracem Atticum, galeam Bœotico artificio factam, equum Epidaurium*, &c. Vide Ælian. var. Hiſt. lib. III, cap. 24.

EPIGONUS, Statuarius.

Plinius lib. xxxiv, cap. 8, poſteaquam percenſuit eos qui ejuſdem generis opera fecerunt, fœminas adorantes, nobiles fœminas, anus, comœdos, concionantes, philoſophos, luctatores, athletas, tandem quoque & hoc addit: *Epigonus omnia fere præcedentia imitatus, præceſſit in tubicine, & infante matri interfectæ miſerabiliter blandiente.*

EPIMACHUS.

Epimachus Athenienſis, nobilis Architectus. Hunc Demetrius Poliorcetes adverſus Rhodios bellum geſturus ſecum adduxit, ejuſque operâ helepolin ſtupendæ molis machinam mœnibus admovens urbem expugnaſſet, niſi eam Diognetus opportuna ſolertia inutilem ei reddidiſſet. Integrum Vitruvii locum deſcripſimus ſupra in Diognetus.

ERATOSTHENES.

Eratoſthenem Cyrenæum Vitruvius lib. i, cap. i, recenſet inter eos *Qui multas res organicas & geometricas numero, naturalibuſque rationibus inventas atque explicatas poſteris reliquerunt.* Plinius lib. ii, cap. 108: *Univerſum hunc circuitum Eratoſthenes, in omnium quidem literarum ſubtilitate & in hac utique præter cæteros ſolers, quem cunctis probare video, ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiûm prodidit. Quæ menſura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia paſſuum. Improbum auſum! verum ita ſubtili argumentatione comprehenſum, ut pudeat non credere. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia mirus, adjicit ſtadiorum paullo minus xxv millia.* Vide Vitruvium libro i, cap. 6. Scripſit Eratoſthenes etiam Architectonica, teſte Scholiaſte ad verſ. 232 libri iii Argonautic. Apollonii. Jucundæ adhæc grataque hominibus concertationes Eratoſthenis atque Architæ Tarentini circa duplicationem cubi, quam præceperat oraculum: vide *Vitruvium libro ix, cap. 3;* vide quoque *Plutarch. de Socratis genio.*

ERICHTHONIUS.

Argentum invenit Erichthonius Athenienſis; ut alii, Æacus, Plinius lib. vii, capite 56. *Indus rex in Scythia argentum primus invenit, quod Erichthonius Athenas primum attulit,* Hyginus fabula 274. Vel ſaltem primus inſcripſit: Πρῶτος ἐχάραξε νόμισμα Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος, *Primus nummum Athenienſibus inſcripſit Erichthonius,* Pollux lib. ix, cap. 6.

Primus Erichthonius currus & quattuor auſus
Jungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor,

Virgilius iii Georg. verſ. 113: ubi vide Servium. *Bigas primum junxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius,* Plin. lib. vii, cap. 56. Vide Meurſii Regnum Atticum, lib. ii, cap. 1.

ERIGONUS, Pictor.

Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit, ut celebrem etiam diſcipulum relinqueret Paſiam, fratrem Æginetæ fictoris, Plinius lib. xxxv, cap. 11.

ERYTHRÆ.

Plinius lib. xxxv, cap. 12, ubi agit de vaſis fictilibus: *Habent & Tralleis opera ſua, & Mutina in Italia; quoniam & ſic gentes nobilitantur. Hæc quoque per maria terraſque ultro citroque portantur, inſignibus rotæ officinis Erythris.*

ERYTHRÆI.

Rubri maris accolæ primi maria tentarunt, mercaturas exercuerunt, ſiderum curſum obſervaverunt: *Dionyſii Alexandrini Periegêſis, verſ.* 906. Vide locum.

EUANDER. Vide Aulanius Euander.

EUANGELUS. Vide Pixodorus.

EUANTHES, Pictor.

Euanthæ Pictoris duas tabulas, Andromedam & Prometheum in vinculis fuſe deſcribit Achilles Tatius libro iii de Amorib. Clitophontis & Leucippes, editionis Salmaſianæ pag. 167.

EUARIS, Architectus.

Νεὼς τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, Εὐάριδος ἔργον: *Templum archangeli Michaëlis, opus Euaridis,* Procopius lib. ii de bello Perſico, cap. 11.

EUBIUS, Sculptor.

Signum Herculis è candido lapide, Promachum ſive Propugnatorem vocant; opus Xenocriti atque Eubii Thebanorum: *Pauſanias lib. ix, pag.* 558, 48.

EUBOEI.

Euboei, optimi ſunt opifices æris ac ferri: vide *Stephanum de Urbibus in* Αἴδηψος.

EUBOLIDES.

Eubolidis digitis computans, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

EUBULIDES, Sculptor.

Apollinis ſignum & dicavit & fecit Eubulides: *Pauſanias lib. primo, pagina* 4, 25. Euchir, Eubulidæ filius: *Pauſanias lib.* VIII, *pag.* 479, 33.

EUCADMUS, Statuarius.

Androſthenem habuit diſcipulum: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 643, 32.

EUCHIR, Pictor.

Euchir, Dædali cognatus, in Græcia picturam invenit, ut Ariſtoteli placet, Plinius lib. VII, cap. 56.

EUCHIR, Sculptor.

Mercurii marmoreum ſignum fecit Athenienſis Euchir Eubulidæ filius: *Pauſanias lib. octavo, pag.* 479, 33. Euchir refertur apud Plinium lib. XXXIV, cap. 8, inter Artifices qui optime fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificantesque. Ubi tamen *Eunuchir* habet vetus editio Parmenſis anni MCCCCLXXVI.

EUCHIR, Plasta.

Sunt qui in Samo primos omnium Plaſticen inveniſſe Rhœcum & Theodorum tradant multo ante Battiadas Corintho pulſos. Demoratum vero ex eadem urbe profugum, qui in Hetruria Tarquinium Priſcum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira & Eugrammum; ab iis Italiæ traditam plaſticen, Plinius lib. XXXV, cap. 12.

EUCLIDES, Sculptor.

Buræ ædes eſt Cereris, Veneris, Liberi patris & Lucinæ. Signa ſunt ex lapide Pentelico: Ars vero Athenienſis Euclidæ: *Pauſanias lib.* VII, *pag.* 449, 31. Et rurſus pagina proxima: Habet Ægira Jovis ſignum ſedens è Pentelico lapide, Euclidæ Athenienſis opus.

EUCLIDES alter, itidem Sculptor.

Junonis Samiæ templum eſſe antiquiſſimum, colligi poteſt ex ipſo ſimulacro, quod eſt Smilidis Æginetæ Euclidis filii opus. Smilis vero fuit Dædalo æqualis ætate: *Pauſanias lib.* VII, *pag.* 403, 35. Hinc reſtitue Clementis Alexandrini locum in Protreptico: Τὸ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον Σμίλῃ τῷ Εὐκλείδου πεποιῆσθαι Ὀλύμπιχος ἐν Σαμιακοῖς ἱστορεῖ. Apud Laërtium lib. III in Platonis vita, ubi deſcribit teſtamentum Platonis, inter alia quoque legas: Εὐκλείδης ὁ λιθοτόμος ὀφείλει μοι τρεῖς μνᾶς.

EUCLIDES, Pictor.

Euclides (alii *Eutychides*) *pinxit bigam, quam regit Victoria*, Plinius XXXV, 11.

EUCLIDES, Geometra.

Valerius Maximus lib. VIII, cap. 12, ubi oſtenditur optimis Artium Magiſtris concedendum eſſe: *Platonis quoque eruditiſſimum pectus hæc cura attigit: qui conductores ſacræ Arcis de modo & forma ejus ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem geometram ire juſſit, ſcientiæ ejus cedens, imo profeſſioni.* Erunt forte qui hunc Euclidem eum eſſe putabunt, cujus geometrica rudimenta omnium hodie manibus teruntur, quique multos poſt Platonem annos docuit in Ægypto, ſub Ptolemæo Lagi filio: ſed intelligendus in hoc Valerii loco Megarenſis ille, conditor eriſticæ ſectæ, qui noctu Megaris Atticis Athenas ire ſolebat ad audiendum Socratem, ſicuti teſtatur Laërtius in ejus vita. De tota interim re ſanius judicabit, qui conſulet Voſſium de Scientiis mathematicis cap. 15.

EUDORUS, Pictor.

Eudorus ſcena ſpectatur: idem & ex ære ſigna fecit, Plinius libro XXXV, cap. 11.

EUENOR, Pictor.

Nonageſima Olympiade fuere Aglaophon, Cephiſſodorus, Phrylus, Euenor pater Parrhaſii & præceptor maximi pictoris: omnes jam illuſtres, non tamen in quibus hærere expoſitio debeat, feſtinans ad lumina artis, Plinius libro XXXV, cap. 9. Similia quoque habent Harpocration & Suidas in Παῤῥάσιος.

EUGRAMMUS, Fictor.

De hoc Eugrammo vide Plinium *lib.* XXXV, *cap.* 12. Plinii locum deſcripſimus paullo ante in Euchir, Plasta.

EUMARUS, Pictor.

De hujus Eumari Athenienſis antiquitate atque Arte agit Plinius *libro* XXXV, *cap.* 8. Integrum Plinii locum ſupra deſcripſimus in Cimon, Pictor.

EUMELUS, Pictor.

Eumeli in Arte virtutes æmulatus eſt Ariſtodemus Carius, multam ipſi addens Venerem;

rem: *Fl. Philoſtratus in Proœmio Iconum.* Εὐμήλῳ Ἑλένη τις γέγραπται, ὡς ἀνάθημα εἶναι τῆς Ῥωμαίων ἀγορᾶς: *Eumelo talis Helena picta eſt, ut digna ſit judicata quæ in Romano foro collocaretur*, Philoſtr. lib. II de Vitis Sophiſt. in Alexandro.

EUNICUS, ARGENTI CÆLATOR.

Plinius libro XXXIII, cap. 12, ubi agit de claris argenti Cælatoribus: *Mox Cyzicenus Tauriſcus. Item Ariſton & Eunicus Mitylenæi laudantur.* Quidam libri vett. ſcribunt *Onychus.* Idem quoque *lib.* XXXIV, *cap.* 8, inter æqualitate celebratos Artifices, ſed nullis operum ſuorum præcipuos, refert etiam hunc Eunicum.

EUPALINUS, ARCHITECTUS.

Eupalinus Megarenſis Nauſtrophi filius, Architectus, Sami fecit admirabilem illam foſſam, cujus meminit Herodotus *lib.* III, *cap.* 60. Vide quoque *Euſtathium ad verſum* 534 *Dionyſii* τοῦ περιηγητοῦ.

EUPHORION, ARGENTI CÆLATOR.

Plinius *libro* XXXIV, *cap.* 8, conjungit Euphorionem, Eunicum, & Hecatæum argenti Cælatores.

EUPHRANOR, MECHANICUS.

Euphranor Sicyonius, μηχανικός. Vide *Plutarch. in Arato.* Scripſit præcepta ſymmetriarum: *Vitruvius in Præfat. libri* VII.

EUPHRANOR, PICTOR & FICTOR.

Euphranorem Plutarchus in opere *de Gloria Athenienſium* refert inter celeberrimos Pictores Athenienſes. *Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendique idem mirus artifex fuit*, Quintil. Orat. inſtitut. libro XII, cap. 10. Plinius *libro* XXXIV, *cap.* 8, ubi plurimos Fictores nobiliſſimos ſecundùm ætates ſuas recenſet, Praxitelem quoque atque Euphranorem refert ad Olympiadem centeſimam quartam. Paulli Diaconi Hiſtoria miſcella, libro decimo de Hadriano Imp. *Pictor fictorque ex ære & marmore proxime Polycletos & Euphranoras.* Plinius libro XXXV, cap. 11: *Poſt Pauſiam eminuit longe ante omnes Euphranor Iſthmius, Olympiade centeſima quarta. Idem, qui inter fictores dictus eſt à nobis. Fecit & coloſſos, & marmora, ac ſcyphos ſcalpſit: docilis & laborioſus ante omnes, & in quocunque genere excellens ac ſibi æqualis. Hic primus videtur expreſſiſſe dignitates Heroum, & uſurpaſſe ſymmetriam: ſed fuit univerſitate corporum exilior, capitibus articuliſque grandior. Volumina quoque compoſuit de ſymmetria & coloribus. Opera ejus ſunt: equeſtre prælium: duodecim Dii: Theſeus; in quo dixit, eundem apud Parrhaſium roſa paſtum eſſe, ſuum vero carne. Nobiles ejus tabulæ Epheſi, Ulixes ſimulata inſania bovem cum equo jungens, & palliati cogitantes, dux gladium condens. Eodem tempore fuit & Cydias, cujus tabulam Argonautas H-S* CXLIIII *Hortenſius orator mercatus eſt, eique ædem fecit in Tuſculano ſuo. Euphranoris autem diſcipulus fuit Antidotus. Hujus eſt clypeo dimicans Athenis, & luctator, tibicenque inter pauca laudatus. Ipſe diligentior quàm numeroſior, & in coloribus ſeverus, maxime inclaruit diſcipulo Nicia Athenienſi, qui diligentiſſime mulieres pinxit.*

Etiam alii meminere Euphranoris operum, quæ à Plinio hoc in loco memorantur. Theſei certe atque equeſtris ad Mantineam prælii meminit Plutarchus *de Athenienſium gloria*, ubi inquirit Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes: Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παρρασίου παρέβαλε, λέγων τὸν μὲν ἐκείνου ῥόδα βεβρωκέναι, τὸν δὲ ἑαυτοῦ κρέα βόεια. γέγραφε δὲ καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ πρὸς Ἐπαμινώνδαν ἱππομαχίαν οὐκ ἀνενθουσιάστως Εὐφράνωρ: *Euphranor Theſeum à ſe pictum cum Parrhaſii Theſeo comparans, hunc dixit roſas ediſſe, ſuum vero carnes bubulas. Pinxit etiam equeſtre adverſus Epaminondam prælium ad Mantineam non ſine quodam divino inſtinctu Euphranor*, &c. Vide locum. Præter hoc equeſtre prælium ad Mantineam, pinxit etiam Athenienſibus XII Deos, Theſeum unà cum democratia & populo, Apollinem quoque cognomine Patroum; *Pauſanias libro primo, pag.* 6, 18.

Duodecim Deorum meminit Valer. Maximus libro VIII, cap. 11, Exemplo ext. 5: *Natura quemadmodum ſæpenumero æmulam virium ſuarum Artem eſſe patitur, ita aliquando irritam feſſo labore dimittit; quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerunt. Nam cum Athenis duodecim Deos pingeret, Neptuni imaginem quàm poterat excellentiſſimis majeſtatis coloribus complexus eſt, perinde ac Jovis aliquanto auguſtiorem repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere abſumpto, poſteriores ejus conatus aſſurgere quò tendebant nequiverunt.* Qua vero tandem occaſione inciderit in archetypum ad quod Jovem efformaret, tradit Euſtathius *ad verſ.* 529 *Iliados* A, *pag.* 145 *editionis Romanæ.* φέρεται ἱστορία, inquit Euſtathius, ὅτι Εὐφράνωρ Ἀθήνησι γράφων τοὺς δώδεκα θεοὺς, καὶ ἀπορῶν πρὸς ὃν ἀρχέτυπον γράψει τὸν Δία, παρῆει ἐν διδασκάλου· καὶ ἀκούσας

τ

τῶν ἐπῶν τούτων, Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται, καὶ τὰ ἑξῆς, ἔφη ὅτι ἤδη ἔχει τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ἀπιὼν ἔγραψεν.

Zeuxidis aut Polygnoti aut Euphranoris tabulæ Ἠσπάσατο καὶ τὸ ἔσκιον, καὶ τὸ ἔμπνουν, καὶ τὸ εἰσέχον τι καὶ ἐξέχον; *Sectantur opacum quid ac ſpirans, & recedens aliquid atque eminens*, Philoſtratus de vita Apollonii lib. II, cap. 9.

Euphranoris Alexander Paris eſt: in quo laudatur, quòd omnia ſimul intelligantur, judex Dearum, amator Helenæ, & tamen Achillis interfector. Hujus eſt Minerva Romæ, quæ dicitur Catuliana, infra Capitolium à Q. Luctatio Catulo dicata; & ſimulacrum Boni eventus, dextra pateram, ſiniſtra ſpicam ac papaver tenens; item Latona puerpera, Apollinem & Dianam infantes ſuſtinens, in æde Concordiæ. Fecit & quadrigas bigasque; & Cliduchon eximia forma; & Virtutem; & Græciam; utraſque coloſſeas; mulierem miniſtrantem & adorantem; item Alexandrum & Philippum in quadrigis, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

In Junone Euphranoris maxime commendatur comæ color: vide *Luciani Imagines*.

Euphranor fecit ſtatuam Vulcani: *Dio Chryſoſtomus Orat.* XXXVII, *pag.* 466, *C.*

Præter duos Euphranoris diſcipulos *Antidotum* & *Niciam* quorum Plinius in loco paullo ante adducto meminit, recenſetur etiam aliquanto poſt eo ipſo capite *Carmanides Euphranoris* [diſcipulus] inter Pictores non ignobiles. Hisce denique tribus Euphranoris diſcipulis adde & quartum *Leonidem Anthedonium*, ex Stephano de Urbibus in Ἀνθηδών.

EUPHRONIDES.

Centeſima quarta Olympiade Lyſippus fuit, & cum eo Alexander Magnus. Item Lyſiſtratus & frater ejus Sthenus, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion, Plinius libro XXXIV, cap. 8.

EUPOLEMUS, Architectus.

Eupolemi Argivi Architecti meminit Pauſanias *lib.* II, *pag.* 114, 34.

EUPOMPUS, Pictor.

Æquales Zeuxidis & æmuli fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, Parrhaſius, Plinius lib. XXXV, cap. 9. Et rurſus cap. proximo: *Euxenides hac ætate docuit Ariſtidem, præclarum artificem: Eupompus Pamphilum, Apellis præceptorem. Eſt Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipſius auctoritas tanta fuit, ut diviſerit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere. Helladicum, & quod Aſiaticum appellabant. Propter hunc, qui erat Sicyonius, diviſo Helladico, tria facta ſunt, Ionicum, Sicyonicum, Atticum.* Tradunt Lyſippum, primo ærarium Fabrum, audendi rationem cœpiſſe Pictoris Eupompi reſponſo: *Eum enim interrogatum, quem ſequeretur antecedentium? dixiſſe demonſtrata hominum multitudine, Naturam ipſam imitandam eſſe, non Artificem*, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

EURIPIDES, Pictor.

Euripides Pictor fuit, antequam ſe conferret ad ſcribendas tragœdias: *Moſchopulus in vita Euripidis*. Vide quoque *Suidam in* Εὐριπίδης.

EURYALUS.

Laterarias ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis. Antea ſpecus erant pro domibus. Gellio Doxius Cœli filius lutei ædificii inventor placet, exemplo ſumpto ab hirundinum nidis, Plinius libro VII, cap. 56.

EURYCION, Cælator.

Virgilius x Æneïdos, verſ. 499:

Quæ bonus Eurycion multo cælaverat auro.

EURYCLES.

Eurycles Spartanus nobiliſſimas Corinthiis condidit balneas. Pauſanias libro ſecundo, pag. 90, 14: Τὸ δὲ ὀνομαστότατον αὐτῶν (λουτρῶν) πλησίον τοῦ Ποσειδῶνος· τοῦτο δὲ Εὐρυκλῆς ἐποίησεν ἀνὴρ Σπαρτιάτης, λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις, καὶ ὃν ἐν Κροκεαῖς χώρας τῆς Λακωνικῆς ὀρύσσουσιν: *Quod omnium* [balneorum] *eſt nobiliſſimum prope Neptuni, id Eurycles Spartanus condidit, & cum aliis lapidibus, tum vero eo qui in Crocis, Laconici agri vico exciditur, ornavit.*

EUTELIDAS, Statuarius.

Eutelidæ Argivi meminit Pauſanias lib. VI, pag. 362, 25: Τὴν δὲ εἰκόνα Θεοπόμπου μὲν τοῦ παλαίσαντος τὸν ποιήσαντα οὐκ ἴσμεν· τὰς δὲ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ πάππου φησὶ τὸ ἐπίγραμμα Εὐτελίδα τε εἶναι καὶ Χρυσοθέμιδος Ἀργείων· οὐ μὴν, παρ' ὅτῳ γε ἐδιδάχθησαν, δεδήλωκεν. ἔχει γὰρ δὴ οὕτως·

Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις τάδε ἔργα τέλεσσαν
Ἀργεῖοι, τέχναν εἰδότες ἐκ προτέρων.

Luctatoris

Luctatoris Theopompi minoris à quo facta fuerit ſtatua plane ignoratur. Patris vero & avi ſtatuas, Euthelidæ & Chryſoſthemidis Argivorum opera fuiſſe teſtatur inſcriptio, à quibus vero illi didicerint non docet. Inſcriptionis ejus verſus hi ſunt:

> *Argivi Eutelidas & Chryſoſthemis fabricarunt*
> *Majores artem quos docuere ſui.*

E U T H Y C R A T E S, Statuarius.

Centeſima viceſima Olympiade fuere Eutychides, Euthycrates, Lahippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus, Plin. lib. xxxiv, cap. 8. Et aliquanto poſt, de Lyſippo agens: *Filios ac diſcipulos reliquit laudatos artifices, Lahippum & Bedam, ſed ante omnes Euthycratem: quamquam is conſtantiam patris potius æmulatus quam elegantiam, auſtero maluit genere quàm jucundo placere. Itaque optime expreſſit Herculem Delphis & Alexandrum; Theſpin venatorem & Theſpiadas; prælium equeſtre ad Trophonii oraculum; quadrigas Medeæ complures; equum cum fiſcinis; canes venantium. Hujus porro diſcipulus fuit Tiſicrates, & ipſe Sicyonius, ſed Lyſippi ſectæ propior.* Tandem quoque & hæc habet Idem ibidem: *Xenocrates Tiſicratis diſcipulus, aut, ut alii, Euthycratis, vicit utroſque copia ſignorum, & de ſua arte compoſuit volumina.* Anytæ meretriculæ ſtatuam fecere Euthycrates & Cephiſodotus, ſicuti auctor eſt Tatianus; ubi quoque ſignum Mneſarchidis Epheſiæ adſcribit eidem Euthycrati. Ac tandem & hoc ſubjungit: Παντευχίδα συλλαμβάνεσαν ἐκ φθορέως Ε'υθυκράτης ἐχαλκούργησεν: *Panteuchidem ex ſtupratore gravidam Euthycrates ex ære fabricavit.*

E U T H Y M E D E S, Pictor.

Plinius lib. xxxv, cap. 11, refert Euthymedem inter Artifices non ignobiles quidem, in tranſcurſu tamen dicendos.

E U T Y C H I D E S, Scalptor.

Eutychides Zoili filius Mileſius, magnæ ſpei Scalptor, ac vel ipſius quoque Praxitelis famam æquaturus; niſi eum, falſo Eutychidis nomine gaudentem, immatura mors rebus humanis ante diem exemiſſet, anno ætatis ſuæ ſexto decimo. Inſcriptt. Gruteri pag. MCXLVII, II, memorant Juvenem Græco amictum pallio. Titulus ei, Ε'υτυχίδης Ζωΐλυ Μιλήσιος, *Eutychides Zoili F.* Ac porro ſubſcriptum habebat ſequens Epigr.

> Πραξιτέλους ἦλθεν λαοξόος οὔτι χερείων,
> Ε'ς δ' ἐτέων δισσὰς ἤλυθεν ὀγδοάδας.
> Ο'ύνομα δ' Ε'υτυχίδης ψευδώνυμον, ἀλλά με δαίμων
> Θηκὲν ἀφαρπάξας ὠκύτατ' εἰς ἀίδα.

> *Praxitele ſculptore non erat inferior,*
> *Pervenit autem ad annum ſextum decimum.*
> *Nomen mihi Eutychides falſo eſt tributum. Nam me Deus*
> *Cito auferens miſit ad inferos.*

E U T Y C H I D E S, Statuarius.

Centeſima viceſima Olympiade fuere Eutychides, Euthycrates, Lahippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus, Plinius lib. xxxiv, cap. 8. Et aliquanto poſt ibidem: *Eutychides fecit Eurotam, in quo artem ipſo amne liquidiorem plurimi dixerunt.* Inter monumenta quæ Aſinius Pollio, vir acris vehementiæ, Romæ publice ſpectari voluit, etiam *Liber pater Eutychidis laudatur*, Plinius xxxvi, 5. Timoſthenem Eleum Eutychides Sicyonius à Lyſippo edoctus elaboravit. Hic ipſe Eutychides etiam Syris Orontæ accolis Fortunæ ſignum fecit, quod indigenæ in magno honore habent: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 346, 20. Hujus vero Eutychidis diſcipulum fuiſſe Cantharum Sicyonium, teſtatur idem Pauſanias non multo poſt. Anthologia Græcorum Epigr. lib. IV, tit. 12.

> Ε'ις τὸ κενόν με τέθεικε νόμου χάριν ὧδε Πρίηπον
> Ε'υτυχίδης, ξηρῶν κλημαλίδων φύλακα.
> Καὶ περιβέβλημαι κρημνὸν βαθύν. ὃ δ' ἂν ἐπέλθῃ,
> Ο'υδὲν ἔχει κλέψαι πλὴν ἐμὲ τ̃ φύλακα.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Arida me poſuit propter ſarmenta Priapum,*
> *Ut mori morem ſic gerat Eutychides.*
> *Ambior & foſſa. Si quis tamen adveniat fur,*
> *Nil ſit, cuſtodem me niſi quod rapiat.*

E U T Y C H I D E S, Pictor.

Eutychides (alii *Euclides*) *pinxit bigam, quam regit Victoria*, Plinius xxxv, 11.

EUTYCHUS, Pictor.

Anthologia Græcorum Epigr. lib. II, tit. 19:

Εἴκοσι γεννήσας ὁ ζωγράφος Εὔτυχος υἱούς,
Οὐδ' ἐπὶ τῶν τέκνων οὐδὲν ὅμοιον ἔχει.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Viginti pictor natos habet Eutychus: unde eſt
Facta nec ex illis ulla figura refert.

EUXENIDAS, Pictor.

Euxenidas hac ætate docuit Ariſtidem, præclarum artificem, Plinius lib. xxxv, capite 10. Vide Aristides, Pictor.

F.

FABIUS PICTOR. Vide Pictor.

FABIUS GALLUS. Vide Gallus.

FABULLUS, Pictor.

Vide quæ ſupra diximus in Amulius, Pictor.

FAUNUS.

Faunus auri atque argenti repertor: *Suidas in* Μεταλλεῖς *&* Φαῦνος. Verba Suidæ adducimus infra in Mercurius.

FELIX. Vide Sempronius.

FICTORIUS, Vascularius.

C. FICTORIO VASCULARIO, Inſcript. Gruteri dcxliii, 6.

FLAVIUS PHANEAS. Vide Phaneas.

FLAVIUS SABINUS. Vide Sabinus.

FORTUNATUS, Topiarius.

D. M. FORTUNATI TOPIARI VALERIA UXOR ET TERTIUS DISCENS, Inſcript. Gruteri dcli, 9.

FRIGES.

Friges primi invenerunt veſtes acu pictas coloribus: nam ideo & artifices talium veſtium Frigiones appellantur, Servius ad illud Virgilii Æneid. ix, 614:

Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis.

Plura dicimus in Phryges.

FULVIUS, Pictor trivialis.

Horatius lib. II, Satyra 7:

Tu cum Pauſiaca torpes inſane tabella,
Qui peccas minus atque ego, cùm Fulvi, Rutubæque,
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone; velut ſi
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri. - - -

FULVIUS QUINTIANUS. Vide Quintianus.

FURNIANA VASA.

Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando. Nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana (etenim tabernas menſis adoptavimus) nunc anaglypta in aſperitatemque exciſa circa linearum picturas, quærimus, Plinius lib. xxxiii, cap. 11.

FUSSITIUS, Architectus.

Fuſſitius, alii Suſſitius primus apud Romanos de rebus architectonicis inſtituit edere volumen: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

GÆTU-

G.

GÆTULI. Vide Getuli.

GALATO, Pictor.

Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους: *Galato pictor ipſum quidem Homerum pinxit evomentem, alios vero poëtas haurientes ea quæ ipſe vomuerat*, Ælianus lib. XIII var. Hiſt. cap. 22. Antiquiſſima bibliothecæ Voſſianæ in Lucianum ſcholia, adhuc inedita, Pictorem hunc *Gelato* vocant: Γελάτω ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους. Ad hanc hiſtoriam Joſephus Scaliger putat alluſiſſe Manilium circa initium libri II, ubi de Homero agens inquit:

- - - Cujusque ex ore profuſos
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues auſa eſt deducere rivos,
Unius fœcunda bonis. - - -

Ego certe neque illius conjecturam improbavero, qui Ovidium quoque ſimilis alicujus hiſtoriæ imaginem in animo habuiſſe arbitrabitur, cum lectorem ſuum veluti coram jubet intueri Homerum, lib. III Amorum, Elegia 8:

Aſpice Mæoniden, à quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Unde & Plinio lib. XVII, cap. 5, Homerus nuncupatus eſt *Fons ingeniorum.*

GALLAICUS. Vide Callaicus.

GALLIA.

Plurimis liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit: ſcutulis dividere, Gallia, Plinius lib. VIII nat. Hiſt. cap. 48.

GALLUS, summus elegantiarum amator.

M. Fabium Gallum, *hominem in omni judicio elegantiſſimum*, vocat Cicero ad familiares lib. VII, epiſt. 23. Vide totam epiſtolam.

GELADAS, Statuarius.

Geladæ Argivi Phidias fuit diſcipulus: *Tzetzes Chiliad.* VII, *Hiſt.* 154. Item *Chil.* VIII, *Hiſt.* 191. Γελάδας ἀγαλματοποιὸς, διδάσκαλος Φειδίου: Geladas Statuarius, magiſter Phidiæ: *Suidas*. Aliis dicitur *Eladas*. Vide quæ diximus in Eladas.

GENTIANA. Vide Glaniana.

GERAS.

Geras Carchedonius. Vide quæ ſupra diximus in Carthaginienses.

GERMANI.

Germani ad machinas reliquaque opera bellica maxime idonei; evincit hoc inventio bombardarum: *Chalcondylas libb.* II *&* V *de rebus Turcicis.*

GERRHÆI.

Gerrhæi & Sabæi plurimum delectantur ſculpturæ varietate. Vide Photii excerpta ex cap. 50 libri primi Agatharchidis de Mari rubro.

GETULI.

Horatius lib. II, epiſt. 2:

- - - Veſtes Getulo murice tinctas.

Ovidius II Faſtorum, verſ. 319:

Dat tenues tunicas Getulo murice tinctas.

Plinius lib. XXXV, cap. 6: *Puteolanum purpuriſſum potius laudatur, quàm Tyrium aut Gætulicum vel Laconicum, unde pretioſiſſimæ purpuræ.*

GITIADAS, Statuarius.

Gitiadas Lacedæmonius fecit Minervæ delubrum, & ejuſdem Deæ ſignum ex ære: vide *Pauſaniam lib.* III, *pagg.* 193 *&* 196.

GLANIANA.

Glaniana alii *Grantiana*, Martialis IV, 39. Bulengerus de Pictura pagina 6, legit *Gentiana.*

GLAUCIAS, Statuarius.

Glaucias Ægineta fecit & currum & ſtatuam Gelonis: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 360, 49. Vide quoque *ibidem pag.* 361, 23 *&* 56. Item *pag.* 364, 53.

GLAUCIDES, Statuarius.

Plinius libro XXXIV, cap. 8, refert Glaucidem inter eos Artifices, qui fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificanteſque.

GLAUCIO, Pictor.

Athenion Maronites Glaucionis Corinthii diſcipulus, Plinius XXXV, 11.

GLAUCUS.

Glaucus Chius (Olympiade XXV) *primus ferri inter ſe glutinum excogitavit & junxit*, Euſebius Chron. MCCCXL. Ejus meminit etiam Herodotus, & Pauſanias in Bœoticis, verbis Herodoti. Vide proverbium Γλαύκου τέχνη, quod ad Euſebium notavit Scaliger.

GLAUCUS, Artifex.

Hic eſt ille Glaucus qui aliis Chius, aliis Samius dicitur. Hegeſander Delphus, inquit Athenæus lib. V, capite 13, in Commentario ſtatuarum & imaginum ſcribit Glauci Chii opus Delphis eſſe, engythecæ ferreæ ſimile, Aliattis donarium, Herodoto memoratum, qui ὑποκρητηρίδιον appellat. Nos Delphis conſecratum vidimus, revera ſpectatu dignum, ob animalcula quædam & inſecta, plantaſque puſillas torno elaboratas. Vide Caſaubonum ad hæc verba Athenæi. Vide quoque Plutarchum circa finem libri de Oraculorum defectu, qui opus hoc ὑποκρητηρίδιον appellat. Pauſanias lib. X, pagina 637, 13: Ex plurimis donariis, quæ Lydorum reges miſerunt Apollini, nullum jam ſupereſt præter ferream baſin, quam fecit Glaucus Chius, qui primus invenit ferri conglutinationem. Forma operis turri perquam ſimilis, &c. Vide locum. Ex hujus etiam Glauci admiranda ſolertia natum eſt adagium Γλαύκου τέχνη: de quo hæc habet Heſychius: Γλαύκου τέχνη· παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως κατεργαζομένων. Διονυσόδωρος δὲ τὴν τοῦ σιδήρου κόλλησιν· Γλαῦκος γὰρ Χῖος σιδήρου κόλλησιν εὗρεν. Suidas in Γλαύκου τέχνη refert parœmiam hanc ad Glaucum Samium: Γλαύκου τέχνη· παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως κατεργαζομένων. ἀπὸ Γλαύκου τινὸς Σαμίου, ὃς πρῶτος σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρεν. Zenobius parœmiarum Centuria II, 91: Γλαύκου τέχνη· ἢ ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως κατεργαζομένων, ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς καὶ ἐντέχνως εἰργασμένων. Ἵππασος γάρ τις κατεσκεύασε χαλκοῦς τέτταρας δίσκους οὕτως· τὰς μὲν διαμέτρους αὐτῶν ἴσας ὑπάρχειν, τὸ δὲ τοῦ πρώτου δίσκου πάχος ἐπίτριτον μὲν τοῦ δευτέρου, ἡμιόλιον δὲ τοῦ τρίτου, διπλάσιον δὲ τοῦ τετάρτου, κρουομένους δὲ ἐπιτελεῖν συμφωνίαν τινά. καὶ λέγεται Γλαῦκον ἰδόντα τοὺς ἐπὶ τῶν δίσκων φθόγγους πρῶτον: *Glauci ars: vel de rebus cito confectis, vel in id quod ſumma cum cura atque artificioſe elaboratum eſt. Quidam etenim Hippaſis quattuor diſcos æreos ſic fecit, ut diametri eorum æquales eſſent. Primi vero diſci ſpiſſitudo epitriti rationem ad ſecundum haberet, hemiolii autem ad tertium, dupli rurſus ad quartum, & pulſati ſymphoniam quandam ederent. Feruntque primum omnium Glaucum hos diſcorum ſonos obſervaſſe.* Vide quoque Stephanum de Urbibus in Αἰθάλη. Verba ejus adſcribimus in Glaucus Statuarius, quem proxime nunc memorabimus. Glauci Chii artem, ut & Zeuxidis, initio valde rudem fuiſſe teſtatur Libanius Orat. XIX, quæ eſt de Saltatione.

GLAUCUS, Statuarius.

Glaucus Lemnius, inſignis Statuarius. Hujus meminit Stephanus de Urbibus, in Αἰθάλη, ubi inter alia & hæc habet: Πολύβιος ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει Αἰθάλειαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι, ἀφ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος, εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. Δύο γὰρ ἦσαν· ὁ μὲν Σάμιος, ὅστις καὶ ἔργον ἀξιοθαύμαστον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς, ὡς Ἡρόδοτος. ὁ δὲ ἕτερος Λήμνιος, ἀνδριαντοποιὸς διάσημος, &c. Vide locum.

GLAUCUS alter, itidem Statuarius.

Aliquot Glauci Argivi opera memorat Pauſanias *lib.* V, *pag.* 339, 45. Vide quoque *pag.* 340, 12.

GLAUCUS, Naupegus.

Πόσις ὁ Μάγνης ἐν τρίτῳ Ἀμαζονίδος τὸν Ἀργοῦς φησὶ δημιουργὸν γενέσθαι τὸν Γλαῦκον καὶ κυβερνῆσαι αὐτήν: *Poſis Magneſius libro* III *Amazonidis Glaucum ait fabrum fuiſſe Argo navis, eamque gubernaſſe*, &c. Vide Athenæum lib. VII, cap. 12.

GNEUS. Vide Cn, vel Cneus.

GOMPHUS, Statuarius.

Gomphus fecit Praxigoridis meretriculæ ſignum: *Tatianus contra Græcos.*

GORDYÆI.

Strabo lib. XVI, pag. 747, B: Ἔδοξαν οἱ Γορδυαῖοι διαφερόντως ἀρχιτεκτονικοί τινες εἶναι, καὶ πολιορκητικῶν ὀργάνων ἔμπειροι· διόπερ αὐτοῖς εἰς τοῦτο ὁ Τιγράνης ἐχρῆτο: *Videbantur Gordyæi præter*

præter cæteros architectonicarum rerum ſcientia inſtructi; atque oppugnatoriorum inſtrumentorum experientes: quamobrem ad hæc eorum potiſſimum opera utebatur Tigranes.

GORGASUS, PLASTA & PICTOR.

Plaſtæ laudatiſſimi fuere Damophilus & Gorgaſas, iidemque pictores; qui Cereris ædem Romæ ad Circum maximum utroque genere artis ſuæ excoluerunt: verſibus inſcriptis Græce, quibus ſignificarunt, à dextra opera Damophili eſſe, à parte læva Gorgaſi. Ante hanc ædem Tuſcanica omnia in ædibus fuiſſe, auctor eſt M. Varro, &c. Plinius lib. xxxv, cap. 12.

GORGIAS, STATUARIUS.

Olympiade LXXXVII *fuere Ageladas, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius,* Plinius xxxiv, 8.

GRÆCIA.

Cuncta Græcia, inquit Cicero pro L. Flacco, *quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, parvum quendam locum (ut ſcitis) Europæ tenet ſemperque tenuit.* Hæc interim tam anguſti ambitus terra Græcia, *Pictoribus ſignificibusque illuſtris* dicitur Sidonio Apollinari lib. VI, epiſt. 12. Sicuti & Græcos antea *pingendi fingendique conditores* dixerat Plinius, in Præfatione arduí operis. Poſteaquam vero Græcia victa luxum unà cum artibus transfudit in victores: nam ut ait Horatius lib. II, epiſt. 1:

Græcia capta ferum victorem cepit, & arteis
Intulit agreſti Latio. - - -

Romanis quoque idem Horatius acerbe ſatis exprobravit,

Venimus ad ſummum fortunæ. Pingimus atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.

Græcia intexebat aurum pallis: *Auſonius epigr.* XXXVI. Genere ipſo à Græcis Tuſcanicæ ſtatuæ differunt. Vide Quintil. XII, 10, circa initium capitis. *Græca res eſt, nihil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere,* Plin. lib. XXXIII, cap. 5. Quædam huc pertinentia diximus libro III de Pictura vett. cap. 2, §. 9.

GRANTIANA. Vide GLANIANA.

GRATIANA VASA.

Vaſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii variat, nullum genus officinæ diu probando. Nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, (etenim tabernas menſis adoptavimus) nunc anaglypta in aſperitatemque exciſa circa linearum picturas, quærimus, Plinius lib. XXXIII, cap. 11.

GRYLLIO, SCULPTOR.

Mentionem ejus facit Laërtius lib. V in Ariſtotelis vita, ubi teſtamentum ejus deſcribit: Ἐπιμεληθῆναι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρυλλίωνος, ὅπως συντελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος καὶ ἡ Προξένου, ἣν διενοούμην ἐκδοῦναι, καὶ ἡ τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος: *Illud quoque curant, ut quas imagines Gryllioni fingendas locavimus, hæ, cùm perfectæ fuerint, collocentur, tum Nicanoris, tum Proxeni, quam locare cogitabam, tum Nicanoris matris.* Vide ibi plura.

GYGES.

Gyges Lydius picturam invenit in Ægypto: in Græcia vero Euchir, Dædali cognatus, ut Ariſtoteli placet: ut Theophraſto, Polygnotus Athenienſis, Plinius VII, 56.

H.

HABRON vel ABRON, PICTOR.

H*Abron pinxit Amicitiam & Concordiam & Deorum ſimulacra*, Plinius XXXV, 11, Ibidem quoque paullo poſt memoratur *Neſſus Abronis filius.*

HADRIANA VASA.

Plinius lib. XXXV, cap. 12, ubi agit de variis fictilium generibus: *Cois, inquit, laus maxima, Hadrianis firmitas.*

HADRIANUS IMP. Vide ADRIANUS IMP.

HARMON, FABER.

Vide Euſtathium ad verſum 60 Iliad. E, pag. 521 edit. Romanæ, ubi multa quoque habet

habet de Pherecio Harmonis filio, qui ob hoc etiam Harmonides dictus. Vide proxime ſequens Harmonides.

HARMONIDES, Naupegus.

Harmonides, juxta alios Phereclus, ædificavit Paridi naves quibus Lacedæmonem petiit Helenam rapturus: *Tzetzes in Lycophronis Caſſandram.* Similia quoque habet Auctor brevium ſchol. ad verſ. 60 Iliad. ε; nec non ad verſ. 443 Iliad. γ. Vide quoque proxime præcedens Harmon.

HATERIUS LABEO. Vide Labeo.

HEBER, HEBRÆI.

De Hebero & Hebræis multa doctiſſim. Bochartus. Hebræorum terra fert byſſum: vide *Pauſaniam lib.* v, *pag.* 294, 34. *Hebræi, quum Moyſes dux eorum aſcendiſſet in montem, atque ibi* XL *dies moraretur, aureum caput bovis, quem vocant Apin, quod eos in ſignum præcederet, figurarunt*, Lactantius lib. IV de vera Sapientia, cap. 10. Vide quæ ſupra annotavimus in Aaron.

HECATÆUS, argenti Cælator.

Meminit Plinius lib. XXXIII, cap. 12; & lib. XXXIV, cap. 8.

HECATODORUS, Statuarius.

Aliphera impoſita eſt colli ab omni parte prærupto, ad quem aſcenditur per ſtadia amplius decem. Arcem habet in ipſo vertice totius collis, & æream Minervæ ſtatuam ſpecie atque magnitudine præſtantem. Cauſſam ejus poſitæ, quorſum adhæc, & cujus ſumptibus initio confecta fuerit, ipſi quoque indigenæ parum nôrunt: neque enim ſatis explorate conſtat qua ex cauſſa, aut a quo fuerit dedicata. De Artificibus ex quorum officina prodiit, conſentiunt omnes; Hecatodori nempe & Soſtrati opus eſſe, inter magnificentiſſima atque exquiſitiſſima Artis quæ ſint ab iis facta: *Polybius libro quarto, pagina* 340, *D.*

HEGIAS, Statuarius.

Phidias floruit Olympiade LXXXIII, *circiter* CCC *noſtræ urbis anno. Quo eodem tempore æmuli ejus fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hegias*, Plinius XXXIV, 8; ubi & aliquanto poſt legas: *Hegiæ Minerva Pyrrhusque rex laudatur, & celetizontes pueri, & Caſtor ac Pollux ante ædem Jovis tonantis.* Onatas floruit eadem ætate, qua Hegias Athenienſis & Argivus Ageladas. Ἡ ἡλικία τοῦ Ὀνατᾶ κατὰ τὸν Ἀθηναῖον Ἡγίαν καὶ Ἀγελάδαν συμβαίνει τὸν Ἀργεῖον: *Pauſanias lib.* VIII, *pag.* 525, 9.

HELENA, Pictrix.

Helena, Timonis Ægyptii filia, pingendi petita, quæ bellum Iſſicum ſæculo ſuo geſtum pinxit. Veſpaſianus hanc picturam collocavit in templo Pacis: *Photius ex Ptolemæi Hephæſtionis novæ ad variam eruditionem hiſtoriæ lib.* IV.

HELICON, Polymitarius.

Vide quæ ſupra diximus in Aceseus.

HELIODORUS, Statuarius.

Plinius lib. XXXIV, cap. 8, refert hunc Heliodorum inter Plaſtas qui athletas & armatos & venatores ſacrificantesque fecerunt. Iterum lib. XXXVI, cap. 5: *Ad Octaviæ porticum Pana & Olympum luctantes fecit Heliodorus, quod eſt alterum in terris ſymplegma nobile:* nam alterum Cephiſſodori ſymplegma, ſignum nobile, laudatum eſt Pergami, *digitis corpori verius quàm marmori impreſſis*, ut loquitur idem Plinius ibidem aliquanto ante.

HELLAS, Statuarius.

Hellas Athenienſis à Vitruvio in Proœmio libri tertii refertur inter Artifices nullam aſſecutos memoriam, quod non ab induſtria Artisve ſollertia, ſed à felicitate fuerunt deſtituti.

HERACLEA VASA.

Cicero lib. IV in Verrem: *Verri dicitur, habere eum perbona toreumata: in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta.*

HERACLIDES, Architectus.

Heraclides Tarentinus Architecton Philippo Perſei patri promiſit, ſe ſolum claſſem Rhodiorum incendio abſumpturum: quod quibus dolis perfecerit, docet Polyænus Stratagematum lib. v. Vide quoque *Athenæum lib.* XIV, *cap.* 3.

HERACLIDES, Pictor.

Plinius lib. XXXV, cap. 11, refert Heraclidem Macedonem inter Artifices non ignobiles quidem, in tranſcurſu tamen dicendos. De hoc Heraclide eo ipſo capite & ante

dixerat

Digitized by Google

dixerat Plinius: *Eſt nomen & Heraclidi Macedoni. Initio naves pinxit: captoque rege Perſeo, Athenas commigravit; ubi eodem tempore erat Metrodorus pictor, idemque philoſophus, magnæ in utraque ſcientia auctoritatis.*

HERACLIDES, Sculptor.

Heraclides Phocenſis ſculptor: *Laërtius lib.* v, *in Heraclide.*

HERCULES.

Primum tingendæ purpuræ initium ad Herculem referunt Phœnices, teſte *Julio Polluce Onom. lib.* 1, *cap.* 4, *§.* 2. Herculem philoſophum, cognomento Tyrium, tempeſtate Phœnicis Tyriorum regis primum inveniſſe purpuram, diſcimus ex Chronico Alexandrino. Inveniendi occaſiones diverſimode tradunt *Achilles Tatius lib.* 11 *de Clitophontis & Leucippes amoribus; Cedrenus pag.* 18 *edit. Regiæ; Greg. Nazianz. Orat.* 111; *Caſſiod. Variarum* 1, 1.

HERMES TRISMEGISTUS.

Tzetzes Chiliade v, Hiſt. 1:

Ἑρμῆς μὲν ὁ Αἰγύπτιος Τρισμέγιστος καλεῖται
Ὃς συγχρονῶν Ὀσίριδι, τῷ Νῶε, Διονύσῳ,
Ἐφεῦρε σέβας τῷ Θεῷ, καὶ τύπους τῶν γραμμάτων
Καὶ τέχναις κατεκόσμησε, καὶ σύμπασι τὸν βίον.

Mercurius quidem Ægyptius Triſmegiſtus vocatur,
Qui contemporaneus Oſiridi, Noë, Dionyſio
Invenit cultumque Dei, atque formas litterarum,
Et artibus exornavit, atque omnibus vitam.

Eadem Chiliade, Hiſt. 26

Ἑρμῆς ὁ καὶ Τρισμέγιστος, γενεᾶς τῶν Αἰγυπτίων
Λέγεται πρῶτον ἐφευρεῖν γραμμάτων τὰς συνθέσεις,
Κἂν Σὴθ Ἑβραῖοι λέγωσιν ἐφευρετὴν γραμμάτων.
Ἑρμῆς ὁ καὶ Τρισμέγιστος, ὅνπερ τανῦν εἰρήκειν
Γραμμάτων ἐφευρετὴς, καὶ χρειωδῶν μυρίων,
Καὶ σύγκριτος καὶ σύμβουλος καὶ γραμματεὺς ὑπῆρχεν
Ἐπὶ τῶν διοικήσεων τε πάντων τῶν πραγμάτων,
Τοῦ Αἰγυπτίου ἄνακτος, ὃς κατὰ Αἰγυπτίους
Ὄσιρις ὀνομάζεται, ἤτοι τῶν πολυβλέπτων.

Mercurius, qui & ter maximus, ex filiis Ægyptiorum
Dicitur primus inveniſſe litterarum compoſitiones,
Quamvis Seth Hebræi dicant inventorem litterarum.
Mercurius qui & ter maximus, quem modo dixeram,
Litterarum cum eſſet inventor, atque rerum utilium complurium,
Et æqualis & conſiliarius & ſcriba fuit
In adminiſtrationibusque omnium negotiorum,
Ægyptiorum regis, qui ſecundum Ægyptios
Oſiris nominatur, nempe ex illuſtrioribus.

HERMOCLES, Plasta.

Hermoclis Rhodii Combabus, forma quidem mulieri ſimilis, veſtitum autem virilem gerens. Vide *Lucianum de Dea Syria.*

HERMOCREON.

Parii inſulares condiderunt Parium urbem in Propontide. Ibi fertur ara ſpectatu digna eſſe, cujus latera ſtadii longitudinem implent: *Strabo lib.* XII, *pag.* 487, *A.* Erat hæc Parii ara Hermocreontis opus, omni memoria dignum ob molem ac pulchritudinem: *Idem lib.* XIII, *pag.* 588, *B.*

HERMODICE.

Ἑρμοδίκην, γυναῖκα τοῦ Φρυγῶν βασιλέως Μίδου, φασὶ κάλλει διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σοφὴν εἶναι, καὶ τεχνικὴν, καὶ πρώτην νόμισμα κόψαι Κυμαίοις: *Hermodicen, uxorem Midæ regis Phrygum, ferunt fuiſſe pulcherrimam, atque adeo & ſapientem artificioſamque fuiſſe, primamque numiſma cudiſſe Cumæis*, Heraclides Ponticus de Politiis, ubi agit de Cumæorum politia. Pollux Δημοδίκην vocat.

HERMODORUS, Architectus.

Ædis Martis eſt circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio, Priſcianus Gramm. lib. VIII ex Cornelio Nepote.

HER-

HERMOGENES, Architectus.

Hermogenes edidit volumen de æde Dianæ Ionica, quæ eſt Magneſiæ pſeudodipteros, & Liberi patris Teo monopteros: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.* Vide quoque *caput* I *libri tertii.* Hermogenes, Tarcheſius, & Pytheus, antiqui Architecti, negaverunt Dorico genere ædes ſacras oportere fieri: *Vitruvius lib.* IV, *cap.* 3. Quo invento idem Hermogenes in Architectonica ſumptuum operiſque compendia fecerit: *Vitruvius lib.* III, *cap.* 2.

HERMOGENES, Pictor.

Hermogenes Africanus, Pictor, deſerta arte, errorum Stoicorum patrocinium ſuſcepit, eique Tertullianus juſto volumine reſpondit, atque in ipſo ſtatim limine *licite pinxiſſe* teſtatur. Vide locum.

HERMOGENES, Statuarius.

Corinthi erat Apollo cognomento Clarius ex ære, & Venus, Hermogenes Cytherius fecit: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 89, 20.

HERMOLAUS, Statuarius.

Palatinas domos Cæſarum replevere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus, Plinius XXXVI, 5.

HERMON.

Hermon primus fecit larvas, quæ apud Græcos nomen acceperunt ab inventore. Ἑρμώνεια, inquit Auctor Etymologici magni, προσωπεῖα ἤτοι καλύμματα τινά, ἀπὸ Ἑρμῶνος τοῦ πρῶτον ἐκπονήσαντος, ὡς ἡ Θηρίκλειος κύλιξ, καὶ Ἰφικράτις τὸ ὑπόδημα.

HERMON.

Theſaurum Epidamniis Pyrrhus & filii Lacrates atque Hermon fecerunt: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 379, 34.

HERMON, Sculptor.

Signum ab Auliſco dedicatum, ars eſt Hermonis Trœzenii. Ejusdem Hermonis etiam ſunt lignea Caſtoris & Pollucis ſimulacra: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 144, 39.

HERO, Mechanicus, dictus Senior.

Hero vel Heron ob ſcientiæ machinalis gloriam Pappo atque Eutocio celebratur. Vixit is Olympiade ſexageſima quinta poſt centeſimam, hoc eſt anno ante Chriſtum natum centeſimo ſupra vigeſimum, circa tempora Ptolemæi Euergetis ſecundi. Atque ita ſeculo junior fuerit Archimede: Vitruvio autem ſeculo vetuſtior. Patria fuit Alexandrinus, filius ac diſcipulus Cteſibii, qui primum tonſor fuit, poſtea vero mirabilium prorſus machinarum repertor. Vide quæ ſupra diximus in Cteſibius. Univerſam tamen Heronis vitam fuſe ſcripſit Bernardinus Baldus, addiditque ejusdem Heronis belopoiæ à ſe latinitate donatæ atque illuſtratæ.

HERO, Junior.

Alter Hero dicitur Junior, qui geodæſiam atque alia quædam mechanica ſcripſit. Claruit circa tempora Heraclii Imp. Vide *Voſſ. de ſcientiis mathemat. cap.* XLVIII, §. 20.

HERODOTUS, Statuarius.

Tatianus contra Græcos; Φρύνην τὴν ἑταίραν ὑμῶν Πραξιτέλης καὶ Ἡρόδοτος πεποιήκασι: *Phrynen meretricem vobis Praxiteles & Herodotus fecerunt.* Et mox ibidem; Γλυκέραν τὴν ἑταίραν καὶ Ἀργείαν τὴν ψάλτριαν ὁ Ὀλύνθιος Ἡρόδοτος κατεσκεύασεν: *Glyceram ſcortum & Argivam pſaltriam Olynthius Herodotus fabricavit.*

HETRUSCI. Vide Thusci.

HIBERI.

Servius ad illud Virgilii IX Æneidos, verſu 582:

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Hibera.

Hæc annotat: *Ferrugo coloris genus eſt, qui vicinus eſt purpuræ ſubnigræ. Hibera autem modo, non Hiſpana, ſed Pontica. Nam Hiberia pars Ponti eſt, inter Perſidem & Armeniam, ubi optime colores diverſi tinguntur: ut oſtendit Horatius, dicens,*

Herbasque quas & Colchos atque Hiberia
Mittit venenorum ferax.

Locus eſt in Epodon lib. ode V. Ubi annotat Acron: *Hic quidam volunt Iberiam, non Hiſpaniam dictam, ſed Ponto civitatem vicinam, unde: Et ferrugine clarus Ibera.* Vide quoque quæ ex eodem Acrone annotamus infra in Iberæ Loricæ.

HICA-

HICANUS, Statuarius.

Plinio libro xxxiv, cap. 8, Hicanus refertur inter eos artifices qui athletas & armatos & venatores ſacrificanteſque fecerunt.

HIERO, Fictor cerearum imaginum.

Hiero Cybirata, cerearum imaginum Fictor: is una cum fratre Tlepolemo, Pictore, ſtrenuam operam navavit Verri deprædanti Siciliam. Vide *Ciceronem libro* iv. *accuſat. in C. Verrem.*

HIERONYMUS, Artifex.

In ſumma olim apud omnes admiratione fuit harmamaxa Hieronymi, qua cadaver magni Alexandri devehi contigit: *Moſchion apud Athenæum libro* v, *cap.* 9. Operis artificioſi juxta & ſumptuoſi deſcriptionem uberrimam habet Diodorus Siculus *lib.* xviii, *ſect.* 19. Vide quoque *Ælianum var. hiſt.* xii, 64.

HILARIUS, Pictor.

Hilarius Bithynus Athenis in arte pingendi excelluit, in exprimendo hominum vultu admirandus, Euphranoris antiqui æmulus, cum familia ruri à barbaris interemptus eſt ſub Valente: *Eunapius in Priſco.*

HILPIUS, Pictor.

Meminit ejus Lupus abbas Ferrarienſis *epiſtola* 60. Vide *tomum* ii *Hiſt. Francorum, pag.* 761, *edit. Pariſ.*

HIPPASIS, Artifex. Vide Glaucus, Artifex.

HIPPEUS, Artifex.

Polemon in libris de Pictoribus ad Antigonum; Athenis, inquit, in Peirithoi nuptiis Hippeus fecit guttum & poculum è lapide, marginibus auro circumtectis: præterea lectos ex abiete, humi jacentes, variis ſtragulis ornatos; pocula quoque & cantharos; lucernam denique fictilem de laqueari ſuſpenſam & ſparſas emittentem flammas: *Athenæus lib.* xi, *cap.* 6.

HIPPIAS, Sophista & Artifex.

Multa atque admiranda prorſus de hoc Hippia tranſtulit Cicero, ex Platonis Hippia, in librum iii de Oratore: *Illos veteres doctores auctoreſque dicendi*, inquit Tullius, *nullum genus diſputationis à ſe alienum putaſſe accepimus, ſemperque eſſe in omni orationis ratione verſatos. Ex quibus Eleus Hippias, cùm Olympiam veniſſet maxima illa celebritate ludorum, gloriatus eſt, cuncta pene audiente Græcia, nihil eſſe ulla in arte rerum omnium quod ipſe neſciret. Nec ſolum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, geometriam, muſicam, literarum cognitionem & poetarum, atque illa quæ de natura rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: ſed annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Scilicet nimis hic quidem eſt progreſſus; ſed ex eo ipſo eſt conjectura facilis, quantum ſibi illi ipſi oratores de præclariſſimis artibus appetierint, qui ne ſordidiores quidem repudiarint.* Apulejus in Floridis: *Hippias è numero Sophiſtarum eſt artium multitudine prior omnibus, & eloquentia nemini ſecundus. Ætas illi cum Socrate. Patria Elis; genus ignoratur. Gloria vere magna; fortuna modica: ſed ingenium nobile; memoria excellens; ſtudia varia; æmuli multi. Venit Hippias iſte quondam certamine Olympio Piſam, non minus cultu viſendus, quam elaboratu mirandus. Omnia quæ ſecum habebat, nihil eorum emerat, ſed ſuis ſibi manibus confecerat. Et indumenta quibus indutus, &c.* Vide reliqua. Meminit & Quintilianus Orat. Inſtit. lib. xii, cap. ult. De balneo artificioſiſſime ab eo exſtructo, vide Lucian. in Hippia.

HIPPIAS, Statuarius.

Meminit ejus Pauſanias lib. vi, pag. 367, 33. Φειδίας ὁ ἀγαλματοποιὸς Ἵππου μαθητὴς ἦν: *Phidias Statuarius Hippi diſcipulus fuit.* Dio Chryſoſtomus Oratione lv. Ubi tamen Iſaacus Caſaubonus reſtituit Ἱππίου.

HIPPODAMAS, Architectus.

Hippodamas Mileſius Architecton, qui Athenienſibus exſtruxit Piræum: *Harpocration in* Ἱπποδάμεια.

HIRAM.

Hirami Tyrii Ars fuere ærea opera quæ templum Salomonis adornabant, 1 Reg. cap. vi: 13. Vide D. Hieronymum in Nepotiani epitaphio. Locum ſupra exſcripſimus in Bezaleël. Vide quoque quæ mox dicimus in *Hyperon.*

HOCATODORUS.

Vide an non Polybio ſit *Hocatodorus*, qui mox Plinio & Pauſaniæ nuncupatur *Hypatodorus.*

HORTENSIUS, Orator.

Qu. Hortenſius Orator fuit ſummus omnium elegantiarum æſtimator. *Cydiæ tabulam Argonautas*, inquit Plinius lib. xxxv, cap. 11, H-S XLIIII *Hortenſius Orator mercatus eſt, eique ædem fecit in Tuſculano ſuo.* Vide quoque *Dionem Caſſium lib.* LIII. Hunc eximii Oratoris morbum optime cognitum habuit nequiſſimus Verres, cum ei Sphingem æneam maximi pretii ex præda Sicula illi dono dediſſet: unde cum Hortenſius dixiſſet ſe ænigmata non intelligere, atqui debebas, inquiebat Cicero, cum domi Sphingem habeas.

HYGIÆNON, Pictor.

Hunc Plinius lib. xxxv, cap. 8, refert inter vetuſtiſſimos Artifices qui monochromata pinxerunt, quorum ætas non traditur. Integrum Plinii locum adſcripſimus ſupra, in Cimon, Pictor.

HYPATODORUS, Statuarius.

Centeſima ſecunda Olympiade floruere Polycles, Cephiſſodorus, Leochares, Hypatodorus, Plin. lib. xxxiv, cap. 8. In Aliphera, urbe Arcadiæ, ædes Minervæ eſt; Deæ ſignum eſt ex ære, Hypatodori opus, ſpectatu digniſſimum, cùm ob magnitudinem, tum ob artem: *Pauſanias lib.* viii, *pag.* 497, 30. Aliquot etiam Hypatodori atque Ariſtogitonis Statuariorum opera recenſet idem *Pauſanias lib.* x, *pag.* 627, 21. Conſidera quoque an non Hypatodorus idem ſit eum eo quem Polybius lib. iv vocat *Hecatodorum.*

HYPERBIUS.

Laterarias, ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea ſpecus erant pro domibus, Plin. lib. vii, cap. 56. Hyperbius Corinthius, juxta quoſdam, primus invenit rotam figulinam. Schol. in Pindari Olympia, ode xiii: Θεόφραςος ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, Ὑπέρβιον τὸν Κορίνθιον φησὶν εὑρηκέναι τὴν τοῦ κεραμικοῦ τροχοῦ μηχανήν: vide locum pag. 113 edit. Pauli Stephani. Plinius lib. vii, cap. 56: *Figlinas invenit Corœbus Athenienſis. In iis orbem Anacharſis Scythes; ut alii, Hyperbios Corinthius.*

HYPERBOLUS.

Lucernarum Artifex, admodum vafer, ut qui plumbum quoque immiſceeret æri ex quo lychnos faciebat. Οὐ γὰρ χαλκὸν μόνον ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν λύχνων καταςκευήν, ἀλλὰ καὶ μόλυβδον ἐνετίθει· ἵνα πολὺ βάρος ἔχοντες, πλείονος ἄξιοι ὦσι· καὶ οὕτως ἠπάτα τοὺς πριαμένους, Schol. in Ariſtophanis Nebulas.

HYPERON.

Alexander Polyhiſtor, in opere de Judæis, adſcripſit aliquas epiſtolas, Solomonis quidem ad Vafrem regem Ægypti & ad regem Phœniciæ Tyriorum, atque eorum itidem ad Solomonem; in quibus oſtenditur quidem Vafrem octoginta millia virorum Ægyptiorum ei miſiſſe ad templi ædificationem: alterum vero totidem hominum Tyriorum, una cum Architecto Tyrio, ex matre Judæa, ex tribu David, ut illic ſcriptum eſt, cui nomen Hyperon. Σὺν ἀρχιτέκτονι Τυρίῳ, ἐκ μητρὸς Ἰουδαίας, ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ, ὡς ἐκεῖ γέγραπται, Ὑπέρων τοὔνομα, Clemens Alexandr. Stromat. i, paginis 243 & 244. Atque adeo hic Hyperon dubio procul eſt idem ille, qui nobis ſupra ex i Reg. vii: 13, dictus eſt *Hiram*; lxx interpretibus, Joſepho, atque Euſebio Χειραμ vel Χίραμ.

HYPSICRATES.

Hypſicrates, Antigonus, & Polemon ſcripſerunt περὶ πινάκων, *de tabulis*: Laërtius lib. vii in Chryſippo.

I.

IADES, Statuarius.

Centeſima decima quarta Olympiade Lyſippus fuit, & cum eo Alexander Magnus: item Lyſiſtratus & frater ejus Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion. In hoc mirabile, quòd nullo doctore nobilis fuit. Ipſe diſcipulos habuit Zeuxim & Iadem, Plinius lib. xxxiv, cap. 8.

JANUS.

Euſtathius ad verſ. 251 Odyſſeæ ε, edit. Rom. pag. 1535: Ἴανον διπρόσωπον γεγονέναι λέγουσι, τὸ μὲν ὀπίσω, τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἔχοντα πρόσωπον. οὗτος εὗρε πρῶτος στέφανον καὶ σχεδίας καὶ πλοῖα. καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτος ἐχάραξε· διὸ τῶν καθ' Ἑλλάδα καὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν πολλαὶ πόλεις ἐπὶ τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον πρόσωπον δικέφαλον· καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν ἢ στέφανον

φασὶ ὄπισθεν: *Janum ajunt fuiſſe bifrontem, atque unam faciem poſt, alteram ante prætuliſſe. Hic primus invenit coronam, ratem tumultuariam, & naves. Etiam numiſma æneum primus ſignavit: ac propterea Græcarum, Sicularum, & Italicarum urbium plurimæ numiſmati ſuo inſculpunt faciem bifrontem; atque ab altera parte aut operis tumultuarii ratem, aut coronam, aut navem.* Fuſius hæc diſtinctiusque ex Dracone Corcyræo tradit Athenæus lib. xv, cap. 13. Cujus verba adſcripſimus lib. 11 de Pictura vett. cap. 8, §. 13.

JASON.

Ἰάσων ὁ Θετταλὸς καὶ ἡμιθωράκια προσεξεῦρε: *Jaſon Theſſalus etiam ſemithoraces adinvenit*, Pollux Onom. lib. 1, cap. 6. *Longa nave Jaſonem primum navigaſſe Philoſtephanus auctor eſt*, Plinius lib. VII, cap. 56.

IBERÆ LORICÆ.

Horatius Carminum lib. 1, Ode 29:

Cum tu coëmtos undique nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis.

Ubi Acron Grammaticus: *Optime enim fortes Hiſpanæ loricæ ſunt.* Et confer hæc cum ejuſdem Grammatici verbis quæ ſupra attulimus in Hiberi.

IBERI.

Iberi occidentales texendi Arte præcellunt: *Tzetzes Chiliade* XI, *Hiſt.* 388.

ICMALIUS, Faber.

Homerus Odyſſ. τ, verſ. 57:

Τῇ παρὰ μὲν κλισίην πυρὶ κάτθεσαν, ἔνθ' ἄρ' ἐφίζε,
Δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ· ἥν ποτε τέκτων
Ποίησ' Ἰκμάλιος. - - -

Huic apud ignem quidem ſedem depoſuerunt (illic aſſidebat)
Rotundam ex ebore & argento, quam quondam faber
Fecit Icmalius. - - -

Ubi Euſtathius: Ἰκμάλιος, ὄνομα οἰκεῖον τέκτονι ξύλων, ἃ χρήσιμα γίνεται μετὰ τὸ ἐξικμασθῆναι: *Icmalius eſt nomen proprium fabri lignorum, quæ utilia ſunt cùm ſunt ſiccata.* Vide Rom. edit. pag. 1855, 29.

ICTINUS, Architectus.

Ictinus & Carpion ſcripſerunt volumen de æde Minervæ Dorica, quæ eſt Athenis in arce: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.* De hoc Ictino ita Pauſanias *libro* VIII, *pag.* 522, 38. Ictinus Architectus, qui templum Apollinis Epicurii in Cotylio monte juxta urbem Phigaliam exſtruxit, vixit iiſdem temporibus, quibus Pericles floruit Athenis: idemque Athenienſibus Parthenonem erexit: *Plutarchus in Pericle*: Parthenona hecatompedon cum Ictino Callicrates exſtruxit. Plura habet Meurſius *Attic. lect. lib.* III, *cap.* 16. Strabo *lib.* IX, *pagg.* 395 & 396; Ictini opus in urbe Eleuſi Cereris Eleuſiniæ templum eſt, & myſticum delubrum, capax turbæ theatricæ. Idem etiam Athenis Parthenonem fecit in arce Minervæ: Pericle ſuſtinente operum procurationem. Auſonius Edyllio X, verſu 308:

- - - *Hic clari viguere Menecratis artes;*
Atque Epheſi ſpectata manus: vel in arce Minervæ
Ictinus, magico cui noctua perlita fuco,
Allicit omne genus volucres, perimitque tuendo.

IDÆUS, Pictor.

Meminit ejus Xenophon hiſt. lib. IV; cum narraſſet Pharnabazi filium Ageſilao dediſſe jaculum pulcherrimum, in hoſpitalitatis, quam ei offerebat, teſſeram, ſubjicit: Ὁ δὲ δεξάμενος, φάλαρα ἔχοντα περὶ τῷ ἵππῳ Ἰδαίου τοῦ γραφέως πάγκαλα περιελὼν ἀντέδωκεν αὐτῷ: *Quo recepto ille, phaleris egregio Idæi pictoris artificio elaboratis, detractis ſuo equo, juvenem donavit.*

IDECTÆUS, Statuarius.

Delius & Diana Idectæi & Angelionis Ars: Ὁ Δήλιος καὶ ἡ Ἄρτεμις Ἰδεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη, Athenagoræ legatio pro Chriſtianis.

IGNATIUS.

Georgius Codinus in Originibus Conſtantinopolitanis, ubi agit de ſtructura templi S. Sophiæ, hæc habet de hoc Ignatio: Juſtinus Imp. collocavit prope templum ſuam

N 2 ſtatuam,

ſtatuam, quæ Deo gratias agens civibus indicat, ἐγὼ εἰμὶ ὁ κτίστης, *Ego ſum conditor.* Cùm vero Ignatius, magnæ eccleſiæ magiſter, propter mirabilia quæ faciebat opera diligeretur ab omnibus, metuens Imp. ne aliquando à duabus populi factionibus Imperator ſalutaretur, nec tamen vellet eum occidere, quod plurimi ſuadebant; auctores deinde fuerunt, ut ſtatua ſua in Auguſteo jam poſita, eum ibi ablata ſcala relinqueret ac fame enecaret: quod etiam fecit. Cognoſcens itaque Ignatius ſe ibi relictum iri poſt erectam equeſtrem Imperatoris ſtatuam, deplorabat ſuam ſortem. Veſpera vero adventante, commentum prudens excogiravit. Tenuem funiculum quem habebat in marſupio, quinquaginta quinque circiter orgyarum, una cum veſte ſua & ſubinduſiali & interula & faſcia ſumens, colligavit ea & conſtrinxit, feeitque periculum num ad terram uſque pertingerent. Quæ cum bene ſe habere deprehendiſſet, uxori ſuæ mox cum ingenti planctu ſupervenienti cum clamore ſignificavit (erat enim profunda jam nox univerſa urbe in ſomnum demerſa) quod ibi relictus eſſet ut moreretur. Sed abi & clam eme funem craſſiorem, eumque pice liquida inunge, & media nocte revertere. Accipiente vero ea quæ juſſerat atque adventante nocte proxime ſequente, demiſit & ipſe quæ habebat; & funiculum ab uxore annexum ſurſum ad ſe retraxit, ac podi ſtatuæ equeſtris alligavit, eoque prehenſo ſanus ac ſalvus inde deſcendit. Fecit autem hoc eò, ut funiculus liquida pice inunctus tenacius manibus hæreret, ne alioqui, veluti detractus, impetuoſe nimis ad terram deferretur comminueretur que: & ut funiculus, ipſo jam de ſummo in tutiora delato, expeditius combureretur. Proinde aſſumpta uxore & liberis noctu, Adrianopolim profectus eſt, ibique tres annos in habitu monaſtico tranſegit: univerſis ubique credentibus dicentibuſque eum apud ſtatuam fame extinctum. Poſtea Conſtantinopolim rediit, ibique aliquantiſper commoratus eſt: donec Imperatori in proceſſione ad templum SS. Apoſtolorum obviàm occurrit, petens ab illo ut ejus miſereretur & metus expertem vivere ſineret. Agnoſcens igitur illum Imperator, miratus eſt cum toto Senatu: atque adeo ipſe quoque imperator ſimulavit ſibi nihil eorum conſtitiſſe quæ Ignatio obtigerant: & plurima dona conferens in Ignatium, dimiſit eum in pace; dicens; Ecce, quem Deus vult vivere, mille homines eum non interiment. Atque ex eo tempore magna cum tranquillitate vixit Ignatius. Vide *Codinum pag. 72, edit. regiæ.*

ILLYRII.

Clemens Alexandrinus lib. 1 Stromat. Ἰλλυριοὶ τὴν καλουμένην πέλτην ἐξεῦρον: *Illyrii invenerunt peltam, quam dicunt.*

ILVA.

Ilvæ inſulæ cum ferri metallis meminit Plinius *nat. hiſt. lib.* III, *cap.* 6. Virgilio Æneid. X, 174, dicitur

Inſula in exhauſtis Chalybum pretioſa metallis.

Ubi Servius: Quidam Ilvam Ithacem dictam volunt: eſt autem inſula adjacens Thuſciæ in conſpectu Populoniæ. Quànto exhauſta fuerit, tanto generoſior, hoc eſt πολύγονος. Ergo *in exhauſtis* non eſt una pars orationis: namque dicit Plinius Secundus, *Cum in aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſint vacuæ, apud Ilvam hoc eſſe mirum, quod ſublata renaſcuntur & rurſus de hiſdem locis effodiuntur.* Varro & aliud dicit: naſci quidem illic ferrum, ſed in ſtricturam non poſſe cogi, niſi tranſvectum in Populoniam, Thuſciæ civitatem ipſi inſulæ vicinam. Hæc Servius. Rutilius lib. 1 Itinerarii:

Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis,
Qua nihil uberius Norica glëba tulit.
Non Biturix largo potior ſtrictura camino,
Nec quæ Sardonio ceſpite maſſa fluit.
Plus confert populis ferri fœcunda creatrix,
Quàm Tarteſſiaci glarea fulva Tagi. &c.

Etſi vero in hiſce verbis Plinii à Servio proxime adductis Plinius videatur unis Ilvenſium ferrifodinis hanc renaſcendi fertilitatem tribuere, incidimus tamen & in alium ejuſdem Plinii locum lib. XXXIV, cap 17, ubi de plumbo, ſtanno, aliiſque id genus metallis agens, & hoc addit, *Mirumque in his ſolis metallis, quod derelicta fertilius reviviſcunt.* Integrum locum adſcripſimus in *Caſſiterides.* Diſpiciat interim lector numquid uſpiam in toto Plinio locus aliquis occurrat, ex quo liquere poſſit ſcriptorem diligentiſſimum adeo inter ſe pugnantia tradidiſſe.

INDIA.

Virgilius 1 Georg. verſu 57:

India mittit ebur, molles ſua tura Sabæi.

Ubi

Ubi Servius: *Et in Africa fuerunt elephanti, ſed majores in India. Hinc eſt quod ait Terentius:* Elephantis quem Indicis præfecerat, *id eſt, maximis.* Et India mittit, *quaſi pendit.* Ad quem locum Terentii Eun. III, 1, etiam Donatus: *Indicis, πρὸς ἀντιδιαστολὴν Maurorum, qui & mitiores ſunt.* Inter Africanum ebur maximum nomen habuit *Adulicum*, quod vide.

India quandoque etiam ponitur pro Indicis animalibus monſtroſiſſimarum imaginum formis ad ſpectatorum oblectationem multipliciter ac nove variegatis. Meminit eorum Claudianus I in Eutropium, verſu 355:

> - - - *Jam frugibus aptum*
> *Æquor, & aſſuetum ſylvis delphina videbo;*
> *Jam cochleis homines junctos, & quicquid mane*
> *Nutrit Judaicis quæ pingitur India velis.*

Vide librum ſecundum Picturæ vett. cap. VIII, § 9, ubi de Phrygiis veſtibus acu pictis atque aliis itidem textilibus operibus agitur.

INDUS.

Indus rex in Scythia argentum primus invenit, quod Erichthonius Athenas primum attulit: *Hyginus fabula* 274. *Caſſiodorus Variarum* IV, 34.

JOANNES, Mechanicus.

Johannes Byzantius Mechanicus adhuc adoleſcens, in munienda exornandaque urbe Zenobia inſignem Imp. Juſtiniano navavit operam: *Procopius de Ædificiis Juſtin. lib.* II, *cap.* 8.

JOBEL.

Euſebius in exordio Chronici: Lamech ex Adda genuit Jobel, qui primum intra tentorium habitaculis morem geſſit. Hæc nempe antiquiſſima fuit ac tumultuaria paſcentium militantiumque Architectura, ex arborum ramis primum, ac mox etiam ex pellibus ac velis rudi modo concinnata. Hinc Græcis σκηνὴ eſt *umbraculum, tabernaculum;* & Latinis dicuntur *ſub pellibus eſſe*, qui verſantur in exercitu. Ἰώβηλος σκηνὰς ἐπήξατο, καὶ κτηνοτροφίαν ἠγάπησε, *Jobel tentoria fixit, ac rei pecuariæ ſtudio ſe oblectabat*, Joſephus antiquit. Judaicarum lib. I, cap. 3. Poſtea vero pictis etiam imaginibus ac gemmis exornabantur tentoria. Claud. lib. I de Laudib. Stilic. verſ. 157:

> - - - *Hic picta Saces, fucataque Medus,*
> *Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus.*

Unde & inter quæſtuarias artes procedente tempore non poſtrema fuit ars conficiendi tentoria; ſiquidem Apoſtolus Paulus non ſibimet ipſi modo, ſed aliis quoque victum ea arte quæſivit. Confer Act. XVIII: 3; cum eorundem Act. XX: 34.

ION, Statuarius.

Centeſima quartadecima Olympiade floruit Lyſippus, & cum eo Alexander Magnus: item Lyſiſtratus & frater ejus Sthenis: Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

IONICI OPERIS STRUCTURA.

Hujus ſtructuræ erat Deæ Syriæ templum, quod deſcribit Lucianus de Syria Dea. Eleorum forum non refert Ionum & Ioniæ finitimarum urbium fora, ſed factum eſt modo multo antiquiore, &c. Vide *Pauſaniam lib.* VI, *pag.* 390, 34. θαυνίδες, ἰσοδόματα ἰωνικὰ πλυπλῆ, Auctor magni Etymologici; Pollux lib. VII, cap. 22.

IONOS.

Caſſiodorus Variarum III, 31: *Æs Ionos Theſſaliæ rex, plumbum Midas regnator Phrygiæ repererunt.*

IPHICRATES, Statuarius.

Iphicratis Leæna laudatur. Scortum hoc lyræ cantu familiare Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio, uſque ad mortem excruciata, tyrannis non prodidit. Quamobrem Athenienſes, & honorem habere ei volentes, nec tamen ſcortum celebraſſe, animal nominis ejus fecere: atque ut intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt: Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

IPHION, Pictor.

Anthologia Græcorum Epigr. lib. IV, cap. 6:

> Ἴφιων τόδ' ἔγραψε Κορίνθιος· οὐκ ἔνι μῶμος
> Χερσὶν, ἐπεὶ δόξας ἔργα πολὺ προφέρει.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Ex Ephyra manus hæc Iphionis. Omnis ab illa
Culpa procul; famam nobile vincit opus.

IPHIS, Pictor.

Iphis ſpectatur Neptuno & Victoria, Plinius xxxv, cap. 11.

IRENE, Pictrix.

Irene Cratini pictoris filia & diſcipula pinxit puellam, quæ eſt Eleuſine; Calypſo ſenem; & præſtigiatorem Theodorum, Plinius xxxv, 11. Hujus Irenes filiæ Cratini meminit etiam Dydimus in Sympoſiacis, ſicuti teſtatur Clemens Alexandrinus Stromat. iv, pag. 381, C.

ISIDORUS, Mechanicus.

Iſidorus Mileſius Mechanicus plurimum juvit Juſtinianum Imp. ædificantem. Vide *Procopium de Ædificiis Juſtiniani lib.* 1, *cap.* 1; *& lib.* 11, *capite* 3. Hujus Iſidori ἀδελφιδοῦς, ex fratre nepos atque adoleſcens etiamnum, itidem dictus Iſidorus, inſignem quoque Imp. Juſtiniano navavit operam in munienda exornandaque urbe Zenobia: vide ejuſdem libri caput 8.

ISIDORUS, Statuarius.

In Pario colonia laudatur Hercules Iſidori, Plinius lib. xxxiv, cap. 8.

ISIGONUS, Statuarius.

Plures artifices fecere Attali & Eumenis adverſus Gallos prælia, Iſigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, Plinius lib. xxxiv, cap. 8.

ISIS.

Iſis primum invenit velificia: nam, dum quærit Harpocratem filium ſuum, rate velificavit, Hyginus fab. 277. *Velum Iſis rati prima ſuſpendit, cùm per maria Apochram filium ſuum audaci fœmina pietate perquireret. Ita dum materna caritas ſuum deſiderium feſtinat explere, Mundo viſa eſt ignota reſerare*, Caſſiodorus Variarum v, 17. *Ægyptii non multum ante annorum duo millia litteras magiſtra Iſide didicerunt*, Auguſtin. lib. xviii de Civitate Dei, cap. 40; & ante quoque cap. 37.

ITALIA.

Fuiſſe ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetuſtam, indicant Hercules ab Euandro ſacratus, ut ferunt, in Foro boario, qui Triumphalis vocatur, atque per triumphos veſtitur habitu triumphali: præterea Janus geminus à Numa rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis ut trecentorum ſexaginta quinque dierum nota, per ſignificationem anni temporis & ævi ſe Deum indicaret. Signa quoque Thuſcanica per terras diſperſa, quæ in Hetruria factitata non eſt dubium. Deorum tantum putarem ea fuiſſe, ni Metrodorus Scepſius, cui cognomen à Romani nominis odio inditum eſt, propter duo millia ſtatuarum Volſinios expugnatos objiceret. Mirumque mihi videtur, cùm ſtatuarum origo tam vetus in Italia ſit, lignea potius aut fictilia Deorum ſimulacra in delubris dicata uſque ad devictam Aſiam, unde luxuria, Plin. lib. xxxiv, cap. 7. Et mox ibidem: *Factitavit coloſſos & Italia. Videmus certe Apollinem in bibliotheca templi Auguſti Thuſcanicum* L *pedum à pollice, dubium ære mirabiliorem an pulcritudine. Fecit & Sp. Carvilius Jovem qui eſt in Capitolio, victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum ocreiſque & galeis. Amplitudo tanta eſt, ut conſpiciatur à Latiario Jove. Reliquiis limæ ſuam ſtatuam fecit, quæ eſt ante pedes ſimulacri ejus.*

ITANUS.

Φασὶ τὸν Ἴτανον, Σαυνίτης ὅστις ἦν, πρῶτον θυρεὸν κατασκευάσαι: *Ajunt Itanum, qui Samnites erat, primum feciſſe ſcutum*, Clemens Alexandr. Stromat. lib. 1, pag. 225, A.

ITONUS.

Itonus, Theſſaliæ rex, primus aurum argentumque conflavit, atque adeo ipſam quoque cudendæ monetæ rationem primus invenit: *Lucanus lib.* vi, *verſ.* 402.

JUDÆI.

Claudianus lib. 1 in Eutropium, verſ. 357:

- - - *Jam frugibus aptum*
Æquor, & aſſuetum ſylvis delphina videbo;
Jam cochleis homines junctos, & quicquid inane
Nutrit Judaicis quæ pingitur India velis.

Vide Syrica vela infra. Pauſanias lib. viii, pag. 482, 40: Apud Hebræos in Solymo-

Solymorum urbe, quam Romanus Imp. funditus evertit, eſt miri operis ſepulcrum Helenæ, mulieris indigenæ, &c. Vide locum. Vide porro Nic. Loënſis *miſcell. epiphill. lib.* VI, *cap.* 24.

JULIUS CÆSAR.

Multi prodiderunt Julium Cæſarem gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe, Suetonius in ejus vita, cap. 47. *Præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæſar Dictator, Ajace & Medea ante Veneris Genetricis ædem dicatis*, Plinius XXXV, 4.

L.

LAAS.

Laas, nomen proprium Sculptoris lapidarii: *Auctor magni Etymologici*, *in* Λάας.

LABEO, Pictor.

Parvis tabellis gloriabatur, exſtinctus nuper in longa ſenecta, Aterius Labeo Prætorius, etiam Proconſulatu provinciæ Narbonenſis functus: ſed ea res in riſu & contumelia erat, Plin. lib. XXXV, cap. 4.

LACER, Architectus.

Floruit ætate Imp. Nervæ Trajani. *Alcantara* videlicet, quæ Ptolemæo Νῶρβα Καισαρεῖα nuncupatur, oppidum eſt Hiſpaniæ in ripa Tagi, conſpicuum ponte venerandæ antiquitatis majeſtatisque, in cujus ingreſſu extat ſacellum, quod hodie D. Juliani appellant, habens hanc in ſuperliminari ſuo inſcriptionem, quam in Coſmographia ſua exhibuit Paullus Merula. Sed nos eam ex alio quodam antiquarum inſcriptionum codice MS. auctiorem deſcribimus: IMP. CÆS. T. ÆLI HADRIANI AN. IMP. CÆSARI DIVI NERVÆ F. TRAIANO DACICO GERMANICO SACRUM.

Templum in rupe Tagi Superis & Cæſare plenum,
Ars ubi materia vincitur ipſa ſua,
Quis, quali dederit voto, fortaſſe requiret
Cura viatorum, quos nova fama trahit.
Ingentem vaſta pontem qui rupe peregit,
Sacra litaturo fecit honore Lacer.
Qui Pontem fecit Lacer, & nova templa dicavit,
Scilicet & Superis munera ſola litant.
Pontem perpetui manſurum in ſæcula Mundi
Fecit divina nobilis arte Lacer.
Idem Romuleis templum cum Cæſare divis
Conſtituit: felix utraque cauſa ſacri.

Vide quoque Inſcript. Gruteri CLXII, 1.

LACHES, Statuarius.

Laches Lindius fecit Rhodi coloſſum Solis, altum ulnas octuaginta. Anthologia Græcorum epigrammatum lib. IV, cap. 6.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Rhodium coloſſum octoginta
Cubitorum Laches Lindius fecit.

Vide quæ ſupra diximus in Chares.

LACON, Statuarius.

Olympiade LXXXVII *fuere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

LACONICA.

Laconica purpura: Plin. lib. XXI, cap. 8; & rurſus lib. XXXV, cap. 6: *Puteolanum purpuriſſum potius laudatur quàm Tyrium aut Gætulicum vel Laconicum, unde pretioſiſſimæ purpuræ.* Vide Meurſii miſcell. Lacon. lib. II, cap. 19.

Laconicæ claves: *Stephanus de Urbibus in* Λακεδαίμων. Vide *miſcell. Lacon. lib.* II, *cap.* 17.

Laconici calcei. Vide quæ ſupra diximus in *Amyclæi calcei.*

Laco-

Laconicum poculum dicitur κώθων, de cujus uſu multa dicit Athenæus *libro* 11, *cap.* 10. Plura occurrunt in Meurſii *miſcell. Laconicis lib.* 1, *cap.* 14.

Laconicus pileus & pugio: *Pollux lib.* 1, *cap.* 10, §. 13. De Laconicis pileis multa Meurſius *miſcell. Laconicorum lib.* 1, *cap.* 17.

Lacones habebant peculiare aliquod genus balnei, quo utebantur. Meminit ejus Plutarchus in Aginde & Cleomene: Καὶ δεῖπνα, καὶ λουτρά, καὶ δίαιταν Λακωνικὴν ζητεῖν: *Et cœnas & balnea & victum Laconicum quærere.* Erat autem ſiccum, & ſudando non lavando proderat. Martialis VI, 42:

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine Martiaque mergi.

Columella in Præfat. operis de Re ruſtica; *Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus; &, exacto ſudore, ſitim quærimus.* Corn. Celſus lib. II, cap. 17: *Siccus calor eſt arenæ calidæ, & Laconici.* Meminit & Vitruvius lib. V, cap. 10 & 11; item libro VII, cap. 10. Plura habent Jo. Meurſii miſcell. Laconica libro II, cap. 18. Vide quoque Voſſii Etymol. Lat. *in Laconicum.*

Lacones peculiarem quandam habebant rationem temperandi ferrum chalybe, atque ex iſthoc ferro fiebant optimæ limæ, terebræ ferrariæ, cæla, & inſtrumenta lapidicidarum. Inſignem hac de re locum ex lib. XXXV Poliorceticôn Daimachi adducit Stephanus de Urbibus in Λακεδαίμων. Quem etiam locum totidem fere verbis hinc tranſcripſit Euſtathius ad Iliad. B, pag. 294, 4, edit. Romanæ.

LACRATES.

Theſaurum Epidamniis Pyrrhus & Lacrates & Hermon ejus filii fecere: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 379, 34.

LÆDUS, ARGENTI CÆLATOR.

Lædus Stratiates prælia armatosque cælavit, Plin. lib. XXXIII, cap. 12.

LÆIUS.

Is fame liberavit Antiochiam, ut loquitur Tzetzes Chil. II, Hiſt. 59, Εἰκὼν ἐν πέτρᾳ ποιήσαντα Χάρωνος, θεὶς τῇ πόλει: *Sculpſit in lapide faciem Charonis & urbi dedicavit.*

LAHIPPUS, STATUARIUS.

Centeſima viceſima Olympiade fuere Eutychides, Euthycrates, Lahippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus: Plin. lib. XXXIV, cap. 8. Et poſteaquam ibidem multa dixit de Lyſippo, etiam hæc addit: *Filios & diſcipulos reliquit laudatos artifices, Lahippum & Bedam, ſed ante omnes Euthycratem.*

LALA, PICTRIX.

Lala Cyzicena, perpetua Virgo, Marci Varronis juventa Romæ & penicillo pinxit & ceſtro in ebore: imagines mulierum maxime, & Neapolitanum in grandi tabula: ſuam quoque imaginem ad ſpeculum. Nec ullius velocior in pictura manus fuit: artis vero tantum, ut multum manupretio antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores, Sopylon & Dionyſium, quorum tabulæ pinacothecas implent, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

LAMPRUS, MECHANICUS.

Genus ducebat à Callinico, primo inventore πυρὸς ὑγροῦ vel θαλασσίου: unde ei quoque veluti gentilitium fuit, hoſtium claſſes igne Græco incendere atque demergere. Vide quæ ſupra diximus in CALLINICUS.

LAPHAES, SCULPTOR.

Herculis ligneum ſignum priſci operis Laphaës Phliaſius fecit: *Pauſanias libro* II, *pag.* 102, 49. Item *lib.* VII, *pag.* 451, 18.

LARES.

Iidem qui *Curetes* vel *Dactyli Idæi.* Vide quæ utrobique annotavimus.

LAZARUS, PICTOR.

Lazarus Monachus quas imagines ſacras pinxerit, & quanta eum ob hoc rabie perſecutus ſit Imp. Theophilus, multis docet Zonaras *tomo* III, ubi narrat ea quæ geſta ſunt imperante Theophilo. Atque eadem fere legas etiam apud Cedrenum.

LEARCHUS, STATUARIUS.

In dextra Chalciœci parte Jovis ſignum eſt ex ære, vetuſtiſſimum omnium quæ ex eadem fabricata ſunt materia. Neque enim totum ſimul factum eſt ſignum, ſed ſingulatim excuſa ſunt membra, & mutuo ſibi adaptata, clavisque ita firmiter confixa & coagmentata, ut diſſolvi non poſſint. Learchum Rheginum ajunt ſimulacrum hoc feciſſe, quem

Google

Dipœni ac Scyllidis quidam, alii vero ipſius Dædali diſcipulum fuiſſe tradunt: *Pauſanias lib.* III, *pag.* 194, 4.

L E M N I I.

Lemnios olim vocabant Sintias, quoniam primi fecerunt arma bellica, quibus vicinos læderent. Ἑλλάνικος φησὶ τοὺς Λημνίους ὀνομασθῆναι Σιντίας, διὰ τὸ πρώτους ὅπλα ποιῆσαι πολεμικὰ πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον καὶ βλάπτειν: *Hellanicus ait Lemnios vocatos fuiſſe Sintias, quod primi fecerint arma bellica, ad vicinos lædendos*, Apollonii Scholiaſtes ad verſ. 608 libri I Argonaut. Vide quoque Auctorem Etymol. magni, in Σιντίδα Λῆμνον. Auctorem etiam brevium ſchol. ad verſ. 594 Iliados Α; nec non Euſtathium ad eundem Poetæ locum.

L E O.

De horologio prorſus admirando, quod Imperatori Methodio confecerat ὁ μεγαλομαθέστατος ἐν βασιλεῦσι Λέων, *infinitæ eruditionis Imp. Leo*, vide Conſtantini Manaſſis Compendium chronicum, pag. 107 edit. Regiæ.

L E O C H A R E S, Statuarius.

Centeſima ſecunda Olympiade floruere Polycles, Cephiſſodorus, Leochares, Hypatodorus, Plin. lib. XXXIV, cap. 8. *Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum & Leocharem: de quibus ſimul dicendum eſt, quoniam pariter cælavere Mauſoleum. Sepulcrum hoc eſt ab uxore Artemiſia factum Mauſolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centeſimæ anno ſecundo. Opus id, ut eſſet inter ſeptem miracula, ii maxime artifices fecere. Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes, brevius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim. Attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis. Cingitur columnis triginta ſex. Ab Oriente cælavit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leochares. Priuſque quàm peragerent, regina Artemiſia, quæ mariti memoriæ id opus exſtrui juſſerat, obiit. Non tamen receſſerunt, niſi abſoluto jam, id gloriæ ipſorum artiſque monumentum judicantes, hodieque certant manus. Acceſſit & quintus Artifex, namque ſupra pteron pyramis altitudine inferiorem æquavit, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit*, Plin. lib. XXXVI, cap. 5. *De Mauſoleo edidere volumen Satyrus & Pytheus, quibus vere felicitas ſummum maximumque contulit munus: eorum enim artes ævo perpetuo nobiliſſimas laudes & ſempiterno florentes habere judicantur, & cogitatis egregias operas præſtiterunt. Namque ſingulis frontibus ſinguli artifices ſumpſerunt certatim partes ad ornandum & probandum; Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxiteles, nonnulli etiam putant Timotheum, quorum artis eminens excellentia coëgit ad ſeptem ſpectoculorum ejus operis pervenire famam*, Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi. *In Halicarnaſſi ſumma arce media erat Martis fanum habens ſtatuam coloſſi, quam Acrolithon dicunt, nobili manu Leocharis factam. Hanc autem ſtatuam alii Telocharis, alii Timothei putant eſſe*, Vitruvius lib. II, cap. 8.

In Piræeo longa quædam porticus eſt, qua pro foro utuntur qui proxime ad mare habitant. In ultima vero porticus hujus parte Leocharis exſtant opera, Jupiter & Populus: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 2, 18.

Leocharis Apollo: *Idem ibidem*, *pag.* 6, 20.

Leocharis Jupiter Polieus: *Idem ibidem*, *pag.* 43, 18. Circa exitum Altis, ad lævam Prytanei, eſt ædificium è coctili laterculo exſtructum, quod columnæ undecunque circumſtant. Fecit id Philippus, quum pugna ad Chæroneam graviter Græciam perculiſſet. Collocati autem ſunt ibi Philippus & Alexander, cumque illis Amyntas Philippi pater. Has omnes ſtatuas fabricavit Leochares ex ebore & auro, ſicuti & Olympiadis Eurydicesque ſimulacra: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 327, 12. Ἀνάκειται Ἰσοκράτους καὶ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἔμπροσθεν τῆς στοᾶς, ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος, καὶ ἐπιγέγραπται.

> Τιμόθεος φιλίας τε χάριν ξενίην τε προτιμῶν
> Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ᾽ ἀνέθηκε θεαῖς. Λεωχάρους ἔργον.

Dedicata eſt Iſocratis etiam Eleuſine ſtatua ærea, in veſtibulo porticus, à Cononis filio Timotheo, cum hac inſcriptione:

> *Hanc ſtatuam Iſocratis voluit ſacrare Deabus*
> *Timotheus, conſtans cultor amicitiæ.* *Leocharis opus.*

Plutarchus in Vitis decem Rhetorum, ubi agit de Iſocrate. Τίνος χάριν διὰ Λεωχάρους Γανυμήδην τὸν ἀνδρόγυνον, ὥς τι σπουδαῖον ἔχοντες κτῆμα, τετιμήκατε: *Quamobrem in gratiam Leocharis Ganymedem illum effæminatum, tanquam eximium quid poſſidentes, in honore habetis?* Tatianus Orat. adverſus Græcos.

LEOCRAS, Statuarius.

Leocras fecit aquilam, ſentientem quid rapiat in Ganymede & cui ferat, parcentem unguibus etiam per veſtem: puerum Autolycon pancratio victorem, propter quem Xenophon Sympoſium ſcripſit: Jovemque illum tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem: item Apollinem diadematum, Plin. lib. xxxiv, cap. 8. Paulus Leopardus Emendationum lib. xi, cap. 19, reſtituit *Leochares*, ex Tatiano.

LEON, Pictor.

Leon pinxit Sappho, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

LEON, Statuarius.

Plinio lib. xxxiv, cap. 8 refertur hic *Leon* inter illos plaſtas qui fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque.

LEONIDES.

Leonides præcepta ſymmetriarum conſcripſit: *Vitruvius in Proœm. lib.* vii.

LEONIDES, Pictor.

Leonides Anthedonius Pictor, Euphranoris diſcipulus: *Stephanus de Urbibus*, *in* Ἀνθηδών. Id ipſum quoque habet Euſtathius ad verſum 508 Iliados B.

LEONTICHUS, Faber lignarius.

Anthologia Græcorum Epigr. lib. vi, cap. ultimo.

Σπάθην ἰθυτενῆ μολιβδάχθια, δυερπυστῆ τε
  Σφῦραν, καὶ γυρὰς ἀμφιδέτις ἀρίδας,
Καὶ σίδαρον πέλεκυν στελεχητόμον, ἰθύδρομόν τε
  Πρίονα μιλτείῳ σύγματι πειθόμενον,
Τρύπανά θ' ἑλκεσίχειρα, τέρετρά τε, μιλτοθυρῆ τε
  Σχῖνον ὑπ' ἀκρονύχων ψαλλομέναν κανόνι,
Σοὶ κούρη γλαυκῶπι Λεόντιχος ὤπασε δῶρον,
  Αὐθ' ἐπεὶ γυίων τὰν ἀπέδυσε χερός.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Malleus hic lignum feriens, perpendiculumque
  Plumbiſequum, & fines vincta ſcobina duos,
Roboraque incuſſu diſcindere nata ſecuris,
  Et minio factis æmula ſerra notis,
Et ferrum quod ligna forat, terebræque, rubensque
  Reſtis ab extrema tactus amuſſe latus,
Hæc tibi ſunt, Pallas, quæ dona Leontichus offert,
  Deſeruit quoniam tempore membra vigor.

LEONTION, Pictor.

Ariſtides Thebanus pinxit & Leontionem pictorem, Plin. lib. xxxv, cap. 10.

LEONTISCUS, Pictor.

Leontiſcus pinxit Aratum victorem cum trophæo: Pſaltriam, Plin. lib xxxv, cap. 11.

LEONTIUS, Statuarius.

Plinius lib. xxxiv, cap. 8, addit iis quæ de Myrone dixerat; *Vicit eum Pythagoras Rheginus ex Italia, pancratiaſte Delphis poſito. Eundem vicit & Leontius, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur*, &c. Ubi tamen pro *Leontius* in vett. libris eſt *Leontinus*, ſubintelligendusque *Pythagoras*: atque ita hoc in loco inter *Pythagoram Rheginum* & *Pythagoram Samium* intermedius fuerit *Pythagoras Leontinus*: atque adeo ad hunc etiam *Pythagoram* referendum ſit illud Pauſaniæ lib. vi, pag. 366, 40; Ἄστυλος Κροτωνιάτης Πυθαγόρου ἔργον: *Aſtylus Crotoniata Pythagoræ opus.*

LEOPHON, Statuarius.

Plin. lib. xxxiv, cap. 8, meminit ejus, ubi recenſet artifices qui athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque fecerunt.

LEPTA. Vide Q. Lepta.

LESBII.

Videntur olim cælandi arte alias gentes ſuperâſſe: *Lesbium, genus vaſis cælati, à Lesbis inventum*, Feſtus.

LESBOCLES.

Hunc Plinius lib. xxxiv, cap. 8, refert inter æqualitate celebratos Artifices, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.

LESBO-

LESBOTHEMIS, Statuarius.

Euphorion in libro de Iſthmiis teſtatur Magadin priſcum eſſe inſtrumentum, ac ſerò tandem fabricam ejus una cum ipſo nomine mutatam; ſiquidem organum hoc poſtea dixere Sambucam: addit quoque frequens id eſſe apud Mitylenæos, atque adeo Muſarum unam inſtrumentum hoc manu tenentem factam à Lesbothemide, Statuario perantiquo: *Athenæus lib. 14, cap. 4.*

LEUCON, Sculptor.

Anthologia Græcorum Epigr. lib. VI, cap. I:

Τὸν κύνα τῆς πάσης κρατηρῆς ἐπιδόμενα θήρης,
Ἔξεσε μὲν Λεύκων, ἄνθετο δ' Ἀλκιμένης.
Ἀλκιμένης δ' οὐχ εὗρε τί μέμψεται· ὡς δ' ἴδ' ὁμοίην
Εἰκόνα παντοίῳ σχήματι φαινομένην,
Κλειὸς ἔχων, πύλας ἦλθε, λέγων Λεύκωνα κελεύειν
Τῷ κυνὶ καὶ βαίνειν· πείθε γὰρ ὡς ὑλάων.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Indagare canem ſolitum genus omne ferarum
Effinxit Leucon, dedicat Alcimenes.
Vidit ut Alcimenes vitio culpaque carentem
Effigiem cunctas corpore ferre notas,
Vincla tenens, queis colla liget; jam dic age, Leucon,
Currat, ait: latrans nam tua juſſa manet.

LIBON, Architectus.

Libon Eleus præfuit operi quum in Elide exſtrueretur Altis: *Pauſanias libro quinto, pag. 304, 9.*

LIBURNUS.

Liburnicæ naves ab earum inventore Liburno denominatæ ſunt. Vide *Euſtathium ad verſum* 385 *Dionyſii* τῆς περιηγήσ. Vide quoque *Appianum de bellis Illyricis, pag.* 758 *edit. Stephanicæ* 1592.

LICINIUS, Mathematicus.

Vitruvius lib. VII, cap. 8, fuſe narrat, quemadmodum Licinius iſte ſeveriſſima reprehenſione correxerit errantia tectoriorum inſtituta. Integrum Vitruvii locum adſcripſimus in Apaturius.

LINDUS.

Inde nomen acceperunt Lindica navigia. Vide *Euſtathium ad verſum* 505 *Periegeſios Dionyſii.*

LOCRUS, Statuarius.

Locrus Parius fecit Minervæ ſignum: *Pauſanias lib. 1, pag. 14, 19.*

LONGIDIENUS, Faber navalis.

P. LONGIDIENUS FABER NAVALIS, Inſcript. Gruteri DCXL, I.

LUCAS, Pictor.

Nicephorus Calliſti filius Eccleſiaſticæ hiſt. lib. II, cap. 43: Λουκᾶς ἐξ Ἀντιοχείας ἕλκει τὸ γένος, ἥτις κατὰ τὴν κοίλην κεῖται Συρίαν· τέχνη μὲν ἰατρὸς, ἄκρως δὲ τὴν ζωγράφον τέχνην ἐπιστάμενος. Θήβαις δ' ἐν ἑπταπύλοις τῷ θεσπεσίῳ περιτυχὼν Παύλῳ, τὴν πατρῴαν πλάνην ἀπείπατο Χριστῷ προσιών· ἀντὶ δὲ σωμάτων, τὴν τῶν ψυχῶν ἠλλάξατο θεραπείαν: *Lucas traxit genus ex Antiochia, quæ ſita eſt in Cæleſyria, arte quidem medicus, egregie vero & pictoriæ artis peritus: In urbe Thebana, ſeptem portis clara, incidens in divinum Paulum, abdicato errore patrio aggregatus eſt Chriſto, corporumque curam permutavit cum medicina animarum.* Ibidem aliquanto poſt: Φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον τήν τε Χριστοῦ εἰκόνα καὶ τῆς αὐτὸν θεοπρεπῶς τεκούσης, ἔτι δὲ καὶ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων, διὰ τῆς ζωγραφικῆς ἱστορῆσαι τέχνης· κἀντεῦθεν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πιστὸν σεβάσμιον καὶ πάνσεπτον ἔργον ἐξεχθῆναι: *Perhibent eum primum & Chriſti, & ejus quæ hunc divinæ majeſtati convenienter peperit, præcipuorum denique Apoſtolorum imagines pictoriæ artis beneficio vulgaſſe, atque inde opus adeo pium venerandumque per univerſum orbem habitabilem eſſe propagatum.*

LUCILLUS, Pictor.

Hunc Lucillum magnifice ſatis extollit Symmachus lib. II, epiſt. 2; & lib. IX, epiſt. 47

LUCIUS AGRIUS. Vide Agrius.

LUCIUS BROMIUS. Vide Bromius.

LUCIUS CERDO. Vide Cerdo.

Digitized by Google

LUCIUS CORNELIUS BALBUS.

Lucius Cornelius Balbus, præfectus Fabrum Cæſaris. Vide *Ciceronem pro L. Cornelio Balbo.*

LUCIUS FLAVIUS APOLLINARIS.

Lucius Flavius Apollinaris, Præfectus Fabrûm, *Inſcript. Gruteri* CCCCX, 4.

LUCIUS MALLIUS, PICTOR.

Apud Lucium Mallium, qui optimus Pictor Romæ habebatur, Servilius Geminius forte cœnabat: quumque filios ejus deformes vidiſſet, Non ſimiliter, inquit, Malli, fingis & pingis. Et Mallius; In tenebris enim fingo, inquit, luce pingo: *Macrobius Saturnalium lib.* II, *cap.* 2.

LUCRIO.

LUCRIO, Auguſti Topiarius, Inſcript. Gruteri DCII, 2. Quod vero fuerit hoc Palatinæ domus officium, docet Voſſii Etymologicum in *Topiarium opus.*

LUDIUS, PICTOR.

Plin. lib. XXXV, cap. 10: *Decet non ſileri & Ardeatis templi pictorem, præſertim civitate donatum ibi & carmine quod eſt in ipſa pictura, his verſibus:*

Dignis digna loca picturis condecoravit,
Reginæ Junonis ſupremæ conjugis templum,
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus;
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.
Ea ſunt ſcripta antiquis literis Latinis.

Ita quidem libri vulgati: ſed longe aliam lectionem exhibet antiquiſſimus codex MS; *Marcus Plautis marcus cloeta eſſe oriundus.* Item alter: *Marius Plancus aſialeteſſe oriundus.* Viderint alii numquid veri ex his poſſint exſculpere.

Illud vero carmen, quod Gruterus Inſcriptionum ſuarum pag. MLXV, 7, Romæ ſpectari tradit in hortis Julii III. Pont. maximi, pluribus indiciis evincitur ſuppoſititium eſſe. Conſidera tamen quo ſpectet, quod *Columna cum ſtatua magni Ludi, alter M. Ludii, collocetur à P. Victore in* VIII *regione urbis Romæ.*

LUDIUS ALTER, ITIDEM PICTOR.

Ludius Divi Auguſti ætate primus inſtituit amœniſſimam parietum picturam, villas, & porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piſcinas, euripos, amnes, litora qualia quis optaret: varias ibi obambulantium ſpecies, aut navigantium, terraque villas adeuntium aſellis aut vehiculis. Jam piſcantes aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiantes. Sunt in ejus exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villæ: ſuccollantium ſpecie mulieres labantes trepidæque feruntur, plurimæ præterea tales argutiæ facetiſſimi ſalis. Idemque ſubdialibus maritimas urbes pingere inſtituit, blandiſſimo aſpectu minimoque impendio. Sed nulla gloria artificum eſt, niſi eorum qui tabulas pinxere: eoque venerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco manſuras, quæque ex incendiis rapi non poſſent. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat: pictorque res communis terrarum erat, Plin. lib. XXXV, cap. 10.

LUPUS, ARCHITECTUS.

C. SEVIUS LUPUS ARCHITECTUS: *Gruteri Inſcript.* LVII, 7.

LYCAON ARCAS.

Lycaon Arcas gladium longiore lamina produxiſſe narratur. Peleus primus machæram dicitur inveniſſe, Servius ad verſ. 405 noni Æneid.

LYCAON GNOSIUS.

Virgilius Æneïd. lib. IX, verſ. 304.

- - - Humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſius, atque habilem vagina aptarat eburna.

LYCHUS, STATUARIUS.

Lychus fecit puerum ſuffitorem: alii *ſufflatorem,* Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

Lyciæ ſagittæ, Virgil. Æneïd. VIII, 166.
Lycia pharetra, Idem Æneid. VII, 16.

LYCISCUS, STATUARIUS.

Lyciſcus fecit Lagonem puerum ſubdolæ ac fucatæ vernilitatis, Plinius libro XXXIV, cap. 8.

LYCIUS,

LYCIUS, Statuarius.

Pauſanias lib. v, pag. 331, enumerat aliquot opera Lycii filii Myronis. Vide quoque Harpocrationem in Λυκιουργεῖς. Ac magis etiam Athenæum libro xi, cap. 11: ubi vide Caſaubonum. Diſpice tamen quem *Lycium Myronem* Plinius lib. viii, cap. 4, memoret, quum ait: *Polycletus diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexim, Ariſtidem, Phrynonem, Dinonem, Athenodorum, Dameam Clitorium, Myronem Lycium.*

LYCON, Figulus.

Inventor fuit phialarum quas ab eo λυκιουργεῖς nuncupabant: *Athen. lib.* xi, *cap.* 11. Adi Paulum Leopardum Emendationum lib. xi, cap. 18.

LYDI.

Ægyptii textilia invenere; inficere lanas, Sardibus Lydi, Plinius lib. vii, cap. 56. Λυδία, ἐσθής· τὰ Λύδια ὑφάσματα, Heſychius. Lydi primi monetam auream argenteamque ad communis vitæ uſum excogitarunt, & primi caupones inſtitoreſque extiterunt. Ajunt & ipſi de ſe, quòd primi fuerint ludorum inventores: *Herodotus lib.* 1, *cap.* 94; *Euſtathius ad verſ.* 845 *Dionyſii Periegetæ*. Omnino denique vide *Tertullianum de Spectaculis, cap.* 4.

LYDUS.

Æs conſtare & temperare, Ariſtoteles Lydum Scythen monſtraſſe; Theophraſtus, Delam Phrygem putat, Plinius vii, 56.

LYNCEUS.

Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα· τοῦτο δὲ ψεῦδος. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Λυγκεὺς πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν χαλκὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ λοιπά· ἐν δὲ τῇ μεταλλείᾳ λύχνους μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τοὺς μὲν κατέλιπεν ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον. Ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι ὅτι Λυγκεὺς καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ὁρᾷ· καὶ καταδυόμενος, ἀργύριον ἀνέφερε: *Lynceum dicunt ea quæ ſub terra ſunt pervidere ſolitum. Sed hoc falſum eſt: veritas autem ſic ſe habet. Lynceus primus incepit effodere æs, argentum, & reliqua. In hac vero metallica inveſtigatione lychnos ſub terram deferens, eos quidem ibi reliquit, ipſe vero æs ferrumque ſecum detulit. Inde nata eſt inter homines fama, Lynceum ima terræ pervidere, ſubeuntemque argentum aſportare*, ita Palæphatus: vide quoque Schol. in Plutum Ariſtophanis, pag. 12 edit. Baſil. Aliunde tamen cernendi famam Lynceo quondam fuiſſe tributam, tradit Plinius lib. 11 nat. Hiſt. cap. 17.

LYSIAS, Statuarius.

Ex honore apparet in magna auctoritate habitum Lyſiæ opus; quod in Palatio ſuper arcum Divus Auguſtus honori Octavii patris ſui dicavit in ædicula columnis adornata: id eſt, Quadriga curruſque, & Apollo ac Diana ex uno lapide, Plinius xxxvi, 5.

LYSIPPUS, Statuarius.

Centeſima quartadecima Olympiade Lyſippus fuit, & cum eo Alexander magnus; item Lyſiſtratus frater ejus, Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion. In hoc mirabile, quod nullo doctore nobilis fuit: ipſe diſcipulos habuit Zeuxim & Iadem, Plinius lib. xxxiv, cap. 8. Et aliquanto poſt ibidem: *Lyſippum Sycionium Duris negat, Tullius fuiſſe diſcipulum affirmat: ſed primo ærarium fabrum, audendi rationem cepiſſe pictoris Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum, Quem ſequeretur antecedentium, dixiſſe demonſtrata hominum multitudine, Naturam ipſam imitandam eſſe, non artificem.* Huc ſpectat illud Varronis lib. viii de L. L. *Qui ad conſuetudinem nos vocant, ſi ad rectam, ſequamur: in eo eſt quoque analogia. Si ad eam invitent quæ eſt depravata, nihilo magis ſequemur, niſi cùm erit neceſſe, ſequar in cæteris rebus mala exempla. Nam ea quoque, cùm aliqua vis urget, inviti ſequimur. Neque enim Lyſippus artificum priorum potius eſt vitioſa ſecutus, quàm artem.* Et illud Ciceronis in Bruto, ſive de Claris Oratoribus; *Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus ajebat magiſtrum fuiſſe.* Iſtud denique Quintiliani Orat. Inſtit. lib. xii, cap. 10; *Ad veritatem Lyſippum & Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant: nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quam pulchritudinis amantior.* Cicero lib. iii de Oratore: *Una fingendi eſt ars, in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus: qui omnes inter ſe diſſimiles fuere; ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem.* Conjungit & hunc Lyſippum cum Bryaxide, Praxitele, & Polycleto, Columella *in Præf. libri primi de Re ruſtica.*

Propertius lib. iii, Elegia 8;

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.

Statuariæ arti plurimum traditur contuliſſe Lyſippus, capillum exprimendo, capita minora faciendo quam antiqui, corpora graciliora ſiccioraque, per quæ proceritas ſignorum

major

major videretur. Non habet Latinum nomen Symmetria, quam diligentiſſime cuſtodivit, nova intactaque ratione quadratas veterum ſtatuas permutando: vulgoque dicebat ab illis factos, quales eſſent homines; à ſe, quales viderentur eſſe. Propriæ hujus videntur eſſe argutiæ operum, cuſtoditæ in minimis quoque rebus. Filios & diſcipulos reliquit laudatos artifices, Labippum & Bedam, ſed ante omnes Euthycratem: quamquam is conſtantiam patris potius æmulatus, quàm elegantiam, auſtero maluit genere, quàm jucundo placere. Et mox: *Hujus porro diſcipulus fuit Tiſicrates, & ipſe Sicyonius, ſed Lyſippi ſectæ propior, ut vix diſcernantur complura ſigna*, Plinius XXXIV, 8. Per *quadratas veterum ſtatuas* hoc in loco intellige rudes etiamnum ac minus exactas; ſiquidem paullo ante ex Varrone didicimus Lyſippum potius Artem ipſam ſecutum, quàm priorum Artificum vitioſa.

Quemadmodum autem ſupra in Apelle diximus, maximos quoſque Artifices non ſine quadam æmulatione certatim olim expreſſiſſe imagines virorum eminentiſſimorum, atque ob rerum geſtarum æternitatem commemoratione & cognitione digniſſimorum, ita & hic noſter Lyſippus (qui Magni Alexandri ætate vixit) nullum evidentius Artis atque ingenii ſpecimen edere potuit, quàm ſi cum celeberrimis aliis Artificibus contenderet de indiſcreta ſummi Regis effigie poſteris relinquenda. Γενέσθαι Ἀλέξανδρον λόγος ταῖς παλαιαῖς τέχναις ἀγώνισμα· ὥστε δὴ καὶ τεμνόμενοι τὴν μορφὴν αὐτοῦ Λύσιππος καὶ Ἀπελλῆς, ὁ μὲν φαρμάκοις, ὁ δὲ χαλκῷ τὴν φύσιν τοῦ βασιλέως ἡρμήνευσαν: *Fama eſt Alexandrum antiquis artibus præbuiſſe concertationis materiam: ſiquidem formam ejus inter ſe partientes Lyſippus & Apelles, hic quidem coloribus, ille verò ære naturam regis explicarunt*, Himerii Excerpta ex propemptico in Ampelium, apud Photium pag. 1138. Ad hanc rem ſimulac nervos atque induſtriam attuliſſet hic noſter, confeſtim quoque dignitate gloriaque circumfluere cœpit, fuitque tota Græcia ſummo propter Artem honore ac nomine. Quamobrem etiam *Hic Imperator edixit, ne quis ipſum alius quàm Apelles, pingeret: quàm Pyrgoteles, ſculperet: quàm Lyſippus, ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis*, Plinius nat. Hiſt. lib. VII, cap. 37. *Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & à Lyſippo fingi volebat; ſed quod illorum artem cùm ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat*, Cicero lib. V ad famil. epiſt. 12. *Quantum porro dignitatis à rege Alexandro tributum arti exiſtimamus, qui ſe & pingi ab uno Apelle, & fingi à Lyſippo tantummodo voluit?* Val. Maximus lib. VIII, cap. 11, Ex. ext. 2. Ἀλέξανδρον μόνος προκριθεὶς ἐποίει: *Alexandrum ſolus aliis prælatus fecit*, ut loquitur Arrianus lib. 1 de exped. Alexandri. Meminit quoque hujus edicti Poëta Venuſinus: ſed aere illud magni Regis in pervidendis Artibus judicium ait aberraſſe à recto, cùm rerum ſuarum deſcriptionem commiſit Poëtæ invenuſto & rerum omnium ignaro. Horatius libro ſecundo, epiſt. 1:

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus & male natis
Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labemque remittunt
Atramenta, fere ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. Idem rex ille poëma
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia. Quod ſi
Judicium ſubtile videndis artibus illud,
Ad libros & ad hæc Muſarum dona vocares;
Bœotum in craſſo jurares aere natum.

Ejuſdem Chœrili meminit quoque Horat. de Arte Poëtica:

Is mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terque bonum cum riſu miror. - - -

Ad quem locum hæc habet Acron: *Chœrilus poëta fuit, qui Alexandrum magnum ſecutus eſt & bella ejuſdem deſcripſit. Cui Alexander dixiſſe fertur, Malle ſe Therſiten Homeri eſſe, quam hujus Achillem. Chœrilus Alexandri poëta depactus eſt cum eo, ut ſi verſum bonum faceret, aureo numiſmate donaretur; ſi malum, colaphis feriretur: & pro ſæpe male ſcribendo, colaphis necatus eſt.* Q. Curtio lib. VIII, cap. 5, inter perniciosiſſimos regiæ aulæ aſſentatores refertur *Agis quidam Argivus, peſſimorum carminum poſt Chœrilum conditor.* Ennodius Panegyrico dicto regi Theodorico, *Pellæus ductor præconiorum ſuorum ſummam Chœrili voluit conſtare beneficio.* Atque adeo nemini poteſt eſſe ambiguum, quin hoc maximi Regis judicium conciliaverit Lyſippo dignationem

nem per omnes exinde gentes pluribus ſæculis perennaturam. Etenim *Ipſi artifices, etiamſi polliceantur ſuam prudentiam, ſi non pecunia ſint copioſi, ſeu vetuſtate officinarum habuerint notitiam, aut etiam gratia & forenſi eloquentia non fuerint præditi, pro induſtria ſtudiorum auctoritates non poſſunt habere, ut eis, quod profitentur ſcire, id credatur. Maxime autem id animadvertere poſſumus ab antiquis ſtatuariis & pictoribus, quod ex his, qui dignitatis notas & commendationis gratiam habuerunt, æterna memoria ad poſteritatem ſunt permanentes, uti Myron, Polycletus, Phydias, Lyſippus, cæterique qui nobilitatem ex arte ſunt conſecuti: namque ut civitatibus magnis, aut regibus, aut civibus nobilibus opera fecerunt, ita id ſunt adepti. At qui non minore ſtudio & ingenio ſolertiaque fuerunt, ignobilibus & humili fortuna civibus non minus egregie perfecta fecerunt opera, nullam memoriam ſunt aſſecuti; quod hi non ab induſtria, neque artis ſolertia, ſed à felicitate fuerunt deſerti: ut Hellas Athenienſis, Chion Corinthius, Myagrus Phocæus, Pharax Epheſius, Bedas Byzantius, etiamque alii plures. Non minus item Pictores, ut Arimenes Thaſius, Polycles Atramitenus, Nicomachus, cæterique quos neque induſtria, neque artis ſtudium, neque ſolertia defecit; ſed aut rei familiaris exiguitas, aut imbecillitas fortunæ, ſeu in ambitione certationis contrariorum ſuperatio obſtitit eorum dignitati. Nec tamen eſt admirandum, ſi propter ignorantiam artis virtutes obſcurantur; ſed maxime indignandum, cùm etiam ſæpe blandiatur gratia conviviorum à veris judiciis ad falſam probationem*, Vitruvius in Proœmio libri tertii de Architectura.

Lyſippus ad ſexcenta decem opera feciſſe proditur, tantæ omnia artis, ut claritatem poſſent dare vel ſingula. Numerum apparuiſſe defuncto eo, cùm theſaurum effregiſſet hæres: ſolitum enim ex manupretio cujusque ſigni denarios deponere aureos ſingulos, Plin. lib. xxxiv, cap. 7. Et mox, capite proxime ſequente, ubi de eodem Lyſippo agit: *Plurima ex omnibus ſigna fecit, ut diximus, fœcundiſſimæ artis. Inter quæ Diſtringentem ſe, quem M. Agrippa ante thermas ſuas dicavit, mire gratum Tiberio principi: qui non quivit ſibi temperare in eo, quamquam imperioſus ſui inter initia principatus, tranſtulitque in cubiculum, alio ibi ſigno ſubſtituto: cùm quidem tanta populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon flagitaverit; Princepsque, quamquam adamatum, repoſuerit. Nobilitatus Lyſippus & temulenta tibicina, & canibus ac venatione. In primis vero quadriga cum Sole Rhodiorum. Fecit & Alexandrum Magnum, multis operibus à pueritia ejus orſus. Quam ſtatuam inaurari juſſit Nero princeps, delectatus admodum illa. Dein, cùm pretio periſſet gratia artis, detractum eſt aurum: pretioſiorque talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atque conſciſſuris, in quibus aurum hæſerat, remanentibus. Idem fecit & Hephæſtionem Alexandri Magni amicum, quem quidam Polycleto adſcribunt, cùm is centum prope annis ante fuerit. Idem Alexandri venationem, quæ Delphis ſacrata eſt: Athenis, Satyrorum turmam. Alexandrum amicorumque ejus imagines ſumma omnium ſimilitudine expreſſit. Has Metellus, Macedonia ſubacta, tranſtulit Romam. Fecit & quadrigas multorum generum.* Redeo nunc ad Plinii cap. 7 libri xxxiv, ubi auctor agens de coloſſis, inter alia & hæc addit: *Talis Tarenti factus à Lyſippo* XL *cubitorum. Mirum in eo, quod manu, ut ferunt, mobilis, (ea ratio libramenti eſt) nullis convellatur procellis. Id quidem providiſſe & artifex dicitur, modico intervallo, unde maxime flatum opus erat frangi, oppoſita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi, non attigit eum Fabius Verrucoſus; cùm Herculem, qui eſt in Capitolio, inde transferret. Ante omnes autem in admiratione fuit Solis coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lyſippi ſupra dicti diſcipulus*, &c. Locum integrum ſupra deſcripſimus in CHARES. Vetus tamen Scholiaſtes Græcus in Luciani Icaromenippum ipſi Lyſippo Rhodium hunc Solis coloſſum tribuit, contra unanimem fere ſcriptorum omnium conſenſum. Lucillius Satyrarum lib. XVI, apud Nonium in *Cubitus*.

- - - Lyſippi Jupiter iſta
Tranſivit quadraginta cubita altus Tarento.

Præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæſar Dictator, Ajace & Medea ante Veneris Genetricis ædem dicatis. Poſt eum M. Agrippa, vir ruſticitati propior quam deliciis. Extat certe ejus oratio magnifica & maximo civium digna, de tabulis omnibus ſignisque publicandis: quod fieri ſatius fuiſſet, quàm in villarum exilia pelli. Verum eâdem illa torvitas tabulas duas Ajacis & Veneris mercata eſt à Cyzicenis H-S. XII M. *In thermarum quoque calidiſſima parte marmoribus incluſerat parvas tabellas, paulo ante, cùm reficerentur, ſublatas*, Plinius XXXV, 4. Lampſaco tranſtulit Agrippa leonem collapſum, opus Lyſippi: repoſuitque eum in luco qui eſt inter ſtagnum & euripum: *Strabo lib.* XIII, *pag.* 590 *edit. Pariſ.* 1620.

Inter forum Tarentinum & fauces portus arx eſt parva, retinens veſtigia ornatus veterum

terum donariorum. Pleraque enim aut Carthaginienſes urbe capta perdiderunt, aut Romani abſtulerunt urbe per vim recuperata. Ex horum donariorum numero erat Herculis coloſſus æreus in Capitolio, Lyſippi opus, à Fabio Maximo, qui Tarentum recepit, dedicatus: *Strabo lib.* VI, *pag.* 278, B.

Æneorum ſignorum Dionyſi & Herculis, à Lyſippo fabricatorum, meminit Lucianus in *Jove tragœdo*, *vol.* 2, *pag* 196.

Anthologiæ lib. IV, tit. 8, habes Epigramma in ſtatuam Herculis amore Omphales capti.

> Ἡρακλες, ποῦ σοι πόρθος μέγας, ἥ τε Νέμειος
> Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη;
> Ποῦ σοβαρὸν μίμημα; τίς ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ;
> Λύσιππος· χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην.
> Ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο; τίς δέ σ' ἐπέρσεν;
> Ὁ πτερόεις (ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος) Ἔρως.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Alcide, quò clava tibi, teliſque pharetra*
> *Dives, & è Nemea raptus amictus abit?*
> *Faſtus ubi? quis te tam triſti fronte figurat?*
> *Lyſippus. Paret multus in ære dolor.*
> *Arma tibi mœres detracta. Quis abſtulit illa?*
> *Unum certamen, ſed grave, præpes Amor.*

Hercules ex ære, opus Lyſippi Sicyonii: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 102, 40. Alyzia urbs Acarnaniæ diſtat à mari XV ſtadiis, ibi portus eſt Herculi ſacer, ejuſque templum. Inde ærumnas Herculis, opus Lyſippi, Romam tranſtulit quidam Imperatorum: eò quòd loco minus frequentato tantum operis artificium non videbatur diutius continendum: *Strabo lib.* X, *pag.* 459, *C.* Lampſaco tranſtulit Agrippa leonem collapſum, opus Lyſippi: repoſuitque eum in luco qui eſt inter ſtagnum & Euripum: *Strabo lib.* XIII, *pag.* 590. Intellige hoc in loco Stagnum Agrippæ, cujus meminit Tacitus Annal. XV. Euripi plures alii meminere.

Hercules ille epitrapezius, cujus pedali ſtaturæ omnem tanti numinis majeſtatemincluſerat Lyſippus, in maxima olim apud omnes fuit admiratione: ſiquidem, ut ait Seneca epiſt. LIII, *Magni artificis eſt clauſiſſe totum in exiguo.* Hoc ſigillum fuſe depingit αὐτόπτης Statius Papinius lib. IV Sylvarum, ubi deſcribit varias æriſque eboriſque vetuſti ſpecies, quibus convivarum oculos detinebat iſtiuſmodi deliciarum intelligentiſſimus Vindex. Statium igitur audi:

> *Hæc inter caſtæ Genius tutelaque menſæ*
> *Amphitryoniades multo mea cœpit amore*
> *Pectora, nec longo ſatiavit lumina viſu.*
> *Tantus honos operi, firmoſque incluſa per artus*
> *Majeſtas. Deus ille, Deus, ſeſeque videndum*
> *Indulſit Lyſippe tibi. Parvuſque videri,*
> *Sentirique ingens. Et cùm mirabilis intra*
> *Stet menſura pedem, tamen exclamare libebit*
> *(Si viſus per membra feras) hoc pectore preſſus*
> *Vaſtator Nemees: hæc exitiale ferebant*
> *Robur, & Argoos frangebant brachia remos.*
> *Hoc ſpatio tam magna brevis mendacia formæ.*
> *Quis modus in dextra, quanta experientia docti*
> *Artificis curis, pariter geſtamina menſæ*
> *Fingere, & ingentes animo verſare coloſſos?*
> *Tale nec Idæis quicquam Telchines in antris,*
> *Nec ſolidus Brontes, nec qui polit arma Deorum*
> *Lemnius, exigua potuiſſent ludere maſſa.*
> *Nec torva effigies, epuliſque aliena remiſſis*, &c.

Martialis lib. IX, Epigramm. 43.

De Herculis ſigillo apud Vindicem.

> *Hic qui dura ſedens porrecto ſaxa leone*
> *Mitigat exiguo magnus in ære Deus,*
> *Quæque tulit ſpectat reſupino ſidera vultu,*
> *Cujus dextra calet robore, læva mero;*

Non

Non eſt fama recens, nec noſtri gloria cœli;
Nobile Lyſippi munus opuſque vides.
Hoc habuit numen Pellæi menſa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.
Hunc puer ad Lybicas juraverat Hannibal aras.
Juſſerat hic Syllam ponere regna trucem.
Offenſus variæ tumidis terroribus aulæ,
Privatos gaudet nunc habitare lares:
Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis eſſe Deus.

De eodem. Epigr. 44.

Alcides modo Vindicem rogabam,
Cujus eſſet opus laborque felix.
Riſit (nam ſolet hoc) levique nutu,
Græce numquid, ait, Poeta, neſcis?
Inſcripta eſt baſis, indicatque nomen.
Λυσίππου *lego, Phidiæ putavi.*

Muſas & æneum Jovem fecit Lyſippus: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 81, 33. Fecit & alium Jovem ex ære: *Idem lib.* II, *pag.* 102, 22. Nemei Jovis æneum ſimulachrum recto ſtatu, ars Lyſippi: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 120, 29.

Pyrrhi Hellanodicis ſtatuam fecit Lyſippus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 344, 28.

Xenargis pancratiaſtæ Acarnanis ſtatuam fecit Lyſippus: *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 345, 4.

Chilonis Achæi Patrenſis ſtatuam fecit Lyſippus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 351, 22.

Polydamantis Scotuſſæi ſtatuam fecit Lyſippus, qui ſtatura maximus fuit omnium illius ætatis hominum, his exceptis qui olim dicebantur Heroës, aut ſi quod tale hominum genus fuit ante ipſos Heroës: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 352, 23.

Pythi quidem fecit Lyſippus, & dedicarunt milites ejus, ſtatuas duas. Videtur vero Pythes iſte fuiſſe mercenariorum dux, aut alia quadam ratione inter ſuos bello clarus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 371, 5.

Callicratis Magneſii imago eſt opus Lyſippi: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 375, 29.

Θεσπιεῦσιν ὕστερον χαλκοῦν εἰργάσατο Ἔρωτα Λύσιππος· καὶ ἔτι πρότερον τούτου Πραξιτέλης, λίθου Πεντελησίου: *Theſpienſibus ex ære Cupidinem elaboravit Lyſippus, & ante eum Praxiteles ex lapide Pentelico*, Pauſanias lib. IX, pag. 581, 36.

In Helicone eſt Bacchus Lyſippi: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 585, 40.

Æneam Neptuni ſtatuam fecit Lyſippus. Lucianus in Jove tragœdo ita introducit loquentem Mercurium: Ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ ἐννοσίγαιε, χαλκοῦν ὁ Λύσιππος καὶ πτωχὸν ἐποίησεν, οὐκ ἐχόντων τότε Κορινθίων χρυσόν: *At te quidem, ô Neptune, æneum Lyſippus & pauperem fecit, cum tunc aurum non haberent Corinthii.*

Samia Juno, opus Lyſippi & Bupali Chii: *Cedrenus edit. Regiæ, pag.* 322, *B.*

Πράξιλλαν Λύσιππος ἐχαλκούργησεν, μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον: *Praxillam in ære Lyſippus excudit, nullius unquam boni poëmatis auctorem*, Tatianus adverſus Græcos.

Athenienſes tantum pœnitentiæ inceſſit, perempto Socrate, ut mox palæſtras gymnaſiaque occluderent, & alios quidem accuſatorum exilio, Melitum vero morte afficerent. Socrati autem decreverunt honorem æreæ imaginis; quam à Lyſippo confectam, in celeberrima urbis regione poſuerunt: *Laertius lib.* II, *in Socrate, pag.* 116.

Æſopus Lyſippi. Anthologia Græcorum Epigrammatum lib. IV, tit. 33:

Εὖγε ποιῶν Λύσιππε γέρων Σικυώνιε πλάστα
Δείκελον Αἰσώπου στήσαο τοῦ Σαμίου
Ἑπτὰ σοφῶν ἔμπροσθεν· ἐπεὶ κεῖνοι μὲν ἀνάγκην
Ἔμβαλον, οὐ πειθὼ, φθέγμασι τοῖς σφετέροις.
Ὃς δὲ σοφοῖς μύθοις καὶ πλάσμασι καίρια λέξας
Παίζων ἐν σπουδῇ πεῖθεν ἐχεφρονέειν.
Φευκτὴν δ' ἡ τρηχεῖα προσαίνεσις· ἡ Σαμίου δὲ
Τὸ γλυκὺ τοῦ μύθου καλὸν ἔχει δέλεαρ.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Fictorum Lyſippe decus Sicyonie, laudo
Æſopi Samii quod ſenis effigiem
Antelocas ſeptem Græcis ſapientibus: horum
Nam dictis vis eſt plurima, Suada deeſt.

Ille docet verum blanda ſub imagine falſi,
Sed docet & monſtrat ſeria cuncta joco.
Aſpra juvent alios: Samii me fabula mulcet,
Utile ſub dulci quæ clepit illecebra.

Occaſio Lyſippi. Anthologia Græc. epigr. lib. IV, tit. 14.

Τίς πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. Σὺ δὲ τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ἀεὶ τροχάω. Τί δὲ ταρσοὺς
Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; Ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; Ἀνδράσι δεῖγμα
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία τἀξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσὶν,
Οὔ τις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων,
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Tu quis es, hic qui ſtas? Occaſio. Quis tibi fictor?
Lyſippus. Cujas? De Sicyone ſatus.
Nitere cur pedibus ſummis. Amo currere. Pennæ
Cur pedibus? Venti turbine rapta volo.
In dextra cur iſta novacula? Monſtrat acutam
Hac eſſe & ferro me magis & chalybe.
Cur in fronte coma eſt? Apprendar ut obvia. Sed cur
Omnis abeſt glabro crinis ab occipite?
Nempe quod eripui cùm me ſemel alite curſu,
Nemo erit elapſam qui revocare queat.
Hanc operam fictor propter vos ſumpſerat, Hoſpes,
Pro monito ſtarem ſemper ut ante fores.

Aliam atque ab hac epigrammatica Lyſippeæ occaſionis deſcriptione nonnihil diverſam imaginem affert Photius Codice CCXLIII, in excerptis ex Himerii Propemtica ſecunda: Δεινὸς ἦν οὐ χεῖρα μόνον, ἀλλὰ καὶ γνώμην ὁ Λύσιππος. Οἷα γοῦν ἐκεῖνος διὰ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης τετόλμηκεν; ἐγγράφει τοῖς θεοῖς τὸν Καιρὸν, καὶ μορφώσας ἀγάλματι, τὴν φύσιν αὐτοῦ διὰ τῆς εἰκόνος ἐξηγήσατο. ἔχει δὲ ὧδέ πως, ὡς ἐμὲ μνημονεύειν τὸ δαίδαλμα. ποιεῖ παῖδα τὸ εἶδος ἁβρὸν, τὴν ἀκμὴν ἔφηβον, κομῶντα μὲν τὸ ἐκ κροτάφου εἰς μέτωπον, γυμνὸν δὲ τὸ ὅσον ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ νῶτα μερίζεται. σιδήρῳ τὴν δεξιὰν ὡπλισμένον, ζυγῷ τὴν λαιὰν ἐπέχοντα. πτερωτὸν τὰ σφυρά. οὐχ ὡς μετέωρον ὑπὲρ γῆς ἄνω κουφίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα δοκῶν ἐπιψαύειν τῆς γῆς, λανθάνῃ κλέπτων τὸ μὴ κατὰ γῆς ἐπερείδεσθαι: *Lyſippus non manibus ſolum ſed & animo mirus erat. Quid enim ille non ex ingenio auſus fuit aggredi? Diis adſcribit Occaſionem, eamque in ſtatua repræſentans, naturam ejus per imaginem explicavit. Sic autem habet ſe, quantum quidem ego memini, artificioſum illud commentum. Effingit puerum ſpecie delicatulum, ætatis flore pubeſcentem, à temporibus comatum fronte, nudum vero quantum inde vergit ad tergum, armatum dexteram ferro, læva tenentem ſtateram, pennatum talos, non ut ſublimis ſuper terram ſurſum efferatur, ſed ut viſus terram ſtringere, lateat tamen innixus terræ.* Longius adhuc abit illa hujus Occaſionis deſcriptio, quam exhibent nobis Calliſtrati ἐκφράσεις. Vide quoque quid de hac Lyſippi Occaſione dicat Tzetzes Chiliade VIII, hiſt. 200; nec non Chiliade X, hiſt. 322 & 323.

Affine eſt hiſce Auſonii epigramma XII:

Cujus opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados, ejus
Quique Jovem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea, quæ rara & paucis Occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris ſum. Mercurius quæ
Fortunare ſolet, tardo ego, quum volui.
Crine tegis faciem. Cognoſci nolo. Sed heus tu,
Occipiti calvo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? Dicat tibi. Dic, rogo, quæ ſis?
Sum Dea cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea, quæ facti non factique exigo pœnas:

Nempe

Nempe ut pœniteat, ſic Metanœa vocor.
Tu modo dic, quid agat tecum. Si quando volavi,
Hæc manet: hanc retinent, quos ego præterii.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

Vide Angeli Politiani Obſervationes atque Emendationes, cap. XLIX.

Lyſippi equus ex ære. Anthologia lib. IV, tit. 7.

Ἴδ' ὡς ὁ πῶλος χαλκοδαιδάλῳ τέχνῃ
Κορωνιῶν ἕστηκε, δριμὺ γὰρ βλέπων
Ὑψαυχενίζει, καὶ διηνεμωμένας
Κορυφῆς ἐθείρας ὥρμηκεν ἐς δρόμον.
Δοκῶ, χαλινοῖς εἴ τις ἡνιοστρόφος
Ἐναρμόσει γένυσι κἀπικεντρίσει,
Ὁ σὸς πόνος Λύσιππε καὶ παρ' ἐλπίδας
Τάχ' ἐκδραμεῖται· τῇ τέχνῃ γὰρ ἐμπνέει.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Vides ut altum cornipes ſuperbiat
Docta dolatus arte: ſic colla erigit,
Sic acre cernit, deque toto vertice
Vento fluentes fundit in curſum jubas.
Si quis lupata, credo, maxillis eques
Imponat, armos & premat calcaribus,
Tuus repente, ſpem ſupra mortalium,
Lyſippe curret, quippe jam ſpirat labor.

Vide numquid ad hunc equum pertineat illud Statii libro primo Sylvarum in Equo maximi Domitiani, verſu 86:

Cedat equus Latiæ qui contra templa Diones
Cæſarei ſtat ſede fori, quem tradere es auſus
Pellæo Lyſippe duci: mox Cæſaris ora
Aurata cervice tulit. Vix lumine feſſo
Explores, quam longus in hunc deſpectus ab illo.
Quis rudis uſque adeo qui non, ut viderit ambos,
Tantum dicat equos quantum diſtare regentes.

Lyſippi Magnus Alexander. Geminum in Alexandri ſtatuam Epigramma habet Anthologia lib. IV, tit. 8.

Λύσιππε πλάστα Σικυώνιε, θαρσαλέα χείρ,
Δάϊε τεχνῖτα, πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρῇ.
Ὃν κατ' Ἀλεξάνδρου μορφᾶς χέες· οὐκ ἔτι μεμπτοὶ
Πέρσαι· συγγνώμη βουσὶ λέοντα φυγεῖν.

Καὶ πάλιν:

Τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν
Λύσιππος· τίν' ὅδε χαλκὸς ἔχει δύναμιν;
Αὐδάσοντι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος ἐς Δία λεύσσων·
Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε.

Cl. Hugo Grotius utrumque Epigramma transfert:

Lyſippe, ô fictor Sicyonie, nobilis arte,
Ingenioque audax, ignis in ære micat,
Fuſus Alexander, de quo tibi. Nil ego Perſas
Culpo: boum viſo juſta leone fuga eſt.

Et rurſus:

Æquat Alexandri vultumque animumque ferocem
Lyſippus: tantum poſſe quis æra putet?
Æreus iſte Jovem ſpectans clamare videtur:
Subdo mihi terras, tu, pater, aſtra tene.

Appoſite Plutarchus in Alexandri vita: Τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος οἱ Λυσίππειοι μάλιστα τῶν ἀνδριάντων ἐμφαίνουσιν· ὑφ' οὗ μόνου καὶ αὐτὸς ἠξίου πλάττεσθαι. Καὶ γὰρ ἃ μάλιστα πολλοὶ τῶν διαδό-

χων ὕστερον καὶ τῶν φίλων ἀπεμιμοῦντο τήν τε ἀνάτασιν τοῦ αὐχένος εἰς εὐώνυμον ἡσυχῇ κεκλιμένου, καὶ τὴν ὑγρότητα τῶν ὀμμάτων, διετήρησεν ἀκριβῶς ὁ τεχνίτης: *Ideam corporis Lyſippeæ ſtatuæ maxime demonſtrant, à quo ſolo ipſe quoque fingi voluit. Quam etenim plurimi ſucceſſorum amicorumque poſtea imitati ſunt, intenſionem cervicis in lævum latus leniter inclinati, & lubricam oculorum mobilitatem, accurate obſervavit hic artifex.* Egregie quoque idem Plutarchus parte prima de Alexandri fortuna vel virtute: Ἦν καὶ Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης κατ᾽ Ἀλέξανδρον· ὧν ὁ μὲν ἔγραψε τὸν κεραυνοφόρον οὕτως ἐναργῶς καὶ κεκραμένως, ὥστε λέγειν ὅτι δυοῖν Ἀλεξάνδρων, ὁ μὲν Φιλίππου γέγονεν ἀνίκητος, ὁ δὲ Ἀπελλοῦ ἀμίμητος. Λυσίππου δὲ τὸν πρῶτον Ἀλέξανδρον πλάσαντος ἄνω βλέποντα τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν (ὥσπερ αὐτὸς εἰώθει βλέπειν Ἀλέξανδρος, ἡσυχῇ παρεγκλίνων τὸν τράχηλον) ἐπέγραψέ τις οὐκ ἀπιθάνως

> Αὐδασοῦντι δ᾽ ἔοικεν ὁ χάλκεος εἰς Δία λεύσσων:
> Γᾶν ὑπ᾽ ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ, σὺ δ᾽ Ὄλυμπον ἔχε.

Διὸ καὶ μόνον Ἀλέξανδρος ἐκέλευε Λύσιππον εἰκόνας αὐτοῦ δημιουργεῖν· μόνος γὰρ οὗτος, ὡς ἔοικε, κατεμήνυε τῷ χαλκῷ τὸ ἦθος αὐτοῦ καὶ συνεξέφερε τῇ μορφῇ τὴν ἀρετήν. Οἱ δὲ ἄλλοι τὴν ἀποστροφὴν τοῦ τραχήλου, καὶ τῶν ὀμμάτων τὴν διάχυσιν καὶ ὑγρότητα μιμεῖσθαι θέλοντες, οὐ διεφύλαττον αὐτοῦ τὸ ἀρρενωπὸν καὶ λεοντῶδες: *Fuerunt ætate Alexandri Magni Apelles Pictor & Lyſippus Fictor. Ex his Apelles quidem fulminigerum Alexandrum pinxit uſque adeo evidenter atque attemperate, ut diceret, quod è duobus Alexandris, unus quidem Philippi, eſſet inſuperabilis; alter vero Apellis, inimitabilis. Lyſippo autem fingente primùm Alexandrum vultu in cœlum intento (ſicuti ipſe Alexander proſpicere ſolebat, cervicem placide inflectens) inſcripſit quidam non abſurde,*

> *Æreus iſte Jovem ſpectans clamare videtur;*
> *Subdo mihi terras: tu, pater, aſtra tene.*

Quamobrem quoque Alexander juſſit Lyſippum ſolum imagines ejus elaborare: ſiquidem unus ille, prout conſentaneum erat, ingenium ejus exprimens ære, pariter cum forma virtutem ejus omnium oculis expoſuit. Reliqui vero cervicis obverſionem & hilaritatem mobilitatemque oculorum imitari volentes, totum maſculi ac leonini vultus decus perdiderunt.

Lyſippus fecit integram ſtatuarum equeſtrium turmam. Inſignis hac de re locus eſt Velleii Paterculi lib. 1, cap. 11: *Hic eſt Metellus Macedonicus: qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus ſine inſcriptione poſitis, quæ nunc Octaviæ porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc turmam ſtatuarum equeſtrium, quæ frontem ædium ſpectant, hodieque maximum ornamentum ejus loci, ex Macedonia detulit. Cujus turmæ hanc cauſam referunt: Magnum Alexandrum impetraſſe à Lyſippo, ſingulari talium auctore operum, ut eorum equitum, qui ex ipſius turma apud Granicum flumen ceciderant, expreſſa ſimilitudine figurarum faceret ſtatuas, & ipſius quoque iis interponeret.* Vide quoque Arrianum lib. 1 de Magni Alexandri expeditione.

Τὰς πιθήκους φασίν, ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βρέφεσιν, ἀγαμένους τοῦ κάλλους. οὕτως ἐστὶν ἡ φύσις φιλότεκνος. τὰ δὲ ἀλλήλων (lege ἄλλων) ὁρῶσιν, ἅπερ ἐστί, πιθήκων παιδία. Ἑτέροις ἂν ἐπιτρεπτέον ἐξετάζειν τὰ ἔκγονα. αἱ γὰρ εὔνοιαι δειναὶ δεκάσαι τὰς ψήφους. Διὰ τοῦτο Λύσιππος Ἀπελλῆν εἰς τὰς γραφὰς εἰσῆγε, καὶ Λύσιππον Ἀπελλῆς: *Simias ajunt, poſtquam pepererint, in fœtus ſuos tanquam in ſtatuas oculos tenere defixos, admirantes pulchritudinem. Adeo ſui partus amans eſt natura. Aliorum vero fœtus, qualeſcunque tandem ſint, intuentur ac ſi eſſent ſimiarum partus. Aliis igitur permittendum ut de noſtra prole quæſtionem habeant: ſiquidem benevolæ affectiones natæ ſunt corrumpere ſuffragia. Hac propter Lyſippus Apellem ad delineationes ſuas introduxit, & Apelles Lyſippum.* Neque cuiquam id videri debere novum quod mutuas ſibi invicem præſtiterint operas Pictor & Statuarius, exemplo eſt Praxiteles: qui interrogatus Quæ maxime opera ſua probaret in marmoribus, reſpondit, Quibus Nicias manum admoviſſet: *tantum circumlitioni ejus tribuebat*, inquit Plinius lib. xxxv, cap. 11.

Lyſippus culpavit Apellem, quod imaginem Alexandri fulmen tenentem pinxiſſet; judicavitque ſe multo conſultius fabricaſſe Alexandrum haſtam tenentem: inquiens, hujus operis gloriam, quæ vera propriaque eſſet Alexandro, nunquam abolitum iri: Εὖ Λύσιππος ὁ πλάστης Ἀπελλῆν ἐμέμψατο τὸν ζωγράφον, ὅτι τὴν Ἀλεξάνδρου γράφων εἰκόνα, κεραυνὸν ἐνεχείρισεν· αὐτὸς δὲ λόγχην, ἧς τὴν δόξαν οὐδ᾽ εἷς ἀφαιρήσεται χρόνος, ἀληθινὴν καὶ ἰδίαν οὖσαν, Plutarchus de Iſide & Oſiride.

Chares Lindius Lyſippi diſcipulus, Plin. lib. xxxiv, cap. 7. Vide quæ ſupra diximus in CHARES.

Phœnix Lyſippi diſcipulus fecit Epitherſem, Plin. lib. xxxiv, cap. 8.

Euty-

Eutychides Sicyonius Lyſippi diſcipulus: Εὐτυχίδης Σικυώνιος τοῦ Λυσίππου διδαγμέ-νος: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 346, 20. Vide quæ ſupra diximus in EUTYCHIDE.

LYSIPPUS, PICTOR.

Lyſippus Æginæ picturæ ſuæ inſcripſit ἐνέκαεν, *quod profectò non feciſſet, niſi encauſtica inventa*, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

LYSISTRATUS, STATUARIUS.

Centeſima quartadecima Olympiade Lyſippus fuit; & cum eo Alexander Magnus; item Lyſiſtratus frater ejus, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. *Hominis imaginem gypſo e facie ipſa primus omnium expreſſit, ceraque in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus Sicyonius, frater Lyſippi, de quo diximus. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit: ante eum quàm pulcherrimas facere ſtudebant. Idem & de ſignis effigiem exprimere invenit. Crevitque res in tantum, ut nulla ſigna ſtatuæve ſine argilla fierent*, Idem lib. XXXV, cap. 12. Μεναλίππη τις ἦν σοφὴ, διὰ τοῦτο ταύτην ὁ Λυσίστρατος ἐδημιούργησεν: *Menalippe mulier erat ſapiens, ob quam cauſam elaboravit hanc Lyſiſtratus*, Tatianus adverſus Græcos.

LYSON, STATUARIUS.

Plinio libro XXXIV, cap. 8, recenſetur hic *Lyſon* inter eos plaſtas qui fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificantesque. Athenis in Curia quinquagenorum, qui annuo ſenatorio munere apud Athenienſes fungebatur, poſitus eſt Populus (δῆμος) opus Lyſonis: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 6, 31.

LYSUS, STATUARIUS.

Crianii Elei ſtatuam fecit Lyſus Macedo: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 375, 11.

M.

MÆNIUS.

M*Æniana ædificia à Mænio ſunt appellata: is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora*, Feſtus. *Mænianum*, ἐξώσεις. *Mænianum*, ἐκθέτης, Gloſſæ. Plura habet Voſſii Etymologicum in *Menianum*.

MAGIUS. Vide CN. MAGIUS.

MAGNES.

Magnes appellatus eſt ab inventore (ut auctor eſt Nicander) in Ida repertus, Plinius lib. XXXVI, cap. 16: ubi mox addit; *Inveniſſe autem fertur; clavis crepidarum & baculi cuſpide hærentibus, cùm armenta paſceret:* Lucretius lib. VI lapidem hunc dictum ait, *Magnetum quia ſit patriis in finibus ortus.*

MAJOMITES, LAPICIDA.

Majomites Gazanus Lapicida. *Quis poſſit ſilentio præterire, quod Gazanus Majomites haud longe à monaſterio ejus lapides ad ædificandum de ora maris cudens, totus paralyſi diſſolutus, & ab operis ſociis delatus ad ſanctum, ſtatim ad opus reverſus eſt?* Vide *D. Hieronymum in vita S. Hilarionis.*

MALAS, SCULPTOR.

Meminit Plinius libro XXXVI, cap. 5. Totum locum deſcripſimus ſupra in ANTHERMI DUO.

MALEUS.

Maleus Tuſculorum rex primus tubam invenit, Lactantius ad verſum 224 libri quarti Thebaidos. Ad verſ. tamen 404 libri ſexti Thebaid. *Meleus Tyrrhenorum Imperator*, inquit, *primus invenit tubam.*

MALLIUS. Vide LUCIUS MALLIUS.

MAMURIUS VETURIUS.

Propertius lib. IV, Elegia 2:

Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in urbe Deus.
At tibi Mamuri, formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Oſca manus;
Qui me tam dociles potuiſti fundere in uſus.
Unum opus eſt, operi non datur unus honos.

Ovidius lib. III Faſt. verſ. 383 docet quàm affabre Numa regnante fabricaverit ancilia.

Servius ad illud Æneid. VIII, 664, *Et lapſa ancilia cœlo*, hæc habet de anciliis: *Regnante Numa Pompilio ſcutum breve & rotundum cœlo lapſum eſt. Et cum aruſpices reſpondiſſent illic fore Orbis imperium, ubi illud fuiſſet: diligentia Numæ, ne quandoque ab hoſtibus poſſet auferri, adhibito Mamurio fabro multa ſimilia facta ſunt & in templo Martis locata.* Plura habet Feſtus in *Mamurii Veturii nomen*, &c. Vide quoque Plutarchum in Numa. Vide interim numquid fuerit hujus Mamurii ſtatua plumbea quam P. Victor collocat in VI regione urbis Romæ.

MAMURRA.

Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cœlio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallia. Neque indignatio ſit tali auctore inventa re. Hic namque eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus: quem, ut res eſt, domus ipſius clarius, quàm Catullus, dixit habere, quicquid habuiſſet comata Gallia: namque adjecit idem Nepos, eum primum totis ædibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe, omnes ſolidas è Caryſtio aut Lunenſi, Plin. lib. XXXVI, cap. 6.

MANDROBULUS.

Mandrobulus metallorum fodinas in inſula Samo invenit: *Suidas in* Ἐπὶ τὰ τοῦ Μανδροβόλου.

MANDROCLES, Architectus.

Mandrocles Samius jubente Dario rege conjunxit Boſporum ponte ſublicio. Vide *Herodotum lib.* IV, *cap.* 88. Vide quoque *Tzetzen Chil.* I, *hiſt.* 31. Et, ſi plura vis, adi *Barnabam Briſſonium, lib.* III *de Regno Perſarum.*

MANEROS.

Julius Pollux libro IV, cap. 7, §. 11: Αἰγυπτίοις ὁ Μανέρως γεωργίας εὑρετὴς, Μουσῶν μαθητὴς: *Ægyptiis Maneros eſt agriculturæ inventor, Muſarum diſcipulus.*

MANLIUS, Mathematicus.

Plin. lib. XXXVI, cap. 10: *Manlius Mathematicus apici* (obeliſci in Campo Martio ſtantis) *auratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in ſemetipſam, alia atque alia incrementa jaculantem apice, ratione (ut ferunt) à capite hominis intellecta.*

MANTINÆI.

Mantinæi gladiatoriam inveniſſe & armorum ſcientiam gnaviter exercuiſſe putantur: *Athenæus lib.* IV, *cap.* 13. Vide locum.

MARCIUS, Tector.

P. Marcius P. L. Philodammus, Tector: *Inſcript. Gruteri* DCXLII, 10. *Tectores* Græcis dicti Κονιαταί. Vide *Voſſii Etymol. in* Tego.

MARCUS AGRIPPA. Vide Agrippa.

MARCUS ANNIUS STICHIUS.

M. Annius Stichius Tiberii Cæſaris Glutinator: *Inſcript. Gruteri* DXCIV, 6.

MARCUS AURELIUS, Mechanicus.

Vide quæ ſupra diximus in Cn. Cornelius, Mechanicus.

MARCUS CANULEJUS ZOSIMUS. Vide Canulejus.

MARCUS CINCIUS. Vide Cincius.

MARCUS LUDIUS ELOTAS.

Vide quæ ſupra diximus in Ludius, Pictor.

MARCUS SALIENUS. Vide Salienus.

MARCUS TERENTIUS VARRO. Vide Varro.

MARCUS VITRUVIUS POLLIO. Vide Vitruvius.

MARIINUS. Vide Mestrius.

MARO, Figulus.

Hic fuit pater Virgilii Maronis: qua de re hæc habet Focas, Grammaticus urbis Romæ, in Pub. Virgilii Maronis vita, verſibus edita:

Mæonii ſpecimen vatis, veneranda Maronem
Mantua Romuleæ generavit flumina linguæ.
Quis fœcunda tuos toleraret Græcia faſtus,
Quis tantum eloquii potuiſſet ferre tumorem,
Æmula Virgilium tellus niſi Tuſca dediſſet?
Huic genitor figulus, Maro nomine, cultor agelli,

Ut

Digitized by Google

Ut referunt alii, tenui mercede locatus.
Sed plures figulum. Quis non miracula rerum
Hæc ſtupeat? Dives partus de paupere vena
Enituit. Figuli ſuboles nova carmina finxit.

MASSILIENSES.

Olim nobilitati fuere Maſſilienſes ob mechanicarum ac navalium rerum peritiam. Φασὶ τοὺς Μασσιλιεῖς εὐδοκιμῆσαί ποτε περί τε ὀργανοποιΐαν καὶ ναυτικὴν παρασκευήν: *Euſtathius ad verſ. 75 Dionyſii* τοῦ περιηγητοῦ.

MATTHIUS, Vestiarius.

MATTIUS PATROBIUS VESTIARIUS TENUIARIUS, Inſcript. Gruteri MLXVII, 8. Vide quoque quæ annotavimus in Pamphila.

MAURI, MAURUSII.

Mauruſii plurimis maximiſque arboribus abundant, unde apud eos maximæ & ex uno ligno menſæ. Μαυρούσιοι ἔχουσι γῆν μεγαλόδενδρον καὶ πολύδενδρον, ἐξ ὧν καὶ μέγισται καὶ μονόξυλοι τράπεζαι: *Euſtathius ad verſ. 185 Dionyſii* τοῦ περιηγητοῦ.

MECHOPANES, Pictor.

Sunt quibus & Mechopanes, ejuſdem Pauſiæ diſcipulus, placeat diligentia quam intelligant ſoli artifices: aliàs durus in coloribus, ſed & multus, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

MEDEA.

Μήδεια ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχίς, πρώτη βαφὴν τριχῶν ἐπενόησεν: *Medea Æetæ filia, Colchis, prima pilos tingere excogitavit*, Clemens Alexandr. lib. 1 Stromat. pag. 225, B. *Medea nigra eſt, à Medea illa fabuloſe inventa.* Refert eam inter gemmas, quæ ad ectypas ſcalpturas aptantur, Plinius libro XXXVII, cap. 10. Medeæ oleum nuncupabant Græci illud pharmacum ſive venenum, quod naphtham vocant Medi, *Procopius libro quarto de bello Gothico, cap.* 11. Plura habet Pictura vett. lib. 11, cap. 8, ubi de *Vellere aureo* agitur.

MEDICA VESTIS.

Medicam olim eam Veſtem dicebant Græci, quam nunc dicunt Sericam. Vide *Suidam in* Σηρική. Μηδικὴν ἐσθῆτα νῦν Σηρικὴν καλοῦσιν: *Medicam veſtem nunc Sericam vocant*, Procopius de Bello Vandalico lib. 11, cap. 6.

MEDON, Sculptor.

Minervam caſſide ornatam, & haſtam ſcutumque tenentem, ajunt opus eſſe Medontis Lacedæmonii. Frater erat Doryclidæ, atque una cum eo artem didicit ex Dipœno & Scyllide. Vide quæ ſupra diximus in Dorycliidas.

MEGALES, Statuarius.

Prope Sicyonium theſaurus eſt Carthaginienſium, Pothæi, Antiphili, & Megaclis opus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 379, 15.

MEGARICA DOLIA.

Μεγαρικὰ πιθάκνια, Doliola è Megaris plurimum olim commendabantur: *Athenæus lib.* 1, *cap.* 22.

MELAMPUS, Architectus.

Melampus præcepta Symmetriarum conſcripſit: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

MELANTHIUS, Pictor.

Floruit circa Philippum, & uſque ad ſucceſſores Alexandri pictura præcipue, ſed diverſis virtutibus. Nam cura Protogenes; ratione Pamphilus ac Melanthius; facilitate Antiphilus; concipiendis viſionibus (quas φαντασίας *vocant) Theon Samius; ingenio & gratia, quam in ſe ipſe maxime jactat, Apelles eſt præſtantiſſimus; Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi fingendique idem mirus artifex fuit*, Quintilianus Orat. Inſtit. lib. XII, cap. 10. *Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecere, ex albis melino, ex ſilaceis Attico, ex rubris ſinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clariſſimi pictores, cùm tabulæ eorum ſingulæ oppidorum venirent opibus. Nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum ſuorum limum & draconum & elephantorum ſaniem, nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo meliora tunc fuere, cùm minor copia. Ita eſt: quoniam, ut ſupra diximus, rerum non animi pretiis excubatur*, Plin. lib. XXXV, cap. 7. *Pamphilus docuit neminem minoris talento annis decem, quam mercedem & Apelles & Melanthius ei dedere*, Plin. lib. XXXV, cap. 10.

Artificem hunc non Μελάνθιον, ſed Μέλανθον appellat Plutarchus in Arato: Ἐκ Καρίας περαιωθεὶς εἰς Αἴγυπτον, αὐτόθεν τε τῷ βασιλεῖ, διακειμένῳ πρὸς ἑαυτὸν οἰκείως, ἐνέτυχε, καὶ θερα-

τεθαυμασμένου γραφαῖς καὶ πίναξιν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος. ἐν οἷς κρίσιν ἔχων οὐκ ἄμουσον ὁ Ἄρατος, ἀεί τι τῶν τεχνικῶν καὶ περιττῶν, μάλιστα δὲ Παμφίλου καὶ Μελάνθου, συνάγων καὶ κτώμενος, ἀπέστελλεν. ἤνθει γὰρ ἔτι δόξα τῆς Σικυωνίας μούσης καὶ χρηστογραφίας, ὡς μόνης ἀδιάφθορον ἐχούσης τὸ καλόν. ὥστε καὶ Ἀπελλῆν ἐκεῖνον ἤδη θαυμαζόμενον, ἀφικέσθαι καὶ συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ ταλάντῳ, τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τῆς τέχνης δεόμενον μεταλαβεῖν. διὸ τὰς μὲν ἄλλας εἰκόνας τῶν τυράννων ἀνεῖλεν εὐθὺς ὁ Ἄρατος, ὅτε τὴν πόλιν ἠλευθέρωσε· περὶ δὲ τῆς Ἀριστράτου κατὰ Φίλιππον ἀκμάσαντος ἐβουλεύσατο πολὺν χρόνον. ἐγράφη μὲν γὰρ ὑπὸ πάντων τῶν περὶ τὸν Μέλανθον ἅρματι νικηφόρῳ παρεστὼς ὁ Ἀρίστρατος, Ἀπελλοῦ συνεφαψαμένου τῆς γραφῆς, &c. *E Caria trajiciens in Ægyptum, acceſſit Regem ſibi jampridem benevolum, quòd picturis tabuliſque Græcis gratiam ejus aſſiduo captaverat. Aratus enim habens in talibus judicium non inelegans* (κρίσιν οὐκ ἄμουσον) *ſemper opera quædam curioſe artificioſa, maxime vero Pamphili & Melanthi aliquid congerens & comparans miſerat. Florebat enim adhuc gloria Sicyoniæ doctrinæ atque elegantioris picturæ, tanquam quæ ſola priſtinum ſplendorem ſervaviſſet illibatum. Quapropter etiam Apelles ille, apud omnes jam in ſumma habitus admiratione, non dubitavit eò proficiſci, ac Sicyoniorum artificum familiaritatem talento emercari: magis è re ſua fore judicans exiſtimationis eorum, quàm artis participem fieri. Cæteras igitur tyrannorum imagines, quum liberaſſet civitatem, ſuſtulit Aratus: de Ariſtrato autem, qui floruit Philippi ætate, multum deliberavit. Pictus erat ab omnibus Melanthi ſequacibus currui triumphali inſiſtens Ariſtratus cum Victoria; manum quoque tabulæ iſti admoverat Apelles*, &c.

Melanthius quoque Pictor memoratur apud Laërtium lib. IV de Vitis Philoſophorum in Polemone: Μελάνθιος ὁ ζωγράφος ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς φησὶ δεῖν αὐθάδειάν τινα καὶ σκληρότητα τοῖς ἔργοις ἐπιτρέχειν, ὁμοίως δὲ κἀν τοῖς ἤθεσιν: *Melanthius pictor in ſuis de pictura libris ait, Oportere aliquam ſui fiduciam aſperitatemque interſpergi operibus ſimul & moribus.*

MELEUS. Vide Maleus.

MELIBŒA PURPURA.

Melibœa Purpura, inquit Feſtus, *à nomine inſulæ in qua tingitur eſt dicta.* Meminit Lucretius lib. II; & Virgilius lib. V Æneid. verſu 251; ubi vide Servium.

MELITENSES VESTES.

Cicero lib. II in Verrem; *Dico te plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam Syracuſis exportaſſe.* Et mox; *Non quæro unde tantum Melitenſium habueris.* Libro denique IV in Verrem: *Inſula eſt Melite, Judices, ſatis lato ab Sicilia mari periculoſoque disjuncta; in qua eſt eodem nomine oppidum, quò ille nunquam acceſſit: quod tamen illi textrinum per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.* Μελιτῖνα, ὀθόνια τινὰ διάφορα ἐκ Μελίτης τῆς νήσου, Heſychius. Vide quoque Diodorum Siculum, lib. V.

MEMNON, Architectus.

Hygino fabula CCXXII, *Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis & candidis, vinctis auro*, refertur inter ſeptem Orbis miracula. Similia quoque habet Caſſiod. Variarum VII, 15. Omnino tamen vide Brodæum ad Anthol. Γ, ϛ. Ἄνθρωπ' οὐ Κροίσου λεύσσεις.

MEMNON, Statuarius.

De Memnonis Syenitæ in hac arte excellentia vide *Diodorum Siculum lib.* I, *pag.* 44. Omnino quoque vide *Salmaſii Plinianas Exercitat. pag.* 475.

MENÆCHMUS, Statuarius.

Laphriæ Dianæ ſignum, quod à Patrenſibus in arce colitur, præ ſe fert venatricis habitum, & fabricatum eſt ex ebore atque auro. Opifices fuere Naupactii Menæchmus & Soidas, quos Canacho Sicyonio & Callone Ægineta non multo inferiores ætate fuiſſe conjiciunt: *Pauſanias lib.* VII, *pag.* 433, 12. *Menæchmi vitulus genu premitur, replicata cervice. Ipſeque Menæchmus ſcripſit de ſua arte*, Plin. lib. XXXIV, 8.

MENDÆUS, Statuarius.

Dorienſes Meſſenii Victoriæ ſignum ſuper pila dedicarunt. Opus eſt Mendæi Pæonii: *Pauſanias lib.* V, *pag.* 339, 29.

MENECRATES, Architectus.

Auſonius Moſella, verſ. 308:

- - - *Hic clari viguere Menecratis artes.*

MENEDEMUS.

Menedemus Philoſophus filius quidem viri nobilis fuit, ſed Architecti & pauperis, quem alii tabernaculorum Pictorem fuiſſe tradunt, atque ipſum quoque Menedemum

utrumque

utrumque didiciſſe. Quòd vero non ignarus fuerit picturæ Menedemus, liquere poteſt ex ea lineari Pictura quam in pavimento duxit ad reprimendam protervi adoleſcentis pervicaciam. Vide *Laërtium lib.* II, *in Menedemo.*

MENESTHES, Architectus.

Apud Vitruvium cap. I libri tertii pro *Amneſtæ* omnes fere ſcripti eodd. habent *à Meneſthe*, ut credi poſſit ædes Apollinis à Meneſthe vel Mneſtheo ſtructa Magneſiæ.

MENESTHEUS, Statuarius.

Meneſtheus, Meneſthei filius, Statuarius, Halicarnaſſeus: Inſcript. Gruteri CIↃXXI.

MENESTHEUS, Tacticus.

Ælianus Tacticῶν cap. I: Πρῶτος μὲν, ὧν ἴσμεν, δοκεῖ τὴν τακτικὴν θεωρίαν Ὅμηρος ἐπεγνωκέναι· θαυμάζειν δὲ τοὺς ἐπισταμένους αὐτῆς, ὥσπερ Μενεσθέα.

Τῷ δ' οὔπως τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

Primus omnium, quos novimus, ordinandæ aciei peritiam habuiſſe Homerus videtur, atque eos quoque in admiratione habuiſſe qui gnari erant ſcientiæ hujus, ut Meneſtheum,

Cui inter mortales nemo ſimilis erat
In ordinandis equitibus & viris ſcutatis.

Ad hunc Homeri locum, quem ex Iliad. B adduxit Ælianus, vide Euſtathium pagina 283 edit. Romanæ. Vide quoque Meurſii Regnum Atticum lib. III, cap. 5.

MENESTRATUS, Pictor ineptus.

Anthologia Græc. Epigr. lib. II, cap. 19:

Γράψας Δευκαλίωνα Μενέστρατε καὶ Φαέθοντα,
Ζητεῖς τίς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος.
Τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς τιμήσομεν. ἄξιος ὄντως
Ἐστὶ πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Pictus Deucalion, Phaëthonque Meneſtrate pictus
Eſt tibi; quo dignus, quæris, uterque labor.
Ut quod cuique ſuum eſt, illis tribuatur: habento
Et flammas Phaëton, & mare Deucalion.

MENESTRATUS, Statuarius.

In magna admiratione eſt & Hercules Meneſtrati & Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cujus contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt, Plinius lib. XXXVI, cap. 5. Πράξιλλαν Λύσιππος ἐχαλκούργησεν, μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον. Λεαρχίδα δὲ Μενέστρατος. Σιλανίων δὲ Σαπφὼ τὴν ἑταίραν. Ἤρινναν τὴν Λεσβίαν Ναυκύδης: *Praxillam in ære Lyſippus excudit, nullius unquam boni poëmatis auctorem. Learchidem autem Meneſtratus. Silanion vero Sappho meretricem. Erinnam Leſbiam Naucydes*, &c. Tatianus adverſus Gentes.

MENIPPI, Pictores.

Menippos duos Pictores memorat Laërtius ex Apollodoro. Vide *Laërtium libro* VI, *in Menippo*, ubi oſtendit præter Menippum Philoſophum ſex alios fuiſſe: πέμπτος καὶ ἕκτος ζωγράφοι, *quintus & ſextus pictores.*

MENIPPUS, Statuarius.

Vide Laërtium lib. VI, in Menippo: τέταρτος ἀνδριαντοποιός: *quartus fictor ſtatuarum.*

MENODORUS, Sculptor.

Refertur apud Plinium lib. XXXIV, cap. 8, inter Artifices qui fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificanteſque. *Qui ætate noſtra Theſpiis eſt Cupido*, inquit Pauſanias lib IX, pag. 581, 56. *eum fecit Athenienſis Menodorus, opus Praxitelis imitatus.* Vide quoque quæ infra annotamus in Monodorus.

MENOGENES, Statuarius.

Menogenes quadrigis ſpectatus, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

MENON.

Anticlides in Ægypto literas inveniſſe quendam nomine Menona tradit, XV annis ante Phoroneum antiquiſſimum Græciæ regem; idque monumentis approbare conatur, Plin. nat. hiſt. lib. VII, cap. 56.

MENTOR, Argenti Cælator.

Phydiæ Jupiter Olympius quotidie teſtimonium perhibet. Mentori Capitolinus & Diana Epheſia, quibus fuere conſecrata artis ejus vaſa, Plin. nat. hiſt. lib. VII, cap. 38. *Lucius Craſſus Orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos habuit ſeſtertiis C. emptos. Confeſſus tamen eſt nunquam ſe his uti propter verecundiam auſum*, Plinius XXXIII, 11: *Mirum in auro cælando inclaruiſſe neminem, argento multos: maxime tamen laudatus eſt Mentor, de quo ſupra diximus. Quatuor paria denique ab eo omnino facta ſunt, ac jam nullum exſtare dicitur. Epheſiæ Dianæ templum jacet ac Capitolium incendiis. Varro & æreum ſignum ejus habuiſſe ſcripſit. Proximi ab eo in admiratione Acragas & Boëthus & Mys fuere*, Plin. XXXIII, 12. *De hoc Verri dicitur*, inquit Cicero Verrina IV, *habere eum perbona toreumata: in his pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta.* Varro apud Nonium in *Cælare* & in *Dolitus*:

> *Num nam cælatus in manu dextra ſcyphus*
> *Cælo dolitus artem oſtentat. Mentoris?*

Propertius lib. III, Eleg. 9:

> *Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ;*
> *At Myos exiguum flectit acanthus iter.*

Idem lib. I, Eleg. 14:

> *Lesbia Mentoreo vina bibas opere.*

Juvenalis Satyra VIII, verſu 104:

> - - - *Raræ ſine Mentore menſæ.*

Martialis lib. 3, Epigr. 41, de lacerta cælata:

> *Inſerta Phialæ, Mentoris manu ducta,*
> *Lacerta vivit, & timetur argentum.*

Item lib. IV, Epigr. 39:

> *Solus Mentoreos habes labores.*

Libro VIII, Epigr. 50, deſcribit Inſtantii Rufi phialam. Et rurſus libro IX, Epigrammate 59:

> *Pocula Mentorea nobilitata manu.*

Libro XIV, Epigr. 91: Pocula archetypa:

> *Non eſt iſta recens, nec noſtri gloria cæli,*
> *Primus in his Mentor, dum facit iſta, bibit.*

Obſervatio Iſaaci Voſſii. Recenſetur Luciano in Lexiphane τρυήλης μιλτοεργής, ad quem locum vetus Scholiaſtes notat: Ἀπὸ Μέντορός τινος ὑαλουργοῦ τούτου καταχρησαμένου τῷ εἴδει τῶν ποτηρίων· ἃ ἦσαν καὶ τῷ πυθμένι μεγάλῳ, ἔχοντα τὸ λαβεῖν, ἀφ' οὗ καὶ εὐλαβῆ αὐτὸ κέκληκε. Sed ex prædictis teſtimoniis patet, non vitri aut cryſtalli, verum argenti cælatorem fuiſſe hunc Mentorem. Quod autem τρυήλης attinet, illud eſt vocabulum nihili, omninoque τρύβλης ſcribendum videtur, cujus nempe diminutivum τρυβλίον magis eſt in uſu.

MERCURIUS.

Φαῦνος υἱὸς Πίκου, ὃν καὶ Δία, ὃν Ἑρμῆν ἐκάλεσαν εἰς ὄνομα τοῦ πλανήτου ἀστέρος, μέταλλον ἐφεῦρε χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ σιδήρου, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυτικοῖς, ὡς καὶ πλουτοδότην αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι: *Faunus filius Pici, qui & Jupiter, quem de ſtellæ errantis nomine Mercurium appellarunt, metallum invenit auri & argenti & ferri, eorumque fabricam tradidit occidentalibus, ita ut ab indigenis Opumlargitor appelletur*, Suidas in Μεταλλεύς. *Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe*, inquit Plin. nat. Hiſt. lib. VII, cap. 56, *ſed alii apud Ægyptios à Mercurio, ut Gellius; alii apud Syros repertas volunt*. Vide quoque Caſſiodorum *Variarum lib.* VIII, *cap.* 12; & Hyginum *fabula* 277. Plenius tamen enumerat Diod. Siculus lib. 1, quot & quanta Mercurius invenerit humano generi utiliſſima.

Mercurius Jovis & Majæ Filius, auctor eloquentiæ & liræ, internuntius Deorum. Iſte etiam palæſtræ inventor hoc modo eſſe narratur, &c. Vide Servium ad illud octavi Æneid. verſu 138:

> *Vobis Mercurius pater eſt.*

Cæſar lib. VI de bello Gallico de Gallis agens, *Deum*, inquit, *maxime Mercurium colunt; hujus ſunt plurima ſimulacra; hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itinerum ducem; hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturasque habere vim maximam arbitrantur.* Plura vide apud Voſſium de Origine & progreſſu Idololatriæ lib. II, cap. 32.

MESSANA.

Statius Papinius I Achilleïdos, verſu 422:

Murorum tormenta Pylos Meſſanaque tradunt.

MESTRIUS, PICTOR.

MESTRIUS. MARIINUS. PICTOR. CONSTITUIT. PRO. SALUTE. SUA. ET. SUORUM. FANUM. DOMINAR. Inſcript. Gruterianæ, pag. xc, 4.

METAGENES.

Metagenes Architectus, Cteſiphontis Gnoſii filius, ſtructuram templi Dianæ Epheſiæ una cum patre curavit. Vide quæ ſupra diximus in CTESIPHON. Teleſterium Eleuſine cœpit Corœbus ædificare. Hic columnas in pavimento poſuit & epiſtyliis junxit. Quo defuncto, Xypetius Metagenes ſeptum & ſuperiores columnas adjecit; *Plutarchus in Pericle.* Xypeta, curia eſt Cecropidis tribus, auctore Stephano.

METHODIUS, PICTOR.

Methodius monachus Bulgarorum gentem una Judicii extremi pictura traduxit à Paganiſmo ad fidem Chriſtianam. Univerſam rei geſtæ ſeriem ex Cedreno fuſe retulimus lib. I de Pictura veterum, cap. 4, §. 4.

METICHUS, ARCHITECTUS.

Metichi forum Athenis ab architectone Meticho denominatum. Vide *Pollucem libro* VIII, *cap.* 10.

METON.

Sub Athenarum archonte Apſeude ſolarium ſuum in pnyce poſuit Meton. Vide *Meurſii archontes Athenienſes lib.* III, *cap.* 2. Plura de hoc Metone *Voſſius de Scientiis mathematicis, cap.* XXXIII, §. II.

METRODORUS, PICTOR.

Metrodorus erat pictor, idemque philoſophus, magnæ in utraque ſcientia auctoritatis. Itaque cùm L. Paulus devicto Perſeo petiſſet ab Athenienſibus, ut ſibi quàm probatiſſimum philoſophum mitterent ad erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum excolendum, Athenienſes Metrodorum elegerunt, profeſſi eundem in utroque deſiderio præſtantiſſimum: quod ita quoque Paulus judicavit, Plin. lib. XXXV, cap. II.

MICCIADES, SCULPTOR.

Vide quæ ex Plinio attulimus ſupra in ANTHERMI DUO.

MICCIO, PICTOR.

Diſcipulus fuit Zeuxidis. *Vide Lucianum in Zeuxide.*

MICON, PICTOR.

Sile pingere inſtituere primi Polygnotus & Micon, Attico tantum, Plin. lib. XXXIII, cap. 13. *Sunt qui vini fæcem ſiccatam excoquant; affirmantque, ſi ex bono vino fæx fuerit, Indici ſpeciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon, celeberrimi pictores, Athenis è vinaceis fecere: tryginum appellant*, Plin. lib. XXXV, cap. 6. *Polygnotus Athenis porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuito pinxit, cùm partem ejus Mycon mercede pingeret: unde major huic auctoritas. Siquidem Amphyctiones, quod eſt publicum Græciæ conſilium, hoſpitia ei gratuita decrevere*, Plin. XXXV, 9. Myconem una cum Arimna & Diore Varro lib. VIII de L.L. refert inter Pictores Apelle & Protogene antiquiores, à quorum tamen prava conſuetudine receſſerunt Apelles, Protogenes, aliique egregii artifices. Integrum Varronis locum deſcripſimus in DIORES. Μετὰ Μαραθῶνα Μίκων ὁ ζωγράφος τοὺς βαρβάρους γράψας μείζους τῶν Ἑλλήνων, κρίνεται): *Poſt prælium ad Marathanem Micon pictor Perſas pingens Græcis majores, condemnatur.* Totam controverſiam exhibent Sopatri Διαιρέσεις ζητημάτων editionis Albinæ pagina 340 & ſeqq. Βούτην Μίκων ἔγραφεν, *Buten Micon pinxit.* Proverbium eſt de rebus cito perfectis. Pinxit enim in tabula Micon ſub monte exſtare quendam cui Butis nomen adſcripſit, capite tantum atque oculis apparentibus: *Proverbiorum Græcorum appendix Vatic. centuriæ primæ proverbio* 12.

Athenis in Theſei templo tertium parietem pinxit Micon: *Pauſan. lib.* 1, *pag.* 29, 49.

Athenis perantiquum eſt Caſtoris & Pollucis templum, in quo Heroës ipſi ſtantes

con-

conſpiciuntur, filii vero eorum inſidentes equis. Hic Polygnotus quæ ad eos pertinent pinxit; nuptias filiarum Leucippi. Micon vero eos qui Colchos cum Jaſone navigarunt; præcipuum tamen artis ſuæ ſtudium impendit Acaſto ejusque equis: *Idem ibid. p.* 30, 54.

Nomina Peleï filiarum nullus Poëtarum, quos ipſi legimus, adjecit: Micon vero Pictor imaginibus earum adſcripſit Aſteropean eſſe & Antinoën: *Pauſanias libro* VIII, *pag.* 473, 14.

Ὁ Σίμων τοῦτο ὄνειδος τῆς ἀμαθίας Μήκωνι προστέθεικεν, ὅτι καὶ τὰς κάτω βλεφαρίδας προσέγραψεν ἵππου γραφῇ: *Simon illud probrum inſcitiæ Miconi impegit, quod etiam inferioris palpebræ pilos adſcripſiſſet equi picturæ*, Pollux lib. ſecundi cap. IV, §. 12, περὶ βλεφάρων. Crediderim itaque Νίκωνα perperam pro Μήκωνα ſcribi apud Ælianum IV de Animal. cap. 50: vide locum. Hujus etiam Μήκωνος meminit Ariſtophanes in Lyſiſtrata, ubi de feminis agens etiam inter alia hæc habet, prout leguntur in vet. cod. MS. Ἢν δ' ἐφ' ἱππικὴν τράπωνται, διαγράψαι τοὺς ἱππέας· ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνὴ κοὐκ ἂν ἀπολισθοι τρέχοντος· τὰς Ἀμαζόνας σκόπει ἃς Μήκων ἔγραψε φιλίπποις μαχομένας τοῖς ἀνδράσι: *Quod ſi ad rem equeſtrem ſe conferant, ita ut conſcribant equites. Equeſtre etenim quippiam & vecturæ patientiſſimum eſt mulier, neque exanimat eam quantumvis currens equus. Amazonas conſidera, quas Mecon pinxit equeſtri gloria certantes cum viris.* Videtur autem Comicus τῶν ἀνδρῶν dixiſſe, ut Virgilius, *O vere Phrygiæ.* Ad hunc interim Ariſtophanis locum etiam hæc habet vetus ejuſdem MS. Scholiaſtes: Ποικίλη στοὰ Ἀθήνησιν οὕτω λεγομένη διὰ τὴν ἐνοῦσαν γραφὴν, ὅπου πεποίηκεν ὁ Μήκων τὴν Ἀμαζόνων τὴν μάχην. ἦν δὲ Φανόχου υἱὸς, Ἀθηναῖος. ἐστὶ δὲ καὶ ἕτερος Μήκων ἐπὶ πενίᾳ κωμῳδούμενος: *Varia porticus Athenis ita dicta eſt à varia quam continebat pictura: ubi Amazonum pugnam fecit Mecon. Erat autem Phanochi filius, Athenienſis. Eſt & alius Mecon, à Comicis propter paupertatem traductus.*

Hunc noſtrum *Miconem* vel *Meconem* ſtatuas quoque feciſſe diſcas ex Pauſania. Καλλίᾳ Ἀθηναίῳ παγκρατιαστῇ τὸν ἀνδριάντα ἀνὴρ Ἀθηναῖος Μίκων ἐποίησεν ὁ ζωγράφος: *Calliæ Athenienſi pancratiaſtæ ſtatuam fecit vir Athenienſis Micon pictor*, Pauſanias libro VI, pag. 354, 7. Plura habent Meurſii Atticæ lectiones lib. 1, cap. 12.

MICON ALIUS, ITIDEM PICTOR.

Plinius lib. XXXV, cap. 9, poſtquam de Polygnoto & Micone celeberrimis pictoribus nonnihil dixerat, & hoc addit: *Fuit & alius Micon, qui minoris cognomine diſtinguitur: cujus filia Timarete & ipſa pinxit.*

MICON, STATUARIUS.

Hieronis ſtatuas, equeſtrem unam, alteram vero pedeſtrem, Olympiæ dedicarunt Hieronis ipſius filii: fecit autem Micon Nicocratis filius Syracuſanus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 365, 43. Atque hic fortaſſe eſt idem ille de quo Plinius lib. XXXIV, cap. 8, *Mycon athletis ſpectatus.*

MIDACRITUS.

Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportavit Midacritus, Plin. nat. hiſt. lib. VII, cap. 56.

MIDAS.

Midas rex Cybeles filius, Phryx, plumbum album primus invenit, Hyginus fabula CCXXIV. *Plumbum Midas regnator Phrygiæ reperit*, Caſſiodorus Variar. III, 31.

MILESIA VELLERA.

Virgilius III Georg. verſu 306:

- - - Quamvis Mileſia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta colores.

Ubi Servius: *Miletus civitas eſt Aſiæ, ubi lana optime tinguntur.* Horatius libro I, Epiſtola 17, de Ariſtippo & Diogene,

Alter purpureum non exſpectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Perſonamque feret non inconcinnus utramque.
Alter Mileti textam cane pejus & angue
Vitabit clamydem. - - -

Mileſios lectos maxime laudat Critias apud Athenæum lib. 1, cap. 22. Mileſii audiebant molles, & ſtragulis veſtibus tapetibusque varie contextis præter cæteros nobiles erant. Ἐν γὰρ Μιλήτῳ πολλὴ ἡ τῶν στρωμάτων ἐργασία, inquit Scholiaſtes in Ariſtophanis Ranas, καὶ τὰ Μιλήσια στρώματα, ποικίλα καὶ ἁπαλὰ γίνεται καὶ διάφορα. εἰς τρυφὴν δὲ οἱ Μιλήσιοι διαβάλλονται καὶ εἰς τὸ στολὰς πολυτελεῖς. ἐσθῆτάς τ' ἐντεῦθεν κατασκευάζεσθαι ποικίλας καὶ τάπητας, ὡς καὶ Θεόπομπος. Vide quoque Tzetzem Chiliade X, Hiſt. 329.

MILESII CALCEI.

Mileſiis calceis primus Antigenides muſicus eſt uſus: *Suidas in* Ἀντιγενίδης.

MINERVA. Vide Pallas.

Minervas aliquot enumerat Voſſius de Origine & progreſſu Idololatriæ lib. II, cap. 42.

MINIDIUS. Vide Publius Minidius.

MINOS.

Navem prædatoriam invenit Minos. Vide auctorem Etymologici magni in Ἐπιπεσκέλης. *Claſſe princeps depugnavit Minos*, Plin. lib. VII, cap. 56.

MNASITHEUS, Pictor.

Mnaſitheus Sicyonius recenſetur Plinio lib. XXXV, cap. 11, inter artifices non ignobiles.

MNASITIMUS, Pictor.

Mnaſitimus Ariſtenidis filius & diſcipulus recenſetur Plinio lib. XXXV, cap. 11, inter artifices non ignobiles.

MNASON, Tyrannus.

Is fuit ſummus harum artium cultor. *Ariſtides Thebanus*, ut ait Plinius libro XXXV, cap. 10, *pinxit prælium cum Perſis, centum homines in ea tabula complexus, pactusque in ſingulos mnas denas à tyranno Eleatenſium Mnaſone.* Idem aliquanto poſt ibidem: *Aſclepiodoro Mnaſon Tyrannus pro duodecim Diis dedit in ſingulos mnas trecenas. Idemque Theomneſto in ſingulos Heroas mnas centenas.*

MNESARCHUS.

Pythagoræ patrem Mneſarchum comperio inter ſellularios artifices gemmis faberrime ſculpendis laudem magis quàm opem quæſiſſe, Apulejus in Floridis. Πυθαγόρας Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, ὥς φησιν Ἕρμιππος, *Pythagoras filius Mneſarchi annulorum ſculptoris, ut ait Hermippus*, Laërtius lib. VIII. Πυθαγόρας Σάμιος, φύσει δὲ Τυῤῥηνὸς, ὡς Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, &c. Vide quoque Jamblichum, Porphyrium, alios.

MNESICLES, Architectus.

Arcis propylæa intra quinquennium fuerunt abſoluta, Architecto Mneſicle. Mirabilis vero caſus, qui in hac ædificatione intervenit, teſtatur propitia Dea inchoatam perfectamque. Solertiſſimus etenim artifex inter ædificandum ex alto delapſus, à medicis pro jam deplorato habebatur. Cæterum Pericli anxio, Minerva in ſomnis obtulit medicinam; qua uſus, hominem graviter afflictum cito ac facile curavit: quamobrem quoque æreum Minervæ ſalutaris ſignum in arce poſuit juxta aram, quam ibi antea fuiſſe memorant: *Plutarchus in Pericle.* Vide quoque *Harpocrationem in* Προπύλαια. *Vernula charus Pericli Athenienſium principi, cum is in arce templum ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii & inde cecidiſſet, hac herba dicitur ſanatus, monſtrata Pericli ſomnio à Minerva, quare Parthenium vocari cœpta eſt, aſſignaturque ei Deæ. Hic eſt vernula, cujus effigies ex ære fuſa eſt, & nobilis ille Splanchnoptes*, Plinius libro XXII, cap. 17.

MNESTHEUS. Vide Menesthes.

MONODORUS, Sculptor.

Hic Monodorus Pauſaniæ vocatur Μηνόδωρος. Vide quæ aliquanto ante diximus in Menodorus. Cupidinis è Penthelico lapide ſtatuam, quam Theſpienſibus reliquerat Praxiteles, primus loco movit Cajus Cæſar, ſucceſſor Imperatoris Tiberii. Claudio vero eam poſtea Theſpienſibus remittente, Nero denuo ablatam tranſtulit Romam, ubi non multo poſt conflagravit. Menodorus tandem Athenienſis alium Theſpienſibus fecit Amorem, ad imitationem Cupidinis Praxitelici. Τὸ Πραξιτέλους ἄγαλμα λίθου ἐν τῷ Πεντελικῷ, πρῶτος ἐκίνησεν ὁ ἐν Ῥώμῃ δυναστεύσας μετὰ Τιβέριον Γάϊος. Κλαυδίου δὲ ὀπίσω Θεσπιεῦσιν ἀποπέμψαντος, Νέρων αὖθις ἀνάστατον ἐποίησε. καὶ τὸ μὲν φλὸξ αὐτόθι διέφθειρε. Μηνόδωρος δὲ Ἀθηναῖος ὕστερον Ἔρωτα ἄλλον Θεσπιεῦσιν ἐποίησε· τὸ ἔργον τοῦ Πραξιτέλους μιμούμενος. Verba ſunt Scholiaſtæ ad Anthologiæ librum IV, cap. 12, Epigrammate Θεσπιέως τὸν Ἔρωτα. - - -

MOSES.

Moſi multarum rerum inventio tribuitur. Vide *Euſtathium Archiëp. Antiochenum comment. in Hexaëmeron, pag.* 82 *& ſequ.* Vide quoque *notas Leonis Allatii ad iſtum locum.*

MUMMIUS.

Mummiana ædificia à Mummio dicta, Feſtus.

MUSÆUS, Machinator.

C. BÆBIO MUSÆO, MACHINATORI, *Inſcript. Grut.* DCXLII, 4.

MUSONIUS, Architectus.

Meminit ejus Anthologia Græc. Epigr. lib. IV, cap. 23. Epigrammate de domo Agathiæ, Oratoris Byzantii:

> Τεῦξέ με πολλὰ καμὼν Μυσώνιος εἶναι ἀγητὸν
> Τηλίκον, ἀρκτῴοις ἄσθμασι βαλλόμενον.
> Ἔμπης οὐκ ἀπέλειπον ἀφέγγεα δώματα μοίρης,
> Ἀλλά με καλλείψας, ἐν χθονὶ ναιετάει.
> Καί ῥ᾽ ὁ μὲν εἰς ὀλίγην κεῖται κόνιν· ἡ δὲ περισσὴ
> Τέρψις ἐπὶ ξείνοις ἀνδράσιν ἐκκέχυμαι.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Multo me ſtudio Muſonius extulit alte*
> *Ad Boreæ poſitam frigida flabra domum.*
> *Non tamen effugit nigrantia limina Ditis,*
> *Terram habitat, tantum qui fabricavit opus.*
> *Nunc nihil ille, niſi parvus cinis: ipſa ſuperſum*
> *Nempe, ſed externis gaudia porto viris.*

MUSTIUS, Architectus.

Vide Plinium Juniorem lib. IX, epiſtola 39, quam ad Muſtium Architectum ſcripſit, quo uſus eſt ad reficiendam ædem Cereris, & ad porticus extruendas.

MUSUS, Statuarius.

Jupiter poſitus in ænea baſi, donum populi Corinthii, opus vero Muſi, quiſquis tandem is Muſus (Μῦσος) fuerit: *Pauſanias lib. v, pag.* 334, 38.

MUTINA.

Plinius libro XXXV, cap. 12, ubi agit de plaſtice ſeu figulina: *Habent & Tralleis opera ſua, & Mutina in Italia; quoniam & ſic gentes nobilitantur.*

MUTIUS, Architectus.

C. Mutius, magna ſcientia confiſus, ædes Honoris & Virtutis Marianæ cellæ, columnarumque & epiſtyliorum ſymmetrias legitimis artis inſtitutis perfecit. Id vero ſi marmoreum fuiſſet, ut haberet quemadmodum ab arte ſubtilitatem, ſic à magnificentia & impenſis auctoritatem, in primis & ſummis operibus nominaretur, Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.

MYAGRUS, Statuarius.

Myagrus Phocæus à Vitruvio *in Proœmio libri tertii*, refertur inter illos artifices qui nullam memoriam ſunt aſſecuti, quod non ab induſtria artiſve ſolertia, ſed à felicitate fuerunt deſerti.

MYCON. Vide Micon, Pictor.

MYDON, Pictor.

Mydon Soleus, Pyromachi ſtatuarii diſcipulus, reponitur Plinio lib. XXXV, cap. 2, inter artifices non ignobiles.

MYNACUS, Sutor.

Vide Pollucem lib. VII, cap. περὶ ὑποδημάτων; Pauli Leopardi cap. 2 libri x Emendationum.

MYRMECIDES, Eboris Sculptor.

Myrmecides iſte dicitur Ciceroni lib. IV Acad. quæſt. *minutorum opuſculorum fabricator.* Plinius libro VII nat. Hiſt. cap. 21: *Callicrates ex ebore formicas & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum à cæteris cerni non poſſent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam; & navem, quam apicula pinnis abſconderet.* Idem lib. XXXVI, capite 5: *Sunt & in parvis marmoreis famam conſecuti Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis muſca, & Callicrates, cujus formicarum pedes atque alia membra pervidere non eſt.* Myrmecides dicitur Æliano Mileſius. Vide eum libro I var. hiſt. cap. 17; ubi & hanc artis ſubtilitatem laudem negat mereri, inquiens, Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ ταῦτα ἢ χρόνου παρανάλωμα, *Quid enim hæc ſunt aliud, quàm vana temporis impenſa?* Similiter quoque Galenus ἐν προτρεπτικῷ πρὸς τὰς τέχνας improbat τὰ Μυρμηκίδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου, nec dubitat id genus opera ad ματαιοτεχνίαν referre. Julianus Imp. Oratione tertia videtur innuere, de tornando cælandoque milio cogitaſſe Myrmecidem ἀντιπαρατιθέμενον τῇ Φειδίου τέχνῃ, *cum Phidia quaſi contendentem, atque artem ejus aliqua in re vel æquare vel ſuperare volentem.* Ad hunc Juliani locum reſpexit Suidas in Μυρμηκίδην, ac manifeſtius etiam in Γελῶος. Varro circa initium libri VI

de LL.

de L. L. *Facilius obſcuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, ſi extrinſecus admoveant nigras ſetas.* Vide plura in CALLICRATES.

MYRON, STATUARIUS.

Olymp. LXXXVII *fuere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Laeon Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8. *Myronem, Eleutheris, natum, & ipſum Ageladis diſcipulum, buculâ maxime nobilitavit, celebratis verſibus laudata, quando alieno plerique ingenio magis quam ſuo commendantur. Fecit & canem, & diſcobolon, & Perſea, & Priſtas, & Satyrum admirantem tibias, & Minervam. Delphicos pentathlos pancratiaſtas. Herculem etiam, qui eſt apud Circum maximum in æde Pompeji magni. Feciſſe & cicadæ monumentum ac locuſtæ, carminibus ſuis Erinna ſignificat. Fecit & Apollinem, quem à triumviro Antonio ſublatum reſtituit Epheſiis divus Auguſtus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur, numeroſior in arte quam Polycletus, & in ſymmetria diligentior: & ipſe tamen corporum tenus curioſus, animi ſenſus non expreſſiſſe; capillum quoque & pubem non emendatius feciſſe quam rudis antiquitas inſtituiſſet. Vicit eum Pythagoras Rheginus ex Italia, pancratiaſte Delphis poſito. Eundem vicit & Leontinus, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur,* Idem ibidem. *Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit. Proxima laus, Æginetico: illoque ære Myron uſus eſt; hoc Polycletus, æquales atque condiſcipuli. Æmulatio autem & in materia fuit*, Plinius lib. XXXIV, cap. 2. *Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes, & Argonautas*, Plinius lib. XXXIV, cap. 8; ubi tamen Caſaubonus legendum putat *Eleuthereus*. Vide ejus Animadverſ. in Athenæi lib. XI, cap. 11.

Myron in fingendis capitibus præter cæteros excellebat. *Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit*, inquit Auctor Rhet ad Herennium lib. IV, *ut Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti: ſed omnia coram magiſtrum facientem videbat; cæterorum opera vel ſua ſponte conſiderare poterat.*

Una fingendi eſt ars, in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus, qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt; ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem. Una eſt ars ratioque picturæ, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuſis, Aglaophon, Apelles; neque eorum quiſquam eſt, cui quicquam in arte ſua deeſſe videatur, Cicero III de Oratore.

Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe, quàm ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent, Cicero de Claris Oratoribus.

Duriora & Tuſcanicis proxima Calon atque Egeſias, jam minus rigida Calamis, molliora adhuc ſupra dictis Myron fecit, Quintilianus lib. XII, cap, 10. *Ex antiquis ſtatuariis, qui dignitatis notas & commendationis gratiam habuerunt, æterna memoria ad poſteritatem ſunt permanentes; uti Myron, Polycletus, Phidias, Lyſippus, cæterique qui nobilitatem ex arte ſunt conſecuti*, &c. Vitruvius in Proœmio libri tertii.

Hanc eximiæ Artis celebritatem teſtantur plurima Scriptorum loca, quæ Myronem paſſim nobiliſſimis jungunt artificibus; varii quoque loquendi modi, quibus Poëtæ utuntur quotieſcunque opera Myronis, præcipue tamen Buculam ejus deſcribunt. Addo itaque antecedentibus aliquot locis illud Luciani in Somnio, ubi Statuariam hæc dicentem introducit: Μὴ μυσαχθῇς δὲ σώματος τὸ εὐτελὲς, μὴ δὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. ἀπὸ γὰρ τοιούτων ὁρμώμενος καὶ Φειδίας ἐκεῖνος, ἔδειξε τὸν Δία· καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο· καὶ Μύρων ἐπῃνέθη· καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη. προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν: *Ne averſeris corporis ſimplicitatem ac veſtium ſordes: ab his etenim initiis progreſſus Phidias ille, Jovem ſpectandum nobis exhibuit, & Polycletus Junonem elaboravit, & Myron laudatus eſt, & Praxiteles in admiratione fuit, & hi omnes una cum Diis adorantur.*

Myronis opera dicuntur *veteres Myronis artes*, apud Martialem lib. IV, Epigr. 39:

Argenti genus omne comparaſti,
Et ſolus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus Scopæque,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

Ovidius III de Arte, verſ. 219:

- - - *Operoſi ſigna Myronis.*

Juvenalis

Juvenalis Satyra VIII, verſ. 102:

Et cum Parrhaſii tabulis, ſignisque Myronis,
Phidiacum vivebat ebur. - - -

Martialis lib. VI, Epigr. 92:

Cælatus tibi cùm ſit, Ammiane,
Serpens in patera Myronis arte,
Vaticana bibis? bibis venenum.

Idem lib. VIII, Epigr. 50:

Quis labor in phiala? docti Myos? anne Myronis?
Mentoris hæc manus eſt? an Polyclete tua?

Statius I Sylvarum, in Tiburtino Vopiſci:

Quicquid in argento primùm vel in ære Myronis
Luſit, & enormes manus eſt experta coloſſos.

Idem IV Sylv. in Vindicis Hercule epitrapezio; ubi Vindicem facit doctiſſimum intelligentiſſimumque elegantiarum omnium exiſtimatorem:

- - - Quis namque oculis certaverit uſquam
Vindicis artificum veteres agnoſcere ductus,
Et non inſcriptis auctorem reddere ſignis?
Hic tibi quæ docto multum vigilata Myroni
Æra, laboriferi vivant quæ marmora cælo
Praxitelis, quod ebur Piſæo pollice raſum,
Quod Polycletæis juſſum æs ſpirare caminis,
Linea quæ veterem longe fateatur Apellem
Monſtrabit; namque hæc, quoties chelyn exuit ille,
Deſidia eſt, hic Aoniis amor avocat antris.

Phædrus in Prologo libri V Fabularum:

Æſopi nomen ſicubi interpoſuero,
Auctoritatis eſſe ſcito gratia:
Ut quidam artifices noſtro faciunt ſæculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerint Praxitelem ſuo.
Detrito Myronem argento. - - -

Bucula illa, quam verſibus plurimorum laudatam ſupra ex Plinio retulimus, dicitur Ovidio IV de Ponto, Eleg. I:

- - - Similis veræ vacca, Myronis opus.

Virgilio in Ætna:

- - - Gloria viva Myronis.

A quo non abludit illud Propertii lib. II, Elegia 31:

Atque aram circumſteterant armenta Myronis
Quattuor artificis, vivida ſigna, boves.

Meminit ejuſdem æreæ buculæ Ælianus in epilogo librorum de Animalibus; Tzetzes Chiliade VIII, Hiſt. 194; D. Auguſtinus lib. II Soliloqu. cap. 10; Symmachus lib. I, epiſt. 23. Videtur denique ad eandem reſpexiſſe Arbiter, cùm ait: *Myron pene hominum animas ferarumque ære comprehenderat.* Hanc Myronis buculam Ciceronis ævo Athenis adhuc ſpectatam diſcimus ex Verrina IV. Procopii adhæc ævo viſam Romæ in foro Pacis teſtatur ipſe Procopius lib. IV de Bello Gotthico, cap. 21. Nihil tamen notiſſimæ famæ buculam æque illuſtravit, ac multiplex Græcorum Romanorumque Poëtarum certamen, non ſine quadam contentionis æmulæ ſpecie, in ſtupendi operis laudes ἀνθαιρέτους prorumpens. Anthologia certe Græcorum Epigrammatum libro IV, titulo εἰς ἀγάλματα ζώων, ſuppeditat nobis triginta ſex in Myronis vaccam Epigrammata, quorum aliquot tranſtulit Auſonius, quæ vide.

Meminit quoque alterius vituli à Myrone elaborati Tatianus Orat. adverſus Græcos: Γελῶ καὶ τὸν Μύρωνος ἐπιστήμην ποιήσαντος μόσχον, ἐπὶ δὲ αὐτοῦ νίκην, ὅτι τὴν Ἀγήνορος ἁρπάσας θυγατέρα, μοιχείας καὶ ἀκρασίας βραβεῖον ἀπηνέγκατο: *Rideo quoque ſcientiam Myronis fabricantis vitulum & victoriam ei ſuperimponentis: quòd Agenoris filiam rapiens, adulterii atque intemperantiæ præmium reportaſſet.*

Nobi-

Nobilitatur Myron & Diſcobolo, cujus meminit Plinius loco ſupra allegato. Hunc δισκεύοντα vel δισκοβόλον Myronis graphice depingit Lucianus in Philopſeude: Μῶν τὸν δισκεύοντα ἦν δ' ἐγὼ φῂς, τὸν ἐπικεκυφότα κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἀφέσεως, ἀπεστραμμένον εἰς τὴν δισκοφόρον, ἠρέμα ὀκλάζοντα τῷ ἑτέρῳ, ἐοικότα ξυναναστησομένῳ μετὰ τῆς βολῆς; Οὐκ ἐκεῖνον ἦ δ' ὅς, ἐπεὶ καὶ Μύρωνος ἔργων ἓν καὶ τοῦτό ἐστιν, ὁ δισκοβόλος ὃν λέγεις: *Num ſtatuam illam dicis, inquam, quæ diſcum jacit? quæ inclinata eſt ad geſtum emiſſuri, reflexa in eam partem quæ fert diſcum, nonnihil procumbens pede altero, ut quæ ſe ipſam unà cum ipſo jactu rurſus videatur erectura? Nequaquam eam, dixit ille, ſiquidem & unum ex Myronis operibus eſt ille diſcobolus, quem dicis.* Eximie quoque Quintilianus libro II Orat. Inſtitut. cap. 13; *Expedit ſæpe mutare ex illo conſtituto traditoque ordine aliqua, & interim decet ut in ſtatuis atque picturis videmus variari habitus, vultus, ſtatus. Nam recti quidem corporis vel minima gratia eſt. Nempe enim adverſa ſit facies, & demiſſa brachia, & juncti pedes, & à ſummis ad ima rigens opus: flexus ille &, ut ſic dixerim, motus, dat actum quendam effictis. Ideo nec ad unum modum formatæ manus, & in vultu mille ſpecies. Curſum habent quædam & impetum; ſedent alia vel incumbunt; nuda hæc, illa velata ſunt; quædam mixta ex utroque. Quid tam diſtortum & elaboratum, quàm eſt ille Diſcobolos Myronis? Si quis tamen ut parum rectum improbet opus, nonne is ab intellectu artis abfuerit, in qua vel præcipue laudabilis eſt illa ipſa novitas ac difficultas.*

In Samo inſula inter multas melioris notæ ſtatuas fuere tria Myronis opera coloſſica, uni inſiſtentia baſi: quæ cùm ſuſtuliſſet Antonius, duo in eandem baſin repoſuit Auguſtus Cæſar; Minervam videlicet atque Herculem. At Jovem, parato ei ſacello, tranſtulit in Capitolium. Vide *Strabonem lib.* XIV, *pag.* 637, B.

Herculem egregie factum ex ære, qui dicebatur opus Myronis, Verres abſtulit Hejo Mamertino. Vide Ciceronem circa initium Verrinæ quartæ; ubi & hæc aliquanto poſt legas: *Quid? Agrigento nonne ejuſdem P. Scipionis monumentum, ſignum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptum, ex Æſculapii religioſiſſimo fano ſuſtuliſti?*

Ladam velociſſimum Alexandri Magni curſorem ex ære fecit Myron. Anthol. Græc. Epigr. lib. IV, tit. 2:

> Οἷος ἔης φεύγων τὸν ὑπηνέμιον ἔμπνοος Λάδα
> Θυμὸν ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεὶς ὄνυχα,
> Τοῖον ἐχάλκευσε Μύρων ἐπὶ παντὶ χαράξας
> Σώματι, Πισαίου προσδοκίην στεφάνου.
> Πλήρης ἐλπίδος ἐστὶν, ἄκροις δ' ἐπὶ χείλεσιν ἆθμα
> Ἐμφαίνει, κοίλων ἔνδοθεν ἐκ λαγόνων.
> Πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ στέφος, οὐδὲ καθέξει
> Ἁ βάσις. ὢ τέχνη πνεύματος ὠκυτέρα.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Qualis eras Lada fugiens veſtigia Thymi*
> *Alipedis, premeres cùm pede flabra tuo,*
> *Nobilis ad Piſæ contendens præmia, talem*
> *Corpore te toto fecit in ære Myron.*
> *Implet eum ſpes quanta vides, & anhelitus ore*
> *Cernitur ex imis ilibus exoriens.*
> *Proſiliet mox æs ad ſerta, nec ipſa tenebit*
> *Credo baſis. Citus eſt ſpiritus, ars citior.*

Bacchum ex ære fecit Myron. Anthol. Græc. Epigr. lib. IV, tit. 12.

> Ἐκ πυρὸς ὦ Διόνυσε τὸ δεύτερον ἡνίκα χαλκῷ
> Ἐξεφάνης, γενέταν εὗρε Μύρων ἑτέραν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Ex igni Lenæe novos tibi præbuit ortus*
> *Edomito cùm te fecit in ære Myron.*

Myronis æneus puer & Perſeus fuere Athenis in arce: Καὶ ἄλλα ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει θεασάμενος οἶδα, inquit Pauſanias lib. I, pag. 41. Λύκιον τὸν Μύρωνος χαλκοῦν παῖδα, ὃς τὸ περιρραντήριον ἔχει· καὶ Μύρωνος Περσέα τὸ ἐς Μέδουσαν ἔργον εἰργασμένον: *Etiam alia in Athenienſium arce ſpectans cognovi, Lycium Myronis æneum puerum, tenentem vas aqua luſtrali plenum: Myronis item Perſeum, ſuum in Meduſam facinus peragentem.*

Hecates initia quotannis celebrant Æginetæ, dicentes Orpheum Thracem ſibi horum

initiorum auctorem. Templum eſt incluſum ſepto, ſignum vero Myronis opus, unus iridem eſt ei vultus, ſicuti & unum eſt corpus reliquum. Alcamenes autem (ut mihi quidem videtur) primus ſimulacra Hecates tria fecit, mutuo ſibi connexa, quam Athenienſes appellant Epipyrgidian: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 140, 52.

Lycini ſtatuas duas Myron Athenienſis fecit: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 345, 24.

Cleonæo Timanthi ſtatuam fecit Myron Athenienſis: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 359, 4.

Philippi Azanis ſtatuam fecit Myron: *Idem ibidem.*

Exſtat Olympiæ pila, in qua victoriæ Lacedæmonii Chionidis inciſæ ſunt: impoſita vero pilæ ſtatua, opus eſt Athenienſis Myronis: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 367, 3.

Liberi patris ſimulacrum ſtatu erecto dedicavit Sylla, Myronis operum ſpectatu digniſſimum; Erechtheo, qui Athenis eſt, excepto. Non tamen de ſuo dedicavit Sylla, ſed Orchomeniis Minyis donarium illud eripuerat. Hoc illud eſt quod Græci dicunt, θυμιάμασιν ἀλλοτρίοις τὸ θεῖον σέβεσθαι, *Alienis ſuffimentis Deos venerari*, Pauſan. lib. IX, pag. 585. Poteſt interim hæc tantopere laudata Erechthei ſtatua eadem videri cum iſthac, quam inter Heroum eponymorum imagines memoravit hic ipſe Pauſanias lib. I, pag. 9, 2.

Diſpice interim hoc in loco, quomodo Pauſanias aliquot in locis Athenienſem dicat Myronem, quem Eleutheris natum eſſe conſtat ex Plinio. Vide *Pauli Leopardi Emendat. lib.* XI, *cap.* 19.

De morte Myronis nihil aliud habeo dicere, quàm quòd in ſumma paupertate de vita deceſſit. Huc facit illud Petronii Arbitri, quod ſupra quoque attigimus; *Lyſippum, ſtatuæ unius lineamentis inhærentem, inopia exſtinxit: & Myron, qui pene hominum animas ferarumque ære comprehenderat, non invenit hæredem.*

MYRON ALTER, ITIDEM STATUARIUS.

Myronem Lycium inter Polycleti diſcipulos recenſet Plin. lib. XXXIV, cap. 8. Vide quæ diximus in LYCIUS STATUARIUS.

MYS, ARGENTI CÆLATOR.

Plinius lib. XXXIII, cap. 12, ſubjungit iis quæ de Mentore dicenda putabat, *Proximi ab eo in admiratione Acragas, & Boëthus, & Mys fuere. Exſtant hodie omnium opera in inſula Rhodiorum. Boethi, apud Lindiam Minervam; Acraganthis, in templo Liberi patris in ipſa Rhodo, Bacchæ Centaurique cælati in ſcyphis; Myos, in eadem æde, & Silenus & Cupidines.* De manubiis Medorum, Marathonis fines invadentium, Phidias fecit Athenienſibus Minervæ ſignum ex ære: in cujus clypeo Lapitharum & Centaurorum pugnam Mys cælavit, quum eam, & quæ in clypeo cernuntur reliqua, Myi depinxiſſet Parrhaſius Euenoris filius: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 51, 25.
Propertius lib. III, Eleg. 8:

Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit achantus iter.

Martialis lib. VIII, Epigr. 33:

Archetypum Myos argentum te dicis habere.
Quod ſine te factum eſt, hoc magis archetypum eſt.

Et mox ibidem, Epigr. L:

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?

Idem lib. XIV, in Apophoretis, num. 93, ubi lemma eſt, *Phiala aurea cælata:*

Quamvis Callaico rubeam generoſa metallo,
Glorior arte magis; nam Myos iſte labor.

N.

NAUCERUS, STATUARIUS.

N*Aucerus luctatorem anhelantem fecit*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

NAUCRATITÆ.

Sunt multi Figuli in Naucrate, à quibus propinqua etiam porta vocatur Ceramica, ubi cum in modum tingebantur fictilia, ut videri poſſent argentea: *Athenæus libro* XI, *cap.* 8.

NAUCYDES, Statuarius.

Nonageſima quinta Olympiade floruere Naucydes, Diomedes, Canachus, Patrocles, Plin. lib. xxxiv, cap. 8. Et aliquanto poſt ibidem; *Naucydes Mercurio & Diſcobolo & immolante arietem cenſetur.*

Corinthi viſebatur Hebes ſignum ex auro & ebore, Naucydis arte elaboratum: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 115, 7.

Hecatis ſignum ex ære fecit frater Perycleti Naucydes Mothonis filius: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 126, 6.

Alypus Sicyonius Naucydis Argivi diſcipulus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 344, 9.

Euclis Rhodii ſtatua, Naucydis opus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 354, 18.

Naucydis diſcipulus fuit Polycletus Argivus, diverſus ab illo Polycleto qui fecit ſignum Junonis: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 354, 20.

Bacidi Trœzenio, qui luctatores vicit, ſtatuam fecit Naucydes: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 359, 4.

Chimonis duæ ſtatuæ (ut mihi quidem videtur) probatiſſimæ ſunt omnium Naucydis operum, cùm ſcilicet ea quæ eſt in Olympia, tum altera quæ Argis Romam in templum Pacis eſt aſportata: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 360, 19.

Erinnæ Lesbiæ ſtatuam ex ære fecit Naucydes: Ἠρινναν τὴν Λεσβίαν Ναυκύδης ἐχαλκούργησεν; *Tatianus Oratione adverſus Græcos.*

NAUSICAA.

Nauſicaæ Alcinoi filiæ attribuitur inventio ſphæræ: Ἀγαλλίς. ἡ Κερκυραία γραμματική, ἥτις τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησι: *Suidas.*

NAXII.

Naxii primi numiſma ſignarunt, ſecundùm Aglosthenis opinionem: *Pollux lib.* IX, *cap.* 6.

Naxii naves, quas Cantharos appellabant, artificioſe fabricabant: *Suidas in* Ναξιουργὴς Κάνθαρος.

NEALCES, Pictor.

Nealces pinxit Venerem, ingenioſus & ſolers in arte: ſiquidem cùm prælium navale Ægyptiorum & Perſarum pinxiſſet, quod in Nilo, cujus aqua eſt mari ſimilis, factum volebat intelligi, argumento declaravit, quod arte non poterat. Aſellum enim in littore bibentem pinxit, & crocodilum ei inſidiantem, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſpongia impacta, ſecutus dicitur, cùm pingeret poppyzonta retinentem equum, Plin. lib. xxxv, cap. 10. Vide Valerium Maximum libro octavo, cap. 11, exemplo externo 7.

Arato poſt liberatam Sicyonem volente unà cum reliquorum tyrannorum imaginibus etiam tollere nobilem Ariſtrati tyranni tabulam, pictam ab omnibus Melanthi aſſeclis, in qua tyrannus ille inſiſtebat currui triumphali cum Victoria, perhibent Nealcem Pictorem, Arato charum, lachrymabundum dixiſſe, Bellum gerendum cum ipſis tyrannis, minime vero cum eorum imaginibus. Sinamus igitur currum & Victoriam; Aratus ipſe ſaxo ut tollatur. Quod quum ei indulſiſſet Aratus, mox Ariſtratum delevit Pictor, palmamque in locum ejus ſubſtituit. Vide *Plutarchum in Arato.*

Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit, ut celebrem etiam diſcipulum relinqueret Paſiam, fratrem Æginetæ fictoris, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

Anaxandram Nealcis filiam pinxiſſe teſtatur Didymus in Sympoſiacis: *Clemens Alexandr. Stromat.* IV, *pag.* 381, C.

NEARCHUS, Pictor.

Ariſtarete Nearchi filia & diſcipula pinxit Æſculapium, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

NEOCLES, Pictor.

Xenon Neoclis diſcipulus Sicyonius, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

NEPTUNUS.

Neptunus & Apollo dicuntur Trojam muro cinxiſſe. Vide Hyginum fabula LXXXIX; Diod. Siculum lib. V; Ovidium Metamorph. XI, 200; Auguſtin. lib. III de Civitate Dei, cap. 2.

Neptunus primus equorum domitor: *Statius Papinius lib.* VI *Thebaidos, verſ.* 302.

NERO IMPERATOR.

Nero pingendi fingendique non mediocre habuit ſtudium, Sueton. in Nerone, cap. 53.

Nero ex Apollinis Delphici templo quingentas æneas, partim Deorum partim vero hominum, ſuſtulit imagines: *Pauſanias pag.* 620, 30: inter quas fuit & ſtatua Cyanæ; *pag.* 643, 4: & Ulyſſis *pag.* 338, 25.

Nero tanta elegantiorum ſtatuarum cupidine ardebat, ut ne ſtatuis quidem quæ in

Olympia erant abſtinuerat, neque iis quæ Delphis erant; plurimas quoque ex Athenienſium arce atque ipſo Pergamo tranſtulerit: ſolas tantum, quæ apud Rhodios erant, intactas reliquit. Quum itaque Craton qui totum Orbem terrarum, nullum prætermittens vicum, peragrabat, ut Neroni undique gentium nobiliſſimas conquireret ſtatuas, Rhodum quoque veniſſet, Rhodioſque adventu ſuo triſtiores factos deprehenderet, ſpectandi tantum gratia ſe adveniſſe teſtatus eſt, negavitque ſibi poteſtatem datam quidquam eorum, quæ Rhodum ornabant, attingendi: *Dio Chryſoſt. Orat.* XXXI.

NERO, Artifex gemmarum.

Fuit & Nero alius lapidum politor, Artifex gemmarius, cujus alibi meminit Epiphanius. Vide *Salmaſium Plinianarum Exercitat. pag.* 1105.

NESEAS, Pictor.

Neſeas Thaſius & Demophilus Himeræus fuere Olympiade octogeſima nona: utrius eorum diſcipulus fuerit Zeuxis, ambigitur, Plin. lib. XXXV, cap. 9.

NESSUS, Pictor.

Neſſus Abronis filius recenſetur inter pictores non ignobiles apud Plinium *lib.* XXXV, *cap.* 11.

NESTOCLES, Statuarius.

Phidias floruit Olympiade LXXXIII, *circiter* CCC *noſtræ Urbis anno. Quo eodem tempore æmuli ejus fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hegias*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

NEXARIS, Architectus.

Nexaris præcepta ſymmetriarum conſcripſit: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

NICÆUS, Pictor.

Plinius libro VII nat. hiſt. cap. 12: *Indubitatum exemplum eſt Nicæi nobilis pyctæ Byzantii geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipſe avum regeneravit Æthiopem.* Eum locum ſic ſcribit optimæ notæ codex Voſſianus: *Indubitatum exemplum eſt Nicei nobilis pictoris Byzanti geniti, qui adulterio Ethiopis nata matre nichil à ceteris colore differente, ipſe in avum degeneravit Etiopem.* Unde mibi quoque ſuſpicari libet integrum hunc locum ex hiſce Voſſiani MS. veſtigiis ita poſſe reſtitui: *Indubitatum exemplum eſt Nicæi nobilis pictoris Byzantii geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, nihil à cæteris colore differente, ipſe in alium degeneravit Æthiopem.*

NICANOR, Pictor.

Nicanoris & Arceſilai Pariorum vetuſtiores encauſticas picturas memorat Plinius *libro* XXXV, *cap.* 11.

NICEARCHUS, Pictor.

Nicearchus pinxit Venerem inter Gratias & Cupidines, Herculemque triſtem inſaniæ pœnitentia, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

NICERATUS, Statuarius.

Niceratus fecit Æſculapium & Hygiam, qui ſunt in Concordiæ templo Romæ. Et paulo poſt; *Mycon athletis ſpectatur; Menogenes quadrigis; nec minus Niceratus omnia quæ cæteri aggreſſus, repræſentavit Alcibiadem, lampadeque accenſa matrem ejus Demaraten ſacrificantem*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8. Teleſillæ ſtatuam fecit Niceratus: *Tatianus in Oratione adverſus Græcos.* Et mox ibidem; Niceratus Athenienſis Euctemonis filius imaginem Alcippes, elephantum enixæ, fecit. Meminit hujus Alcippes Plinius *lib.* VII *nat. hiſt. cap.* 3. Olympiade CXXIV Veſpaſiano Aug. VII. Tito V. Coſs. Alcippe femina Romæ enixa eſt elephantum, quo tempore ingens fuit hominum mortalitas: *Chronicon Alexandrinum.*

NICEROS, Pictor.

Niceros & Ariſtippus fuerunt Ariſtidis Thebani diſcipuli & filii, Plinius libro XXXV, cap. 10.

NICIAS, Pictor.

Niciam inter illuſtriſſimos Pictores Athenienſes recenſet Plutarchus circa initium libri *Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes:* Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἡ πόλις ἥδε μήτηρ καὶ τροφὸς εὐμενὴς τεχνῶν γέγονε, inquit Plutarchus, τὰς μὲν ἐξευροῦσα καὶ ἀναφήνασα πρώτη, ταῖς δὲ δύναμιν προσθεῖσα καὶ τιμὴν καὶ αὔξησιν· οὐχ ἥκιστα δ' ὑπ' αὐτῆς ζωγραφία προῆκται καὶ κεκόσμηται. Καὶ γὰρ Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν· οὗ τοῖς ἔργοις ἐπιγέγραπται, Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. καὶ Εὐφράνωρ, καὶ Νικίας, καὶ Ἀσκληπιόδωρος, καὶ Πλεισταίνετος ὁ Φειδίου ἀδελφὸς, οἱ μὲν στρατηγοὺς ἔγραψαν νικῶντας, οἱ δὲ μάχας, οἱ δὲ ἥρωας: *Multarum certe atque aliarum urbs hæc artium benigna fuit mater & nutrix, has quidem prima inveniens atque in lucem proferens, illis vero vim*

addens

addens & honorem & incrementum. Non minimum vero ab ea provecta exornataque eſt ars pingendi. Apollodorus etenim pictor, qui primus mortalium invenit mixturam colorum ac rationem obumbrandi, Athenienſis erat, cujus operibus inſcribebatur, facilius hæc carpet aliquis quàm imitabitur. Etiam Euphranor, & Nicias, & Aſclepiodorus, & Pliſtænetus Phidiæ frater, hi quidem exercituum duces pinxerunt vincentes, illi vero pugnas, iſti denique heroës. Quàm ſedulo huic ſuæ arti incubuerit Nicias, docet Ælianus var. hiſt. III, 31: vide locum. Νικίας ὁ ζωγράφος οὕτως ἔχαιρε τοῖς τῆς τέχνης ἔργοις, ὥστε τοὺς οἰκέτας ἐρωτᾶν πολλάκις εἰ λέλουται καὶ ἠρίστηκεν: *Nicias pictor tantopere oblectabatur operibus artis, ut ſæpenumero famulos ſuos rogaret, an laviſſet aut prandium ſumpſiſſet*, Plutarchus An ſeni gerenda ſit reſpublica. Et rurſus in opere, Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum: Οἱ φιλογραφοῦντες οὕτως ἄγονται τῇ πιθανότητι τῶν ἔργων, ὥστε Νικίαν γράφοντα τὴν Νεκυίαν, ἐρωτᾶν πολλάκις τοὺς οἰκέτας εἰ ἠρίστηκε: Πτολεμαίου δὲ τοῦ βασιλέως ἑξήκοντα τάλαντα τῆς γραφῆς συντελεσθείσης πέμψαντος αὐτῷ, μὴ λαβεῖν, μηδὲ ἀποδόσθαι τὸ ἔργον: *Picturæ deditі tantopere afficiuntur operum ſuorum veriſimilitudine, ut Nicias pingens Necyam, perſæpe rogaverit famulos, an pranſus eſſet: Ptolemæo vero rege, abſoluta jam pictura, ſexaginta ei mittente talenta, neque accepit argentum, nec tabulam tradidit.* Vide quoque Stobæum Serm. XXIX, qui eſt de Aſſiduitate.

Divus Auguſtus in Curia, quam in Comitio conſecrabat, duas tabulas impreſſit parieti: Nemeam ſedentem ſupra leonem, palmigeram ipſam, adſtante cum baculo ſene, cujus ſupra caput tabula bigæ dependet. Nicias ſcripſit ſe inuſſiſſe, tali enim uſus eſt verbo, Plin. lib. XXXV, cap. 4.

Uſta [ochra] *caſu reperta, incendio Piræi ceruſſa in orcis cremata. Hac primus uſus eſt Nicias ſupra dictus*, Plin. lib. XXXV, cap. 6.

Euphranoris diſcipulus Antidotus maxime inclaruit diſcipulo Nicia Athenienſi, qui diligentiſſime mulieres pinxit, lumen & umbras cuſtodivit, atque ut eminerent e tabulis picturæ maxime curavit. Opera ejus, Nemea advecta ex Aſia Romam à Syllano, quam in Curia diximus poſitam: item Liber pater, in æde Concordiæ: Hyacinthus, quem Cæſar Auguſtus, delectatus eo, ſecum deportavit Alexandria capta, & ob id Tiberius Cæſar in templo ejus dicavit hanc tabulam: & Diana. Epheſi vero eſt Megabyzi, ſacerdotis Epheſiæ Dianæ, ſepulcrum: Athenis Necromantia Homeri; hanc vendere noluit Attalo regi talentis ſexaginta, potiusque patriæ ſuæ donavit, abundans opibus. Fecit & grandes picturas, in quibus ſunt Calypſo, & Io, & Andromeda; Alexander quoque in Pompeji porticibus præcellens, & Calypſo ſedens. Huic quidem adſcribuntur quadrupedes: proſperrime canes expreſſit. Hic eſt Nicias de quo dicebat Praxiteles, interrogatus quæ maxime opera ſua probaret in marmoribus, Quibus Nicias manum admoviſſet; tantum circumlitioni ejus tribuebat. Non ſatis diſcernitur, alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciant Olympiade centeſima duodecima. Niciæ comparatur & aliquanto præfertur Athenion Maronites, Glauconis Corinthii diſcipulus, & auſterior colore, & in auſteritate jucundior, ut in ipſa pictura eruditio appareat, Plinius lib. XXXV, cap. 11.

Hyacinthum illum Niciæ, cujus conſpectum exquiſitiſſimis aliorum delectationibus anteponebat Auguſtus Cæſar, memorat quoque Pauſanias lib. III, pag. 198, 36: τὸ δὲ Ὑακίνθου ἄγαλμα ἔχον ἐστὶν ἤδη γένεια. Νικίας δὲ ὁ Νικομήδους (lege Νικομήδους) πλεῖστος δὴ τι ἔγραψεν αὐτὸν ὡραῖον, τὸν ἐπὶ Ὑακίνθῳ λεγόμενον Ἀπόλλωνος ἔρωτα ὑποσημαίνων: *Hyacinthi ſignum jam habet barbulam. Nicias Nicomedis filius eum pinxit formoſiſſimum, ſubſignificans Apollinis in Hyacinthum amorem, plurimorum jam olim ſermonibus in vulgus editum.*

Antequam in urbem Tritiam quis ingrediatur, monumentum occurrit ex lapide candido ſpectatu digniſſimum, cùm ob alia, tum vel maxime ob picturas quas in hoc tumulo fecit Nicias. Sedile eſt eburneum, eique inſidet mulier juvenis & forma inſigni prædita: famula vero adſtat ei portans umbellam, nec non imberbis adhuc adoleſcentulus recto ſtatu, veſtem tunicam & ſuper tunica chlamydem indutus. Juxta hunc eſt famulus telis inſtructus, & ducens canes venaturis idoneos. Reſciſcere quidem nomina eorum haud quivimus; minime tamen longa difficilique conjectura intelligebamus, illud eſſe mariti atque uxoris commune aliquod monumentum: *Pauſanias libro ſeptimo, pag.* 441, 34.

Ὀμφαλίων Νικίου τοῦ Νικομήδους μαθητής. οἱ δὲ αὐτὸν καὶ δουλεῦσαι φασὶ τῷ Νικίᾳ καὶ παιδικὰ γενέσθαι αὐτοῦ: *Omphalion diſcipulus Niciæ filii Nicomedis: quem etiam nonnulli tradunt ſervitutem apud Niciam ſerviſſe, amaſiumque ejus fuiſſe*, Pauſanias libro quarto, pag. 276. 43.

Nicias filius Nicomedis, in pingendis animalibus ætatis ſuæ longe præſtantiſſimus, habuit ſepulchrale monumentum inter eorum tumulos, quibus publicæ ſepulturæ honorem impertiendum judicabant Athenienſes: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 57, 24.

Νικίας ὁ ζωγράφος καὶ τοῦτο εὐθὺς ἔλεγεν εἶναι τῆς γραφικῆς τέχνης οὐ μικρὸν μέρος, τὸ λαβόντα ὕλην εὐμεγέθη γράφειν, καὶ μὴ καταχερματίζειν τὴν τέχνην εἰς μικρά· οἷον ὀρνίθια ἢ ἄνθη· ἀλλ' ἱππομαχίας ἢ ναυμαχίας· ἔνθα πολλὰ μὲν σχήματα δείξειεν ἄν τις ἵππων· τῶν μὲν, θεόντων· τῶν δὲ, ἀνθισταμένων· ἄλλων δὲ, ὀκλαζόντων. πολλοὺς δ' ἀκοντίζοντας, πολλοὺς δὲ καταπίπτοντας τῶν ἱππέων. ᾤετο γὰρ καὶ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν μέρος εἶναι τῆς ζωγραφικῆς τέχνης, ὥσπερ τοὺς μύθους τῶν ποιητῶν: *Nicias pictor etiam hoc ſtatim ab initio non parvam eſſe pictoriæ artis partem contendebat, ut Artifex ſumpta materia ſatis copioſa pingeret, neque artem in minutias concideret, veluti aviculas aut flores; verum eam potius navalibus equeſtribusque prœliis impenderet: ubi variæ equorum formæ exhiberi ſolent; currentium nempe, adverſariis recto corporis ſtatu obſiſtentium, in genua denique procidentium: equitum vero alii jaculantes, alii ex equis decidentes repræſentantur. Arbitrabatur enim ipſum quoque argumentum non minus aliquam artis pictoriæ partem eſſe, quàm fabulæ poetarum præcipuam in ipſa poëſi vim obtinere judicantur*, Demetrius Phalereus de Elocutione, §. 76.

NICODAMUS, Statuarius.

Hercules leonem in Nemea ſagittis conficiens, opus Nicodami: *Pauſanias libro* v, *pag.* 338, 10.

Minerva galeam & ægidem induta, Nicodami Mænalii opus: *Pauſanias libro* v, *pag.* 340, 32.

Antiochum pancratiaſtam fecit Nicodamus: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 348, 32.

Androſthenem pancatriaſten Mænalium fecit Nicodamus Mænalius: *Pauſan. lib.* vi, *pag.* 354, 10. Et mox ibidem: Nicodamus plaſta ille ex Mænalo fecit Damoxenidam pugilem Mænalium.

NICOMACHUS, Pictor.

Plinius lib. xxxv, cap. 10, poſtquam abunde multa dixit de Apelle, Ariſtide, Protogene, Aſclepiodoro, tandem & hæc ſubjungit: *His annumerari debet Nicomachus, Ariſtodemi filius ac diſcipulus. Pinxit hic raptum Proſerpinæ: quæ tabula in Capitolio in Minervæ delubro ſupra ædiculam Juventutis. Et in eodem Capitolio alia, quam Plancus imperator poſuerat, Victoria quadrigam in ſublime rapiens. Hic primus Ulyxi addidit pileum. Pinxit & Apollinem, & Dianam, Deûmque matrem in leone ſedentem: item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris: Scyllamque quæ nunc eſt Romæ in templo Pacis. Nec fuit alius in ea arte velocior. Tradunt namque conduxiſſe pingendum ab Ariſtrato Sicyoniorum tyranno quod is faciebat Teleſti poetæ monumentum, præfinito die, intra quem perageretur, nec multo ante veniſſe, tyranno in pœnam accenſo; paucisque diebus abſolviſſe, celeritate atque arte mira. Diſcipulos habuit Ariſtidem fratrem, & Ariſtoclem filium, & Philoxenum Eretrium.* Quatuor tantum coloribus in pingendo utebatur Nicomachus: *Quatuor coloribus ſolis immortalia illa opera fecere, ex albis melino, ex ſilaceis Attico, ex rubeis ſinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clariſſimi pictores, cùm tabulæ eorum ſingulæ oppidorum venirent opibus. Nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India conferente fluminum ſuorum limum, & draconum elephantorumque ſaniem, nulla nobilis pictura eſt. Omnia ergo meliora tunc fuere, cùm minor copia. Ita eſt: quoniam, ut ſupra diximus, rerum non animi pretiis excubatur*, Plin. lib. xxxv, cap. 7.

Sine uſta [ochra] *non fiunt umbræ. Eretria terræ ſuæ habet nomen. Hac Nicomachus & Parrhaſius uſi*, Plin. lib. xxxv, cap. 6.

Corybas Nicomachi diſcipulus recenſetur inter pictores non ignobiles apud Plinium *lib.* xxxv, *cap.* 11.

Ulyxi primus Nicomachus pictor pileo caput texiſſe fertur, Servius Fuldenſis ad verſum 44 libri 11 Æneidos. *Hic primus Ulxi addidit pileum*, Plin. lib. xxxv, cap. 10, Vide Meurſii Miſcell. Laconica lib. 1, cap. 17.

Quis eorum, qui hæc minora animadvertit, non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quàm ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora, quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent. Similis in pictura ratio eſt: in qua Zeuxim, & Polygnotum, & Timanthem, & eorum qui non ſunt uſi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus; at in Aetione, Nicomacho, Protogene, Apelle jam perfecta ſunt omnia, & neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul & inventum & perfectum, Cicero de Claris Oratoribus.

Ἡ Ἀντιμάχου ποίησις καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε· ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις, μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος, πρόσεστι τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπειργάσθαι: *Verſus Antimachi & picturæ Dionyſii Colophoniorum, ut ut vim habeant & inſignem eximii ſplendoris vigorem,*

gorem, plurimum tamen laborioſæ coactæque affectationis præ ſe ferunt: Nicomachi vero tabulis & carminibus Homeri, præter reliquam vim veneremque, etiam hoc adeſt, quod expedite & cum eximia facilitate facta videantur, Plutarchus in Timoleonte.

Nicomachum Vitruvius in Proœmio libri tertii collocat inter Pictores, *quos neque induſtria, neque artis ſtudium, neque ſolertia defecit, ſed aut rei familiaris exiguitas, aut imbecillitas fortunæ, ſeu in ambitione certationis contrariorum ſuperatio obſtitit eorum dignitati*

Οὐκ ἔχει κρίσιν ἴσην τὸ βλέπειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεύεσθαι· καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἀκοὴ φύσει τὸ μᾶλλον διήρθρωται καὶ τέχνῃ συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν ἐν μὲν ἁρμονίαις καὶ μέλεσιν αἱ τῶν μουσικῶν· ἐν δὲ μορφαῖς αἱ τῶν ζωγράφων φρένες. ὥσπερ εἰπεῖν ποτε Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην, φήσαντα μὴ καλὴν αὐτῷ φαίνεσθαι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην· Λάβε τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεός σοι φανήσεται: *Non idem eſt judicium videndi, quemadmodum neque guſtandi: etenim viſus viſu, & auditus auditu, natura magis conformatur & arte coexercitatur ad pulchri explorationem. Ad harmonias nimirum & modulos, Muſicorum; ad formas vero ac ſpecies, Pictorum ingenia plurimum valent. Quamobrem quoque tradunt Nicomachum aliquando reſpondiſſe cuidam idiotæ qui Helenam Zeuxidis minime ſibi pulchram videri dixerat, Sume oculos meos, & Dea tibi videbitur*, Stobæus Serm. LXI, ex Plutarcho de amore. Simile quid Nicoſtrato tribuit Ælianus var. Hiſt. lib. XIV, cap. 47.

Quemadmodum ſupra in Apelle monuimus eum è medio excedentem reliquiſſe inchoatæ Veneris tabulam, quæ apud poſteros in majore habita eſt admiratione quam reliqua ejus opera jam perfecta; ita & Tyndaridas, tabulam à Nicomacho morte intercepto relictam imperfectam diceremus in maxima deinde habitam æſtimatione: ſed ſatius eſt remittere lectorem ad ipſa Plinii de hac re verba, quæ exſcripſimus in APELLES.

NICON, ARCHITECTUS.

Hic fuit pater Galeni, principis medicorum: Suidas in Γαλωνός. *Tzetzes Chil.* XII *hiſt.* 397.

NICON, PICTOR.

Οἱ ἵπποι τὰς κάτω βλεφαρίδας οὔ φασιν αὐτοὺς ἔχειν. Ἀπελλῆν τὸν Ἐφέσιον αἰτίαν λέγουσιν ἔχειν, ἐπεί τινα ἵππον γράφων οὐ προεφύλαξε τὸ ἴδιον τοῦ ζῴου. οἱ δὲ οὐκ Ἀπελλῆν φασι τὴν αἰτίαν ταύτην ἐνέγκασθαι, ἀλλὰ Νίκωνα· ἀγαθὸν μὲν ἄνδρα γράψαι ζῷον τοῦτο, σφαλέντα δ' οὖν ἐς μόνον τὸ εἰρημένον: *Equos negant habere inferiores palpebras. Itaque & Apellem Epheſium culpatum ajunt, quod equum pingens non obſervaſſet hanc animalis proprietatem. Alii vero non Apelli vitio id verſum tradunt, ſed Niconi; quem ratio in prædicta equi proprietate fefellit, quamvis aliàs non inconcinne pingeret equos*, Ælianus de Animalibus libro IV, cap. 50. Confer hæc cum iis quæ ſupra diximus in MICON.

Συστρατιώτην τις Ἀθηναῖος ἐν τῇ μάχῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι ἐπήγετο κύνα· καὶ ἐν γραφῇ εἴκασται ἐν τῇ Ποικίλῃ ἑκάτερος, μὴ ἀτιμασθέντος τοῦ κυνός, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κινδύνου μισθὸν εἰληφότος, ὁρᾶσθαι σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Κυναίγειρον καὶ Ἐπίζηλόν τε καὶ Καλλίμαχον· εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι καὶ ὁ κύων Νίκωνος γράμμα· οἱ δὲ, οὐ τούτου, ἀλλὰ Θασίου Πολυγνώτου φασί: *Athenienſis quidam ſecum deduxit canem commilitonem in pugnam Marathoniam, atque adeo quoque in pictura Pœciles repræſentatus eſt uterque; ne quidem contempto cane, ſed pro periculo hanc mercedem reportante, ut conſpiceretur inter eos qui proximi Cynægiro & Epizelo & Callimacho. Sunt autem & hi & ipſe quoque canis, ars Niconis. Alii vero non hujus, ſed Thaſii Polygnoti opus eſſe perhibent*, Ælianus de Animalibus lib. VII, cap. 38.

NICOPHANES, PICTOR.

Poſteaquam libro XXXV, cap. 10, Plinius recenſuit Apellem, Ariſtidem, Protogenem, Aſclepiodorum, atque alia quædam nobiliſſimæ artis lumina, tandem quoque ſubjungit ſequentia hæc: *Annumeratur his & Nicophanes elegans & concinnus, ita ut vetuſta opera pingeret propter æternitatem rerum: impetuoſi animi, & cui pauci comparentur:*

Nicophanem, ſicuti & Pauſaniam atque Ariſtidem Pictores, olim vocabant πορνογράφους, *Meretricum pictores*, quemadmodum tradit Athenæus lib. XIV, cap. 2, ubi & hoc addit: Μνημονεύει δὲ αὐτῶν, ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων, Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων: *Meminit vero eorum, tanquam qui in iſtiuſmodi pictura excellerent, Polemon in opere quod ſcripſit de tabulis quæ Sicyone conſpiciebantur.*

NICOSTHENES, PICTOR.

Theodorus Samius & Stadius Nicoſthenis diſcipuli, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

NICOSTRATUS, PICTOR.

Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης ἔγραψε τὴν Ἑλένην. Νικόστρατος οὖν ὁ ζωγράφος ἐξεπλήττετο τὴν εἰκόνα, καὶ τεθηπὼς τὸ γράμμα δῆλος ἦν. Ἤρετο οὖν τις αὐτὸν προσελθὼν, τί δὴ παθὼν οὕτω θαυμάζει

μάζει τὴν τέχνην· ὁ δὲ, Οὐκ ἄν με ἠρώτησας, εἶπεν, εἰ τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκέκτησο: *Zeuxis Heracleota pinxerat Helenam. Nicoſtratus igitur pictor adeo obſtupuit imagine conſpecta, ut liqueret eum præ admiratione picturæ ſuſpenſum hærere. Quidam igitur accedens, interrogavit eum: Quid ei accidiſſet, ut tantopere admiraretur artem. At ille: Non id me rogares, inquit, ſi meos oculos haberes*, Ælianus var. Hiſt. XIV, 47. Simile quid paullo ante Nicomacho tribuit Plutarchus. Huc nimirum pertinet, quod inter Zenonis dogmata refert Laërtius libro VII, pag. 468: Εἰσὶ τῶν φαντασιῶν αἱ μὲν τεχνικαὶ, αἱ δὲ ἄτεχνοι· ἄλλως γοῦν θεωρεῖται ὑπὸ τεχνίτου εἰκὼν, καὶ ἄλλως ὑπὸ ἀτέχνου: *Phantaſiarum hæ quidem ſunt artificiales, aliæ vero inartificiales. Aliter igitur ab artifice ſpectatur imago, aliter ab artis ignaro.*

NIGER.

Niger, Curator operum publicorum: *Inſcript. Gruteri*, CCCLXXXVII, 3.

NISYRUS.

Niſyrus, una Cycladum, dicebatur & Porphyris: *Plin. libro* IV, *cap.* 12. Vide Stephanum de Urbibus in Νίσυρος. Vide quoque Suidam in Νίσυρος.

NOACHUS, Naupegus.

Theodoretus VII de Providentia depingit Noachum ſtructuræ arcæ ex præſcripto Dei intentum: Βλέπε τὸν μακάριον Νῶε ξύλα τέμνοντα καὶ ταῦτα τῷ σκεπάρνῳ καθαίροντα, καὶ πρὸς γωνίαν ὀρθίαν ἐξομαλίζοντα, καὶ τὴν κιβωτὸν ὡς προσετάχθη ἐκ ξύλων τετραγώνων κατασκευάζοντα, καὶ γόμφοις τὰς ἁρμονίας συνδέοντα, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πᾶσαν ὑφαίνοντα, καὶ τῇ ἀσφάλτῳ καὶ τῇ πίσσῃ καταχρίοντα, καὶ τοῖς ὕδασι τὴν εἴσροιαν ἀποτειχίζοντα: *Vide beatum Noachum arbores cædentem, illasque dolantem, & ad rectos angulos adaptantem, & arcam, ut præceptum erat, ex quadratis lignis fabricantem, & clavis compingentem, & tali ratione contexentem, & bitumine & pice illinentem, & munientem contra impetum aquæ.* Baſilius Seleuciæ Epiſcopus Orat. VI: Νῶε τὴν κιβωτὸν κατεσκεύασεν, οὔπω ναυπηγίας λαβούσης ἀρχήν: *Noachus arcam ſtruxit ante initium artis naves faciendi.*

NORICI, vel NOROPES.

Noricus enſis, Horatius lib. I Carminum, Ode 16; ubi Acron: *Emphaſis eſt. In ipſis enim locis & probatum ferrum eſt, & optimi enſes fiunt: & ideo ex provincia ferrum laudavit. Eſt autem Noricum pars Illyrici.* Clemens Alexandrinus I Stromat: Νώροπες ἔθνος ἐστὶ Παιονικὸν, νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται· κατειργάσαντο χαλκὸν καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι: *Noropes, gens Pæoniæ, nunc Norici vocantur: primi elaborarunt æs & expurgaverunt ferrum.* Vide quoque Stephanum de Urbibus in Νωράκος.
Ovidius XIV Metamorph. verſ. 712:

> *Durior & ferro quod Noricus excoquit ignis.*

NOTKERUS.

Notkerus, inſignis medicus & Pictor fuit, quem cœcum & ſenio confectum inviſit Otho primus Imp. quum Roma rediens Sangallum diverteret. Vide *Goldaſti tom.* III, *Alamannicarum rerum, pag.* 70.

NUMIDICUS. Vide Publius Minidius.

NYMPHODORUS, Mechanicus.

Nymphodorus ſcripſit de Machinationibus: *Vitruvius in Prœmio libri ſeptimi.*

O.

OBSIDIUS.

P. Obsidius, Præfectus fabrum: *Inſcript. Gruteri* LXXII, 9. *Obſidiana numerantur & in genere vitri, ad ſimilitudinem lapidis quem in Æthiopia invenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt: vidimusque & ſolidas imagines Divi Auguſti, capti materia hujus craſſitudinis: dicavitque ipſe pro miraculo in templo Concordiæ obſidianos quatuor elephantos. Remiſit & Tiberius Cæſar Heliopolitarum ceremoniis, repertam ibi in hæreditate ejus qui præfuerat Ægypto, obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ origo, nunc vitri ſimilitudine interpolata. Xenocrates obſidianum lapidem in India, & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hiſpania naſci tradit. Fit & tincturæ genere obſidianum ad eſcaria vaſa, & totum rubens vitrum atque non tranſlucens, Hæmatinon appellatum. Fit & album, & murrhinum, aut hyacinthos ſapphirosque imitatum, & omnibus aliis coloribus,*

bus. Nec eſt alia nunc materia ſequacior aut picturæ accommodatior. Maximus tamen honos in candido tranſlucentibus, quàm proxima cryſtalli ſimilitudine. Uſus vero ad potandum argenti metalla & auri pepulit. Eſt autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus liquor, &c. Plin. lib. xxxvi, cap. 26.

OENIAS, Pictor.

Oenias pinxit Syngenicon, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

OES.

Oës, Ὤης, *ſive* Ὠάννης, Aſtrologiam reperit. Vide *Cl. Salmaſii Plinianas Exercitat. pag.* 574, 575.

OLYMPIAS, Pictrix.

Pinxit & quædam Olympias: de qua hoc ſolum memoratur, diſcipulum ejus fuiſſe Autobulum, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

OLYMPIOSTHENES, Statuarius.

Tres Muſarum ſtatuas in Helicone fecit Olympioſthenes: *Pauſanias libro* ix, *pagina* 585, 35.

OLYMPUS, Statuarius.

Meminit ejus Pauſanias lib. vi, pag. 349, 25.

OMPHALION, Pictor.

Pauſanias lib. iv, pag. 276, 43, refert aliquot picturas Omphalionis, qui fuit diſcipulus Niciæ filii Nicomedis, quem etiam tradunt quidam inſerviiſſe huic Niciæ, eique delicias fuiſſe.

ONÆTHUS, Statuarius.

Jovis ſignum fecerunt Thylacus & Onæthus fratres & eorum filii; quibus vero illi temporibus floruerint, quave patria nati, aut à quibus artem didicerint, referre nequeo: *Pauſan. lib.* v, *pag.* 333, 55.

ONASIAS, Pictor.

Ὀνασίας Πλαταιεῦσιν ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μάχῃ τῶν παίδων: *Onaſias Platæenſibus pinxit Euryganeam demiſſo vultu triſtem ob filiorum dimicationem*, Pauſanias lib. ix, pag. 551, 5; niſi forte malis cum Sylburgio legere Ὀνάτας.

ONASSIMEDES, Statuarius.

Διονύσου ἄγαλμα Ὀνασιμήδης ἐποίησε διόλου πλῆρες ὂν τοῦ χαλκοῦ: *Onaſſimedes fecit Liberi patris ſignum totum refertum ære*, Pauſanias lib. ix, pag. 560, 20.

ONATAS, Pictor.

Apud Platæenſes Onatas pinxit in pariete veſtibuli ædis Minervæ Areæ primam Argivorum ad Thebas expeditionem: *Pauſanias lib.* ix, *pag.* 548, 23.

ONATAS, Statuarius.

In Alti viſebantur novem ſtatuæ eorum qui ex provocatione congreſſuri erant cum Hectore, ſorte ducti: ex adverſo autem & alteri baſi inſiſtebat Neſtor, uniuſcujuſque ſortem in galeam conjiciens. Fecit Onatas Ægineta, filius Miconis: *Pauſanias libro* v, *pag.* 338, 50.

Thaſii dedicaverunt Herculem in Olympia æneum ſuper ænea baſi: fecit Onatas Ægineta, filius Miconis; quem Onatam nulli ſecundum ducimus eorum, qui à Dædalo ex Attica officina prodiere: *Pauſanias lib.* v, *pag.* 339, 19.

Mercurius ſub ala portans arietem, galea caput armatus, tunica & chlamide amictus fuit apud Eleos. Inſcriptio Onatam Æginetam & cum eo ſimul Callitelem feciſſe. Mihi vero Calliteles iſte videtur Onatæ vel diſcipulus fuiſſe, vel filius: *Pauſanias ſub finem libri quinti*, *pag.* 342, 20.

In Alti eſt currus æneus, & vir conſcendens eum: deſultorii porro equi utrimque juxta currum adſtant, atque inſidentes iis pueri. Currum fecit Onatas Ægineta; equi vero cum pueris, ſunt opus Calamidis: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 365, 6.

Phigalenſes, antiquo Cereris ſimulacro ligneo caſu combuſto, non modo non reſtituerunt aliud ſignum, verum etiam ſtatas Deæ ceremonias negligere cœperunt: donec, ingraveſcente dira fame, coacti ſunt oraculum Pythiæ conſulere, jubebanturque priſtina Deæ ſacra ſedulo reſumere. Accepto Phigalenſes reſponſo, prece ac pretio adduxerunt Onatam filium Miconis Æginetam ſignum quanti poſceret facere. Pergameni oſtendunt Onatæ hujus Apollinem æneum, præter cæteros cùm ob magnitudinem, tum ob artificium ſpectabilem. Commodum interim Artifex ille inveniens picturam aut imitamen priſci alicujus ſimulacri, magnam quoque operis fabricandi partem (ut fertur) ad ſomniorum imaginem efformans, æneam fecit Deæ ſtatuam Phigalenſibus. Ætas hu-

jus Onatas incidit in ætatem Athenienſis Hegiæ & Argivi Ageladis. Hujus ego maxime Cereris cauſâ Phigaliam diverti &c. inquit Pauſanias *lib.* VIII, *pag.* 523 *& ſeqq.*

Equeſtres pedeſtreſque aliquot imagines fecit Onatas Æginеta cum Calyntho conſorte operis: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 633, 56.

Anthologiæ Græcorum Epigrammatum lib. IV, cap. 12, habes Antipatri Epigramma in æneam Apollinis jam adulti ſtatuam, quæ fortaſſis eadem fuerit cum iſta quam apud Pergamenos ſuo ſæculo ſpectatam paullo ante dixit Pauſanias.

> Βούπαις ὁ πτόλλων τόδε χάλκεον ἔργον Ὀνάτα,
> Ἀγλαΐης Λητοῖ καὶ Διὶ μαρτυρίη.
> Οὐδ' ἐπὶ τῆς ἦ μάτην Ζεὺς ἤρατο, χὤτι κατ' αἶνον
> Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἀγλαὸς ὁ Κρονίδης.
> Οὐδ' Ἥρη νεμεσητὸν ἐχεύατο χαλκὸν Ὀνάτας,
> Ὃν μετ' Εἰλειθυίης τῶν ἀπεπλάσατο.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Grandeſcens jam Phœbus Onatæ fictus in ære eſt:*
> *Latonæ patet hoc teſte Jovisque decor.*
> *Juppiter hunc igitur merito dilexit: & ipſe*
> *Par famæ eſt, oculos pulcher & omne caput.*
> *Nec tamen eſt Juno cur iraſcatur Onatæ:*
> *Ilythia comes nam ſtat Apollo tibi.*

ONESIMUS.

CAIUS SETLIUS ONESIMUS Flaturarius de via ſacra: *Inſcript. Gruteri* DCXXXVIII, 5. Vide quoque ejuſdem paginæ Inſcript. 6.

ONYCHUS. Vide EUNICUS.

OPHELION, PICTOR.

Anthologiæ lib. VI, cap. 4:

> Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα φίλον Βρομίοιο, καὶ υἱὸν
> Ἀρκάδος, ἀντ' ἄλκας ἔγραφεν Ὠφελίων.

Cl. Grotius vertit:

> *Ophelion dedit hunc nobis Euanis amicum*
> *Pleiade prognato de patre capripedem.*

Aliud Epigramma:

> Ἀερόπης δάκρυον ἱερῆς, καὶ λείψανα δείπνου
> Δύστομα, καὶ παινὴν ἔγραφεν Ὠφελίων.

Cl. Grotius vertit:

> *Aerope lachrymat propter quæ, fercula cœnæ*
> *Impia depingens hic dedit Ophelion.*

OPSIANUS LAPIS.

Ὀψιανὸς λίθος. Meminit ejus Erythræi maris Periplus, qui perperam tribuitur Arriano, ubi tamem Stuckius reſtituendum cenſet *Obſidianus*.

ORIUS, STATUARIUS.

Aut inventor fuit orichalci, aut Statuarius aliquis ejus nominis: vet. ſchol. ad verſum 973 quarti Argonaut: Ὀρείχαλκος, εἶδος χαλκοῦ. ἀπὸ Ὀρείου τινὸς γενομένου εὑρετοῦ ὠνομασμένος· ἄλλοι δὲ ἀνδριαντοποιοῦ λέγουσιν ὄνομα, ὡς Σωκράτης καὶ Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πέμπτῳ. Vide locum.

ORSILOCHUS.

Hyginus Poëtici aſtronomici lib. II, in *Heniochus* hæc habet: *Nonnulli qui de ſideribus ſcripſerunt, hunc natione Argeum, Orſilochum nomine, primum quadrigarum inventorem eſſe dixerunt, & pro inventione ſiderum locum poſſediſſe.*

ORUS.

Inventionem artis equeſtris, quam nonnulli Seſonchoſidi ſive Seſoſtri tribuunt, alii adſcribunt Oro: Σεσόγχωσιν πρῶτον φασὶν εὑρηκέναι ἵππων ἀνθρώπων ἐπιβαίνειν· οἱ δὲ ταῦτα εἰς Ὧρον ἀναφέρουσιν: vet. Schol. ad verſ. 272 quarti Argonauticῶν.

OSIRIS.

Oſiridem primum agricolam facit Tibullus lib. I, Eleg. 7. Vide porro Voſſium de Orig. & progr. idololatriæ, cap. 27.

OTRIRA.

OTRIRA.

Epheſi Dianæ templum fecit Amazon Otrira, conjux Martis, Hygin. fab. CCXXIII.

OXYLUS.

Oxylus Ætolus primus inſtituit Clitellas & Sellam equeſtrem: *Schol. in Odam* V *Pythiorum Pindari, pag.* 269 *edit. Pauli Stephani*: Κίλλια καὶ χαλινὸν, πρῶτος Βελλεροφόντης κατέζευξε· σατυρίδα, Κάστωρ· ἅρμα, Ἐριχθόνιος ὁ Ἀθηναῖος· ἀστράβην, Ὀξύλος ὁ Αἰτωλός.

P.

PACONIUS, Machinarum Artifex.

Paconius, Machinarius parum providus, graves temeritatis ſuæ pœnas dedit. Vide *Vitruvium lib.* X, *cap.* 6.

PACUVIUS, Poeta & Pictor.

Celebrata eſt in foro boario æde Herculis Pacuvii poëtæ pictura. Ennii ſorore genitus hic fuit, Plin. lib. XXXV, cap. 4. Pacuvius Brunduſinus, tragœdiarum ſcriptor, clarus habetur; vixitque Romæ, quoad picturam exercuit ac fabulas vendidit: deinde Tarentum tranſgreſſus, prope nonagenarius diem obiit: *Euſebii Chronicon ad Olympiadem* CLVI.

PÆSON. Vide Pauson.

PALAMEDES.

Menſuras & pondera Phido Argivus invenit; aut Palamedes, ut maluit Gellius. Et paullo poſt, *Ordinem exercitus, ſigni dationem, teſſeras, vigilias Palamedes invenit Trojano bello. Specularem ſignificationem eodem bello Sinon*, Plin. nat. Hiſt. VII, 56: Palamedem grues docuerunt rationem exercitum inſtruendi: *Gregorius Nazianzenus Orat.* XXXIV. *Palamedem conſtat fuiſſe prudentem: nam & tabulam ipſe invenit, ad comprimendas otioſi ſeditiones exercitus, ut Varro teſtatur*, Servius ad verſum 82 ſecundi Æneidos. Unde & *Palamediacis calculis occupari*, dixit Caſſiodorus Variarum VIII, 31.

Sidonius Apollinaris Carmine XXIII:

Tanquam Naupliades, repertor artis,
Gaudebas hilarem ciere rixam.

Vide quoque Suidam in Παλαμήδης & in Τάβλα; & plures alios ſine numero.

PALLAS.

Pallas una cum Prometheo Jovis juſſu homines è luto finxit. Vide Auctorem Etymologici magni, in Ἰκόνιον. Vide quoque Hygini fabulam CXLII.

Diodorus Siculus lib. V auctor eſt Minervam, inter alia multa humano generi utiliſſima, etiam inveniſſe τὴν τεκτονικὴν τέχνην, *peritiam artis fabrilis*. Vide quoque Oppianum lib. II de Piſcat. verſu 21; Lucianum in Hermotimo. Δεικτήριον, τόπος τῆς Σάμου· ὅτι ἐν αὐτῷ ἡ Ἀθηνᾶ διέγραψε τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος δεικνύουσα τῷ Περσεῖ, ὅτε αὐτὸν ἀπέστελλεν ἐπὶ τὴν γοργοφονίαν: *Deicterium, locus Sami: quod in eo Minerva delineavit caput Gorgonis, monſtrans illud Perſeo quem mittebat ad perpetrandam cædem Gorgonis*, Auctor Etymologici magni, in Δεικτήριον.

Minerva prima molita navem, Tertull. de Coronâ militis. *Argo navem Minerva in ſideralem circulum retulit, ob hoc quod ab ſe eſſet ædificata*, Hyginus fabula XIV: & rurſus fabula CCLXXVII: *Minerva prima navem biproram Danao ædificavit, in qua Ægyptum fratrem profugit.* Vide Auctorem brevium ſcholiorum ad verſum 42 Iliados A.

Claudianus de Bello Getico, verſu 16:

- - - Ipſamque ſecandis
Argoïs trabibus jactant ſudaſſe Minervam.

Minerva invenit tibiam. Vide *Pindari Pythia, Ode* XII, *& ſchol. ibidem.*

Minerva tubam invenit. Vide *Auctorem Etymologici magni, in* Σάλπιγξ Ἀθηνᾶς.

Minerva invenit frenum: Vide *Pindari Olympia, Ode* 13, *& ſchol. ibidem.*

Lex vetuſta eſt, priſcis literis verbisque ſcripta, ut qui Prætor maximus ſit, Idibus Septembribus clavum pangat. Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi ea ex parte qua Minervæ templum eſt. Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt; eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus à Minerva inventus ſit, Livius lib. VII ab U.C.

In cumulum denique horum omnium, vide Ariſtidis Orationem in Minervam, quæ eſt tom. 1 Orat. 2; & illud Martiani Capellæ lib. vi:

Virgo armata, decens, rerum ſapientia Pallas,
Ætherius fomes, mens & ſollertia Fati,
Ingenium Mundi, prudentia ſacra Tonantis,
Ardor doctiſicus, noſtræque induſtria ſortis,
Quæ ſacis arbitrium ſapientis prævia curæ,
Ac rationis apex, divumque hominumque ſacer νοῦς,
Ultra terga means rapidi ac ſplendentis Olympi,
Celſior una Jove flammantis circulus æthræ.

PAMPHILA.

Bombyces telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque feminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rurſusque retexere invenit in Coo mulier Pamphila Latoï filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet feminas veſtes, Plin. nat. hiſt. lib. xi, cap. 22. Hauſit hæc Plinius ex Ariſtotelis libro v de Animalibus, cap. 19. Qui tenues id genus veſtes conficiebant, dicebantur olim *Veſtiarii tenuiarii.* Vide quæ diximus in Cincius & Mattius & Agrius.

PAMPHILUS, Pictor.

Eupompus docuit Pamphilum Apellis præceptorem. Pamphili pictura eſt Cognatio, & Prælium ad Phliuntem, & victoria Athenienſium, item Ulyxes in rate. Ipſe Macedo natione; ſed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue Arithmetice & Geometrice, ſine quibus negabat artem perfici poſſe. Docuit neminem minoris talento annis decem, quam mercedem & Apelles & Melanthius ei dedere. Et hujus auctoritate effectum eſt Sicyone primum, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc eſt, picturam in buxo docerentur, recipereturque ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui eam exercerent, mox ut honeſti, perpetuo interdicto ne ſervitia docerentur. Ideo neque in hac, neque in toreutice, ullius qui ſervierit opera celebrantur, Plin. lib. xxxv, cap. 10. *Pamphilus quoque Apellis præceptor non pinxiſſe tantum encauſtica, ſed etiam docuiſſe traditur Pauſiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem,* Plin. lib. xxxv, cap. 11. Amphipolites fuit hic Pamphilus, teſte Suida in Ἀπελλῆς. *Floruit circa Philippum & uſque ad ſucceſſores Alexandri pictura præcipue, ſed diverſis virtutibus. Nam cura Protogenes; ratione Pamphilus ac Melanthius; facilitate Antiphilus; concipiendis viſionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius; ingenio & gratia, quam in ſe ipſe maxime jactat, Apelles eſt præſtantiſſimus,* Quintilianus lib. xii, cap. 10. Huic Pamphilo tribuit Scholiaſtes in Plutum Ariſtophanis illam Heraclidarum populo Athenienſi ſupplicantium picturam, quam nonnulli contendebant eſſe opus Apollodori Pictoris. Vide locum. Aratus è Caria trajiciens in Ægyptum, acceſſit regem ſibi jam pridem benevolum, quod picturis tabuliſque Græcis gratiam ejus jam olim captaverat, atque eximia quædam Pamphili & Melanthi opera ad eum tranſmiſerat. Vide Plutarchum in Arato. Locum integrum deſcripſimus in Melanthius.

PAMPHILUS, Pictor ineptus.

Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui evolent clamatores odioſi ac moleſti. Pamphilumque neſcio quem ſinamus in infulis tantam rem, tanquam puerileis delicias aliquas depingere, Cicero iii de Oratore.

PAMPHILUS, Sculptor.

Pollio Aſinius, ut fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In iis ſunt Centauri nymphas gerentes Archeſilæ, Theſpiades Cleomenis, Jupiter hoſpitalis Pamphili Praxitelis diſcipuli, Plin. lib. xxxvi, cap. 5.

PAN.

Pana cornigerum finxere veteres, inventorem nempe ejus ordinationis quæ phalangem in duo cornua dividebat: Διονύσου στρατηγὸς ἦν ὁ Πάν. οὗτος πρῶτος τάξιν εὗρε, ὀνομάσας φάλαγγα, κέρας ἔταξε δεξιὸν καὶ λαιόν. ταύτῃ τοι ἄρα κερασφόρον τὸν Πᾶνα δημιουργοῦσι: *Dioniſi dux fuit Pan. Hic primus invenit aciei inſtructionem, phalangem nominavit, duo in ea cornua inſtituit, dextrum lævumque. Ea gratia Panem cornutum fingunt artifices,* Polyænus libro 1 Stratagematum.

PANÆUS, Pictor.

In confeſſo eſt octogeſima tertia Olympiade fuiſſe Panæum, fratrem Phidiæ, qui clypeum intus pinxit, & in ægide Minervæ, quam fecerat Colotes Phidiæ diſcipulus, & in faciendo Jove Olympio adjutor, Plin. lib. xxxv, cap. 8. *Panænus frater Phidiæ*

etiam prælium Athenienſium adverſus Perſas apud Marathona factum pinxit. Adeo jam colorum uſus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicas duces pinxiſſe tradatur: Athenienſium Miltiadem, Callimachum, Cynægirum: Barbarorum Datim & Artaphernem, Idem ibidem. *Certavit & Panæus cum Timagora Chalcidenſe & ſuperatus eſt ab eo Pythiis*, Plin. lib. XXXV, cap. 9. *In Elide ædes eſt Minervæ, in qua tectorium frater Phidiæ Panæus induxit lacte & croco ſubactum, ut ferunt; ideoque ſi teratur in ea hodieque ſaliva pollice, odorem croci ſaporemque reddere traditur*, Plin. lib. XXXVI, cap. 23.

Πάναινος ἀδελφὸς ἦν Φειδίου, καὶ αὐτοῦ καὶ Ἀθήνησιν ἐν Ποικίλῃ τὸ ἐν Μαραθῶνι ἔργον ἐστὶ γεγραμμένον: *Panænus frater erat Phidiæ, atque ejus etiam Athenis in Pœcile Marathonia pugna depicta eſt*, Pauſanias lib. V, pag. 307; ubi & plures ejuſdem Panæni picturas refert: Πολλὰ συνέπραξε τῷ Φειδίᾳ Πάναινος ὁ ζωγράφος, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτοῦ καὶ συνεργολάβος, πρός τε τὴν τοῦ ξοάνου κατασκευὴν, διὰ τὴν τῶν χρωμάτων κόσμησιν, καὶ μάλιστα τῆς ἐσθῆτος. Δείκνυνται δὲ καὶ γραφαὶ πολλαί τε καὶ θαυμασταὶ περὶ τὸ ἱερὸν, ἐκείνου ἔργα. Ἀπομνημονεύουσι δὲ τοῦ Φειδίου, διότι πρὸς τὸν Πάναινον εἶπε πυνθανόμενον πρὸς τί παράδειγμα μέλλοι ποιήσειν τὴν εἰκόνα τοῦ Διός, &c. *Multum juvit Phidiam Panæus pictor, qui conſobrinus ejus erat & in ſocietatem conducti operis adſcitus, cum ad ſimulacri opificium, tum ad colorum, præcipue vero veſtimenti ornamentum. Multæ certe atque admirabiles ejus picturæ circa illud templum, oſtendunt ipſius opera. Memoriæ produnt Phidiam à Panæo interrogatum ad quod exemplar conformaturus eſſet ſimulacrum Jovis*, &c. Vide Strabonem lib. VIII, pag. 354, A.

PANTIAS, Statuarius.

Nicoſtrati palæſtritæ pueri ſtatuam fecit Pantias: Ὃς ἀπὸ Ἀριστοκλέους τοῦ Σικυωνίου, καταριθμουμένῳ τοὺς διδαχθέντας, ἕβδομος ἀπὸ τούτου μαθητής: *Qui ab Ariſtocle Sicyonio per manus traditam artem ſeptimo ejus diſcipulorum gradu accepit*, Pauſan. lib. VI, pag. 348, 55. Ariſteum Argivum, longioris curriculi victorem, fecit Pantias Chius, artem à patre Soſtrato edoctus: *Ibidem, pag.* 360, 14. Xenodicum, in puerorum pugilatu victorem, fecit Pantias: *Ibidem, pag.* 371, 3.

PANTIUS, Statuarius.

Pantius (Πάντιος) operi ſuo in æde ſacra intentus, mente excidit, comeſto malo terræ ex dulciori genere quod apud Tegeam carduo ſimile gignitur: *Theophraſtus hiſt. plant.* IX, 13.

PARRHASIUS, Pictor.

Quem olim inter Artifices locum tenuerit Parrhaſius, docet nos Iſocrates circa initium orationis de Permutatione, ubi eum componit cum Phidia & Zeuxide, ſummis hominibus; aſſerens fœdam eſſe atque indignam tantorum artificum extenuationem, εἴ τις Φειδίαν, τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον, τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον· ἢ Ζεῦξιν καὶ Παρράσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν τέχνην φαίη τοῖς τὰ πινάκια γράφουσιν: *Si quis Phidiam, qui Minervæ ſimulacrum fecit, puparum fictorem appellare auderet: aut Zeuxidis & Parrhaſii eandem eſſe artem diceret, cum arte eorum qui tabellas pingunt.* Refert quoque Parrhaſium inter artifices κάλλη μεθ᾽ ὑπερβολῆς γράφειν καὶ γλύφειν εἰδότας: *Pulchritudines cum exuperantia pingere ac ſculpere gnaros*, Greg. Nazianzenus Orat. XXXIV. Δότε μοι τὴν Ζεύξιδος τέχνην, τὰ Παρρασίου σοφίσματα, *Date mihi Zeuxidis artem & Parrhaſii ſophiſmata*, Himerius apud Photium 1124, 7. Ἀψευδεῖς Παρρασίου πίνακες: *Minime mendaces Parrhaſii tabulæ*, Theophylactus Simocatus epiſt. VI. Tullio quoque Parrhaſius memoratur inter principes artis: *An cenſemus*, inquit ille circa initium libri primi Tuſc. quæſtionum, *ſi Fabio, nobiliſſimo homini, laudi datum eſſet, quod pingeret; non multos etiam apud nos futuros Polycletos & Parrhaſios fuiſſe?* Idem quoque cum Protogene atque Apelle conjungitur apud Columellam in Præfatione libri primi de Re ruſtica. Locum deſcripſimus circa finem vitæ Apellis. Diodorus quoque Siculus lib. XXVI, parem conſummatæ artis laudem Apelli & Parrhaſio veluti ex æquo tribuit. Integrum Diodori locum deſcripſimus in eadem Apellis vita.

Horatius lib. IV Carm. Ode 8:

- - Neque tu peſſima munerum
Ferres, divite me ſcilicet artium
Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas;
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Propertius lib. III, Eleg. 9:

In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles,
Parrhaſius parva vindicat arte locum.

Juvenalis Satyra VIII, verſ. 102:

> *Et cum Parrhaſii tabulis, ſignisque Myronis,*
> *Phidiacum vivebat ebur.* - - -

Supervacuum eſſet plura id genus loca congerere, cùm hujus Artificis omnia fere pariter atque inſimul perſtringat Plinius lib. XXXV, cap. 10. Ejus igitur verba hoc in loco adſcribam, atque ex ipſo deinde Plinio aliisque Scriptoribus pro meo modulo illuſtrare conabor. *Paraſius* (a) *Epheſi natus, & ipſe plura conſtituit. Primus* (b) *ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias* (c) *vultus, elegantiam* (d) *capilli, venuſtatem* (e) *oris, confeſſione* (f) *artificum in lineis* (g) *extremis palmam adeptus. Hæc eſt* in

(a) *Paraſius Epheſi natus.*] Nulla patris præceptorisque Euënoris injecta eſt mentio; quoniam ejus meminerat proxime præcedenti capite, his verbis: *Nonageſima Olympiade fuere Aglaophon, Cephiſſodorus, Phrylus, Euenor pater Paraſii & præceptor maximi pictoris, de quo ſuis annis dicemus: omnes jam illuſtres: non tamen in quibus hærere expoſitio debeat, feſtinans ad lumina artis, in quibus primus refulſit Apollodorus Athenienſis nonageſima tertia Olympiade.* Meminit quoque Euënoris hujus Pauſanias libro I, pagina 51, 28; ubi ait Phidiam Athenienſibus ex manubiis Perſarum, qui Marathonem invaſerant, feciſſe æneum Minervæ ſignum, in cujus clypeo Lapytharum & Centaurorum pugnam Mys cælaverat; quum eam, & quæ in clypeo cernuntur reliqua, Myi depinxiſſet Parraſius Euënoris filius. Etiam Harpocration in Παῤῥάσιος hæc habet: ὅτι ζωγράφος Παῤῥάσιος, πάντη δῆλον. Ἰόβας δ' ἐν ὀγδόῃ περὶ ζωγράφων διεξέρχεται τὰ περὶ τὸν ἄνδρα· φησὶ δ' αὐτὸν εἶναι υἱὸν καὶ μαθητὴν Εὐήνορος, Ἐφέσιον τὸ γένος: *Quod pictor fuerit Parrhaſius, omnino manifeſtum. Juba vero in octavo de Pictoribus exequitur ea quæ virum illum ſpectant: ait autem eum eſſe filium & diſcipulum Euënoris, genere Epheſium.* Hoc in loco Parrhaſius regi Jubæ dicitur Epheſius genere, ſicuti & Plinio *Epheſi natus.* Manifeſte quoque aſſerit Strabo libro XIV, pagina 642, Parrhaſium atque Apellem Epheſios fuiſſe. Aliter Acron ad Horatii Carm. IV, Ode 8; *Parrhaſius Athenienſis pictor fuit.* Seneca quoque Rhetor libro V, controverſia 10, cujus thema: *Parrhaſius pictor Athenienſis, cùm Philippus captos Olynthios venderet, emit unum ex his ſenem, perduxit Athenas, torſit, & ad exemplar ejus pinxit Promethea. Olynthius in tormentis perit: ille tabulam in templo Minervæ poſuit: accuſatur religionis læſæ.* Sed fortaſſe Parrhaſio idem uſu venerit, quod Apelli quoque accidiſſe ſupra ex Suida retulimus in Apellis vita. Neque cuiquam videri poſſet præter rem, ſi contenderemus Athenienſes hunc Parrhaſium in civitatem ſuam adſcripſiſſe, cùm de antiquiſſimis Athenienſibus dicat Plutarchus in Theſeo, Σιλανίωνα τιμῶσι καὶ Παῤῥάσιον, εἰκόνων Θησέως γραφεῖς καὶ πλάσας γενομένους: *Silanionem venerantur & Parrhaſium, pictores & plaſtas imaginum Theſei.*

(b) *Primus ſymmetriam picturæ dedit.*] Aſclepiodorum quoque præter cæteros commendavit eximium obſervandæ ſymmetriæ ſtudium; ſiquidem *Aſclepiodorum in ſymmetria mirabatur Apelles,* ut ait Plinius hoc ipſo capite. *Myron numeroſior in arte quàm Polycletus, & in ſymmetria diligentior,* Plin. lib. XXXIV, cap. 8. Et mox ibidem; *Non habet Latinum nomen ſymmetria, quam diligentiſſime cuſtodivit Lyſippus; nova intactaque ratione quadratas veterum ſtatuas permutando, vulgoque dicebat ab illis factos, quales eſſent, homines: à ſe, quales viderentur eſſe.* Minime tamen prætermittendum, quod lib. XXXV, cap. 11, de Euphranore dicat Plinius: *Hic primus videtur expreſſiſſe dignitates heroum, & uſurpaſſe ſymmetriam: ſed fuit univerſitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior. Volumina quoque compoſuit de ſymmetria & coloribus.*

(c) *Argutias vultus.*] Affine huic illud Plinii lib. XXXIV, cap. 8, de Lyſippo; *Propriæ hujus videntur eſſe argutiæ operum, cuſtoditæ in minimis quoque rebus.*

(d) *Elegantiam capilli.*] *Pythagoras Leontinus primus nervos & venas expreſſit capillumque diligentius,* Plin. lib. XXXIV, cap. 8. De Lyſippo itidem Plinius ibidem; *Statuariæ arti plurimum traditur contuliſſe, capillum exprimendo, capita minora faciendo, quam antiqui.* Contra vero in Myrone ibidem quoque notat idem Plinius, cum *capillum & pubem non emendatius feciſſe, quàm rudis antiquitas feciſſet.*

(e) *Venuſtatem oris.*] Intellige hoc in loco ἁρμογὴν τοῦ στόματος, *congruentiam oris,* memoratam Luciano in imaginibus; vel talem aliquam commendatiſſimæ faciei gratiam, qualem olim Parrhaſio pingi ſolitam ex Greg. Nazianz. paullo ante retulimus.

(f) *Confeſſione artificum.*] Indubium etenim eſt conſummatiſſimæ Artis argumentum, ipſorum Artificum ſuffragiis præferri aliis. Vide quæ de Amazonum ſtatuis in templo Epheſiæ Dianæ dicandis habet Plinius lib. XXXV, cap. 8. Locum deſcripſimus

in pictura ſumma ſubtilitas. Corpora enim pingere & media rerum, eſt quidem magni operis; ſed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere & deſinentis picturæ modum includere, rarum in ſucceſſu artis invenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa, & ſic deſinere, ut promittat alia poſt ſe; oſtendatque etiam, quæ occultat. Hanc ei gloriam conceſſere Antigonus & Xenocrates, qui de Pictura ſcripſere, prædicantes quoque, non ſolum confitentes. Alia (h) *multa graphidis veſtigia exſtant in tabulis ac membranis ejus, ex* (i) *quibus proficere dicuntur artifices. Minor tamen videtur ſibi comparatus in mediis corporibus exprimendis. Pinxit* (k) *& Demon Athenienſium, argumento quoque ingenioſo: volebat namque varium, iracundum, injuſtum, inconſtantem: eundem exorabilem, clementem, miſericordem, excelſum, glorioſum, humilem, feracem, fugacemque, & omnia* (l) *pariter oſtendere. Idem pinxit & Theſea, qui Romæ in Capitolio fuit: & Navarchum thoracatum: & in una tabula, quæ eſt Rhodi, Meleagrum, Herculem, Perſea. Hæc ibi ter fulmine ambuſta, neque obliterata; hoc ipſo miraculum auget. Pinxit & Archigallum: quam picturam amavit Tiberius princeps; atque, ut auctor eſt Decius Eculea,* LX *ſeſtertiis æſtimatam cubiculo ſuo incluſit. Pinxit & Creſſam nutricem, infantemque in manibus ejus: & Philiſcum: & Liberum patrem, adſtante Virtute: & pueros duos, in quibus ſpectatur ſecuritas & ætatis ſimplicitas: item Sacerdotem adſtante puero cum acerra & corona. Sunt & duæ picturæ ejus nobiliſſimæ, Hoplitides: alter in certamine ita decurrens, ut ſudare videatur: alter arma deponens, ut anhelare ſentiatur. Laudantur & Æneas, Caſtorque ac Pollux in eadem tabula: item Telephus, Achilles, Agamemnon, Ulyſſes. Fœcundus*

mus in CTESILAS. Vide quoque quæ de Telephane Phocæo tradit Plinius libro XXXIV, cap. 8.

(g) *In lineis extremis palmam adeptus.*] Mire illuſtrat hunc locum illud Arbitri Satyrico: *In pinacothecam perveni, vario genere tabularum mirabilem; nam & Zeuxidos manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victas; & Protogenis rudimenta, cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractavi. Jam vero Apellis, quem Græci monocnemon appellant, etiam adoravi. Tanta enim ſubtilitate extremitates imaginum erant ad ſimilitudinem præciſæ, ut crederes etiam animorum eſſe picturam.* Atque hæc illa eſt perfectioris Artis præcipua virtus, qua Parrhaſium lineas ſubtilius examinaſſe tradit Quintilianus, atque ita circumſcripſiſſe omnia, ut eum legumlatorem olim ob hoc vocare non dubitaverint. *Zeuſis atque Parrhaſius*, inquit Quintilianus libro XII, cap. 10, *non multum ætate diſtantes* (*circa Peloponneſia ambo tempora; nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem lib.* III *Apomn. invenitur*) *plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum umbrarumque inveniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur. Nam Zeuſis plus membris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus; atque* (*ut exiſtimant*) *Homerum ſecutus, cui validiſſima quæque forma etiam in fœminis placet. Ille vero ita circumſcripſit omnia, ut eum legumlatorem vocent; quia Deorum atque Heroum effigies quales ab eo ſunt traditæ, cæteri tanquam ita neceſſe ſit ſequuntur.*

(h) *Alia multa graphidis veſtigia exſtant in tabulis ac membranis ejus.*] *Lepidus in triumviratu quodam loco deductus à magiſtratibus in nemoroſum hoſpitium, minaciter cum iis poſtero die expoſtulavit, ſomnum ademptum ſibi volucrum concentu. At illi draconem in longiſſima membrana depictum circumdedere loco, eoque terrore aves tum ſiluiſſe narratur, & poſtea cognitum eſt ita poſſe compeſci*, Plin. lib. XXXV, cap. 11. *Et noſtræ ætatis inſaniam ex pictura non omittam. Nero princeps juſſerat coloſſeum ſe pingi* CXX *pedum in linteo; incognitum ad hoc tempus*, Idem lib. XXXV, cap. 7.

(i) *Ex quibus proficere dicuntur artifices.*] *Marcus Varro magnificat Arceſilaum, L. Luculli familiarem, cujus proplaſmata pluris venire ſolita artificibus ipſis, quàm aliorum opera*, Plin. lib. XXXV, cap. 12.

(k) *Pinxit & Demon Athenienſium.*] Pauſanias quoque libro I, pag. 6, agens de iis quæ in Ceramico pinxit Euphranor, etiam hæc habet: Ἐπὶ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν Θησεύς ἐστι γεγραμμένος, καὶ δημοκρατία τε καὶ δὴ δῆμος. δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι: *In extremo pariete Theſeus pictus eſt & democratia unà cum populo. Hæc pictura probat Theſeum æquabilem reip. adminiſtrationem Athenienſibus conſtituiſſe.* Obſerva interim ex eodem Pauſania, non Pictoribus tantum, ſed & Statuariis populum Athenienſem peculiari olim ſimulacro fuiſſe expreſſum: ita Leocharis Jupiter & populus ſpectabatur in Piræo retro porticum ad mare: *Pauſanias libro* I, *pag.* 2, 18. Item in Quingentorum curia à Lyſone effictus viſebatur populus: *Idem Pauſanias eodem libro* I, *pag.* 6, 31.

(l) *Omnia pariter oſtendere.*] Huic artis miraculo quàm ſimillimum eſt illud Plinii libro XXXIV, cap. 8: *Euphranoris Alexander*

Fœcundus (m) *artifex, ſed quo* (n) *nemo inſolentius & arrogantius ſit uſus gloria artis. Namque & cognomina uſurpavit, Abrodiætum ſe appellando, aliiſque verbis principem artis, & eam ab ſe conſummatam. Super omnia, Apollinis ſe radice ortum: & Herculem, qui eſt Lindi, talem à ſe pictum, qualem ſæpe in quiete vidiſſet. Ergo* (o) *magnis ſuffragiis ſuperatus à Timanthe Sami in Ajace armorumque judicio, Heroïs nomine ſe moleſte ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus eſſet. Pinxit* (p) *& minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci ſe reficiens.*

De Parrhaſio itaque non immerito quis dixerit, quod Quintil. lib. x, ſub finem capitis I de Seneca: *Digna fuit illa natura, quæ meliora vellet, quæ, quod voluit, effecit.*

Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παῤῥασίου παρέβαλε, λέγων τὸν μὲν ἐκείνου ῥόδα βεβρωκέναι, τὸν δ' ἑαυτοῦ κρέα βόεια: *Euphranor Theſeum à ſe pictum cum Parrhaſii Theſeo comparans, hunc dixit roſa paſtum, ſuum vero carne bubula,* Plutarchus, Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes.

Inter opera Euphranoris recenſetur Theſeus: *in quo dixit, eundem apud Paraſium roſa paſtum eſſe, ſuum vero carne,* Plin. lib. xxxv, cap. 11.

Sine

der Paris eſt: in quo laudatur, quod omnia ſimul intelligantur, judex Dearum, amator Helenæ, & tamen Achillis interfector.

(m) *Fœcundus artifex.*] Plin. lib. xxxiv, cap. 8, de Lyſippo: *Plurima ex omnibus ſigna fecit, ut diximus, fœcundiſſimæ artis.* Nam capite proxime præcedenti dixerat: *Lyſippus ad ſexcenta decem opera feciſſe proditur,* &c. Etiam *numeroſum* pro *fœcundo* dixit Plinius libro xxxiv, cap. 8: *Myron numeroſior in arte quàm Polycletus.* Et rurſus libro xxxv, cap. 11: *Antidotus diligentior quam numeroſior.* At lib. xxxiv, cap. 8, legas, *Xenocrates vicit utroſque copia ſignorum;* unde & *copioſum* pro *numeroſo* dictum ſuſpicor.

(n) *Sed quo nemo inſolentius atque arrogantius ſit uſus gloria artis. Namque & cognomina uſurpavit, Abrodiætum ſe appellando, aliiſque verbis principem artis, & eam ab ſe conſummatam, &c.*] Quod Parrhaſius Pictor purpuream veſtem indutus & auream coronam redimitus inceſſerit, cùm plures alii teſtantur, tum etiam complyſcula epigrammata variis in locis operibus ejus adſcripta. Utebatur & ſcipione quem aurei claviculi obibant; aureis quoque fibulis anſas calceorum ſtringebat. Ajunt quoque eum neque invitum neque laborioſe artem ſuam exercuiſſe, ſed alacriter & ſine ulla moleſtia; ſiquidem artis laborem ſubmiſſa vocis modulatione conabatur lenire: *Ælianus var. Hiſt. libro* ix, *cap.* 11; juxta illud Libanii Declamat. vi: Ζωγράφους εἶδον μετ' ᾠδῆς γράφοντας: *Pictores vidi cum cantu pingentes.* Operæ pretium eſt hæc atque alia id genus apud Athenæum videre, *lib.* xii, *cap.* 11; ac magis etiam *lib.* xv, *cap.* 10: ubi ex Clearcho narrat, Parrhaſium omnibus ſuis, quæ Lindi fecerat, operibus inſcripſiſſe: Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀρετήν τε σέβων, τάδ' ἔγραψεν Παῤῥάσιος: *Mollis vir & virtutem colens pinxit hæc Parrhaſius.* Ac mox etiam verbis ejuſdem Clearchi ſequentia hæc ſubjungit: ᾯ κομψός τις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπεραλγήσας ῥυπαίνοντι τὸ τῆς ἀρετῆς ἁβρὸν καὶ καλὸν, ἅτε φορτικῶς μεταχαλεσαμένου τὴν εἰς τρυφὴν δοθεῖσαν ὑπὸ τῆς τύχης χορηγίαν, παρέγραψε Ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ: *Cui inſcriptioni aliquis eleganti vir ingenio, ut mihi quidem videtur, offenſus vehementer, quod magnificum atque honeſtum virtutis nomen indigne inquinaret Parrhaſius, ut qui ἀρετὴν inconſulte illam artem appellaſſet, quam fortuna hominibus largita eſſet inſtrumentum deliciarum, adſcripſit* ῥαβδοδίαιτος ἀνήρ; quod tantundem eſt ac ſi dicas, Homo ceſtra ſive viricula vitam ſuſtentans. Omnino adi geminum Athenæi locum, & quæ utrobique annotavit Caſaubonus.

(o) *Ergo magnis ſuffragiis ſuperatus à Timanthe.*] Videtur hoc in loco Plinius innuere Parrhaſium in laudes proprias effuſiſſimum, ac multa latius inflatiusque de ſuis virtutibus commemorare ſolitum, præcipue inviſum fuiſſe magnis quibuſdam hominibus, à quorum deinde animis odio exulceratis concitata ſit omnis illa minus æqui judicii ſcena: ſiquidem *difficile eſt obtinere,* ut loquitur Plinius Junior lib. 1, epiſt. 8, *ne moleſta videatur oratio de ſe aut ſuis differentis. Nam cùm ipſi honeſtati, tum aliquanto magis gloriæ ejus prædicationique invidemus: atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obſcuritate & ſilentio reponuntur.* Cæterum hoc Parrhaſii cum Timanthe certamen refert etiam Athenæus lib. x, cap. 11; Ælianus var. Hiſt. lib. ix, cap. 11; Euſtathius ad verſum 545 Odyſſeias Λ, editionis Romanæ pag. 1698, 60.

(p) *Pinxit & minoribus tabellis libidines.*] Huc refer illud Suetonii in Tiberio, cap. 44: *Tiberius Cæſar Parrhaſii tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, ut ſi argumento offenderetur, decies pro ea H-S acciperet, non modo prætulit, ſed & in cubiculo dedicavit.*

Sine uſta non fiunt umbræ. Eretria terræ ſuæ habet nomen. Hac Nicomachus & Parraſius uſi, Plin. lib. xxxv, cap. 6.

φασὶ τὸν Παῤῥάσιον, ὅτε γράφειν τὸν Ἑρμῆν ἐγχειρήσας, τὴν οἰκείαν μορφὴν τῷ πίνακι ἐγκατέθετο, καὶ ἐξαπατᾷ τοὺς ἀνθρώπους τὸ ἐπίγραμμα τῆς εἰκόνος· οἴονται γὰρ ὅτι Παῤῥάσιος αὐτὸν ἐτίμησέ τε καὶ ἐκόσμησε τῷ ἀναθήματι· πόῤῥω ὄντες τῆς ζωγραφίας· ὁ δ' ἵνα φύγῃ ἀπειροκαλίαν τε καὶ φιλαυτίαν, ἀλλοτρίῳ ὀνόματι εἰς τὴν γραφὴν κατεχρήσατο: *Ajunt Parrhaſium, quum pingendum ſibi Mercurium ſumpſiſſet, ſui ipſius imaginem in tabula expreſſiſſe, falluntur que homines inſcriptione picturæ: arbitrantur enim quod Parrhaſius eum hoc donario venerari atque ornare ſtuduerit; quàm longiſſime à mente picturæ aberrantes. Ipſe etenim pictor, ut ineptiæ arrogantiæque crimen vitaret, nomine alieno abuſus eſt ad ſui ipſius imaginem*, Themiſtius Orat. xiv.

Parrhaſius pinxit Ulyſſis inſaniam ſimulatam, teſte Plutarcho, de Audiendis poëtis.

Parrhaſii Megabyſus: *Tzetzes Chil.* viii, *Hiſt.* 198.

Parrhaſius pinxit Philoctetem.

Anthologia Græc. Epigr. lib. iv, cap. 8.

Καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω
Τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παῤῥάσιος.
Ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ἐνοικεῖ
Δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος.
Ζωγράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαῦσαι
Ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Vidit & hunc, credo, miſerum Pæante creatum
Parrhaſius, forma eſt tam bene picta viri.
Quippe ſubeſt oculis arentibus abdita quædam
Lachryma, ſeque dolor tam ferus intus agit.
Eximium nemo te, pictor, in arte negabit:
Deſinere illius ſed mala tempus erat.

D. Juſtinianus Inſtitut. juris lib. ii, tit. de Rerum diviſ. §. *Si quis in aliena*, &c. *Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere; aliis videtur, picturam (qualiſcunque ſit) tabulæ cedere; ſed nobis videtur melius eſſe, tabulam picturæ cedere. Ridiculum eſt enim picturam Apellis vel Parrhaſii in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere.*

Zeuxidis æquales & æmuli fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, Paraſius, Plin. lib. xxxv, cap. 9. Et mox cap. proxime ſequenti; *Deſcendiſſe hic in certamen cum Zeuxide traditur. Et cùm ille detuliſſet uvas pictas tanto ſucceſſu, ut in ſcenam aves advolarent: ipſe detuliſſe linteum pictum, ita veritate repræſentata, ut Zeuxis, alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe volucres fefelliſſet, Paraſius autem ſe artificem. Fertur & poſtea Zeuxis pinxiſſe puerum uvas ferentem, ad quas cùm advolaſſent aves, eadem ingenuitate proceſſit iratus operi, & dixit: Uvas melius pinxi, quàm puerum; nam ſi & hunc conſummaſſem, aves timere debuerant.*

PARTHENIUS, Cælator.

Juvenalis Satyra xii, verſu 44, laudat *lances Parthenio factas*; ubi Parthenius veteri Gloſſatori eſt *Cælatoris nomen.*

PARTHI.

Claud. ii de Raptu, verſu 94:

Parthica quæ tantis variantur cingula gemmis,
Regales junctura ſinus. - - -

Auſonius Epigr. 36:

Laudet Achæmenias Orientis gloria telas.

Propertius libro iv, Eleg. 5:

Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

PASIAS, Pictor.

Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipſe profecit, ut celebrem etiam diſcipulum reliquerit Paſiam, fratrem Æginetæ fictoris, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

PASITELES, Plasta.

Marcus Varro laudat & Paſitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ ſculpturæque & cælaturæ

cælaturæ eſſe dixit; & cùm eſſet in omnibus his ſummus, nihil unquam fecit, antequam finxit, Plin. lib. xxxv, cap. 12. Et rurſus lib. xxxvi, cap. 5; *Admiratur & Paſitelis, qui & quinque volumina ſcripſit nobilium operum in toto Orbe. Natus hic in Græcia, Italiæ ora, & civitate Romana donatus cum iis oppidis, Jovem fecit eburneum in Metelli æde, quà Campus petitur. Accidit ei, cùm in Navalibus, ubi feræ Africanæ erant, per caveam intuens leonem cælaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligentiſſimi artificis. Feciſſe opera complura dicitur; ſed quæ fecerit, nominatim non refertur.* Paſitelis hujus diſcipulus fuit Colotes Parius Statuarius: *Pauſanias lib.* v, *pag.* 325, 40.

PASSON. Vide PAUSON.

PATERCULUS. Vide ARUNTIUS PATERCULUS, STATUARIUS.

PATROCLES, STATUARIUS.

Nonageſima quinta Olympiade floruere Naucydes, Dinomedes, Canachus, Patrocles, Plin. lib. xxxiv, cap. 8. Ibidem quoque aliquanto poſt refert Patroclem inter illos clari nominis Artifices, qui athletas, & venatores, ſacrificanteſque fecerunt. Hujus item Patrocli diſcipulus & filius fuit Dædalus Sicyonius: *Pauſanias libro* vi, *pagina* 347, 41. Epicyridam & Eteonicum ajunt eſſe opera Patroclis & Canachi: *Pauſanias lib.* x, *pag.* 626, 9.

Patroclem Crotoniaten Catylli filium, itidem Statuarium, commemorat Pauſanias *lib.* vi, *pag.* 379, 13.

PAULLUS ÆMILIUS.

Paulus Æmilius liberis ſuis non Sophiſtas modo & Rhetores, ſed & Sculptores quoque & Pictores magiſtros addidit: *Plutarch. in Paulo Æmilio*, 470.

PAULUS, PICTOR.

Paulum, Pictorem ſuo ſæculo egregium, memorat Nicephorus Gregoras *libro* viii, *pag.* 137, *edit. Baſil. anni* 1562.

PAULUS, TENTORIORUM ARTIFEX.

Paulus Apoſtolus fuit σκηνοποιὸς τὴν τέχνην, Act. xviii: 3. Vide quæ ſupra diximus in JOBEL.

PAUSANIAS, PICTOR.

Pauſaniam ſicuti & Ariſtidem atque Nicophanem Pictores, olim vocabant πορνογράφους, meretricum Pictores: *Athenæus lib.* xiii, *cap.* 2; ubi & hoc addit: Μεμνημένει δὲ αὐτῶν, ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων, Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων: *Meminit eorum, tanquam qui in ea pictura excellerent, Polemon in libro quem ſcripſit de tabulis quæ Sicyone conſpiciebantur.*

PAUSANIAS, STATUARIUS.

Apollinem & Calliſto fecit Pauſanias Apolloniata: *Pauſanias libro decimo, pagina* 625, 10.

PAUSIAS, PICTOR.

Pamphilus Apellis præceptor, inquit Plinius libro xxxv, cap. 11, *non pinxiſſe tantum encauſtica, ſed etiam docuiſſe traditur Pauſiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Brietis filius hic fuit, ejuſdemque primo diſcipulus. Pinxit & ipſe penicillo parietes Theſpiis, cùm reficerentur quondam a Polygnoto picti: multumque comparatione ſuperatus exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet. Idem & lacunaria primus pingere inſtituit, nec cameras ante eum taliter adornari mos erat. Parvas pingebat tabellas, maximeque pueros. Hoc æmuli eum interpretabantur facere, quoniam tarda picturæ ratio eſſet illa. Quamobrem arti daturus & celeritatis famam, abſolvit uno die tabellam, quæ vocata eſt hemereſios, puero picto. Amavit in juventa Glyceram municipem ſuam, inventricem coronarum*; certandoque imitatione ejus, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam. Poſtremo pinxit illam ſedentem cum corona, quæ è nobiliſſimis ejus tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas ſuſtentaverat paupertatem. Hujus tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit a Dionyſio Athenis. Pauſias autem fecit & grandes tabulas, ſicut ſpectatam in Pompeji porticibus boum immolationem. Eam enim picturam primus invenit, quam poſtea imitati ſunt multi, æquavit nemo. Ante omnia cùm longitudinem bovis oſtendere vellet, adverſum eum pinxit, non tranſverſum: unde & abunde intelligitur amplitudo. Dein cùm omnes, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, coloremque condiant nigro; hic totum bovem atri coloris fecit, umbræque corpus ex ipſa dedit; magnaque prorſus arte in æquo exſtantia oſtendens, & in confracto ſolida omnia. Sicyone & hic vitam egit,*

* Vide quæ diximus in GLYCERA.

egit, diuque fuit illa patria picturæ. *Tabulas inde è publico omnes, propter æs alienum civitatis addictas, Scauri ædilitas Romam tranſtulit.* Confer cum jam nunc allatis ea quæ habet idem Plinius lib. XXI, cap. 2.

Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus è ſeveriſſimis pictoribus fuit: cujus ſunt Epaminondas, Pericles, Medea, Virtus, Theſeus, imago Atticæ plebis, boum immolatio, Plin. lib. XXXV, cap. 11. Ubi etiam obſervatu dignum eſt quantam Artis fiduciam habuerit hic Ariſtolaus, quod ſe putaverit idoneum qui boum immolationem, palmarium celeberrimi patris opus, fortaſſe non in deterius exprimeret. Pergit mox Plinius ibidem: *Sunt quibus & Mechopanes, ejuſdem Pauſiæ diſcipulus, placeat diligentia quam intelligant ſoli artifices: alias durus in coloribus ſed & multus.*

Οἴκημα περιφερὲς λίθου λευκοῦ, καλούμενον Θόλος, ᾠκοδόμηται πλησίον, θέας ἄξιον. ἐν δὲ αὐτῷ, Παυσίου γράψαντος, βέλη μὲν καὶ τόξον ἐστὶν ἀφεικὼς Ἔρως, λύραν δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀράμενος φέρει. Γέγραπται δὲ ἐνταῦθα καὶ Μέθη, Παυσίου καὶ τοῦτο ἔργον, ἐξ ὑαλίνης φιάλης πίνουσα· ἴδοις δ' ἂν ἐν τῇ γραφῇ φιάλην τε ὑάλου καὶ δι' αὐτῆς γυναικὸς πρόσωπον: *Ædificium rotundum (Tholum appellant) e candido lapide exſtructum eſt in proximo, ſpectatu dignum: ſiquidem in eo, pingente Pauſia, ſagittas atque arcum omittit Amor, ac lyram pro illis ſumit. Picta quoque ibi eſt Ebrietas, & ipſa Pauſiæ opus, è vitrea phiala bibens: videas autem in pictura phialam vitream, ac per eam ipſius mulieris vultum,* Pauſanias lib. II, pag. 134, 53. Horatius libro II, Satyra 7:

- - - *Pauſiaca torpes, inſane, tabella.*

PAUSON, Pictor.

Παύσων ἐκλαβὼν ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, τρέχοντα ἔγραψεν· ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου, γελάσας ὁ Παύσων, κατέστρεψε τὸν πίνακα· καὶ γενομένων ἄνω τῶν κάτω, πάλιν ὁ ἵππος οὐ τρέχων, ἀλλ' ἀλινδούμενος ἐφαίνετο: *Pauſoni locaverat quis picturam equi ſeſe volutantis, at is currentem pinxit. Homine vero indignante, Pauſon ridens invertit tabulam: atque ita ſurſum elatis partibus quæ infra fuerant, rurſus equum ſeſe volutantem potius quàm currentem dixiſſes pictum,* Plutarchus, Cur Pythia nunc non reddat oracula carmine. Fuſius aliquanto hæc narrant Ælianus var. Hiſt. XIV, 15; & Lucianus in Demoſthenis encomio; cui tamen *Pauſon* dicitur Πάσων.

Οἱ γραφεῖς, Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε: *Ex pictoribus, Polygnotus quidem meliores, Pauſon vero deteriores, at Dionyſius ſimiles repræſentabat.* Ariſtoteles de Poëtica, cap. 2: Δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου, κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστὶν ἠθικός: *Oportet juniores intentis oculis animiſque non tam Pauſonis opera inſpicere, quàm Polygnoti, aut ſi quis alius pictorum ſtatuariorumve commode mores exprimit,* Ariſtoteles Politicorum libro VIII, cap. 5.

Παύσωνος πτωχότερος. οὗτος ζωγράφος ἦν, καὶ ἐπὶ πενίᾳ διετεθρύλλητο: *Pauſone mendicior. Hic pictor erat, atque ob paupertatem notiſſimæ apud omnes famæ,* Suidas: qui hoc hauſit ex Scholiis in Plutum Ariſtophanis.

PEDIUS, Pictor.

Fuit & principum virorum non omittendum de pictura celebre conſilium. Qu. Pedius, nepos Qu. Pedii Conſularis Triumphaliſque, à Cæſare Dictatore cohæredis Auguſto dati, cùm natura mutus eſſet, eum Meſſala Orator, ex cujus familia pueri avia erat, picturam docendum cenſuit; idque etiam Divus Auguſtus comprobavit. Puer magni profectus in ea arte obiit, Plin. lib. XXXV, cap. 4.

PEIRAS, Statuarius.

Peiras primus ex arboribus, quæ erant circa Tirynthum, pyro exciſa, opulentum Junonis ſimulachrum efformavit: *Euſebius de Præparat. Evangelica, cap.* 8: & confer hæc cum verbis Pauſaniæ *lib.* 11, *pag.* 115, 14.

PELETHRONIUS.

Pelethronius frenos & ſtratum equis primus invenit, Hyginus fabula CCLXXIV. Virgilius III Georg. verſ. 115:

Frena Peletronii Lapithæ gyroſque dedere
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos.

Ad quem locum vide Servium. *Frenos & ſtrata equorum Pelethronium inveniſſe dicunt,* Plin. nat. hiſt. lib. VIII, cap. 56.

PELEUS.

Peleus primus machæram dicitur inveniſſe, Servius ad Æneïdos IX, verſ. 505. Vide tamen Schol. in Ariſtophanis Nubes.

PELEUS, Figulus.

Pelei & Chæreſtrati Figulorum meminit Athenæus *lib.* XI, *cap.* 6.

PELLENE.

Pellenicæ lenæ, in Pellene urbe Achaïæ confectæ, optimæ erant, dabanturque præmium victoribus. Πελλήνη, πόλις ἐν Ἄργει· Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἐπεὶ διαφέρειν ἐδόκουν αἱ ἐν Πελλήνῃ γινόμεναι, ὡς καὶ ἆθλα τοῖς νικῶσι δίδοσθαι: Heſychius. Vide quoque Schol. in Ariſtophanis Aves, pag. 422, nec non Euſtathium ad verſum 574 Iliad B. Romanæ edit. pag. 292, 5.

PELUSIUM.

Peluſiotæ, rei navalis peritiſſimi: *Dionyſii periegeſis*, *verſu* 261, ubi vide Euſtathium. Vide quoque interpretationem Rufi Feſti Avieni, verſu 382.

PEONIUS, Architectus.

Primum ædes Epheſiæ Dianæ Ionico genere ab Cteſiphonte Gnoſio & filio ejus Metagene eſt inſtituta, quam poſtea Demetrius ipſius Dianæ ſervus & Peonius Epheſius dicuntur perfeciſſe. Mileti Apollinis, item Ionicis ſymmetriis idem Peonius Daphniſque Mileſius inſtituerunt, Vitruvius in Procemio libri ſeptimi. Vide Salmaſium Plinianarum Exercit. pag. 814, qui apud Vitruvium mavult legere *Pænius* quàm *Peonius*.

PEPHASMENOS, Mechanicus.

Pephaſmenus faber Tyrius invenit Arietem penſilem. Vide quæ ſupra diximus in Carthaginienses.

PERDIX.

Perdix, Dædali ſororis filius, & circinum & ſerram ex piſcis ſpina reperit, Hyginus fabula CCLXXIV. Diodoro Siculo vocatur Talus, de quo abunde multa diximus ſupra in Dædali vita. Vide quoque *Meurſii Athenas Atticas lib.* 11, *cap.* 11.

PERELIUS, Statuarius.

Olympiade LXXXVII *fuere Ageladcs, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

PERGAMUM.

Samia terra etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem Aretium in Italia, at calicum tantum. Surrentum, Aſta, Pollentia; in Hiſpania Saguntum; in Aſia Pergamum, Plin. lib. XXXV, cap. 12.

PERICLETUS, Statuarius.

Ἀφροδίτη χαλκῆ, Κλέωνος ἔργον Σικυωνίου· τούτου δὲ ὁ διδάσκαλος τοῦ Κλέωνος, ὄνομα Ἀντιφάνης, ἐκ φοιτήσεως Περικλείτου· Πολυκλείτου δὲ ἦν τοῦ Ἀργείου μαθητὴς ὁ Περίκλειτος: *Venus ærea, opus Cleonis Sicyonii: hujus vero Cleonis præceptor, nomine Antiphanes, frequentaverat ſcholam Pericleti: at Polycleti Argivi diſcipulus erat Pericletus*, Pauſanias lib. V, pag. 319, 45. Meminit & ejuſdem Pericleti idem Pauſanias *libro ſecundo, pag.* 126, 6.

PERICLIMENUS, Statuarius.

Plinius *lib.* XXXIV, *cap.* 8, reponit Periclimenum inter Artifices qui feliciſſime expreſſerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificanteſque.

Periclymenus (Περικλύμενος) fecit imaginem muliercula, quæ triginta infantes enixa eſt uno partu: *Tatianus in Oratione adverſus Græcos.* Vide an non hæc fuerit illa mulier de qua Plinius lib. VII nat. Hiſt. cap. 3: *Eutyche à* XX *liberis rogo illata Trallibus, enixa* XXX *partus.*

PERILLUS.

Tauri fabricator aheni, dicitur Ovidio V Triſtium, Elegia 12. *Sævus ille inventor ænei tauri*, inquit Val. Maximus lib. IX, cap. 2, exemplo ext. 9, *quo incluſi, ſubditis ignibus, longo & abdito cruciatu mugitus reſonante ſpiritu edere cogebantur; ne ejulatus eorum, humanæ ſono vocis expreſſi, Phalaridis tyranni miſericordiam implorare poſſent. Quam quia calamitoſis deeſſe voluit, teterrimum artis ſuæ opus primus artifex incluſus merito auſpicatus eſt.* Vide quoque Oroſium lib. 1, cap. 20. Ovidius III Triſtium, Elegia 11:

Sævior es triſti Buſiride; ſævior illo,
Qui falſum lento torruit igne bovem;
Quique bovem Siculo fertur donaſſe tyranno,
Et dictis artes conciliaſſe ſuas:
Munere in hoc, Rex, eſt uſus, ſed imagine major;
Nec ſola eſt operis forma probanda mei.
Adſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri;

Hac

Digitized by Google

Hac tibi, quem perdes, conjiciendus erit.
Protinus incluſum lentis carbonibus ure,
Mugiet, & veri vox erit illa bovis.
Pro quibus inventis, ut munus munere penſes,
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat. At Phalaris: Pœnæ mirande repertor,
Ipſe tuum præſens imbue, dixit, opus.
Nec mora: monſtratis crudeliter ignibus uſtus,
Exhibuit geminos ore gemente ſonos.

Claudianus libro 1 in Eutropium, verſu 157:

Quàm bene diſpoſitum terris, ut dignus iniqui
Fructus conſilii primis auctoribus inſtet.
Sic multos fluvio, vates, arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare Tonantem,
Inventas primùm Buſiridis imbuit aras,
Et cecidit ſævi, quo dixerat, hoſtia ſacri.
Sic opifex tauri tormentorumque repertor,
Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Senſit opus, docuitque ſuum mugire juvencum.

Tzetzes Chiliade 1, hiſt. 25; & Chil. v, hiſt. 31. Dorotheus in primo rerum Sicularum apud Stobæum Serm. 47. Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπηνὴς ὑπάρχων, ξένοις καὶ παρηλλαγμένοις βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Πέριλλος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκουργὸς κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ δῶρον, ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίῃ ζῶντας· μυκηθμὸν δ' ἡ δάμαλις ἀπεδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον. Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν: *Phalaris Agrigentinorum tyrannus, immitis ac rigidus exiſtens, novis exquiſitiſque cruciatibus vexavit ac torſit contribules. Perillus vero, arte faber ærarius, efficiens buculam, dedit regi donum, ut hoſpites in eam injectos exureret vivos: mugitum vero bucula reddidit, naturali perſimilem. At Phalaris, tum demum factus juſtus, ipſum artificem primum injecit.* Vide quoque Plutarchum in Græcis Romaniſque parallelis, ubi cum Perillo contendit Aruntium Paterculum. Vide quæ diximus in ARUNTIUS PATERCULUS. Vide denique Apoſtolium centuriæ vigeſimæ parœmia 13.

Lucianus in opere quod inſcribitur *Phalaris* (in quo etiam *Perillum* vocat Πέριλλον) videtur ingenii exercendi cauſa introducere Phalarim deliberantem de conſecrando æneo tauro Delphis: manifeſte ſiquidem convincitur ibi declamatorem agere Lucianus. At ſerio magis Timæus, veluti conſcribens hiſtoriam, tradidit Agrigentinos hunc Phalaridis taurum in mare demerſiſſe. Vetus Scholiaſtes ſub finem Odæ primæ Pythiorum Pindari, pag. 200 edit. Pauli Stephani: Τὸν δὲ Φαλάριδος ταῦρον οἱ Ἀκραγαντῖνοι κατεπόντισαν, ὥς φησι Τίμαιος. τὸν γὰρ ἐν τῇ πόλει δεικνύμενον, μὴ εἶναι τὸν Φαλάριδος, καθάπερ ἡ πολλὴ κατέχει δόξα, ἀλλ' εἰκόνα εἶναι Γέλωνος τοῦ ποταμοῦ· κατασκευάσαι δὲ αὐτόν φασι Πέριλλον, καὶ πρῶτον ἐν αὐτῷ καταδαπανηθῆναι: *Phalaridis taurum Agrigentini demerſerunt in mare, ut ait Timæus: eum autem qui in urbe oſtenditur, non eſſe Phalaridis, quemadmodum plurimorum fert opinio, ſed imago eſt Gelonis fluvii. Fabricaſſe vero eum perhibent Perilaum, ac primum in eo exuſtum.*

Omnino itaque res poſtulare videtur ut hoc in loco adducamus verba Diodori Siculi, Timæum hoc nomine graviter inculantis. Poſtquam enim Diodorus *lib.* XIII, *pag.* 210, retulit victorem Imilcarem, capto Agrigento, innumerabiles ibi pictas tabulas ſtatuaſque maximi pretii diripuiſſe, non dubitavit & hoc addere: Τὰ μὲν οὖν πολυτελέστατα τῶν ἔργων ἀπέστειλεν εἰς Καρχηδόνα· ἐν οἷς καὶ τὸν Φαλάριδος συνέβη κομισθῆναι ταῦρον· τὴν δ' ἄλλην ὠφέλειαν ἐλαφυροπώλησε. Τοῦτον δὲ τὸν ταῦρον ὁ Τίμαιος ἐν ταῖς ἱστορίαις διαβεβαιωσάμενος μὴ γεγονέναι τὸ σύνολον, ὑπ' αὐτῆς τῆς τύχης ἠλέγχθη. Σκιπίων γὰρ ὕστερον ταύτης τῆς ἁλώσεως σχεδὸν ἑξήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ἐκπορθήσας Καρχηδόνα, τοῖς Ἀκραγαντίνοις μετὰ τῶν ἄλλων τῶν διαμεινάντων παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ἀποκατέστησε τὸν ταῦρον, ὃς καὶ τῶνδε τῶν ἱστοριῶν γραφομένων ἦν ἐν Ἀκράγαντι. Περὶ δὲ τούτου φιλοτιμότερον εἰπεῖν προήχθην, διότι Τίμαιος, &c. *Pretioſiſſima ergo operum miſit Carthaginem, inter quæ contigit etiam taurum Phalaridis aſportari: reliquam vero prædam ſub haſta vendidit. Hunc vero taurum Timæus in hiſtoriis affirmans nunquam omnino fuiſſe, ab ipſa fortuna redarguitur. Scipio etenim ducentis fere ac ſexaginta poſt hoc excidium annis Carthaginem vaſtans, una cum aliis rebus quæ Carthaginienſibus adhuc erant reliquæ, Agrigentinis quoque reſtituit hunc taurum, qui etiamnum ſpectabatur in urbe Agrigentina, cùm hoc hiſtoriarum opus contexeretur. De hoc vero majore cum*

ſtudio diſſerere in animum induxi, quòd Timæus, &c. Hoc etiam facit illud Ciceronis libro IV in Verrem: *Aliquot ſæculis poſt, P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit: qua in victoria (videte hominis virtutem & diligentiam, ut & domeſticis præclaræ virtutis exemplis gaudeatis, & eo majore odio dignam Verris incredibilem audaciam judicetis) convocatis Siculis omnibus, quòd diutiſſime ſæpiſſimeque Siciliam à Carthaginienſibus vexatam cognorat, jubet omnia conquiri: pollicetur ſibi magnæ curæ fore ut omnia civitatibus, quæ cujuſque fuiſſent, reſtituerentur. Tum illa quæ quondam fuerant Himera ſublata, de quibus antea dixi, Thermitanis ſunt reddita: tum alia Gelenſibus, alia Agrigentinis: in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudeliſſimus omnium tyrannorum Phalaris habuiſſe dicitur: quò vivos ſupplicii cauſa demittere homines & ſubjicere flammam ſolebat. Quem taurum Scipio cùm redderet Agrigentinis, dixiſſe dicitur: Æquum eſſe illos cogitare, utrum eſſet Siculis utilius, ſuiſne ſervire, an populo Romano obtemperare, cùm idem monumentum & domeſticæ crudelitatis & noſtræ manſuetudinis haberent.*

Perillum nemo laudat ſæviorem Phalaride tyranno, inquit Plinius lib. XXXIV, cap. 8, *qui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne ſubdito, & primus eum expertus cruciatum juſtiore ſævitia. In hoc à ſimulachris Deum hominumque devocaverat humaniſſimam artem. Ideone tot conditores ejus elaboraverant, ut ex ea tormenta fierent? Itaque una de cauſa ſervantur opera ejus, ut quiſquis illa videat, oderit manus.*

Ipſum vero Phalarim tandem quoque, præciſa tamen prius lingua, in tauro mugiſſe docet Ovidius in Ibin, verſu 436:

Ære Perilleo veros imitere juvencos,
Ad formam tauri conveniente ſono.
Utque ferox Phalaris, lingua prius enſe reſecta,
More bovis Paphio clauſus in ære gemas.

Quum nullus jamdudum Phalaridi ludus videretur eſſe jucundior quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio civium, quum novis adhæc ſuppliciorum commentis quotidie graſſaretur, ac ne defatigatio quidem ſatietatem ei ſanguinis afferret; omnis Agrigentinorum populus ex improviſo in ultionem aſſurgens, horrificum atque omni odio imbutum bellum tyrannorum immaniſſimo intulit, videbaturque cum raptim ac turbulente ſine ferro inter manus laniaturus, ut per ſingula membra moreretur, niſi occurriſſet omnium cogitationi feralem hanc publici odii victimam commodius tauro ſuo poſſe includi. *Nulla vis imperii tanta eſt*, inquit Cicero lib. II de Officiis, *quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. Teſtis eſt Phalaris, cujus eſt præter cæteros nobilitata crudelitas: qui non ex inſidiis interiit, non à paucis; ſed in quem univerſa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.*

Ἀκραγαντῖνοι ἀπαλλαγέντες Φαλάριδος, ἐψηφίσαντο μηδένα φορεῖν ἱμάτιον γλαυκόν· οἱ γὰρ ὑπηρέται τοῦ τυράννου γλαυκοῖς ἐχρῶντο περιζώμασι: *Acragantini exonerati Phalaride, decretum fecerunt ne quis glauca veſte uteretur: miniſtri enim ejus tyranni glaucis utebantur ſubligaculis*, Plutarchi πολιτικὰ παραγγέλματα, pag. 821 edit. Pariſ. 1624, in folio.

Inter vetuſtiora quoque monumenta Conſtantinopolim aliunde Theodoſio imperante advecta, etiam Χαλκοῦς βοῦς ἐκ Περγάμου ἦλθε· κάμινος δὲ ἦν ἐν ᾗ ἐπεφλέχθη ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀντίπας: *Æneus bos è Pergamo venit: erat autem caminus in quo combuſtus eſt ſanctus martyr Antipas*, Cedrenus editionis Regiæ pag. 323, B. Antipæ hujus meminit ſacra pagina Apocal. II: 13.

PERSÆ.

Perſici calcei cultiores, Περσικαὶ ἐμβάδες: Euſtathius ad verſum 1061 Dionyſii Periegetæ. Suidæ περσικαὶ ſunt genus calceamenti muliebris. Vide quoque *Stephanum de Urbibus in* Πέρσαι; *Athenæum lib.* V, *cap.* 6; *Tzetzen Chil.* 1, *hiſt.* 29.

PERSEUS.

Arpen, id eſt, curvum gladium in modum falcis à Perſeo inventam multi dicunt, Servius ad verſum 505 IX Æneidos.

PERSEUS, Pictor.

Multum à Zeuxide & Apelle abeſt Apellis diſcipulus Perſeus, ad quem de hac arte ſcripſit, qui hujus fuit ætatis, Plin. lib. XXXV, cap. 10.

PHÆAX, Architectus.

Cùm Agrigentini urbem ſuam fanis Deorum & ſubterraneis canalibus exornarent, totius operis curator atque inſpector fuit Phæax: de quo ſic Diodorus Siculus lib. XI, pag. 20: Ἐπιστάτης δὲ γενόμενος τούτων τῶν ἔργων ὁ προσαγορευόμενος Φαίαξ, διὰ τὴν δόξαν τοῦ κατασκευάσματος ἐποίησεν ἀφ' ἑαυτοῦ κληθῆναι τοὺς ὑπονόμους φαίακας: *Curator atque inſpector*

ctor operis appellabatur Phæax, qui propter eminentem ſtructuræ gloriam obtinuit, ut cloacæ vel canales ſubterranei ab eo phæaces vocentur.

PHALERION, Pictor.

Phalerion fecit Scyllam, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

PHANEAS, Marmorarius.

Fl. Phaneas Marmorarius: *Inſcript. Gruteri* MLXXXV, 7.

PHARAX, Statuarius.

Pharax Epheſius à Vitruvio in Proœmio libri tertii refertur inter Artifices qui nullam aſſecuti ſunt memoriam, quod non ab induſtria artisve ſolertia, ſed a felicitate fuerunt deſerti.

PHASIS, Pictor.

Anthologia Epigr. lib. IV, cap. 8:

> Οὔ σε μάκαρ Κυνέγειρε τὸν εἰς Κυνέγειρον ἔγραψε
> Φᾶσις, ἐπεὶ βριαραῖς ἄνθετο σὺν παλάμαις.
> Ἀλλὰ σοφός τις ἔην ὁ ζωγράφος, οὐδέ σε χειρῶν
> Νόσφισε, τῶν χειρῶν εἵνεκεν ἀθάνατον.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Te Phaſis, Cynegire, tamen non ut Cynegirum,*
> *Inſtructum ſiquidem fecit utraque manu.*
> *Sed ſapuit pictor, manibus qui noluit orbum*
> *Pingere, qui manuum nomine morte caret.*

PHERECLUS, Naupegus.

Vide quæ ſupra diximus in Harmonides.

PHIDIAS.

Minoribus ſimulacris ſigniſque innumera artificum multitudo nobilitata eſt, ut ait Plinius lib. XXXIV, cap. 8. *Ante omnes tamen Phidias Athenienſis, Jove Olympiæ facto, ex ebore quidem & auro, ſed & ex ære ſigna fecit. Floruit autem Olympiade* LXXXIII, *circiter* CCC *noſtræ urbis anno. Quo eodem tempore æmuli ejus fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hegias. . . . Venere autem & in certamen laudatiſſimi, quamquam diverſis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quæ cùm in templo Epheſiæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum, qui præſentes erant, artificum judicio; cùm apparuit eam eſſe, quam omnes ſecundam à ſua quiſque judicaſſent. Hæc eſt Polycleti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Cteſilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis. Phidias præter Jovem Olympium, quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore æque Minervam Athenis, quæ eſt in Parthenone adſtans. Ex ære vero, præter Amazonem ſupra dictam, Minervam tam eximiæ pulchritudinis, ut à forma cognomen acceperit. Fecit & Cliduchum, & aliam Minervam, quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ dedicavit. Item duo ſigna, quæ Catulus in eadem æde poſuit palliata; & alterum coloſſicon, nudum: primuſque artem toreuticen aperuiſſe atque demonſtraſſe merito judicatur. . . . Polycletus conſummaſſe hanc ſcientiam judicatur, & toreuticem ſic erudiſſe, ut Phidias aperuiſſe:* quod poſtremum tamen in dubium vocat Cl. Salmaſius, Plinianarum Exercitat. pag. 1047. Vide locum. Phidias dicitur Athenienſis Platoni in Protagora; Procopio lib. I de Ædificiis Juſtiniani, cap. 11. Statio Papinio lib. I Sylvarum, vocatur *Atticus Elei ſector Jovis*. Proſus ut ebur dictum *ſectile* Ovidio de Medicamine faciei, verſu 10:

> *Sectile deliciis India præbet ebur.*

Τὸ δὲ Διὸς ξόανον ἐποίησε Φειδίας Χαρμίνου Ἀθηναῖος: *Jovis ſimulacrum fecit Phidias Charmini filius Athenienſis*, Strabo lib. VIII, pag. 353, D; ubi tamen rectius legas Χαρμίδου, ex inſcriptione pedibus elaboratiſſimæ ſtatuæ ſubſcripta, Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖος μ' ἐποίησε. Ita Pauſanias, ut mox videbimus.

Panænus frater Phidiæ. Vide Panænus, Pictor.

Pliſtænetus frater Phidiæ. Vide Pliſtænetus, Pictor.

Eladas Argivus, præceptor Phidiæ. Vide Eladas, Statuarius.

Hippias præceptor Phidiæ. Vide Hippias, Statuarius.

Agoracritus diſcipulus Phidiæ. Vide Agoracritus, Statuarius.

Colotes diſcipulus Phidiæ. Vide Colotes, Statuarius.

Phidias docuit etiam Alcamenem Athenienſem Sculptorem: nam & ipſe quoque Phidias marmora ſcalpſit. De tota re ſic Plinius lib. XXXVI, cap. 4: *Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta inſula, etiamnum Medis imperantibus,*

perantibus, priusque quàm Cyrus in Perſis regnare inciperet; hoc eſt, Olympiade circiter L. Cœptum deinde proſequitur proxime ſequenti capite: *Cùm is eſſent, inquit, jam fuerant in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius ejus Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cujus filii Bupalus & Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuere Hipponactis poetæ ætate, quem certum eſt* LX *Olympiade fuiſſe. Quod ſi quis horum familiam ad proavum uſque retro agat, inveniet artis originem cum Olympiadum origine cœpiſſe. . . . Non omittendum, hanc artem tanto vetuſtiorem fuiſſe quàm picturam aut ſtatuariam, quarum utraque cum Phidia cœpit octuageſima tertia Olympiade, poſt annos circiter trecentos triginta duos. Et ipſum Phidiam tradunt ſculpſiſſe marmora; Veneremque ejus eſſe Romæ in Octaviæ porticibus eximiæ pulchritudinis. Alcamenem Athenienſem (quod certum eſt) docuit in primis nobilem, cujus ſunt opera Athenis complura in ædibus ſacris, præclaraque Venus extra muros, quæ appellatur* Ἀφροδίτη ἐν κήποις. *Huic ſummam manum ipſe Phidias impoſuiſſe dicitur.* Appoſite Seneca Epiſtola LXXXV; *Non ex ebore tantum Phidias ſciebat facere ſimulacbra; faciebat & ex ære. Si marmor illi, ſi adhuc viliorem materiam obtuliſſes, feciſſet quale ex illa fieri optimum potuiſſet.* Huc etiam facit illud Philonis Judæi ex opere περὶ μέθης, *de temulentia*; Τὸν ἀνδριαντοποιὸν Φειδίαν ἐκεῖνον καὶ χαλκὸν λαβόντα φασὶ καὶ ἐλέφαντα καὶ χρυσὸν καὶ ἄλλας διαφόρους ὕλας, ἀνδριάντας ἀπεργάσασθαι, καὶ ἐν ἅπασι τούτοις μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐναπερείσασθαι τέχνην, ὡς μὴ μόνον ἐπιστήμονας, ἀλλὰ καὶ λίαν ἰδιώτας τὸν δημιουργὸν ἀπὸ τῶν δημιουργηθέντων γνωρίζειν. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διδύμων ἡ φύσις, χρησαμένη τῷ αὐτῷ πολλάκις χαρακτῆρι, παρὰ μικρὸν ἀπαραλλάκτους ὁμοιότητας ἐτύπωσε, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ τελεία τέχνη, μίμημα καὶ ἀπεικόνισμα φύσεως οὖσα, ὅταν διαφόρους ὕλας παραλάβῃ, σχηματίζει καὶ ἐνσφραγίζεται τὴν αὐτὴν ἁπάσαις ἰδέαν, ὡς ταύτῃ μάλιστα συγγενῆ καὶ ἀδελφὰ καὶ δίδυμα τὰ δημιουργηθέντα γενέσθαι: *Statuarium illum Phidiam ajunt accipientem æs & ebur & aurum & plures alias diverſi generis materias, fabricaſſe imagines una eademque arte inſignitas; ita ut non tantum periti, ſed & valde imperiti opificem ex operibus agnoſcant. Sicuti enim in gemellis Natura, eodem ſæpe charactere uſa, indiſcretas fere ſimilitudines efformat, pari quoque modo ars perfecta, quæ nihil aliud eſt quàm quædam veluti imitatio atque adumbratio Naturæ, cùm aſſumit varias materias, omnibus eandem indit atque imprimit ideam; ut hac ratione maxime cognata, germana, gemina fiant ejus opera.* Cicero libro V de Finibus bonorum & malorum; *Phidias poteſt à principio inſtituere ſignum, idque perficere; poteſt & ab alio inchoatum accipere, atque abſolvere.* Ab Arte quoque clarum fuiſſe teſtatur Plato in Hippia majore, Libanius Declamatione XXIX; Origenes lib. VIII contra Celſum.

Ab hac igitur ſcalpendi peritia Phidiam fortaſſe λιθουργὸν σοφὸν dixit Ariſtoteles, *lib.* VI *Ethicorum ad Nicom. cap.* 7. Sicuti contra veriſimile eſt Platonem altius aliquanto conſideraſſe multiplex ſollertiſſimi Artificis ingenium, quando in Hippia majore dixit: ὁμολογῶ ἀγαθὸν εἶναι δημιουργὸν τὸν Φειδίαν: *Confiteor bonum eſſe artificem Phidiam.* Eclogæ ex Diodori Siculi libro XXVI: Φειδίας μάλιστα τεθαυμασμένος ἐπὶ τῇ τῶν ἐλεφαντίνων ἀγαλμάτων κατασκευῇ: *Phidias in magna habitus admiratione ob eburneorum ſimulachrorum fabricam.*

Greg. Nazianzenus Orat. XXXIV, refert Phidiam inter Artifices κάλλη μεθ' ὑπερβολῆς γράφειν καὶ γλύφειν εἰδότας: *Pulchritudines exſuperanter pingere & ſculpere gnaros.* Diodorus Siculus circa initium libri XII, poſteaquam dixit Græciam, Xerxe fugato, aliquamdiu pacatam tranquillamque floruiſſe, etiam ſequentia hæc addit: Ἀπὸ τούτων γὰρ χρόνων ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα πολλὴν ἐπίδοσιν ἔλαβεν ἡ Ἑλλὰς πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν· ἐν τούτοις γὰρ τοῖς χρόνοις αἵ τε τέχναι διὰ τὴν εὐπορίαν ηὐξήθησαν, καὶ τότε μέγιστοι μνημονεύονται τεχνῖται γεγονέναι· ὧν ἐστι Φειδίας: *Ex eo namque tempore per annos* L *maxima ad felicitatem cepit incrementa: atque adeo ea ipſa quoque ætate artes, propter opum abundantiam, plurimum auctæ ſunt, & tunc memorantur artifices maximi floruiſſe: è quorum numero eſt Phidias Statuarius.* Vitruvius in *Proœmio libri tertii* reponit Myronem, Polycletum, Phidiam, Lyſippum, inter Statuarios qui non vulgarem eximiæ Artis famam ſunt conſecuti. Cicero de claris Oratoribus: *Athenienſium plus interfuit firma tecta in domiciliis habere, quàm Minervæ ſignum ex ebore pulcherrimum: tamen ego me Phidiam eſſe mallem, quàm vel optimum fabrum lignarium. Quare non quantum quiſque proſit, ſed quanti quiſque ſit, ponderandum eſt; præſertim cùm pauci pingere egregie poſſint aut fingere: operarii autem aut bajuli deeſſe non poſſint.* Idem ibidem: *Quinti Hortenſii admodum adoleſcentis ingenium, ut Phidiæ ſignum, ſimul adſpectum & probatum eſt.* Idem in Bruto: *Phidiæ ſimulacris nihil in illo genere perfectius videmus.* Prolixe Phidiam laudat Dio Chryſoſtomus Orat. XII. Martialis lib. III, Epigr. 35, de piſcibus ſculptis;

Artis Phidiacæ toreuma clarum
Piſces adſpicis? Adde aquam, natabunt.

Juvenalis

Juvenalis Satyra VIII, verſu 103:

Et cum Parrhaſii tabulis, ſigniſque Myronis,
Pheidiacum vivebat ebur. - - -

Phidias quodam veluti enthuſiaſmo agitatus atque impulſus ad Artem acceſſit. Unde & Suidas in Ἰάκωβος ἰατρός, poſt magnifica eximii Medici præconia, tribuit eidem τὴν ἐρωτικὴν τῆς φιλοτεχνίας ἐπιμέλειαν, ἣ μάλιστα φιλεῖ τοὺς τεχνίτας ἑκάστους οἰκειοῦν καὶ προσάγειν τοῖς ἐφορίοις τῆς τέχνης· οὕτω καὶ Φειδίαν ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν, οὕτω καὶ Ζεῦξιν εἰκάζειν τὰ ἀγάλματα: *Amatoriam artis diligentiam, quæ ſingulos maxime artifices familiariter ſibi conciliare atque ad artis confinia deducere ſolet: ſic & Phidiam veluti numine quodam afflatum fabricaſſe, ſic & Zeuxim repræſentaſſe imagines.* Cum his Suidæ verbis conſonat illud Plinii libro XXXV, cap. 10: *Nicophanes impetuoſi animi, & cui pauci comparentur.* Et rurſus: *Impetus animi & quædam artis libido in hæc potius tulere Protogenem.* Vide quæ nos de hac impetuoſæ mentis occulta libidine fuſe diximus *libro primo de Pictura Veterum, cap. 4, §. 1.*

Phidias multiplici & maxime ad has artes neceſſaria eruditione fuit inſtructus. Inſigne hujus rei documentum affert Tzetzes *Chiliade* VIII, *hiſt.* 193. Athenienſes, inquit, cùm in animo haberent inſigne aliquod ſimulacrum ſuper excelſa columna Minervæ conſecrare, Phidiæ atque Alcameni dederunt in mandatis ut ſinguli quàm poſſent optimum ejus Deæ ſignum ſculperent; quo deinde geminarum imaginum unam, quæ omnium judicio primas elegantiæ ferret, dedicarent. Alcamenes Geometriæ atque Optices expers talem Deam fecit, ut nihil ea prope adſpectantes elegantius fieri potuiſſe judicaverint: at Phidias, circa plurium artium ſpecies præſtantiſſimus, præcipue tamen in Opticis & Geometricis verſatiſſimus, conſiderans pro ratione altitudinis totam quoque rerum faciem immutari, labia Deæ aperta fecit, nares ejus convulſas, & cætera ad hunc modum. In medium itaque prolato utroque ſimulacro atque omnium oculis expoſito, parum abfuit quin Phidiam univerſa multitudo lapidibus inceſſeret: donec tandem imaginibus in deſtinatam altitudinem evectis, immane quantum diſcrimen omnes deprehenderint. Totius itaque rei caſu adeo manifeſte verſo, Alcamenem inſignis infamia, Phidiam vero debita laus & gratulatio ſunt proſecuta.

Φασί τινα τῶν πλαστῶν, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο κατ' ἀξίαν τοῦ ὄνυχος ἀναπλασθείς: *Ferunt quendam Statuariorum, Phidiam puto, unguem tantum leonis videntem, ex illo æſtimaſſe quantus futurus eſſet leo totus ad æſtimationem oſtenſi unguis efformatus*, Lucianus in Hermotimo.

Iſocrates circa initium Orationis de Permutatione, contendit fœdam indignamque maximorum Artificum extenuationem eſſe, Εἴ τις Φειδίαν τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον, τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον· ἢ Ζεῦξιν καὶ Παρράσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν τέχνην φαίη τοῖς τὰ πινάκια γράφουσιν: *Si quis Phidiam, qui Minervæ ſimulacrum fecit, puparum fictorem appellare auderet: aut Zeuxidis & Parrhaſii eandem eſſe artem diceret, cum arte eorum qui tabellas pingunt.*

Dionyſius Halicarnaſſenſis in Iſocrate, cenſet Polycleti ac Phidiæ artem in pretio olim habitam, κατὰ τὸ σεμνὸν καὶ μεγαλότεχνον καὶ ἀξιωματικόν: *Propter gravitatem, præſtantiam artis, & dignitatem.* Calamidis vero & Callimachi opera pluris fieri ſolita, τῆς λεπτότητος ἕνεκα καὶ τῆς χάριτος: *Propter exilitatem & venuſtatem.*

Illud interim σεμνὸν καὶ ἀξιωματικόν, quod Polycleto ac Phidiæ veluti ex æquo largitur Halicarnaſſenſis Dionyſius, aliter atque aliter utrique tribuit Strabo *libro octavo, pagina* 372, *D.* Nam hæc ejus verba, τὰ Πολυκλείτου ξόανα τῇ μὲν τέχνῃ κάλλιστα τῶν πάντων, πολυτελείᾳ δὲ καὶ μεγέθει τῶν Φειδίου λειπόμενα, videntur innuere ſtatuas Polycleti omnium pulcherrimas præcipuam ſuæ majeſtatis vim traxiſſe ex arte; Phidiæ vero ſimulacra potiſſimum admirandæ venerationis decus accepiſſe ex ipſa totius operis mole ſumptuumque impenſa. Atque ita quoque accipiendum videtur illud Quintiliani libro XII, cap. 10: *Quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur: Phidias tamen Diis quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur. In ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem feciſſet: cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo majeſtas operis Deum æquavit.* Huc denique reſpexit etiam Arriani Epictetus lib. 1, cap. 6: Εἰς Ὀλυμπίαν ἀποδημεῖτε, ἵν' ἴδητε τὸ ἔργον τοῦ Φειδίου· καὶ ἀτύχημα ἕκαστος ὑμῶν οἴεται, τὸ ἀνιστόρητον τούτων ἀποθανεῖν: *Ad Olympia proficiſcimini, ut Phidiæ opus videatis: & in malis quiſque ſuis numerat, horum inſcium mori.* Vide quoque quæ de Phidia atque hoc ejus Jove habet Photius in *excerptis ex Himerii Oratione in Anatolium Præfectum, col.* 1139.

Tot ac tanta certe hujus ſimulacri encomia paſſim apud Scriptores antiquos occurrunt, ut nullius unquam Artificis opus majore admirationis horrore ſpectatorum olim animos perculiſſe videatur: quamobrem quoque inter ſeptem opera mirabilia retulerunt vete-

res *ſignum Jovis Olympii, quod fecit Phidias ex ebore & auro ſedens; pedes ſexaginta*, Hyginus fabula 223. *Phidiæ*, inquit Plinius lib. VII nat. hiſt. cap. 38, *Jupiter Olympius quotidie teſtimonium perhibet.* Seneca Rhetor libri decimi Controverſia 5: *Non vidit Phidias Jovem; fecit tamen, velut tonantem. Nec ſtetit ante oculos ejus Minerva; dignus tamen illa arte animus, & concepit Deos & exhibuit.*

Anthologia Græc. Epigrammatum, lib. IV cap. 6:

> Ἢ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων,
> Φειδία, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Juppiter ad terras, an ad æthera Phidia venit,*
> *Ut viſo fieret talis imago Deo?*

Φειδίαν δὲ τὸν ἐργασάμενον τὸ ἄγαλμα εἶναι, καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐς μαρτυρίαν ὑπὸ τοῦ Διὸς γεγραμμένον τοῖς ποσί· Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ' ἐποίησε: *Phidiam vero eſſe fabricatorem ſimulacri, teſtatur quoque inſcriptio pedibus ipſius Jovis ſubſcripta: Phidias Charmidæ filius Athenienſis me fecit*, Pauſanias lib. V, pag. 303; ubi mox etiam ſequitur auguſtiſſimi templi ſtupendæque imaginis luculenta deſcriptio. Ac Phidiacum quidem ſimulacrum hunc fere in modum depingit Pauſanias *pag.* 306 *edit. Wechelianæ* 1613. Nos vero accuratiſſimam hanc Jovis Olympii deſcriptionem nonnihil etiam aliis auctoribus illuſtrabimus.

Καθέζεται μὲν δὴ ὁ Θεὸς ἐν θρόνῳ χρυσοῦ πεποιημένος καὶ ἐλέφαντος. στέφανος δὲ ἐπίκειταί οἱ τῇ κεφαλῇ, μεμιμημένος ἐλαίας κλῶνας. ἐν μὲν δὴ τῇ δεξιᾷ φέρει Νίκην ἐξ ἐλέφαντος καὶ ταύτην καὶ χρυσοῦ, ταινίαν τε ἔχουσαν, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ στέφανον· τῇ δὲ ἀριστερᾷ τοῦ Θεοῦ χειρὶ ἔνεστι σκῆπτρον μετάλλοις τοῖς πᾶσιν ἠνθισμένον. ὁ δὲ ὄρνις ὁ ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ καθήμενος, ἐστὶν ὁ ἀετός. χρυσοῦ δὲ καὶ τὰ ὑποδήματα τῷ Θεῷ, καὶ ἱμάτιον ὡσαύτως ἐστί. τῷ δὲ ἱματίῳ ζῴδιά τε καὶ τῶν ἀνθῶν τὰ κρίνα ἐστὶν ἐμπεποιημένα. ὁ δὲ θρόνος ποικίλος μὲν χρυσῷ καὶ λίθοις, ποικίλος δὲ καὶ ἐβένῳ τε καὶ ἐλέφαντι. ἔστι καὶ ζῷά τε ἐπ' αὐτοῦ, γραφῇ μεμιγμένα· καὶ ἀγάλματά ἐστιν εἰργασμένα. Νῖκαι μὲν δὴ τέσσαρες, χορευουσῶν παρεχόμεναι σχῆμα κατὰ ἕκαστον τοῦ θρόνου τὸν πόδα· δύο δὲ εἰσιν ἄλλαι πρὸς ἑκάστου πτέρνῃ ποδός· τῶν ποδῶν δὲ ἑκατέρῳ τῶν ἔμπροσθεν, παῖδές τε ἐπίκεινται Θηβαίων ὑπὸ σφιγγῶν ἡρπασμένοι· καὶ ὑπὸ τὰς σφίγγας, Νιόβης τοὺς παῖδας Ἀπόλλων κατατοξεύουσι καὶ Ἄρτεμις. τοῦ δὲ ἐκ τοῦ θρόνου μεταξὺ ποδῶν τέσσαρες κανόνες εἰσὶ ποδὸς, ἐς πόδα ἕτερον διήκων ἕκαστος. τῷ μὲν δὴ κατ' εὐθὺ τῆς ἐσόδου κανόνι, ἑπτά ἐστιν ἀγάλματα ἐπ' αὐτῷ. τὸ γὰρ ὄγδοον ἐξ αὐτῶν οὐκ ἴσασι τρόπον ὅντινα ἐγένετο ἀφανές. εἴη δ' ἂν ἀγωνισμάτων ἀρχαίων ταῦτα μιμήματα.

(a) *Sedet Deus in ſolio ex auro atque ebore fabricato. Capiti ejus impoſita eſt corona referens oleæ ſurculos. Dextra fert Victoriam & ipſam ex ebore atque auro, habentem quoque tæniam & coronam in capite. Læva tenet pulcherrimum ſceptrum, varietate metallorum omnium eſſloreſcens. Avis autem ſceptro inſidens, eſt aquila. Aurei quoque ſunt Dea calcei, quemadmodum & pallium: ipſi vero pallio intextæ ſunt variæ animantium formæ, atque ex floribus lilia maxime. Solium variegatum eſt auro & lapidibus pretioſis, nec non ebeno atque ebore: ſunt & animalia in eo picturæ intermixta. Ad ſingulos etiam ſolii pedes factæ quoque ſunt quatuor Victoriarum imagines, ſaltantium ſpeciem referentes: duæ itidem aliæ ſunt ad plantam pedis poſitæ. Utrique vero anteriorum pedum impoſiti ſunt pueri Thebanorum, à Sphingibus rapti; & infra Sphingas Apollo & Diana ſagittis configunt liberos Niobes. Inter pedes è ſolio demiſſos, quatuor intercurrunt pedis regulæ, quarum unaquæque uſque ad alterum pedem pertingit. In ea regula quæ ſe recta ingreſſis affert, ſeptem adhuc ſe oſtendunt ſigilla: neſciunt enim qua ratione octavum eorum diſparuerit. Fortaſſe vero ſint illa*

(a) *Sedet Deus in ſolio.*] Ἐκοσμήθη δ' ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀναθημάτων, ἅπερ ἐκ πάσης ἀνετίθετο τῆς Ἑλλάδος· ὧν ἦν καὶ ὁ χρυσοῦς σφυρήλατος Ζεὺς, ἀνάθημα Κυψέλου τοῦ Κορινθίων τυράννου· μέγιστον δὲ τούτων ὑπῆρξε τὸ τοῦ Διὸς ξόανον, ὃ ἐποίησε Φειδίας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον, τηλικοῦτον τὸ μέγεθος, ὡς καίπερ μεγίστου ὄντος τοῦ νεὼ, δοκεῖν ἀστοχῆσαι τῆς συμμετρίας τὸν τεχνίτην, καθήμενον ποιήσαντα, ἁπτόμενον δὲ σχεδὸν τῇ κορυφῇ τῆς ὀροφῆς· ὥστ' ἔμφασιν ποιεῖν, ἐὰν ὀρθὸς γένηται διαναστὰς, ἀποστεγάσειν τὸν νεών: *Ornatum eſt templum Olympicum donis ex univerſa Græcia ibi dedicatis. Inter hæc eſt etiam Jupiter ex auro ductus ſive ſoladus; donum Cypſeli Corinthiorum tyranni. Maximum horum erat eburnium Jovis ſimulacrum, quod fecit Phidias Charmini filius tantæ magnitudinis, ut, quamvis maximum ſit templum, bonam tamen juſtæ proportionis rationem videatur habuiſſe artifex, quod ſedentem fecit, ac vertice culmen templi propemodum contingentem; ita ut ex ipſa ſpecie appareat eum, ſi ſurgens erigeret ſe, nudaturum eſſe templum tecto*, Strabo libro octavo, pag. 353, D.

μήματα· οὐ γάρ πω τὰ ἐς τοὺς παῖδας ἐπὶ ἡλικίας ἤδη καθειστήκει τῆς Φειδίου. τὸν δὲ αὐτὸν ταινίᾳ τὴν κεφαλὴν ἀναδούμενον ἐοικέναι τὸ εἶδος Παντάρκει λέγουσι· μειράκιον δὲ Ἠλεῖον τὸν Πάνταρκες ἐρώμενον εἶναι τοῦ Φειδίου. ἀνείλετο δὲ καὶ ἐν παισὶν ὁ Πάνταρκες πάλης νίκην ὀλυμπιάδι ἕκτῃ πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα. Ἐπὶ δὲ τῶν κανόνων τοῖς λοιποῖς, ὁ λόχος ἐστὶν ὁ σὺν Ἡρακλεῖ μαχόμενος πρὸς Ἀμαζόνας. ἀριθμὸς μὲν δὴ συναμφοτέρων ἐς ἐννέα ἐστὶ καὶ εἴκοσι. τέτακται δὲ καὶ Θησεὺς ἐν τοῖς συμμάχοις τοῦ Ἡρακλέους. Ἀνέχουσι δὲ οὐχ οἱ πόδες μόνοι τὸν θρόνον, ἀλλὰ καὶ κίονες, ἴσοι τοῖς ποσὶ μεταξὺ ἑστηκότες τῶν ποδῶν. Ὑπελθεῖν δὲ οὐχ οἷόν τε ἐστὶν ὑπὸ τὸν θρόνον, ὥσπερ γε καὶ ἐν Ἀμύκλαις ἐς τὰ ἐντὸς τοῦ θρόνου παρερχόμεθα. Ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ ἐρύματα. . . . Ὅσον μὲν ἀπαντικρὺ τῶν θυρῶν ἐστιν, ἀλήλιπται κυανῷ μόνον. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτῶν παρέχεται Παναίνου γραφάς. ἐν δὲ αὐταῖς ἐστι μὲν οὐρανὸν καὶ γῆν Ἄτλας ἀνέχων· παρέστηκε δὲ καὶ Ἡρακλῆς ἐκδέξασθαι τὸ ἄχθος ἐθέλων τοῦ Ἄτλαντος. Ἔτι δὲ Θησεύς τε καὶ Πειρίθους, καὶ Ἑλλάς τε καὶ Σαλαμὶς ἔχουσα ἐν τῇ χειρὶ τὸ ἐπὶ ταῖς ναυσὶν ἄκραις ποιούμενον κόσμον· Ἡρακλέους τε τῶν ἀγωνισμάτων τὸ ἐς τὸν λέοντα τὸν ἐν Νεμέᾳ, καὶ τὸ ἐς Κασσάνδραν παρανόμημα Αἴαντος. Ἱπποδάμειά τε ἡ Οἰνομάου σὺν τῇ μητρί, καὶ Προμηθεὺς ἔτι ἐχόμενος μὲν ὑπὸ τῶν δεσμῶν, Ἡρακλῆς δὲ ἐς αὐτὸν ὁρῶν. . . . Τελευταῖα δὲ ἐν τῇ γραφῇ, Πενθεσίλειά τε ἀφιεῖσα τὴν ψυχήν, καὶ Ἀχιλλεὺς ἀνέχων ἐστὶν αὐτήν. καὶ Ἑσπερίδες δύο φέρουσι τὰ μῆλα, ὧν ἐπιτετράφθαι λέγονται τὴν φρουράν. Πάναινος μὲν δὴ οὗτος ἀδελφός τε ἦν Φειδίου, καὶ αὐτοῦ καὶ Ἀθήνησιν ἐν Ποικίλῃ τὸ Μαραθῶνι ἔργον ἐστὶ γεγραμμένον. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἀνωτάτω τοῦ θρόνου, πεποίηκεν ὁ Φειδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀγάλματος, τοῦτο μὲν Χάριτας, τοῦτο δὲ Ὥρας, τρεῖς ἑκατέρας. εἶναι γὰρ θυγατέρας Διὸς καὶ ταύτας ἐν ἔπεσίν ἐστιν εἰρημένα. . . . Τὸ ὑπόθημα δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῖς ποσίν, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ καλούμενον θρανίον, λέοντάς τε χρυσοῦς, καὶ Θησέως ἐπειργασμένην ἔχει μάχην τὴν πρὸς Ἀμαζόνας, τὸ Ἀθηναίων πρῶτον ἀνδραγάθημα

illa certaminum priſcorum imitamina: nondum enim ea qua Phidias viguit ætate, ludi adhuc puerorum erant inſtituti. Eum (b) *autem qui ſibimet ipſi caput tænia præcingit, ſpecie corporis Pantarci quam ſimillimum eſſe dicunt: erat is adoleſcentulus Eleus, quem Phidias habebat in deliciis. Tulit etiam in puerorum lucta idem Pantarces palmam Olympiade ſexta ſupra octogeſimam. In reliquis regulis cohors eſt, quæ cum Hercule pugnavit adverſus Amazonas: & numerus quidem utriuſque partis eſt novem & viginti. Inter commilitones Herculis locatus quoque eſt Theſeus. Solium autem non ſoli pedes ſuſtinent, ſed & mediæ inter binos pedes columnæ pedibus magnitudine pares. Fieri non poteſt ut ſolium ipſum ſubeamus, quemadmodum neque Amyclis in ſolii interiora tranſimus. In Olympia ſunt quædam ſepta. . . . Quantum igitur ex adverſo valvarum eſt, cæruleo colore inungitur; reliqua eorum exhibent* (c) *Panæni picturas. Inter eos eſt Atlas, cælum terramque ſuſtinens; etiam Hercules adſtat, Atlantis onus ſuſcipere jam paratus: Theſeus adhæc & Pirithous & Hellas & Salamis habens in manu ornatum qui extremis addi ſolet navibus. Herculis cum Nemeo leone pugna, & Ajacis in Caſſandram iniquitas. Hippodamia Oenomai filia cum matre, Prometheus adhuc vinculis conſtrictus & Hercules oculos in eum conjectos habens. . . . Poſtrema ſunt in pictura, Pentheſilea agens animam, eamque ſuſtinens Achilles: etiam Heſperides ferunt mala cuſtodiæ earum commiſſa. Panænus hic Phidiæ frater fuit, atque ejus quoque Athenis in Pœcile eſt pictura pugnæ Marathoniæ. In celſiſſima ſolii parte fecit Phidias ſuper caput ſimulacri tum Gratias, tum Horas, tres utraſque. Nam & Horas eſſe Jovis filias, tradunt carmina poëtarum. . . . Aſſula pedibus Jovis ſubjecta inſculptos habet leones aureos, & Theſei adverſus Amazones prælium, primum ſpecimen virtutis ab Athenienſibus in exteros*

(b) *Eum qui ſibimet ipſi caput tænia præcingit.*] Hujus Pantarcis caput ſibi tæniâ redimentis imaginem juſtæ magnitudinis à Phidia factam & in Elide quoque dedicatam fuiſſe docet Pauſanias *lib.* VI, *pag.* 350, 50. Atque hic eſt idem ille Pantarces de quo hæc habet Arnobius adverſus Gentes lib. VI: *Inter ſignifices ille memoratus Phidias eſt primos: cum Olympii formam Jovis molimine operis extuliſſet immenſi, ſuper Dei digito Pantarces inſcripſit pulcher. Nomen autem fuerat amati ab ſe pueri atque obſcœna cupiditate dilecti; neque ullo metu eſt aut religione commotus, Deum nomine proſtibuli compellare: quinimo exoleto Jovis numen ſimulacrumque ſacrare. Uſque adeo ludus eſt & puerilis affectio ſigillaria iſta formare, adorare pro Diis ea, ſanctitatibus accumulare divinis: cum ipſos videamus artifices in effingendis his ludere, & libidinum propriarum monumenta ſarcire.* Hauſit hæc Arnobius ex Clementis Alexandrini Protreptico.

(c) *Panæni picturas exhibent.*] Addit paullo poſt hoc ipſo in loco Pauſanias: *Panænus hic Phidiæ frater fuit, atque ejus quoque Athenis in Pœcile eſt pictura pugnæ Marathoniæ.* Plura de hoc Pictore non vulgari ex Plinio & Strabone ſupra diximus in PANÆNUS.

γάλμα ἐς οὐχ ὁμοφύλους. Ἐπὶ δὲ τοῦ βάθρου τοῦ θρόνον τε ἀνέχοντος καὶ ὅσος ἄλλος κόσμος περὶ τὸν Δία· ἐπὶ τούτου τοῦ βάθρου χρυσᾶ ποιήματα, ἀναβεβηκὼς ἐπὶ ἅρμα Ἥλιος, καὶ Ζεύς τέ ἐστι καὶ Ἥρα· παρὰ δὲ αὐτὸν Χάρις· ταύτης δὲ Ἑρμῆς ἔχεται, τοῦ Ἑρμοῦ δὲ Ἑστία· μετὰ δὲ τὴν Ἑστίαν Ἔρως ἐστὶν ἐκ θαλάσσης Ἀφροδίτην ἀνιοῦσαν ὑποδεχόμενος. τὴν δὲ Ἀφροδίτην στεφανοῖ Πειθώ: ἐπείργασται δὲ καὶ Ἀπόλλων σὺν Ἀρτέμιδι, Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἡρακλῆς. καὶ ἤδη τοῦ βάθρου πρὸς τῷ πέρατι Ἀμφιτρίτη καὶ Ποσειδῶν, Σελήνη τε ἵππον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐλαύνουσα. τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένα ἐφ᾽ ἡμιόνου τὴν θεὸν ὀχεῖσθαι, καὶ οὐχ ἵππου. καὶ λόγον γέ τινα ἐπὶ τῷ ἡμιόνῳ λέγουσιν εὐήθη. Μέτρα δὲ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ Διὸς ἐς ὕψος τε καὶ εὖρος ἐπιστάμενος γεγραμμένα, οὐκ ἐν ἐπαίνῳ θήσομαι τοὺς μετρήσαντας. ἐπεὶ καὶ τὰ εἰρημένα αὐτοῖς μέτρα πολύ τι ἀποδέοντά ἐστιν, ἢ τοῖς ἰδοῦσι παρέστηκεν ἐς τὸ ἄγαλμα δόξα. ὅπου γε καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν μάρτυρα ἐς τοῦ Φειδίου τὴν τέχνην γενέσθαι λέγουσιν. Ὡς γὰρ δὴ ἐκτετελεσμένον ἤδη τὸ ἄγαλμα ἦν, ηὔξατο ὁ Φειδίας ἐπισημῆναι τὸν Θεὸν, εἰ τὸ ἔργον ἐστὶν αὐτῷ κατὰ γνώμην. αὐτίκα δ᾽ ἐς τοῦτο τοῦ ἐδάφους κατασκῆψαι κεραυνόν φασιν, ἔνθα ὑδρία καὶ ἐπίθημα ἐς ἐμὲ ἦν ἡ χαλκῆ. Ὅσον δὲ τοῦ ἐδάφους ἐστὶν ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, τοῦτο οὐ λευκῷ, μέλανι δὲ κατεσκεύασται τῷ λίθῳ: περιθεῖ δὲ ἐν κύκλῳ τὸν μέλανα λίθου Παρίου κρηπὶς, ἔρυμα εἶναι τῷ ἐλαίῳ τῷ ἐκχεομένῳ. ἔλαιον γὰρ τῷ ἀγάλματί ἐστιν ἐν Ὀλυμπίᾳ συμφέρον, καὶ ἔλαιόν ἐστι τὸ ἀπεῖργον, μὴ γίνεσθαι τῷ ἐλέφαντι βλάβος διὰ τὸ ἑλῶδες τῆς Ἄλτεως. ἐν ἀκροπόλει δὲ τῇ Ἀθηναίων τὴν καλουμένην παρθένον, οὐκ ἔλαιον, ὕδωρ δὲ τὸ ἐς τὸν ἐλέφαντα ὠφελοῦν ἐστιν. ἅτε γὰρ αὐχμηρᾶς τῆς ἀκροπόλεως οὔσης διὰ τὸ ἄγαν ὑψηλὸν, τὸ ἄγαλμα ἐλέφαντος πεποιημένον, ὕδωρ καὶ δρόσον τὴν ἀπὸ τοῦ ὕδατος ποθεῖ. Ἐν Ἐπιδαύρῳ δὲ ἐρομένου μου καθ᾽ ἥντινα αἰτίαν οὔτε ὕδωρ τῷ Ἀσκληπιῷ σφίσιν, οὔτε ἔλαιόν ἐστιν ἐγχέειν, ἐδίδασκόν με οἱ περὶ τὸ ἱερὸν, ὡς καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ θρόνος ἐπὶ φρέατι εἴη πεποιημένα.

exteros editum. In illa vero baſi quæ ſolium & montem ſuſtinet, alia Jovi addita ſunt ornamenta: in illa baſi ex auro ſunt opera, Sol conſcendens currum, etiam Jupiter & Juno, ac juxta illum Gratia, eam vero excipit Mercurius, Mercurium Veſta, poſt Veſtam eſt Amor excipiens Venerem è mari emergentem, Venerem denique coronat Suada. Inſuper quoque ſculptus eſt Apollo cum Diana, Minerva quoque & Hercules. Ac tandem circa extremitatem illius baſis eſt Amphitrite & Neptunus, Luna quoque (ut mihi quidem videtur) equum ad curſum incitans. Alii tamen dicunt mulo, non equo, Deam vehi, & referunt fatuam prorſus de mulo fabulam. Menſuram (d) *Olympii Jovis ſcio quoſdam in longitudinem pariter & latitudinem deſcripſiſſe, menſores tamen iſtos parum probo, cum ab illis tradita menſura plurimum recedat ab oculorum judicio, ſi quis coram inſpiciat. Tradunt & ipſius Dei teſtimonio artem Phidiæ comprobatam: quum enim perfectum jam eſſet ſimulacrum, rogavit Phidias Deum ut ſigno dato teſtaretur numquid ei placeret opus, repente de cælo tactam perhibent eam partem pavimenti, ubi ad hanc meam uſque ætatem conſpicitur urna ænea & operculum. Quantum vero pavimenti eſt à fronte ſimulacri, non candido, ſed nigro conſtratum eſt lapide: ambit autem nigrum iſtum lapidem crepido ex Pario lapide, ut cohibeat oleum effuſum. Oleum* (c) *etenim Olympico ſimulacro perquàm eſt utile, probibetque ne quam ebur noxam contrahat ex Altis paludinoſa natura. At contra in Athenienſium arce, quæ locus eſt aridus & valde celſus, eburneum ſimulacrum illius Minervæ quam Virginem vocant, non oleum, ſed aquæ irrorationem poſtulat. Etiam* (f) *Epidauri, cùm ſciſcitarer quamobrem neque oleum neque aquam Æſculapii ſimulacro affudiſſent, docuerunt me æditui, ſtatuam ipſam ac ſolium ejus imminere puteo.*

Ad hanc Jovis Olympii fabricam pertinent & ſequentia. *Phidias Homeri verſibus egregio dicto alluſit*, inquit Val. Maximus lib. III, cap. 7, exemplo ext. 4. *Simulacro enim Jovis Olympii perfecto, quo nullum præſtantius aut admirabilius humanæ fabricæ manus fecit, interrogatus ab amico, Quonam mentem ſuam dirigens vultum Jovis,* propē

(d) *Menſuram Olympii Jovis.*] *Menſuram hujus ſimulacri cùm alii deſcripſerunt*, inquit Strabo libro octavo, pagina 354, A, *tum Iambico quodam carmine Callimachus.*

(c) *Oleum ſimulacro perquàm utile.*] Plinius lib. xv nat. hiſt. cap. 7. *Veteri oleo uſus eſt ad quædam genera morborum. Exiſtimatur & ebori vindicando à carie utile eſſe. Certe ſimulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum eſt.*

(f) *Etiam Epidauri.*] Epidauricum hoc Æſculapii ſimulacrum à Phidia quoque ſculptum fuiſſe diſcimus ex Athenagoræ Legatione pro Chriſtianis, ubi ait, ὁ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς, ἔργον Φειδίου. Vide interim numquid hæc fuerit illa Æſculapii imago, cui Dionyſium Syracuſanorum tyrannum auream barbam eripuiſſe auctor eſt Valerius Maximus *lib. 1, cap. 1, exempl. extr. 3.*

propemodum ex ipſo cœlo petitum, eboris lineamentis eſſet amplexus: illis ſe verſibus, quaſi magiſtris, uſum reſpondit:

> Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
> Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτ@,
> Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

> *Dixit & nigris ſuperciliis annuit Saturnus.*
> *Divina autem coma commovebatur Regis*
> *In capite immortali, magnum autem concuſſit Olympum.*

Verſus hi Poëtæ principis occurrunt Iliados Α, verſu 529; ubi vide Euſtathium: qui non tantùm Phidiam tradit Jovem Olympicum ad hoc exemplar finxiſſe, ſed Euphranorem quoque narrat miro caſu inductum, ut picturam Jovis ad idem exemplar conformaret. Vide quoque *Plutarchum in Paulo Æmilio; Suidam in* Φειδίας; maxime vero *Strabonem lib.* VIII, *pag.* 354, *A*; & *Macrobium lib.* V *Saturnalium*, *cap.* 13. Aliter Cicero de perfecto Oratore: *Phidias, cùm faceret Jovis formam aut Minervæ, non contemplabatur aliquem è quo ſimilitudinem duceret; ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius ſimilitudinem artem & manum dirigebat.* Lucianus pro Imaginibus: *Phidiam ferunt, abſoluto apud Eleos Jove ac primùm in lucem producto, ſtetiſſe poſt valvas excepturum quid in iſthoc opere laude vel vituperio dignum judicarent ſpectatores. Cæterum hic quidem carpebat naſum, quaſi plus juſto craſſiorem: alius faciem, ut nimis oblongam: tertius aliud quid in opere emendatiſſimo deſiderabat: deinde, digreſſis omnibus, Phidiam ad plurium opinionem ſtatuam emendaſſe. Neque enim exile aut contemnendum exiſtimabat populi uſque adeo numeroſi conſilium: verùm hoc ſibi jam olim perſuaſerat, multos plus ſemper quàm unum pervidere; quamquam ipſe Phidiam ſe eſſe ſatis meminiſſet.*

Extra Altin eſt domus, quæ Phidiæ officina (ἐργαστήριον Φειδίου) *nuncupatur: quòd Phidias ibi ſingulas divinæ imaginis partes fecerit, antequam in unum compingerentur*, Pauſanias libro quinto, pag. 315, 12.

Phidiæ poſteri, accepto ab Eleïs honorario ut ſimulacrum Jovis Olympii ab inſidentibus adhærentibusque ſordibus repurgarent (unde & φαιδρυνταὶ cognominati) *ſacra facere ſolebant Minervæ, quæ olim dicebatur Ergane, prius quàm huic operi manum admoverent*, Pauſanias libro quinto, pag. 313, 49. Quandoquidem igitur liquet Eleos hunc honorem habuiſſe Phidiæ ob navatam ſtrenue operam, ut in poſteros ejus adeo magnificam compendioſamque functionem conferrent, fictum quoque dixerim argumentum illius Controverſiæ quæ apud Senecam Rhetorem eſt ſecunda libri octavi: LEX. *Sacrilego præcidantur manus.* THEMA. *Eleï ab Athenienſibus Phidiam acceperunt, ut is Jovem Olympium faceret: pacto interpoſita, ut aut Phidiam, aut centum talenta redderent. Jove perfecto, Elei Phidiam aurum rapuiſſe dixerunt, & manus tanquam ſacrilego præciderunt: truncatum Athenienſibus reddunt. Petunt Athenienſes centum talenta. Contradicitur.*

Proximum nunc eſt ut accedamus ad illud Minervæ ſimulacrum eburneum, de quo ſupra Plinius; *Phidias præter Jovem Olympium, quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore æque Minervam Athenis, quæ eſt in Parthenone adſtans:* Τὸ δ' ἄστυ αὐτὸ, inquit Strabo, lib. IX, pag. 396, πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τό τε τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὅ, τε ἀρχαῖ@ νεὼς ὁ τῆς Πολιάδ@, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστ@ λύχν@· καὶ ὁ Παρθενὼν ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖν@, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον, ἡ Ἀθηνᾶ: *Aſtu ipſum eſt ſaxum in planitie, undiquaque domiciliis circumdatum: eſt autem in hoc ſaxo Minervæ templum, & vetuſta Poliadis ædes, in qua eſt lucerna inexſtincta: item Parthenon, Ictini opus, in quo eſt Minerva eburnea Phidiæ.* Τὸν Ὀλυμπίασι Δία, inquit Clemens Alexandrinus in Protreptico, καὶ τὴν Ἀθήνησι Πολιάδα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντ@ κατασκευάσαι Φειδίαν, παντί που σαφές: *Olympiæ quidem Jovem, & Athenis Poliadem ex auro atque ebore ſculpſiſſe Phidiam, ignotum eſt nemini.* Meminit quoque hujus Minervæ Cicero in Paradoxis; *Hoc opus in apertum ut proferas, nihil poſtulo; non enim eſt tale, ut in arce poni poſſit, quaſi illa Minerva Phidiæ: ſed tamen eſt tale, ut ex eadem officina exiſſe appareat.* Ovidius lib. IV de Ponto, Eleg. 1:

> *Arcis ut Actææ vel eburna vel ærea cuſtos*
> *Bellica Phidiaca ſtat Dea facta manu.*

De ipſo autem ſimulacro hujus Minervæ nonnihil dicturi, ante omnia notare debemus illud Valer. Max. lib. I, cap. 1, exempl. ext. 7: *Athenienſes Phidiam tulerunt, quamdiu is marmore potius quàm ebore Minervam fieri debere dicebat; quòd diutius nitor eſſet manſurus. Sed ut adjecit, & vilius: tacere juſſerunt.* Maximus Tyrius Diſ-

ſertat.

ſertat. XXVI: Φειδίας ἐδημιούργησεν Ἀθηνᾶν οὐδὲν τῶν Ὁμήρου ἐπῶν φαυλοτέραν, παρθένον καλὴν, γλαυκῶπιν, ὑψηλὴν, αἰγίδα ἀνεζωσμένην, κόρυν φέρουσαν, δόρυ ἔχουσαν, ἀσπίδα ἔχουσαν: *Phidias fabricavit Minervam nulla ex parte Homericis verſibus deteriorem, virginem pulchram, cæſios oculos habentem, proceram, ægide præcinctam, galeam ferentem, habentemque haſtam & clypeum.* Euſebii Chronicon ad Olympiadis LXXXV annum ſecundum: *Phidias eburneam Minervam facit.* Ubi vide Joſ. Scaligerum.

Ad ipſum Deæ ſignum pertinent ea quæ tradit Pauſanias *lib.* 1, *pag.* 43, 31. Quæcunque ſigna poſita ſunt in anteriore pinnaculo templi quod Parthenona vocant, inquit Pauſanias, pertinent ad Minervæ natales: poſterioris vero pinnaculi ſigna repræſentant Neptuni & Minervæ ſuper Attica certamen. Ipſum Deæ ſignum ex ebore atque auro factum eſt. Mediæ galeæ impoſita eſt imago ſphingis; utrumque latus galeæ tenent gryphes; ſunt autem gryphes belluæ leonibus ſimiles, habentesque alas & os aquilæ. Statua autem Minervæ recto ſtatu eſt, in tunica talari, habetque in pectore caput Meduſæ ex ebore factum: Victoria quoque, cubitorum fere quatuor: manu vero tenet haſtam; adjacetque pedibus ejus ſcutum: etiam prope haſtam eſt draco, qui fortaſſe credi poſſit Erichthonius eſſe. Simulacri baſis inſculptam habet Pandoræ generationem. Hæc Pauſaniæ verba nonnihil illuſtrant ſequentia. Εἰ καὶ σφόδρα ἦν σοφὸς ὁ Φειδίας ἐν χρυσῷ καὶ ἐλέφαντι μορφὴν ἐπιδείξασθαι θείαν ἢ ἀνθρωπίνην, ὅμως χρόνου γε ἐδεῖτο καὶ σχολῆς πλείονος εἰς τὰ ἔργα· λέγεται οὖν, ἡνίκα ἐδημιούργει τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδὲ εἰς τὴν κρηπῖδα τῆς θεοῦ μόνην ὀλίγον χρόνον προσδαπανηθῆναι: *Etiamſi ad exprimendam auro atque ebore Dei atque hominis effigiem valde peritus eſſet Phidias, nihilominus tamen ad opera perficienda multo indigebat tempore atque otio. Fertur itaque, quando Minervam ſculpebat, non parum temporis in ſolam Deæ baſin impendiſſe*, Themiſtius circa initium Orationis octavæ.

Ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου ἅπαξ ἐκτείνασα τὴν χεῖρα καὶ τὴν Νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξαμένη, ἕστηκεν οὕτως ὅλῳ τῷ αἰῶνι: *Phidiæ Minerva, manu ſemel extenſa & Victoria in eam recepta, ſic per omnem ſtat ætatem*. Arriani Epictetus lib. II, cap. 8. Qualis autem fuerit iſtiuſmodi Victoriarum ſtatus in ſimulacrorum dextris, docent nos verba Valerii Maximi *libro* I, *cap.* 1, *exempl. ext.* 3, ubi inter alia Dionyſii Syracuſanorum tyranni ſacrilegia & hæc recenſet: *Idem menſas argenteas atque aureas e fanis ſuſtulit: quodque in his more Græciæ ſcriptum erat, bonorum Deorum eas eſſe; uti ſe bonitate eorum prædicavit. Idem Victorias aureas, pateras, & coronas, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat; & eas ſe accipere, non auferre dicebat: perquam ſtultum eſſe argumentando, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere.* Latinus Pacatus panegyrico Theodoſio Aug. dicto; *Recte germana illa pictorum poëtarumque commenta Victoriam fecere pennatam; quod hominum cum fortuna euntium, non curſus eſt, ſed volatus.*

Τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι τὸν δράκοντα Φειδίας παρέθηκε· ὡς τὰς μὲν παρθένους τῆς φυλακῆς δεομένας: *Minervæ ſimulacro draconem Phidias addidit; ſignificans virgines cuſtodia opus habere*, Plutarchus de Iſide & Oſiride.

Notum eſt illud Demoſthenis in exilium proficiſcentis, & manibus ad Athenienſem arcem protenſis in hæc verba impatientiſſime prorumpentis, Ὦ δέσποινα Πολιάς, τί δὴ τρισὶ τοῖς χαλεπωτάτοις χαίρεις θηρίοις, γλαυκὶ καὶ δράκοντι καὶ δήμῳ: *O hera, urbis patrona, quid tribus difficillimis gaudes belluis, Noctua & Dracone & Populo?* Nam & ex decreto populi Noctuam, ut Deæ gratiſſimam, huic ſuo ſimulacro addidit Phidias; prudentiſſimam ſcilicet avem Deæ variarum artium atque omnis ſapientiæ præſidi. Vide quæ habet hac de re Dio Chryſoſtomus Orat. XII, ubi quoque receptam de noctuæ ſapientia opinionem firmat Apologo Æſopico non illepido: *Noctua*, inquit, *primitus enaſcente quercu, ſuaſit avibus ut eam radicitus exſtirparent, proventuram enim ex ea noxam qua irretirentur; nempe viſcum. Hominibus deinde linum ſerentibus, juſſit & illud ſemen eruere ac devorare, plurimum enim detrimenti volucribus importaturum. Viſo denique ſagittario, prædixit, Iſte homo veſtris vos pennis antevertet, pedes ipſe, alatas vobis immittens ſagittas. Hæc animo amiciſſimo præcinenti noctuæ, non accredidere volucres, vecordem ac rerum neſciam judicantes: donec malo ſuo edoctæ, ſuſpexerunt avem admiratione digniſſimam, atque omnis prudentiæ primas lubentes ei conceſſerunt. Unde quoque uſu venit ut nuſquam appareat, quin protinus omnes ad eam advolent, velut omnium guaram: at illa perditis nullam ultra conſilii ſui facit copiam, ſed querula ſolummodo comploratione gravem inconſultarum ſortem proſequitur.*

Quali ſandalio Minervam ſuam induerit Phidias, docet Pollux *Onomaſtici ſui lib.* VII, *cap.* 22: Τυρρηνικὰ, τὸ κάττυμα ξύλινον, τετραδάκτυλον· οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι· σανδάλιον γὰρ ἦν. ὑπέδησε δ' αὐτὰ Φειδίας τὴν Ἀθηνᾶν: *Tyrrhenica calceamenta, quorum ſolea lignea quatuor digitorum latitudinis, lora autem inaurata: erat autem ſandalium: Hoc Minervæ induit Phidias.*

Phidiam digito Minervæ nomen Pantarcis, exoleti ſui, inſcripſiſſe tradit Nazianzenus

nus Carmine Jambico XVIII. Aliquanto tamen ante monuimus Clementem Alexandrinum atque Arnobium tradidiſſe Phidiam digito Jovis Olympii inſcripſiſſe *Pantarces pulcher*. Sed fortaſſe perdite amans Artifex utrique inſcripſerit ſimulacro.

Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Minervæ, cùm inſcribere non liceret, Cicero lib. I Tuſcul. quæſt. Τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευάζοντα τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν, φασὶν ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥστ᾽ ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν: *Phidiam illum, quem fictorem probum fuiſſe tradit memoria, vidi ipſe in clypeo Minervæ, quæ arcibus Athenienſibus præſidet, oris ſui ſimilitudinem ita colligaſſe, ut ſi quis artificis voluiſſet inde imaginem ſeparare, ſoluta compage, ſimulac totius incolumitas interiret.* Sic Apulejus tranſtulit hunc locum deſumtum ex Ariſtotele de Mundo.

Minorum in clypeo Minervæ operum meminit Tullius libro II, de Oratore. Circa finem itidem libri de Perfecto Oratore, *Si quis Phidiæ clypeum diſſolverit, collocationis univerſam ſpeciem ſuſtulerit, non ſingulorum operum venuſtatem.* Præcipue tamen huc facit illud Plinii libro XXXVI, cap. 5: *Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes, quæ Jovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat. Sed ut meritò laudari ſciant, etiam qui opera ejus non viderunt, proferemus argumenta parva, & ingenii tantum. Neque ad hoc Jovis Olympii pulchritudine utemur, non Minervæ Athenis factæ amplitudine, cùm ſit ea cubitorum viginti ſex, ebore hæc & auro conſtat: ſed ſcuto ejus, in quo Amazonum prælium cælavit intumeſcente ambitu parmæ, ejuſdem concava parte Deorum & gigantum dimicationem: in ſoleis vero Lapitharum & Centaurorum: adeo momenta omnia compacta artis illius fuere. In baſe autem, quod cælatum eſt, Pandoras geneſin appellavit. Ibi Dii ſunt triginta numero naſcentes, Victoria præcipue mirabili. Periti mirantur & ſerpentem, & ſub ipſa cuſpide æream ſphingem. Hæc ſunt obiter dicta de artifice nunquam ſatis laudato, ſimul ut noſcatur illam magnificentiam æqualem fuiſſe & in parvis.*

Quamvis Pericli non deeſſent inſigniores Architecti atque Artifices, omnium tamen diſpenſator & arbiter erat ei Phidias. Is omnia fere ob amicitiam Periclis curabat: quod huic convitia, illi vero inſignem conflavit invidiam; haud aliter ac ſi in gratiam Periclis ingenuas matronas, ad ſpectanda opera commeantes, Phidias reciperet. Nonnulli ergo in Phidia facturi periculum qualis erga Periclem futurus eſſet populus, Menonem quendam, cujus opera plurimum utebatur Phidias, conſtituunt in foro ſupplicem, petentem fidem publicam ſibi dari: delaturum ſe manifeſta Phidiæ crimina. Quum populus illum admiſiſſet, nulla (quæſtione in foro habita) furta ſunt inventa. Aurum etenim ſic à principio illigatum circumjectumque ſimulacro fuerat conſilio Periclis, ut detrahi univerſum atque ad ſtateram poſſet approbari: quod ut facerent accuſatores, Pericles urgere non deſtitit. Enimvero premebat excellentia operum Phidiam; præcipue quod in pugna Amazonica, quam ſculpſit in clypeo Minervæ, effigiem ſuam expreſſiſſet, calvi ſenis ſaxum ambabus manibus ſublatum tenentis. Præclaram item incluſiſſet Periclis imaginem, manus cum Amazone conſerentis. Figura manus qua attollit haſtam, ita erat fabrefacta, ut prætenſa oculis Periclis, quaſi tegere conetur utrimque elucentem ſimilitudinem. Ac Phidias quidem in vincula ductus, morbo interiit. Alii volunt veneno ab inimicis, ad invidiam Pericli faciendam, ſublatum. Indici Menoni, ferente ad populum Glycone, immunitas data: commendavit inſuper Prætoribus ſecuritatem ejus populus. Vide *Plutarchum in Pericle*. Phidias ſtatuam Minervæ elaboraverat, Pericli Xantippi filio operis curatore. Nonnulli vero ex operariis atque adminiſtris Phidiæ, diſſidio quodam orto, ab inimicis Periclis inſtigati, ad aras Deûm confugiunt. Qui cùm &c. Vide *Diodorum Siculum libro duodecimo, pag. 95.* Aliquanto aliter de his vetus Scholiaſtes in Ariſtophanis Nubes & Pacem. Geſta hæc ſunt Athenis Archonte Pythodoro: vide *Meurſii Archontes Athenienſes libro tertio, cap. 3*: qui mox ejuſdem libri cap. 5 docet Phidiam in Elide mortuum Archonte Athenis Euthydemo ſive Scythodoro, quem ſeptimum à Pythodoro Archonta fuiſſe tradunt.

Fuit Phidias Pericli in deliciis, ſed propter quem etiam invidiam ſibi conflavit, & miſere periit.

Hactenus fuere duo longe illuſtriſſima operum Phidiæ, Jupiter ſcilicet Olympius & Minerva Attica: proximum eſt ut ad illud ſimulacrum Occaſionis tranſeamus, cui Auſonius tertiam tribuit palmam. Quamvis non immerito videri poſſit Poeta Burdigalenſis luculentam hanc Occaſionis deſcriptionem nova inventione auctiorem (Artificis modo nomine mutato) deſumpſiſſe ex Græco epigrammate quod ſupra in vita Lyſippi adſcripſimus ex Anthologiæ *lib. IV, cap. 14.* Auſonii epigramma in ſimulacrum Occaſionis & Pœnitentiæ, eſt inter Auſoniana duodecimum numero.

Cujus opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados, ejus
Quique Jovem fecit, tertia palma ego ſum.

Sum

Sum Dea quæ rara, & paucis Occaſio nota,
Quid rotulæ inſiſtis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris ſum. Mercurius quæ
Fortunare ſolet, tardo ego, quum voluî.
Crine tegis faciem. Cognoſci nolo. Sed heus tu,
Occipiti calva es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? Dicat tibi. Dic, rogo, quæ ſis?
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea quæ facti, non factique exigo pœnas.
Nempe ut pœniteat, ſic ΜΕΤΑΝΟΕΑ *vocor.*
Tu modo dic, quid agat tecum? Si quando volavi,
Hæc manet. Hanc retinent, quos ego præterii.
Tu quoque, dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

Obiter obſerva in hoc Epigrammate primam in *Phidias* mire corripi, cùm ſit à Græco Φειδίας. Huic ſimile eſt illud Val. Flacci libró ſexto:

Non Rhadalo cum fratre Phidon. - - -

Deorum matrem fecit Phidias: *Pauſanias libro primo, pag.* 6, 27. Meminit ejus etiam Arrianus in Periplo ponti Euxini: Εἰσβαλλόντων ἐς τὸν Φᾶσιν ἐν ἀριστερᾷ ἵδρυται ἡ Φασιανὴ θεός· εἴη δ' ἂν ἀπό γε τοῦ σχήματος τεκμαιρομένῳ ἡ Ῥέα· καὶ γὰρ κύμβαλον μετὰ χεῖρας ἔχει, καὶ λέοντας ὑπὸ τῷ θρόνῳ, καὶ κάθηται ὥσπερ ἐν τῷ Μητρῴῳ Ἀθήνησιν ἡ τοῦ Φειδίου: *Phaſin intrantibus à ſiniſtra poſita eſt Phaſiana Dea: quæ conjecturam ex ſpecie facienti poteſt videri Rhea eſſe. Manibus enim cymbalum habet, & leones ſub ſolio, ſedetque ut illa Phidiæ Athenis in Metroo.*

Veneris Uraniæ ſive cœleſtis ſignum ex Pario marmore fecit Phidias. Erat id ſimulacrum Athenis ſupra Ceramicum: vide *Pauſaniam libro primo, pag.* 27, 17. Aliud quoque Veneris Uraniæ ſignum fuit in Elide ex ebore & auro, altero pede premens teſtudinem, ars Phidiæ. Vide eundem *Pauſaniam libro ſexto, pag.* 392, 23. Phidias fecit Venerem Eleorum, prementem pede teſtudinem: ut hoc Veneris ſimulacro admonerentur mulieres intra ædium ſuarum parietes ſe continere, ac ſilentium agere. Nam aut viro, aut per virum oportet mulierem loqui: neque gravè ei debet videri, quòd aliena lingua, tibicinis inſtar, vocem edat propria graviorem. Locus eſt in Conjugialibus præceptis: Τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. δεῖ γὰρ ἢ πρὸς τὸν ἄνδρα λαλεῖν, ἢ διὰ τοῦ ἀνδρός· μὴ δυσχεραίνουσαν, εἰ δι' ἀλλοτρίας γλώσσης, ὥσπερ αὐλητής, φθέγγεται σεμνότερον: *Phidias Eleorum Venerem fecit, calcantem teſtudinem, ſymbolum mulieribus domi manſionis & ſilentii: decet enim illa aut ad virum loqui, aut per illum. Non ægre ferat, ſi aliena lingua, tanquam tibicen, vocem edat ſua graviorem.*

Athenis extra templum Minervæ ſpectabatur Phidiæ æneus Apollo cognominatus Parnopius, quod ſe Deus bruchos, qui univerſum agrum vaſtabant, extra fines pulſurum promiſiſſet; & abactos quidem conſtat, quamvis non tradatur qua ratione ex trafines ejecti ſint: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 44, 11.

De manubiis Medorum, fines Marathonis invadentium, Phidias fecit Athenienſibus Minervæ ſimulacrum ex ære: in cujus clypeo Lapitharum & Centaurorum pugnam Mys cælavit, quum eam, & quæ in clypeo cernuntur reliqua, Myi prius, depinxiſſet Parrhaſius Euënoris filius: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 51, 23.

Phidiæ quoque operum ſpectatu maxime dignum eſt ſignum illius Minervæ, quam à dedicantibus vocant Lemniam. Τῶν ἔργων τῶν Φειδίου θέας μάλιστα ἄξιον ἄγαλμα Ἀθηνᾶς, ἀπὸ τῶν ἀναθέντων καλουμένης Λημνίας, Pauſanias libro 1, pagina 51, 36. Meminit quoque ejuſdem Minervæ Lucianus in Imaginibus: ΛΥ. Τῶν Φειδίου ἔργων τί μάλιστα ἐπῄνεσας; ΠΟ. Τί δ' ἄλλο ἢ τὴν Λημνίαν, ᾗ καὶ ἐπιγράψαι τοὔνομα ὁ Φειδίας ἠξίωσε; καὶ νὴ Δία τὴν Ἀμαζόνα τὴν ἐπερειδομένην τῷ δορατίῳ; ΛΥ. Τὰ κάλλιστα, ὦ ἑταῖρε. LY. *Quodnam operum Phidiæ maxime laudas?* PO. *Quodnam aliud quàm Lemniam, cui etiam Phidias nomen dignatus eſt inſcribere? quin etiam, per Jovem, Amazonem illam quæ haſtæ innititur?* LY. *Pulcherrima, ô amice.* Idem quoque Lucianus tradit paullo poſt quid in utroque Phidiæ opere potiſſimum laudaverit antiquitas: in Lemnia quidem; Τὴν τοῦ παντὸς προσώπου περιγραφὴν, καὶ παρειῶν τὸ ἁπαλὸν, καὶ ῥῖνα σύμμετρον, *Totius faciei ambitum, & genarum mollitiem, & naſum juſtæ magnitudinis.* In Amazone vero; Στόματος ἁρμογὴν, καὶ τὸν αὐχένα, *Aptam oris commiſſuram & cervicem.*

Sed & Nemeſis Rhamnuſia Phidiæ maxime laudatur. *A Marathone ſtadia* LX *Oropum verſus progreſſis per litus, occurrit Rhamnus: hominibus ibi domicilia ſunt ad mare.*

Pau-

Paulum vero à mari aſcendentibus, occurrit fanum Nemeſis. Hæc ſe Deorum una inſolentibus maxime præbet implacabilem; ejusque potiſſimum ira Perſas ad Marathonem deletos putant. Cùm enim ægre ferrent Athenienſes conatibus ſuis obſtare velle; tantopere vim eorum deſpexerunt, ut Parium marmor, ac ſi jam profligaſſent hoſtem, trophæi erigendi cauſa ſecum deportarent: ex quo deinde Phidias ſculpſit ſignum Nemeſios. Deæ caput exornat corona cervos habens ac ſigilla Victoriarum. Ipſa vero Dea læva tenet mali arboris ramum, dextra phialam. In phiala cælati ſunt Æthiopes: de quibus neque ipſe quicquam conjicere habeo, neque aſſentior eorum opinioni qui ſibi videntur totam rem habere perfectiſſimam. Neque hoc interim, neque ullum aliud Nemeſios ſimulacrum vetus, alatum eſt: poſtea vero animadverti hujus Deæ ſigna apud Smyrnæos habere alas: cujus rei hanc ſuſpicor eſſe cauſam, quod cùm Deæ hujus numen maxime ſemet oſtendat amantibus, alas quoque ei ob hoc ipſum, haud aliter ac Cupidini, additas. Nunc porro exequar ea quæ in baſi ipſius ſimulacri ſculpta ſunt, præmiſſis tamen iis quæ totam rem plurimum illuſtrant. Græci dicunt Nemeſin fuiſſe matrem Helenæ, Ledam vero nutricem. Quæ cum ſciret Phidias, fecit Ledam veluti deducentem Helenam ad Nemeſin. Fecit & Tyndarum cum filiis, & virum cum equo aſtantem, Hippea nomine: eſt & Agamemnon, & Menelaus, & Pyrrhus Achillis filius, quod ei primum Hermione Helenæ filia deſponſa fuit: Oreſtes vero, ob impium in matrem facinus, præteritus eſt; quem tamen Hermione nunquam deſeruit, eùm filium etiam peperiſſet ei. In baſi deinceps eſt quem Epochum dicunt, & alter item adoleſcens; de quibus aliud nihil accepi, niſi eos Oenoes fratres fuiſſe, à quo eſt Curiæ nomen. Hæc habet Pauſanias lib. I, pag. 62, 38 & ſeqq. Plura de hac Phidiaca Nemeſi vide ſupra in AGORACRITUS.

Aliquot ſigna fecit Phidias de pugnæ Marathoniæ decimis. Εἰσὶ δὲ Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἀπόλλων, καὶ ἀνὴρ τῶν στρατηγησάντων, Μιλτιάδης. ἐκ δὲ τῶν ἡρώων καλουμένων, Ἐρεχθεὺς καὶ Κέκροψ, καὶ Πανδίων καὶ Κελεός τε καὶ Ἀντίοχος, ὁ ἐκ Μιδέας Ἡρακλεῖ γενόμενος τῆς Φύλαντος. ἔτι δὲ Αἰγεύς τε καὶ παίδων τῶν Θησέως Ἀκάμας· οὗτοι μὲν καὶ φυλαῖς Ἀθήνησιν ὀνόματα κατὰ μάντευμα ἔδοσαν τὸ ἐκ Δελφῶν. ὁ δὲ Μελάνθου Κόδρος, καὶ Θησεὺς, καὶ Φυλεὺς· οὗτοι δὲ οὐκέτι τῶν ἐπωνύμων εἰσί. τοὺς μὲν δὴ κατειλεγμένους Φειδίας ἐποίησε· καὶ, ἀληθεῖ λόγῳ, δεκάτη καὶ οὗτοι τῆς μάχης εἰσί: *Sunt autem Minerva & Apollo; &, ex iis qui exercitum duxerunt, Miltiades: ex iis vero qui heroum nomine celebrantur, Erechtheus, Cecrops, & Pandion: Celeus etiam & Antiochus, quem ſuſcepit Hercules ex Midea Phylantis filia. Ægeus etiam, & de Theſei filiis Acamas: hi enim tribubus Athenienſium ex Delphici Apollinis oraculo nomina dederunt. Sunt etiam Melanthi filius Codrus, Theſeus, & Phyleus: cùm ab his tamen tribus non acceperint nomina. Atque hos quidem, quos percenſuimus, fecit Phidias: ſuntque, ut vere fertur, ex decimis pugnæ Marathoniæ*, Pauſanias lib. X, pag. 626, 49.

Phidias juvit Theocoſmum Megarenſem fingentem ſimulacrum Jovis: *Pauſan. libro primo, pag.* 75, 10.

In arce Eleorum eſt ædes Minervæ, ſignum ex ebore atque auro, quod ferunt eſſe opus Phidiæ. Πεποίηται δὲ ἀλεκτρυὼν ἐπὶ τῷ κράνει, ὅτι οὗτοι προχειρότατα ἔχουσιν ἐς μάχας οἱ ἀλεκτρυόνες· δύναιτο δ᾽ ἂν καὶ Ἀθηνᾶς τῆς Ἐργάνης ἱερὸς ὁ ὄρνις νομίζεσθαι: *Inſculptus vero eſt galeæ gallus gallinaceus, quòd promptiſſimi ſint hi galli ad certamina. Fieri quoque poteſt gallum gallinaceum caſſidi ob hoc impoſitum, quòd putetur eſſe avis Minervæ Erganæ ſacra*, Pauſanias lib. VI, pag. 394, 11.

Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν ἐστὶν Ἀθηνᾶς . . . ἐλέφαντος δὲ τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσοῦ. Φειδίαν δὲ εἶναι τὸν εἰργασμένον φασὶ, πρότερον ἔτι ἢ ἐν τῇ ἀκροπόλει τὸ αὐτὸν τῇ Ἀθηναίων, καὶ ἐν Πλαταιαῖς ποιῆσαι τῆς Ἀθηνᾶς τὰ ἀγάλματα. Λέγουσι δὲ οἱ Πελληνεῖς καὶ ἄδυτον τῆς Ἀθηνᾶς καθήκειν ἐς βάθος τῆς γῆς. εἶναι δὲ τὸ ἄδυτον τοῦτο ὑπὸ τοῦ ἀγάλματος τῷ βάθρῳ, καὶ τὸν ἀέρα ἐκ τοῦ ἀδύτου νότιόν τι εἶναι, καὶ δι᾽ αὐτὸ τῷ ἐλέφαντι ἐπιτήδειον: *Prope Pellenen eſt Minervæ . . . ſignum ex ebore atque auro, quod Phidiam fabricaſſe tradunt, antequàm vel Athenienſibus illam in arce, vel ſuam Platæenſibus feciſſet Minervam. Ajunt Pellenei ſub ipſa Minervæ baſi alte deſcendere adytum, atque ex eo humidum halitum exſpirare, qui ſit ebori tuendo peridoneus*, Pauſanias libro VII, pag. 452, in fine.

Minervæ Areæ ſignum Platæenſibus fecit Phidias. Signum è ligno eſt inauratum: ejus os, ſummæ manus & pedes, ſunt ex lapide Pentelico: magnitudine prope pari cum ea Minerva, quam Athenienſes in arce ex ære de præda Marathonia dedicarunt: *Pauſanias libro nono, pag.* 548, 19.

In ipſo aditu portæ quæ Thebis proxima eſt Iſmeno fluvio, Minervæ & Mercurii marmorea ſigna ſpectantur. Pronaos Deos vocant: quod tantundem eſt ac ſi Veſtibulares Deos dicas. Mercurium Phidias, Minervam Scopas feciſſe dicitur: *Pauſan. lib.* IX, *pag.* 557, 2.

Φειδίου, λιθοξόου; *Phidiæ, Statuarii*, Heſychius.

Phidiæ aliquod opus ſpectatur Romæ in foro Pacis, prodente auctorem ſuum ipſa ſtatuæ inſcriptione: *Procopius de bello Gotthico lib.* IV, *cap.* 22.

Φιλάργυρός τις ἱερεὺς ὑπανεχόμενος φρόνιν, εἶπεν, Ἀφροδίτην ἐς Περικλέους. ἡ δὲ, Σὺ δ᾽

Ἔρως Φειδίου: *Præpareus quidam amator blande compellans Phrynen, dicebat, Aphrodiſium es Praxitelis: hæc vero, Tu autem Amor Phidiæ:* refert Athenæus libro XIII, cap. 6: qui tamen hoc ob ſolam facetæ alluſionis gratiam relatu dignum judicavit, non quod Phidiam ſignum aliquod Cupidinis feciſſe crederet.

Pataris Lyciæ ſpectabantur olim ſtatuæ Jovis & Apollinis, item iis adjacentes leones, dubia fama, Phidiæ an Bryaxidis eſſent opus: *Clemens Alexandr. in Protreptico.*

Phidias non magnis tantum, ſed & minutis operibus inclaruit. Φειδίας ὁ σοφὸς οὐκ ἐκ τοῦ Ὀλυμπίασι μόνον ἢ Ἀθήνησιν ἀγάλματος ἐγνωρίζετο, ἀλλ' ἤδη καὶ μικρῷ γλύμματι μεγάλης τέχνης ἔργον ἐγκλείσας· οἷον δὴ τὸν τέττιγά φασιν αὐτοῦ, καὶ τὴν μέλιτταν, εἰ δὲ βούλει καὶ τὴν μυῖαν εἶναι. ὧν ἕκαστον εἰ καὶ τῇ φύσει κεχάλκωται, τῇ τέχνῃ ἐμψύχωται: *Phidias ſapiens non ex illo ſolum ſimulacro, quod in Olympia aut Athenis viſebatur, celebrem adeptus eſt famam; verum etiam in exigua ſculptura magnæ artis opus includens. Talem perhibent ejus cicadam atque apem fuiſſe, muſcam quoque, ſi lubet: quorum unumquodque licet natura factum ſit æneum, arte tamen animatur*, Julianus Imp. epiſt. VIII. Huc etiam facit illud Nicephori Gregoræ Hiſtoriarum lib. VIII: Ἦν καὶ Φειδίας ἐν Ἕλλησι μέγας ἔκ τε τῆς μελίττης, ἔκ τε τοῦ τέττιγος· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ Ὀλυμπίασι Διός: *Erat etiam Phidias apud Græcos magnus ob apem atque ob cicadam, non tamen tantus quantus ob Jovem Olympium.*

Adagium Φειδίας εἰρήνη προσοίκει explicat ex Ariſtophane ejusque Scholiaſte Paulus Leopardus *Emendationum lib.* V, *cap.* 15.

PHIDON.

Menſuras & pondera invenit Phido Argivus, aut Palamedes, ut mavult Gellius, Plin. lib. VII nat. hiſt. cap. 56. Phidon Argivus, decimus ab Hercule, & omnibus ſuæ ætatis principibus potentia præſtans, menſuras invenit, quæ Phidoniæ dicuntur, atque pondera, & monetam cùm aliam, tum & argenteam procudit: *Strabo libro* VIII, *pagina* 358, B. Vide quoque eundem ibidem aliquanto poſt, *pag.* 376, A; *Auctorem Etymologici magni in* Εὐβοϊκὸν νόμισμα, & in Ὀβελίσκος; *Euſebii Chronicon ad annum* MCCXVII, & *Scaligeri Obſervat.* Pythagoram ajunt primum pondera & menſuras in Græciam invexiſſe: *Laërtius in Pythagora.*

PHILEAS, Mechanicus.

Phileas Tauromenites Machinarius: Meminit ejus Athenæus *lib.* V, *cap.* 11.

PHILEOS, Architectus.

Phileos ſcripſit volumen de fano Minervæ, quod eſt Priene: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

PHILESIUS, Statuarius.

Duæ ex ære boves poſitæ ſunt in Elide: alteram Corcyræi, alteram dedicarunt Eretrienſes: utraque opus eſt Phileſii Eretrienſis: *Pauſanias ſub finem libri quinti.*

PHILINUS, Faber ærarius.

Meminit ejus Lucianus in Dialogis meretriciis, *pag.* 718.

PHILISCUS, Pictor.

Philiſcus pinxit officinam pictoris, ignem conſlante puero, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

PHILISCUS, Statuarius.

Ad Octaviæ porticum eſt Apollo Philiſci Rhodii in delubro ſuo: item Latona, & Diana, & Muſæ novem, & alter Apollo nudus, Plin. lib. XXXVI, cap. 5.

PHILLATIUS vel PHILTATIUS.

Cùm diſquirerent Athenienſes qua ratione conglutinarentur libri, Phillatius vel Philtatius, vir ad promovendam rem litterariam factus à natura, modum glutini oſtendit, atque ob navatam operam celebrior factus, obtinuit à ſuis civibus honorem ſtatuæ. Vide *Photii excerpta ex Olympiodori libris hiſtoriarum, col.* 191, 1.

PHILO, Architectus.

Philon laudatus eſt Athenis armamentario mille navium admirabiliter fabricato, Plin. lib. VII, cap. 37. *Philo edidit volumen de ædium ſacrarum ſymmetriis, & de armamentario quod fecerat Piræei portu*, Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi. Vide quoque Strabonem lib. IX, pag. 395, D. Armamentarium iſtud Sylla incendit. Vide Plutarch. in Sylla: *Philonem illum Architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſerte populo rationem operis ſui reddidiſſe*, Cicero lib. 1 de Oratore: & Valer. Maxim. lib. VIII, cap. 12, exempl. ext. 2. Auſonius Edyllio X, quod inſcribitur Moſella, verſu 304 reponit hunc Philonem inter Architectos fama præcipuos.

Extat & hodie liber Philonis in quo primum agitur de fabrica turrium, murorum, aliarumque munitionum: deinde exponitur quemadmodum ſeſe defendant obſeſſi, & quo pacto arces urbesque expugnentur.

Philo Byzantius ſcripſit de Machinationibus: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

PHILO,

PHILO, Statuarius.

Fecit is Hephæſtionem laſciva ſcortandi libidine infamem. Tatianus in Orat. adverſus Græcos: διὰ τί τὴν Ἡφαιστίωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν, κἂν εἰ πάνυ Φίλων αὐτὸν ἐντέχνως πεποίηκε; *Cur non averſamini Hephæſtionis incontinentiam, ut ut eum affabre prorſus repræſentaverit Philo?*

PHILOCHARES, Pictor.

Alterius tabulæ admiratio eſt, puberem filium ſeni patri ſimilem eſſe, ſalva ætatis differentia, ſupervolante aquila draconem complexa. Philochares hoc ſuum opus eſſe teſtatus eſt. Immenſa, vel unam ſi quis tantum hanc tabulam æſtimet, potentia artis: cùm propter Philocratem, ignobiliſſimos alioquin Glaucionem filiumque ejus Ariſtippum, Senatus populusque Romanus tot ſæculis ſpectet, Plin. lib. xxxv, cap. 4.

PHILOCLES, Pictor.

Inventam linearum [picturam] *dicunt à Philocle Ægyptio vel Cleanthe Corinthio*, Plin. lib. xxxv, cap. 3.

PHILODAMUS BASSUS, Aurifex.

Philodami Baſſi aurificis oſſa hic ſita ſunt, Inſcript. Gruteri dcxxxviii, 10.

PHILOLAUS, Mechanicus.

Philolaus Tarentinus, inſignis Mechanicus: *Vitruvius lib.* 1, *cap.* 1.

PHILOMACHUS, Marmorarius.

Suidas in Πρωσίας memorat Æſculapii ſimulacrum accurate à Philomacho fabricatum: Τὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἄγαλμα περιττῶς ὑπὸ Φιλομάχου κατεσκευασμένον. Vide locum.

PHILOMUSUS, Ampullarius.

C. LUCIUS PHILOMUSUS, AMPULLARIUS, Inſcript. Gruteri dcxliii, 10.

PHILON, Statuarius.

Philon refertur inter Statuarios qui optime fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificantesque: *Plin. lib.* xxxiv, cap. 8. Vide quoque quæ ſupra in Philo afferuntur.

PHILONICUS, argenti Faber.

C. CORNEL. PHILONICUS, FABER ARGENT. Inſcriptio Gruteri dcxxxix, 4.

PHILOPINAX, Pictor.

Nomen ex ipſa re fictum liquet. Vide tamen qualiter æſtuantem animum hujus Pictoris, flagrantis amore tabulæ à ſe depictæ, deſcribat Ariſtænetus libro 11, epiſt. 10. Et confer iſtam Ariſtæneti epiſtolam cum iis quæ dicimus in Pygmalion.

PHILOTIMUS, Statuarius.

Philotimi Æginetæ opus: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 371, 3.

PHILOXENUS, Pictor.

Nicomachus diſcipulos habuit Ariſtidem fratrem, & Ariſtoclem filium, & Philoxenum Eretrium, cujus tabula nullis poſtferenda, Caſſandro regi picta; continuit Alexandri prælium cum Dario: idem pinxit & Laſciviam, in qua tres Sileni comeſſantur. Hic celeritatem præceptoris ſecutus, breviores etiamnum quaſdam picturæ vias & compendiarias invenit, Plin. lib. xxxv, cap. 10.

PHOCIS.

Silius Italicus libro primo:

- - - Adductis ſtridula nervis
Phocaïs effundit vaſtos baliſta molares:
Atque eadem ingentis mutato pondere teli,
Ferratam excutiens ornum, media agmina rumpit.

Lucianus in Lexiphane meminit figulinorum quorundam ex Phocide & Cnido allatorum, quæ propter ſubtilitatem operis dicit fuiſſe ἀνεμοφόρητα καὶ ὑμενόστρακα.

PHOENICES.

Phœnicum gens in gloria magna literarum inventionis, & ſiderum, navaliumque ac bellicarum artium, Plin. nat. hiſt. lib. v, cap. 12. Vide quoque Diod. Siculum libro v, pag. 340, C; Feſtum Avienum in Orbis deſcriptione, verſ. 1065; quemadmodum & Euſtathium ad verſ. 523 Dionyſii Periegetæ; Strabonem lib. xvi, ubi de Tyriis agit. *Syros Phœnicas inveniſſe dicunt baliſtam & fundam*, Plin. nat. hiſt. lib. vii, cap. 56.

PHOENIX, Statuarius.

Phœnix Lyſippi diſcipulus fecit Epitherſen, Plin. lib. xxxiv, cap. 8.

PHORONEUS.

Phoroneus, Inachi filius, templum Argis Junoni primus fecit, Hyginus fabula 225. Et rurſus fabula 274: *Phoroneus, Inachi filius, arma Junoni primus fecit; qui ob eam cauſam primus regnandi poteſtatem habuit.* Omnino quoque vide Caſſiodorum, Variarum VII, 18.

PHRADMON, Statuarius.

Phradmonis Argivi meminit Pauſanias lib. VI, pag. 358, 29. Meminit ejus & Columella libro 10 de Hortorum cultu, ubi quoque oſtendit eum fuiſſe Artificem non incelebrem: agens enim de fabricando tutelari hortorum Deo, non dubitavit hunc Phradmonem conjungere cum Dædalo, Polycleto, atque Agelade, notiſſimæ famæ Artificibus.

Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycletea, nec Phradmonis, aut Ageladæ
Arte laboretur: ſed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venetare Ithyphalli
Terribilis membri, medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero, prædoni falce minetur.

PHRAGMON, Statuarius.

Olympiade LXXXVII *fuere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius*, Plin. lib. XXXIV, cap. 8. Et paullo poſt ibidem; *Venere & in certamen laudatiſſimi, quamquam diverſis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quæ cùm in templo Epheſiæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum artificum, qui præſentes erant, judicio: cùm apparuit eam eſſe, quam omnes ſecundam à ſua quiſque judicaſſent. Hæc eſt Polycleti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Cteſilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis.*

PHRYGES.

Trabeis uſos accipio reges: pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales natæ. Acu facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt, Plin. nat. hiſt. lib. VIII, cap. 48. *Inveniam alium poetam, apud quem* [Gratiæ] *præcingantur & ſpiſſis auro Phrygianis prodeant*, Seneca lib. I de Beneficiis, cap. 3. Plura habet Etymologicum Voſſii, in *Phrygiones*. *Phryges tibias excogitaverunt*, Clemens Alexandr. Stromat. I. *Vehiculum cum quatuor rotis Phryges invenerunt*, Plin. lib. VII, cap. 56. Et mox ibidem: *Bigas primum junxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius.*

PHRYLUS, Pictor.

Nonageſima Olympiade fuere Aglaophon, Cephiſſodorus, Phrylus, Euënor pater Paraſii & præceptor maximi pictoris: omnes jam illuſtres; non tamen in quibus hærere expoſitio debeat, feſtinans ad lumina artis, Plin. lib. XXXV, cap. 9.

PHRYNON, Statuarius.

Phrynonem inter diſcipulos Polycleti refert Plinius *lib.* XXXIV, *cap.* 8.

PHYROMACHUS, Statuarius.

Phyromachi Priapus. Anthol. Epigr. lib. IV, cap. 12:

Ἄνθετ' Ἀναξαγόρης με τὸν οὐκ ἐπὶ ποσσὶ Πρίηπον,
Ἐν χθονὶ δ' ἀμφοτέροις γούνασι κεκλιμένον.
Τεῦξε δὲ Φυρόμαχος· χαρίτων δέ μοι ἀγχόθι καλῶν
Ἀθρήσας, δίζευ μηκέτι πῶς ἔπεσον.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Non pedibus fultum, nixum ſed utroque Priapum
Poplite, me poni juſſit Anaxagoras.
Phyromachus fecit. Cùm ſtet mihi proxima florens
Gratia, ſit ſtultum quærere qui cecidi.

Ubi tamen Grotius reponit *Phylomachus.*

PHYROS, Mechanicus.

Phyros ſcripſit de machinationibus: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

PICTOR.

Apud Romanos, inquit Plinius lib. XXXV, cap. 4, ubi de Pictura agit, *honos mature huic arti contigit: ſiquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clariſſimæ gentis, princepsque ejus cognominis ipſe ædem Salutis pinxit anno urbis conditæ* CCCCL. *Quæ pictura duravit ad noſtram memoriam, æde Claudii principatu exuſta.* Vide quoque

que Val. Maximum lib. VIII, cap. 14. Huc etiam refer illud Ciceronis circa initium libri I quæſt. Tuſculanarum: *An cenſemus, ſi Fabio nobiliſſimo homini laudi datum fuiſſet, quod pingeret, non multos etiam apud nos Polycletos & Parrhaſios fuiſſe futuros. Honos alit artes, omneſque incenduntur ad ſtudia gloriâ; jacentque ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur.* D. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, quod eſt libro II, epiſt. familiari 22: *Nobilem virum Q. Fabium Pictorem miratur antiquitas, qui etiam Romanæ ſcriptor hiſtoriæ eſt; ſed magis ex pictura, quàm ex litteris nomen invenit.* Vide quoque Voſſium lib. I de Latinis Hiſtoricis, cap. 3.

PICUMNUS. Vide PILUMNUS.

PILUMNUS.

Rutulorum olim Dii fuere *Pilumnus* & *Picumnus*: ille Turni avus, hic avunculus vel patruus magnus. Quamquam alii hos Dioſcuros eſſe tradiderunt. Meminit Pilumni Virgilius Æneid. IX, 4, ubi hæc annotat Servius: *Pilumnus & Picumnus fratres fuerunt & Dii. Horum Picumnus uſum ſtercorandorum invenit agrorum: unde & Sterquilinius* (vel *Stercutius*) *dictus eſt: Pilumnus vero, pinſendi frumenti; unde & à piſtoribus colitur. Ab ipſo etiam Pilum dictum eſt. Quidam Pilumnum & Picumnum Caſtorem & Pollucem accipiunt. Nonnulli laudum deos, Varro conjugales deos ſuſpicatur.* Adi Voſſium de Origine & progreſſu idolol. lib. I, cap. 40.

PINUS. Vide CORNELIUS PINUS.

PISANUS, PICTOR.

Piſanus Pictor & Cælator inſignis: qui ob Artis utriuſque peritiam ſe in cælaturis Pictorem, & in picturis Cælatorem inſcribebat. Numiſma æreum Joannis Palæologi Imp. Conſtantinopolitani, OPUS PISANI PICTORIS. Vide Laur. Pignorium epiſtola XX Symbolarum epiſtolicarum.

PISEUS.

Piſeum Tyrrhenum inveniſſe dicunt æneam tubam, Plinius nat. Hiſt. lib. VII, cap. 56.

PISIAS, STATUARIUS.

Meminit ejus Pauſanias lib. I, pag. 6, 31.

PISICRATES, STATUARIUS.

Piſicrates bigæ Pitho mulierem impoſuit. Idemque fecit Martem & Mercurium, qui ſunt in Concordiæ templo Romæ, Plinius lib. XXXIV, cap. 8.

PISON. Vide PAUSON.

PISON, STATUARIUS.

Piſon Calaureus fuit diſcipulus Amphionis, præceptor Damocriti. Scholæ hujus aliquouſque continuatam ſucceſſionem refert Pauſanias libro ſexto. Locum deſcripſimus in CRITIAS, STATUARIUS. Vatem Abanta fecit Piſon è Calaurea Trœzeniorum; *Pauſanias lib. X, pag. 625, 34.*

PISTIAS, FABER LORICARIUS.

Piſtias, loricarum Faber, θωρακοποιός. Socratis cum Piſtia ſuper arte loricaria colloquium habet Xenophon lib. III Apomnem.

PITHECUSA.

Notiſſima ſunt quæ de Pithecuſa inſula refert Ovidius Metam. XIV, 90. Aliter Plinius lib. III natural. Hiſt. cap. 6: *Prochyta, non ab Æneæ nutrice, ſed quia profuſa Ænaria erat. Æneata ipſa, à ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta. Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine (ut aliqui exiſtimavere) ſed à figlinis doliariorum.*

PITHODICUS, PICTOR.

Plinius lib. XXXIV, cap. 8, refert eum inter *Artifices æqualitate celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.*

PIXODORUS.

Vitruvius lib. X, cap. 7, agens de inventione lapicidinæ qua templum Dianæ Epheſiæ conſtructum eſt, *Pixodorus*, inquit, *fuerat paſtor, is in his locis verſabatur. Cum autem cives Epheſiorum cogitarent fanum Dianæ ex marmore facere, decernerentque à Paro, Proconeſo, Heraclea, Thaſo uti marmore, per id tempus propulſis ovibus Pixodorus in eodem loco pecus paſcebat, ibique duo arietes inter ſe concurrentes, alius alium præterierunt, & impetu facto unus eorum percuſſit ſaxum, ex quo cruſtam, quæ candidiſſimo colore fuerat, dejecit. Ita Pixodorus dicitur oves in montibus reliquiſſe, & cruſtam curſim, cùm maxime de ea re ageretur, detuliſſe. Ita ſtatim honores ei decreverunt, & nomen mutaverunt; ut pro Pixodoro Euangelus nominaretur: hodieque*

quot menſibus magiſtratus in eum locum proficiſcitur & ei ſacrificium facit, & ſi non fecerit, pœna tenetur.

PLACIDIANUS, Pictor trivialis.

Horatius lib. II, Satyra 7:

Tu cùm Pauſiaca torpes inſane tabella,
Qui peccas minus atque ego, cùm Fulvi, Rutubæque,
Aut Placidejani contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone; velut ſi
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri. - - -

PLATO, Philosophus.

Apulejus lib. I de Dogmate Platonis: *Picturæ non aſpernatus artem.* Laërtius quoque in Platonis vita tradit eum καὶ τῆς γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι, *etiam picturæ ſtudioſum fuiſſe.*

Platonem ferunt aliquod etiam ſcientiæ machinalis experimentum exhibuiſſe, facto horologio nocturno quod referebat hydraulin, ac prægrandis clepſydræ ſimilitudinem habebat: *Athenæus lib.* IV, *cap.* 23.

PLISTÆNETUS, Pictor.

Pliſtænetus Athenienſis, frater Phidiæ, fuit magni nominis Artifex. Memorat eum Plutarchus in opere cui titulus, *Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes.*

POENI.

Pœni lignario opere claruerunt, unde multa fabricæ ligneæ opera ab illis nominata. Vide *Scaligeri notas in caput 7 libri tertii Varronis de R. R.*

POLEMON, Pictor.

Polemonem Alexandrinum inter Pictores non ignobiles refert Plinius *libro* XXXV, *cap.* 11.

POLEMON, alius.

Vide opus noſtrum de Pictura Veterum, ubi diverſi, ut videtur, memorantur Polemones qui de ſtatuis, picturis, donariis, &c. ſcripſerunt.

POLICHUS, Statuarius.

Theogneti Æginetæ ſtatuam fecit Polichus Ægineta. Policho præceptor fuit, pater Synnoon; illi vero, Ariſtocles Sicyonius, Canachi frater, eique non multum inferior gloria: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 359, 50. Infra quoque eſt Ptolichus Ægineta.

POLIGNOTUS, Pictor.

Hic encauſto pinxit. *Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inventum putant, poſtea conſummatum à Praxitele. Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere, ut Polignoti, & Nicanoris, & Arceſilai Pariorum*, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

POLIS, Statuarius.

Plinio lib. XXXIV, cap. 8, Polis recenſetur inter Artifices qui optime fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque.

POLLENTIA.

Samia etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia; at calicum tantum, Surrentum, Aſta, Pollentia: in Hiſpania, Saguntum: in Aſia, Pergamum, Plin. lib. XXXV, cap. 12.

POLLIS, Architectus.

Pollis conſcripſit præcepta ſymmetriarum: *Vitruvius in Proœmio libri* VII.

POLYCHARMUS, Sculptor.

Venerem lavantem ſeſe, Dædalum ſtantem fecit Polycharmus, Plinius libro XXXVI, cap. 5.

POLYCLES, Pictor.

Polycles Atramitenus à Vitruvio in Proœmio libri III refertur inter Pictores qui nullam memoriam ſunt aſſecuti, quòd non ab induſtria artisve ſolertia, ſed à felicitate fuere deſerti.

POLYCLES, Statuarius.

Centeſima ſecunda Olympiade floruere Polycles, Cephiſſodorus, Leochares, Hypatodorus, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Paullo poſt ibidem refert & alterum ejuſdem nominis ſtatuarium: *Ceſſavit deinde ars: ac rurſus centeſima quinquageſima quinta revixit, cùm fuere, longe quidem infra prædictos, probati tamen, Antheus, Calliſtratus, Polycles,*

lycles, *Athenæus*, *Callixenus*, *Pythocles*, *Pythias*, *Timocles*. Denique poſt alia multa ibidem & hoc addit: *Policles Hermaphroditum nobilem fecit.*

Amyntam pancratiaſten fecit Polycles Atticæ ſcholæ Fictor, diſcipulus Stadiei Athenienſis: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 351, 1.

Hegeſarchi ſtatua eſt opus Polyclis liberorum, παίδων Πολυκλέους: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 366, 38.

Minervæ Crænex ſimulacrum fecere Polyclis filii, παῖδες Πολυκλέους: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 679, 19.

Fecerit & Muſas hic Artifex, ſi admittimus Lipſii conjecturam reſtituentis nomen Polyclis in loco Varronis quem citat Nonius in *Duci*: nam pro *Nihil ſunt Muſæ policis veſtræ, quas ærifice duxti*, emendat, *Nihil ſunt Muſæ Polyclis quas ærifice duxit.* Adi tamen Jani Rutgerſii Var. lectionum librum I, caput 2.

POLYCLES, Sculptor.

Apollinem, qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides fecit. Intra Octaviæ vero porticus in æde Junonis ipſam Deam Dionyſius & Polycles: aliam Venerem eodem loco Philiſcus. Cætera ſigna Praxiteles. Item Polycles & Dionyſius Timarchidis filii, qui eſt in proxima æde, fecerunt, Plinius lib. XXXVI, cap. 5.

POLYCLETUS.

Olympiade LXXXVII *fuere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius. Ex his Polycletus diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexim, Ariſtidem, Phrynonem, Dinonem, Athenodorum, Dameam Clitorium, Myronem Lycium. - - - Venere autem & in certamen laudatiſſimi, quamquam diverſis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quæ cùm in templo Epheſiæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum artificum, qui præſentes erant, judicio; cùm apparuit eam eſſe, quam omnes ſecundam a ſua quiſque judicaſſent. Hæc eſt Polycleti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Cteſilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis. - - - Polycletus Sicyonius, Ageladis diſcipulus, Diadumenum fecit, molliter juvenem, centum talentis nobilitatum. Idem & Doryphorum, viriliter puerum. Fecit & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam: ſoluſque hominum artem ipſe feciſſe artis opere judicatur. Fecit & Diſtringentem: & nudum talo inceſſentem: duoſque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Aſtragalizontes, & ſunt in Titi Imperatoris atrio; quo opere nullum abſolutius plerique judicant: item Mercurium, qui fuit Lyſimachiæ: Herculem, qui Romæ, Antæum à terra ſuſtinentem: Artemona, qui Periphoretos appellatus eſt. Hic conſummaſſe hanc ſcientiam judicatur, & toreuticen ſic erudiſſe, ut Phidias aperuiſſe. Proprium ejuſdem, ut uno crure inſiſterent ſigna excogitaſſe: quadrata tamen ea eſſe tradit Varro, & pene ad unum exemplum. - - - Primus Myron multiplicaſſe varietatem videtur, numeroſior in arte quam Polycletus, & in ſymmetria diligentior. - - - Lyſippus fecit Hephæſtionem, Alexandri Magni amicum, quem quidam Polycleto adſcribunt, cùm is centum prope annis ante fuerit.* Omnia hæc habet Plinius libro XXXIV, cap. 8. *Antiquiſſima æris gloria, Deliaco fuit. Proxima laus, Æginetico: illoque ære, Myron uſus eſt; hoc, Polycletus: æquales atque condiſcipuli. Æmulatio autem & in materia fuit*, Plin. lib. XXXIV, cap. 2. *Ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus*, inquit idem Plinius in Præfatione operis ardui, *quos in libellis his invenies abſoluta opera, & illa quoque quæ mirando non ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe: ut, Apelles faciebat, aut Polycletus; tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta, ut contra judiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velut emendaturo quicquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt, quòd omnia opera tanquam noviſſima inſcripſere, & tanquam ſingulis fato ademptis. Tria non amplius, ut opinor, abſolute traduntur inſcripta, Ille fecit, quæ ſuis locis reddam. Quo apparuit ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe, & ob id magna invidia fuere omnia ea.* Vide Angeli Politiani Obſervationes & Emendationes cap. XLVII.

Cicero libro III de Oratore: *Una fingendi eſt ars, in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus: qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt, ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem.*

Cicero de claris Oratoribus: *Quis non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe, quàm ut imitentur veritatem? Calamidis, dura illa quidem, ſed tamen molliora quam Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolet.*

Quintilianus lib. XII, cap. 10: *Duriora & Tuſcanicis proxima, Calon atque Egeſias:*

ſias: jam minus rigida, Calamis: molliora adhuc ſupradictis, Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto ſupra cæteros: cui quamquam à pleriſque tribuitur palma, tamen, ne nihil detrahatur, deeſſe pondus putant. Nam ut humanæ formæ decorem addiderit ſupra verum, ita non explevisse Deorum auctoritatem videtur. Quin ætatem quoque gravem dicitur refugiſſe, nihil auſus ultra leves genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur: Φειδίας ἢ Πολύκλειτος θαυμαστῶς κατορθοῦσι τὰ ἔργα, *Phidias & Polycletus ad miraculum uſque perficiunt opera ſua*, Origenes libro octavo contra Celſum.

Plutarchus Sympoſiacon libro II, probl. 3: Αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκαστα τοῖς εἴδεσι διαρθροῦσιν· ὅθεν ὁ Πολύκλειτος ὁ πλάστης εἶπε χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται: *Artes initio rudia atque informia fingunt opera, deinde tandem ſingula ſuis formis articulatim perficiunt. Unde & Polycletus fictor dixit, Opus tunc eſſe difficillimum, cùm ad unguem exigitur lutum.*

Pericletus Statuarius Argivi Polycleti diſcipulus fuit: *Pauſanias lib.* v, *pag.* 319, 47.

Canachus Sicyonius Polycleti Argivi diſcipulus fuit: Idem *Pauſanias libro* VI, *pagina* 367, 50.

Dionyſius Halicarnaſſenſis in Iſocrate cenſet Polycleti ac Phidiæ artem olim in pretio habitam κατὰ τὸ σεμνὸν καὶ μεγαλότεχνον καὶ ἀξιωματικόν, *Propter gravitatem, præſtantiam artis, & dignitatem.* Callimachi vero & Calamidis opera pluris fieri ſolita τῆς λεπτότητος ἕνεκα καὶ τῆς χάριτος, *Propter exilitatem & venuſtatem.*

Polycletum pulchritudo Jovis Olympii Minervæque Phidiacæ non deterruit, quò minus experiretur quid efficere aut quouſque progredi poſſet. *Ne minoris quidem famæ opifices per tot jam ſæcula videmus laborem ſuum destituiſſe, qui Protogenem cum Apelle, Parrhaſioque mirati ſunt. Nec pulchritudine Jovis Olympii Minervæque Phidiacæ ſequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lyſippum, Praxitelem, Polycletum quid efficere aut quouſque progredi poſſent. Sed in omni genere ſcientiæ & ſummis admiratio veneratioque, & inferioribus merita laus contingit*, Columella in Præfatione libri primi de R.R.

Hipponicus Calliæ filius patriæ ſuæ dicaturus ſtatuam, noluit obſequi amico ſuadenti ut eam Polycleto faciendam locaret; negans ſe patriæ poſiturum donarium, cujus gloria magis ad Artificem, quàm ad donantem eſſet redundatura: *Ælianus var. Hiſt. libro* XIV, *cap.* 16.

Polycletus craſſis inſubidæ plebis judiciis illudere parans, geminum uno eodemque tempore fecit ſimulacrum; quorum unum ad arbitrium vulgo hominum concinnavit, in altero fabricando accurate obſervavit legem normamque Artis. Primæ imaginis fabricam plebi hac ratione indulſit. Unicuique in officinam ſuam ingredienti morem geſſit, ſemper aliquid tranſponens aut commutans, prout hic vel iſte dictabat: ac utraque tandem publice propoſita, omnibus quidem admirationi fuit ea quam privatim ex præſcripto artis fecerat; at altera petulantibus aperte irridentium cachinnis excipiebatur. Ibi tum Polycletus: Vos ipſi feciſtis eam, quæ nemini non videtur deſpicabilis: mea vero eſt altera, quam tantopere ſuſpicitis: *Ælianus var. Hiſt. lib.* XIV, *cap.* 8; videatur & *Tzetzes Chil.* VIII, *Hiſt.* 191. Simile exemplum Pictoris ex opinione multitudinis imperitæ pingentis equum, immane quantum diſtantem ab altero quem arti ſuæ, non autem inconſultis plurium judiciis debebat, habes apud Dionem Chryſoſtom. Orat. LXXVIII. Hoc interim exactiſſimæ Artis opus quod pro ſuo agnoſci volebat Polycletus, fortaſſe fuerit Canon ille Polycleti, ex quo Artifices lineamenta Artis petebant, *velut à lege quadam*, ut ſupra locutus eſt Plinius. Eximie Galenus lib. primo περὶ κράσεων, *de temperamentis* Καὶ πλάσται, καὶ γραφεῖς, ἀνδριαντοποιοί τε, καὶ ὅλως ἀγαλματοποιοὶ τὰ κάλλιστα γράφουσί τε καὶ πλάττουσι καθ' ἕκαστον εἶδος, οἷον ἄνθρωπον εὐμορφότατον, ἢ ἵππον, ἢ βοῦν, ἢ λέοντα, τὸ μέσον ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει σκοποῦντες. καί πού τις ἀνδριὰς ἐπαινεῖται Πολυκλείτου Κανὼν ὀνομαζόμενος, ἐκ τοῦ πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τὴν πρὸς ἄλληλα συμμετρίαν ἔχειν ὀνόματος τοιούτου τυχών: *Et plaſtæ, & pictores, & ſtatuarii, omneſque in univerſum ſignifices pulcherrima quæque pingunt finguntque in quavis ſpecie, ut hominem forma præſtantiſſimum, aut equum, aut bovem, aut leonem, diſpicientes quod ſit in illa ſpecie medium. Laudatur etiam quædam Polycleti ſtatua, quæ nuncupatur Canon, ac nomen hoc ſortita eſt ex eo quòd omnes ejus partes accuratiſſimam ad ſe invicem habeant ſymmetriam.*

Plenius etiamnum ac diſtinctius idem Galenus in libro περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα deſcribit hunc Canonem: Τὸ κάλλος τοῦ σώματος ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ ἐστί, καθάπερ ἐν τῷ Πολυκλείτου Κανόνι γέγραπται. πάσας γὰρ ἐκδιδάξας ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίας τοῦ σώματος ὁ Πολύκλειτος, ἔργῳ τὸν λόγον ἐβεβαίωσε, δημιουργήσας ἀνδριάντα κατὰ τὰ τοῦ λόγου προστάγματα, καὶ καλέσας δὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀνδριάντα, καθάπερ καὶ τὸ σύγγραμμα, κανόνα: *Pulchritudo corporis in ſymmetria partium poſita eſt, prout in Polycleti Canone traditur. Polycletus etenim in illo commentario edocuit nos omnium ſymmetriarum*

triarum rationem, atque hanc ſuam diſſertationem ipſo quoque opere firmavit, faciens ſtatuam ſecundùm dictæ commentationis præcepta, & ſtatuam ipſam una cum ſcripta communi denominatione Canonem appellans. Corporis modum juxta Polycleti Canonem ſic definit Lucianus de Saltatione: Μήτε ὑψηλὸς ἄγαν ἔςω καὶ πέρα τῦ μέτρε ἐπιμήκης, μήτε ταπεινὸς ἢ ναννώδης τὴν φύσιν, ἀλλ' ἔμμετρ☉ ἀκριβῶς· ὔτε πολύσαρκ☉, ἀπίθανον γάρ, ὔτε λεπτὸς εἰς ὑπερβολήν, σκελετῶδες τῦτο ἢ νεκρικόν: *Neque ſit nimium procerus & immodicè longus, neque humilis atque ipſa veluti natura nanum referens; ſed accurate ſe contineat intra juſtam debitæ menſuræ proportionem; neque corpulentus, illud enim inſcitum eſt; neque impensè tenuis, quoniam ſic videri poſſet ſceleton vel cadaver.* Eidem porro Luciano in libro de Morte Peregrini ipſe Peregrinus, abſolutiſſimi corporis homo, dicitur; Τὸ τῆς φύσεως τῦτο πλάσμα καὶ δημιέργημα, ὁ τῦ Πολυκλείτυ κανών: *Illud Naturæ figmentum atque opificium, Canon Polycleti.*

Polycletus in pectore fingendo videtur excelluiſſe. *Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit,* inquit Auctor Rhet. ad Herennium lib. IV, *ut Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti; ſed omnia coram magiſtrum facientem videbat; cæterorum opera vel ſua ſponte conſiderare poterat.*

Ariſtodemus apud Xenophontem lib. I Apomnem. teſtatur ſe Homerum in pangendis carminibus epicis maxime admirari; in dithyrambo, Menalippidem; in tragœdia, Sophoclem; in ſtatuaria, Polycletum, in pictura, Zeuxin.

Polycletum enumerat Tullius inter Artifices magna ſolertia præditos: *An pateretur hoc Zeuxis, aut Phidias, aut Polycletus, nihil ſe ſcire, cùm in his eſſet tanta ſolertia?* Cicero ſub finem libri ſecundi Acad. quæſtionum.

Vitruvius in Procemio libri tertii enumerat Myronem, Polycletum, Phidiam, Lyſippum inter Statuarios qui nobilitatem ex arte ſunt conſecuti, quique æterna memoria ad poſteritatem ſunt permanentes.

Polycleti Argivi meminit Plato in Protagora, conjungitque eum cum Phidia Athenienſe. Martialis lib. VIII, Epigr. 50, de Phiala Rufi:

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?

Statius II Sylv. in Surrentio Pollii, verſ. 67:

- - - *Quod ab arte Myronis,*
Aut Polycletæo juſſum eſt quod vivere cælo.

Idem IV Sylv. in Vindicis Hercule epitrapezio, verſu 22:

- - - *Quis namque oculis certaverit uſquam*
Vindicis, artificum veteres agnoſcere ductus,
Et non inſcriptis auctorem reddere ſignis?
Hic tibi quæ docto multum vigilata Myroni
Æra, laboriferi vivant quæ marmora cælo
Praxitelis, quod ebur Piſæo pollice raſum,
Quod Polycleteis juſſum eſt ſpirare caminis,
Linea quæ veterem longe fateatur Apellem
Monſtrabit. Namque hæc, quoties chelyn exuit ille,
Deſidia eſt; hic Aoniis amor avocat antris.

Juvenalis Satyra III, verſu 217:

Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti.

Idem Satyra VIII, verſu 102:

Et cùm Parrhaſii tabulis, ſigniſque Myronis
Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycleti
Multus ubique labor, raræ ſine Mentore menſæ.

Argos & Mycenæ commune habebant templum, Ἡραῖον ſive Junonium nuncupatum, ἐν ᾧ τὰ Πολυκλείτυ ξόανα: τῇ μὲν τέχνῃ κάλλιςα τῶν πάντων, πολυτελείᾳ δὲ καὶ μεγέθει τῶν Φειδίυ λειπόμενα: *In quo Polycleti ſigna arte quidem omnium pulcherrima, ſumptu vero ac mole operibus Phidiæ inferiora,* Strabo lib. VIII, pag. 372, B.

Junonis Argivæ ſimulacrum à Polycleto ex ebore atque auro fabricatum deſcribit Pauſanias *pag.* 11, *lib.* 114, 52: Signum Junonis inſidet ſolio, mole ſatis magnum, ex auro & ebore à Polycleto fabricatum. Habet in capite coronam, cui Gratiæ & Horæ ſunt inſculptæ: manuum quoque altera fert malum punicum, altera ſceptrum. Quæ ad malum punicum pertinent, quod ſint ſermonis arcanioris, miſſa faciam. Cuculum vero ſceptro inſidere perhibent, quod virginis Junonis amore captus Jupiter, in eam ſe volucrem con-

verterit, quam puella veluti ludicrum aliquod expetiverit captaveritque. Hunc ſermonem fabuloſum, & ſi qua ſunt alia huic fabulæ ſimilia, non quidem veluti admittens refero, nihilominus tamen refero. Hæc Pauſanias. Meminit hujus Junonis etiam Plutarchus circa initium vitæ Periclis, Lucianus in Somnio. Maximus Tyrius Diſſertat. xxvi: Ἥραν ἔδειξεν Ἀργείοις Πολύκλειτος λευκώλενον, ἐλεφαντόπηχυν, εὐῶπιν, εὐείμονα, βασιλικὴν, ἱδρυμένην ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου: *Junonem exhibuit Argivis Polycletus albas ulnas habentem, cubitos eburneos, bene tunicatam, regia majeſtate præditam, aureoque innixam throno.* Anthologia Græc. Epigr. lib. iv, cap. 12:

> Ὁ Ἀργεῖος Πολύκλειτος, ὁ καὶ μόνος ὄμμασιν Ἥρην
> Ἀθρήσας, καὶ ὅσην εἶδε τυπωσάμενος,
> Θνητοῖς κάλλος ἔδειξεν ὅσον θέμις· αἱ δ' ὑπὸ κόλποις
> Ἄγνωστοι μορφαὶ Ζηνὶ φυλασσόμεθα.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

> *Unus Junonem vidit Polycletus ab Argis;*
> *Et nobis, quantum viderat, arte dedit;*
> *Et decora oſtendit, quà fas modo: cætera nam quæ*
> *Veſte latent, ſoli ſunt ea nota Jovi.*

Martialis lib. x, Epigr.

> *Juno labor Polyclete tuus & gloria felix,*
> *Phidiacæ cuperent quam meruiſſe manus,*
> *Ore nitet tanto, quanto ſuperaſſet in Ida*
> *Judice convictas non dubitante Deas.*
> *Junonem Polyclete ſuam niſi frater amaret,*
> *Junonem poterat frater amare tuam.*

Polycletus fecit & Herculem interficientem Hydram. *Arbitror in hac ratione ſive exercitatione dicendi*, inquit Cicero lib. ii de Oratore, *qui illam vim adeptus ſit, ut eorum menteis qui cùm aliqua ſtatuendi poteſtate audiunt ad ſuum arbitrium movere poſſit, hunc de toto illo genere reliquarum orationum non plus quæſiturum eſſe quid dicat, quàm Polycletum illum, cùm Herculem fingebat, quemadmodum pellem aut Hydram fingeret; etiamſi nunquam hæc facere ſeparatim didiciſſet.*

Polycleti Doryphorum ſibi Lyſippus ajebat magiſtram fuiſſe, Cicero de claris Oratoribus. Meminit hujus Doryphori ſtatuæ etiam Cicero circa initium Oratoris ad Brutum, ſicuti & Galenus lib. ii περὶ σπέρματος. *Doryphorum viriliter puerum* etiam ſupra Plinius recenſuit inter opera Polycleti.

Polycleti virgines Canephoræ. Cicero lib. iv in Verrem; *Erant ænea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam, more Athenienſium virginum, repoſita in capitibus ſuſtinebant. Canephoræ ipſæ vocabantur; ſed earum artificem, quemnam? rectè admones: Polycletum eſſe dicebant. Meſſanam ut quiſque noſtrum venerat, hæc viſere ſolebat: omnibus hæc ad viſendum patebant quotidie: domus erat non domino magis ornamento, quàm civitati*, &c.

Symmachus libro i, epiſt. 23: *Tune, inquies, audeas de philoſophis judicare? Licet alienas ſpectare virtutes: nam & Phidiæ Olympium Jovem, & Myronis buculam, & Polycleti Canephoras rudis ejus artis hominum pars magna mirata eſt. Intelligendi natura indulgentius patet. Alioqui præclara rerum paucis probarentur, ſi boni cujuſque ſenſus etiam ad impares non veniret.* De Canephoris vide Feſtum, & ſcholia in Ariſtophanis Acharnenſes, pag. 272.

Polycletus fecit Diadumenum molliter juvenem, centum talentis nobilitatum, ut ſupra ex Plinio retulimus. Memorat & Lucianus in Philopſeude; τὸν διαδούμενον τὴν κεφαλὴν τῇ ταινίᾳ, τὸ καλὸν, ἔργον Πολυκλείτου; ubi Scholiaſta vetus annotat, Γραφεὺς ὁ Πολύκλειτος, ὥσπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ· καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς νῦν εἰσάγεται θαυμάζω: *Pictor erat Polycletus, ſicuti & Euphranor: unde quoque miror quomodo nunc ut ſtatuarius introducatur.* Sed manifeſte Polycletum cum Polygnoto confundit Scholiaſtes, qui & alibi frequenter oſtendit, quàm parum cognitam perſpectamque habuerit veterum Artificum hiſtoriam.

Dio Chryſoſtomus Oratione xxxvii refert ſe vidiſſe ſtatuam Alcibiadis, abſciſſis manibus mutilam, quæ dicebatur opus eſſe Polycleti.

Salmoneus Polycleti. Anthologiæ lib. iii, cap. 14; & iv, 8:

> Χείρ με Πολυκλείτου Θασίη κάμεν· εἰμὶ δ' ἐκεῖνος
> Σαλμωνεὺς, βρονταῖς ὃς Διὸς ἀντεμάχουν.

Ὅς

Ὅς με καὶ εἰν ἀΐδῃ τρεθεῖ πάλι, καὶ με κεραυνοῖς
Βάλλει, μισῶν μευ κ'ὴ λαλέοντα τύπον.
Ἴσχε Ζεῦ πρηστῆρα, μέθες χόλον· εἰμὶ γὰρ ἄπνοις
Ὁ σκοπός. ἀψύχοις εἴκοσι μὴ πόλεμει.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit utrobique:

Ecce Polygnoti Thaſii manus: auſus ego ille
Salmoneus contra falſa tonare Jovem:
Qui me vexat apud Manes, & fulmina mutam
Vibrat in hanc (odium quò ruit?) effigiem.
Parce tonans flammis, iram preme; nam ſine vita
Sum ſcopulus. Bellum ne fac imaginibus.

Quidnam ſit hoc, quod Græcum Epigramma Polycletum videtur Thaſium facere, non ſatis capio: niſi forte præter celeberrimum illum Statuarium Polycletum Sicyonium, alius quoque fuerit Polycletus Thaſius Fictor. Hoc dubium videtur etiam Cl. Grotium induxiſſe ut pro Polycleto reponeret Polygnotum, quem Thaſium fuiſſe conſtat, Pictura clarum. Vide quæ obiter hac de re attingimus infra in Polygnotus.

Polyxena Polycleti. Anthologiæ lib. iv, cap. 9:

Ἁ δ' ἃ Πολυκλείτοιο Πολυξένα, οὐδέ τις ἄλλα
Χεὶρ ἔθιγεν τούτου δαιμονίου πίνακος·
Ἥρας ἔργον ἀδελφόν· ἴδ' ὡς πέπλοιο ῥαγέντος
Τὰν αἰδῶ γυμνὰν σώφρονι κρύπτει πέπλῳ.
Λίσσεται ἁ τλάμων ψυχᾶς ὕπερ· ἐν βλεφάροις δὲ
Παρθενικᾶς ὁ Φρυγῶν κεῖται ὅλος πόλεμος.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Iſte tuus labor eſt, Polyclete, Polyxena: ſenſit
Non aliam felix iſta tabella manum.
Germanum Junonis opus. Cerne ut ſibi prudens
Obducat rupta tegmina veſte pudor.
Pro vita facit illa preces: in virginis udis
Eſt oculis, quantum eſt de Phryge Marte ſuper.

Jovis Milichii ſignum è candido lapide fecit Polycletus. Dedicatum autem ob hujuſmodi cauſſam, &c. vide *Pauſaniam lib.* ii, *pag.* 119, 47.

Hecates ſimulacrum ex ære fecit Polycletus: *Pauſanias lib.* ii, *pag.* 126, 5.

Apollo, Latona, Diana ex candido lapide, Polycleti opera: *Pauſanias lib.* ii, *pagina* 129, 32.

Antipatri Mileſii ſtatuam fecit Polycletus: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 346, 19.

Cyniſco è Mantinea puero pugili ſtatuam fecit Polycletus: *Pauſanias lib.* vi, *pagina* 352, 10.

Pythoclem quinquertionem Eleum Polycletus fecit: *Pauſan. lib.* vi, *pag.* 358, 22.

Xenoclis Mænalii luctatoris ſtatuam Polycletus fecit: *Pauſan. lib.* vi, *pag.* 360, 10.

Therſilochum & Ariſtionem fecit Polycletus Argivus: *Pauſan. lib.* vi, *pag.* 367, 45.

Libero patri ſimulacrum fecit Argivus Polycletus. Cothurni ei pro calceamentis: una manu poculum, altera thyrſum tenet: thyrſo aquila inſiſtit, quod utique non ſatis reſpondet iis quæ Libero patri ſolent attribui: *Pauſanias lib.* viii, *pag.* 506, 48.

In fano Æſculapii apud Epidaurios eſt theatrum operis dignitate, ut mihi quidem videtur, longe præſtantiſſimum. Romanorum enim theatra, ubicunque tandem locorum inveniantur, cum ornamentis plurimum antecellunt cætera, tum magnitudine quoque ſuperant illud quod Megalopoli viſitur in Arcadia. Quod vero ad harmoniam pulchritudinemque operis attinet; nemo certe architectonum ſibi poteſt videri ſatis dignus, ut cum Polycleto in certamen deſcendat: Polycletus enim theatrum illud & rotundam ædem fecit: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 135, 35.

Athenæus *libro* v, *cap.* 9, refert ex Moſchione, Polycletum apud omnes in magna habitum admiratione ob lucernam quam Perſæ fabricatus eſt.

POLYCRATES, Faber ferrarius.

Anthologia Epigrammatum libro ſexto, cap. ult.

Ἐκ πυρὸς ὁ ῥαιστὴρ, καὶ ὁ κάρκινος, ἥ τε πυράγρη
Ἄγκειθ' Ἡφαίστῳ δῶρα Πολυκράτεος·
Ὧ πυκινὸν κρείων ὑπὲρ ἄκμονος, εὕρετο παισὶν
Ὄλβον, ὀιζυρὰν ὠσάμενος πενίαν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Malleus hic, cancer, forcepsque Polycrate dante
Ignipotens tibi ſunt ecce dicata pater.
Illo ſæpe ſuper feriens incude, fugavit
Pauperiem & natis arte paravit opes.

POLYCRATES, STATUARIUS.

Plinius lib. xxxiv, cap. 8, refert eum inter Artifices qui fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificanteſque.

POLYCRITHUS, ARCHITECTON.

Meminit ejus Plutarchus Græc. quæſt. 37.

POLYDECTES, STATUARIUS.

Palatinas domos Cæſarum replevere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus, Plinius libro xxxvi, 5.

POLYDORUS, SCULPTOR.

Multorum obſcurior fama eſt, quorundam claritati in operibus eximiis obſtante numero artificum; quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari poſſunt: ſicut in Laocoonte, qui eſt in Titi Imperatoris domo. Opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præferendum. Ex uno lapide eum, & liberos, draconumque mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices Ageſander, & Polydorus, & Athenodorus Rhodii, Plinius libro xxxvi, cap. 5.

POLYDORUS, STATUARIUS.

Plinius *libro* xxxiv refert eum inter Artifices qui optime fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificanteſque.

POLYDUS, MECHANICUS.

Polydus Theſſalus Philippo Amyntæ filio Byzantium oppugnante, inventionem Arietis à Pephaſmeno Tyrio inchoatam & à Cetra Calcedonio ulterius provectam, pluribus generibus & facilioribus explicavit. Ab hoc receperunt doctrinam Diades & Chereas, qui cum Alexandro militaverunt: vide *Vitruvium libro decimo, cap.* 19. Polyidos ſcripſit de Machinationib. teſte Vitruvio *in Proœmio libri* vii. Idem forte eſt cum hoc Polydo.

POLYEUCTUS, STATUARIUS.

Polyeuctus, Πολύευκτος, fecit ſtatuam Demoſthenis Oratoris. Plutarchus in x Oratorum vitis, ubi agit de Demoſthene: Αἰτήσας τι γραμματεῖον, ἔγραψεν (ὡς μὲν Δημήτριος ὁ Μάγνης φησὶ) τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐλεγεῖον ἐπιγεγραμμένον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕστερον,

Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ Δημόσθενες εἶχες,
Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Κεῖται δὲ ἡ εἰκὼν πλησίον τοῦ περισχοινίσματος καὶ τοῦ βωμοῦ τῶν δώδεκα θεῶν, ὑπὸ Πολυεύκτου πεποιημένη: *Poſtulans tabellam (ut quidem Demetrius Magneſius tradit) inſcripſit elegum quem poſtea ſtatuæ ipſius ſerius inſcribi curaverunt Athenienſes:*

Si menti vires fuerant, Demoſthenes, æquæ,
Non armis Macedûm Græcia victa foret.

Collocata vero eſt ſtatua juxta ſeptum & duodecim Deorum aram, à Polyeucto facta.

POLYGNOSTUS, PICTOR.

Ita Tzetzi, *Chiliadis* xii *hiſt.* 248, dicitur Pictor ille multò celeberrimus, qui aliis nuncupatur *Polygnotus Thaſius.*

POLYGNOTUS ATHENIENSIS, PICTOR.

Gyges Lydius picturam invenit in Ægypto: in Græcia vero Euchir, Dædali cognatus, ut Ariſtoteli placet: ut Theophraſto, Polygnotus Athenienſis, Plinius lib. vii, cap. 56. Non eſt alius à Thaſio, ſiquidem ex Suida atque Harpocratione conſtat eum γένει quidem Thaſium fuiſſe, θέσει vero Athenienſem.

POLYGNOTUS PARIUS, PICTOR.

Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inventum putant, poſtea conſummatum à Praxitele. Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere, ut Polygnoti, & Nicanoris, & Arceſilai Pariorum, Plinius xxxv, 11. Sed magis crediderim hoc in loco agi de Polygnoto Thaſio, ac Nicanorem tantum atque Arceſilaum Parios dici.

POLYGNOTUS THASIUS, PICTOR.

Poſteaquam Plinius lib. xxxv, cap. 8, nonnihil dixit de Bularcho aliiſque Pictoribus antiquiſſi-

antiquiſſimis, nec non de Phidia (nam & ipſe initio Pictor fuiſſe traditur) ejusque fratre Panæo, qui floruere circa nonageſimam Olympiadem; tandem quoque capite proxime ſequenti ſubjungit, *Alii quoque poſt hos* (primos nempe illos pingendi fingendique auctores poſt Phidiam) *clari fuere ante nonageſimam Olympiadem, ſicut Polygnotus Thaſius, qui primus mulieres lucida veſte pinxit, capita earum mitris verſicoloribus operuit, plurimumque picturæ primus contulit. Siquidem inſtituit os adaperire, dentes oſtendere, vultum ab antiquo rigore variare. Hujus eſt tabula in porticu Pompeji, quæ ante curiam ejus fuerat, in qua dubitatur aſcendentem cum clypeo pinxerit, an deſcendentem: Hic Delphis ædem pinxit: hic & Athenis porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuito; cùm partem ejus Mycon mercede pingeret: unde major huic auctoritas. Siquidem Amphyctiones, quod publicum Græciæ conſilium, hoſpitia ei gratuita decrevere.* Idem Plinius lib. XXXV, cap. 11: *Pauſias & ipſe pinxit penicillo parietes Theſpiis, cùm reficerentur quondam à Polygnoto picti: multumque comparatione ſuperatus exiſtimabatur, quoniam non ſuo genere certaſſet.*

Ex ære quoque ſigna feciſſe docet nos Plinius *lib.* XXXIV, *cap.* 8, quod non leviter firmat conjecturam maximi Grotii, referentis ad Polygnotum illud Salmonei ſimulacrum quod habet Anthologia Græcorum Epigrammatum *libro tertio*, *cap.* 14. Et rurſus *libro quarto*, *cap.* 8. Ipſum Epigramma adſcripſimus in Polycleti vita.

Quali atramento pinxerit Polygnotus, diſcas ex Plinii libro XXXV, cap. 6, ubi agit de conficiendo atramento: *Sunt qui & vini fæcem ſiccatam excoquant: affirmantque, ſi ex bono vino fæx fuerit, Indici ſpeciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon, celeberrimi pictores, Athenis è vinaceis fecere, tryginon appellant.*

Polygnotus dicitur Aglaophontis filius Platoni in Ione. Aglaophontis Thaſii, ait Simonides apud Pauſaniam *lib.* X, *pag.* 660, 27.

Polygnotus Pictor & frater ejus, fuere diſcipuli patris Aglaophontis: *Dio Chryſoſtomus Orat.* LV. Alter filiorum Aglaophontis dicitur Ariſtophon Platoni circa initium Gorgiæ.

Hæc & alia Polygnotum ſpectantia fuſius aliquanto proſequitur Suidas: Πολύγνωτος. οὗτος ζωγράφος μὲν ἦν τὴν τέχνην, Θάσιος δὲ τὸ γένος, υἱὸς καὶ μαθητὴς Ἀγλαοφῶντος· τυχὼν δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ἢ ἐπεὶ τὴν ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε προῖκα· ἢ, ὡς ἔνιοι, τὰς ἐν τῷ θησαυρῷ καὶ τὰς ἐν Ἀνακείῳ γραφάς: *Polygnotus hic arte quidem erat pictor, genere Thaſius, filius & diſcipulus Aglaophontis. Jus vero Athenienſium civitatis adeptus eſt, vel poſtquam variam porticum pinxit gratis, vel (ut alii tradunt) poſt picturas in theſauro & Anaceo pictas.* Eadem fere habet Harpocration, additque quod hanc rem cùm alii retulerunt, tum etiam Artemon in opere de Pictoribus & Juba in libro de Pictura.

Quis eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi? Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulcra dicere? Pulchriora etiam Polycleti, & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent? Similis in pictura ratio eſt; in qua Zeuxim, & Polygnotum, & Timanthem, & eorum, qui non ſunt uſi plus quam quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus: at in Aetione, (aliis *Echione*) *Nicomacho, Protogene, Apelle, jam perfecta ſunt omnia: ac neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul inventum & perfectum*, Cicero de Claris Oratoribus.

Primi, quorum quidem opera non vetuſtatis modo gratia viſenda ſint, clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus atque Aglaophon, quorum ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet, ut illa prope rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis qui poſt eos extiterunt auctoribus præferantur: proprio quodam intelligendi, ut mea fert opinio, ambitu, Quintilianus lib. XII, cap. 10.

Zeuxidis aut Polygnoti aut Euphranoris tabulæ Ἠσπάσαντο καὶ τὸ ἔσκιον, καὶ τὸ ἔμπνουν, καὶ τὸ ὑπεῖχόν τε καὶ ἐξέχον: *Sectantur opacum quid ac ſpirans, & recedens aliquid atque eminens*, Philoſtratus de vita Apollonii libro II, cap. 9.

Δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου, κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστιν ἠθικός: *Oportet juniores non tam Pauſonis opera contemplari, quàm Polygnoti, aut ſi quis alius pictorum ſtatuariorumve commode mores exprimit*, Ariſtoteles Politicorum libro VIII, cap. 5.

Οἱ γραφεῖς· Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε: *Ex pictoribus, Polygnotus quidem meliores, Pauſon vero deteriores, at Dionyſius ſimiles repræſentabat*, Ariſtoteles de Poëtica, cap. 2.

Αἱ τῶν νέων τῶν πλείστων, ἀήθεις τραγῳδίαι εἰσί· καὶ ὅλως ποιηταὶ πολλοὶ τοιοῦτοι. οἷον καὶ τῶν γραφέων Ζεῦξις πρὸς Πολύγνωτον πέπονθεν. ὁ μὲν γὰρ Πολύγνωτος ἀγαθὸς ἠθογράφος· ἡ δὲ Ζεύξιδος γραφὴ οὐδὲν ἔχει ἦθος: *Plurimorum juniorum tragœdiæ ſunt ſine moribus, & multi prorſus*

ſus poëtæ ſunt tales: ita quoque inter pictores Zeuxis ſe habet ad Polygnotum. Polygnotus enim eſt bonus morum pictor, at Zeuxidis pictura nullos omnino habet mores, Ariſtoteles de Poëtica, cap. 6.

Refert & Polygnotum inter probatiſſimos Artifices Dionyſius Halicarnaſſ. de Demoſthenis acumine ac vi. Locum deſcripſimus libro III *de Pictura Vett. cap.* VII, §. 8.

Polygnotus Thaſius & Dionyſius Colophonius, inquit Ælianus *var. Hiſt.* IV, 3, duo Pictores erant. Ac Polygnotus quidem pingebat magna, & in perfectis certamina ſubibat: Dionyſii vero picturæ, excepta magnitudine, Polygnoti artem accuratiſſime imitabantur, atque in ea paſſiones animi, mores, formæ habitudinem, veſtium ſubtilitatem, & reliqua ad vivum exprimebant.

Polygnoto Pictori uſum corporis ſui conceſſiſſe dicunt Elpinicen ſororem Cimonis, Miltiadis filii: quamobrem quoque cùm pingeret in porticu Peiſianactia (ut tunc temporis vocabatur, quæ nunc Pœcile dicitur) Troadas, faciem Laodices fertur ad Elpinices imaginem reddidiſſe. Non erat ex operariorum numero Polygnotus, neque pingendam redemerat porticum illam, verum gratuitam hanc munificentiam publico exhibuit. ὁ Πολύγνωτος οὐκ ἦν τῶν βαναύσων, οὐδ' ἀπ' ἐργολαβίας ἔγραφε τὴν στοὰν, ἀλλὰ προῖκα, φιλοτιμούμενος πρὸς τὴν πόλιν: vide *Plutarchum in Cimonis vita.* Meminit etiam hujus porticus à Polygnoto varia pictura exornatæ, Laërtius, *lib.* VII *in Zenone ſectæ Stoïcæ principe*, qui docuit in ea diſcipulos primo Zenonios, poſtea vero Stoicos appellatos. In hac varia porticu ſpectabatur quoque rarum illud exemplum fideliſſimi canis dominum ſuum in pugna Marathonia proſequentis, atque in confertos hoſtes unà cum domino irruentis. Canem hunc aliqui à Nicone, alii à Polygnoto Thaſio pictum putant: vide *Ælianum de Animal. lib.* VII, *cap.* 38. Ὡς οὐδὲν ἔχουσιν αἱ νῦν Ἀθῆναι σεμνὸν ἀλλ' ἢ τὰ κλεινὰ τῶν χωρίων ὀνόματα. Καὶ καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου· οὕτως ἐνθένδε φιλοσοφίας ἐξῳκισμένης, λείπεται περινοστοῦντα θαυμάζειν τὴν Ἀκαδημίαν καὶ τὸ Λύκειον, καὶ νὴ Δία τὴν ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην. ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, αἷς ἐγκατέθετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος: *Quàm nihil habent Athenæ quæ nunc ſunt venerabile, præter inclyta locorum nomina. Et quemadmodum ex hoſtia ſacrificando abſumptà ſola pellis remanet, indicium ejus animalis quod olim aliquando fuit; ita & philoſophia hinc expulſa, reſtat ut ex uno loco in alium tranſmigrantem admiremur Academiam, & Lyceum, ac per Jovem porticum quoque Variam, cognominem Chryſippi philoſophiæ, nunc vero non amplius variam. Proconſul enim abſtulit tabulas, in quas univerſam artem ſuam Thaſius Polygnotus contulerat*, Syneſius epiſtola 135. De hac Varia porticu multa habent Meurſii Athenæ Atticæ lib. I, cap. 5, inter quæ non pauca quæ hunc noſtrum Polygnotum ſpectant.

Polygnotus pinxit Caſſandram Delphis in exedra. Atque in hac tabula Caſſandræ potiſſimum laudabant Ὀφρύων τὸ ἐπιπρεπὲς καὶ παρειῶν τὸ ἐνερευθὲς, *Superciliorum decus & ruborem genarum.* Vide Luciani Imagines.

Πολυγνώτου δ' ζωγράφου ὁ νοῦς ἐστὶ γεγραμμένος ἐναίλιος, ἐπεσταμμένος, κομίζων σκευοφόρον, καὶ τὴν μυρσίνην λαγωὸν, καὶ ἀνάκειται ἐν τῷ Ἀνακείῳ, Heſychius. Corruptiſſimus locus. Primo tamen intuitu cuivis liquet legendum ὄνος pro ὁ νοῦς. Sicuti enim duo quædam non ignobilia Polygnoti opera attingit hoc in loco Heſychius, aſellum nempe ac leporem; ita videri poteſt reſpexiſſe aſellum, quem inſignis Artifex poſteritati ſpectandum reliquit in illa Trojani excidii pictura quam fuſe deſcribit Pauſanias *libro decimo, pag.* 662, 23. Ad leporem vero pertinet illud Apoſtolii Centuriæ XVI, Parœmia 39: Πολυγνώτου λαγώς.] Ἐπὶ τῶν ὅπως ἀκριβῶς ἐκτυπούντων· Πολύγνωτος γὰρ ὁ ζωγράφος γράψας λαγὼν, δόξαν παρέσχετο τοῖς ὁρῶσι, ζῶον εἶναι τὸ θηρίον τοῦτο: *Polygnoti lepus.*] *Uſurpatur de iis, qui aliquid accurate effigiant. Polygnotus enim picto lepore opinionem præbuit intuentibus, vivum eſſe illud animal.* Diſpice interim an Polygnotus unquam pinxerit illam de lepore ad myrtum hiſtoriam, quam refert Pauſanias *lib.* III, *pag.* 206, 53. Trojanæ interim expugnationis picturam, quam Polygnotus ex Homero aliisque Iliaci excidii poëmatis deſumptam pinxit Delphis, quamque Pauſanias *lib.* X, *pag.* 657 & 14 ſequentibus paginis fuſe deſcripſit, memorant quoque Plutarch. de Defectu oraculorum, & Philoſtratus de vita Apollonii, *lib.* VI, *cap.* 6.

Athenis eſt perantiquum Caſtoris & Pollucis templum, in quo ipſi ſtantes, ac filii equis inſidentes ſpectantur. Hac in æde Polygnotus pinxit eorum res geſtas & nuptias Leucippi filiarum: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 30, 53.

Polygnoti picturæ aliquot in Ægei heroo Athenis viſebantur: *Pauſanias libro primo, pag.* 39, 39.

Polygnotus in fano Minervæ Areæ apud Platæenſes pinxit Ulyſſem patrata jam procorum cæde: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 548, 20.

Equum abſolutiſſimi operis in Pœcile depictum à Nicone, (lege *Micone*) vel (ut alii) Poly-

Polygnoto, traduxerunt illius ævi homines, exiſtimantes totam elegantiſſimæ picturæ gratiam plurimum imminutam, propterea quod contra naturam illius animalis pilos inferioribus palpebris adpictos haberet: *Tzetzes Chiliadis* XI *hiſt.* 427.

POLYIDOS, MECHANICUS. Vide POLYDUS.

POLYSTRATUS, STATUARIUS.

Πάνυ γοῦν σεμνὸς καὶ ὁ τύραννος Φάλαρις, ὃς τοὺς ἐπιμαστιδίους θοινώμενος παῖδας, διὰ τῆς Πολυστράτου τοῦ Ἀμπρακιώτου κατασκευῆς μέχρι νῦν ὥς τις ἀνὴρ θαυμαστὸς δείκνυται· καὶ οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι βλέπειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τὸ πεφημισμένον, διὰ τὴν ἀνθρωποφαγίαν ἐδεδίεσαν· οἷς δὲ μέλον ἐστὶ παιδείας, αὐχοῦσιν ὅτι δι' εἰκόνος αὐτὸν θεωροῦσι: *Admodum profectò venerabilis fuit Phalaris tyrannus infantulos à matrum uberibus abreptos comedens, qui Polyſtrati Ambraciotæ opera uſque in hunc diem tanquam vir aliquis admiratione dignus oſtenditur. Et Agrigentini quidem vultum ejus prædictum propter anthropophagiam exhorreſcebant; inter eos vero, quibus nunc doctrina curæ eſt, non deſunt qui ſe glorientur eum in imagine conſpexiſſe*, Tatianus in Orat. adv. Græcos.

PORINOS, ARCHITECTUS.

Porinos & Antiſtates & Calleſchros & Antimachides Architecti, Piſiſtrato Athenis ædem Jovi Olympio facienti, fundamenta conſtituerunt, &c. Vide ANTISTATES.

POSIDONIUS, STATUARIUS & CÆLATOR.

Plinius libro XXXIV, cap. 8, refert hunc Poſidonium inter Artifices qui feliciſſime expreſſerunt athletas & armatos & venatores ſacrificantesque: ac porro addit ibidem, *Qui & argentum cælavit nobiliter, natione Epheſius.* Ante quoque dixerat lib. XXXIII, cap. 12, ubi de cælatura argenti & Cælatoribus agit, *Circa magni Pompeji ætatem laudantur Praxiteles & Poſidonius Epheſius.* Ad hunc quoque Poſidonium non male quoque referas illud Ciceronis libro II de Natura Deorum: *Quod ſi in Scythiam aut in Britanniam ſphæram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris noſter Poſidonius effecit, cujus ſingulæ converſiones idem efficiunt in Sole & in Luna & in quinque ſtellis errantibus, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus; quis in illa barbarie dubitet, quin ea ſphæra ſit perfecta ratione?*

POSIS, PLASTA.

Marcus Varro tradit ſibi cognitum Romæ Poſim nomine, à quo factas Romæ uvas, item piſces, ita ut non ſit aſpectu diſcernere à veris, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

POSPHORUS, ARCHITECTUS.

C. Julius Poſphorus Architectus Auguſti: *Inſcript. Gruteri* DXCIV, 4.

POSTHUMUS, AURIFEX.

Poſthumus Romanus, Capua oriundus, Græcarum litterarum artiumque ſcientiis imbui concupivit poſt trigeſimum ætatis annum. Primo auri Faber fuit, poſteaquam vero litteraturæ melioris amore capi cœpit, Athenas petiit, &c. Ποστοῦμος, Ῥωμαῖος ἀπὸ Καπύης, τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπαιδεύθη, ἀρξάμενος αὐτῶν μετὰ ἔτη λ΄. καὶ ἦν πρῶτον χρυσοχόος. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ αὐτὸν ὑπῆλθεν φιλόλογος ἔρως, εἰς τὰς Ἀθήνας ὥρμησε, &c. Vide Suidam in Ποστοῦμος.

POTHÆUS, STATUARIUS.

Prope Sicyonium eſt theſaurus Carthaginienſium, Pothæi, Antiphili, & Megaclis opus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 379, 17.

PRAXIAS, STATUARIUS.

Praxias Athenienſis, Calamidis diſcipulus. Meminit ejus Pauſanias *lib.* X, *pag.* 643, 27.

PRAXITELES, PICTOR.

Ceris pingere ac picturam inurere, quis primus excogitaverit, non conſtat. Quidam Ariſtidis inventum putant, poſtea conſummatum à Praxitele. Sed aliquanto vetuſtiores encauſticæ picturæ extitere, ut Polygnoti, & Nicanoris, & Arceſilai Pariorum. Lyſippus quoque picturæ ſuæ inſcripſit ἐνέκαυσεν*, quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inventa*, Plinius XXXV, 11.

PRAXITELES, CÆLATOR.

Roſcius cùm eſſet in cunabulis, inquit Cicero lib. I de Divinatione, *educereturque in Selonio, qui eſt campus agri Lanuvii; noctu lumine appoſito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Quo aſpectu exterrita, clamorem ſuſtulit. Pater autem Roſcii ad haruſpices retulit. Qui reſponderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Atque hanc ſpeciem Praxiteles cælavit argento, & noſter expreſſit Archias verſibus.*

Plinius lib. XXXIII, cap. 9: *Ut omnia de ſpeculis peragantur hoc loco: optima apud majores fuerant Brunduſina, ſtanno & ære miſtis. Prælata ſunt argentea. Primus*

fecit

fecit Praxiteles magni Pompeji ætate. Et mox ejuſdem libri capite 12, poſtquam maxime laudatus eſt Mentor, item Acragas, Boethus, Mys, atque alii, tandem & hæc ſubjungit: *Mox Cyzicenus Teuriſcus, item Ariſton & Eunicus Mitylenæi laudantur, & Hecatæus, & circa magni Pompeji ætatem Praxiteles, Poſidonius Epheſius, Lædus Stratiates, qui prælia armatosque cælavit,* &c.

Scholiaſtes Theocriti, ad verſum 105 Edyllii ε': Δύο φασὶ Πραξιτέλεις· τὸν μὲν ἀρχαιότερον, ἀνδριαντοποιόν· τὸν δὲ νεώτερον, ἀγαλματοποιόν. οὗτος δὲ ἦν ἐπὶ Δημητρίου τοῦ βασιλέως.

PRAXITELES, Sculptor.

Centeſima quarta Olympiade floruere Praxiteles, Euphranor, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini eſt paullum modo humaniori ignotus. Verba ſunt Varronis è libro Rerum humanarum primo, cujus principium hoc eſt. Vide Aulum Gellium noctium Attic. lib. XIII, cap. 16.

Meminit ejus Quintilianus Orat. Inſtitut. lib. II, cap. 19: *Si Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exſculpere, Parium marmor mallem rude: at ſi illud artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet quàm in artifice.* Et rurſus lib. XII, cap. 10: *Ad veritatem Lyſippum & Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant: nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quàm pulchritudinis amantior.* Quamvis autem veram quorumvis hominum ſimilitudinem feliciſſime expreſſerit Praxiteles; obſervabatur tamen brachia atque os eximie magis repræſentare. De capite eſt illud Auctoris ad Herennium lib. IV: *Chares à Lyſippo ſtatuas facere non iſto modo didicit, ut Lyſippus caput oſtenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti; ſed omnia coram magiſtrum facientem videbat; cæterorum opera vel ſua ſponte conſiderare poterat.* De ore eſt illud Arbitri Satyrico, in deſcriptione pulchræ: *Dominam producit è latebris, laterique applicat meo mulierem omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla vox eſt, quæ formam ejus poſſit comprehendere: nam quidquid dixero, minus erit. Crines, ingenio ſuo flexi, per totos ſe humeros effuderant: frons minima, & quæ radices capillorum retro flexerat: ſupercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia; & rurſus confinio luminum pene permixta: oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ: & oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Jam mentum, jam cervix, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor exſtinxerat.*

Diodoro Siculo in eclogis ex Hiſtoriarum lib. XXVI, cum Phidia & Apelle & Parrhaſio, artificum celeberrimis, conjungitur quoque Praxiteles, ὁ καταμίξας ἄκρως τοῖς λιθίνοις ἔργοις τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, *Qui lapideis operibus eximie admiſcuit affectiones animi*, ut ibidem loquitur Diodorus. Omnino vide Calliſtratum in deſcriptione Dionyſi.

Praxitelem pulchritudo Jovis Olympii Minervæque Phidiacæ non deterruit, quo minus experiretur quid efficere aut quouſque progredi poſſet. Locum Columellæ ex Præfatione libri primi adſcripſimus in Polycleti vita. Quamobrem & *laboriferum Praxitelem* dixit Statius Papinius libro IV Sylv. in Hercule epitrapezio Vindicis.

Ex his omnibus non vulgarem illam nomini ſuo conſtituit auctoritatem, ad quam reſpexit Phædrus in Prologo libri quinti:

Æſopi nomen ſicubi interpoſuero,
Auctoritatis eſſe ſcito gratia:
Ut quidam artifices noſtro faciunt ſæculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerint Praxitelem ſuo,
Detrito Myronem argento. - - -

Martialis lib. IV, Epigr. 39:

Argenti genus omne comparaſti,
Et ſolus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopæque,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

Uberrima hujuſmodi præconia jure meritoque in maximum Artificem ore olim pleniore fuiſſe congeſta, pluribus in locis oſtendit Plinius, antiquis Græcarum rerum auctoribus teſtimonium Scriptoris graviſſimi aſſertione ſua paſſim approbantibus. *Praxiteles marmore* (a) *felicior*, inquit Plinius lib. XXXIV, cap. 8, *ideo & clarior fuit. Fecit*

tamen

(a) *Marmore felicior.*] Propertius libro tertio, Eleg. 8:

Praxitelem proprius vindicat arte lapis.

De Praxitele quoque Plinius libro XXXVI, cap. 5: *Marmoris gloria ſuperavit etiam ſemet.* Ubi quoque nobilia quædam Praxitelis opera marmorea commemorat.

tamen ex ære pulcherrima opera: Proſerpinæ raptum: item Catagusan, & Liberum patrem, nobilemque (ϛ) *una Satyrum, quem Græci* περιβόητον *cognominant. Signa etiam quæ ante Felicitatis ædem fuere, Veneremque quæ cum ipſa æde incendio cremata eſt Claudii principatu, marmoreæ illi ſuæ* (γ) *per terras inclytæ parem: item Stephuſan, Spilumenen* (δ), *Oenophorum, Harmodium & Ariſtogitonem, tyrannicidas; quos a Xerxe Perſarum rege captos, victa Perſide Athenienſibus remiſit Magnus* (ε) *Alexander. Fecit & puberem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonon vocant. Spectantur & duo ſigna ejus diverſos effectus exprimentia, flentis matronæ, & meretricis gaudentis: hanc putant Phrynen fuiſſe; deprehenduntque in ea amorem artificis, & mercedem in vultu meretricis. Habet ſimulacrum & benignitas ejus. Calamidis enim quadrigæ aurigam ſuum impoſuit: ne melior in equorum effigie, defeciſſe in homine crederetur.*

De Nicia dicebat Praxiteles, interrogatus quæ maxime opera ſua probaret in marmoribus, Quibus Nicias manum admoviſſet: tantum circumlitioni ejus tribuebat, Plinius lib. XXXV, cap. II.

Praxitelis ætatem inter (a) *ſtatuarios diximus, qui marmoris* (b) *gloria ſuperavit etiam ſemet. Opera ejus ſunt Athenis in* (c) *Ceramico: ſed ante omnia, & non ſolum Praxitelis, verum & in toto orbe terrarum Venus, quam ut viderent, multi* (d) *navigaverunt Gnidum. Duas fecerat, ſimulque vendebat: alteram velata ſpecie, quam ob*

(ϛ) *Nobilem Satyrum.*] Confer hæc cum iis quæ de Praxitelis Satyro habet Pauſanias *lib.* I, *pag.* 34, 28.

(γ) *Illi ſuæ per terras inclytæ.*] Venerem Gnidiam ſignat, de qua non pauca habet ipſe Plinius libro XXXVI, cap. 5, quæ mox referemus.

(δ) *Spilumenen.*] Tatianus: Σπιλλόμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν.

(ε) *Remiſit Magnus Alexander.*] Suſis reperta ſunt multa quæ Xerxes è Græcia abſtulerat. Τά τε ἄλλα καὶ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνες· inquit Arrianus lib. III de Expeditione Magni Alexandri, καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω, καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ: *Inter alia quoque fuere Harmodii atque Ariſtogitonis æneæ ſtatuæ, quas Athenienſibus poſtea remiſit Alexander, poſitæque nunc ſunt Athenis in Ceramico.* Vide quoque librum ſeptimum ejuſdem Arriani.

(a) *Inter ſtatuarios diximus.*] Lib. nempe XXXIV, cap. 8; ubi dicitur floruiſſe Olympiade centeſima quarta.

(b) *Marmoris gloria ſuperavit etiam ſemet.*] Libro quoque eodem XXXIV, cap. 8 dixerat Plinius, *Praxiteles marmore felicior, ideo & clarior fuit.*

(c) *In Ceramico.*] Heſychius: Κεραμεικός, τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα αἱ πόρναι προεστήκεσαν· εἰσὶ δὲ δύο Κεραμεικοί, ὁ μὲν ἔξω τείχους, ὁ δὲ ἐντός: *Ceramicus, locus Athenis ubi ſcorta proſtabant. Sunt autem duo Ceramici: ille quidem extra muros, ille vero intra.* Suidas: Κεραμεικοὶ δύο εἰσίν· ὁ μὲν ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ ἔξω. ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον: *Ceramici duo erant: alter quidem intra urbem, alter vero extra, ubi quoque è publico ſepeliebant eos qui mortem pro patria pugnantes oppetierant, & funebres orationes habebant.* Et rurſus: Κεραμεικοὶ δύο τόποι Ἀθήνησιν· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ εἱστήκεισαν αἱ πόρναι: *Ceramici, duo loca Athenis; in quorum altero ſtabant meretrices.* Quam ob rem quoque videri poteſt Plinius hoc in loco innuere voluiſſe, complura Praxitelis opera ſpectata inter imagines bene de rep. meritis poſitas.

(d) *Multi navigaverunt Gnidum.*] Ἦν δὲ ὄντως μᾶλλον ἡ Φρύνη καλὴ ἐν τοῖς μὴ βλεπομένοις· διόπερ οὐδὲ ῥᾳδίως ἦν αὐτὴν ἰδεῖν γυμνήν. ἐχεσάρκιον γὰρ χιτώνιον ἀμπείχετο, καὶ τοῖς δημοσίοις οὐκ ἐχρῆτο βαλανείοις. Τῇ δὲ τῶν Ἐλευσινίων πανηγύρει καὶ τῇ τῶν Ποσειδωνίων ἐν ὄψει τῶν πανελλήνων πάντων ἀποθεμένη θοιμάτια καὶ λύσασα τὰς κόμας, ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ· καὶ ἀπ' αὐτῆς τὴν ἀναδυομένην Ἀφροδίτην ἀπεγράψατο Ἀπελλῆς, καὶ Πραξιτέλης δὲ ὁ ἀγαλματοποιὸς ἐρῶν αὐτῆς τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην ἀπ' αὐτῆς ἐπλάσατο: *Erat utique Phryne magis pulcra in illis partibus quæ non videntur, quamobrem haud facile fuit eam conſpicere nudam: induebatur etenim tunicam arcte carnes adſtringentem, neque publicis utebatur balneis. Frequentiſſimo tamen Eleuſiniorum conventu feriatiſque Neptuno diebus in Græcorum omnium conſpectu, deponens veſtes & ſolvens comas, ingreſſa eſt mare: adeo ut Venerem è mari emergentem ad hoc etiam exemplum pinxerit Apelles; Praxiteles quoque ſtatuarius, qui eam perdite amabat, imaginem Veneris Gnidiæ ad hoc exemplar finxerit,* Athenæus lib. XIII, cap. 6. Aliter Clemens Alexandrin. in Protreptico: Ὁ Πραξιτέλης, ὡς Ποσείδιππος ἐν τῷ περὶ Κνίδου διαγράφει, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα τῆς Κνιδίας κατασκευάζων, τῷ Κρατίνης τῆς ἐρωμένης εἴδει παραπλήσιον πεποίηκεν αὐτό, ἵν' ἔχοιεν οἱ δείλαιοι τὴν Πραξιτέλους ἐρωμένην προσκυνεῖν. Φρύνη δὲ ὁπηνίκα ἤνθει ἡ ἑταίρα ἡ Θεσπιακή, οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς τὸ κάλλος ἀπεμιμοῦντο Φρύνης. ὥσπερ αὖ καὶ οἱ λιθοξόοι τοὺς Ἑρμᾶς Ἀθήνησι πρὸς Ἀλκιβιάδην ἀπείκαζον. Hæc verba Clementis fuſius aliquanto red-

ob id quidem prætulerunt optione, quorum conditio erat, Coi; cùm alteram etiam eodem pretio

didit Arnobius libro ſexto: *Quis eſt qui ignoret Athenienſes illos Hermas Alcibiadei ad corporis ſimilitudinem fabricatos? Quis Praxitelem neſcit, Poſidippi ſi relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Cnidiæ ſolertiarum coëgiſſe certamine? Sed ſola eſt hæc Venus, cui de ſcorti vultu tranſlatitium decus auctum eſt? Phryna illa Theſpiaca, ſicut illi referunt qui negotia Theſpiaca ſcriptitarunt, cùm in acumine ipſo eſſet pulchritudinis, venuſtatis, & floris, exemplarium fuiſſe perhibent cunctarum quæ in opinione ſunt Venerum, ſive per urbes Grajas, ſive iſte quò fluxit amor talium cupiditasque ſignorum. Itaque artifices omnes ipſis iiſdem qui temporibus extiterunt, quibusque primus dabat exprimendarum ſimilitudinum veritas, omni cura ſtudioque certabant, ſilum capitis proſtituti Cythereïa in ſimulacra traducere. Ardebant artificum ſcita: alterque alterum vincere contentioſa æmulatione quærebant, non Venus ut auguſtior fieret, ſed ut Phryna pro Venere ſtaret. Atque ita perducta eſt res eo, ut pro Diis immortalibus ſacra meretricibus fierent, & infelix religio ſignorum fabricationibus falleretur.* Quæ Arnobius ibidem aliquanto poſt ex eodem Clemente refert de hac Venere Cnidia ab adoleſcente quodam adamata conſtuprataque, attingit etiam Valerius Maximus lib. VIII, cap. undecimo, exemplo externo 4: *Venerem Praxiteles in marmore quaſi ſpirantem in templo Gnidiorum collocavit, propter pulchritudinem operis à libidinoſo cujuſdam complexu parum tutam. Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pictura equæ, hinnitum edere coactus eſt, & canum latratus adſpectu picti canis incitatus: taurusque ad amorem & concubitum æneæ vaccæ Syracuſis nimiæ ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miremur, cùm hominis ſacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?* Lucianus quoque in Imagin. hanc Venerem vocat Πραξιτέλους ποιημάτων τὸ κάλλιστον, *Operum Praxitelis pulcherrimum.* Ac porro ſubjungit: Λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς, ὡς ἐρασθείη τις τοῦ ἀγάλματος καὶ λαθὼν ὑπολειφθεὶς ἐν τῷ ἱερῷ, ξυγγένοιτο ὡς δυνατὸν ἀγάλματι: *Perhibent de ea indigenæ, quod quiſpiam imaginem hanc amaverit, eamque clam in templo relictus (quantum fieri potuit) ſtupraverit.* Ac recte quidem additur ὡς δυνατὸν, ſiquidem ſacrilegæ hominis petulantiæ obſtare potuit Deæ manus partes pudendas obtegens: talem enim Veneris Cnidiæ ſtatuam deſcribit idem Lucianus in Amoribus: Εἴσω τοῦ νεὼ παρῄειμεν, inquit Lucianus: ἡ μὲν οὖν θεὸς ἐν μέσῳ καθίδρυται. Παρίας δὲ λίθου δαίδαλμα κάλλιστον ὑπερήφανον καὶ σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδιῶσα. πᾶν δὲ τὸ κάλλος αὐτῆς ἀκάλυπτον, οὐδεμιᾶς ἐσθῆτος ἀμπεχούσης γεγύμνωται, πλὴν ὅσα τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὴν αἰδῶ λεληθότως ἐπικρύπτειν. Τοσοῦτο γε μὴν ἡ δημιουργὸς ἴσχυσε τέχνη, ὥστε τὸ ἀντίτυπον οὕτω καὶ καρτερὸν τοῦ λίθου φύσιν ἑκάστοις μέλεσιν ἐπιπρέπειν: *Ingredimur templum, cujus in medio Dea poſita eſt ex Pario lapide, artificium pulcherrimum, ex ore leniter diducto paullum ſubridens. Tota vero pulchritudo ejus in aperto poſita eſt atque omni circumjectæ veſtis involucro deſtituta; niſi quod manuum altera partes pudendas inadvertenter quaſi contegit. Tantum porro valuit opifex ars efficere, ut adeo refractaria ac dura lapidis natura ſingulis membris conveniret.* Cùm Theodoſius moriens diviſiſſet imperium inter Honorium & Arcadium filios, ſpectabatur etiamnum Byzantii Ἡ Κνιδία Ἀφροδίτη ἐκ λίθου λευκῆς, γυμνή, μόνην τὴν αἰδῶ τῇ χειρὶ περιστέλλουσα, ἔργον τοῦ Κνιδίου Πραξιτέλους: *Cnidia Venus ex albo lapide, nuda, ſola pudenda manu tegens, opus Praxitelis Cnidii*, Cedrenus. Qua Oratione Apollonius Tyaneus hominem Gnidiæ Veneris amore flagrantem ab inſana cupidine revocaverit, docet Philoſtratus *libro* VI, *cap.* 17. Auſonius Epigramm. LVI:

Vera Venus Cnidiam quum vidit Cyprida, dixit:
Vidiſti nudam me, puto, Praxitele.
Non vidi, nec fas: ſed ferro opus omne polimus.
Ferrum Gradivi Martis in arbitrio.
Qualem igitur domino ſcierant placuiſſe Cytheren,
Talem fecerunt ferrea cæla Deam.

Imitatus eſt Auſonius illud Anthologiæ libro IV, cap. 12:

Ἡ Παφίη Κυθέρεια δι' οἴδματος ἐς Κνίδον ἦλθε,
Βουλομένη κατιδεῖν εἰκόνα τὴν ἰδίην.
Πάντη δ' ἀθρήσασα περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
Φθέγξατο, Ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης;
Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
Ἔξεσ' Ἄρης οἵαν ἤθελε τὴν Παφίην.

Quod ita vertit clariſſ. Hugo Grotius:

Diva Paphi Cnidiam trans æquora venit ad urbem,
Effigiem cupiens pulchra videre ſuam.
Venit ut in templum luſtravitque omnia, Quando eſt
Praxiteles nudam me ſpeculatus? ait.
Non vidit, Venus, ille nefas quæ cernere. Sed Mars
Ferreus expreſſit qualem amat ipſe Deam.

Complura id genus Epigrammata vide ibidem.

pretio detuliſſet: ſeverum id ac pudicum arbitrantes. Rejectam (e) *Gnidii emerunt, immenſa differentia famæ. Voluit* (f) *eam poſtea à Gnidiis mercari rex Nicomedes, totum æs civitatis alienum (quod erat ingens) diſſoluturum ſe promittens. Omnia perpeti maluere: nec immerito. Illo enim ſigno Praxiteles nobilitavit Gnidum. Ædicula ejus tota aperitur, ut conſpici poſſit undique effigies Deæ: favente ipſa, ut creditur, facto. Nec minor ex quacunque parte admiratio eſt. Ferunt amore captum quendam, cùm delituiſſet noctu, ſimulacro cohæſiſſe, ejuſque cupiditatis eſſe indicem maculam. Sunt in Gnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum: Liber pater Bryaxidis, & alter Scopæ, & Minerva: nec majus aliud Veneris Praxitelicæ ſpecimen, quàm quod inter hæc ſola memoratur. Ejuſdem eſt & Cupido* (g), *objectus à Cicerone Verri: ille, propter quem Theſpiæ viſebantur; nunc in Octaviæ ſcholis poſitus. Ejuſdem & alter nudus in Pario, colonia Propontidis; par Veneri Gnidiæ nobilitate & injuria. Adamavit*

(e) *Rejectam Gnidii emerunt.*] Κνίδιοι γὰρ τιμῶσιν Ἀφροδίτην μάλιστα, καὶ σφίσιν ἐστὶν ἱερὰ τῆς Θεοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἀρχαιότατον, Δωρίτιδος. μετὰ δὲ τὸ, Ἀκραίας. νεώτατον δὲ, ἣν Κνιδίαν οἱ πολλοὶ, Κνίδιοι δὲ αὐτοὶ καλοῦσιν Εὔπλοιαν: *Gnidii maxime colunt Venerem, ſuntque iis templa Deæ. Omnium vetuſtiſſimum, eſt Doritidis: poſt illud, Acreæ: recentiſſimum vero, quam plures alii Gnidiam, ipſi autem Gnidii Euplœan vocant*, Pauſan. lib. 1, pag. 2, 22.

(f) *Voluit eam mercari rex Nicomedes.*] *Praxiteles marmore nobilitatus eſt, Gnidiaque Venere, præcipue veſano amore cujuſdam juvenis inſignis: & Nicomedis æſtimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati*, Plin. nat. hiſt. lib. VII, cap. 38.

(g) *Cupido, objectus à Cicerone Verri.*] Cicero certe circa initium libri quarti in C. Verrem ait Meſſanæ apud C. Hejum Mamertinum fuiſſe perantiquum ſacrarium, magna cum dignitate à majoribus traditum, in quo inter alia ſummi artificii ſummæque nobilitatis ſigna *unum Cupidinis marmoreum, Praxitelis. Idem, opinor, artifex ejuſdem modi Cupidinem fecit illum qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ viſuntur: nam alia viſendi cauſa nulla eſt. Itaque ille L. Mummius, cùm Theſpiis ea, quæ ad ædem Felicitatis ſunt, cæteraque profana ex illo oppido ſigna tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat conſecratus, non attigit. C. Claudius, cujus ædilitatem magnificentiſſimam ſcimus fuiſſe, uſus eſt hoc Cupidine tamdiu, dum forum Diis immortalibus populoque Romano habuit ornatum; & eſſet hoſpes Hejorum, Mamertini autem populi patronus, ut illis benignis uſus eſt ad commodandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum* Cuivis interim ex hoc magni Oratoris loco perſpicuum, hunc Hejani ſacrarii Cupidinem non fuiſſe illum celeberrimæ famæ Theſpienſem, ſed alium ejuſdem æmulum: ac fortaſſe fuerit alter ille Cupido nudus, quem Plinius hoc in loco tradit aliquando ſpectatum in Pario, colonia Propontidis. De ipſo vero Cupidine Theſpienſi conſentanea iis, quæ Tullius dixit, habet Strabo lib. IX, pag. 410, B: Αἱ Θεσπιαὶ πρότερον μὲν ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους, ὃν ἔγλυψε μὲν ἐκεῖνος, ἀνέθηκε δὲ Γλυκέρα ἡ ἑταίρα Θεσπιεῦσιν, ἐκεῖθεν οὖσα τὸ γένος, λαβοῦσα δῶρον παρὰ τοῦ τεχνίτου. πρότερον μὲν οὖν ὀψόμενοί τινες τὸν Ἔρωτα ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν θέαν ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον: *Theſpiæ ſuperiori tempore nobiles erant propter Cupidinem Praxitelis, quem ille quidem ſculpſit, dedicavit autem Glycera ſcortum, genere Theſpienſis, cùm in eam artifex contuliſſet hoc donum. Theſpias igitur initio petebant quidam, Cupidinem hunc viſuri; cùm alias minime dignæ eſſent quæ ſpectarentur.* Strabonem quoque (uti ſolet) ſequitur, & Glyceram in hoc negotio agnoſcit Euſtathius ad verſum 498 Iliados B: Ἱστορεῖται ὁ Πραξιτέλους Ἔρως ἐν Θεσπιαῖς εἶναι, inquit ille, ὃν ἔγλυψε μὲν ἐκεῖνος, ἀνέθηκε δὲ ἡ ἑταίρα Γλυκέρα, ἐκεῖθεν οὖσα, καὶ λαβοῦσα δῶρον παρὰ τοῦ τεχνίτου· πολλοὶ δὲ ἀνέβαινον ὀψόμενοι τὸν Ἔρωτα. Athenæus libro XIII, cap. 6, pro Glycera ſubſtituit Phrynen, ac tradit Praxitelem aliquando optionem dediſſe Phrynæ ut è ſuis operibus deligeret ſive Cupidinem, ſive Satyrum ſtantem in Tripodibus; eam vero Cupidinem elegiſſe, ac Theſpiis conſecraſſe. Plenius totam rem exequitur Pauſanias *lib.* 1, *pag.* 34, ubi refert quo aſtu Phryne circumvenerit Praxitelem, ut expiſcaretur ex eo quodnam ſuorum operum ipſe Artifex optimum judicaret: *Athenis*, inquit, in via quam Tripodes appellabant, ſpectabatur Satyrus ille de quo magnifice valde ſentiens Praxiteles, multa quoque plenius inflatiusque apud omnes prædicare ſolebat. Aliquando igitur Phryne ab eo efflagitante aliquod operum ejus, quod ipſe pulcherrimum judicaret, non ſuſtinuit quidem ei, quam perdite amabat, poſtulatum denegare; proprium tamen de probatiſſimo opere judicium expromere noluit. Verſuta igitur mulier verum ipſius Artificis de ſuis operibus ſenſum ex eo expiſcatur hac arte. Subornat ſervulum ſuum trepide accurrentem, nuntiantemque officinam Praxitelis propemodum totam fortuitis ignibus hauſtam; atque adeo pleraque operum

vit enim eum Alchidas Rhodius, atque in eo quoque ſimile amoris veſtigium reliquit. Romæ Praxitelis opera ſunt, Flora, Triptolemus, Ceres (h) *in hortis Servilianis: boni* (i) *Eventus & bonæ Fortunæ ſimulacra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyadas vocant, & Caryatidas, & Sileni* (k) *in Aſinii Pollionis monumentis, & Apollo* (l), *& Neptunus. Praxitelis filius Cephiſſodorus rei & artis hæres fuit*, Plinius lib. XXXVI, cap. 5.

Ignoratur artifex ejus Veneris, inquit Plinius lib. XXXVI, cap. 5, *quam Veſpaſianus Imperator in operibus Pacis ſuæ dicavit, antiquorum dignam fama. Par hæſitatio eſt in templo Apollinis Soſiani, Nioben, cum liberis morientem Scopas an Praxiteles fecerit.* Venerem certe aliquam Praxitelis memorat Stephanus de Urbibus, in Ἀλεξάνδρειαι; & Pauſaniæ libro IX, pag. 582, 2, memorantur Venus & Phryne, opera Praxitelis. Niobes vero Praxiteliꝗæ meminit Auſonius Heroüm Epitaph. XXVIII:

Vivebam, ſum facta ſilex, quæ deinde polita
Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu:
Hunc ego, quum læſi Numina, non habui.

Anthol.

rum ejus, pauciſſimis exceptis, ignium violentia jam abſumpta. Hoc nuntio tantum pavoris incuſſum eſt Artifici, ut in publicum proſiliens exclamaverit, Actum eſt de laboribus meis, ſi ne quidem Satyro Cupidinique meo flammæ pepercerunt. Ibi tum Phryne manere eum atque animum reſumere jubet; nihil enim grave accidiſſe. Videbaris mihi hoc ſtratagemate percutiendus, ut ſubita conſternatione perculſum adigerem ad confitendum quod opus plurimi æſtimares. Atque ita Cupidinem elegit Phryne. Libero vero patri in proximo templo aſtat Satyrus puer, præbens poculum. Hæc Pauſanias. Julianus Imp. Oratione ſecunda; Τὸν χρυσὸν φασὶ τοῦ Θεσπιακοῦ Ἔρωτος τοῖς πτεροῖς ἐπιβληθέντα τὴν ἀκρίβειαν ἀφελεῖν τῆς τέχνης: *Ajunt aurum Cupidinis Theſpii alis adjectum abſtuliſſe accurationem artis.* Ajunt Cajum Imp. ſignum hoc Cupidinis primum loco moviſſe: Theſpienſibus deinde remiſſum à Claudio: Neronem deinde ſecundo Romam reportaſſe, ubi tandem incendio abſumptum eſt. Illum vero Cupidinem, qui Theſpiis hac noſtra ætate ſpectatur, fecit Athenienſis Menodorus, opus Praxitelis imitatus: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 581, 43. Praxitelis Cupidinem æneum egregie deſcribit Calliſtratus in Ecphraſci ſive Enarratione ſtatuarum. Ac paullo poſt ibidem quoque deſcribit & alium Cupidinem ex ære, quem idem Praxiteles in Athenienſium arce collocavit. Anthologiæ *lib.* IV, *cap.* 12, occurrit Epigramma Juliani in illum Praxitelis Cupidinem, quo patriam ſuam nobilitavit Phryne Theſpia. Perperam tamen Julianus æreum facit hunc Cupidinem, quem marmoreum fuiſſe conſtat:

Κλίνας αὐχένα γαῦρον ὑφ' ἱμερτοῖσι πεδίλοις
Χερσί με λαϊνέαις ἔπλασε Πραξιτέλης.
Αὐτὸν γὰρ τὸν Ἔρωτα τὸν ἔνδοθι κἀδόμενόν μευ
Χαλκεύσας, Φρύνῃ δῶκα γέρας φιλίης.
Ἡ δέ με ἂψ ἐπ' Ἔρωτι ἀνέθηκε· καὶ γὰρ ἐρῶντας
Δῶρον Ἔρωτι φέρειν αὐτὸν Ἔρωτα θέμις.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Praxiteles famulante manu me fecit Amorem,
Sub pedibus preſſus colla ſuperba meis.
Fecit ut in venis, quem ſenſit, aheneus eſſem,
Ut Phrynæ donum me daret ipſe ſuæ.
Illa datum tibi rurſus Amor ſacravit, Amori
Namque dari dignum munus amantis amor.

Sequuntur mox ibidem alia tria in eundem Cupidinem epigrammata, quæ vide.

(h) *Ceres.*] Athenis in templo Cereris ſigna ſunt ipſius Deæ, & filiæ, & Iacchi facem tenentis. Inſcriptum vero parieti literis Atticis, opera eſſe Praxitelis: *Pauſanias libro primo, pag.* 4, 4. Clemens quoque Alexandrinus in Protreptico memorat, Τὴν Πραξιτέλους Δήμητρα, καὶ Κόρην, καὶ τὸν Ἴακχον τὸν μυστικόν.

(i) *Boni Eventus & bonæ Fortunæ ſimulachra.*] Pauſanias *lib. primo, pag.* 81, 31, memorat Fortunæ ſignum à Praxitele elaboratum.

(k) *Sileni.*] Anthologia libro quarto, cap. 6:

Τέχνας εἵνεκα σεῖο καὶ ἁ λίθος ἅδε βρυάζει,
Πραξίτελες· λῦσον, καὶ πάλι κωμάσομεν.
Νῦν δ' ἡμῖν οὐ γῆρας ἔτ' ἄδεται· ἀλλ' ὁ μεθυστὴς
Σιληνοῖς κῶμον, βάσκανός ἐστι λίθος.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Praxiteles, lapis ipſe tua laſcivit ab arte
Et jam ſaltabit; tu modo ſolve baſi.
Nunc nos Silenos numerorum lege moveri,
Non ſenium, ſaxi ſed vetat invidia.

Tzetzes Chiliade VIII, Hiſt. 195.

(l) *Apollo.*] In Apollinis Προστατηρίου ſive Præſtitis æde eſt ſpectatu digniſſimum ſimulacrum Apollinis, Dianæ quoque & Latonæ, aliaque itidem ſigna Praxitelis: *Pauſanias libro* 1, *pag.* 82, 26.

Anthol. lib. IV, cap. 9:

> Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
> Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

Cl. Hugo Grotius vertit:

> *Ex viva lapidem me Di fecere: ſed ecce,*
> *Praxiteles vivam me fecit ex lapide.*

Praxitelem Vitruvius in Procemio libri ſeptimi refert inter Artifices qui de Mauſoleo exornando concertabant: *De Mauſoleo*, inquit Vitruvius, *ſcripſerunt Satyrus & Pytheus, quibus vere felicitas ſummum maximumque contulit munus: eorum enim artes ævo perpetuo nobiliſſimas laudes & ſempiterno florentes habere judicantur, & cogitatis egregias operas præſtiterunt. Namque ſingulis frontibus ſinguli artifices ſumpſerunt certatim partes ad ornandum & probandum, Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxiteles; nonnulli etiam putant Timotheum: quorum artis eminens excellentia coëgit ad ſeptem ſpectaculorum ejus operis pervenire famam.*

Timæus tradidit aram Epheſiæ Dianæ totam fere oppletam fuiſſe operibus Praxitelis: *Strabo lib.* XIV, *pag.* 641, B.

Aphrodiſium Praxitelis. Athenæus lib. XIII, cap. 6: φιλάργυρός τις ἐραστὴς ὑποκοριζόμενος φρύνην, εἶπεν, Ἀφροδίσιον εἶ Πραξιτέλους· ἡ δὲ, Σὺ δ' Ἔρως Φειδίου: *Præparcus quidam amator blande compellans Phrynen, dicebat, Aphrodiſium es Praxitelis: at illa, Tu vero, Amor Phidiæ.* Supra in Phidiæ vita monuimus, Athenæum hoc fortaſſe judicaſſe dignum relatu ob ſolam non inficetæ alluſionis gratiam, quam in hac jocandi concertatione deprehendere ſibi videtur Dalechampius.

Theophraſtus cavit teſtamento ut Praxiteles perficeret ſtatuam Nicomachi: *Laertius lib.* V *in Theophraſto.*

Pan utrem levans, Nymphæ ridentes, & Danaë Praxitelis. Anthol. lib. IV, cap. 12:

> Ὁ τραγόπους ὁ τὸν ἀσκὸν ἐπηρμένος, αἵ τε γελῶσαι
> Νύμφαι Πραξιτέλους, ἥ τε καλὴ Δανάη.
> Λύγδινα πάντα καὶ ἄκρα, σοφαὶ χέρες· αὐτὸς ὁ Μῶμος
> φθέγξεται, ἄκριτος Ζεῦ πάτερ ἡ σοφίη.

Cl. Grotius vertit:

> *Geſtator capripes utris, & ridentia Nymphæ*
> *Praxitelis pulchra Numina, cum Danaë,*
> *Tam bene facta nitent de marmore; Momus ut ipſe*
> *Dixerit, En artem, Juppiter, eximiam.*

Et rurſus Anthologiæ lib. VI, cap. 4, quæ omnia ſunt ἀντίστροφα, ſive *reciproca* epigrammata.

> Πραξιτέλης ἔπλασε Δανάην, καὶ φάρεα Νυμφῶν
> Λύγδινα, καὶ πέτρης Πᾶνά με Πεντελικῆς.

Cl. Grotius etiam reciproce tranſtulit:

> *Praxiteles tibi dat Danaen, tum tegmina Nymphis*
> *Lygdina, tum Panem qui petra Pentelicæ.*

Non longe ab ea porta, quæ Athenis ducit Phalerum, eſt ſepulcrum, cujus inſigne (ἐπίθημα) eſt miles equo adſtans. Quiſnam ille ſit, ignoro: Praxiteles vero & equum fecit & militem: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 3, 53.

Praxitelis Brauronia Diana: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 41, 49.

XII Deorum ſigna, opus Praxitelis: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 74, 53.

Satyrus Libero patri adſtans, opus Praxitelis, ex lapide Pario: *Pauſanias libro* 1, *pag.* 81, 17. Ubi & paullo poſt refert Praxitelem quoque feciſſe ſignum Deæ Pithûs ſive *Suadæ*, & alterius quoque Deæ quam Παρήγορον, ſive *Conſolatricem*, nuncupant.

Latona Praxitelis: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 124, 13.

Mercurius infantem Bacchum portans, Praxitelis opus, ex marmore: *Pauſanias libro* V, *pag.* 319, 42.

Eleis Liberi patris ſignum fecit Praxiteles: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 393, 40. Dionyſum Praxitelis deſcribit Calliſtratus in Enarratione ſtatuarum.

Mantineæ geminum eſt templum medio pariete diſpertitum: in uno Æſculapii ſignum viſitur, Alcamenis opus: in altero Latonæ ac liberorum ejus cella eſt. Signa fecit Praxiteles, tertia poſt Alcamenem ætate: in baſi Muſa inſculpta eſt, & Marſyas tibiis canens: *Pauſanias lib.* VIII, *pag.* 468, 54.

Praxiteles Mantinenſibus fecit Junonem in ſolio ſedentem, eique aſſiſtentes Minervam & Heben filiam Junonis: *Pauſanias libro* VIII, *pag.* 469, 10.

Platæenſes habent Junonis ædem ſpectatu digniſſimam, cùm amplitudine, tum ſignorum cultu atque ornatu. In primo ſtatim introitu Rhea ſaxum faſcis involutum pro puero quem pepererat ad Saturnum defert. Ipſius templi numen Ἥραν τελείαν, ſive *Junonem adultam* vocant. Rectum factum eſt ſignum magnitudinis immodicæ: & utrumque ſimulacrum ex Pentelico lapide fecit Praxiteles: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 546, 22.

Thebanis ſub ipſo templi culmine circa tholum complures ex XII laboribus Herculis fecit Praxiteles. Quæ prætermiſit, ſunt Stymphali aves, & Eleæ terræ purgatio: pro quibus eſt Lucta cum Antæo: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 559, 12.

Æſculapius Praxitelis: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 602, 29.

Phrynes inauratam imaginem elaboravit Praxiteles, unus ex iis qui eam amabant; ipſa vero Phryne hanc ſuam imaginem Delphis conſecravit: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 635, 40. Ipſius Phrynes vicini fecerunt ſtatuam ejus auream ſuper columna Pentelica: fecit eam Praxiteles. Crates vero Cynicus illud ſignum conſpicatus, dixit, Donarium eſſe intemperantiæ Græcorum. Locatum erat inter Archidami regis Lacedæmoniorum & Philippi Amyntæ filii ſtatuas, hanc habens inſcriptionem: PHRYNES THESPIENSIS ILLUSTRIS, ut ſcribit Alcetas lib. ſecundo de iis quæ Delphis dicata ſunt. Apollodorus libro de Scortis refert duas Phrynas, quarum unam vocabant Saperdion, alteram Clauſigelo, &c. Vide Athenæum lib. XIII, cap. 6, ubi hæc aliaque id genus plura occurrent. Meminit quoque hujus ſtatuæ *Plutarchus in libro Cur Pythia nunc non amplius reddat oracula carmine; Tatianus in Oratione contra Gentes; Dion Chryſoſtomus Orat.* XXXVII.

Anticyræ viſebatur Dianæ ſignum, opus Praxitelis; dextera gerit facem, & ſuper humeris pharetram. Adſtat ei canis ad ſiniſtram: ipſum autem ſimulacrum ſuperat maximæ cujuſque fœminæ proceritatem: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 683, 19.

Inter Pollionis Aſinii monumenta ſpectabatur etiam *Jupiter hoſpitalis Pamphili Praxitelis diſcipuli*, Plin. lib. XXXVI, cap. 5; ubi & paullo poſt addit: *Intra Octaviæ vero porticus in æde Junonis ipſam Deam fecerunt Dionyſius & Polycles; aliam Venerem eodem loco Philiſcus. Cætera ſigna Praxiteles.*

Adrianus Imp. cùm alia Athenis ædificavit, tum Junonis, Jovis Panhellenii, & Deorum omnium commune templum, teſte Pauſania *libro* I, *pag.* 34, 40; ac omnium quidem Deorum commune templum, πάνθεον ex re nuncupatum, prorſus magnificum fuiſſe liquet, & extrinſecus inſculptas habuiſſe Græcorum hiſtorias, ſupraque magnam portam equos duos à Praxitele factos, atque etiamnum hodie templum iſtud ſupereſſe. Vide hac de re *Epiſtolam Theodoſii Zygomalæ ad Martinum Cruſium ſcriptam anno* CIƆ IƆ LXXV, in qua hodiernum urbis Athenienſis ſtatum deſcribit.

Ἐνυοῦς ἄγαλμα ἐποίησαν οἱ παῖδες οἱ Πραξιτέλους; *Enyus ſtatuam fecerunt Praxitelis pueri*: Pauſanias lib. I, pag. 14, 20.

Τὸν Κάδμον οἱ παῖδες εἰργάσαντο οἱ Πραξιτέλους, *Cadmum pueri Praxitelis elaborarant*, Pauſanias lib. IX, pag. 560, 22.

PRISCUS, Pictor.

Vide quæ ſupra diximus in Actius Priscus.

PRISCUS, Mechanicus.

Severus Imp. hujus Priſci opera cùm in multis aliis rebus, tum præcipue in Atrorum oppugnatione uſus eſt: ſolæ etenim machinæ, quas ille fecerat, non ſunt à barbaris exuſtæ: *Xiphilinus in Severo.*

PROCLUS, Mechanicus.

Anthologia lib. IV, cap. 17:

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος,
Μοῦνος ἀναστῆσαι Θευδόσιος βασιλεὺς
Τολμήσας, Πρόκλῳ ἐπεκέκλετο· καὶ τόσος ἔστη
Κίων ἠελίοις ἐν τριακονταδύο.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Strata jacebat humi quidem quadra forma columnæ,
Theudoſii juſſu principis, arte Procli
(Quippe nefas aliis) moles ſurrexit in altum
Intra ter decies tanta duosque dies.

Vide quoque *Inſcript. Gruteri* CLXXXV, 6 & 7. Meminit & Procli cujuſdam, qui fecit κάτοπτρα πυροφόρα, *ſpecula ignifera* ſive *uſtoria*, ad comburendam hoſtium claſſem: *Zonaras Annalium Tomo* III, *in Anaſtaſii Dicori imperio.*

PRO-

PRODORUS, Statuarius.

Plinius libro XXXIV, cap. 8, refert eum inter æqualitate celebratos Artifices, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.

PROMETHEUS.

Infinita ſunt quæ de Prometheo referunt atque exponunt Mythologici Auctores, quorum pleraque tradit Servius ad Virgilii Eclogam VI. Prometheus *auctor vulgi fictilis*, ut loquitur Phædrus fabula LXXIII. Vide Auctorem Etymologici magni, in Ἰκονιον.

Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας καὶ ἰπνοποιοὺς καὶ πάντας ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν, *Athenienſes ollarum figulos & furnorum conſtructores & quicunque lutea fingunt, Prometheos appellabant*, Lucianus contra eum qui dixerat; *Prometheus es in verbis*. Vide quoque *Æſchyli Prometheum vinctum*.

Prometheo Athenienſes λαμπαδοφορίας, vel λαμπαδοδρομίας, certamina in Ceramico celebrarunt. Vide eos qui ſcripſerunt de Græcorum feſtis.

PROSERPINA.

Proſerpina texendi peritiſſima. Claudianus libro I de Raptu, verſu 245:

Ipſa domum tenero mulcens Proſerpina cantu
Syrica texebat rediture munera matri.
Hic elementorum ſeriem ſedesque paternas
Inſignibat acu. - - - Vide ibi plura.

PROTAGORAS.

Πρωταγόρας, ut ait Laërtius lib. nono, πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας: *Protagoras primus invenit eam quam vocant* τύλην, *in qua portant onera, ut refert Ariſtoteles in libro de Diſciplina.* Suidas hoc bajulorum inſtrumentum, quod Protagoras invenit, κοτύλην vocat: vide eum in Κοτύλη. *Protagoram, virum in ſtudiis doctrinarum egregium*, inquit A. Gell. libro V, cap. 3, *cujus nomen Plato libro illi ſuo inclyto inſcripſit, adoleſcentem ajunt victus quærendi gratia in mercedem miſſum, vecturasque onerum corpore ſuo factitaviſſe: quod genus Græci* βαστάζοντας *vocant, Latine Bajulos appellamus. Is de proximo rure in Abderam oppidum, cujus popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte Democritus, civitatis ejuſdem civis, homo ante alios virtutis & philoſophiæ gratia venerandus, quum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili, facile atque expedite incedentem: & prope accedit, & vincturam poſituramque ligni ſcite peritéque factam conſiderat, petitque ut paullum acquieſcat. Quod ubi Protagoras, uti erat petitum, fecit: atque itidem Democritus acervum illum & quaſi orbem caudicum, brevi vinculo comprehenſum, ratione quadam quaſi geometrica librari continerique animadvertit, interrogavit quis lignum illud ita compoſuiſſet: & quum ille à ſe compoſitum dixiſſet, deſideravit uti ſolveret ac denuo in modum eundem collocaret. At poſtquam ille ſolvit ac ſimiliter compoſuit, tum Democritus, animi aciem ſollertiamque hominis non docti demiratus, Mi adoleſcens, inquit, quum ingenium benefaciendi habeas, ſunt majora melioraque quæ facere mecum poſſis: abduxitque eum ſtatim ſecumque habuit, & ſumptum miniſtravit, & philoſophias docuit, & eſſe eum fecit quantus poſtea fuit.*

PROTOGENES, Pictor.

Plinius libro XXXV, cap. 10, poſtquam de Apelle (quem Olympiade CXII floruiſſe tradit) multa eximie dixit, ac de Ariſtide Thebano æquali Apellis nonnulla quoque ſubjunxit, proxime tranſit ad Protogenem, de quo hæc habet notatu digniſſima: *Simul, ut* (a) *dictum eſt, & Protogenes floruit. Patria* (b) *ei Caunus gentis Rhodiis ſubjectæ*

(a) *Ut dictum eſt.*] Quando nempe in priore hujus capitis parte retulit Plinius Apellem Rhodum profectum, ut ſummum Artificem coram inſpiceret; *Scitum eſt*, inquit, *inter Protogenem & Apellem quod accidit. Ille Rhodi vivebat: quò cùm Apelles adnavigaſſet, avidus cognoſcendi opera ejus, fama ſibi tantum cogniti, continuo officinam petiit. Aberat ipſe, ſed tabulam magnæ amplitudinis, in machina aptatam picturæ, anus una cuſtodiebat. Hæc Protogenem foris eſſe reſpondit, interrogavitque à quo quæſitum diceret. Ab hoc, inquit Apelles: arreptoque penicillo, lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Reverſo Protogeni, quæ geſta erant, anus indicavit. Ferunt artificem protinus contemplatum ſubtilitatem, dixiſſe Apellem veniſſe: non enim cadere in alium tam abſolutum opus. Ipſumque alio colore tenuiorem lineam in illa ipſa duxiſſe; præcepiſſeque abeuntem, ſi rediſſet ille, oſtenderet, adjiceretque, Hunc eſſe quem quæreret: atque ita evenit. Revertitur enim Apelles;*

ſed

jectæ. Summa (c) *ejus paupertas initio, artisque* (d) *ſumma intentio, & ideo minor fertilitas. Quis* (e) *eum docuerit, non putant conſtare. Quidam* (f) *& naves pinxiſſe uſque ad annum quinquageſimum, argumentum eſſe, quòd cùm Athenis celeberrimo loco Minervæ delubro propyleon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum & Hemionida, quam quidam Nauſicaam vocant, adjecerit parvulas naves longas in iis quæ pictores Parerga appellant, ut* (g) *appareret à quibus initiis ad arcem oſtentationis opera ſua perveniſſent. Palmam* (h) *habet tabularum ejus Jalyſus, qui eſt Romæ dicatus in templo Pacis: quem cùm pingeret, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtine-*

ſed vinci erubeſcens, tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens amplius ſubtilitati locum. At Protogenes victum ſe confeſſus, in portum devolavit, hoſpitem quærens. Placuitque ſic eam tabulam poſteris tradi: omnium quidem, ſed artificum præcipuo miraculo. Conſumptam eam conſtat priore incendio domus Cæſaris in palatio, avide ante à nobis ſpectatam, ſpatioſiore amplitudine nihil aliud continentem, quàm lineas viſum effugientes, inter egregia multorum opera inani ſimilem, & eo ipſo allicientem omnique opere nobiliorem. Et paullo poſt: *Apelles & in æmulis benignus, Protogeni dignationem primus Rhodi conſtituit. Sordebat ille ſuis, ut plerumque domeſtica: percontantique quanti licitaretur opera effecta, parvum neſcio quid dixerat: at ille quinquagenis talentis popoſcit: famamque diſperſit ſe emere, ut pro ſuis venderet. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem; nec niſi augentibus pretium ceſſit.* Ad hanc igitur amicæ concertationis & fraternæ benevolentiæ hiſtoriam reſpiciens Plinius, ait ſibi jam dictum, ſimul cum Apelle floruiſſe Protogenem: neque enim Protogenes uſque adeo ingenue palmam artis Apelli concedere, aut Apelles Artificem apud ſuos abjectum atque obſcurum tam benigne è tenebris ad lucem revocare potuiſſet, ſi non uno eodemque tempore vixiſſent.

(b) *Patria ei Caunus.*] Unde & Protogenem Caunium dixit Plutarchus *in Demetrio*; Pauſanias *libro primo*. Suidas celeberrimum hunc Pictorem dicit fuiſſe Xanthium ex Lycia. Vide *Suidam in* Πρωτογένης.

(c) *Summa ejus paupertas initio.*) Dura ſors eximii Artificis, cui opera vita erat, in memoriam mihi revocat illud Arbitri: *Neſcio quomodo bonæ mentis ſoror eſt paupertas.*

(d) *Artisque ſumma intentio.*] Quam nimiam fuiſſe judicavit Apelles paullo ante, dicens, *Omnia ſibi cum Protogene paria eſſe, aut illi meliora: ſed uno ſe præſtare; quòd manum ille de tabula neſciret tollere. Memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam.*

(e) *Quis eum docuerit, non putant conſtare.*] Rariſſime tamen latere ſolent clariſſimorum quorumque virorum præceptores. Τῶν πλείστων ἔχομεν εἰπεῖν τοὺς διδασκάλους τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν, ὅτῳ ἕκαστος συγγενόμενος λόγου ἄξιος ἐγένετο: *Plurimorum enim inſignium virorum referre poſſumus præceptores, quibuscum conſueſcentes commemoratione digni ſunt habiti*, Dio Chryſoſtomus circa initium Orationis LV. Vide locum.

(f) *Quidam & naves pinxiſſe.*] Quod vile atque humile picturæ genus putabatur. *Eſt nomen & Heraclidi Macedoni*, inquit Plinius libro XXXV, cap. 11. *Initio naves pinxit, captoque rege Perſeo Athenas commigravit.*

(g) *Ut appareret à quibus initiis.*] Singularis itaque modeſtiæ Artifex non putavit famæ ſuæ per omnes jam terras eſſloreſcenti pudendam eſſe priſtinæ tenuitatis memoriam. Prorſus ut Agathoclem quoque regem non inlibenter incrementa ſua recognoviſſe teſtatur Auſonius Epigr. 8.

(h) *Palmam habet tabularum ejus Jalyſus.*] De hac igitur pictura Jalyſi accipe illud Plinii libro VII nat. Hiſtor. capite 38: *Rhodum non incendit rex Demetrius, Expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret ab ea parte muri locatam.* A. Gellius lib. XV noct. Atticarum, cap. 3: *Rhodum inſulam celebritatis antiquiſſimæ, oppidumque in ea pulcherrimum ornatiſſimumque obſidebat oppugnabatque Demetrius, dux ætate ſua inclytus: cui à peritia diſciplinaque faciendi obſidii, machinarumque ſollertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum* πολιορκητὴς *fuit. Tum in obſidione illa ædes quaſdam publice factas, quæ extra urbis muros cum parvo præſidio erant, aggredi & vaſtare atque abſumere igne parabat. In his ædibus erat memoratiſſima illa imago Jalyſi, Protogenis manu facta, illuſtris pictoris: cujus operis pulchritudinem præſtantiamque ira percitus Rhodiis invidebat. Mittunt Rhodii ad Demetrium legatos, cum his verbis: Quæ, malum, inquiunt, ratio eſt, ut tu imaginem iſtam velis incendio ædium facto diſperdere? Nam ſi nos omnes ſuperaveris & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam potieris: ſin vero nos vincere obſidendo nequiveris; petimus conſideres, ne turpe tibi ſit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo geſſiſſe. Hoc ubi ex legatis audivit, oppugnatione deſita & imagini & civitati pepercit.* Meminit quoque hujus Jalyſi Cicero circa initium

ſuſtinerent & ſitim, ne ſenſus nimia sibi dulcedine obſtrueret. Huic picturæ quater colorem induxit, ſubſidio injuriæ & vetuſtatis; ut decedente ſuperiore, inferior ſuccederet. Eſt in ea canis mire factus, ut quem pariter caſus & ars pinxerit. Non judicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, cum in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) ſibi ipſe ſatisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius a veritate diſcedere, ſpumaque illa pingi non ex ore naſci, anxio animi cruciatu, cum in pictura verum eſſe, non veriſimile vellet: abſterſerat ſæpius mutaveratque penicillum, nullo modo ſibi approbans. Poſtremò iratus arti quod intelligeretur, ſpongiam eam impegit inviſe loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores qualiter cura optabat, fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo ſimilis & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta, ſecutus dicitur; cùm pingeret poppyzonta retinentem equum. Canem ita Protogenes monſtravit & Fortuna. Propter hunc Jalyſum, ne cremaret tabulas Demetrius rex, cùm ab ea parte ſola poſſet Rhodum capere, non incendit: parcentemque picturæ, fugit ratio victoriæ. Erat (l) *tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo, h. e. Demetrii caſtris. Neque interpellatus præliis inchoata opera intermiſit omnino: ſed accitus a Rege interrogatuſque qua fiducia extra muros ageret: reſpondit, Scire ſe illi cum Rhodo bellum eſſe, non cum artibus. Diſpoſuit ergo Rex in tutelam ejus ſtationes, gaudens quòd poſſet manus ſervare quibus jam pepercerat: & ne ſæpius avocaret, ultro ad eum venit hoſtis, relictiſque victoriæ ſuæ votis, inter arma & murorum ictus ſpectavit artificem. Sequiturque tabulam ejus temporis hæc fama, quod eam Protogenes ſub gladio pinxerit. Satyrus hic eſt quem Anapauomenon vocant, & ne quid deſit temporis ejus ſecuritati, tibias tenens. Fecit* (k) *& Cydippen, Tlepolemum, Philiſcum tragœdiarum ſcriptorem meditantem, & athle-* [illegible] *tam,*

initium libri de perfecto Oratore ad Brutum; item Verrina IV; epiſt. denique 21 libri II ad Atticum. Demetrius Poliorcetes Rhodum oppugnans, cepit in quodam ſuburbio tabulam illam Protogenis, in qua Jalyſium pingebat. Rhodiis vero multum deprecantibus ut parceret picturæ; reſpondit, Se paternis potius imaginibus, quàm iſti tabulæ manus illaturum: *Plutarchus in apopht. regum & impp.* Eadem quoque habet Idem in Demetrio; ubi & hæc addit: Ἑπτὰ γὰρ ἔτεσι συντελέσαι λέγεται τὴν γραφὴν ὁ Πρωτογένης. καί φησιν ὁ Ἀπελλῆς οὕτως ἐκπλαγῆναι θεασάμενος τὸ ἔργον, ὥστε καὶ φωνὴν ἐπιλιπεῖν αὐτόν. ὀψὲ δ' εἰπεῖν, Μέγας ὁ πόνος, καὶ θαυμαστὸν τὸ ἔργον· οὐ μὴν ἔχειν χάριτας, δι' ἃς οὐρανοῦ ψαύειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφόμενα. Ταύτην μὲν οὖν τὴν γραφὴν εἰς ταὐτὸ ταῖς ἄλλαις συνωσθεῖσαν ἐν Ῥώμῃ τὸ πῦρ ἐπενείματο.: *Septem annis dicitur Protogenes hanc picturam perfeciſſe. Ferturque Apelles, opere conſpecto, tam vehementer obſtupuiſſe, ut vox eum deficeret: tandem vero dixiſſe, Grandem laborem atque opus admirandum eſſe, non tamen habere gratias, propter quas à ſe picta cælum contingerent. Hæc tabula una cum pluribus aliis Romam deportata, ibi quoque cum reliquis abſumpta eſt incendio.* Eadem fere habet Ælianus *var. Hiſt. lib.* XII, *cap.* 41. Quis vero fuerit hic Jalyſus, inquirit Paulus Leopardus *Emendat. lib.* XVI, *cap.* 2. Rhodiis in admiratione fuere Jalyſus & Satyrus, columnæ adſtans, cui columnæ perdix inſiſtebat. Atque adeo, tabula iſthac primum poſita, perdix tantopere traxit hominum oculos atque in ſe defixos tenuit, ut Satyrum nemo admiraretur, quamquam elaboratiſſimum. Auxerunt hunc imperitæ turbæ ſtuporem cicures perdices introductæ à perdicum altoribus. Nam hæ conſpecta perdice picta, vivam putantes, eam quoque ut ad ſe aggregaretur advocabant, non ſine maxima ſpectatorum oblectatione. Videns igitur Protogenes ipſum opus factum eſſe quoddam quaſi additamentum ad opus, ὁρῶν δ' ὁ Πρωτογένης τὸ ἔργον πάρεργον γεγονός, impetrata à templi præfectis venia, perdicem delevit: *Strabo libro* XIV, *pagina* 652. Meminit quoque hujus perdicis Euſtathius ad *verſum* 505 *Dionyſii Periegetæ*, non ſine ſumma laude.

(l) *Erat tunc Protogenes in ſuburbano hortulo ſuo.*] Meminit quoque hujuſce hortuli Plinius hoc ipſo capite, paullo poſt: *Sed nulla gloria artificum eſt, niſi eorum qui tabulas pinxere; eoque venerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco manſuras, quæ ex incendiis rapi non poſſent. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnis eorum ars urbibus excubabat: pictorque res communis terrarum erat.* Hiſce Plinii verbis adde & illud ejuſdem libro XXXV, cap. 4: *Exſtat M. Agrippæ oratio magnifica & maximo civium digna, de tabulis omnibus ſigniſque publicandis: quod fieri ſatius fuiſſet, quam in villarum exilia pelli.*

(k) *Fecit & Cydippen.*] Præter pauciſſima Protogenis opera hoc in loco à Plinio enumerata, Pauſanias refert etiam *libro* I, *pag.* 6, 32, Theſmothetas à Protogene Caunio Athenis in Quingentorum curia pictos,

tam, & Antigonum regem; & imaginem matris Ariſtotelis philoſophi, qui etiam ſuadebat (l) *ut Alexandri Magni opera pingeret propter æternitatem rerum. Impetus* (m) *animi & quædam artis libido in hæc potius eum tulere. Noviſſime pinxit & Alexandrum & Pana. Fecit* (n) *& ſigna ex ære, ut diximus.*

Ob hæc omnia non eſt mirandum ſi Protogenis nomen, celebre inter Artifices, clariſſima atque una inſignium Scriptorum voce ad poſteritatis memoriam perlatum eſt.

Arbiter Satyrico: *In pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem; nam & Zeuxidos manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victas: & Protogenis rudimenta cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractavi. Jam vero Apellis, quem Græci monocnemon appellant, etiam adoravi. Tanta enim ſubtilitate extremitates imaginum erant ad ſimilitudinem præciſæ, ut crederes etiam animorum eſſe picturam.*

Quintilianus lib. XII, cap. 10: *Floruit circa Philippum & uſque ad ſucceſſores Alexandri pictura præcipue, ſed diverſis virtutibus. Nam cura, Protogenes; ratione, Pamphilus ac Melanthius, facilitate, Antiphilus; concipiendis viſionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius; ingenio & gratia, quam in ſe ipſe maxime jactat, Apelles eſt præſtantiſſimus.*

Columella in Præfatione libri primi de R. R. *Ne minoris quidem famæ opifices per tot jam ſæcula videmus laborem ſuum deſtituiſſe, qui Protogenem, Apellemque cum Parrhaſio mirati ſunt. Nec pulchritudine Jovis Olympii Minervæque Phidiacæ ſequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lyſippum, Praxitelem, Polycletum, quid efficere aut quouſque progredi poſſent. Sed in omni genere ſcientiæ & ſummis admiratio veneratioque, & inferioribus merita laus contingit.*

Varro libro VIII de L. L. *Cùm culpandus non ſit medicus, qui è longinqua mala conſuetudine ægrum in meliorem traducit; quare reprehendendus ſit, qui orationem minus valentem propter malam conſuetudinem, traducit in meliorem? Pictores Apelles & Protogenes, ſic alii artifices egregii non reprehendendi, quod conſuetudinem Myconis, Dioris, Arimnæ, & aliorum ſuperiorum non ſunt ſecuti.*

Cicero de Claris Oratoribus: *Quis eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quàm ut imitentur veritatem? Calamidis, dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti, & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent. Similis in pictura ratio eſt, in qua Zeuxim, & Polygnotum, & Timanthem, & eorum, qui non ſunt uſi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. At in Aetione, Nicomacho, Protogene, Apelle, jam perfecta ſunt omnia: & neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul & inventum & perfectum.*

Theo Sophiſta Progymn. cap. 1; Τοῖς ζωγραφεῖν βουλομένοις ἐδὲν ὄφελ۞ καθορᾶν τὰ τ' Ἀπελλοῦ, καὶ Πρωτογένους, καὶ Ἀντιφίλου ἔργα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ γράφειν ἐπιχειρῶσι. *Picturæ ſtudioſis nihil profuerit cognoviſſe Apellis & Protogenis & Antiphili opera, niſi & ipſi manum tabulæ admoverint.*

PTERAS,

ctos, qui ſenatorio apud Athenienſes munere annuo fungebantur. Ego certe non iverim inficias Protogenem olim & propter alia quædam opera in ſummo fuiſſe & honore & nomine; pauciora tamen credo ad memoriam poſteritatis perlata: non modo quòd *ſummam artis intentionem* neceſſario conſecuta ſit *minor fertilitas*, ut paullo ante locutus eſt Plinius; verum etiam quod cum Ariſtomene Thaſio, Polycle Atramitteno, Nicomacho, pluribusque aliis omnino referendus videatur inter illos Pictores; *Quos neque induſtria, neque artis ſtudium, neque ſolertia defecit*, ut inquit Vitruvius in Proœmio libri tertii, *ſed aut rei familiaris exiguitas, aut imbecillitas fortunæ, ſeu in ambitione certationis contrariorum ſuperatio, obſtitit eorum dignitati.*

(l) *Suadebat ut Alexandri Magni opera pingeret.*] Ita *Lyſippus fecit Alexandrum Magnum multis operibus à pueritia ejus orſus*, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Vide quæ nos hac de re diximus libro III de Pictura Vett. cap. 1, §. 2.

(m) *Impetus animi & quædam artis libido in hæc eum potius tulere.*] Huic affine eſt illud Plinii circa finem hujusce capitis: *Annumeratur his & Nicophanes elegans & concinnus, ita ut vetuſta opera pingeret propter æternitatem rerum: impetuoſi animi, & cui pauci comparentur. Cothurnus ei & gravitas artis.*

(n) *Fecit & ſigna ex ære, ut diximus.*] Libri nempe trigeſimi quarti cap. 8, ubi nobilitates ex ære operum recenſens, inter alia & hæc habet: *Athletas, & armatos, & venatores, ſacrificanteſque fecit Batton, Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus, Leophon, Lyſon, Leon, Menodorus, Myagrus, Polycrates, Polydorus, Pythocritus, Protogenes, idem pictura clariſſimus, ut dicemus.*

PTERAS, ARCHITECTUS.

Meminit ejus Pauſanias *lib.* x, *pag.* 618, 16.

PTOLICHUS, STATUARIUS.

Epicradium Mantinenſem athletam fecit Ptolichus Ægineta: *Pauſanias libro ſexto*, *pag.* 363, 16. Supra quoque fuit POLICHUS ÆGINETA.

PTOLICHUS ALTER, ITIDEM STATUARIUS.

Hipponem Eleum fecit Democritus Sicyonius, qui refertur ad quintum à ſe retro magiſtrum Atticum Critiam. Ptolichus enim Corcyræus ab ipſo didicit Critia, is Amphionem docuit, Amphionis diſcipulus fuit Piſon è Calaurea, à quo artem Democritus didicit: *Pauſanias libro ſexto*, *pag.* 347, 45.

PUBLIUS, PICTOR.

Publius Iſſam, catellam ſuam blandiſſimam, aut ipſe pinxit, aut pingi curavit. Martialis lib. 1, Epigr. 109:

Iſſa eſt paſſere nequior Catulli.
Iſſa eſt purior oſculo columbæ.
Iſſa eſt blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt carior Indicis lapillis.
Iſſa eſt deliciæ, catella Publi.
Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimit tabella:
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Ut ſit tam ſimilis ſibi nec Iſſa.
Iſſam denique pone cum tabella:
Aut utramque putabis eſſe veram,
Aut utramque putabis eſſe pictam.

PUBLIUS CLODIUS DIDA. Vide DIDA, VASCULARIUS.

PUBLIUS CORNELIUS, ARCHITECTUS.

PUBLIUS CORNELIUS, Architectus, Inſcript. Gruteri XCIX, 9.

PUBLIUS LONGIDIENUS. Vide LONGIDIENUS, FABER NAVALIS.

PUBLIUS MARCIUS. Vide MARCIUS, TECTOR.

PUBLIUS MINIDIUS.

Publius Minidius cum M. Aurelio & Gn. Cornelio ſub Auguſto Cæſare curaverunt apparationem baliſtarum, & ſcorpionum reliquorumque tormentorum refectionem unà cum Vitruvio. Vide *Vitruvium in Proœmio libri* 1. Ubi tamen in aliis codd. eſt *Numidius*, vel *Numidicus*.

PUBLIUS OBSIDIUS. Vide OBSIDIUS.

PUBLIUS SEPTIMIUS. Vide SEPTIMIUS.

PUBLIUS VALERIUS BASSUS. Vide BASSUS.

PUBLIUS VOLUMNIUS. Vide VOLUMNIUS.

PULCHER, GEOMETRA.

Phlegon Trallianus *capp.* 13 *&* 14 *de Rebus mirabilibus*: Apollonius Grammaticus narrat Tiberii Neronis ætate fuiſſe terræmotum quo plures minoris Aſiæ celeberrimæ urbes funditus deletæ ſunt, quas deinde Tiberius Imp. ſuis impenſis reſtauravit: qua benevolentia obſtricti Aſiani, erexerunt ei Coloſſum in Romano foro pone fanum Veneris, & ſingularum deinceps urbium ſtatuas ei appoſuerunt. Sed & non paucæ urbes Siculæ iſthoc terræmotu concuſſæ afflictæque fuerunt: cumque etiam loca Rhegio vicina & Ponticæ gentes expertæ ſunt. Pluribus adhæc in locis terra immani motu divulſa detexit ingentia cadavera, quorum magnitudine obſtupefacti accolæ, non auſi ſunt ea loco movere. Romam tamen indicii cauſa miſerunt dentem cadaverum uni exemptum, qui menſuram pedis non attigit modo, verum etiam exceſſit. Hunc dentem legati urbium oſtendentes Tiberio, eadem quoque opera exquiſiverunt ab eo, Vellet ne ad ſe Heroëm, cujus dens iſte fuerat, integrum deferri. Ibi tum Tiberius prudenter eo direxit conſilium, ut neque miraculoſæ magnitudinis cognitione ſemetipſum fraudaret, neque tamen ſpoliati cadaveris crimine teneretur. Habebat penes ſe in magno honore inſignem quendam Geometram, qui Pulcher dicebatur: eum juſſit fingere caput proportioni dentis reſpondens. Is igitur poſt accuratiſſimam oblati dentis dimenſionem totius capitis quantitate perſpecta, expeditiſſime Imperatoris mandatum explevit: qui ſibi ſpectaculum illud ſufficere dicens, dentem eò remiſit unde allatus erat.

PUTEOLI.

Puteolanum purpuriſſum potius laudatur quàm Tyrium aut Gætulum vel Laconicum, unde pretioſiſſimæ purpuræ, Plinius lib. xxxv, cap. 6.

PYGMALION, Sculptor.

Ovidius libro decimo Metamorph. verſu 247:

Pygmalion niveum mira feliciter arte
Sculpſit ebur, formamque dedit qua femina naſci
Nulla poteſt, operiſque ſui concepit amorem.
Virginis eſt vere facies, quam vivere credas
Et (ſi non obſtet reverentia) velle moveri:
Ars adeo latet. Arte ſua miratur, & haurit
Pectore Pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admovet, an ſit
Corpus, an illud ebur: nec adhuc ebur eſſe fatetur.
Oſcula dat, reddique putat: loquiturque, tenetque,
Et credit tactis digitos inſidere membris,
Et metuit preſſos veniat ne livor in artus, &c.

Clemens Alexandrinus in Protreptico: Ὁ Κύπριος Πυγμαλίων ἐκεῖνος ἐλεφαντίνου ἠράσθη ἀγάλματος· τὸ ἄγαλμα Ἀφροδίτης ἦν, καὶ γυμνὴ ἦν. νικᾶται ὁ Κύπριος τῷ σχήματι καὶ συνέρχεται τῷ ἀγάλματι· καὶ τοῦτο Φιλοστέφανος ἱστορεῖ. Quem Clementis locum fuſius hunc in modum reddit Arnobius libro ſexto adverſus Gentes: *Philoſtephanus in Cypriacis autor eſt Pygmalionem regem Cypri ſimulacbrum Veneris, quod ſanctitatis apud Cyprios & religionis habebatur antiquæ, adamaſſe ut feminam, mente, animo, lumine rationis, judicioque cæcatis: ſolitumque dementem, tanquam ſi uxoria res eſſet, ſublevato in lectulum numine, copularier amplexibus atque ore, reſque alias agere libidinis vacua imaginatione fruſtrabiles.*

Pygmalionis oliva, mirabili arte fabricata, Gadibus in templo Herculis poſita erat. Vide *Philoſtratum de Vita Apollonii Tyanæi libro quinto, cap.* 1.

Confer denique hunc Pygmalionis amorem cum iis quæ Philopinax, captus imagine puellæ à ſe pictæ, refert apud Ariſtænetum *libro ſecundo, epiſt.* 10.

PYLOS.

Statius lib. 1 Achilleïdos, verſu 422:

Murorum tormenta Pylos Meſſanaque tradunt.

PYRÆCHMES.

Hunc inter vetuſtiores Ætolos, funditores optimos, præcipue nobilitatum fuiſſe tradit Euſtathius in *Iliados* β *editionis Romanæ, pag.* 311. Pyræchmæ Ætoli cum Degmeno Epejo monomachiam refert Strabo *lib.* VIII, *pag.* 357, *C. D.*

PYREICUS, Pictor.

Subtexi par eſt minoris picturæ celebres in penicillo, inquit Plinius lib. xxxv, cap. 10, *è quibus fuit Pyreicus, arte paucis poſtferendus. Propoſito neſcio an deſtruxerit ſe: quoniam humilia quidem ſecutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Tonſtrinas ſutrinaſque pinxit, & aſellos, & opſonia, ac ſimilia: ob hoc cognominatus Rhyparographos. In iis conſummatæ voluptatis: quippe eæ pluris veniere, quam maximæ multorum.*

PYRGOTELES, gemmarum Sculptor.

Iſmeniæ choraulis ætate apparet ſcalpi etiam ſmaragdos ſolitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi quàm à Pyrgotele, non dubie clariſſimo artis ejus, Plin. lib. XXXVII, cap. 1. Plenius tamen diſtinctiuſque de hac ipſa re agit libri ſeptimi cap. 37; ubi mentione Alexandri Magni alia occaſione injecta, mox addit: *Item hic Imperator edixit ne quis ipſum alius quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles ſcalperet, quàm Lyſippus ex ære duceret: quæ artes pluribus inclaruere exemplis.* Pleniſſime denique Apulejus in Floridis: *Alexandro illi longe omnium excellentiſſimo Regi, cui ex rebus actis & auctis cognomentum Magno inditum eſt, placuit ne iſte unus eam gloriam adeptus ſine laude nunquam nominaretur. Nam ſolus à condito ævo, quantum hominum memoria exſtat, inexſuperabili imperio orbis auctus, fortuna ſua major fuit: ſucceſſuſque ejus ampliſſimos & provocavit ut ſtrenuus, & æquiparavit ut meritus, & ſuperavit ut melior, ſoluſque ſine æmulo clarus: adeo ut nemo ejus audeat vel ſperare virtutem, vel optare fortunam. Sed cumprimis Alexandri illud præclarum; quòd imaginem ſuam, quo certior poſteris traderetur, noluit à multis artificibus vulgo contaminari: ſed edixit univerſo orbi ſuo, ne quis*

effigiem

effigiem Regis temere aſſimilaret ære, colore, cælamine: quin ſolus eam Polycletus ære duceret, ſolus Apelles coloribus delinearet, ſolus Pyrgoteles cælamine excuderet. Præter hos tres, multo nobiliſſimos in ſuis artificiis, ſi quis uſpiam reperiretur alius ſanctiſſimæ imagini Regis manus admolitus, haud ſecus in eum quàm in ſacrilegum vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum, ſolus Alexander ut ubique imaginum ſummus eſſet: utque in omnibus ſtatuis & tabulis & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.

PYRILAMPES, Statuarius.

Pyrilampes iſte non Sicyone, ſed Meſſenæ ad Ithonem natus. Vide *Pauſaniam libro ſexto, pag.* 349, 23; ſicuti & *pagg.* 371, 33, & 374, 13.

PYROMACHUS, Statuarius.

Centeſima viceſima Olympiade fuere Eutychides, Euthycrates, Labippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus, Plinius libro xxxiv, cap. 8. Et aliquanto poſt ibidem: *Pyromachi quadriga regitur ab Alcibiade.* Et rurſus: *Plures artifices fecere Attali & Eumenis adverſus Gallos prælia, Iſigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui condidit volumina de ſua arte.* Plinio denique libro xxxv, cap. 11, *Mydon Soleus Pyromachi ſtatuarii diſcipulus*, ponitur inter Pictores non ignobiles.

PYRRHO, Pictor.

Pyrrho Elienſis, antequam animum ad Philoſophiam appuliſſet, dicitur fuiſſe Pictor. Elide quoque in gymnaſio ajunt aſſervari λαμπαδιστὰς non infeliciter ab eo elaboratos: *Laertius libro* ix, *in Pyrrhone*; *Suidas in* Πύῤῥων. Vide quoque vet. Schol. in *Bis accuſatum Luciani.*

PYRRHUS, Statuarius.

Pyrrhus fecit Hygiam & Minervam, Plinius libro xxxiv, cap. 8. Epidamniis theſaurum fecit Pyrrhus: *Pauſanias libro ſexto, pag.* 379, 34.

PYTHAGORAS.

Pythagoras normam ſine artificis fabricationibus inventam oſtendit, & quam magno labore fabri normam facientes vix ad verum perducere poſſunt, id rationibus & methodis emendatum, ex ejus præceptis explicatur. Namque ſi ſumantur regulæ tres, è quibus una ſit pedes tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinque, eæque regulæ inter ſe compoſitæ tangat alia aliam ſuis cacuminibus extremis, ſchema habentes trigoni, deformabunt normam emendatam. Ad eas autem regularum ſingularum longitudines, ſi ſingula quadrata paribus lateribus deſcribantur, quod erit pedum trium latus areæ, habebit pedes novem; quod erit quatuor, ſedecim; quod quinque erit, viginti quinque. Ita quantum areæ pedum numerum duo quadrata ex tribus pedibus longitudinis laterum & quatuor efficiunt; æque tantum numerum reddit unum ex quinque deſcriptum. Id Pythagoras cùm inveniſſet, non dubitans à Muſis ſe in ea inventione monitum, maximas gratias agens, hoſtias dicitur iis immolaviſſe. Ea autem ratio quemadmodum in multis rebus & menſuris eſt utilis, etiam in ædificiis ſcalarum ædificationibus, uti temperatas habeant graduum librationes, eſt expedita. Si enim, &c. Vide Vitruvium libro nono, cap. 2. Ἀπολλόδωρος ὁ ἀριθμητικὸς θῦσαί φησι τὸν Πυθαγόραν ἑκατόμβην ἐπὶ τῷ εὑρηκέναι ὅτι τριγώνου ὀρθογωνίου ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις: *Apollodorus arithmeticus auctor eſt Pythagoram hecatomben ſacrificaſſe poſteaquam invenit illud rectanguli trianguli latus, quod recto angulo ſubtenditur, tantundem valere quantum aliæ eundem angulum comprehendentes duæ*, Athenæus libro x, cap. 4. Vide quoque Laërtium libro viii, in Pythagora, pag. 575; ubi & paullo poſt Ariſtoxenus muſicus auctor eſt Pythagoram primum Græcis pondera & menſuras invexiſſe.

Pythagoras primus omnium cœleſtium concentuum ac numerorum rationem ex variis fabrilium malleorum ictibus deprehendit. Vide *Macrobium in Somn. Scipionis, libro ſecundo, cap.* 1.

Pythagoras pueritiam non citharistæ modo ac pædotribæ, ſed Pictori quoque impendit. Vide *Porphyrium in ejus vita.*

PYTHAGORAS, Pictor.

Pergameni in Attali thalamo & apud Pythium, ut ipſi nuncupant, habent Charites à Pythagora Pario pictas: *Pauſanias lib.* ix, *pag.* 596, 38. Alium quoque Pythagoram Samium, inſignem poſtea Statuarium, initio quoque Pictorem fuiſſe mox oſtendemus ex Plinio.

PYTHAGORAS, Statuarius.

Olympiade lxxxvii *fuere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius*, Plinius lib. xxxiv, cap. 8. Laërtius

libro VIII, in Pythagora: Καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ῥηγῖνον γεγονέναι φασὶ Πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι· καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον. Diſtinctius tamen de his Plinius libro & capite proxime citatis; *Vicit Myronem Pythagoras Rheginus ex Italia, pancratiaſte Delphis poſito. Eundem vicit & Leontinus, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur, & Libyn puerum tenentem tabellam eodem loco, & mala ferentem nudum. Syracuſis autem claudicantem; cujus ulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes videntur. Item Apollinem citharœdum, ſerpentemque ejus ſagittis confici, qui Dicæus appellatus eſt: quòd cùm Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, ſinu ejus celatum eſſet. Hic primus nervos & venas expreſſit capillumque diligentius. Fuit & alius Pythagoras Samius, initio pictor, cujus ſigna ad ædem Fortunæ hujusce Deæ ſeptem nuda, & ſenis unum, laudata ſunt. Hic ſupra dicto faciei quoque indiſcreta ſimilis fuiſſe traditur. Rhegini autem diſcipulus & filius ſororis fuiſſe Soſtratus.* Leontiſci palæſtritæ ſtatuam fecit Pythagoras Rheginus fingendi peritia nemini ſecundus: quem ajunt artem didiciſſe à Clearcho, qui & ipſe Rheginus erat, atque Euchiri diſcipulus: Euchir vero Corinthius fuit, habuitque præceptores Syadran & Chartan, Spartanos: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 350, 40.

Protolaum Mantinenſem fecit etiam Pythagoras Rheginus: *ibidem*, *pag.* 354, 4.

Euthymi ſtatua ſpectatu digniſſima, Rhegini Pythagoræ opus: *ibidem*, *pag.* 355, 18.

Fecit & Stymphalium Dromeum Pythagoras: *ibidem*, *pag.* 358, 20.

Aſtylon Crotoniaten: *ibidem*, *pag.* 366, 38.

Mnaſeam Cyrenæum: *ibidem*, *pag.* 367, 53.

Cratiſthenis Cyrenæi currum æneum in quem aſcendit Victoria cum ipſo etiam Cratiſthene: *ibidem*, *pag.* 376, 47.

Pythagoræ Perſeus habuit alas: *Dio Chryſoſtomus Orat.* XXXVII.

Pythagoras fecit Europam tauro inſidentem: *Tatianus.*

Polynicis atque Eteoclis fratrum mutuam cædem fecit Pythagoras: *idem Tatianus.*

PYTHEAS, ARGENTI CÆLATOR.

Plinio lib. XXXIII, cap. 12, inter inſignes argenti Cælatores refertur *Pytheas*, *cujus binæ unciæ H-S viginti venierunt. Ulixes & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium ſurripientes. Fecit idem & coquos, Magiriſcia appellatos, parvulis potoriis: ſed è quibus ne exempla quidem liceret exprimere, tam opportuna injuriæ ſubtilitas erat.*

PYTHEAS, PICTOR.

Stephanus de Urbibus: Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας· τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος· ἐκ ταύτης ἦν Πυθίας ζωγράφος, οὗ ἐστιν ἔργον ὁ ἐν Περγάμῳ ἐλέφας, ἀπὸ τειχογραφίας ὤν, ὡς Φίλων: *Bura, oppidum Achaiæ; gentile, Buræus. Ex illa fuit Pythias pictor, cujus opus eſt elephas Pergami. Erat autem murorum pictor, ut ait Philo.*

PYTHEUS, ARCHITECTUS.

Hunc refert Vitruvius libro IV, cap. 3, inter illos antiquos Architectos, qui *negaverunt Dorico genere ædes ſacras oportere fieri, quòd mendoſæ atque inconvenientes in his ſymmetriæ conficiebantur.* Idem quoque in Prooemio libri ſeptimi teſtatur Pytheum & Satyrum edidiſſe volumen de Mauſoleo. Ipſa Vitruvii verba adſcribimus in SATYRUS, ARCHITECTUS.

PYTHIAS, STATUARIUS.

Poſt Olympiadem centeſimam viceſimam ceſſavit aliquamdiu ars, *ac rurſus Olympiade centeſima quinquageſima quinta revixit*, inquit Plinius lib. XXXIV, cap. 8, *cùm fuere, longe quidem infra prædictos, probati tamen, Antheus, Calliſtratus, Polycles, Athenæus, Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles.*

PYTHIS, SCULPTOR.

Poſteaquam retulit Plinius libri XXXVI cap. 5, quemadmodum quatuor eximii Artifices quatuor Mauſolæi latera ſibi ſumpſerint exornanda, tandem & hæc habet: *Acceſſit & quintus artifex. Namque ſupra pteron pyramis altitudine inferiorem æquavit, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit.*

PYTHIUS, ARCHITECTUS.

De veteribus architectis Pythius, qui Prienæ ædem Minervæ nobiliter eſt architectatus, ait in ſuis Commentariis: Architectum omnibus artibus & doctrinis plus oportere poſſe facere, quàm qui ſingulas res ſuis induſtriis & exercitationibus ad ſummam claritatem perduxerunt. Id autem re non expeditur: non enim debet, nec poteſt eſſe architectus Grammaticus, uti fuerit Ariſtarchus, ſed non agrammatos; nec Muſicus, ut Ari-

Ariſtoxenus, ſed non amuſus; nec Pictor, ut Apelles, ſed graphidos non imperitus; nec Plaſtes, quemadmodum Myron aut Polycletus, ſed rationis plaſticæ non ignarus, &c. Vitruvius lib. I, cap. I.

PYTHOCLES, Statuarius.

Poſt centeſimam viceſimam Olympiadem Ars aliquamdiu ceſſavit, *Ac rurſus Olympiade centeſima quinquageſima quinta revixit*, inquit Plinius libro XXXIV, cap. 8: *cum fuere longe quidem infra prædictos, probati tamen, Antheus, Calliſtratus, Polycles, Athenæus, Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles.*

PYTHOCRITUS, Statuarius.

Plinius *libro* XXXIV, *cap.* 8, refert eum inter illos Artifices, qui fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificanteſque.

PYTHODORI duo, ambo Scalptores.

Palatinas domos Cæſarum replevere probatiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, & ſingularis Aphrodiſius Trallianus, Plin. lib. XXXVI, cap. 5.

Q.

QUINTIANUS.

FULVIUS QUINTIANUS, Faber materiarius: *Inſcript. Grut.* DCXLII, 6.

QUINTUS HORTENSIUS. Vide Hortensius Orator.

QUINTUS LEPTA.

Quintus Lepta, Præfectus Fabrum Tullii: *Cicero lib.* III, *epiſt.* 7 *ad famil.*

QUINTUS PEDIUS. Vide Pedius, Pictor.

QUINTUS TIBURI. Vide Tiburi, Cultrarius.

R.

RABIRIUS, Architectus.

MArtialis lib. VII, Epigr. 5, ad Rabirium:

Aſtra polumque pia percepiſti mente, Rabiri,
Parrhaſiam mira qui ſtruis arte domum.
Phidiaco ſi digna Jovi dare templa parabit,
Has petat à noſtro Piſa Tonante manus.

RHODII.

Rhodiorum pietati dedit hoc Minerva ut omnis generis ſimulacra ſcientiſſime fabricarent, propterea quod mortalium primi aram ſtruxerunt apud ſe natæ: *Pindarus Olympiorum Ode* VII. Ubi Scholiaſtes: ὤρεξε γὰρ αὐτοῖς τὴν τῶν ἀνδριάντων κατασκευὴν ἐν Ῥόδῳ. Vide locum pag. 66 edit. Pauli Stephani. Vide quoque Euſtathium ad verſ. 376 Iliad. Σ, edit. Romanæ pag. 1148.

RHOECUS, Plasta.

Sunt qui in Samo primos omnium plaſticen inveniſſe Rhœcum & Theodorum tradant multo ante Battiadas Corintho pulſos, Plin. lib. XXXV, cap. 12.

Apud Samios tria ſunt opera Græcanicorum omnium maxima: inter quæ templum ampliſſimum eorum quæ nos unquam vidimus. Ejus Architectus primus extitit Rhœcus Philei filius, indigena: *Herodotus lib.* III, *cap.* 60, & ex eo *Euſtathius ad verſum* 534 *Dionyſii Periegetæ.* Διεχέαν χαλκὸν πρῶτοι καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο Ῥοῖκός τε Φιλαίου καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους Σάμιοι: *Primi æs fuderunt & ſtatuas inde conflarunt Rhœcus Philæi & Theodorus Teleclis filius Samii*, Pauſanias lib. VIII, pag. 479, 8; & lib. IX, pag. 607, 22. In templo Dianæ Epheſiæ, quà itur ad cellam, ſuper ara Dianæ, quæ vocatur Protothronia, ſeptum lapideum exſtructum eſt, in cujus extremo ſpectatur feminæ cujuſdam effigies, ars Rhœci. Noctem vocant Epheſii. Τέχνη Ῥοίκου· Νύκτα δὲ οἱ Ἐφέσιοι καλοῦσι, *Pauſanias lib.* 10, *pag.* 686, 22.

Rhœco Telecles & Theodorus geniti, de quibus vide Diodorum Siculum ſub finem libri primi. Locum adſcribimus in Telecles.

RHOLUS, Architectus.

Plinius libro XXXVI, cap. 13: *De Ægyptio & Cretico labyrinthis ſatis dictum eſt. Lemnius ſimilis illis. Columnis tantum centum quadraginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus & Rholus & Theodorus indigena. Exſtantque adhuc reliquiæ ejus, cùm Cretici Italicique nulla veſtigia exſtent, &c.*

ROBERTUS, Pictor.

Meminit ejus Monaſticum Anglicanum, tomo 1, pag. 623, 2. Vixit anno Domini 1176, ſive anno 22 Henrici ſecundi.

ROMA.

Notiſſimum eſt illud Poëtæ Mantuani, Æneidos lib. VI, verſ. 847:

Excudent alii ſpirantia mollius æra,
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſas melius, cœlique meatus
Deſcribent radio & ſurgentia ſidera dicent.
Tu regere imperio populos, Romane, memento;
(Hæ tibi erunt artes) pacisque imponere morem:
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Vide quoque Sulmonenſem Poëtam lib. III Faſt. verſ. 101. Omnium itaque Artis elegantiarum incurioſi fuere plerique vett. Romanorum uſque ad ætatem L. Mummii, qui *Tam rudis fuit, ut capta Corintho, cùm maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, novas eos reddituros*, Vell. Paterculus lib. 1, cap. 13. Idem tamen hic Mummius intellectum Corinthiorum, decori publico minus convenientem, qua occaſione in Urbem primus invexerit, egregie docet Plinius lib. XXXV, cap. 4: *Tabulis externis auctoritatem publice fecit primus omnium L. Mummius cui cognomen Achaici victoria dedit. Namque cùm in præda vendenda rex Attalus ſex millibus ſeſtertiûm emiſſet Ariſtidis tabulam, Liberum patrem continentem; pretium miratus, ſuſpicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipſe neſciret, revocavit tabulam (Attalo multum querente) & in Cereris delubro poſuit. Quam primam arbitror picturam externam Romæ publicatam.* Idem Plinius etiam lib. XXXIII, cap. 11, tradit quando Roma non ſolum admirari externam opulentiam, verum etiam amare cœperit. Locum Plinii ſupra adſcripſimus in A 814.

RUFUS, Pictor.

Anthologia lib. II, cap. 36:

Φαῖδρος πραγματικὸς καὶ ζωγράφος ἤριζε Ῥοῦφος
    τίς θᾶσσον γράψει, καὶ τίς ὁμοιότερον.
Ἀλλ' ἐν ὅσῳ Ῥοῦφος τρίβειν τὰ χρώματ' ἔμελλε,
    Φαῖδρος ἔγραψε, λαβὼν εἰκονικὴν ἀποχήν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Certarunt Rufus pictor Phædrusque peritus
    Legis, utri citius perficeretur opus,
Et propius vero. Sed dum terit ille colores,
    Hic apocham, ſed erat quæ ſimulata, facit.

RUTUBA, Pictor trivialis.

Horatius lib. II, Satyra 7:

Tu cùm Pauſiaca torpes, inſane, tabella,
Qui peccas minus atque ego, cùm Fulvi, Rutubæque,
Aut Placidejani contento poplite miror
Prælia rubrica picta aut carbone, velut ſi
Re vera pugnent, feriant, vitentque moventes
Arma viri

SABÆI.

S.

SABÆI.

Sabæi & Gerrhæi plurimum oblectantur ſculpturæ varietate. Vide *Photii Patriarchæ excerpta ex cap. 50 libri primi Agatharchidis de Mari rubro.*

SABINA, Textrix & Poetria.

Auſonius Epigrammate 35:

> *Sive probas Tyrio textam ſubtemine veſtem,*
> *Seu placet inſcripti commoditas tituli;*
> *Ipſius hoc dominæ concinnat utrumque venuſtas.*
> *Has geminas artes una Sabina colit.*

Idem de eadem Sabina, Epigr. 36:

> *Laudet Achæmenias Orientis gloria telas;*
> *Molle aurum pallis Græcia texe tuis;*
> *Non minus Auſoniam celebret dum fama Sabinam,*
> *Parcentem magnis ſumptibus, arte parem.*

Rurſus de eadem, Epigr. 37:

> *Licia qui texunt & carmina, carmina Muſis,*
> *Licia contribuunt, caſta Minerva, tibi.*
> *Aſt ego rem ſociam non diſſociabo, Sabina,*
> *Verſibus inſcripſi quæ mea texta meis.*

SABINI.

Horatius lib. 1 Carminum, Ode 9:

> *Deprome quadrimum Sabina,*
> *O Taliarche, merum diota.*

Olim nempe in pretio erat teſta, lagena, vel diota Sabina: ipſum vero vinum Sabinorum veluti crudum auſterumque aſpernabantur. Horatius 1 Carm. Ode 20:

> *Vile potabis modicis Sabinum*
> *Cantharis.* - - -

Athenæus libri primi cap. 21, poſteaquam pleraque Italiæ vina enumeravit, πάντων τούτων, inquit, ὁ Σαβῖνος κουφότερος: *Omnibus his Sabinum levius eſt.*

SABINUS.

FLAVIUS SABINUS operum publicorum Curator: *Inſcript. Grut.* CXXVIII, 2.

SABIRI.

Sabiri, gens Hunnica Caucaſum accolens, commenti ſunt novum genus machinæ bellicæ, quod levioris Arietis uſum Romanis præbebat: *Procopius libro* IV *de bello Gothico, capp.* 11 & 14.

SACÆ.

Sacas ferunt primos inveniſſe ſcuta. Auctor brevium ſcholiorum ad illud Homeri Iliados Γ, verſu 335: Σάκος μέγα τε στιβαρόν τε; tradit τὴν ἀσπίδα dictam σάκος, à Sacis, Thracum gente: εὕρηται γὰρ σάκος, ἐπειδὴ τοῦτο πρώτως Σάκαις εὕρηται· Σάκαι γὰρ ἔθνος Θρᾳκικόν. Idem quoque tradit Author Etymologici magni in Σακέσπαλος.

SACUS.

Sacus Jovis filius in Panchaia in monte Thaſo aurum primus invenit, Hyginus fab. CCLXXIV. Vide quæ ſupra annotavimus in ÆACUS.

SAGUNTUM.

Major pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem Aretium in Italia. At calicum tantum Surrentum, Aſta, Pollentia; in Hiſpania Saguntum; in Aſia Pergamum, Plinius XXXV, 12. Martialis lib. VIII, Epigramm. 5:

> *Ficta Saguntino cymbia malo luto.*

Idem Apophoreto CVI: *Calices Saguntini:*

> *Quæ non ſollicitus teneat ſervetque miniſter,*
> *Sume Saguntino pocula ficta luto.*

Juvenalis Sat. v, verſ. 29:

Pugna Saguntina fervet commiſſa lagena.

SALIENUS, Faber ferrarius.

M. Salienus, Faber ferrarius: *Inſcript. Gruteri* DCXL, 3.

SALPIO, Sculptor.

Cajetæ ſpectatur crater è Pario marmore excavatus, & plures cados capiens, eleganti quoque cælatura extrinſecus ornatus: nomen Artificis prodit inſcriptio: ΣΑΛΠΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ: *Inſcript. Gruteri* LXVII, 7.

SAMERI.

Sameri apud auctorem Geographiæ Nubienſis in parte quinta capitis ſecundi eſt auctor vel artifex vituli qui fuit ſæculo Moſis. Vide quæ hac de re habet Jo. Seldenus *de Dis Syris, Syntagm.* I, *cap.* 4.

SAMIA VASA.

Major pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudantur, Plinius lib. XXXV, cap. 12.

SAMNITES.

Cæſar apud Salluſtium Conjurat. Catil. cap. 51: *Majores noſtri neque conſilii, neque audaciæ unquam eguere: neque ſuperbia obſtabat, quo minus aliena inſtituta, ſi modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, inſignia magiſtratuum ab Tuſcis pleraque ſumpſerunt: poſtremo, quod ubique apud ſocios aut hoſtes idoneum videbatur, cum ſummo ſtudio domi exſequebantur. Imitari, quàm invidere bonis, malebant.*

SAMOLAS, Statuarius.

Triphylum & Azana Samolas Arcas efformavit: *Pauſanias lib.* X, *pag.* 625, 12.

SARDINIA.

Sardinia eſt inſula maxima Italiæ vicina, in qua variæ conchæ purpureæ tincturæ: vide *Suidam in* Βάμμα Κυζικηνόν.

SARDIANI TAPETES.

Σαρδιανὰ ψιλοτάπιδες, *Sardiani tapetes glabri ac ſine villis*, memorantur Athenæo lib. XI, cap. 2.

SARMATÆ.

De Sarmatica lorica & Sarmatis multa habet Pauſanias *lib.* I, *pag.* 37, 31.

SARNACUS, Architectus.

Sarnacus conſcripſit Præcepta ſymmetriarum: *Vitruvius in Proœmio libri* VII.

SARRA. Vide Tyros.

SATUREIUS, Sculptor.

Anthologiæ lib. IV, cap. 18:

Ζεύξιδος ἡ χροιή τε καὶ ἡ χάρις, ἐν δέ με μικρῇ
 Κρυστάλλῳ, τὸ καλὸν δαίδαλον Ἀρσινόη
Γράψας τοῦτ᾽ ἔπορεν Σατυρήϊος· εἰμὶ δ᾽ ἀνάσσης
 Εἰκὼν, καὶ μεγάλης λείπομαι οὐδ᾽ ὀλίγον.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Zeuxidos & color eſt & gratia: ſed Saturejus
Tam varias laudes exhibet Arſinoës
In glacie parva. Dominæ ſum tantula tantæ
Effigies, in me nil tamen ejus abeſt.

SATUREUM.

Oppidum eſt juxta Tarentum; ibi ſunt baphia, in quibus tinguntur lanæ: *Servius ad verſum* 335 *quarti Georgicon.*

SATURNINUS, Faber automatarius.

Saturnino Fabro automatario: *Inſcript. Gruteri*, DCXLII, 5.

SATURNUS.

Saturnus dicitur inveniſſe ac docuiſſe agriculturam; videturque idem qui Adamus. *Vide Voſſium de orig. & progreſſu Idololat. lib.* I, *cap.* 18.

SATYRUS, Architectus.

Meminit ejus Plinius lib. XXXVI, cap. 9. *De Mauſoleo Satyrus & Pytheus edidere volumen, quibus vere felicitas ſummum maximumque contulit munus. Eorum enim artes*

artes ævo perpetuo nobiliſſimas laudes & ſempiterno florentes habere judicantur, & cogitatis egregias operas præſtiterunt. Namque ſingulis frontibus ſinguli artifices ſumſerunt certatim partes ad ornandum & probandum, Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxiteles, nonnulli etiam putant Timotheum; quorum artes eminens excellentia coegit ad ſeptem ſpectaculorum ejus operis pervenire famam; Vitruvius in Procemio libri ſeptimi.

SAURIAS, Pictor.

Saurias Samius primus fuit inventor σκιαγραφίας, equum in ſole circumſcribens. *Vide Athenagoram in ſua Legatione pro Chriſtianis.* Locum adſcripſimus in Cratone Pictore.

SAUROS, Sculptor.

Nec Sauron atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa Octaviæ porticibus incluſa; natione ipſi Lacones. Quidam & opibus præpotentes fuiſſe eos putant, ac ſua impenſa conſtruxiſſe, inſcriptionem ſperantes. Qua negatâ, hoc tamen alio loco & modo uſurpaſſe. Sunt certe etiamnum in columnarum ſpiris inſcalpta, nominum eorum argumento, rana atque lacerta, Plin. lib. xxxvi, cap. 5.

SCÆUS, Architectus.

Trojanæ urbis porta, quæ Scæa dicebatur, nomen accepit ab Architecto Scæo: *Auctor Etymologici magni in* Σκαιαῖς πύλαις. Plura habet Voſſii Etymol. Latinum, in *Scævus.*

SCOPAS, Mechanicus.

Scopas Syracuſanus ad horas inveniendas fecit horologium *Plinthion*, ſive *Lacunar*, dictum; *quod etiam in Circo Flaminio eſt poſitum*, inquit Vitruvius lib. ix, cap. 9. Vide interim an non idem hic Scopas à Vitruvio lib. primo, cap. 1, dicatur *Scopinas ab Syracuſis.*

SCOPAS, Sculptor.

Olympiade lxxxvii *fuere Agelades, Callon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius,* Plin. lib. xxxiv, cap. 8; & rurſus aliquanto poſt ibidem: *Simon canem & ſagittarium fecit. Stratonicus cælator ille philoſophos, & Scopas uterque;* qui locus, ſi mendo caret, videtur duos recenſere Scopas, qui feliciter expreſſerint philoſophos. Parmenſis tamen editio pro *uterque* legit *utraſque.* Idem quoque Plinius lib. xxxvi, cap. 5, poſteaquam egit de nobiliſſimo Gnidiæ Veneris ſimulacro, etiam ſequentia addit: *Sunt in Gnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum, Liber pater Bryaxidis, & alter Scopæ, & Minerva: nec majus aliud Veneris Praxitelicæ ſpecimen, quàm quod inter hæc ſola memoratur.* Ac rurſus, poſtquam egit de Cephiſſodori Praxitelis filii laudatiſſimis operibus, *Scopæ laus*, inquit, *cum his certat. Is fecit Venerem & Pothon & Phaëtontem, qui Samothrace ſanctiſſimis ceremoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum; Veſtam ſedentem laudatam in Servilianis hortis, duasque chametæras circa eam, quarum pares in Aſinii monumentis ſunt, ubi & Canephorus ejuſdem. Sed in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, Nereïdes ſupra delphinos & cete & hippocampos ſedentes. Item Tritones, chorusque Phorci, & priſtes, ac multa alia marina, omnia ejuſdem manus, præclarum opus, etiamſi totius vitæ fuiſſet. Nunc vero præter ſupra dicta, quæque neſcimus, Mars eſt etiamnum ſedens coloſſeus ejuſdem in templo Bruti Callaïci apud Circum eundem ad Labicanam portum eunti. Præterea Venus in eodem loco nuda, Praxitelicam illam Gnidiam antecedens, & quemcunque alium locum nobilitatura. Romæ quidem magnitudo operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorumque acervi omnes à contemplatione talium abducunt; quoniam otioſorum & in magno loci ſilentio apta admiratio talis eſt. Qua de cauſa ignoratur & artifex ejus quoque Veneris, quam Veſpaſianus Imperator in operibus Pacis ſuæ dicavit, antiquorum dignam fama. Par hæſitatio eſt in templo Apollinis Soſiani, Nioben cum liberis morientem Scopas an Praxiteles fecerit. Item Janus pater in ſuo templo dicatus ab Auguſto, ex Ægypto advectus, utrius manus ſit; jam quidem & auro occultatus. Similiter in Curia Octaviæ quæritur de Cupidine fulmen tenente: id demum affirmatur, Alcibiadem eſſe principem forma in ea ætate. Multa in eadem ſchola ſine auctoribus placent. Satyri quatuor; ex quibus unus Liberum patrem palla velatus humeris præfert, alter Liberum ſimiliter, tertius ploratum infantis cohibet, quartus cratere alterius ſitim ſedat: duæque Auræ velificantes ſua veſte. Nec minor quæſtio eſt; in ſeptis Olympum & Pana Chironemque cum Achille qui fecerint: præſertim quum capitali ſatiſdatione fama judicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin, & Timotheum, & Leocharem, de quibus ſimul dicendum eſt, quoniam pariter cælavere Mauſoleum. Sepulchrum hoc eſt ab uxore Artemiſia factum Mauſolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centeſimæ anno ſecundo. Opus id ut eſſet inter ſeptem miracula, ii*

maxime artifices fecere. Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes, brevius à frontibus; toto circuitu pedes quadringentos undecim. Attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis. Cingitur columnis triginta ſex. Ab Oriente cælavit Scopas; à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leochares: priuſque quàm peragerent, regina Artemiſia (quæ mariti memoriæ id opus exſtrui juſſerat) obiit: non tamen receſſerunt, niſi abſoluto jam: id gloriæ ipſorum artiſque monumentum judicantes, hodieque certant manus. Acceſſit & quintus artifex. Namque ſupra pteron pyramis altitudine inferiorem æquavit, viginti quatuor gradibus in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjecta, centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit. Hiſce quæ de Mauſolei ſtructura attulimus ex Plinio, addenda quoque ſunt quæ de reædificato Dianæ Epheſiæ templo habet Plinius libro XXXVI, cap. 14, ſiquidem & in hac nobiliſſima æde ſacra molienda ſtrenuum Artificem præbuit Scopas. *Græcæ magnificentiæ*, inquit Plinius, *vera admiratio exſtat templum Epheſiæ Dianæ, ducentis viginti annis factum à tota Aſia. In ſolo id paluſtri fecere, ne terræ motus ſentiret, aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea ſubſtravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Univerſo templo longitudo eſt* CCCCXXV *pedum, latitudo* CCXX, *Columnæ* CXXVII *à ſingulis Regibus facta*, LX *pedum altitudine, ex iis* XXXVI *cælatæ, una à Scopa.* Pro quibus tamen ultimis verbis reſtituit Salmaſius, *ex iis* XXXVI *cælatæ uno à Scopa.* Tanquam hoc velit Plinius: omnes quidem illius templi columnas cælatas fuiſſe, ſed XXXVI earum ab uno Scopa opere ſculptili perpolitas. Vide Salmaſii Plinianas Exercitat. pag. 813; ubi videtur quoque ambigere an idem ille Scopas, quem Plinius floruiſſe dixerat Olympiade LXXXVII, potuerit adeſſe reſtituentibus templum Epheſinum, Olympiade centeſima ſexta ab Heroſtrato incenſum.

Quantum olim inter Artifices fuerit nomen Scopæ, vel unus hic Ciceronis locus oſtendit lib. I de Divinatione: *Fingebat Carneades in Chiorum lapidicinis ſaxo diffiſſo caput extitiſſe Paniſci. Credo, aliquam non diſſimilem figuram, ſed certe non talem, ut eam à Scopa factam diceres. Sic enim ſe profecto res habet, ut nunquam perfecte veritatem caſus imitetur.* Horatius Carminum libro IV, Ode 8:

Donarem pateras, grataque commodus,
Cenſorine, meis æra ſodalibus,
Donarem tripodas, præmia fortium
Grajorum; neque tu peſſima munerum
Ferres, divite me ſcilicet artium
Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus:
Sed non hæc mihi vis. - - -

Martialis lib. IV, Epigramm. 39:

Argenti genus omne comparaſti
Et ſolus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopæque,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

In Chryſa oppido Troadis templum eſt Apollinis Sminthei & ſimulacrum Dei murem pede premens, opus Scopæ Parii. Vide *Strabonem lib.* XIII, *pag.* 604, *C*, ubi & rationem reddit Geographus cur talem expreſſerint Apollinem. Qua ipſa de re fuſius etiamnum agit Euſtathius *ad verſ.* 39 *Iliados* A, *edit. Romanæ pag.* 34.

Eumenidum duas Athenis fecit Scopas ex lychnite lapide, mediam vero fecit Calos. Clementis Alexandrini hac de re verba adſcripſimus ſupra in CALOS, STATUARIUS.

Scopas fecit Baccham inſanientem. Cujuſmodi marmoream ſtatuam non minus copioſe quàm eleganter deſcribit Calliſtratus in Ecphraſi ſive Enarratione ſtatuarum. Anthologia libro quarto, cap. 3:

Τίς ἅδε; Βάκχα. Τίς δέ μιν ξέσε; Σκόπας.
Τίς δ' ἐξέμηνε, Βάκχος ἢ Σκόπας; Σκόπας.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Quis adſtat iſta? Baccha. Quis ſculpſit? Scopas.
Quis entheavit, Bacchus an Scopas? Scopas.

Aliud

Aliud Epigramma in eandem Baccham:

Ἁ Βάκχα Παρία μέν· ἐψύχωσεν δ' ὁ γλυπτὴς
Τὸν λίθον· ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.
Ὦ Σκόπα, ἁ θεοποιὸς ἐμήχανα μήχανε τέχνα
Θυιάδα χιμαιροφόνον, Θυιάδα μαινομέναν.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Hæc Mænas Paria eſt: lapis eſt animatus ab arte,
Exſilit & toto pectore plena Deo.
O Scopa, divino reperit tua dextera cælo
Prodigium inſanum, Thyada caprinecam.

Scopas fecit Mercurium. Anthologia libro IV, cap. 12:

Ὦ λῷστε, μὴ νόμιζε τὸν πολλῶν ἕνα
Ἑρμᾶν θεωρεῖν· εἰμὶ γὰρ τέχνα Σκόπα.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Ne me intuens, amice, Mercurium puta
De plebe: docta me Scopæ fecit manus.

Scopas fecit Dianam. Lucianus Lexiphane: Ἄρτεμις ἦν φασὶν ἐν μέσῃ τῇ αὐλῇ, Σκοπάδειον ἔργον: *Diana iis poſita eſt in media aula, Scopadeum opus.* Ubi vetus Scholiaſtes adhuc ineditus: Σκοπάδιον, ἀντὶ τοῦ Σκόπα ἔργον· τοῦ ἐπωνύμου γὰρ καὶ αὐτὸς ἀγαλματοποιός.

Apud Megarenſes in Veneris fano ſunt Scopæ Amor, Appetitus, Cupido, Ἔρως, ἵμερος, πόθος, quorum ſpecies non minus ſunt diverſæ quam nomina pro ratione poteſtatis ſuæ impoſita: *Pauſanias libro primo, pag.* 81, 28. Vide interim an hic Pauſaniæ locus habeat aliquid affine cum illis Plinii verbis quæ ſupra ex *cap. 5 libri* XXXVI adduximus, ubi Plinius tradit Scopam feciſſe *Venerem, Pothon, & Phaëtontem, qui Samothrace ſanctiſſimis ceremoniis coluntur.*

Scopas fecit Herculem è marmore: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 102, 43.

Scopæ marmoream Hecaten memorat Pauſanias *lib.* II, *pag.* 126, 3.

Scopas fecit æneam Venerem, quam vocant Ἀφροδίτην πάνδημον, *Venerem popularem.* Inſidet capro, itidem æneo: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 392, 29. Cur vero πάνδημον dixerint eam, oſtendit idem Pauſanias *lib.* IX, *pag.* 566, 20.

Æſculapii delubrum ex Pentelico lapide, una cum ipſius Dei & Hygiæ ſignis, Scopæ opus: *Pauſanias lib.* VIII, *pag.* 501, 34: *& pag.* 530, 39.

Tegeatis Aleæ Minervæ templum vetus ædificaverat Aleus; quo ſubitis ignibus hauſto, ipſi Tegeatæ ſtruxerunt Deæ aliam ædem amplitudine atque opere ipſo ſpectatu digniſſimam. Triplex columnarum ſe attollit ordo: primus eſt Dorici operis, alter Corinthiaci, conſtitutæ quoque ſunt extra templum columnæ operis Ionici. Architectona ejus operis accepi fuiſſe Scopam Parium, qui plurima ſigna cum in multis veteris Græciæ tractibus, tum vero in Ionia quoque & Caria fecit. In anteriore faſtigii parte expreſſa eſt apri Calydonii venatio: mediam ferme urgent feram ab una parte Atalanta, Meleager, Theſeus, Telamon, Peleus, Pollux, & Iolaus, qui Herculi plurimarum fuit ærumnarum ſocius: Theſtii adhæc filii, Althææ fratres, Prothous & Cometes. Ad alteram apri partem Ancæum jam vulneribus ſaucium, ſecurimque abjicientem, ſuſtinet Epochus. Adſtant Caſtor & Amphiaraus Oïclis filius, & Hippothous Cercyonis filius, Agamedis nepos, Stymphali pronepos. Omnium ultimus factus eſt Pirithous. Poſterior faſtigii pars eſt Telephi cum Achille pugna in Caïci campo.

In ipſo aditu portæ quæ Thebis proxima eſt Iſmeno fluvio, Minervæ & Mercurii marmorea ſigna ſpectantur. Pronaos Deos vocant, quod tantundem eſt ac ſi *Veſtibulares Deos* dicas. Mercurium Phidias, Minervam Scopas feciſſe dicitur: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 557, 2.

Scopas fecit ſimulacrum Dianæ glorioſæ, ἄγαλμα Ἀρτέμιδος Εὐκλείας: *Pauſanias libro nono, pag.* 567, 1.

SCOPINAS. Vide Scopas, Mechanicus.

SCYLLIS, Sculptor.

Marmore ſcalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta inſula, etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Perſis regnare inciperet, hoc eſt Olympiade circiter L. *Ii Sicyonem ſe contulere*, &c. Plinius lib. XXXVI, cap. 5. Integrum locum ſupra adſcripſimus in Dipœnus.

SCYMNUS, PICTOR.

Hippocrates lib. 1 Epidem. ſect. 84 meminit ancillæ Scymni Pictoris. Quidam MSS. habent Σκύμνου ἢ γναφέως, ſed Galenus ubique legit γραφεύς.

SCYMNUS, STATUARIUS.

Scymnus, qui fuit Critiæ diſcipulus, refertur à Plinio *lib.* XXXIV, *cap.* 8, inter Artifices æqualitate celebratos, ſed nullis operum ſuorum præcipuos.

SCYTHES.

Scythen Jovis filium arcum & ſagittam inveniſſe dicunt: *Plinius libro* VII, *cap.* 56. Scythen Heſiodus auctor eſt inveniſſe æris temperandi rationem: *Clemens Alexandrin. Stromat.* I.

SEMIRAMIS.

Semiramis primum invenit metalla: *Suidas in* Σεμίραμις; *Cedrenus*

SEMPRONIUS.

C. Sempronius Felix, Marmorarius: *Gruteri inſcript.* DCXL, 6.

SEPTIMIUS, ARCHITECTUS.

Publius Septimius duo edidit volumina de Architectura: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

SERAMBUS, STATUARIUS.

Serambus fuit Æginēta. Σέραμβος, γένος Αἰγινήτης, *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 363, 17.

SERAPION, PICTOR.

Meniana, inquit Varro, omnia operiebat Serapionis tabula ſub Veteribus. Hic ſcenas optime pinxit, ſed hominem pingere non potuit, Plinius lib. XXXV, cap. 10.

SERES.

Primi ſunt hominum qui noſcantur Seres laniſicio ſylvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem: unde geminus feminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque retexendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona tranſluceat. Seres mites quidem, ſed & ipſi feris perſimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cùm commercia expetant, Plinius lib. VI nat. Hiſt. cap. 17.

Μηδικὴν ἐσθῆτα νῦν Σηρικὴν καλοῦσιν: *Medicam veſtem nunc Sericam vocant*, Procop. de Bello Vandalico lib. II, cap. 6. Monachi quidam bombycum ova detulerunt ex India, conficiendique ſerici rationem Romanos docuerunt: *Idem lib.* IV *de Bello Vandalico cap.* 17. Sericarios miſere vexavit Theodora uxor Juſtiniani Imp. *Procopius Hiſtoriæ arcanæ cap.* 25.

SERUCH.

Seruchus, filius Ragau ſive Rehu, Abrahami proavus, primus ſtatuas viris fortibus poſuiſſe putatur. Vide Voſſii arduum opus de Theologia gentili & Phyſiologia Chriſtiana *lib.* III, *cap.* 45.

SESONCHOSIS.

Seſonchoſis, qui Theopompo eſt Seſoſtris, equitandi artem invenit. Vide *Scholiaſten Apollonii Rhodii, ad verſum* 272 *libri quarti Argonaut.*

SETABI.

Setaba ſudaria, Catullus Carm. XII & XXV.

SEVIUS. Vide LUPUS, ARCHITECTUS.

SICULI.

Siculæ patellæ.
Siculus currus. } *Athenæus* 28, B.
Siculus cottabus.

SICYON.

Sicyon diu fuit patria picturæ. Vide noſtram *Picturam Vett. pag.* 51. Pictorum Sicyoniorum tabulæ: *Athenæus lib.* IV, *pag.* 196, *E.* Telchinia quondam dicta fuit Sicyon: *Euſtathius ad verſum* 572 *Iliados* B: *Lucretius lib.* IV. Vide *Indicem Giſanii*; *Plutarch. in Arato.* Sicyonia ſolea: *Lucanus* II, 451: *Heſychius* in Σικυώνια. Vide quoque *Stephanum de Urbibus in* Σικυών.

SIDON.

Sidon, artifex vitri, Thebarumque Bœoticarum parens, Plinius nat. Hiſt. lib. V, capite 19. Ubi & memoratur ei *Rivus Pagida ſive Belus, vitri fertiles harenas parvo littori miſcens. Ipſe è Cendevia à radicibus Carmeli profluit.* De his fuſius agit Plin. lib. XXXVI, cap. 26. Lucianus in Amoribus: Τὸ δ' ἄλλο σῶμα ἤλεκτρον φασὶν ἢ Σιδωνίαν ὕαλον ἐναργὲς ἀπαστράπτει: *Reliquum vero corpus electro, ut ajunt, aut vitro Sidonio lucidius effulget.* Strabo lib. I, pag. 41, B: Σιδόνες ἦσαν καλλίτεχνοι, *Sidonii erant artifices egregii.* Julianus itaque Imp. refert etiam inter ornatum Agamemnonis ἀλουργῆ χλαῖναν

ναν

ναν καὶ πέπλυς παμποικίλυς, γυναικῶν ἔργα Σιδωνίων, *purpuream lænam & pallia variegata, feminarum Sidoniarum opera.* Auctor Etymologici magni: Σινδὼν, ἀπὸ Σιδῶνος τῆς πόλεως· οἱ γὰρ Σιδόνες ἐφεῦρον πρῶτοι κάμνειν σινδόνας: *Sindon, à Sindone urbe: Sidonii enim primi invenerunt facere ſindones:* unde & Sylburgius hoc in loco reponit uſitatiorem orthographiam Σινδὼν & σινδόνες. τὺς Σιδονίυς πρώτυς ἀκηκόαμεν τρίηρον ναῦν καλασκευάζειν: *Sidonios primos audivimus navem triremem fabricaſſe*, Clemens Alexandr. Stromat. I.

SILANION, Architectus.

Silanion præcepta ſymmetriarum conſcripſit: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

SILANION, Statuarius.

Centeſima quartadecima Olympiade Lyſippus fuit, & cum eo Alexander Magnus. Item Lyſiſtratus & frater ejus Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion. In hoc mirabile, quod nullo doctore nobilis fuit. Ipſe diſcipulos habuit Zeuxim & Iadem, Plin. lib. XXXIV, cap. 8. *Silanion Apollodorum fecit; fictorem & ipſum, ſed inter cunctos diligentiſſimum artis, & inimicum ſui judicem, crebro perfecta ſigna frangentem, dum ſatiare cupiditatem nequit artis, & ideo Inſanum cognominatum. Hoc in eo expreſſit: nec Hominem ex ære fecit, ſed Iracundiam. Fecit & Achillem nobilem: item Epiſtaten, exercentem athletas*, Plinius ibidem. Athenienſem vocat eum Pauſanias libro VI, pag. 350, 56: & 370, 50. Laërtius libro III in Platonis vita refert ex Phavorini commentariis Mithridatem Perſam poſuiſſe in Academia ſtatuam Platonis, atque inſcripſiſſe, Μιθριδάτης ὁ Ῥοδοβάτυ Πέρσης, Μύσαις εἰκόνα ἀνέθηκε Πλάτωνος, ἣν Σιλανίων ἐποίησε: *Mithridates Rhodobati filius, Perſa, Muſis dicavit Platonis imaginem, quam Silanion fecit.* Tatianus in Orat. adverſus Græcos; Σιλανίων ἐχαλκύργησε Σαπφὼ τὴν ἑταίραν, *Silanion ex ære fabricavit Sappho ſcortum.* Adeo ut nemini dubium poſthac eſſe poſſit, quin Silanionis hujus nomen reponi debeat Verrina quarta, ubi Tullius agit de tantopere laudato Sapphus ſigno quod Verres abripuerat. Idem Tatianus ibidem quoque teſtatur eundem Silanionem in ære etiam expreſſiſſe Corinnam. Plutarchus de Poëtis audiendis; Silanionis Jocaſtam deficientem ac moribundam non ſine quadam voluptate conſpicimus. Idem in Theſeo, Silanionem venerantur Athenienſes & Parrhaſium, Pictores & Plaſtas imaginum Theſei.

SILENUS, Architectus.

Silenus edidit volumen de Symmetriis Doricorum: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

SILLAX, Pictor.

Polemon periegetes ſcripſit ad Adæum & Antigonum opus, in quo exponit diſpoſitionem picturæ in Polemarchia porticu apud Phliuntem elaboratæ à Sillace Rhegino, cujus meminere Simonides & Epicharmus: *Athenæus lib.* V, *cap.* 13.

SIMENUS, Statuarius.

Refert eum Plinius libro XXXIV, cap. 8, inter Artifices qui faciebant athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque.

SIMON, Sculptor.

Παραθήσομαι τὸ Μορύχυ Διονύσυ τὸ ἄγαλμα Ἀθήνησι, ut ait Clemens Alexandrinus in Protreptico, γεγονέναι μὲν τὸ φελλάτε καλυμένυ λίθυ· ἔργον δὲ εἶναι Σίκωνος (Sylburgius Σίμωνος) τὸ Εὐπαλάμυ, ὥς φησι Πολέμων ἔν τινι ἐπιστολῇ: *Addam Morychi Dionyſi ſimulacrum, quod Athenis eſt, factum ex phellate lapide, eſſe autem opus Simonis Eupalami filii, quemadmodum ait Polemon in quadam epiſtola.*

SIMON, Statuarius.

Simon canem & ſagittarium fecit, Plin. lib. XXXIV, cap. 8. Atque hic eſt Simon ille Ægineta quem memorat Pauſanias *lib.* V, *pag.* 341, 10. Diogenes Laërtius libro II, in Simonis vita, Γέγονε δὲ καί τις Σίμων ἀνδριαντοποιὸς, *Fuit vero & quidam Simon ſtatuarius.*

SIMONIDES, Pictor.

Simonides pinxit Agatharchum & Mnemoſynen, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

SIMUS, Pictor.

Simus pinxit juvenem requieſcentem in officina fullonis: Quinquatrus celebrantem: idem Nemeſin egregiam, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

SINOPE.

Ἡ Σινωπῖτις καὶ σφένδαμνον φύει καὶ ὀρεοκάρυον, ἐξ ὧν τὰς τραπέζας τέμνυσιν: *Sinopenſis regio etiam acerem producit montanamque nucem, è quibus menſas excidunt*, Strabo libro XII, pag. 346, D.

SINTIES. Vide Lemnii.

SISYPHUS.

Horatius libro II, Satyra 3: *Quo vaſer ille pedes laviſſet Siſyphus ære.* Ubi Acron annotat: *Id eſt vaſa antiquitus facta. Siſyphus enim artifex fuit, qui vaſa ærea formabat. Negotiator erat Stoïcus, qui vaſa quæ emerat pretio venundabat.* Vide ſcholia in Ariſtophanis Acharnenſes; Suidam in Σίσυφος.

SMILIS, Sculptor.

Smilis Ægineta in Junonis templo, quod erat Sami, fecit ſignum ipſius Deæ. Hunc Smilidem Euclidis filium Dædalo ætate æqualem, arte vero longe inferiorem facit Pauſanias *lib.* VII, *pagg.* 403 & 404: vide locum. Ἡ ἐν Σάμῳ Ἥρα καὶ ἐν Ἄργει, Σμίλιδος χεῖρες, *Quæ Sami eſt Juno & Argis, ſunt Smilidis manus:* Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis. Mendoſe igitur apud Clementem in Protreptico ſignum Samiæ Junonis factum dicitur σμίλῃ τῇ Εὐκλείδου, *ſcalpro Euclidis:* quod etiam ſupra attigimus in Euclides.

SOCRATES, Pictor.

Sunt quibus & Mechopanes placeat diligentia, quam intelligant ſoli artifices; alias durus in coloribus, ſed & multus. Nam Socrates jure omnibus placet: taleſque ſunt ejus picturæ, cum Æſculapio filiæ Hygia, Ægle, Panacea, Iaſo: & Piger, qui appellatur Ocnos, ſpartum torquens quod aſellus arrodit, Plinius libro XXXV, cap. II. Quidam putant & marmora ſcalpſiſſe. *In magna admiratione eſt & Hercules Meneſtrati & Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cujus contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio eſt. Non poſtferuntur & Charites in propylæo Athenienſium, quas Socrates fecit: alius ille, quàm pictor: idem, ut aliqui putant,* Plinius libro XXXVI, cap. 5. Alii has Charites putant opus Socratis, filii Sophroniſci; ut mox ex Pauſania oſtendemus.

SOCRATES, Sculptor.

Dindymenæ matris ſignum ex marmore Pentelico, opus Ariſtomedis & Socratis Thebanorum: *Pauſanias libro nono, pag.* 578, 32.

SOCRATES alter, itidem Sculptor.

Socrates filius erat Sophroniſci Lapidarii (λιθουργοῦ) & Phænaretes obſtetricis (quemadmodum & Plato in Theæteto ait) genere Athenienſis, pago Alopecenſis. Duris vero & ſerviſſe eum ac lapides ſculpſiſſe tradit: eſſe vero illius etiam Gratias illas quæ ſunt in arce, veſtibus indutæ, quidam ajunt. Hæc habet Laërtius *libro ſecundo, circa initium vitæ Socratis* Ubi & Timon *in Sillis* dicitur eum vocaſſe λιθοξόον. In ipſo arcis Athenienſis introitu Mercurium, quem Propylæum vocant, & Gratias feciſſe dicunt Sophroniſci filium Socratem, cui inter homines Apollinis Delphici oraculum ſapientiæ primas detulit: *Pauſanias libro primo, pag.* 40, 2. Vide quoque *Scholiaſten ad illa Socratis verba apud Ariſtophanem in Nubibus,* Σοφῶς γε νὴ τὰς χάριτας; *Maximum Tyrium ſub finem Diſſertationis* XXII; *Dionem Chryſoſtomum Oratione* LV; *Theodoretum de Græcarum affectionum curatione, Serm.* I; *Suidam in* Συνεχὴς.

SOIDAS, Statuarius.

Laphriæ Dianæ ſignum præ ſe fert venatricis habitum, fabricatumque eſt ex ebore & auro. Opifices fuere Naupactii Menæchmus & Soidas, quos Canacho Sicyonio & Callone Ægineta non multo ætate fuiſſe inferiores conjiciunt: *Pauſanias libro ſeptimo, pag.* 433, 13.

SOMIS, Statuarius.

Proclen Andrium palæſtritam puerum fecit Somis Plaſta, Σῶμις: *Pauſanias lib. ſexto, pag.* 371, 22.

SOPHILUS.

Sophocles Tragicus, genere Athenienſis, filius fuit Sophili, quem Ariſtoxenus tradit fuiſſe Architectum vel Fabrum ærarium, Iſter vero cenſet fuiſſe μαχαιροποιόν, ſicuti ait Auctor vitæ Sophoclis; qui tamen hanc utriuſque opinionem rejicit. Vide eum.

SOPHRONISCUS, Marmorarius.

Socrates non ſolùm hominum conſenſu, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus judicatus, Phanarete matre obſtetrice & Sophroniſco patre marmorario genitus, ad clariſſimum lumen gloriæ exceſſit; neque immerito, &c. Val. Maximus libro III, cap. 4, exemplo ext. I; Theon in Progymnaſm. περὶ ἐγκωμίου; quin & ipſe Socrates agnoſcit apud Platonem in Theæteto & in Alcibiade I.

SOPYLUS, Pictor.

Meminit ejus Plinius *libro* XXXV, *cap.* II. Integrum Plinii locum adſcripſimus in Lala.

SOSII,

SOSII, Librarii præſtantiſſimi.

Horatius de Arte, verſu 345:

Hic meret æra liber Soſiis. - - -

Et libro primo, epiſtola ultima:

Vertumnum Janumque, liber, ſpectare videris,
Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

Ubi Acron: *Pumice.*] *In menſa Soſiorum, qui Græce βιβλιοπῶλαι dicuntur, id eſt, venditores librorum. Dicti Soſii à familia: quorum menſam poëtica licentia pumicem vocat.*

SOSIS, Faber ærarius.

Fabrum ærarium Soſin & Mericum Hiſpanum traditarum Marcello Syracuſarum auctores fuiſſe tradit Livius *lib.* XXVI *ab U. C.*

SOSTRATUS.

SOSTRATUS, Præfectus Fabrorum: *Inſcript. Gruteri* XLV, 8.

SOSTRATUS, Architectus.

Φάρος ἀρσενικῶς λεγόμενος, τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φάρον σημαίνει· ὃν ἀνέστησεν ἐπὶ Πτολεμαίου βασιλέως Αἰγύπτου Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος, ἐν Φάρῳ τῇ νήσῳ Πρωτέως: *Pharus maſculine dictus ſignificat Pharum in Alexandria, quem erexit ſub Ptolemæo rege Ægypti Soſtratus Dexiphanis filius Cnidius, in Pharo inſula Protei*, Suidas. Similia fere habet Stephanus de Urbibus, in Φάρος. Lucianus ſub finem libri, Quomodo conſcribenda ſit hiſtoria; cùm Cnidius ille Architectus exſtruxiſſet in Pharo turrim fama notiſſimam, ut ex ea ignes nocturni magno maris ſpatio navigantes in portum deducerent, intus in ſaxis nomen ſuum inſculpſit; eoque calce illito atque occultato, ſuper inſcripſit nomen ejus qui tum regnabat: gnarus, quod etiam accidit, breviſſimo temporis ſpatio duraturam inſcriptionem illitæ calci ſuper inductam, literiſque cum ipſa calce prolapſis, conſpicuam fore primam hanc ſculpturam, Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων: *Soſtratus Dexiphanis filius Cnidius diis ſervatoribus pro ſalute navigantium.* Hujus ipſius inſcriptionis fuſe meminit vetus Scholiaſtes in Icaromenippum Luciani, & Strabo Geographiæ ſuæ libro XVII, pag. 791, D; ubi tamen videtur innuere Soſtratum eam uſurpaſſe non invito Rege, cum ait, Ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τῶν βασιλέων, *Poſuit Soſtratus Cnidius amicus regum.* Manifeſtius tamen Plinius libro XXXVI, cap. 12, factum id ſcribit rege volente ac permittente: *Magnificatur & alia turris à rege facta in inſula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam conſtitiſſe octingentis talentis tradunt; magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis; quod in ea permiſerit Soſtrati Gnidii architecti ſtructuræ ipſius nomen inſcribi. Uſus ejus nocturno navium curſu ignes oſtendere, ad prænuncianda vada, portuſque introitum: ſicut jam tales compluribus locis flagrant, ut Puteolis ac Ravennæ. Periculum in corrivatione ignium, ne ſidus exiſtimetur, quoniam è longinquo ſimilis flammarum aſpectus eſt. Hic idem architectus primus omnium penſilem ambulationem Gnidi feciſſe traditur.* Hunc Plinii locum ex vetuſtiſſimis ſuis membranis emendavit atque illuſtravit propinquus meus Iſaacus Voſſius in Obſervationibus ad Pomp. Melæ librum II, cap. 7: ubi & multa minime vulgaria de Soſtrato Gnidio univerſaque Phari ſtructura in medium affert.

SOSTRATUS, Statuarius.

Centeſima quartadecima Olympiade Lyſippus fuit, & cum eo Alexander Magnus. Item Lyſiſtratus & frater ejus Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion, Plinius libro XXXIV, cap. 8. Et mox ibidem: *Pythagoræ Rhegini diſcipulus & filius ſororis traditur fuiſſe Soſtratus.* Παντίας Χῖος παρὰ τῷ πατρὶ δεδιδαγμένος Σωστράτῳ, *Pantias Chius artem à patre Soſtrato edoctus*, Pauſanias lib. VI, pag. 360, 15. Soſtratum unà cum Hecatodoro feciſſe æream illam Minervæ ſtatuam quæ Aliphere conſecrata erat, docet nos Polybius libro IV. Locum Polybii ſupra deſcripſimus in HECATODORUS.

SOSUS.

Plinius lib. XXXVI, cap. 25: *Pavimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Soſus, qui Pergami ſtravit quem vocant Aſaroton œcon, quoniam purgamenta cœnæ in pavimento, quæque everri ſolent, veluti relicta fecerat parvis è teſſellis tinctiſque in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam umbra capitis infuſcans. Apricantur aliæ in cantbari labro. Pavimenta credo primum facta, quæ nunc vocamus, barbarica atque ſubtegulanea, in Italia feſtucis pavita: hoc certe ex nomine ipſo intel-*

ligi poteſt. Romæ ſcalpturatum in Jovis Capitolini æde primum factum eſt poſt tertium Punicum bellum initum, &c.

SOTERICUS, Faber ineptus.

Seneca apud A. Gellium libro XII, cap. 2: *Qui hujuſcemodi verſus amant, liqueat tibi eoſdem admirari & Soterici lectos.* Ubi Turnebus arbitratur Senecam *Sotericos lectos* à nomine Artificis appellaſſe impolitos, inelegantes, rudes, antiquos. Vide *Turnebi Adverſ. lib.* 1, *cap.* 18.

SPARTA.

Spartana chlamys: Juvenalis Satyra VIII, verſu 101.

SPEUSIPPUS.

Σπεύσιππος πρῶτος εὗρεν ᾧ τὰ φορμία τῶν φρυγάνων εὔογκα ποιεῖν: *Speuſippus primus invenit quo pacto ex gracilioribus lignis in ventrem tumentia vaſcula fierent*, Laërtius libro IV.

SPINTHARUS, Architectus.

Templum Apollinis, quod hac ætate Delphis exſtat, erexerunt de ſacra pecunia Amphictyones. Architectus fuit Spintharus Corinthius: *Pauſan. lib.* 10, *pag.* 619, 1.

SPOLETINA LAGENA.

Martialis lib. XIII, Epigr. 117.

SPURIUS CARVILIUS, Statuarius.

Fecit & Sp. Carvilius Jovem qui eſt in Capitolio, victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum ocreiſque & galeis. Amplitudo tanta eſt, ut conſpiciatur à Latiario Jove. Reliquiis limæ ſuam ſtatuam fecit quæ eſt ante pedes ſimulacri ejus, Plin. lib. XXXIV, cap. 7.

STADIEUS, Statuarius.

Amyntam pancratiaſten fecit Polycles Attici nominis Fictor, Stadiei Athenienſis diſcipulus: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 351, 2.

STADIUS, Pictor.

Theodorus Samius & Stadius Nicoſthenis diſcipuli recenſentur inter Pictores non ignobiles à Plinio lib. XXXV, cap. 11.

STASICRATES.

Staſicrates Faber ærarius ἀφρονωμένα ἔπλαττε καὶ τύφου πεπλησμένα, atque obtulit Alexandro Magno operam ſuam. Vide *Tzetzem Chil.* VIII, *hiſt.* 199. Et rurſus *Chil.* XI, *hiſt.* 367, ὁ Στασικράτης χαλκουργὸς ἦν Βιθυνὸς τῷ γένει. Vide *Dinocrates*.

STEPHANUS, Statuarius.

In Pollionis Aſinii monumentis ſpectabantur & Hippiades Stephani: *Plin. lib.* XXXVI, *cap.* 5.

STHENIS, Statuarius.

Centeſima quartadecima Olympiade Lyſippus fuit, & cum eo Alexander Magnus: item Lyſiſtratus & frater ejus Sthenis, Euphronides, Soſtratus, Ion, Silanion, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Et aliquanto poſt ibidem: *Sthenis Cererem, Jovem, Minervam fecit, qui ſunt Romæ in Concordiæ templo. Idem flentes matronas, & adorantes, ſacrificanteſque.* Lucullus expugnata captaque Sinope, conſervatis reliquis captæ urbis ornamentis, Billari tamen Spæram abſtulit, & Autolycum, opus Sthenidis: *Strabo lib.* XII, *pag.* 546, *B.* De hoc ipſo pulcherrimo Sthenidis opere fuſius quoque agit Plutarchus in Luculli vita. Sthenis Olynthius fecit & ſtatuam Pyttali, qui Arcadibus & Eleis diſceptantibus de agrorum finibus fuerat arbiter datus: *Pauſan. lib.* VI, *pag.* 374, 46.

STICHIUS, Vide Marcus Annius Stichius.

STIPAX, Statuarius.

Stipax Cyprius uno celebratur ſigno, Splanchnopte. Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens, Plin. lib. XXXIV, cap. 8.

STOMIUS, Statuarius.

Meminit ejus Pauſanias lib. VI, pag. 371, 21.

STRATON, Sculptor.

Inter Æſculapii ſimulacra id quod eſt Argis omnium ætate noſtra clariſſimum, repræſentat Deum ſedentem è candido marmore: aſſidet bona Valetudo: aſſident ſignifices, Xenophilus & Straton: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 127, 19.

STRATONICUS, Cælator.

Satyrum in phiala gravatum ſomno collocaviſſe verius, quàm cælaſſe dictus eſt Stratonicus, Plinius lib. XXXIII, cap. 12. Libri prorſus XXXIV, cap. 8, ait idem Plinius: *Plures*

res artifices fecere Attali & Eumenis adverſus Gallos prælia, Iſigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui condidit volumina de ſua arte. Mox quoque ibidem inter æqualitate celebratos Artifices, ſed nullis operum ſuorum præcipuos, refertur *item ex cælatoribus Stratonicus.* In hoc ipſo denique capite tandem quoque dicit Plinius; *Simon canem & ſagittarium fecit: Stratonicus cælator ille philoſophos: & Scopas uterque.*

STRONGYLION, Statuarius.

Strongylion fecit Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon appellant, ob id in comitatu Neronis principis circumlatam. Idem fecit puerum, quem amando Brutus Philippenſis cognomine ſuo illuſtravit, Plinius libro xxxiv, cap. 8. Strongylion fecit Dianam: *Pauſanias libro primo, pag. 74, 54.* Tres Muſæ Strongylionis, ἀνδρὸς βοῦς καὶ ἵππους ἄριστα εἰργασμένου: *Hominis qui boves & equos optime expreſſit*, Pauſanias libro nono, pag. 585, 33.

SUFFITIUS. Vide Fussitius, Architectus.

SURRENTUM.

Samia etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia: at calicum tantum, Surrentum, Aſta, Pollentia: in Hiſpania, Saguntum: in Aſia, Pergamum, Plinius libro xxxv, cap. 12. Martialis libro xiv, epigr. 100:

Accipe non vili calices de pulvere natos,
Sed Surrentinæ læve toreuma rotæ.

SYADRAS, Statuarius.

Pythagoras Rheginus nemini ſua ætate in arte plaſtica ſecundus: ferunt eum artem didiciſſe à Clearcho Rhegino, Euchiri diſcipulo: Euchir erat Corinthius, artemque didicit à Syadra & Charta Spartanis: *Pauſanias libro ſexto, pag. 350, 45.*

SYNNOON, Statuarius.

Theogneti Æginetæ ſtatuam fecit Polichus Ægineta: magiſter autem Policho fuit pater Synnoon: illi Ariſtocles Sicyonius, Canachi frater, neque ei multo inferior gloria: *Pauſanias libro ſexto, pag. 359, 51.*

SYRI.

Syrica vela pro Syriacis medio ſæculo dicebant. Corippus libro primo in laudem Juſtini Aug. minoris:

Cyrica per cunctas pendebant vela columnas.

Sequioribus nempe ſæculis Syrici dicebantur qui olim Syri. Unde & Syrica vela Corippo videri poſſunt dicta, quæ Claudiano *libro primo in Eutropium* ſunt *Vela Judaica*, nimia monſtroſiſſimæ picturæ inſolentia notabilia. Claudiani locum ſupra adſcripſimus in Judæi.

SYROPERSA, Pictor.

Anaſtaſius Imp. Pictorem quendam Syroperſam adduxit habitu presbyteri, qui cum regiam juſſu Imperatoris (quem mechanicæ iſtiuſmodi nugæ plus juſto oblectabant) monſtroſa quadam atque ab eccleſiaſticis imaginibus alieniſſima pictura exornaret, gravem univerſæ plebis commotionem excitavit: *Cedrenus.*

SYROPHOENICES.

Syrophœnicas baliſtam & fundam inveniſſe dicunt: *Plinius libro ſeptimo nat. Hiſt. cap. 56.*

Digitized by Google

T.

TALUS, nepos Dædali.

Talus *ſerram commentus eſt*, Seneca epiſtola xc. Vide quæ ſupra ex Diod. Siculo atque aliis diximus in ipſius Dædali vita.

TALUS, custos Cretæ.

Fuit hic Heros æneus, qui ter ſingulis diebus totam circumambulabat Cretam, lapidumque ictibus aliunde adventantes propulſabat à littore, donec eum Medea veneficiis ſuis perimeret. Rem totam diſtinctius referunt Apollonius Rhodius *Argonauticon libro* IV, *verſu* 1638; Apollodorus *libro* I *de Deorum origine*; Photius *Bibliothecæ ſuæ codice* CCL, *in excerptis ex hiſtoria Agatharchidis*; Zenobius denique *Paræmiarum Centuria* V, 85; & Suidas in Σαρδόνιος γέλως· Τάλως ὁ Κρὴς, ὁ τοῦ Μίνωος, χαλκοῦς τις ὢν τῆς Κρήτης περίπολος: *Talus Cretenſis, Minoï ad omnia obſequia paratus, æneus erat Cretæ circuitor*, Lucianus in Philopſeude. Vide quæ de hoc Talo fuſius habent propinqui mei *Voſſii obſervata ad Pomp. Melæ lib.* II, *cap.* 7, *verſ.* 80. Plato in Minoë hæc omnia fabulis involuta explicaturus, ait, Minoëm Cretenſium regem, conſtitutis legibus ſaluberrimis, Rhadamanthum præfeciſſe juri dicundo, qui ex eo rectiſſimi judicis famam apud poſteros conſecutus eſt, quod Minos huic uni legum cuſtodiam in urbe primaria commiſiſſet. In reliqua vero totius inſulæ ditione præcipuam rerum omnium tutelam demandavit Talo, qui totius inſulæ vicos ter quotannis perluſtrabat, fartas tectaſque jubens eſſe leges æneis tabulis inſculptas: unde & æneus cognominatus eſt: Hæc Plato. Τάλως, ὁ ἥλιος, *Talus, Sol*, Heſychius. Talus Gigas quæ invenerit & quomodo mortuus: *Diod. Siculus*, 192 *D*.

TANAQUIL.

Lanam cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caja Cæcilia vocata eſt, in templo Sangi duraſſe, prodente ſe, auctor eſt M. Varro: factamque ab ea togam regiam undulatam in æde fortunæ, qua Ser. Tullius fuerat uſus. Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta & fuſus cum ſtamine. Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tyroni induuntur, novæque nuptæ, Plinius libro VIII nat. hiſt. cap. 48.

TANCHO vel DANGO.

Tancho vel *Dango*, monachus Sancti Galli, campanarum optimus conflator. Vide *monachi Sangallenſis librum* I *de Eccleſiaſtica cura Caroli Magni.* Adi *tomum* II *Hiſtoriæ Francorum, edit. Pariſ. pag.* 119.

TARCHESIUS, Architectus.

Tarcheſius, Pytheus, & Hermogenes, antiqui Architecti, negaverunt Dorico genere ædes ſacras oportere fieri: *Vitruvius lib.* IV, *cap.* 3.

TARENTUM.

Horatius lib. II, epiſt I:

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Servius ad verſum 335 libri tertii Georg. *In oppido Satureo, juxta Tarentum, ſunt baphia in quibus tingitur lana.* Ταραντῖνον, ἱμάτιον γυναικεῖον λεπτὸν, κρόσσους ἔχον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους: *Tarentinum, veſtimentum muliebre tenue, limbos habens ab uno latere*, Heſychius. Ταραντῖνον, λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον, οὐ πάντως πορφυροῦν, ὥς τινες ὑπέλαβον· καὶ ταραντιναὶ βαφαί: *Tarentinum, tenue & pellucidum veſtimentum, non prorſus purpureum, ut quidam ſenſerunt; & Tarentinæ tincturæ*, Auctor Etymologici magni. Ἔστω ἀνθηρὰ καὶ λευκὴ ἡ ἐσθὴς, ἔργον τῆς Ταραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα: *Sit floridum & candidum veſtimentum, opus Tarentini opificii, ut corpus tranſpareat*, Lucianus in Rhetorum præceptore. Ταραντινίδιον, διαφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὠνομασμένον ἀπὸ τῆς Ταραντίνων χρήσεως καὶ τρυφῆς: *Tarentinidium, lucidum eſt indumentum, denominatum à Tarentinorum uſu atque deliciis*, Pollux lib. VII, cap. 17. Οὐκ αἰσχύνῃ μόνη τῶν ἑταιρῶν οὐκ ἐλλόβιον, οὐχ ὅρμον, οὐ ταραντινίδιον ἔχουσα: *Non pudet te quod ſola meretricum neque inaures, neque monile, neque Tarentinidium habeas?* Lucianus in Dialogis meretriciis. *Privatim Ægina candelabrorum ſuperficiem duntaxat elaboravit, ſicut Tarentum ſcapos. In his ergo juncta commendatio officinarum eſt. Nec pudet Tribunorum militarium ſalariis emere, cùm ipſum nomen a candelarum lumine impoſitum appareat. Acceſſio candelabri talis fuit: Theonis juſſu præconis Cleſippus fullo, gibbere præterea & alio fœdus aſpectu, emente id Gegania ſeſtertiis* L, *eademque oſtentante convivio emptum, ludibrii cauſa nudatus, atque impotentia libidinis receptus in torum, mox in teſtamentum,*

ſtamentum, prædives, numinum vice illud candelabrum coluit, & hanc Corinthiis fabulam adjecit: vindicatis tamen moribus nobili ſepulchro, per quod æterna ſupra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret, Plin. lib. XXXIV, cap. 3.

TAURISCUS, ARGENTI CÆLATOR.

Tauriſcus Cyzicenus laudatur: *Plin. lib.* XXXIII, *cap.* 12.

TAURISCUS, PICTOR.

Tauriſcus pinxit Diſcobolum, Clytæmneſtram, Paniſcum, Polynicem regnum repetentem, & Capanea, Plin. lib. XXXV, cap. 11.

TAURISCUS, STATUARIUS.

In Pollionis Aſinii monumentis ſpectabantur quoque *Hermerotes Tauriſci, non cælatoris illius, ſed Tralliani: Jupiter hoſpitalis Pamphili Praxitelis diſcipuli: Zethus, & Amphion, ac Dirce, & taurus, vinculumque ex eodem lapide, Rhodo advecta opera Apollonii & Tauriſci. Parentum ii certamen de ſe fecere. Menecratem videri, profeſſi ſed eſſe naturalem Artemidorum*, Plin. lib. XXXVI, cap. 5.

TEBENNES, Vide TIMENUS.

TECTÆUS, STATUARIUS.

Simulacrum Minervæ Stheniadis è ligno fecit Callon Æginetes. Fuit autem Callon iſte Tectæi & Angelionis diſcipulus, qui Deliis fecerunt Apollinis ſimulacrum: Angelion vero & Tectæus à Dipœno & Scyllide artem hauſerunt: *Pauſanias lib.* II, *pagina* 146, 41. Ὁ Δήλιος καὶ ἡ Ἄρτεμις, Ἰδεκταίου καὶ Ἀγγελίωνος τέχνη: *Delius & Diana ſunt Idectæi & Angelionis ars*, Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis: ubi tamen ex Pauſania repone Τεκταίου pro Ἰδεκταίου.

TELCHINES.

Euſebii Chronicon ad annum CCXXIX: *Telchines & Caryatæ adverſum Phoroneum & Parrhaſios inſtituunt bellum.* Et rurſus ad annum CCLXXVI: *Telchines victi Rhodum condiderunt, quæ prius Ophiuſſa vocabatur.* Vide Scaligeri animadverſa ad utrumque hunc numerum Euſebianum.

Strobæus titulo XXXVIII hæc citat ex Nicolao de Moribus gentium: Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες, οἰκήσαντές τε καὶ ἐν Κύπρῳ, μεταναστάντες δ᾽ εἰς Ῥόδον, καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες. Βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί. Τεχνῖται δ᾽ ὄντες καὶ τὰ τῶν προτέρων ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθηνᾶς Τελχινίας ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο ὥσπερ ἄν τις λέγοι Ἀθηνᾶς βασκάνου: *Telchines in principio Cretenſes appellati, aliquando quoque Cyprum inhabitantes, commigrantes deinde Rhodum, atque inſulam primi occupantes, valde maligni erant atque invidi. Cùm tamen artifices eſſent, imitarenturque opera priorum, primi quoque poſuerunt ſimulacrum Minervæ Telchiniæ, ac ſi quis dicat Minervæ invidæ.* Hujus interim Telchiniæ Minervæ meminit quoque Pauſanias libro nono, pag. 569, 44.

Καὶ ἡ Κρήτη Τελχινία ἐλέγετο, καὶ οἱ Κρῆτες Τελχῖνες. Τελχινία δὲ καὶ ἡ Σικυὼν ἐκαλεῖτο, Stephanus de Urbibus, in Τελχίς. Euſtathius quoque ad verſ. 572 Iliados β, tradit Sicyonem quoque Telchiniam fuiſſe cognominatam, propterea quòd ibi etiam vixerint aliquando Telchines illi decantatiſſimi. Vide quoque Eundem *ad verſum* 525 *Iliados* ι, *edit. Romanæ pagg.* 291 & 772.

Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδου· κέκληται δὲ τὸ ὄρος ἀπό τινος Τελχῖνος Ἀταβυρίου, Stephanus de Urbibus.

Ἰγνῆτες, οὕτως ὠνομάζοντο οἱ μετὰ τοὺς Τελχῖνας ἐποικήσαντες τὴν Ῥόδον, Heſychius.

Μυλᾶς, εἷς τῶν Τελχίνων, ὃς τὸ ἐν Καμείρῳ ἱερὸν μυλάντειον ἱδρύσατο· Μυλάντειοι, θεοὶ ἐπιμύλιοι, Idem.

Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροί· ἢ παρὰ τὴν τῆξιν, ἢ παρὰ τὸ θέλγειν, Idem.

Θελγῖνες, οἱ τελχῖνες, γόητες, πανοῦργοι, φαρμακευταί, Idem.

Τελχῖνες, πονηροὶ δαίμονες, ἢ ἄνθρωποι φθονεροὶ καὶ βάσκανοι. δύο ἐγένοντο Τελχῖνες, Σίμων καὶ Νίκων· ὑπερίσχυσε δὲ ὁ Νίκων τὴν ἐπὶ Σίμωνι φήμην ἀπαλεῖψαι. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ. ἐπὶ τῶν ἀλλήλους ἐπὶ κακίᾳ γινωσκόντων, Suidas. Vide quoque Zenobium in Οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ.

Τελχῖνες, Θελγῖνες τινές εἰσι. τὸ γὰρ θέλλοντα φασὶ βασκαίνοντες τοῖς ὕδασι τῶν φύσεων (forte Στυγὸς ex Strabone) ἀνα ἐπίων τοὺς φυτῶν βασκαίνοντες, Suidas in Θέλγει.

Ovidius VII Metamorph. verſu 366:

> *Phœbeamque Rhodon & Jalyſios Telchinas*
> *Quorum oculos, ipſo vitiantes omnia viſu,*
> *Juppiter exoſus, fraternis ſubdidit undis.*

Τελχὶν, οὐ μόνον ὁ ἰσχὺν ὑπεράνθρωπον ἔχων, μιαρὸς καὶ κακοῦργος, ἀλλὰ καὶ τοὺς νῦν Κρῆτας Τελχῖνας, καὶ τὴν Κρήτην Τελχινίαν λέγουσι. Τελχὶν γὰρ ἡ εἰς θάνατον καταφορά· καὶ τελχινώδης,

ὁ τρα-

ὁ τραχηλιώδης· καὶ πληξίαινει, ἀθετίζει, σκληροτραχηλεῖ. λέγονται δὲ Τελχῖνες οἱ φθονεροὶ καὶ πονηροὶ καὶ βάσκανοι δαίμονες· παρὰ τὸ θέλγω τὸ ἀμαυρῶ καὶ σκοτίζω, θελγῖνές τινες ὄντες· ὁ παρὰ τὸ θέλγειν καὶ ἀπατᾶν τοὺς ἀνθρώπους, Auctor Etymologici magni.

Telchines, Alaſtores, & Palamnæi, iidem: *Tzetzes Chil.* VII, *hiſt.* 113; & rurſus *Chil.* XII, *hiſt.* 447.

Vulcanum fabricantem dirum illud Harmiones monile apud Statium Papinium libro ſecundo Thebaidos, verſu 274:

Cyclopes notique operum Telchines amica
Certatim juvere manu. - - -

Ubi Lactantius: *Telchines tres fratres dicuntur fuiſſe invidia lividi, qui cùm viciniorum agros viderunt proventu fertiles, natura felices, hos ſparſiſſe dicuntur aquis Stygiis, ut redderent infœcundos; qua culpa pœnam metuentes, ſolum verterunt ſeque ad Cyclopes contulerunt.*

Strabo libro decimo quarto, pag. 653, D: Ἐκαλεῖτο ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσα καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινὶς, ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον· οὓς οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας, θείῳ καταῤῥαίνοντας τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ, ζώων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν. οἱ δὲ τέχναις διαφέροντας τοὐναντίον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι καὶ τῆς δυσφημίας τυχεῖν ταύτης. ἐλθεῖν δ' ἐκ Κρήτης εἰς Κύπρον πρῶτον, εἶτ' εἰς Ῥόδον, πρώτους δ' ἐργάσασθαι σίδηρόν τε καὶ χαλκὸν· καὶ δὴ καὶ τὴν ἅρπην τῷ Κρόνῳ δημιουργῆσαι: *Dicta eſt Rhodus primum Ophiuſa & Stadia, deinde Telchinis, à Telchinibus inſulam incolentibus. Hos alii fuiſſe dicunt faſcinatores atque improbos, thuri Stygis aquas adſpergentes ad animalium plantarumque exitium. Alii vero tradunt eos in artibus præcellentes, inviſiſſimos fuiſſe earundem artium æmulis, atque ab his infamia tali appetitos: è Creta vero primum in Cyprum, deinde & Rhodum veniſſe, primosque ferrum atque æs excudiſſe, ac Saturno etiam falcem fabricaſſe.* Sequitur in his Strabonem, pro more ſuo, Euſtathius ad verſ. 505 Dionyſii Periegetæ.

Callimachus auctor eſt eoſdem Telchines etiam Neptuno tridentem fabricaſſe. Vide *ejus Hymnum in Delum, verſu* 31.

Statius Papinius lib. IV Sylvarum, in Vindicis Hercule epitrapezio, deſcribens hanc Lyſippi artem, & hæc addit:

Tale nec Idæis quicquam Telchines in antris,
Nec ſolidus Brontes, nec qui polit arma Deorum
Lemnius, exigua potuiſſent ludere maſſa.

Diodorus Siculus libro V, pag 326, A: Rhodus Telchinum olim ſedes erat. Hos vetus fabula tradit Thalaſſa progenitos: dicuntur etiam cum Caphira, filia Oceani, Neptunum enutriſſe: Rhea infantem ipſorum fidei committente. Dicuntur etiam ipſi artium quarundam inventores fuiſſe, atque alia quædam vitæ conducibilia invexiſſe. Perhibentur quoque primi ſimulacra Deorum fabricaſſe, quædam etiam veterum donariorum ab iis nomen traxiſſe: nam apud Lindios Apollo vocatur Telchinius, apud Jalyſios Juno Telchinia & Nymphæ Telchiniæ, apud Camireos itidem Juno Telchinia. Dicuntur tamen & præſtigiatores fuiſſe, ac nubes & imbres una cum grandine ac nivibus pro lubitu inducere, prorſus ut Magi hæc facere narrantur. Creduntur & formas proprias immutare, atque invidi eſſe in artium diſciplina aliis tradenda. Narrant porro Neptunum, jam adultum, Haliam ſororem Telchinum amaſſe, atque ex ea genuiſſe filios ſex, filiam unam, nomine Rhodon, cujus deinde nomen in ipſam quoque inſulam collatum. Plura etiamnum de univerſa Rhodiorum ἀρχαιολογίᾳ ibidem addit Diodorus, è quibus illuſtrari poſſint quæ jam nunc ex aliis auctoribus attulimus.

Ἀτλία, ἡ Ῥέα, παρὰ τὴν ἄττειν· διὰ τὸ τοὺς Τελχῖνας ἐνταῦθα ἱδρῦσθαι. σημαίνει δὲ ἄττειν, τὸ ἐξ ἐναλίας· ἢ ἀΐσσουσα διά τινα φαντάσματα καὶ ἔχθρας: Auctor magni Etymologici.

Αἰθαίη. ἡ Ῥέα οὕτω λέγεται, διότι ἐνταῦθα τοὺς Τελχῖνας ἱδρῦσθαι. οἱ δέ τινες, Ἄρτεμιν, ἢ Σελήνην, ἢ Ἀθηνᾶν: Vet. Schol. ad Apollonii Rhodii librum I Argonaut. verſ. 1141.

Telchiniacam hiſtoriam compoſuit ſive Cretenſis Epimenides, ſive Teleclides, ſive alius quiſpiam: *Athenæus libri ſeptimi cap.* 7. Ac fortaſſe hoc eſt illud poëma quod memorat Laërtius libro II, in Epimenide, cum ait Epimenidem quinque millibus verſuum generationem Curetum Corybantumque & theogoniam complexum.

TELECLES, Statuarius.

Diodorus Siculus *ſub finem libri primi* hæc habet de Telecle & Theodoro, filiis Rhœci; ut oſtendat quàm pulchre priſci Artifices perſpectam habuerint univerſam humani corporis ſymmetriam. Sacerdotes, inquit, Ægyptiorum referunt è ſacris ſuæ gentis commentariis, antiquiſſimorum Statuariorum nobiliſſimos, Teleclem & Theodorum, Rhœco genitos, aliquamdiu apud ſe vitam egiſſe Artemque exercuiſſe. Illos dico Rhœci filios, qui Samiis Apollinis Pythii ſimulacrum elaborarunt. Nam ſtatuæ iſtius dimidium

dium in Samo à Telecle fabricatum, Epheſique à Theodoro germano ejus alteram partem elaboratam perhibent, junctasque inter ſe partes mutuo ſibi accurate adeo reſpondiſſe, ut unius viderentur eſſe manus; quod genus operis à Græcis nequaquam exerceri, ſed frequentiſſimum apud Ægyptios uſum habere contendunt. Neque enim apud eos, quod Græcis in more eſt, oculorum contuitu aptam ſtatuæ conformationem æſtimari, ſed quando lapides exciſos atque in partes duas diſſectos diſtributosque elaborant, tunc proportionem ſimul à minimis ad maxima deſumi; univerſa etenim corporis ſtructura in XXI partes & quadrantem diviſa, totam ſymmetriam accurate ab iis reddi. Idcirco ubi de magnitudine Artifices inter ſe convenerunt, à ſe invicem digreſſi, magnitudines operum uſque adeo congruas efficiunt, ut operis inuſitati miraculum ſpectatoribus admirationem cum ſtupore incutiat. Simulacrum ergo Samium, juxta Ægyptiorum artem, à vertice in duo diſſectum ad pubem uſque Dei mediam ita diſtingui, ut ſuam undique æquabilitatem habeat: quumque ſit protenſis manibus, cruribusque ad progredientis modum diductis, quàm proxime ad Ægyptiorum ſimulacra putant accedere. Hæc Diodorus.

Διέχεαν χαλκὸν πρῶτοι καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο Ῥοῖκός τε Φιλαίου καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους Σάμιοι: *Primi æs fuderunt & ſtatuas inde conflarunt Rhœcus Philæi & Theodorus Teleclis filius, Samii*, Pauſanias libro VIII, pag. 497, 7, & lib. X, pag. 686, 11.

ὁ Πύθιος, ἔργον Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους: *Pythius, Theodori & Teleclis opus eſt*, Athenagoras Legatione pro Chriſtianis.

TELEPHANES, Pictor.

Inventam linearum [picturam] *dicunt à Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo & quos pingerent, adſcribere inſtitutum*, Plin. libro XXXV, cap. 3.

TELEPHANES, Statuarius.

Artifices, qui compoſitis voluminibus condidere hæc, miris laudibus celebrant & Telephanem Phocæum, ignotum alias, quoniam in Theſſalia, ubi habitaverat, latuerint opera ejus: alioqui ſuffragiis ipſorum æquatur Polycleto, Myroni, Pythagoræ. Laudant ejus Lariſſam, & Spinarum pentathlon, & Apollinem. Alii non hanc ignobilitatis fuiſſe cauſam, ſed quoniam ſe regum Xerxis atque Darii officinis dediderit, exiſtimant, Plinius libro XXXIV, cap. 8.

TELESARCHIDES, Statuarius.

Euſtathius ad Iliados Ω verſum 333, edit. Romanæ pag. 1353, 8: Ἑρμῆς τετρακέφαλος ἐν Κεραμεικῷ, Τελεσαρχίδου ἔργον· ᾧ ἐπιγέγραπτο, Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον, πάνθ' ὁρᾷς: *Hermes quadriceps in Ceramico, Teleſarchidis opus, cui inſcriptum eſt: Hermes quadriceps, pulchrum Teleſarchidis opus, cuncta vides.*

TELESIUS, Statuarius.

Τελεσίου δὲ τοῦ Ἀθηναίου, ὥς φησι Φιλόχορος, ἔργον εἰσὶν ἀγάλματα ἐννεαπήχη Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιτρίτης, ἐν Τήνῳ προσκυνούμενα: *Teleſii Athenienſis, ut ait Philochorus, opus ſunt Neptuni atque Amphitrites novem cubitorum ſimulacra, quæ in Teno adorantur*, Clemens Alexandrinus in Protreptico.

TELESTAS vel TELETAS, Statuarius.

Teleſtas vel Teletas Statuarius, & frater ejus Ariſton, genere Lacones, fecerunt Coloſſeam Jovis ſtatuam, altam pedes decem & octo. Vide *Pauſaniam libro quinto, pagina* 334, 28.

TELOCHARES, Statuarius.

Halicarnaſſi Mauſoleum ita egregiis operibus eſt factum, ut in ſeptem ſpectaculis numeretur. In hujus ſumma arce media eſt *Martis fanum, habens ſtatuam coloſſi, quam* ἀκρόλιθον *dicunt, nobili manu Telocharis factam. Hanc autem ſtatuam alii Telocharis; alii Timothei putant eſſe*, Vitruvius lib. II, cap. 8; ubi tamen quidam, conjectura ſane non infelici, *Leocharis* reſtituunt ex Procemio libri ſeptimi.

TENICHUS.

Navis ex candido lapide viſebatur in Phæaciæ littore. Sed & multis lapidibus compacta eſt illa navis lapidea quam Agamemnon Geteſti in Eubœa dicavit Dianæ. Verſibus navigio huic inſcriptis præfigitur Τύνιχος ἐποίει Ἀρτέμιδι Βολοσίᾳ: *Tenichus fecit Dianæ Boloſiæ*, Procopius lib. IV de bello Gotthico, cap. 22.

TERENTIUS, Lapidarius.

Inſcript. Gruteri DCXL, 5.

TERENTIUS VARRO, Vide Varro.

TEUCER, Cruſtarius.

Habuit & Teucer cruſtarius famam. Subitoque ars hæc ita exolevit, ut ſola jam vetuſtate cenſeatur, uſque adeo attritis cælaturis, ne figura diſcerni poſſit, auctoritas conſtet, Plin. lib. XXXIII, cap. 12.

THALES, Pictor.

Laërtio libro primo in Thaletis vita, ubi quinque ejuſdem nominis Thaletes recenſet, ſecundus eſt ζωγράφος Σικυώνιος, μεγαλοφυής: *Pictor Sicyonius, magnanimus*.

THARE.

Thare, pater Abrahami Patriarchæ, fuit ἀγαλματοποιός, *ſtatuarum faber*, Epiphan. 1 adverſus hæreſes, cap. 1. Ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδριαντοπλαστία ἀπὸ πηλουργίας καὶ κεραμικῆς ἐπιστήμης διὰ τοῦ Θάῤῥα τούτου τέχνης: *Ex eo tempore ſimulacra ex argilla, figlinoque opere reperta ſunt, artifice Thara.*

THEBANI.

Thebanæ texturæ neſcio an olim nobilitatæ fuerint. Iſmenus certe fluvius & fons Dirce Διαύγειαν καὶ στίλψιν καὶ πολὺ τὸ λεῖον δωρεῖται τοῖς ὑφάσμασι: *Splendorem & nitorem & levitatem texturis conciliat*: Tzetzes Chiliad. x, hiſt. 331. Critias apud Athenæum lib. 1, cap. 22: Θήβη δ' ἁρματόεσσα δίφρον συνεπήξατο πρώτη: *Thebe prima currum compegit.*

THEOCLES, Sculptor.

Heſperides numero quinque fecit Theocles Lacedæmonius, Hegyli filius, quem Scyllis & Dipœnus dicuntur artem hanc docuiſſe: *Pauſanias lib.* v, *pag.* 319, 22.

Eſt in Epidamniorum theſauro Hercules, malus Heſperica, & draco malum iſtam circumplexu ſuo involvens: atque omnia hæc è cedro fabricata, ſunt opus Theoclis, filii Etyli: *Idem Pauſanias lib.* VI, *pag.* 379, 29.

THEOCOSMUS, Sculptor.

In agri Megarenſis luco, quem Olympium dicunt, eſt fanum ſpectatu digniſſimum, ut ut Jovis in eo ſignum, interveniente bello Peloponneſiaco, non ſit expolitum. Simulacri os eſt ex ebore atque auro; reliqua ex argilla & gypſo. Fabricaſſe illud perhibent Theocoſmum indigenam, adjuvante Phidia. In poſtica templi parte jacent ligna non niſi dimidia ſui parte polita, quæ Theocoſmus fuerat ebore atque auro obducturus ad ſimulacrum Jovis perficiendum: *Pauſanias lib.* 1, *pag.* 75, 9.

Diagoræ ſtatuam elaboravit Callicles Megarenſis, filius ejus Theocoſmi qui fecit ſignum illud Jovis quod erat Megaris: *Pauſanias lib.* VI, *pag.* 356, 42.

Hermonem, qui prætoriæ navis gubernator fuerat Lyſandro, Theocoſmus Megarenſis fecit, quod Megarenſes eum in civitatem ſuam adſcripſerant: *Pauſanias lib.* x, *pag.* 625, 30.

THEOCYDES, Architectus.

Theocydes conſcripſit præcepta Symmetriarum: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

THEODORUS, Pictor.

Theodorus pinxit emungentem: idem ab Oreſte matrem & Ægiſthum interfici: bellumque Iliacum pluribus tabulis, quod eſt Romæ in Philippi porticibus: & Caſſandram, quæ eſt in Concordiæ delubro: Leontium Epicuri cogitantem: Demetrium regem, Plinius libro XXXV, cap. 11. Quod vero attinet illum Theodorum Samium Pictorem, quem Plinius hoc ipſo capite paullo poſt ait fuiſſe Nicoſthenis diſcipulum unà cum Stadio, eum liquet à priore diverſum; quoniam Plinius parans eum inter Pictores non ignobiles recenſere, ſatis expreſſe dicat, *Sunt etiam non ignobiles quidem, in tranſcurſu tamen dicendi*, &c.

Laertius adhæc libro ſecundo in vita Theodori philoſophi enumerans Theodoros viginti, duodecimus ei eſt ille Theodorus Pictor, cujus meminit Polemon; decimus tertius eſt Theodorus Athenienſis Pictor, de quo ſcribit Menodotus; decimus quartus eſt Theodorus Pictor Epheſius, cujus mentionem facit Theophanes in libro de Pictura.

THEODORUS MILESIUS.

Theodorum Mileſium refert inter primos Statuariæ ac Plaſtices inventores Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis. Locum adſcripſimus in Crato.

THEODORUS PHOCÆUS, Architectus.

Theodorus Phocæus edidit volumen de tholo qui eſt Delphis: *Vitruvius in Proœmio libri ſeptimi.*

THEODORUS LEMNIUS, Architectus.

Lemnius ſimilis Ægyptio & Cretico labyrinthis, columnis tantum centum quadraginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circumagente

cumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus, & Rholus, & Theodorus indigena. Extantque adhuc reliquiæ ejus, cùm Cretici Italicique nulla veſtigia extent, Plinius libro xxxvi, cap. 13.

THEODORUS, Mechanicus.

Hujus opera Romani utebantur adverſus Choſroëm: *Procopius lib. ſecundo de bello Perſico, cap.* 13.

THEODORUS, tibiarum Faber.

Iſocratis pater Athenis appellabatur αὐλοποιὸς, tibiarum Faber: qua de re hæc habet Philoſtratus libro primo de Vitis Sophiſtarum, in Iſocrate; Οἱ ἡγούμενοι τὴν κωμῳδίαν καθάπτεσθαι τοῦ Ἰσοκράτους ὡς αὐλοποιοῦ, ἁμαρτάνουσι. πατὴρ μὲν γὰρ αὐτῷ Θεόδωρος ἦν ὃν ἐκάλουν αὐλοποιὸν Ἀθήνησιν· αὐτὸς δ' οὔτ' αὐλοὺς ἐγίνωσκεν, οὔτ' ἄλλο τι τῶν ἐν βαναύσοις. οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ εἰκόνος ἔτυχεν, εἴ τι τῶν ἁπλῶν εἰργάζετο: *Qui arbitrantur Iſocratem in Comœdiis perſtringi ut fabrum tibiarum, falluntur. Pater etenim ei Theodorus fuit, quem fabrum tibiarum appellabant Athenis: ipſe vero neque tibias norat, neque aliud quicquam ſordidi opificii: atque nullam unquam in Olympia conſecutus eſſet ſtatuam, ſi ullas viliores operas ullo tempore tractaſſet.*

THEODORUS, Statuarius.

Theodori Statuarii, genere Thebani, meminit Laërtius *libro ſecundo, in vita Theodori Philoſophi.*

THEODORUS alter, itidem Statuarius.

Plato certe in Ione Statuarios aliquot olim celeberrimos nominaturus, conjungit Theodorum Samium cum Dædalo filio Metionis & Epeo Panopei filio. Atque adeo Theodorus ille Samius eo in loco Platoni memoratus, aliis quoque Scriptoribus laudatur à ſingulari ſolertia atque inventione plurimarum rerum huic vitæ apprime utilium. *Normam, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit,* Plinius libro vii nat. Hiſt. cap. 56. *Sunt qui in Samo primos omnium plaſticen inveniſſe Rhœcum & Theodorum tradant, multo ante Battiadas Corintho pulſos,* Idem lib. xxxv, cap. 12.

Apud Lacedæmonios circa alterum è foro exitum ædificata eſt quæ Scia vocatur, ubi hac ipſa etiamnum ætate conciones habent. Hanc Sciadem perhibent opus eſſe Theodori Samii: Ὃς πρῶτος διαχέαι σίδηρον εὗρε καὶ ἀγάλματα ἀπ' αὐτοῦ πλάσαι: *Qui primus fundere ferrum invenit & ſimulacra ex eo fingere,* Pauſanias libro tertio, pag. 183, 39. Διέχεαν χαλκὸν πρῶτοι καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο Ῥοῖκός τε Φιλαίου καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους, Σάμιοι: *Primi æs fuderunt & ſtatuas inde conflarunt Rhœcus Philæi & Theodorus Teleclis filius, Samii,* Idem libro viii, pag. 479, 9. Decimi denique libri pag. 686, 11, poſteaquam ea ipſa repetiit, ſtatim quoque ſubjungit ſe nihil adhuc Theodori ex ære fabricatum potuiſſe inveſtigare.

Θεόδωρος ὁ Σάμιος, υἱὸς Ῥοίκου, συμβουλεύσας ἄνθρακας ὑποτεθῆναι τοῖς θεμελίοις τοῦ ἐν Ἐφέσῳ νεώ· καθύγρου γὰρ ὄντος τοῦ τόπου, τοὺς ἄνθρακας ἔφη τὸ ξυλῶδες ἀποβαλόντας, αὐτὸ τὸ στερεὸν ἀπαθὲς ἕξειν ὕδατι: *Theodorus Samius, filius Rhœci, auctor fuit carbones fundamentis Epheſini templi ſubſternere. Quum enim humidus eſſet locus atque uliginoſus, carbones inquit abjecta ligni natura, ſoliditatem accipere aquis inexpugnabilem,* Auctores ſunt Laërtius & Heſychius Mileſius. Huc facit etiam illud Auguſtini libro xxi de Civitate Dei, cap. 4: *Quid in carbonibus? Nonne miranda eſt, & tanta infirmitas, ut ictu leviſſimo frangantur, preſſu facillimo conterantur: & tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur: uſque adeo ut eos ſubſternere ſoleant qui limites figunt, ad convincendum litigatorem, quiſquis poſt quantalibet tempora extiterit, fixumque lapidem limitem non eſſe contenderit? Quis eos in terra humida infoſſos, ubi ligna putreſcerent, tamdiu durare incorruptibiliter poſſe, niſi rerum ille corruptor ignis effecit?*

Crœſus inter alia donaria Delphos miſit duas eximiæ magnitudinis pateras, auream atque argenteam: quæ & ipſæ, templo incenſo, amovebantur. Aurea quidem in theſauro Clazomeniorum poſita eſt, pondo talentorum octo & dimidii, præterea minarum duodecim: argentea ad ſuggrundam anguli templi, ſexcentarum amphorarum capax, in quam feſto theophaniæ miſcebatur vinum à Delphis. Ajunt vero Delphi eam opus eſſe Theodori Samii: Καὶ ἐγὼ δοκέω· οὐ γὰρ τὸ συντυχὸν φαίνεταί μοι ἔργον εἶναι: *Atque ego quoque idem ſentio, non enim videtur mihi eſſe opus vulgare,* inquit Herodotus libro i, cap. 51.

Chares Mitylenæus libro quinto Hiſtoriæ Alexandri: Eouſque, inquit, luxuriæ proceſſerunt Perſarum reges, ut ad verticem Regii cubiculi ſuperne adjaceret cœnaculum quinque lectis conſtratum, in quo nunquam non auri talenta quinquies mille aſſervabantur; illud cœnaculum Cervical regium appellabatur. Ad pedes ſupradicti cubiculi Regii adjacebat etiam cœnaculum tribus lectis inſtratum, in quo tria millia talentorum ar-

genti repoſita erant, id cœnaculum nuncupabant Scabellum regium. In ipſo vero cubiculo vitis aurea gemmis diſtincta lecto erat impoſita. Hanc vero vitem Amyntas libro de ponderibus ait racemos habuiſſe ex pretioſiſſimis gemmis compoſitos: non longe autem ab hac vite collocatum fuiſſe craterem aureum, Theodori Samii opus. Hæc habet Athenæus *libro* XI, *cap.* 2.

Polycratem Samium felicem appellans, inquit Cicero ſub finem libri quinti de Finib, *nihil acciderat ei quod nollet; niſi quod annulum, quo delectabatur, in mare abjecerat. Ergo infelix una moleſtia; felix rurſus, cùm is ipſe annulus in præcordiis piſcis inventus eſt.* Prolixius hæc refert Strabo libro XIV, pag. 637, D, ac multo etiamnum copioſius Herodotus libro III, capitibus 39, 40, 41, 42, 43, ubi & hoc habet inter alia Hiſtoricus ille Halicarnaſſeus: ἦν οἱ σφρηγὶς τὴν ἐφόρεε χρυσόδετος, σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα, ἔργον δὲ ἦν Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέος Σαμίου: *Erat ei gemma ſignatoria ſmaragdus, quam geſtabat auro incluſam, opus Theodori Samii Teleclis geniti.* Vide quoque Tzetzen Chiliade VII, hiſt. 121; ſicuti & Suidam in Σμάραγδος.

Huc etiam facit illud Pauſaniæ libro VIII, pag. 479: Θεοδώρου [τοῦ Σαμίου] ἔργον ἐπὶ τῆς λίθου τῆς σμαράγδου σφραγίς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει τε τὰ μάλιστα, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ περισσῶς δή τι ἠγάλλετο: *Theodori Samii ars nobilitabat illam ſmaragdi gemmam ſignatoriam, quam Polycrates Samiorum tyrannus ut plurimum geſtabat, & in qua ſupra modum geſtiebat.*

Plinius in Procemio libri XXXVII: *Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis in tantam admirationem hæc exarſerit, diximus quadamtenus in mentione auri annulorumque. Fabulæ primordium à rupe Caucaſea tradunt, Promethei vinculorum interpretatione fatali: primumque ſaxi hujus fragmentum incluſum ferro ac digito circumdatum, annulum, & hoc gemmam.* Mox cap. I proſequitur quod inceperat: *His initiis cœpit auctoritas in tantum amorem elata, ut Polycrati Samio, ſevero inſularum ac litorum tyranno, felicitatis ſuæ, quam nimiam fatebatur etiam ipſe, ſatis piamenti in unius gemmæ voluntario damno videretur, ſi cum Fortunæ volubilitate paria faceret; planeque ab invidia ejus abunde ſe redimi putaret, ſi hoc unum doluiſſet. Aſſiduo ergo gaudio laſſus, profectus navigio in altum, annulum merſit. At illum piſcis eximiæ magnitudine Regi natus, eſcæ vice raptum, ut faceret oſtentum, in culinam domini rurſus Fortunæ inſidiantis manu reddidit. Sardonychem eam gemmam fuiſſe conſtat; oſtenduntque Romæ, ſi credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo Auguſtæ dono incluſam, & noviſſimum prope locum, tot prælatis, obtinentem.* Et aliquanto poſt, ibidem: *Polycratis gemma, quæ demonſtratur, illibata intactaque eſt.* Solinus cap. 33: *Ex Arabici littoris ſinu Polycrati regi advecta Sardonyx gemma, prima in orbe noſtro luxuriæ excitavit famam.* Ubi tamen Solinum erroris manifeſtum arguit Salmaſius, quem vide *Plinianarum exercitationum pag.* 557. Quoniam vero ex Herodoto ac Pauſania colligimus Polycratis gemmam ſignatoriam Theodori Samii ſcalptura fuiſſe inſignitam, non male forte ſuſpicetur aliquis Theodorum in hac gemma ſignum Lyræ muſicæ excavaſſe, cùm tali ſigillo Polycratem uſum teſtetur Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. tertio: Αἱ σφραγῖδες ἡμῖν ἔστων πελειάς, ἢ ἰχθύς, ἢ ναῦς οὐριοδρομοῦσα, ἢ λύρα μουσική, ᾗ κέχρηται Πολυκράτης, ἢ ἄγκυρα ναυτική, ἣν Σέλευκος ἐνεχαράττετο τῇ γλυφῇ, &c.

Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit; præter ſimilitudinem mirabilem fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, læva tribus digitis quadrigulam tenuit tranſlatam Præneſte, tantæ parvitatis, ut totam eam curtumque & aurigam integeret alis ſimul facta muſca, Plinius libro XXXIV, cap. 8.

ὁ Πύθιος, ἔργον Θεοδώρου καὶ Τηλεκλέους: *Pythius Theodori & Teleclis opus eſt*, Athenagoras Legatione pro Chriſtianis. Diodorus Siculus ſub finem libri primi refert hoc Pythii Apollinis ſimulacrum arte mira Samiis fabricatum à Telecle ac Theodoro filiis Rhœci. Nam ſtatuæ hujus dimidium in Samo à Telecle fabricatum tradunt, alteram vero partem Epheſi à Theodoro germano ejus fratre factam perhibent, junctaſque partes mutuò ſibi accurate adeo reſpondiſſe, ut unius viderentur eſſe manus. Integrum Diodori locum adſcripſimus ſupra in TELECLES.

Cæterum ut Diodoro hoc in loco memoratur Theodorus Rhœci filius, ita quoque Diogeni Laërtio & Heſychio Mileſio ille Theodorus Samius, quo ſuadente carbones Epheſini templi fundamento ſubſtrati ſunt, dicitur filius Rhœci: unde quoque ſtatuendum eſt diverſum eſſe hunc Theodorum ab illo Theodoro, qui Herodoto & Pauſaniæ dictus eſt filius Teleclis.

THEODOTUS.

Vide quid ſibi velit Nævius in Tunicularia, cujus verba, quæ Feſtus adducit in *Penum*, ita emendat Joſ. Scaliger;

Theodotum compella, qui aris compitalibus

Sedens

Sedens in cella circumtecta tegetibus
Lares ludentes peni pinxit bubulo.

THEODULUS, Figulus.

Meminit ejus Caſſiodorus Variarum II, 23.

THEOMNESTUS.

Aſclepiodoro Mnaſon tyrannus pro duodecim Diis dedit in ſingulos mnas trecentas: idemque Theomneſto in ſingulos Heroas mnas centenas, Plin. lib. xxxv, cap. 10.

THEOMNESTUS, Statuarius.

Plinius libro xxxiv, cap. 8, refert eum inter Artifices qui fecerunt athletas & armatos & venatores ſacrificantesque. Sardianum fuiſſe hunc Theomneſtum teſtatur Pauſanias *libro* vi, *pag.* 371, 51.

THEON, Pictor.

Floruit circa Philippum & uſque ad ſucceſſores Alexandri pictura præcipue, ſed diverſis virtutibus: nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis viſionibus (quas φαντασίας *vocant) Theon Samius, ingenio & gratia quam in ſe ipſe maxime jactat, Apelles eſt præſtantiſſimus*, Quintilianus libro xii, cap. 10.

Theon pinxit Oreſtis inſaniam, Tamiram citharædum, Plin. lib. xxxv, cap. 11.

Ἔνιοι γράφουσι πράξεις ἀτόπους· καθάπερ Τιμόμαχος τὴν Μηδείας τεκνοκτονίαν, καὶ Θέων τὴν Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ Παῤῥάσιος τὴν Ὀδυσσέως προσποίητον μανίαν, καὶ Χαιρεφάνης ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας: *Quidam pingunt actiones turpes: ut Timomachus Medeam liberos necantem, Theon Oreſtem manus inferentem matri, Parrhaſius Ulyſſis ſimulatam inſaniam, Chærephanes libidinoſos mulierum cum viris congreſſus*, Plutarchus de audiendis poëtis.

Quo lenocinio Theon ſpectatoribus commendaverit tabulam armati militis magno impetu in populabundos hoſtes irruentis, eximie deſcribit Ælianus *Var. hiſt. libro* II, *cap. ult.*

THEOPROPUS, Statuarius.

Delphis in ſacro Apollinis ſepto eſt æneus taurus, ars Theopropi Æginetæ: *Pauſanias lib.* x, *pag.* 624, 39.

THERA.

Thera inſula: Θηραῖον ἱμάτιον, *Pollux lib:* vii, *cap.* 13 & 17.

THERICLES, Figulus.

Θηρίκλειος, κύλικος εἶδος, ἀπὸ τοῦ Θηρικλέους κεραμέως: *Thericleus, calicis genus, à Thericle figulo*, Heſychius. Pollux quoque libro vi, capite 16, tradit Cantharum & Thericleum poculum ab opificibus nomen accepiſſe. Θηρικλέους τέκνον, κύλιξ ἣν λέγεται πρῶτος κεραμεῦσαι Θηρικλῆς. Θηρίκλειον, ποτήριον ὑάλινον: *Thericlis proles, calix quem primus dicitur è terra figulina feciſſe Thericles. Thericleum, poculum vitreum*, Suidas. Atque eadem fere habet Auctor Etymologici magni in Θηρίκλειον κύλικα. Athenæus meminit Thericleorum aureorum libro v, cap. 7. Ex terebinthino ligno optima pocula Thericlem tornaſſe monet Plinius libro xvi, cap. 40. Ac fuſius id ipſum tradit ex Theophraſto Athenæus lib. 11, cap. 6; ubi inter alia & hæc addit: Κατασκευάζαι λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνη: *Hunc calicem feciſſe dicitur Thericles Corinthius, unde & nomen accepit; fuit is temporibus Ariſtophanis comici.* Multa de Thericle & Thericleis habent Salmaſii Exercitat. Plinianæ pag. 1043 & ſeq.

THERIS, Faber lignarius.

Anthologia Græc. Epigrammatum libro vi, cap. ult.

Θῆρις ὁ δαιδαλόχειρ τᾷ Παλλάδι πῆχυν ἀκαμπῆ,
  Καὶ τετανὸν νώτῳ καμπτόμενον πρίονα,
Καὶ πέλεκυν, ῥυκάναν τ᾽ εὐάγεα, καὶ περιαγὲς
  Τρύπανον, ἐκ τέχνας ἄνθετο παυσάμενος.

Cl. Hugo Grotius vertit:

Theris in arte bonus conſtantem Palladi normam,
Cum ſerra dorſo quæ ſecat acta trabes,
Cumque ſecure ſimul, terebraque rotante dolabram
Dedicat, ut longæ deſiit artis opus.

THERON, Statuarius.

Theron Bœotius fecit Gorgum Meſſenium quinquertii victorem: *Pauſanias lib.* vi, *pag.* 370, 49.

THESSALI.

Pugnare ex equo inveniſſe dicunt Theſſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem, Plin. lib. VII, cap. 56. *Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare: primus id ſpectaculum dedit Romæ Cæſar Dictator*, Plinius libro VIII, cap. 45. Ἄκαινα ἐστὶ μέτρον δεκάπουν, Θετταλῶν εὕρημα. ἡ ῥάβδος ποιμενική, παρὰ Πελασγοῖς εὑρημένη· περὶ ἧς Καλλίμαχος φησίν, Ἀμφότερον κέντρον τε βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης. Hoc eſt, *ἄκαινα eſt menſura decempes, inventum Theſſalorum; unde ἄκαινα Callimacho eſt ſtimulus boum & menſuræ terræ*, Vet. Schol. ad verſum 1322 libri tertii Argonaut. Apollonii. Qua occaſione vox ἄκαινα utramque ſignificationem obtinuerit, docet Auctor Etymologici magni in Ἄκαινα. Pollux libro VII, cap. 26: Κάλλιστοι οἱ Θετταλικοὶ δίφροι. *Pulcherrimæ ſunt ſellæ Theſſalicæ.* Critias apud Athenæum libro I, cap. 22: Θεσσαλικὸς δὲ θρόνος γυίων τρυφερωτάτη ἕδρα. Vide quoque Heſychium in Θετταλικὸς δίφρος. Theſſalicum chlamydem ad humerum dextrum aurea fibula colligebat: *Procopius lib. I de bello Vandalico, cap. 25.* Heſychius: Θετταλικὰ πτερά, τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θεσσαλικὰς χλαμύδας· πτέρυγες δὲ καλοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν: *Theſſalicæ alæ; hoc eo dicitur, quòd alas habeant Theſſalicæ chlamydes. Alæ vero dicuntur utrinque prominentes anguli, quòd ſimiles ſint alis.* Ita quoque Auctor Etymologici magni & Suidas: Οἱ Θετταλοὶ μάλιστα βαθυστολοῦντες, ὡς εἰκός, διὰ τὸ πάντων εἶναι Ἑλλήνων βορειοτάτους: *Theſſali maxime prolixis utuntur ſtolis, ut par eſt, quòd Græcorum omnium maxime ſint Septentrionales*, Strabo lib. XI, pag. 530, D: Ἰάσων ὁ Θετταλὸς καὶ ἡμιθωράκια προσεξεῦρε: *Jaſon Theſſalus etiam ſemithoraces invenit*, Pollux lib. I, cap. 10, §. 6.

THEUTH, Inventor literarum.

Vide Platonem in Phædro, tomo III, pag. 274, edit. Steph. Deſpice an non ſit idem cujus meminit Arnobius *lib.* II adverſus Gentes: *Quando ſiderum motus aut ratio cœpta eſt genethliaca ſciri? nonne poſt Theuthin Ægyptium, aut poſt Atlantem, ut quidam ferunt, geſtatorem, bajulum, tibicinum illum ac deſtinam cœli?* Clementi Alexandrino libro I Stromat. Θῶθ dicitur ſapiens ille Theuth, cujus meminit Plato in Phædro, & qui exiſtimabatur eſſe Mercurius. Cicero lib. III de Divinatione: *Quintum Mercurium colunt Pheneathæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam Ægypto præfuiſſe, atque Ægyptiis leges & literas tradidiſſe. Hunc Ægyptii Thoyth appellant: eodemque nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Lactantio libro I de Falſa religione, cap. 6, dicitur *Thoth.*

THOAS.

Auri metàlla & conſtaturàm, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem invenit: ut alii, Thoas & Eaclis in Panchaia, Plinius libro ſeptimo, cap. 56.

THOBEL. Vide Tubal-cain.

THORAX.

Thorax quidam rex dicitur inveniſſe thoraces, Servius ad verſ. 505 Æneïdos IX.

THRACES.

Scuta geſtare Curetes primi invenerunt; galea Thracicum tegmen eſt, Servius ad verſ. 505 noni Æneïdos. Θρᾷκες πρῶτοι τὴν καλουμένην ἅρπην. ἔστι δὲ μάχαιρα καμπύλη· καὶ πρῶτοι πέλταις ἐπὶ τῶν ἵππων ἐχρήσαντο: *Thraces primi invenerunt harpen, eſt autem enſis incurvus. Primi quoque peltis uſi ſunt in equis*, Clemens Alexandrinus Stromat. libro I. Πέλεκυς Θρᾴκιος, *Thracia bipennis*, Pollux lib. I, cap. X, §. 13.

THRASON, Statuarius.

Plinius *lib.* XXXIV, *cap.* 8, refert Thraſonem inter Artifices qui fecerunt athletas, & armatos, & venatores ſacrificantesque. Strabo *libro* XIV, ubi agit de Epheſini templi donariis, ait ſibi etiam Thraſonis quædam oſtenſa, cujus eſt Hecateſium, & fons Penelopëus, & anus Euryclea.

THRASON, Mechanicus.

Thraſon primus fecit muros: *Plinius lib.* VII, *cap.* 56.

THRASYMEDES, Statuarius.

Epidauri ſimulacrum eſt Æſculapii, dimidio minus eo quod Athenis eſt Jovis Olympii: factum eſt ex ebore atque auro. Inſcriptio indicat opus eſſe Thraſymedis Parii, filii Arignoti. Sedet in ſolio Deus, ſcipionem tenens; manuum altera draconis capiti ſuperimpoſita eſt, cane ei adjacente in proximo: *Pauſan. lib. ſecundo, pag.* 134, 40.

THUSCI.

Thuſcanica ſigna per terras diſperſa, quæ in Hetruriâ factitata non eſt dubium. Deorum tantum putarem ea fuiſſe, ni Metrodorus Scepſius, cui cognomen à Romanis nominis

odio

odio inditum eſt, propter duo millia ſtatuarum Volſinios expugnatos objiceret. Mirumque mihi videtur, cùm ſtatuarum origo tam vetus in Italia ſit, lignea potius aut fictilia Deorum ſimulachra in delubris dicata uſque ad devictam Aſiam, unde luxuria, Plinius libro XXXIV, cap. 7. Et ibidem aliquanto poſt: *Factitavit coloſſos & Italia. Videmus certe Apollinem in bibliotheca templi Auguſti Thuſcanicum* L *pedum à pollice, dubium ære mirabiliorem an pulchritudine.* φασὶ Τυῤῥηνοὺς τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι: *Ajunt Tuſcanos plaſticen excogitaſſe*, Clemens Alexandr. lib. I Stromat. *Prætextæ apud Hetruſcos originem invenere*, Plinius libro VIII nat. Hiſt. cap. 48. Huc etiam facit locus Salluſtii, quem adſcripſimus in Samnites. Vide quoque Macrobium Saturnal. I, 6. *Tuſcum catinum*, id eſt, vilem fictilemque à Tuſcis olim factum, dixit Juvenalis Satyra IX, verſ. 109. Apud Perſium tamen Satyra ſecunda, verſ. 60, videtur Tuſcum fictile poni pro vaſe alicujus pretii.

Tuſcanicæ ſtatuæ genere ipſo à Græcis differunt: *Quintil.* XII, 10. Tuſcanicæ duriores erant, ut idem teſtatur ibidem. *Duriora*, inquit, *& Tuſcanicis proxima Calon fecit.*

Statuas primum Thuſci in Italia inveniſſe referuntur; quas amplexa poſteritas pene parem populum Urbi dedit (inquit Caſſiodorus Variarum libro VII, formula 15) *quàm Natura procreavit*, &c.

THYLACUS, Statuarius.

Vide quæ ſupra diximus in Onæthus, Statuarius.

THYMILUS, Statuarius.

Thymilus fecit Cupidinem Libero patri aſſiſtentem: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 34, 49.

THYSIAS. Vide Tisias, Statuarius.

TIBURS, Cultrarius.

Q. TIBURTI. Q. L. MENOLANI CULTRARI OSSA HEIC SITA SUNT, Inſcript. Gruteri DCXL, II.

TIBURTINUS CALIX.

Vilioris generis calix fictilis: *Seneca epiſt.* CXIX.

TIMÆNETUS, Pictor.

Timænetus pinxit Muſæum: *Pauſanias lib.* I, *pag.* 39, 52.

TIMÆUS, Artifex.

Τίμαιος θαυμάζεται ἐπὶ τῇ πυρᾷ τῇ κατασκευασθείσῃ Διονυσίῳ τῷ Σικελίας τυράννῳ: *Timæus in admiratione eſt ob rogum exſtructum Dionyſio Siciliæ tyranno*, ut ait Moſchion apud Athenæum libro quinto, cap. 9.

TIMAGORAS, Pictor.

Panæus, frater Phidiæ, etiam prælium Athenienſium adverſus Perſas apud Marathona factum pinxit. Adeo jam colorum uſus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur; Athenienſium, Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Datim & Artaphernem. Quinimo certamen picturæ etiam florente eo inſtitutum eſt Corinthi ac Delphis: primusque omnium certavit cum Timagora Chalcidenſe, ſuperatus ab eo Pythiis; quod & ipſius Timagoræ carmine vetuſto apparet; chronicorum errore non dubio, Plinius lib. XXXV, capp. 8 & 9.

TIMANTHES, Pictor.

Timanthem Cythnium ſcribit Quintilianus, quem Sicyonium facit Euſtathius, ut mox liquebit ex eorum verbis quæ adducemus.

Æquales & æmuli Zeuxidis fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, Paraſius, Plinius lib. XXXV, cap. 9.

Paraſius magnis ſuffragiis ſuperatus à Timanthe Sami in Ajace armorumque judicio, Heroïs nomine ſe moleſte ferre dicebat, quòd iterum ab indigno victus eſſet, Plinius libro XXXV, cap. 10. Meminere hujus certaminis etiam Athenæus lib. X, cap. 11; Ælianus var. Hiſt. lib. IX, cap. 11; Euſtathius ad verſ. 545 Odyſſejas Λ, editionis Romanæ pag. 1698, 60.

Timanthi vel plurimum affuit ingenii. Ejus enim eſt Iphigenia, oratorum laudibus celebrata: qua ſtante ad aras peritura, cùm mæſtos pinxiſſet omnes, præcipue patruum [Menelaum]; *cùm triſtitiæ omnem imaginem conſumpſiſſet, patris ipſius vultum velavit, quem digne non poterat oſtendere. Sunt & alia ingenii ejus exemplaria: veluti Cyclops dormiens, in parvula tabella; cujus & ſic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyrſo pollicem ejus metientes: atque in omnibus ejus operibus intelligitur plus ſemper, quàm pingitur; & cùm ars ſumma ſit, ingenium tamen ultra artem eſt. Pinxit & Heroa abſolutiſſimi operis, arte ipſa complexus vires pingendi: quod opus nunc Romæ in templo Pacis eſt*, Plinius lib. XXXV, cap. 10.

Hanc Iphigeniæ tabellam, quam *oratorum laudibus celebratam* dixit Plinius, tangit Cicero de perfecto Oratore: *Pictor ille vidit, cùm immolanda Iphigenia triſtis Calchas eſſet, triſtior Ulyſſes, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis eſſe: quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari.* Refer & ad eandem illud Virgilii in Ætna, *Velatusque pater.* Scite quoque hujus ipſius tabellæ mentionem injicit Quintilianus Orat. inſtitut. lib. 11, cap. 13: *In oratione operienda ſunt quædam: ſive oſtendi non debent, ſive exprimi pro dignitate non poſſunt. Ita fecit Timanthes, ut opinor, Cythnius, in ea tabula qua Colotem Tejum vicit. Nam cùm in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtem Calchantem, triſtiorem Ulyſſem, addidiſſet Menelao quem ſummum poterat ars efficere mœrorem; conſumptis affectibus non reperiens quo digne modo patris vultum poſſet exprimere, velavit ejus caput, & ſuo cuique animo dedit æſtimandum.* Val. Maximus libro octavo, cap. 11, exemplo externo 6: *Nobilis pictor luctuoſum immolatæ Iphigeniæ ſupplicium referens, cùm Calchanta triſtem; mœſtum Ulyſſem, clamantem Ajacem, lamentantem Menelaum circa aram ſtatuiſſet; caput Agamemnonis involvendo, nonne ſummi mœroris acerbitatem arte exprimi non poſſe confeſſus eſt? Itaque pictura ejus, aruſpicis, amicorum, & fratris lachrymis madet, patris fletum ſpectantis affectus æſtimandum reliquit.* Vide quoque Tzetzem Chil. VIII, hiſt. 198.

Minime interim hoc in loco prætermittenda ſunt verba Euſtathii ad verſ. 163 Iliad. Ω, edit. Romanæ pag. 1343, 60: Ὑπερβολὴν φασὶ πένθους ἄξιον οὐχ εὑρίσκων ὁ ποιητὴς τῷ γέροντι περιθεῖναι, καλύπτει αὐτόν· καὶ οὐ μόνον σιγῶντα ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ μὴ ἦ βλεπόμενον. ὅθεν δοκεῖ φασιν ὁ Σικυώνιος γραφεὺς Σημάνθης (lege Τιμάνθης) τὴν ἐν Αὐλίδι γράφων σφαγὴν τῆς Ἰφιγενείας, ἐκάλυψε τὸν Ἀγαμέμνονα: *Poeta non inveniens aliquam doloris exuperantiam, quam digne tanto mœrori ſenis adderet, operit eum; neque tantùm ſilentem facit, ſed totum è conſpectu veluti amovet. Hinc Sicyonius pictor Timanthes pingens illam Iphigeniæ mactationem in Aulide, obvelavit Agamemnonem.* Hanc igitur inventionem capitis in graviſſimo luctu obtecti non tam ſolertiæ Timanthis tribuere videtur Euſtathius, quàm quod ipſe Timanthes hac in re inſtiterit Homeri veſtigiis. Dalechampius vero cenſet benevolam poſteritatem prono favore ſolertis ingenii famam in Timanthem contuliſſe, licet ipſe Artifex hanc acerbiſſimi doloris imaginem hauſiſſe deprehendatur ex illa deſcriptione Agamemnonis inconſolabili dolore confecti, quam exhibebat ei Euripidis Iphigenia in Aulide, verſu 1550:

- - - Ὡς δ᾽ εἰσεῖδεν Ἀγαμέμνων ἄναξ
Ἐπὶ σφαγὰς στείχουσαν εἰς ἄλσος κόρην,
Ἀνεστέναξε· κἄμπαλιν στρέψας κάρα,
Δάκρυα προῆγεν, ὀμμάτων πέπλον προθείς.

- - - *Ut vero Rex Agamemnon vidit*
Puellam euntem ad cædem in nemus,
Ingemuit: & retro vertens caput,
Emiſit lacrymas, oculis veſtem opponens.

Non diſſimile huic, quòd Myronis quoque ars pari laudantium conſenſu poſteritati mire fuerit commendata. *Myronem bucula maxime nobilitavit, celebratis verſibus laudata*, ut loquitur Plinius lib. XXXIV, cap. 8, *quando alieno plerique ingenio magis quàm ſuo commendantur.* Cæterum de his alibi.

Cicero de claris Oratoribus: *Quis eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quam ut imitentur veritatem? Calamidis, dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulcra dicere. Pulcriora etiam Polycleti & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent. Similis in pictura ratio eſt, in qua Zeuxim, & Polygnotum, & Timanthem, & eorum, qui non ſunt uſi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. At in Aetione, Nicomacho, Protogene, Apelle, jam perfecta ſunt omnia: & neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul & inventum, & perfectum.*

Alexander Magnus Epheſi Palamedem per dolum occiſum in tabula depictum ſpectans, manifeſto perturbati animi indicio trepidare proditus eſt, quòd ei per fraudem interempto perquam ſimilis eſſet Ariſtonicus: (ὁ σφαιριστὴς Ἀλεξάνδρου) *Photius ex Ptolemæi Hephæſtionis novæ ad variam eruditionem Hiſtoriæ libro primo.* Ubi quoque repentinum hunc permotæ mentis dolorem Regis hujus manſuetudini ac prono erga dilectos affectui tribuit Hephæſtion, dicens: Τοιοῦτον γὰρ ἦν Ἀλέξανδρος τὸ ἦθος ἐπιεικὴς καὶ φιλέταιρος. Meminit quoque hujus hiſtoriæ Tzetzes *Chiliadis octavæ hiſtoria* 198, addens ex Æſchrionis Mitylenæi Ephemeridibus, hanc occiſi Palamedis tabulam fuiſſe opus Timanthis. Ariſtonicus vero dictus eſt σφαιριστὴς Magni Alexandri, διὰ τὴν σφαιριστικὴν ὄρχησιν ἣν ἔπαιζεν Ἀριστόνικος ὁ Καρύστιος. Vide Suidam in Ὄρχησις; qui rurſus in Σφαῖρα.

σφαῖραν inter alia & hoc addit: σφαιριστὴς ἐπιτηδεύων ἀρίστων, ὁ Καρύστιος, ὁ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως συσφαιριστής. Fortaſſis itaque Ariſtonicus iſte exercuerit aliquam non inamœnam ac Regi pergratam ſaltationem ad numeros citharæ: ut hic Ariſtonicus fuerit idem ille Ariſtonicus citharædus, amicus Alexandri, quem fortiſſime pugnantem per dolum occiderant Maſſagetæ, ſicuti refert Arrianus *libro quarto de Magni Alexandri expedit.*

Plutarchus, poſteaquam retulit quàm ſtrenuè Aratus Pellenen ab Ætolis captam recuperaverit; & hoc addit: τὸ δ' ἔργον ἐν τοῖς μάλιστα διαβοηθὲν, καὶ Τιμάνθης ὁ ζωγράφος ἐποίησεν ἐμφαντικῶς τῇ διαθέσει τὴν μάχην ἔχουσαν: *Factum hoc imprimis fuit illuſtre. Timanthes vero pictor univerſam pugnam evidentiſſima diſpoſitione repræſentavit*, Plutarchus in Arato.

TIMARCHIDES, Statuarius.

Elateæ templum Æſculapio ſtructum eſt, Dei ſignum barbam habet. Simulacrum fecere Timocles & Timarchides, qui generis erant Attici: *Pauſanias lib.* x, *pag.* 678, 50. Timarchidem Plinius *libro* xxxiv, *cap.* 8, refert inter Artifices qui fecere athletas, & armatos, & venatores ſacrificanteſque. Refertur & inter Sculptores à Plinio lib. xxxvi, cap. 5: *Apollinem, qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides fecit.* Et ibidem paullo poſt: *Polycles & Dionyſius, Timarchidis filii, fecerunt Jovem qui eſt in proxima æde.*

TIMARCHUS, Statuarius.

Centeſima viceſima Olympiade fuere Eutychides, Euthycrates, Labippus, Cephiſſodorus, Timarchus, Pyromachus, Plinius libro xxxiv, cap. 8.

TIMARETE, Pictrix.

Fuit & alius Mycon, qui minoris cognomine diſtinguitur; cujus filia Timarete & ipſa pinxit, Plinius lib. xxxv, cap. 9. *Timarete, Miconis filia, pinxit Dianam in tabula quæ Epheſi eſt antiquiſſimæ picturæ*, Idem ibidem, cap 11.

TIMENUS.

Τήβεννος, Ῥωμαϊκὴ ἐσθής, ἀπὸ Τημένου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς πρῶτος τὴν ἰδίαν χλαμύδα τούτῳ περιεβάλλετο τῷ τρόπῳ διαπλεύσας κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον καὶ ὑποδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖ κατοικούντων· ἀφ' οὗ μαθόντες οἱ ἐγχώριοι, τὸν αὐτὸν ἐνεδιδύσκοντο τρόπον· καὶ ἐκάλουν τὴν ἐσθῆτα τημένιον ἐπώνυμον Τημένου τοῦ εὑρέτου. ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ παραφθαρὲν τὸ ὄνομα, τήβεννος ἐκλήθη: *Tebennus veſtis Romana ab Arcade Timeno, qui primus ſuam chlamydem hoc modo circumdedit cum per ſinum Ionium navigaſſet, & ab his qui ibi habitant ſuſceptus eſſet, à quo indigenæ edocti eodem modo præparaverunt, & veſtitum Timenium vocaverunt, cognominem Timeno inventori. Verum poſterioribus temporibus corrupto nomine Tibennus appellatus eſt*, Artemidorus Oneirocrit. libro ſecundo, cap. 3; quem locum Suidas, ſuppreſſo tamen Artemidori nomine, exſcripſit: vide eum in Τήβεννος. Heſychius: Τήβεννος, εἶδος περιβολαίου παρὰ Ῥωμαίοις: *Tebennus, genus togæ apud Romanos.* Gloſſæ vett. Τήβεννος, *Toga, trabea.* Τηβεννοφόρος, *Togatus.* Vide Salmaſium in Tertullianum de Pallio, pagina 69.

TIMOCLES, Statuarius.

Fuit paullo ante in Timarchides. Fuit autem Timocles Olympiade centeſima quinquageſima quinta: vide *Plinium libro* xxxiv, *cap.* 8.

TIMOMACHUS, Pictor.

Timomachus Byzantius Cæſaris dictatoris ætate Ajacem ei pinxit & Medeam, ab eo in Veneris Genetricis æde poſitas, octoginta talentis venumdatas. Talentum Atticum xvi *taxat M. Varro. Timomachi æque laudantur Oreſtes, Iphigenia in Tauris; Lecythion agilitatis exercitator; cognatio nobilium, palliati, quos dicturos pinxit, alterum ſtantem, alterum ſedentem. Præcipue tamen ars ei favisſe in Gorgone viſa eſt*, Plinius lib. xxxv, cap. 11. Præſtantiſſimæ interim Gorgonis hujus nemo alius, quod ſciam, meminit; Ajacis vero ac Medeæ, plurimi. Ipſe nimirum Plinius libro xxxv, cap. 4: *Præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæſar dictator, Ajace & Medea ante Veneris genetricis ædem dicatis*, vel in æde. Quandoquidem ſupra libri ſeptimi cap. 38 dixit idem: *Octoginta talentis emit duas tabulas Cæſar dictator, Medeam & Ajacem Timomachi, in templo Veneris genetricis dicaturus.* Ad utramque tabulam reſpexit Ovidius verſu 525 libri ſecundi Triſtium:

> *Utque ſedet vultu faſſus Telamonius iram,*
> *Inque oculis facinus barbara mater habet.*

Ubi vide notas Nic. Heinſii.

Solius Ajacis meminit Philoſtratus libro II de vita Apollonii Tyanei, cap. 10: καίτοι ἂν καὶ τὰς ὀργὰς οἶμαι τὰς γραφικὰς ἴδοις, μιμητικῆς δοκοῦσι. οὐ γὰρ ἂν ἐπῄνεσέ τις τὸν γεγραμμένον ἵππον ἢ ταῦρον, μὴ τὸ ζῷον ἐνθυμηθεὶς, ᾧ εἴκασται. οὐδ' ἂν τὸν Αἴαντά τις τὸν Τιμομάχου ἀγα-

σθείη

ϑείη, ὃς δὴ ἀναγέγραπται αὐτῷ μεμηνώς, εἰ μὴ ἀναλάβοι τις ἐς τὸν νοῦν Αἴαντος εἴδωλον, καὶ ὡς εἰκὸς αὐτὸν ἀπεκτονότα τὰ ἐν τῇ Τροίᾳ βουκόλια, καθῆσθαι ἀπειρηκότα, βουλὴν ποιούμενον καὶ ἑαυτὸν κτεῖναι: *Dixerim ergo picturiæ artis opera contemplaturos, imitativa facultate indigere. Neque enim rectè quis laudaverit equum aut bovem pictum, niſi animo conceperit animal cujus picturam tabula ipſa repræſentat. Ac ne quidem admirabitur aliquis Ajacem Timomachi, qui ei pictus eſt furens, niſi revocet in animum Ajacis imaginem, & quomodo veriſimile ſit eum, cæſis in Troja gregibus armentorum, conſediſſe pudibundum deliberantemque de morte ſibimet ipſi conſciſcenda.* Antholog. lib. IV, cap. 6:

Αἶαν Τιμομάχου πλέον ἢ πατρός. ἥρπασε τέχνη
 τὴν φύσιν. ὁ γράψας οἶδέ σε μαινόμενον,
Καὶ συνελυσσήθη χεὶρ ἀνέρι· καὶ τὰ κεραστὰ
 Δάκρυα τοὺς λύπης πάντας ἔμιξε πόνους.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Ajax Timomachi magis es quàm patris, in arte
 Natura eſt. Rabiem viderat ille tuam:
Cùmque viro furiata ſimul manus omne doloris
 Ingenium trucibus miſcuit in lacrymis.

Medeæ liberos ſuos trucidare parantis, meminit Plutarchus de Poëtis audiendis: ἔνιοι γράφουσι πράξεις ἀτόπους· καθάπερ Τιμόμαχος τὴν Μηδείας τεκνοκτονίαν, καὶ Θέων τὴν Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ Παῤῥάσιος τὴν Ὀδυσσέως προσποίητον μανίαν, καὶ Χαιρεφάνης ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας: *Quidam pingunt actiones turpes: ut Timomachus Medeam liberos necantem, Theon Oreſtem manus inferentem matri, Parrhaſius Ulyſſis ſimulatam inſaniam, & Chærephanes libidinoſos mulierum cum viris congreſſus.* Anthologia Epigr. lib. IV, cap. 9:

Τὰν ὀλοὰν Μήδειαν ὅτ' ἔγραφε Τιμομάχου χεὶρ
 Ζάλῳ καὶ τέκνοις ἀντιμεθελκομέναν,
Μυρίον ἄρατο μόχθον ἵν' ἤθεα δισσὰ χαράξῃ,
 Ὧν τὸ μὲν εἰς ὀργὰν νεῦε, τὸ δ' εἰς ἔλεον.
Ἄμφω δ' ἐπλήρωσεν· ὅρα τύπον. ἐν γὰρ ἀπειλᾷ
 Δάκρυον· ἐν δ' ἐλέῳ θυμὸς ἀναστρέφεται.
Ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων
 Ἔπρεπε Μηδείῃ, κοὐ χερὶ Τιμομάχου.

Auſonius vertit Epigrammate CXXII:

Medeam vellet cùm pingere Timomachi mens
 Volventem in natos crudum animo facinus,
Immanem exhauſit rerum in diverſa laborem,
 Fingeret affectum matris ut ambiguum.
Ira ſubeſt lacrymis; miſeratio non caret ira.
 Alterutrum videas ut ſit in alterutro.
Cunctantem ſatis eſt. Nam digna eſt ſanguine mater
 Natorum, tua non dextera, Timomache.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Diſtractam pueros inter thalamique dolorem
 Colchida cùm pinxit Timomachea manus,
Miſcuit affectus geminos ſollerte labore,
 Hic quorum clemens, ille cruentus erat.
Aſpice quàm partes geminas impleverit. In ira
 Se lacrymæ verſant, in pietate furor.
Sat voluiſſe fuit, dicunt. Occidere parvos
 Colchidi convenit, non tibi, Timomache.

Anthologiæ & illud eſt ibidem:

Τίς σου, Κολχὶς ἄθεσμε, συνέγραφεν εἰκόνι θυμόν;
 Τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
Αἰεὶ γὰρ διψᾷς βρεφέων φόνον. ἦ τις Ἰήσων
 Δεύτερος, ἢ Γλαύκη τις πάλι σοι πρόφασις;
Ἔῤῥε καὶ ἐν κηρῷ, παιδοκτόνε· σῶν γὰρ ἀμέτρων
 Ζήλων, ὡς ἃ θέλεις, καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

Auſonius

Auſonius Epigrammate CCXXII:

Quis te pictorum ſimulavit, peſſima Colchis,
In natos crudum volvere mente nefas?
Uſque adeone ſitis puerorum haurire cruorem,
Ut ne picta quidem parcere cæde velis?
Numnam te pellex ſtimulat? numne alter Iaſon,
Altera vel Glauce, ſunt tibi cauſa necis?
Quin ne picta quidem ſis barbara; namque tui vim
Cera tenax zeli concipit immodicam.
Laudo Timomachum, matrem quod pinxit in enſem
Cunctantem prolis ſanguine ne maculet.

Cl. Hugo Grotius:

Colchi tuam quis, dic, in imagine miſcuit iram?
Cujus es hic etiam barbara facta manu?
Sicne paras pueros occidere ſemper? Iaſon
Alter, an eſt Glauce jam nova cauſa tibi?
I procul in ceris etiam nunc impia; ſentit
Effigies tendat quò tuus ille furor.

Anthologia habet & alia Epigrammata in hanc Medeam liberos trucidare parantem: quæ vide, unà cum Grotiana verſione. Fortaſſe interim non inamœnum fuerit Lectori curioſo ſuavem hanc nobilium Epigrammatoriorum contentionem conferre cum elegantiſſima rhetoris Calliſtrati ἐκφράσει, qua in marmoreo quoque Medeæ idem facinus meditantis vultu maxime contrariorum affectuum pugnam expreſſit. Veriſimile vero eſt Timomachum uſque adeo vivam Medeæ vindictam ſitientis, cunctantis tamen, imaginem non tam (ut vult Calliſtratus) ex Euripidis, quàm ex Neophronis hauſiſſe tragœdia. Vide de hac re *Nic. Loenſis Miſcell. epiphill. lib.* IV, *cap.* 17.

Quemadmodum ſupra in APELLES monuimus eum è medio excedentem reliquiſſe inchoatam Veneris tabulam, quæ apud poſteros in majore fuit admiratione quàm reliqua ejus opera quibus ultimam impoſuerat manum; ita & hoc in loco Medeam de liberis trucidandis cogitantem, tabulam à Timomacho morte intercepto relictam imperfectam, diceremus in maxima deinde habitam æſtimatione. Sed ſatius eſt remittere lectorem ad ipſa Plinii de hac re verba, quæ adſcripſimus in APELLES.

TIMON, STATUARIUS.

Recenſetur is à Plinio lib. XXXIV, cap. 8, inter Artifices qui fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque.

TIMOTHEUS, SCULPTOR.

Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin, & Timotheum, & Leocharem; de quibus ſimul dicendum eſt, quoniam pariter cælavere Mauſoleum. Sepulcrum hoc eſt ab uxore Artemiſia factum Mauſolo, Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centeſimæ anno ſecundo. Opus ut id eſſet inter ſeptem miracula, ii maxime artifices fecere. Patet ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes, brevius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim. Attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis, cingitur columnis triginta ſex. Ab Oriente cælavit Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leochares, Plin. lib. XXXVI, cap. 5. Et paullo poſt ibidem: *Timothei manu Diana Romæ eſt in Palatio, Apollinis delubro, cui ſigno caput repoſuit Aulanius Euander.*

TIMOTHEUS, STATUARIUS.

Plinius lib. XXXIV, cap. 8, refert eum inter Artifices qui fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque. Æſculapii ſignum apud Trœzenios fecit quidem Timotheus, verum Trœzenii autumant ſimulacrum eſſe Hippolyti, non autem Æſculapii: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 146, 31.

TIPHYS.

Tiphys inſtituit adminicula gubernandi, Plin. lib. VII, cap. 56.

- - - *Typhin aurigam celeris fecere carinæ.*

Poëta vetus apud Flavium Soſipatrum Chariſium editionis Putſchianæ columna 243.

TIRYNTHII.

Turres, ut Ariſtoteles, invenere Cyclopes: Tirynthii, ut Theophraſtus, Plin. nat. hiſt. lib. VII, cap. 56.

TISAGORAS, Statuarius.

Herculis cum Hydra conflictus donum pariter atque opificium Tiſagoræ eſt. E ferro tam Hercules eſt, quàm Hydra. Facere autem ſigna ferrea, res longe difficillima & magni laboris. Meretur interim admirationem artificium Tiſagoræ, quicunque tandem Tiſagoras ille fuerit: nam & Pergami cum ſtupore ſpectantur leonis & apri capita è ferro, Libero patri conſecrata; *Pauſanias lib.* x, *pag.* 642, 23.

TISANDER, Statuarius.

Aliquot ejus opera enumerat Pauſanias lib. x, pag. 625, 43.

TISIAS, Statuarius.

Plinius capite 8 libri xxxiv reponit eum inter Artifices qui fecerunt athletas, & armatos, & venatores, ſacrificantesque.

TISICRATES, Statuarius.

Tiſicrates Sicyonius diſcipulus fuit Euthycratis Lyſippi filii & diſcipuli: ipſe tamen Tiſicrates *Lyſippi ſectæ propior, ut vix diſcernantur complura ſigna, ceu ſenex Thebanus, Demetrius rex, Peuceſtes Alexandri Magni ſervator, dignus tanta gloria*, Plinius lib. xxxiv, cap. 8. Et aliquanto poſt ibidem: *Xenocrates Tiſicratis diſcipulus: vel ut alii Euthycratis: vicit utrosque copia ſignorum.* Plinius denique lib. xxxv, cap. 11, recenſet *Arceſilam filium Tiſicratis* inter Pictores non ignobiles.

TLEPOLEMUS, Pictor.

Tlepolemus Cybirata Pictor. Is una cum fratre Hierone, cerearum imaginum Fictore, ob ſuſpicionem ſacrilegii patria profugus, ſtrenuam operam navavit Verri totam Siciliam deprædanti: vide *Tullium libro* iv *accuſat. in C. Verrem.*

TOCHARI.

Tochari texendi arte præcellunt: *Tzetzes Chil.* xi, *hiſt.* 388.

TOXIUS. Vide Doxius.

TRALLEIS.

Major pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudatur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia, at calicum tantum; Surrentum, Aſta, Pollentia: in Hiſpania, Saguntum: in Aſia, Pergamum. Habent & Tralleis opera ſua, & Mutina in Italia: quoniam & ſic gentes nobilitantur, Plinius lib. xxxv, cap. 12.

TRANSMANDUS, Pictor.

Tranſmandus, Pictor Italus: vide *Brunonis Hiſtoriam Belli Saxonici.* Habet eam *Tomus primus inſignium Germanicarum rerum Scriptorum Freheri.*

TROCHILUS.

Euſebii Chronicon numero cccCXLVII: *Trochilus primus fertur junxiſſe quadrigam.* Ubi vide Joſephi Scaligeri animadverſiones. Vide quoque Pauli Leopardi lib. 1 Emendationum, cap. 15; Meurſii denique Regnum Atticum, libro ſecundo, cap. 1.

TROPHONIUS. Vide Agamedes.

TRYPHO, Mechanicus.

Apollonia cùm circumſideretur, & ſpecus hoſtes fodiendo cogitarent ſine ſuſpicione intra mœnia penetrare. Id autem cùm à ſpeculatoribus eſſet Apolloniatis renuntiatum, perturbati nuntio, propter timorem conſilüs indigentes, animis deficiebant, quòd neque tempus neque certum locum ſcire poterant, quo emerſum facturi fuiſſent hoſtes. Tum vero Trypho Alexandrinus, qui ibi fuerat architectus, intra murum plures ſpecus deſignavit, & fodiendo terram progrediebatur extra murum dumtaxat citra ſagittæ emiſſionem, & in omnibus vaſa ænea ſuſpendit. Ex his in una foſſura, quæ contra hoſtium ſpecus fuerat, vaſa pendentia ad plagas ferramentorum ſonare cœperunt: ita ex eo intellectum eſt, qua regione adverſarii ſpecus agentes intra penetrare cogitabant. Sic limitatione cognita, temperavit ahena aquæ ferventis & picis de ſuperne contra capita hoſtium, & ſtercoris humani, & arenæ coctæ candentis: dein noctu pertudit crebra foramina, & per ea repente perfundendo, qui in eo opere fuerunt hoſtes omnes necavit, Vitruvius libro decimo, cap. ult.

TUBAL-CAIN.

Sella genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri, Geneſis iv: 22. *Sella & ipſa peperit Thobel; & erat malleator æramenti & ferri. Hunc aliqui dicunt eſſe Vulcanum. Soror autem Thobel, Noema; quam & ipſam aliqui dicunt eſſe Minervam,* Euſebii Chronicon. Θόβελ γεγονὼς ἐκ Σελλᾶς, σιδηρεὺς ἦν, ἐργάτης σιδήρου τε καὶ χαλκοῦ, Zonaras. Θοβελ ἐγένετο σφυροκόπος, χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου, Theophilus lib. 11 ad Autolycum. Ita quoque Greg. Nyſſenus Homil. xv in Cant. canticorum. Plura habet Voſſius lib. 1 de Origine & progr. idololatriæ, cap. 16.

TUO-

TUOTILO, Pictor.

Tuotilo Monachus S. Galli elegans cælaturæ & picturæ Artifex, & qui multas propter artificia ſimul & doctrinas peragraverat terras: *Ekkehardus Minimus cap. 22 de vita B. Notkeri Balbuli.*

TURIANUS, Figulus.

M. Varro laudat & Paſitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ ſcalpturæque & cælaturæ eſſe dixit; & cùm eſſet in omnibus his ſummus, nihil unquam fecit ante quàm finxit. Præterea elaboratam hanc artem Italiæ, & maxime Hetruriæ: Turianumque à Fregellis accitum, cui locaret Tarquinius Priſcus effigiem Jovis in Capitolio dicandam. Fictilem eum fuiſſe, & ideo miniari ſolitum. Fictiles in faſtigio templi ejus quadrigas, de quibus ſæpe diximus. Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieque materiæ nomen in urbe retinet. Hæ enim tum effigies Deûm erant laudatiſſimæ, nec pœnitet nos illorum, qui tales coluere, &c. Plinius libro XXXV, cap. 12. Harum quadrigarum & Plinius meminit *libro* XXVIII, *cap.* 2; item Feſtus in *Ratumena porta*; Plutarchus denique in *Publicola*, qui tamen in aliquibus à Feſto diſſentit.

TURNUS, Statuarius.

Λαῒς ἐπόρνευε, καὶ ὁ Τοῦρνος αὐτὴν ὑπόμνημα τῆς πορνείας ἐποίησεν: *Lais meruit corpore, & Turnus fecit eam ut ſit monumentum ſcortationis*, Tatianus in Oratione adverſus Græcos.

TURPILIUS, Pictor.

Poſteaquam Plinius lib XXXV, cap. 4, egit de Fabii Pictoris & Pacuvii Poëtæ pictura, & hoc addit: *Poſtea non eſt tractata honeſtis manibus: niſi forte quis Turpilium equitem Romanum è Venetia noſtræ ætatis velit referre, hodieque pulchris ejus operibus Veronæ exſtantibus. Læva is manu pinxit, quod de nullo ante memoratur. Parvis gloriabatur tabellis, extinctus nuper in longa ſenecta.*

TURRANIUS, Viminarius.

A. Turranius Niger, Viminarius: *Inſcript. Gruteri* DCXLII, 3.

TUSCANI, Vide Thusci.

TYCHIUS, coriarius Sutor.

Ovidius Faſtorum lib. III, verſu 824:

Nec quiſquam invita faciet bene vincula plantæ
Pallade, ſit Tychio doctior ille licet.

Homero ſic vocatur Artifex qui clypeum Ajacis fabricavit. Τύχιος, ὄνομα τοῦ κατασκευάσαντος τὴν Αἴαντος ἀσπίδα σκυτοτόμου: *Tychius, nomen coriarii qui Ajacis clypeum fecit*, Heſych. Vide quæ de hoc Tychio habet Euſtathius edit. Romanæ pag. 678, ad illud Homeri Iliad. H:

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων,
Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων.

Ajax autem propius venit, ferens ſcutum inſtar turris
Æreum, ſeptem bobus obductum, quod ei fecit Tychius
Coriariorum optimus, Hylæ habitans.

Atque adeo ex hiſce quoque verbis Homeri colligunt quidam hanc Hydam fuiſſe Tychii patriam: *Strabo lib.* XIII, *pag.* 626, C.

TYRRHENA SIGILLA.

Horatius lib. II, epiſt. 2:

Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argentum, veſtes Getulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere.

TYRRHENI.

Ποικίλαι ἦσαν αἱ παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς ἐργασίαι, φιλοτέχνων ὄντων τῶν Τυῤῥηνῶν: *Varia erant Tyrrhenorum opificia, erant enim Tyrrheni artium ſtudioſiſſimi*, Athen. lib. XV, cap. 18. Meminit & Strabo lib. XVII, edit. Caſaub. pag. 806, A. Vide quoque Diod. Siculum lib. V, ubi multa habet de Tyrrhenis. *Tyrrheni anchoram invenerunt*, Plinius natural. Hiſt. lib. VII, cap. 56. Οἱ Τυρρηνοὶ πρῶτον εὗρον τὴν τειχοποιΐαν: *Tyrrheni primum invenerunt facere muros*, Tzetzes in Lycophronis Caſſandram. Τυῤῥηνοὶ σάλπιγγα ἐπενόησαν: *Tyrrheni tubam excogitarunt*, Clemens Alexandr. Stromat. lib. I. Ita quoque Pollux lib. IV, cap. 11; Heſychius in Ληιστοσάλπιγγες; Suidas in Κώδων. Unde tubæ ſonus dicitur *Tyrrhenus clangor* Statio III Thebaïdos, verſu 650. Item *Tyrrhenum murmur*, libro

libro VI Thebaïd. verſu 404: ubi annotat Lactantius: *Tyrrhenum murmur, Tubam ſignificat; quam Meleus Tyrrhenorum Imp. primus invenit: à qua opinione nec Virgilius diſcrepat, cum dicit, Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clangor.* Locus Virgilii eſt octavi Æneid. verſu 526: ubi Servius: *Tyrrhenum clangorem dixit ideo, quia apud Tuſcos tubam conſtat inventam.* Plinius nat. Hiſt. lib. VII, cap. 56: *Æneam tubam Piſeum Tyrrhenum inveniſſe putant.* Vide quæ proxime ſequuntur in TYRRHENUS.

TYRRHENUS.

Tyrrhenus Herculis filius tubam primus invenit, hac ratione: quòd cùm carne humana comites ejus veſcerentur, ob crudelitatem incolæ circa regionem diffugerunt: Tunc ille, ſi quis eorum deceſſerat, concha pertuſa buccinavit & pagum convocavit, teſtatique ſunt ſe mortuum ſepulturæ dare, nec conſumere. Unde Tuba dicitur Tyrrhenum melos. Quod exemplum hodie Romani ſervant: & cùm aliquis deceſſit, tubicines cantant & amici convocantur, teſtandi gratia, eum neque veneno, neque ferro interiiſſe, Hyginus fabula CCCCLXXIV. Minervæ cognomento *Salpingos*, id eſt *Tubæ*, templum ajunt Hegelaum extruxiſſe: fuiſſe vero eum Tyrrheni filium; ac Tyrrhenum, Hercule & Lyda muliere genitum, primum tubam inveniſſe: cujus poſtea cantum Hegelaus Dorienſes eos docuerit, qui Temenem ſecuti ſunt: quocirca nomidaſſe eum Minervam Salpinga: *Pauſanias libro ſecundo, pag.* 122, 49. Auctor brevium ſcholiorum ad verſum 219 Iliados Σ, negat Trojani belli temporibus tubam fuiſſe inventam, antiquos enim concha marina ceciniſſe: Homerum tamen ſui ſæculi more σάλπιγγα nominaſſe. Fuſe quoque multa ad hunc locum de Tubis tradit Euſtathius edit. Romanæ pag. 1139 & ſeq.

TYRUS.

Tyrus quondam inſula, præalto mari ſeptingentis paſſibus diviſa: nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara, urbibus genitis; Lepti, Utica, & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida Carthagine: etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura conſtat, Plinius libro V, cap. 19. Tyriam purpuram ubique laudant antiqui Scriptores. Quoniam tamen Tyros olim quoque dicta eſt *Sarra*, ſicuti teſtatur Aulus Gellius lib. XIV, cap. 6, etiam *Sarranum oſtrum* uſurpari cœpit pro Tyria purpura. Virgilius Georgicon lib. II, verſu 505:

Hic petit excidiis urbem, miſeroſque penates,
Ut gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro.

Ubi Servius: *Sarrano oſtro.*] *Tyria purpura: quæ enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur, à piſce quodam qui illic abundat, quem ſua lingua ſar appellant.* Vide tamen & Scaligeri caſtigationes ad Feſtum in *Sarra*; nec non Bochartum Geographiæ ſacræ parte II, libro ſecundo, cap. 10.

Navalium rerum ſcientia olim nobilitabatur Tyros. Tibullus libro I, Eleg. 7.

Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Feſtus: *Tyria maria in proverbium deductum eſt, quòd Tyro oriundi Pœni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus navigatio eſſet periculoſa.* Præcipue tamen vide quæ de navali Tyriorum potentia habet Strabo lib. XVI.

V.

VALENTINIANUS IMP.

AMmiano Marcellino libro XXX deſcribitur *Suaſor & diſſuaſor admodum prudens, militaris rei ordinum ſcrutantiſſimus, ſcribens decore, venuſteque pingens & fingens, & novorum inventor armorum,* &c.

VALERIUS, ARCHITECTUS.

Theatrum texit Romæ Valerius Oſtienſis architectus ludis Libonis, Plin. lib. XXXVI, cap. 15. Vide totum caput lectu digniſſimum.

VALERIUS, PRÆFECTUS FABRUM. Vide BASSUS.

VARRO.

Imaginum amorem flagraſſe quondam, teſtes ſunt & Atticus ille Ciceronis, edito de hoc volumine, & M. Varro benigniſſimo invento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati, non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium, ſed & aliquo modo imaginibus: non paſſus intercidere figuras, aut vetuſtatem ævi contra homines valere; inventione muneris etiam Diis invidioſus, quando immortalitatem non ſolum dedit, verum etiam

in

in omnes terras miſit, ut præſentes eſſe ubique & claudi poſſent, Plin. lib. xxxv, cap. 2. Vitruvius ait in Proœmio libri ſeptimi ſe ex antiquiorum Græcorum commentariis in unum corpus coëgiſſe ea quæ in re architectonica utilia eſſe deprehenderat: *Et ideo maxime*, inquit, *quòd animadverti ea in re ab Græcis volumina plura edita, ab noſtris oppido quàm pauca. Fuſſitius nimirum de his rebus primus inſtituit edere volumen: item Terentius Varro de novem diſciplinis, unum de Architectura: Publius Septimius, duo: amplius vero in id genus ſcripturæ adhuc nemo incubuiſſe videtur, cum fuiſſent & antiqui cives magni Architecti, qui potuiſſent non minus eleganter ſcripta comparare.*

VEIENS, Figulus quidam.

Ratumena porta, inquit Feſtus, *à nomine ejus appellata eſt, qui ludicro certamine quadrigis victor Etruſci generis juvenis Veiis conſternatis equis excuſſus Romæ periit: qui equi feruntur non ante conſtitiſſe quàm pervenirent in Capitolium conſpectumque fictilium quadrigarum, quæ erant in faſtigio Jovis templi, quas faciendas locaverant Romani Vejenti cuidam artis figulinæ prudenti; quæ bello ſunt reciperatæ, quia in fornace adeo creverant, ut eximi nequirent; idque prodigium portendere videbatur, in qua civitate eæ fuiſſent, omnium eam futuram potentiſſimam.* Non convenit tamen Feſto hac in re cum Plutarcho; ſiquidem Plutarchus in Publicola fictiles haſce quadrigas poſtea redditas eſſe tradit: Feſtus vero vult eas bello repetitas, ante quàm hæc accidiſſent, ut notat Scaliger. Tangit & hanc hiſtoriam Solinus cap. XLV: *Excuſſo quoque auriga, quem Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga proſiluit; nec ante ſubſtitit, quamlibet obviis occurſibus impedita, quàm Tarpejum Jovem terna dextratione luſtraſſet*: ubi vide Salmaſium.

VENETIUS.

Anthol. Epigr. Græc. lib. IV, cap. 28:

Τίς βυθὸν ἠπείρωσε; τίς ἐν ῥοθίοισιν ἔτευξεν
Ἀκτὴν ἀμφιρύτην λάεσι μαρμαρέοις;
Τίς δ' ἐνὶ κύμασι πῆξε τὸν πλωτῆρας ἀφύσσειν
Αὐτῶν ἐκ νηῶν χερσὶν ἀρυομένοις;
Οὗτος ὁ ποικιλομήτης ἀνὴρ Βενέτιος ἀμύμων,
Κόσμασι νικήσας Θησέα καὶ Πέλοπα.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

Quis ſolidum ſtatuit mare? quis de marmore fecit
Pulſatum vitreo littus utrimque ſalo?
Quis dedit ut ſalſis dulces in fluctibus undas
Hauriret manibus de rate nauta ſua?
Maximus ingenii Veneto vir nomine dictus,
Laude operum Theſeus quo minor atque Pelops.

VESTA.

Veſta dicitur ædium ſtructuram inveniſſe, atque ob hoc beneficium univerſi fere homines in domibus ſuis collocatam divinis honoribus & ſacrificiis proſequuntur: *Diodorus Siculus lib.* V. Vide *Voſſium lib.* 1 *de Origine & progreſſu idololatriæ, cap.* 17.

VETURIUS MAMURIUS. Vide Mamurius.

VITRUVIUS, Architectus.

Marcus Vitruvius Pollio Cæſari dictatori non ignotus, atque Auguſto Imp. ab Octavia Auguſti ſorore commendatus, præfuit apparationi baliſtarum & refectioni tormentorum, accipiens commoda Architecti. Ejus libri decem de Architectura teruntur omnium manibus.

ULYSSES.

Ovidius libro II de Arte amandi verſu 123 Ulyſſi tribuit qualemcunque delineandi peritiam:

Non formoſus erat, ſed erat facundus Ulyſſes;
Et tamen æquoreas torſit amore Deas.
Ah quoties illum doluit properare Calypſo,
Remigioque aptas eſſe negavit aquas!
Hæc Trojæ caſus iterumque iterumque rogabat:
Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.
Littore conſtiterant: illic quoque pulcra Calypſo
Exigit Odryſii fata cruenta ducis.
Ille levi virga (virgam nam forte tenebat)
Quod rogat in ſpiſſo littore pingit opus. &c.

Ulyſſi inventionem Teſtudinis bellicæ tribuit Quintus Smyrnæus *lib.* XI, *verſ.* 358. Ulyſſes primus comminiſcitur fabricam Duratei equi: Idem *lib.* XII, *verſ.* 25.

VOLUMNIUS.

Publius Volumnius, Præfectus Fabrum Antonii: *Corn. Nepos in Titi Pomponii Attici vita.*

VULCANUS.

Vulcanus, qui plutibus (ut ſupra monuimus) videtur eſſe *Tubal-cain*, erat præſes ignis & Faber Deorum, qui ob hoc ipſum quoque, auctore Feſto, dictus eſt *Mulciber*, *a mulcendo ſcilicet ferro: mulcere enim mollire ſive lenire eſt.* Τέχνας πάσας καὶ ἀνεῦρε τὸ πῦρ καὶ σώζει· διὸ καὶ τὸν Ἥφαιστον ἀρχηγὸν αὐτῶν ποιοῦσι: *Artes omnes & reperit ignis & conſervat: quapropter etiam Vulcanum earum auctorem vel præſidem faciunt*, Plutarchus circa finem opuſculi, Utrumne aqua an ignis ſit utilior.

Οἱ πλείους μὲν τοι ἐν τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῷ Ἡφαίστῳ τὰς τέχνας ἀνατιθέασι. τῇ μὲν Ἀθηνᾷ, ἐπειδὴ φρόνησις καὶ ἀγχίνοια εἶναι δοκεῖ. τῷ δὲ Ἡφαίστῳ, διὰ τὰς πλείστας τῶν τεχνῶν διὰ πυρὸς τὰ ἑαυτῶν ἔργα ἀποδιδόναι, &c. *Plurimi tribuunt artes Minervæ & Vulcano. Minervæ quidem, quoniam prudentia & ſagacitas eſſe videntur: Vulcano autem, quod pleræque artes opera ſua ignis beneficio abſolvant*, Phurnutus vel Cornutus de Deorum natura. Auctori certè Etymologici magni in Ζεὺς citatur Κορνοῦτος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας. Sed hoc relinquo aliis.

Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὸ τῶν δημιουργῶν γένος, οἳ τὸν βίον ἡμῖν συγκατεσκευάκασι τέχναις: *Vulcano & Minervæ ſacri ſunt opifices, qui vitam nobis inſtruxerunt artibus*, Plato lib. XI de Legibus. Ἥφαιστον λέγουσιν εὑρετὴν γενέσθαι τῆς περὶ τὸν σίδηρον ἐργασίας ἁπάσης, καὶ τῆς περὶ τὸν χαλκὸν, καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς ἐκ τοῦ πυρὸς ἐργασίαν ἐπιδέχεται· καὶ τὰς ἄλλας δὲ χρείας τὰς τοῦ πυρὸς ἁπάσας προσεξευρεῖν καὶ παραδοῦναι τοῖς τε τὰς τέχνας ἐργαζομένοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις. διόπερ οἱ τε τῶν τεχνῶν τούτων δημιουργοὶ τὰς εὐχὰς καὶ θυσίας τούτῳ τῷ θεῷ μάλιστα ποιοῦσι, καὶ τὸ πῦρ οὗτοί τε καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι προσαγορεύουσιν Ἥφαιστον, εἰς μνήμην καὶ τιμὴν ἀθάνατον τιθέμενοι τῆς ἐξ ἀρχῆς τῷ κοινῷ βίῳ δεδομένης εὐεργεσίας: *Vulcanum ajunt inventorem fuiſſe omnis operationis ferri, æris, auri, argenti, & aliorum quæ igne perficiuntur. Fertur etiam reliqua commoda quæ ex igne percipiuntur adinveniſſe, eaque artificibus reliquiſque hominibus tradidiſſe. Unde & artium iſtarum opifices non huic tantum Deo vota ſua & ſacrificia potiſſimum offerunt, ſed ipſi quoque cum aliis mortalibus ignem appellant Vulcanum, æternæ hac ratione memoriæ atque immortali gloriæ conſecrantes beneficium communi hominum vitæ principio rerum exhibitum*, Diodorus Siculus lib. V. Memorabile interim eſt quod idem Diodorus *lib.* I ex Ægyptiorum ſententia refert, præter Deos cœleſtes ac ſempiternam generationem ſortitos, eſſe & alios Terreſtres, natura quidem fato obnoxios, ad immortalitatem tamen evectos ob ſingularem eorum prudentiam & communem erga homines beneficentiam: Solem nempe, Saturnum, Rheam, Jovem, Junonem, Veſtam, Vulcanum, & Mercurium: ac Solem quidem in Ægypto regnaſſe primum. Addit porro Diodorus ibidem: Non defuiſſe inter Ægyptiorum ſacerdotes, qui contenderent primum Ægypti regem fuiſſe Vulcanum, inventorem ignis, & hoc beneficio regni gubernacula conſecutum, &c. Ad hanc Ægyptiorum ſacerdotum opinionem quàm proxime accedit Chronicon Alexandr. *pag.* 105 *& ſeqq.* Mercurio in Ægyptum veniente, regnabat apud Ægyptios Meſtremus ex Chami gente natus. Mortuo ſuffecerunt Ægyptii regem Mercurium, qui annos novem & triginta valde ſuperbe imperitavit. Huic ſucceſſit Vulcanus, qui regnavit annos 4, menſes 7, dies 3. Vulcanum porro Deum vocabant Ægyptii; erat quippe bellicoſus & religioſus: in expeditionem denique profectus, ex equi lapſu claudicationis vitium contraxit. Hic Vulcanus lege condita ſanxit uti feminæ Ægyptiæ, uno contentæ viro, caſte vitam agerent, & adulteræ deprehenſæ punirentur: unde quoque chari Vulcano fuerant Ægyptii, quod hanc primam continentiæ legem recepiſſent. Idem ille Vulcanus myſtica quadam prece miram ingenii velocitatem accepit è cœlo, ad arma è ferro fabricanda: unde & ferri domitor ad belli uſum habitus eſt. Retulerunt ergo eum in numero Deorum ob latam continentiæ legem, & quod mortalibus oſtendiſſet rationem parandi victus per armorum fabricationem, & virtute bellica ſaluti communi proſpexiſſet. Mortuo Vulcano regnum Ægyptiorum tenuit Sol, Vulcani filius, regnavitque annos 12, menſes 3, dies 4. Rex iſte Sol, filius Vulcani, erat acerrimus Philoſophus: qui monitus ab aliquo fœminam Ægyptiam, opibus ac dignitate apud ſuos florentem, amore alicujus captam quicum adulterii conſuetudinem habebat, ſtuduit eam comprehendere, ne ſolveretur lex patris Vulcani connivendo ad crimen adeo manifeſtum. Explorato igitur illegitimi congreſſus tempore, cum delectis militibus abſente impudicæ marito noctu in ædes irrumpens, illamque cum amaſio cubantem offendens, eam confeſtim per totam Ægyptum, velut in pudendi ſpectaculi pompam traduci juſſit,

adultero

adultero morte multato. Et facta eſt deinde magna continentia in univerſa terra Ægypti. Hac re peracta magnam apud Ægyptios inivit gratiam. Hæc Homerus poëtico more narrat, quaſi diceret Venerem à Sole cum Marte noctu cubantem fuiſſe proditam. Rem autem, uti expoſita eſt, ſapientiſſimus ille Palæphatus literis conſignavit. Hactenus Chronicon. Similia habet Suidas in Ἥφαιστος; Cedrenus pag. 19 edit. Regiæ.

Celeberrimam Vulcani in fabrili arte famam attingit Suidas in Κλυτοτέχνης, ὁ Ἥφαιστος.

Homerus introduxit Menelaum offerentem Telemacho craterem argenteum, Vulcani opus, ut ipſe ait. Ad quæ verba hæc habet Strabo lib. 1, pag. 41: Δεῖ δέξασθαι πρὸς ὑπερβολὴν εἰρημένον τὸ, Ἡφαίστου ἔργον, ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα, τὰ καλὰ, καὶ Χαρίτων, καὶ Μουσῶν: *Oportet ſumere tanquam hyperbolice dictum, opus Vulcani: prorſus ut pulchra quævis opera tribuuntur Minervæ, & Gratiis, & Muſis.*

Huc refer illud Claudiani Panegyrico de VI Conſ. Honorii, verſu 564, ubi virguncula rudis atque inexperta videns dracones militares atque equites cataphractos, putat ſe ferreos homines à Vulcano excuſos animatosque coram intueri.

- - - Ignaraque virgo
Cui ſimplex calet ore pudor, per ſingula cernens
Nutricem conſultat anum, quid fixa draconum
Ora velint? ventis fluitent, an vera minentur
Sibila, ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem?
Ut chalybe indutos equites & in ære latentes
Vidit cornipedes, Quanam de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? quæ terra metallo
Naſcentes informat equos? num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro, ſimulacraque bellis
Viva dedit? - - -

Vulcanum putant fabrilem artem in inſula Hiera exercere; qui noctu quidem plurimum ignem, interdiu vero fumum emittere cernitur: *Thucydides lib.* III.

Lipare inſula, quæ olim dicebatur Meliganis, habebat Vulcani officinam, in qua Cyclopes Neptuno fabricantes ἱππείαν ποτίστραν, *equeſtrem canalem*, interpellavit Diana, blande rogans ut ſibi ocyus facerent arcum, pharetram, ſagittas: quod illi protinus peregerunt. Vide Callimachi hymnum in Dianam, verſ. 45 & ſeqq. Hinc Lipara Vulcano gratiſſima: *Sidonius Apollinaris Carm.* IX, *verſ.* 70.

Triſulcum fulminis telum Jovi cudebant Cyclopes in antro Ætnæo: *Virgilius Georgicon* IV, 70. Vide quoque *Æneid.* VIII, 406; & *Servium* utrobique.

Vulcanus etiam in Attica fabrilem artem exercuit: *Euſtath. ad verſum* 547 *Iliados* B, *edit. Romanæ pag.* 284, 38. Χαλκεῖα, ἑορτὴ ἐν τῇ Ἀττικῇ τοῦ Ἡφαίστου: Pollux lib. VII, cap. 24; Suidas in Χαλκεῖα; Harpocration in Λαμπάς. Auctor brevium Scholiorum ad verſum 492 Iliados B: ἴδιος καὶ ὁ τεχνίτης τῶν Ἀθηνῶν Ἥφαιστος Ἐριχθονίῳ τῷ υἱῷ χαριζόμενος βασιλεύοντι Ἀθηνῶν, τὴν πάντων κατασκευὴν περιήγαγε, &c. De χαλκείων feſto plura Meurſius Attic. lectionum *lib.* IV, *cap.* 24.

In Lemno quoque caminos habuit Vulcanus. Αἰθάλη, ἐκαλεῖτο ἡ Λῆμνος· ἴσως ἀπὸ τῆς ἀναδιδομένης αἴθαλον ἐκ τῶν Ἡφαίστου χαλκείων: Etymologicum magnum in Αἰθάλη. Vide quoque Stephanum de Urbibus in Αἰθάλη.

Jupiter plurimum gaudet Piſa, Neptunus Iſthmo, Apollo Delphis, Vulcanus Lemno: *Libanius Oratione* XI; unde apud Ovidium XIII Metam. verſ. 313, *Vulcania Lemnos.*

Lemnia gleba, in quam cecidiſſe dicitur Vulcanus de cœlo deturbatus, ſanavit Philocteten ab hydro graviter vulneratum. Vide *Philoſtrati Heroica in Philoctete.*

Pauſanias lib. 1, pag. 35, ait Græcos tradere, Vulcanum recens natum à Junone abjectum: eum vero, injuriæ memorem, matri dono miſiſſe auream ſellam, habentem occulta vincula; Deamque ſimul ac ſediſſet, vinculis fuiſſe implicitam. Cùm autem reliquorum Deorum nemini fidem haberet Vulcanus, ac ſe ſuaque uni Libero patri potiſſimum crederet, dicitur Liber eum vino delinitum in cœlum reduxiſſe, & quidem (ut ait Ariſtides *tom.* 1, *Orat.* 2) aſino impoſitum. Aliter aliquanto Valerius Flaccus libro II Argonaut. verſ. 82:

Tempore quo primum fremitus inſurgere opertos
Cœlicolum, & regni ſenſit novitate tumentes
Jupiter, ætheriæ nec ſtare ſilentia pacis;
Junonem volucri primam ſuſpendit Olympo,
Horrendum Chaos oſtendens, pœnamque barathri.
Mox etiam pavidæ tentantem vincula matris
Solvere, prærupti Vulcanum vertice cœli
Devolvit: ruit ille polo, noctemque diemque,

Turbinis

Digitized by Google

Turbinis in morem; Lemni cum litore tandem
Inſonuit: vox inde repens ut perculit urbem,
Acclivem ſcopulo inveniunt, miſerentque foventque
Alternos ægro cunctantem poplite greſſus.
Hinc reduci, ſuperas poſtquam Pater annuit arces,
Lemnos cara Deo: nec fama notior Ætnæ,
Aut Lipares domus. Has epulas, hæc templa peracta
Ægide & horrifici formatis fulminis alis
Latus adit. - - -

Plurima horum quæ breviter atque abrupte magis hactenus ex aliis retulimus, diſtinctius quidem, non tamen uno eodemque modo referunt Apollodorus, Servius, Hyginus. Ac primum quidem Apollodorus libro primo de Deorum origine hæc habet: Juno citra cujuſquam concubitum peperit Vulcanum: ut vero Homerus ait, hunc etiam ex Jove genuit Juno. Jupiter autem è cœlo præcipitavit eum, opem ferentem vinctæ Junoni. Illam enim ex Olympo ſuſpenderat Jupiter, quòd Herculi, ad expugnandam Trojam naviganti, graviſſimam immiſiſſet tempeſtatem. Vulcanum vero in Lemnum decidentem & ex eo lapſu claudicantem, ſervavit Thetis. Miſcetur interim Thetidi Jupiter, quamvis ea ſe, ad concubitum vitandum, in varias tranſmutaret formas. Uterum deinde ferentem, abſorbere occupat: dixerat enim, poſt virgunculam quam primo partu daret, proxime ſe parituram filium qui cœli potens futurus eſſet. Quod metuens, abſorbuit eam. Inſtante autem partus tempore, Prometheo, aut ſecundum alios Vulcano, caput ejus ſecuri feriente, armata Pallas ex ejus vertice juxta Tritonem fluvium exſiluit.

Servius ad ultimum Eclogæ IV verſum: *Vulcanus, cùm deformis eſſet, & Juno ei minime arriſiſſet, ab Jove eſt præcipitatus in inſulam Lemnum; illic nutritus à Sintiis, cùm Jovi fulmina fabricaſſet, non eſt admiſſus ad epulas Deorum. Poſtea cùm rogaret ut cum Minerva conjugium ſortiretur, ſpretus ab ea eſt: unde divinos honores non meruit, ad quos aut per convivium Numinum, aut per conjunctionem venitur Dearum. Alii dicunt, quòd cùm Vulcanus parentes ſuos diu quæreret, nec inveniret, ſedile fecit tale, ut eo qui ſediſſet, ſurgere non poſſet: in quo cùm adſediſſet Juno, nec poſſet exſurgere, Vulcanus negavit ſe ſoluturum omnino, niſi prius parentes ſuos ſibi monſtraſſet: atque ita factum eſt ut in Deorum numerum reciperetur.*

Hyginus fab. CLXVI: *Vulcanus Jovi cæteriſque Diis ſoleas aureas ex adamante cùm feciſſet, Juno cùm ſediſſet, ſubito in aëre pendere cœpit. Quod cùm ad Vulcanum miſſum eſſet, ut matrem quam ligaverat ſolveret, iratus quod de cœlo præcipitatus erat, negat ſe matrem ullam habere. Quem cùm Liber pater ebrium in concilium Deorum adduxiſſet, pietati negare non potuit. Tum optionem à Jove accepit, ſi quid ab iis petiiſſet, impetraret. Tunc ergo Neptunus, quòd Minervæ erat infeſtus, inſtigavit Vulcanum, Minervam petere in conjugium. Qua re impetrata, in thalamum cùm veniſſet, Minerva, monitu Jovis, virginitatem ſuam armis defendit: interque luctandum ex ſemine ejus quod in terram decidit, natus eſt puer qui inferiorem partem draconis habuit, quem Erichthonium ideo nominaverunt, quòd* ἔρις Græce Certatio, *χθὼν autem* Terra *dicitur: quem Minerva cùm clam nutriret, dedit in ciſtula ſervandum Aglauro, Pandroſo, & Herſæ, Cecropis filiabus. Hæ cùm ciſtulam aperuiſſent, cornix indicavit: illæ à Minerva inſania objecta, ipſæ ſe in mare præcipitaverunt.* De hoc Erechtheo vel Erichthonio vide quoque Auct. brevium Scholiorum ad verſum 547 Iliad. B.

Ipſe Vulcanus ad verſum 395 Iliados Σ fuſe refert quemadmodum in Lemnum projectus atque omni ope deſtitutus, miſericordia Thetydis atque Eurynomes ſervatus enutritusque ſit.

Vulcanus: *Tzetzes Chil.* X, *hiſt.* 335. Vulcani riſus: *Ariſtot. tom.* I, *pag.* 787, m. Vulcani fictiles in caminis: *Pictura Vett. pag.* 95.

Vulcani filii Phillamnon, Cecrops, Erichthonius, Corynetes, Cercion, Philoctus, Pinther, Hyginus, fabula CLVIII.

Θησεὺς ἐπείγετο πεζὸς εἰς τὰς Ἀθήνας· φρουρουμένης δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν κακούργων τὴν ὁδὸν ἡμέρωσε. πρῶτον μὲν γὰρ Περιφήτην τὸν Ἡφαίστου καὶ Ἀντικλείας (ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης ἣν ἐφόρει, κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο) ἔκτεινεν ἐν Ἐπιδαύρῳ. Πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων οὗτος, ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, δι' ἧς τοὺς παριόντας ἔκτεινε. ταύτην ἀφελόμενος Θησεὺς ἐφόρει: *Theſeus pedes Athenas adiit; obſeſſamque ab hominibus maleficis viam pacavit. Ac primum quidem Peripheten Vulcani & Anticliæ filium (qui à clava quam gerebat Coryneta dicebatur) occidit Epidauri. Ille invalidos habens pedes, muniebatur ferrea clava, qua tranſeuntes interimebat: eam auferens Theſeus, ipſe poſtea ferre conſuevit*, Apollodorus ſub finem libri III de Deorum origine. Vide quoque Pauſaniam lib. II, pag. 86, 25; Suidam in Θησεῖον.

Palæ-

Palæmonius, Vulcani ſtirpe genitus, ob hoc ipſum pedem habuit debilem: *Apollonius lib* I *Argonaut. verſ.* 202.

Κάβειροι, καρκίνοι· πάνυ δὲ τιμῶνται ἔτι ἐν Λήμνῳ ὡς θεοί· λέγονται δὲ εἶναι Ἡφαίστου παῖδες, Heſychius. Vide quoque Auctorem Etymologici magni.

A Vulcani filio Æthiope dicta eſt Æthiopia, Plin. nat. hiſt. VI, 30.

Ab Ardalo Vulcani filio tibiam inventam putant: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 143, 50.

Cæculus, conditor urbis Præneſtinæ, fuit Vulcani filius: *Virgilius* VII *Æneïd. verſ.* 778; ubi vide Servium.

Cacus, ſecundum fabulas, Vulcani filius fuit; ore ignem ac fumum vomens, quo vicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum philologos & hiſtoricos hoc habet: hunc fuiſſe regis Euandri nequiſſimum ſervum ac furem. Novimus autem Malum *à Græcis* κακὸν *dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant: poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt: ut* Ἑλένη, *Helena*, Servius ad verſum 190 octavi Æneïdos. Ad hanc originationem manifeſte quoque alluſit Ovidius lib. I Faſtorum, verſ. 551:

Cacus Aventinæ timor atque infamia ſylvæ,
Non leve finitimis hoſpitibusque malum.
Dira viro facies: vires pro corpore: corpus
Grande: pater monſtri Mulciber hujus erat:
Proque domo longis ſpelunca receſſibus ingens
Abdita, vix ipſis invenienda feris:
Ora ſuper poſtes affixaque brachia pendent,
Squallidaque humanis oſſibus albet humus; &c.

Vide Livium lib. I ab U. C.

Olenus, filius Vulcani. Meminit ejus Hygini poëticum Aſtronomicon, in *Heniochus*.

Juno Vulcanum filium tradidit Cedalioni Naxio inſtituendum in arte fabrili. Vide *Euſtathium in Iliad.* Ξ, *pag.* 987, 8, *editionis Romanæ*, ubi & alia Vulcanum ſpectantia occurrunt.

Aglaïa, uxor Vulcani. Vide *Heſiodi Theogoniam*, *verſu* 945.

Pandoram juſſu Jovis è luto finxit Vulcanus. Vide *Heſiodi* ἔργα, *verſ.* 60; ut & *ejuſdem* θεογονίαν, *verſ.* 570.

Vulcanus cum Minerva & Neptuno de artis præcellentia contendens, efformavit hominem: at Momus, quem arbitrum delegerant, conſiderato uniuſcujuſque opere, Vulcanum carpſit quòd hominis pectus non feciſſet clathratum: vide *Lucianum in Hermotimo*.

Talus non eſt paſſus Argonautas ad oram littoris Cretici appellere. τοῦτον, inquit Apollodorus, οἱ μὲν τῦ χαλκῦ γένους εἶναι λέγουσιν· οἱ δὲ ὑπὸ Ἡφαίστου Μίνῳ δοθῆναι. ὃς ἦν χαλκοῦς ἀνήρ· οἱ δὲ ταῦρον αὐτὸν λέγουσιν: *Hunc alii quidem ænei generis eſſe dicunt: alii à Vulcano Minoï datum ferunt: ipſe vero erat vir æneus. At alii vocant eum Taurum*, &c. Vide porro quæ ſupra annotavimus in Talus.

Ilio capto, in diviſione prædæ Eurypylo Euæmonis filio obtigit arca in qua occluſum erat Liberi patris ſignum, quod Vulcanum fabricaſſe, Jovemque dono dediſſe Dardano putabant: vide Pauſaniam *lib.* VII, *pag.* 435, 6.

Diodorus dat & Priapo tænias, & Ariadnæ ſertum ex auro & Indicis gemmis: Vulcani opus: Liberi munus: poſt & ſidus, Tertullianus de Corona militis, capite 7. Ovidius Faſtorum lib. III, verſ. 511, introducit Bacchum his verbis ſolantem Ariadnen à Theſeo derelictam:

Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula ſumes;
Nam tibi mutatæ Libera nomen erit.
Sintque tuæ tecum faciam monimenta coronæ,
Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.
Dicta facit, gemmasque novem transformat in ignes;
Aurea per ſtellas nunc micat illa novem.

Vide quoque Hygini poëticum Aſtronomicon, in *Corona*.

Harmiones monile infauſtum à Vulcano fabricatum, & quod tandem quoque perdidit Eriphylen, memorat Apollodorus lib. III de Deorum origine. Plenius tamen monile ipſum totamque ejus fabricam deſcribit Statius Thebaid. lib. II, verſu 267, quem vide: ſicuti & quæ ad eum annotat vetus Comment. ſive is Luctatius eſt, ſive Lactantius; Scholia in Odam III Pythiorum Pindari, pag. 226 edit. Pauli Stephani.

Aureum calathum, inſigne opus Vulcani, multis deſcribit Moſchus *Idyllii ſecundi verſu* 37 *& ſeqq.*

Liber pater Vulcanum in Naxo, Cycladum una, hoſpitio excipiens, accepit ab eo ampho-

amphoram auream. Libero verò poſtea ob Lycurgi perſecutionem fugiente in mare, ac Thetide perhumaniter eum excipiente, dedit ei amphoram hanc à Vulcano fabricatam. Hæc autem filio ſuo Achilli dono eam dedit, ut oſſa ejus poſt obitum in ea reponerentur: *narrat Steſichorus*. Hæc habent brevia Scholia in verſum 91 Iliados ψ. Vide quoque Euſtathium ad eundem Homeri locum; Romanæ edit. pag. 1289, 3. Tzetzes quoque meminit crateris hujus aurei in quo poſtea Patrocli, Achillis, & Antilochi oſſa recondita aſſervabantur. Vide *Tzetzen in Lycophronis Caſſandram, pag. 53 editionis Pauli Stephani.*

Ajunt & Chaonides & Moloſſicos originem traxiſſe ab illo cane, quem Vulcanus ex Demoneſio ære fabricatum, anima indita, Jovi dono dedit: Jupiter autem Europæ: Europa Minoi: Minos Procridi: Procris Cephalo. Hic ejus erat naturæ, ut nihil evadere poſſet impetum inſequentis; ſicuti & Teumeſia vulpes nulla ratione capi poterat: quapropter etiam ambo obduruerunt in lapidem: hic quidem, ne caperet vulpem quam Fata capi non ſinebant; illa verò, ne effugeret canem inevitabilem: *Pollux libro quinto, cap. 5, §. 2.* Vide quoque *Ovidium lib.* VII *Metamorph. verſu 772.*

Pandares vel Pandareus è Jovis templo, quod erat Cretæ, furto auferens canem aureum ſpirantemque à Vulcano fabricatum, commiſit eum cuſtodiæ Tantali. Jove vero per Mercurium repetente furtum, juravit Tantalus non habere. Ac Jupiter quidem recipiens canem, ſurripiente Mercurio, montem Sipylum everſum ſuperinjecit in Tantalum. Pandarus vero Athenas refugiens, inde tranſmiſit in Siciliam, ubi periit cum uxore Harmothoë: *Auctor brevium ſchol. ad verſ.* 518 *Odyſſeæ* τ; item *Euſtath. ad eundem Homeri locum edit. Romanæ pag.* 1875, 31; *Schol. in Pindari Olymp. Ode* 1, *pag.* 8 *editionis Pauli Stephani.*

Chæronenſes Deorum nullum impenſius colunt quàm illud ſceptrum, quod Jovi fabricaſſe Vulcanum cecinit Homerus, quodque Mercurius à Jove acceptum dediſſe fertur Pelopi, Pelops Atreo reliquiſſe, Atreus Thyeſti, Thyeſtes Agamemnoni. Hoc igitur ſceptrum venerantur, appellantes illud δόρυ, quod tantundem eſt ac ſi dicas *Lignum*, ſive *Haſta*. Aliquid vero ei divinitatis ineſſe, potiſſimum conjicitur ex eo, quod ex ipſo ſceptro ad homines eximius quidam ſplendor emanet. Perhibent autem Chæronenſes in ſuis finibus & Panopeorum qui ſunt in Phocide repertum, ac plurimum quoque auri una cum ſceptro inveniſſe Phocenſes: at ſibi omni auro potius fuiſſe ſceptrum. Facile adducar ut credam illud ab Electra filia Agamemnonis in Phocidem importatum. Templum ei nullum publice dicatum, ſed ſingulis annis ſacerdotio fungens ſtatuit ſceptrum in ſuis ædibus, &c. vide *Pauſaniam libro nono, pag.* 607, 10.

Vulcani ac Dædali tripodes ſua ſponte accurrebant ad exſequenda opera ad quæ videri poterant fabricata: *Ariſtoteles Polit. libro* 1, *cap.* 4. Quibuſvis etiam aliis Vulcani utenſilibus ac vaſis culinariis hanc facultatem αὐτομάτως ſe commovendi ac de loco in locum tranſeundi tribuit Homerus. Vide *Euſtathium in Iliad.* Σ, *edit. Romanæ pagina* 1148 *& ſeqq.* Atque adeo ad iſtiuſmodi Vulcani αὐτόματα videri poteſt etiam Plautus reſpexiſſe, cum in Epidici Actu 1, Scena *Heus adoleſcens*, ait:

> *Mulciber credo arma fecit, quæ habuit Stratippocles,*
> *Travolaverunt ad hoſtes.* - - -

Laërtius quoque lib. 1 in Thalete meminit cujuſdam τρίποδος ἡφαιστοτεύκτου, & à Vulcano dono dati Pelopi uxorem ducenti: quem tripodem demum ad Menelaum perveniſſe ait, atque una cum Helena abreptum; ab Alexandro denique in mare Coum fuiſſe conjectum, Lacæna fidenter ſatis aſſerente ὅτι περιμάχητος ἔσοιτο, tripodem hunc tandem aliquando bellum grave concitaturum: vide locum.

Athenæus *libro* XI, *cap.* 5, oſtendit veteres attribuiſſe Soli poculum vel concavum aliquod vas ἡφαιστότευκτον, quo ab Oriente Occidentem verſus vehebatur. Herculem quoque Geryonis boves abducturum, eodem Solis poculo mare tranſmiſiſſe putabant: fortaſſe (ut ibidem quoque tradit Athenæus) veluti per ludum & jocum ſignificantes hunc Heroëm fuiſſe multibibum ac poculis grandioribus mire delectatum. De hac Herculis in vino intemperantia nonnihil etiam habet Macrobius Saturnal. libro V, cap. 21; ubi etiam Herculem vult maria transfretaſſe, non poculo, ſed navigio cui Scypho nomen fuit. *Hercules ideo fingitur ad Geryonem olla ærea tranſvectus*, inquit Servius ad verſum 762 ſeptimi Æneidos, *quod habuit navem fortem & ære munitam.*

Ovidius *circa initium ſecundi Metamorph.* fuſe deſcribit Solis regiam à Vulcano fabricatam.

Martis habitaculum à Vulcano fabricatum deſcribit Statius *Thebaïdos libro ſeptimo, verſu* 40.

Vulcanus Deorum ſingulis propriam in cœlo manſionem fabricavit: *Homerus ſub finem Iliados* A.

Inſigne

Inſigne Vulcani in adornanda Æctæ regia ſtudium refert Apollonius *libro* III *Argonaut. verſ.* 229.

Hercules ambigens qua ratione Stymphalidas aves abigeret, χάλκεα κρόταλα δίδωσιν αὐτῷ Ἀθηνᾶ παρὰ Ἡφαίστου λαβοῦσα, *Pallas dedit ei crepitacula à Minerva accepta*, Apollodorus lib. II de Deorum origine. Vide quoque Schol. ad Apollonii Rhodii lib. II, verſ. 1057; ubi πλαταγὴν dicit eſſe κρόταλον Ἡφαιστότευκτον, &c.

Qu. Smyrnæus *libro* II, *verſu* 137, meminit cyathi aurei quem Vulcanus Venerem ducens in matrimonium dederat Jovi, Jupiter Dardano, Dardanus Erichthonio, Erichthonius Troï, Tros Ilo, Ilus Laomedonti, Laomedon Priamo.

Vulcanus duos crateres argenteos à ſe fabricatos dedit Baccho, cùm is in cœlum aveheret Ariadnam celebrem Minois filiam: *Qu. Smyrnæus lib.* IV, *verſu* 386; ubi quoque dicitur Euneum filium Jaſonis hos ipſos calyces in Lemno dediſſe ad redimendum Lycaonem.

Vulcanus dedit Cereri falcem ad ſecandas fruges. Vide *Tzetzem in Lycophronis Caſſandram pag.* 123 *edit. Pauli Stephani*, ſicuti & *ejuſdem edit. pag.* 141.

Qualem Veneri in inſula Cypro regiam fabricaverit Vulcanus, docet Claudianus *de nuptiis Honorii & Mariæ, verſu* 58 & *ſeqq.*

Αἰγίς, τὸ τοῦ Διὸς Ἡφαιστότευκτον ὅπλον: *Ægis, armatura Jovis à Vulcano fabricata*, &c. Auctor Etymologici magni, in Αἰγίς. Statius lib. III Sylvarum in Hercule Surrentino:

> *Non tam grande ſonat motis incudibus Ætna,*
> *Cùm Brontes Steropesque ferit: nec major ab antris*
> *Lemniacis fragor eſt, ubi flammeus Ægida cælat*
> *Mulciber, & caſtis exornat Pallada donis.*

Πηλεύς, ὡς ἔμελλεν ὑπὸ θηρίων διαφθείρεσθαι, οἱ θεοὶ μάχαιραν αὐτῷ ἐχαρίσαντο Ἡφαιστότευκτον δι' Ἑρμοῦ· καὶ οὕτως ἔφυγε τὸν κίνδυνον: *Peleus, cùm à feris jam jam dilaniandus eſſet, Dii per Mercurium obtulerunt ei gladium à Vulcano fabricatum; atque ita præſentiſſimo diſcrimini exemptus eſt*, Schol. in Ariſtophanis Nubes. Fuſius hæc narrat vetus Scholiaſtes ad verſum 224 libri primi Argonaut. Apollonii. Vide quoque Zenobium parœmia 20 Centuriæ V, & Suidam in Μέγα φρονεῖ. Aliquanto aliter Apollodorus libro tertio de Deorum origine, ubi Vulcanum ipſum dicit enſem dediſſe Peleo in monte Pelio connubium cum Thetide contrahente. Similia quoque habet Scholiaſtes in Pindari Pythia, Ode 4. Ac fortaſſe talis fuerit & iſte Martis gladius apud antiquiſſimos Scytharum reges ſemper habitus, deinde amiſſus, atque Attilæ ævo rurſus inventus: *Jornandes de Rebus Geticis*, *cap.* XXXV. Vide quoque *Tzetzem in Lycophronis Caſſandram, pag.* 60 *edit. Pauli Stephani.*

Perſeus fertur à Vulcano falcem accepiſſe ex adamante factam, qua Meduſam Gorgonem interfecit, Hygini poëticum Aſtronomicon, in *Perſeus*. Apollodorus libro II de Deorum origine tradit eum adamantinam harpen accepiſſe à Mercurio, λαβὼν παρὰ Ἑρμοῦ ἀδαμαντίνην ἅρπην; prout nempe adamantinus probatis auctoribus eſt firmus, durabilis.

Herculis ſcutum elaboravit Vulcanus. Vide Heſiodi poëma, inſcriptum *Scutum Herculis*.

Hercules per Eurytum ſagittandi peritiam antea edoctus, enſem à Mercurio, ab Apolline ſagittas, à Vulcano thoracem aureum, & à Minerva peplum accepit: nam clavam ipſe ſibi in Nemeæa ſylva cæſam comparavit: *Apollodorus lib.* II *de Deorum origine.* Qua cælatura balteum pharetramque Herculis exornaverit Vulcanus, docet nos Qu. Smyrnæus *lib.* X, *verſ.* 180.

Neſtoris clypeum ac thoracem Diomedis fabricavit Vulcanus: *Homerus Iliados* Θ, *verſu* 192 & 195; ubi vide Auctorem brev. Schol. ſicuti & Euſtathium edit. Romanæ, *pag.* 707, 48.

Achillis arma, Vulcani opus, accurate prorſus deſcribit Qu. Smyrnæus *circa initium libri* V, *ac porro uſque ad verſum* 121.

Æneæ arma à Vulcano elaborata, deſcribit Virgilius VIII *Æneid. verſu* 626 & *ſeqq.*

X.

XANTHIUS, Faber.

Xanthii Fabri imagini inſcribebatur Σιδηροφυής, *Ferro genitus.* Pollux libro VII, cap. 24, §. 2: Χαλκιδεῖον καὶ τὸ σιδηρεῖον ἔλεγον, καὶ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους, καὶ σιδηρεύτης τέχνη· σιδηρεύτην δὲ τέχνην ἐν Ταξιάρχαις Εὔπολις εἴρηκε τὴν Ξανθίου τοῦ σιδηρέως, οὗ ἐπὶ τῆς εἰκόνος ἐπιγέγραπται, Σιδηροφυής. Hinc etiam lucem accipit illud Heſychii: Σιδηρεύτην τέχνην, τὴν πολεμικήν· ἄλλοι δὲ τὴν Ξανθίου φασίν, ἤγουν τὴν χαλκευτικήν.

XENOCLES, Architectus.

Xenocles Cholargenſis Architectus. Teleſterion Eleuſine cœpit ædificare Corœbus: hic columnas in pavimento poſuit & epiſtyliis junxit. Quo defuncto, Xupetius Metagenes ſeptum & ſuperiores columnas adjecit. Faſtigio adyti feneſtram addidit Cholargenſis Xenocles: *Plutarchus in Pericle.*

XENOCRATES, Statuarius.

Xenocrates Statuarius memoratur Laërtio *lib.* IV, *in Xenocrate. Xenocrates Tiſicratis diſcipulus: aut, ut alii, Euthycratis: vicit utroſque copia ſignorum; & de ſua arte compoſuit volumina*, Plinius lib. XXXIV, cap. 8. Videri poteſt etiam alius aliquis ejuſdem nominis fuiſſe Pictor: nam libri trigeſimi quinti cap. 10 teſtatur idem Plinius Antigonum & Xenocratem ſcripſiſſe de Pictura. Vide tamen quæ diximus *cap.* 3 *libri ſecundi de Pictura Vett.* ubi pro Xenocrate ſubſtituimus Hypſicratem.

XENOCRITUS, Statuarius.

Thebis eſt Herculis templum, cum ſigno ex candido lapide, opus Xenocriti & Eubii Thebanorum: *Pauſanias lib.* IX, *pag.* 558, 46.

XENON, Pictor.

Xenon Neaclis diſcipulus Sicyonius refertur inter Pictores non ignobiles apud Plinium lib. XXXV, cap. 11.

XENOPHILUS, Statuarius.

Æſculapii ſimulacrum quod eſt Argis omnium noſtra ætate clariſſimum, repræſentat Deum ſedentem, è candido lapide. Aſſidet Bona valetudo. Aſſident qui ſigna ipſa fecerunt, Xenophilus & Straton: *Pauſanias lib.* II, *pag.* 127, 19.

XENOPHON. Sculptor.

Jovi in ſolio ſedenti à dextra parte aſſiſtit Megalopolis, à læva Dianæ ſoſpitæ ſimulacrum, quæ ex lapide Pentelico Cephiſodotus & Xenophon Athenienſes elaborarunt: *Pauſanias libro octavo, pag.* 506, 5. Thebis in æde Fortunæ fert Dea Plutum infantem. Tradunt Thebani, manus & os ejus ſigni fabricaſſe Xenophontem Athenienſem; reliqua, Calliſtonicum civem ſuum: *Pauſanias libro nono, pag.* 566, 1.

XENOPHON alter, Statuarius.

Laërtius *libro ſecundo, in vita Xenophontis*, memorat Xenophontem Parium, Statuarium, ἀγαλματοποιόν.

Z.

ZENODORUS, Statuarius & Cælator.

Plinius libro XXXIV, cap. 7, poſteaquam multa de Coloſſis dixit, & hæc addit: *Verum omnem amplitudinem ſtatuarum ejus generis vicit ætate noſtra Zenodorus, Mercurio facto in civitate Galliæ Arvernis per annos decem H-S.* CCCC *manupretio. Poſtquam ſatis ibi artem approbaverat, Romam accitus eſt à Nerone, ubi deſtinatum illius principis ſimulacrum coloſſeum fecit* CX *pedum longitudine, qui dicatus Solis venerationi eſt, damnatis ſceleribus illius principis. Mirabamur in officina non modo ex argilla ſimilitudinem inſignem, verum & ex parvis admodum ſurculis, quod primum operis inſtar fuit. Ea ſtatua indicavit interiiſſe fundendi æris ſcientiam, cùm & Nero largiri aurum argentumque paratus eſſet, & Zenodorus ſcientia fingendi cælandique nulli veterum poſtponeretur. Statuam Arvernorum cùm faceret, provinciæ Vibio Avito præſidente, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Caſſio Syllano, avunculo ejus, præceptori ſuo Germanicus Cæſar adamata donaverat, ita æmulatus eſt, ut vix ulla diſtantia eſſet artis. Quantoque major in Zenodoro præſtantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliteratio poteſt.*

ZENO,

ZENO, Sculptor.

Zeno Aphrodiſicus Sculptor: *Inſcript. Gruteri* CIↃXXI.

ZETUS.

Sidonius Apollinaris *libro* IV, *epiſtola* 3, videtur Zeto adſcribere ponderum inventionem, vel ponderandi artem.

ZEUXIPPUS, Pictor.

Zeuxippi Heracleotæ, Pictoris eximii, meminit Plato in Protagora. Aut hujus ipſius Pictoris Zeuxippi (ut veterum Artificum plurimos pingendi fingendique artem pariter exercuiſſe conſtat) aut alterius alicujus Zeuxippi Statuarii nomen inſcriptum forte fuerit illi ſtatuæ Solis, quam refert Chronicon Alexandrinum ad annum primum Olympiadis CCXLIV: Severus Imperator, inquit Auctor Chronici, Roma profectus Byzantium venit, ſitumque loci amœnum contemplatus, Byzantium inſtauravit, publicumque in eo balineum fecit quod Zeuxippum dicitur ex eo tempore, quo ſtetit in meditullio quadruplicis porticus Solis coloſſus ex ære factus, in cujus baſi infra Zeuxippi nomen erat inſcriptum. Aliter Euſebii Chronicon, numero DCCCLVIII: Sicyoniorum rex viceſimus ſextus Zeuxippus regnavit annos XXXII. Quidam ad hujus memoriam conſervandam balneas Byzantinorum multo poſt tempore appellatas putant. Ad quem locum vide *Animadverſiones Joſephi Scaligeri*. Ac rurſus aliter idem Chronicon, numero MDCLIX: Zeuxis præclarus Pictor agnoſcitur, ex cujus nonnullis imaginibus, quas plurimas apud diverſas civitates fecerat, lavacrum Byzantinorum arbitrantur appellatum. Ubi tamen Scaliger ex Græco Euſebii Chronico agnoſcit primam illam partem, de ætate qua Zeuxis floruit, eſſe ipſius Euſebii; cætera vero, de Byzantino balneo, Hieronymum de ſuo adjeciſſe dicit. Vide locum. His itaque omiſſis, tranſeo nunc ad Zeuxidem ipſum.

ZEUXIS, Pictor.

Plinius libro XXXV, cap. 9: *Ab* (a) *Apollodoro artis fores apertas Zeuxis* (b) *Heracleotes intravit, Olympiadis nonageſimæ quintæ anno quarto, audentemque* (c) *jam aliquid penicillum* (d), (*de hoc enim adhuc loquimur*) *ad magnam* (e) *gloriam perduxit;*

(a) *Ab Apollodoro artis fores apertas.*] Vide quæ ſupra diximus in APOLLODORUS, PICTOR.

(b) *Zeuxis Heracleotes.*] Aliis quoque Scriptoribus Heracleota nuncupatur. Epheſius tamen dicitur Tzetzi Chiliade octava, hiſt. 658 & 659. Sed fortaſſe γένει fuerit Heracleota, θέσει vero Epheſius: quale quid ſupra quoque in APELLE atque PARRHASIO annotavimus. Ardeates etiam Marcum Ludium Elotam ob Artem civitate donarunt: *Plin lib.* XXXV, *cap.* 10.

(c) *Audentemque jam aliquid penicillum.*] Succeſſum & audaciam conjungit Plinius libro XXXIV, cap. 7: *Evecta ſupra humanam fidem ars eſt ſucceſſu, mox & audacia. In argumentum ſucceſſus unum exemplum afferam, nec Deorum hominumve ſimilitudinis expreſſæ. Ætas noſtra vidit in Capitolio, priuſquam id noviſſime conflagravit à Vitellianis incenſum, in cella Junonis canem ex ære, vulvas ſuum lambentem: cujus eximium miraculum & indiſcreta veri ſimilitudo non eo ſolum intelligitur, quòd ibi dicata fuerat, verum & nova ſatiſdatione; nam ſumma nulla par videbatur: capite tutelarios cavere pro ea, inſtituti publici fuit. Audaciæ innumera ſunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas Coloſſos vocant, turribus pares,* &c. Recte Plinius, *Evecta ars eſt ſucceſſu, mox & audacia:* ſiquidem, ut eſt apud Plinium Juniorem epiſtola 33 libri noni, *Creſcit audacia experimento.* Huc facit & illa Claudiani Præfatio in librum I de Raptu:

Inventa ſecuit primus qui nave profundum,
Et rudibus remis ſollicitavit aquas:
Qui dubiis auſus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, præbuit arte vias.
Tranquillis primum trepidus ſe credidit undis,
Littora ſecuro tramite ſumma legens:
Mox longos tentare ſinus, & linquere terras,
Et leni cœpit pandere vela Noto.
Aſt ubi paullatim præceps audacia crevit,
Cordaque languentem dedidicere metum.
Jam vagus irrupit pelago, cœlumque ſecutus
Ægæas hyemes Ioniasque domat.

(d) *Penicillum.*] Pingendi Artem vocat hoc in loco *Penicillum.* Ita & celebres in arte, huic noſtro Auctori libro XXXV, capite 10, dicuntur *celebres in penicillo.* Item libri XXXV, cap. 9: *Apollodorus Athenienſis primus ſpecies exprimere inſtituit, primuſque gloriam penicillo jure contulit.*

(e) *Ad magnam gloriam perduxit.*] Ita quoque Quintilianus lib. XII, cap 10: *Zeuſis atque Parrhaſius plurimum arti addiderunt.* Locum integrum paullo poſt adſcribemus. Quamvis interim ſatis adhuc longe aberat ab illa perfectione Artis quam

xit ; à quibuſdam falſo in (f) *octogeſima nona Olympiade poſitus, cùm fuiſſe neceſſe eſt*

conſummatam diceres, eouſque tamen provexit Artem, ut eum ſequentia ſecula miro conſenſu retulerint inter præcipua nobiliſſimæ Artis lumina. Plautus Pœnulo, Act. IV, Scena *Fuit hodie :*

- - - O Apella, ô Zeuxis pictor,
Cur numero eſtis mortui ? hinc exemplum ut pingeretis.
Nam alios pictores nihil moror hujuſmodi tractare exempla.

Vide & ejuſdem Epidicum, Actu V, Scena *Male morigerus*, &c. Iſocrates quoque, circa initium orationis de Permutatione, luculente ſatis oſtendit quem olim exiſtimationis gradum inter Artifices tenuerit Zeuxis, quando eum componit cum Phidia & Parrhaſio, ſummis hominibus ; aſſerens fœdam eſſe atque indignam tantorum Artificum extenuationem, Εἴ τις Φειδίαν, τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον, τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον, ἢ Ζεύξιδα καὶ Παῤῥάσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν τέχνην φαίη τοῖς τὰ πινάκια γράφουσιν : *Si quis Phidiam, qui Minervæ ſimulacrum fecit, puparum fictorem appellare auderet : aut Zeuxidis & Parrhaſii eandem eſſe artem diceret, cum arte eorum qui tabellas pingunt.* Meminit & Zeuxidis Plato in Gorgia ; Dion. Halicarnaſſeus in ſuo de Thucydidis hiſtoria judicio ; Maximus Tyrius Diſſert. XVI & XXXIX ; Himerius apud Photium 1124, 6 editionis Rothomagenſis 1653 ; Dio Chryſoſtomus Orat. XII ; Greg. Nazianzenus Orat. XXXIV. Zeuxis quodam veluti enthuſiaſmo impulſus ad Artem acceſſit. Unde & Suidas in Ἰάκωβος ἰατρὸς, poſt magnifica eximii medici præconia, tribuit eidem τὴν ἐρωτικὴν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπιμέλειαν, ἣ μάλιστα φιλεῖ τοὺς τεχνίτας ἑκάστους οἰκειοῦν καὶ προσάγειν τοῖς ἐφόροις τῆς τέχνης· οὕτω καὶ Φειδίαν ἐνθουσιῶντα δημιουργεῖν, οὕτω καὶ Ζεῦξιν εἰκάζειν τὰ ἀγάλματα : *Amatoriam artis diligentiam, quæ ſingulos maxime artifices familiariter ſibi conciliare atque artis præſidibus commendare ſolet, ſic & Phidiam veluti numine quodam afflatum fabricaſſe, ſic & Zeuxin repræſentaſſe imagines ;* niſi forte putes ἀγάλματα hoc in loco denotare *ſimulacra fictilia :* nam & fictilia feciſſe Zeuxidem auctor eſt Plinius. Zeuxis Harpocrationi dicitur Ἀριστοτέλης τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων, *Ariſtoteles pictorum ejus temporum :* quaſi dicat, Zeuxin fuiſſe principem ſui temporis pictorum, haud aliter atque Ariſtoteles philoſophorum ; niſi forte putes reſtituendum ἄριστος pro Ἀριστοτέλης, quod mihi rectius videtur. Zeuxidis aut Polygnoti aut Euphranoris tabulæ Ἠσπάζοντο καὶ τὸ ἔνσκιον, καὶ τὸ ἔμπνουν, καὶ τὸ εἰσέχον τι καὶ ἐξέχον, *Sectantur opacum quid ac ſpirans, & recedens aliquid atque eminens*, Philoſtratus de vita Apollonii libro II, cap. 9. Ariſtodemus apud Xenophontem libro I Apomnem. teſtatur ſe Homerum in pangendis carminibus epicis maxime admirari ; in dithyrambo, Menalippidem ; in tragœdia, Sophoclem ; in ſtatuaria, Polycletum ; in pictura, Zeuxin. Adducit etiam hæc Xenophontis verba Sextus Empiricus adverſ. Mathemat. pag. 325. Zeuxidem refert Cicero inter Artifices notabili ſolertia inſignes : *An pateretur hoc Zeuxis, aut Phidias, aut Polycletus, nihil ſe ſcire, cùm in his eſſet tanta ſolertia ?* Vide cum ſub finem libri II Acad. quæſt. *Una fingendi ars eſt, in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus : qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt ; ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem. Una eſt ars ratioque picturæ, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, & Apelles ; neque eorum quiſquam eſt, cui quicquam in arte ſua deeſſe videatur*, Cicero libro III de Oratore. *Quis eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit Canachi ſigna rigidiora eſſe quàm ut imitentur veritatem ? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen quæ non dubites pulchra dicere. Pulchriora etiam Polycleti, & jam plane perfecta, ut mihi quidem videri ſolent. Similis in pictura ratio eſt, in qua Zeuxim, & Polygnotum, & Timanthem, & eorum, qui non ſunt uſi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. At in Aëtione, Nicomacho, Protogene, Apelle jam perfecta ſunt omnia : & neſcio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat. Nihil eſt enim ſimul & inventum & perfectum*, Cicero Bruto ſive de claris Oratoribus. *In pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidos manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victas ; & Protogenis rudimenta, cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractavi*, Petronius Arbiter Satyrico. Neque cuiquam debet videri novum, dicere Arbitrum, ſibi viſas *Zeuxidis manus nondum vetuſtatis injuria victas*, ſi verum eſt quod ait Marius Victorinus in librum II Rhet. Ciceronis, circa initium : *Pinxit Zeuxis multa, quæ uſque ad noſtram memoriam manent.*

(f) *Falſo in octogeſima nona Olympiade poſitus.*] De vera interim Zeuxidos ætate eſt illud Quintiliani lib. XII, cap. 10 : *Zeuxis atque Parrhaſius, non multum ætate diſtantes, circa Peloponneſia ambo tempora* (*nam*

eſt Demophilum (g) *Himeræum & Neſeam Thaſium; quoniam, utrius eorum diſcipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus ſupra dictus verſum fecit, Artem ipſis ablatam Zeuxin ferre ſecum. Opes* (h) *quoque tantas acquiſivit, ut in oſtentatione* (i) *earum Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentaret. Poſtea* (k) *donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret; ſicuti Alcmenam Agrigentinis, Pana* (l) *Archelao. Fecit &* (m) *Penelopen, in qua pinxiſſe mores videtur; & athletam: adeoque ſibi in illo placuit, ut* (n) *verſum inſcriberet, celebrem ex eo, Inviſurum aliquem facilius, quam imitaturum. Ma-*

gnificus

(nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem invenitur) plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum umbrarumque inveniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur.

(g) *Demophilum Himeræum.*] Vide an idem ſit cum *Damophilo*, cujus ſupra meminimus ex Plinio.

(h) *Opes quoque tantas acquiſivit, ut.*] Quamquam hoc in loco Plinius de opibus bene atque innocenter partis agere videatur, quæ nemini poterant eſſe invidioſæ; illud tamen veluti non indignum reprehenſione adnotat, quod nummis bona honeſtaque ratione paratis ad inanem pompam abuti cœperit, multum de quotidiano vitæ cultu & prioris vitæ conſuetudine immutando. Fortaſſe & apud quoſdam odio atque acerbitati fuerit ſordida illa quæſtus ratio, quam refert Ælianus *Var. hiſt. lib.* IV, *cap.* 12: Zeuxis Heracleotes, picta Helena, maximum ex ea tabula fecit quæſtum; non enim cuivis liberum erat eam in pergula expoſitam ſpectare; quod Pictoribus aliis uſitatum; ſed intra privatos parietes eam continebat, neque cuiquam ejus videndæ copiam faciebat, niſi prius exhibita præſtitutæ pecuniæ ſumma: unde & illius ævi homines Helenæ iſti Scorti nomen indiderunt.

(i) *Ut in earum oſtentatione.*] Similia de Parrhaſio tradit Ælianus libro IX, cap. 11; quemadmodum & Athenæus libro XII, capite 11; ac magis etiam lib. XV, cap. 10. *Oſtentationis* interim vocabulum in bonam quoque partem uſurpavit Plinius lib. XXXV, cap. 10.

(k) *Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd.*] Longe nimirum honeſtiſſimum ac liberalibus Artibus digniſſimum eſt, non vendere operam; *cùm pleraque hæc ipſa videri poſſint vilia, quòd pretium habent*, Quintil. libro XII, cap. 7. Plinius libro XXXV, cap. 11: *Athenis eſt ejus necromantia Homeri: hanc vendere noluit Attalo regi talentis ſexaginta, potiuſque patriæ ſuæ donavit, abundans opibus.*

(l) *Pana Archelao.*] Antea tamen ab eodem, ut videtur, Archelao acceperat quadraginta minas, in mercedem domus picturis exornatæ. Vide *Ælian. Var. hiſt. lib.* XIV *cap.* 14.

(m) *Fecit & Penelopen, in qua pinxiſſe mores videtur.*] Græci vocant ἤθη, ut monet Cicero circa initium libri de Fato; ubi & hoc addit: *Nos eam partem philoſophiæ* [Ethicen] *de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam, nominare Moralem.* Quintilianus libro X, cap. 2: *Pars illa moralis, quæ dicitur Ethice, certe toto oratori eſt accommodata:* at Plinius in conſideratione picturarum ἤθη interpetratur *Senſus*. Ait enim libro XXXV, cap. 10: *Ariſtides Thebanus omnium primus animum pinxit & ſenſus omnes expreſſit, quos vocant Græci ἤθη, item perturbationes: durior paullo in coloribus. Hujus pictura eſt, oppido capto ad matris morientis e vulnere mammam adrepens infans: intelligiturque ſentire mater & timere ne emortuo lacte ſanguinem ſugat infans. Quam tabulam Alexander Magnus tranſtulerat Pellam, in patriam ſuam.* Ego interim hoc in loco, ut ingenue quod res eſt fatear, tam contraria maximorum Auctorum judicia ſatis mirari, ſatiſque ſtupere nequeo. Animus mihi pendet, neque ſatis expedio quidnam ſit illud, quod Plinius huic Zeuxidi eximiam in moribus exprimendis facultatem tribuat, cùm Ariſtoteles (cui tamen dabatur Artificem penitius inſpicere) nihil omnino in pictura morum valuiſſe tradat. Αἱ τῶν νέων τῶν πλείστων, inquit Ariſtoteles cap. VI de Poëtica, ἀήθεις τραγῳδίαι εἰσί· καὶ ὅλως ποιηταὶ πολλοὶ τοιοῦτοι. οἷον καὶ τῶν γραφέων Ζεῦξις πρὸς Πολύγνωτον πέπονθεν, ὁ μὲν γὰρ Πολύγνωτος ἀγαθὸς ἠθογράφος· ἡ δὲ Ζεύξιδος γραφὴ οὐδὲν ἔχει ἦθος: *Plurimorum juniorum Tragœdiæ ſunt ſine moribus, & multi prorſus poetæ ſunt tales: ita quoque inter pictores Zeuxis ſe habet ad Polygnotum. Polygnotus enim eſt bonus morum pictor, at Zeuxidis pictura nullos habet mores.*

(n) *Ut verſum inſcriberet, celebrem ex eo.*] Plutarchus tribuit hunc verſum Apollodoro Athenienſi, eximio Pictori: Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν· οὗ τοῖς ἔργοις ἐπιγέγραπται, Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται: *Apollodorus pictor, qui mortalium primus invenit rationem commiſcendi colores & exactam umbræ expreſſionem, Athenienſis fuit: cujus operibus inſcribebatur, Facilius hæc culpabit aliquis quàm imitabitur*, Plutarchus circa initium libri Bellone an pace clariores fuerint Athenienſes.

gnificus eſt Jupiter ejus in throno, adſtantibus Diis : & Hercules infans dracones ſtrangulans, Alcmena matre coram pavente & Amphitryone. Deprehenditur (o) *tamen Zeuxis grandior in capitibus articulisque : alioqui tantus* (p) *diligentia, ut Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Junonis Laciniæ publice dicarent, inſpexerit virgines*

(o) *Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus articulisque.*] Quintilian. lib. XII, cap. 10 : *Zeuxis plus membris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus ; atque (ut exiſtimant) Homerum ſecutus : cui validiſſima forma, etiam in feminis placet.* In Euphranore quoque tale quid notat Plinius libro XXXV, cap. 11 : *Hic primus videtur expreſſiſſe dignitates Heroüm, & uſurpaſſe ſymmetriam : ſed fuit univerſitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior.*

(p) *Tantus diligentia, ut Agrigentinis facturus tabulam.*] Variant hic pauxillum quid Scriptores, ſed eodem recidit tota rei geſtæ ſeries. Dionyſius Halicarnaſſ. ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων λόγων ἐξετάσεως κεφαλαίῳ hæc habet : Ζεῦξις ἦν ζωγράφος, καὶ παρὰ τῶν Κροτωνιατῶν ἐθαυμάζετο, καὶ αὐτῷ τὴν Ἑλένην γράφοντι γυμνὴν γυμνὰς ἰδεῖν τὰς παρ' αὐτοῖς ἔπεμψαν παρθένους· κἀκ πολλῶν μερῶν συλλογισάμενος συνέθηκεν ἡ τέχνη τέλειον καλόν : *Zeuxis pictor in magna erat admiratione apud Crotoniatas. Huic Helenam nudam pingenti, miſerunt pulcherrimas quas penes ſe habebant virgines, ut eas inſpiceret nudas : ex multis itaque partibus pulcherrimum quodque animo comprehendens, ars conſtruxit opus perfectæ pulchritudinis ideam repræſentans.* Graphice totam rem exequitur Tullius circa initium lib. II de Inventione: *Crotoniatæ quondam, cùm florerent omnibus copiis & in Italia cum primis beati numerarentur, templum Junonis, quod religioſiſſime colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleötem Zeuxim, qui tum longe cæteris excellere pictoribus exiſtimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complureis pinxit, quarum nonnulla pars uſque ad noſtram memoriam propter ſani religionem remanſit : &, ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſe imago contineret, Helenæ ſe pingere ſimulacrum velle dixit : quod Crotoniatæ, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præſtare ſæpe accepiſſent, libenter audierunt. Putaverunt enim eum, ſi, quo in genere plurimum poſſet, in eo magnopere elaboraſſet, egregium ſibi opus illo in ſano relicturum. Neque tum eos illa opinio feſellit. Nam Zeuxis ilico quæſivit ab eis ecquaſnam virgines formoſas haberent. Illi autem ſtatim hominem duxerunt in palæſtram, atque ei pueros oſtenderunt multos, magna præditos dignitate. Etenim quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus & dignitatibus anteſteterunt, atque honeſtiſſimas ex gymnico certamine victorias domum cum maxima laude retulerunt. Cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur ; Horum, inquiunt illi, ſorores ſunt apud nos virgines : quare, qua ſint illæ dignitate, potes ex his ſuſpicari. Præbete mihi igitur quæſo, inquit, ex iſtis virginibus formoſiſſimas, dum pingo id quod pollicitus ſum vobis, ut mutum in ſimulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. Tunc Crotoniatæ publico de conſilio virgines unum in lòcum conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi poteſtatem dederunt. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt : quod ejus eſſent judicio probatæ, qui veriſſimum pulchritudinis habere judicium debuiſſet. Neque enim putavit omnia, quæ quæreret ad venuſtatem, uno in corpore ſe reperire poſſe, ideo quòd nihil ſimplici in genere omnibus ex partibus perfectum Natura expolivit ; itaque tanquam cæteris non ſit habitura quod largiatur, ſi uni cuncta conceſſerit, aliud alii commodi aliquo adjuncto incommodo muneratur.* Supra quidem dixit Plinius, Zeuxim picto Athleta quodam, tantopere ſibi in eo placuiſſe, ut inſcriberet, *Inviſurum aliquem facilius quàm imitaturum* ; impenſius tamen, conſummata hujus Helenæ pictura, gaviſus eſt atque exultavit. *Zeuxis*, inquit Val. Maximus libro III, cap. 7, Ex. externo 3, *cùm pinxiſſet Helenam, quid de eo opere homines cenſuri eſſent, exſpectandum non putavit, ſed protinus hos verſus adjecit :* (ex Iliados Γ, verſ. 156:)

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Non eſt invidia Trojanos & bene ocreatos Græcos
Propter talem mulierem longo tempore multa pati,
Quæ ſane Deabus immortalibus valde eſt ſimilis.

Adeone dextræ ſuæ pictor multum arrogavit, ut ea tantum formæ comprehenſum crederet, quantum aut Leda cæleſti partu edere, aut Homerus divino ingenio exprimere potuit? Hoc ipſum, atque aliud huic non diſſimile Artificis de Arte ſua elogium, una cum epigrammate alterius cujuſdam Artificis proprias laudes longe adhuc elatius inſolentiusque prædicantis adducit Ariſtides tomi tertii Oratione V, quæ eſt de Para-

nes eorum nudas, & quinque elegerit, ut quod in quaque laudatiſſimum eſſet, pictura redderet. Pinxit & (q) *monochromata ex albo. Æquales ejus* (r) *& æmuli fuere Timanthes* (s), *Androcydes, Eupompus, Paraſius.* Proſequitur deinde Plinius hanc ipſam Zeuxidis hiſtoriam capite proxime ſequenti hunc in modum: *Deſcendiſſe* (t) *hic* [Paraſius] *in certamen cum Zeuxide traditur. Et cùm ille detuliſſet uvas pictas tanto* (v) *ſucceſſu, ut in ſcenam* (x) *aves advolarent; ipſe detuliſſe linteum pictum, ita veritate repræſentata, ut Zeuxis, alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo*

raphthegmate; ubi aſſerit magnam ſui fiduciam non dedecere magnas animas, neque Artificibus eximiis crimen ſuperbiæ protinus impingendum, cum ſibimetipſis non plus quàm æquum eſt tribuunt. Atque hic ſcopus eſt totius orationis, quam vide. Spectabatur olim Athenis hæc Helena in porticu quæ dicebatur ἀλφίτων στοὰ, quod in ea farinæ vendebantur: *Euſtathius ad verſum 630 Iliados* λ, *pagina 868 edit. Romanæ.* Ad Zeuxidis diligentiam Plinio hoc in loco memoratam, refer etiam illud Plutarchi in vita Periclis: φασὶν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥᾳδίως τὰ ζῶα ποιεῖν, ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν εἰπεῖν, ἐγὼ δ᾽ ἐν πολλῷ χρόνῳ. ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν· ὁ δ᾽ εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος, ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν: *Memorant Zeuxin, cùm pictorem Agatharchum audiviſſet gloriantem quod cito & facile tabulas pingeret, dixiſſe, Ego vero longo tempore. Facilitas enim efficiendi & acceleratio non addit operi durabile pondus, neque abſolutum decorem: tempus vero ad producendum labori datum, robur addit ad operis conſervationem.*

(q) *Pinxit & monochromata ex albo.*] *De picturæ initiis incerta*, inquit Plinius lib. xxxv, cap. 3, *nec inſtituti operis quæſtio eſt. Ægyptii ſex millibus annorum apud ipſos inventam, priusquam in Græciam tranſiret, affirmant; vana prædicatione, ut palam eſt. Græci autem alii Sicyone, alii apud Corinthios repertam, omnes umbra hominis lineis circumducta. Itaque talem primam fuiſſe: ſecundam ſingulis coloribus, & monochromaton dictam, poſtquam operoſior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Inventam linearum dicunt à Philocle Ægyptio, vel Cleanthe Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius & Telephanes Sicyonius, ſine ullo etiamnum colore, jam tamen ſpargentes lineas intus: ideo &, quos pingerent, adſcribere inſtitutum. Primus invenit eas colorare, teſta (ut ferunt) trita, Cleophantus Corinthius.* Zeuxin vero monochromata ſua *ex albo* pinxiſſe dicit Plinius, quoniam priores varios colores iſti picturæ adhibuerant: qua de re hæc habet idem Plinius libro xxxiii, cap. 7: *Cinnabari veteres, quæ etiamnunc vocant monochromata, pingebant. Pinxerunt & Epheſio minio, quod derelictum eſt, quia curatio magni operis erat: præterea utrumque nimis acre exiſtimatur; ideo tranſiere ad rubricam & ſinopidem.* Videri poteſt inter monochromata quoque referendus ille bos, quem Pauſias *totum atri coloris fecit, umbræque corpus ex ipſa dedit; magna prorſus arte in æquo exſtantia oſtendens, & in confracto ſolida omnia.* Vide Plinium libro xxxv, cap. 11. Appoſite Quintilianus libro xi, cap. 3: *Qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt: ſine quo ne membris quidem ſuas lineas dediſſent.* Plura de monochromatis habet Cl. Salmaſius Plinianarum Exercitat. pag. 5.

(r) *Æquales ejus & æmuli fuere.*] De æqualibus & æmulis eximie Quintilianus lib. i, cap. 2, ubi rationes affert quare futurus Orator (quod in futuro Artifice locum etiam habere nemo non videt) utilius inſtituatur publice quàm domi: *Domi*, inquit) *ea ſola diſcere poteſt quæ ipſi præcipientur: in ſchola, etiam quæ aliis. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi: proderit alicujus objurgata deſidia: proderit laudata induſtria: excitabitur laude æmulatio: turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe majores. Accendunt omnia hæc animos, &, licet ipſa vitium ſit ambitio, frequenter tamen cauſa virtutum eſt*, &c. Vide locum.

(s) *Timanthes, Androcydes, Eupompus, Paraſius.*] De ſingulis egimus ſuo loco.

(t) *Deſcendiſſe hic in certamen cum Zeuxide traditur.*] Egregie Plinius Junior lib. vii, epiſt. 9: *Multos videmus ejuſmodi certamina cum multa laude ſumpſiſſe, quosque ſubſequi ſatis habebant, dum non deſperant, anteceſſiſſe.* Heſiodi Opera & dies, verſu 24:

- - - Ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
- - - *Bona quidem hæc contentio hominibus.*

(v) *Tanto ſucceſſu.*] De ſucceſſu paullo ante egimus; cùm oſtenderemus quid *audentem penicillum* vocet Plinius.

(x) *Ut in ſcenam aves advolarent.*] Ita perdicem Protogenis aliæ perdices advocabant, ut ſibi aggregarentur: cæteri boves admugiebant buculæ Myronis: Apellis equo adhinnivere equi, &c. Horum nihil non decantatiſſimum eſt

teo oſtendi picturam; atque intellecto errore concederet (y) *palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe volucres feſelliſſet, Paraſius autem ſe artificem. Fertur & poſtea Zeuxis pinxiſſe puerum uvas ferentem; ad quas cùm advolaſſent aves, eadem ingenuitate proceſſit iratus operi, & dixit: Uvas* (z) *melius pinxi, quàm puerum; nam ſi & hunc conſummaſſem, aves timere debuerant. Fecit* (α) *& figlina opera, quæ ſola in Ambracia relicta ſunt, cùm inde* (β) *Muſas Fulvius Nobilior Romam transferret. Zeuxidis* (γ) *manu Romæ Helena eſt in Philippi porticibus, & in Concordiæ delubro Marſyas religatus.*

Quamvis autem hæc opera, quæ hactenus ex Plinio aliiſque Scriptoribus recenſuimus, magnam eximiæ Artis gloriam Zeuxidi apud omnes pepererint; non defuere tamen, qui eum reponerent inter Artifices non minus proſperæ Fortunæ, quàm inſignioris Artis beneficio celebratos: quales non paucos refert Vitruvius in *Proœmio libri tertii*. Ita quoque in Zeuxide, ſicuti & in Polycleto atque Phidia, quædam vulgo de eorum Arte præconcepta opinio celeberrimam iis famam apud poſteros circumdedit; παρέπεμψεν τὰ ἔργα αὐτῶν μετ' εὐφημίας ἡ τῆς τέχνης δόξα, ut loquitur Maximus Tyrius *Diſſertatione* XXXIX. Sæculis nimirum adhuc rudibus mortales ad omnia nova atque hactenus ſibi incognita obſtupeſcentes, nihil non de priſcæ artis operibus fingebant credebantque: horum poſtea ſermo habuit auctoritatem teſtimonii apud poſteros. Ita pleraque Dædaleæ Artis prodigia atque miracula tradit antiquitas ultra humanam fidem; cùm tamen Plato non dubitaverit aſſerere, Dædalum, ſi reviviſceret, non modo ſubjectum fore cenſuræ, verum etiam irriſioni Artificum ſui ſæculi. Zeuxim etiamnum longe abeſſe putat Cicero ab Aëtionis, Nicomachi, Protogenis, Apellis perfectione. Idem quoque Cicero ſtatuit Myronis opera nondum ſatis ad veritatem adducta: unde & Plinio

(y) *Concederet palmam ingenuo pudore.*] Ita quoque in certamine linearum ſummæ tenuitatis, ex colore per tabulam ſuſpenſa manu penicillo ductarum, Protogenes ab Apelle ſuperatus, *victum ſe confeſſus*, &c. Vide Plinium libro XXXV, cap. 10. Hæc ſunt rariſſima ingenui candoris exempla: nihil enim frequentius, quàm ut paritas virtutum maxima quæque ingenia inter ſe committat tacito quodam occultæ æmulationis motu. Unde & in Cirinio tantopere miratur Martialis lib VIII, Epigr. 17, quod ultro ei ceſſerit, ubi & hoc addit:

Aurum & opes & rura frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Talem quoque mutuæ benevolentiæ moderationem Hortenſio ac ſibi tribuit Cicero Bruto ſive de Claris oratoribus: *Cùm jam pene evanuiſſet Hortenſius, & ego anno meo, ſexto autem poſt illum Coſ. Coſ. factus eſſem, revocare ſe ad induſtriam cœpit: ne cùm pares honore eſſemus, aliqua re ſuperiores videremur. Sic duodecim poſt meum conſulatum annos in maximis cauſis, cùm ego mihi illum, ſibi me ille anteferret, conjunctiſſime verſati ſumus.*

(z) *Et dixit, Uvas melius pinxi quàm puerum.*] Aliter aliquanto Seneca rhetor libro X, Controv. 5: *Traditur Zeuxin, ut puto, pinxiſſe puerum uvam tenentem: & cùm tanta eſſet ſimilitudo uvæ, ut etiam aves advolarent operi, quendam ex præſentibus dixiſſe, Aves male exiſtimare de tabula, non fuiſſe enim advolaturas, ſi puer ſimilis eſſet. Zeuxin ajunt obleviſſe uvam, & ſervaſſe illud quod melius erat in tabula, non quod ſimilius.*

(α) *Fecit & figlina opera.*] De figlinis multa Plinius XXXV, 12.

(β) *Cum inde Muſas.*] Vide Eumenii Orat. pro ſcholis inſtaurandis.

(γ) *Zeuxidis manu Romæ Helena eſt in Philippi porticibus.*] Non traditur utrum hæc illa fuerit Helena, quam Crotoniatis pinxit, an alia quæ ſpectabatur Athenis. Ἦν γάρ, φασι, καὶ ἀλφίτων στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ Ζεύξιδος ἀνέκειτο Ἑλένη: *Erat enim, inquiunt, etiam Farinarum porticus Athenis, in qua item Helena Zeuxidis ſpectabatur*, Euſtathius ad verſ. 629 Iliad. Λ, edit. Romanæ pag. 868, 37. De hac interim vel illa eſt illud Stobæi: Οὐκ ἔχει κρίσιν ἴσην τὸ βλέπειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεύεσθαι· καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἀκοὴ φύσει τὸ μᾶλλον διήρθρωται καὶ τέχνῃ συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν· ἐν μὲν ἁρμονίαις καὶ μέλεσιν αἱ τῶν μουσικῶν, ἐν δὲ μορφαῖς αἱ τῶν ζωγράφων φρένες. ὥσπερ εἰπεῖν τινὰ Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην, φάσκοντα μὴ καλὴν αὐτῷ φαίνεσθαι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην· Λάβε τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμούς, καὶ θεός σοι φανήσεται: *Non idem judicium eſt videndi, quemadmodum neque guſtandi; etenim viſus viſu, & auditus auditu natura magis conformatur & arte coexercitatur ad pulchri explorationem. Ad harmonias nimirum & modulos, Muſicorum: ad formas vero ac ſpecies, Pictorum ingenia plurimum valent. Quamobrem quoque tradunt Nicomachum aliquando reſpondiſſe cuidam idiotæ, qui Helenam Zeuxidis minime ſibi pulchram videri dixerat, Sume oculos meos, & videbitur tibi Dea*, Stobæus ſerm. LXI, ex Plutarcho de Amore. Simile quid Nicoſtrato tribuit Ælianus var. Hiſt. libro decimo quarto, cap. 47.

nio numeratur inter eos, qui magis alieno commendantur ingenio quàm ſuo. Pertinet denique ad Phidiam, quòd Strabo tradit opera Polycleti ob artem præcipue laudata, Phidiæ vero ſimulacra potiſſimum admirandæ venerationis decus traxiſſe ex ipſa totius operis mole ſumptuumque impenſa, &c.

Fecit & Zeuxis Menelaüm præcipuæ famæ, memoratum Tzetzi, *Chiliadis octavæ hiſtoria* 196 & 198.

Fecit & Cupidinem roſis coronatum. Scholiaſtes in Acharnenſes Ariſtophanis: Ζεῦξις ὁ ζωγράφος ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης ἐν ταῖς Ἀθήναις ἔγραψε τὸν Ἔρωτα ὡραιότατον, ἐστεμμένον ῥόδοις: *Zeuxis pictor in templo Veneris Athenis pinxit Cupidinem formoſiſſimum, roſis coronatum.* Vide quoque Suidam in Ἀνθέμων.

Pinxit & Autoboream & Tritonem: Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; οὐ μὲν οὖν ἄλλος. ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτὸν ἔρχεται, τιτανῶδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τὴν ἐπὶ τῷ μετώπῳ κόμην, Αὐτοβορέας τις ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραψεν: *Sed quid hoc? Annon hic eſt Traſycles Philoſophus? Profecto ipſus eſt, & non alius; barbam ſiquidem promittens, & ſupercilia tollens, atque aliquid ſecum fremens advenit, titanicum quid obtuens, comamque frontis concutiens, Autoboreas quis aut Triton, quales pinxit Zeuxis*, Lucianus in Timone ſive Miſanthropo.

Lucianus quoque in Zeuxide vel Antiocho fuſe deſcribit picturam Centauri inter omnes Zeuxidis tabulas novitate argumenti Artiſque cura facile principem. Adi ſis ipſum Lucianum.

Ad pernoſcendam denique liberrimam hujus Artificis indolem plurimum facit illud Æliani *libro* 11 *Var. hiſt. cap.* 11: Megabyzo viliores Picturas ſummis laudibus extollente, digniores vero cum quodam contemptu prætereunte; Zeuxidis pueri, melinam terram terentes, cœperunt eum ſubſannare. Ibi tum Zeuxis: Cum taces, inquit, Megabyze, mirantur te iſti pueruli, videntes veſtem & cultum tuum: quum vero de Arte, cujus te penitus ignarum eſſe oſtendis, habes verba, rideris à pueris. Simile quid Apelli quoque tribuit Plutarchus *de Diſcrimine adulatoris atque amici*.

De morte Zeuxidis putant eſſe illud Feſti: *Pictor Zeuſis riſu mortuus, dum videt effuſe à ſe pictam anum*, γραῖν, &c. Sed Scaliger ex tam corrupto loco nihil recte concludi poſſe credit. Ita quoque doctiſſ. Carolus Datus, nobilis Florentinus, in vita Zeuxidis, ubi & plures alios riſu mortuos enumerat, ac plurima paſſim quatuor illuſtriſſimorum Pictorum vitis inſpergit, quæ huic noſtro de Artificibus commentario facem in multis prælucere poſſint.

ZEUXIS, Plasta.

Plinius libro XXXIV, cap. 8: *In Silanione mirabile, quòd nullo doctore nobilis fuit. Ipſe diſcipulos habuit Zeuxim & Iadem.* Diſpice quoque ad quem Zeuxim pertineat illud Anthologiæ lib. IV, cap. 18:

ΔΙΟΔΩΡΟΥ εἰς κρύσταλλον γεγλυμμένην.

Ζεύξιδος ἡ χροιή τε καὶ ἡ χάρις· ἐν δέ με μικρῇ
  Κρυστάλλῳ, τὸ καλὸν δαίδαλον Ἀρσινόη
Γράψας τοῦτ' ἔπρεψε Σατυρήιος· εἰμὶ δ' ἀνάσσης
  Εἰκὼν, καὶ μεγάλης λείπομαι οὐδ' ὀλίγον.

Cl. Hugo Grotius tranſtulit:

DIODORI in cryſtallum ſculptam.

Zeuxidos & color eſt, & gratia: ſed Saturejus
  Tam varias laudes exhibet Arſinoës
In glacie parva. Dominæ ſum tantula tantæ
  Effigies, in me nil tamen ejus abeſt.

ZMILUS, Architectus.

Lemnius ſimilis Ægyptio & Cretico labyrinthis, columnis tantum centum quadraginta mirabilior fuit: quarum in officina turbines ita liberati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus & Rholus & Theodorus indigena. Extantque adhuc reliquiæ ejus, cùm Cretici, Italicique nulla veſtigia extent, Plin. lib. XXXVI, cap. 13.

ZOILUS.

Demetrio Rhodum oppugnanti duo thoraces ferrei è Cypro ſunt allati, pondo uterque quadragenum: quorum firmitatem ac robur Zoilus Opifex oſtentans, juſſit ex

ſpatio paſſuum XXVI telum catapulta intorqueri: quod adacto, ferrum permanſit integrum, ac vix leviter ſicut à ſtilo fuit perſtrictum: *Plut. in Demetrio.*

ZOPIRUS, ARGENTI CÆLATOR.

Inter celebres argenti Cælatores à Plinio libro XXXIII, cap. 12, refertur etiam *Zopirus, qui cælavit Areopagitas & judicium Oreſtis in duobus ſcyphis H-S* XII *æſtimatis.*

ZOSIMUS, CÆLATOR.

D. M. MARCI CANULEI ZOSIMI. HIC ARTE IN CÆLATURA CLODIANA EVICIT OMNES. Inſcript. Gruteri DCXXXIX, 12.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM
quæ in Catalogo continentur.

A.

ABortus *fœminas quaſdam fœcundiores facit.* Pag. 98
Abrahami *Patriarchæ proavus primus ſtatuas viris fortibus poſuit.* 198
- - - *ejus pater an fuerit ſtatuarum Faber.* 208
Acceleratio *in Pictore opus durabile non reddit.* 283
Aceſii *patria qualis fuerit.* 2
Achaicum telum. *Vide* Telum.
Achillis *arma an Vulcani opus fuerint.* 227
Aciei *ordinandæ peritiam quis primus omnium habuerit.* 21
Adam *an ab Ethnicis dictus fuerit Saturnus.* 194
Adrianus *Imperator ædificavit Deorum omnium commune templum.* 182
- - - *Vide* Hadrianus.
Aduliton *à quibus primum conditum oppidum.* 2
- - - *fuit emporium Troglodytarum & Æthiopum.* ibid.
- - - *ubinam fuerit ſitum.* ibid.
Adulteræ *quomodo puniebantur apud Ægyptios.* 222
- - - *quis primus legem contra eas tulerit.* ibid.
Ædes ſacras *Dorico fieri genere quare olim noluerint quidam Artifices.* 204
- - - *earum ſtructuram quinam primi invenerint.* 221
Ædificii lutei *quiſnam primus fuerit inventor.* 81
- - - *undenam exemplum ſumpſerit.* ibid.
Æginetæ *an primi numiſma percuſſerint.* 3
Ægineticum æs *ejusque laus.* ibid.
- - - *undenam ita dictum.* ibid.
Ægyptii *ſimulacra Deorum olim ad ſimilitudinem animantium efformarunt.* 1
- - - *cur id fecerint Porphyrius docuit.* ibid.
- - - *an Aſtrologiam primi invenerint.* 13
- - - *eos inveniſſe literas plurimi volunt.* 32
- - - *primi fuſtibus dimicaverunt.* 37
- - - *à quo literas primi didicerunt.* 102
- - - *eorum mira Ars in ſtatuis conficiendis.* 207
- - - *eorum primus Rex quiſnam fuerit.* 222
- - - *qua de cauſa regnum fuerit conſecutus.* ibid.
- - - *picturam ſex millibus annorum apud ipſos inventam volunt antequam in Græciam tranſiret.* 233
Æmilius Cenſorinus *ſævus inter veteres Tyrannus.* 31
- - - *donis afficiebat eos, qui nova tormenta excogitarent.* ibid.
Ænea vaſa *olim optime fabricari dicebantur in Campania.* 46
- - - *arma Vulcani an primum opus fuere.* 227
Æs *in Eubœa quinam primi invenerint.* 57
- - - *conflare & temperare quis primus monſtraverit,* 73, 198
- - - *quis primus invenerit in Theſſalia.* 101
- - - *fundendi optima ſcientia quando interierit.* 228
Ærariam fabricam *quinam olim primi monſtraverint.* 49
Æſculapii fanum *apud Meſſenios habet plurima & ſpectatu digniſſima ſigna.* 72
Æſopi Samii *laus.* 114
Æthiopia *à quonam id nomen acceperit.* 225
Affectiones animi *lapideis operibus adjungere quis primus invenerit.* 176
Afri *in initio fuſtibus pro armis uſi fuere.* 37
Agathocles *ex figulo rex factus fuit.* 6
- - - *non illibenter incrementa ſua recognovit.* 184
Agrigentini *taurum Phalaridis in mare demerſerunt.* 149
Agricola *primus quis dicebatur olim* 138
Agriculturæ *inventor quis fuerit ſecundum Ægyptios.* 118
Agrorum limites. *Vide* Limites.
Agrippa, *unde id nomen innoteſcere cœperit inter veteres.* 8
Alæ Theſſalonicæ *quales dicebantur in chlamyde.* 212
Alcamenes *primus ſimulacra Hecates tria fecit.* 131
Alcippe *fœmina elephantum enixa eſt Romæ.* 132
Alcmenes *thalamum quinam exædificarunt.* 6
Aleæ ludum *quis primus inveniſſe dicatur.* 33
- - - *quando primum ad Græcos devenerit.* ibid.
Alexander Magnus *ab Apelle ſolo quare voluit pingi.* 17
- - - *à Pyrgotele ſculpi.* ibid.
- - - *à Lyſippo ex ære duci.* ibid.
- - - *qui ſecus fecerat ut ſacrilegus* dam-

damnabatur. ibid.
- - - *quare in officina Apellis maxime veniebat.* 19
- - - *cum fulminigerum quomodo Apelles pinxerit.* 20
Alexandria *quo conſilio fuerit extructa.* 76
Alexibius *qua in re de Quinquertio victoriam eſt conſecutus.* 2
Aliphanum *poculum, quale dicebant veteres Romani.* 11
Altitudo *in ſtatuis à Statuariis quam maxime conſideranda.* 153
Amazones *quis optime pinxerit.* 58
Ambitio *licet vitium, frequenter cauſa virtutis eſt.* 233
Amicitia *qualis omnibus aliis præſtare dicebatur.* 19
Amphora *aurea Vulcani celebris fuit inter veteres.* 226
Anadyomene, *qualis Venus olim ſic fuerit dicta.* 81
Anaſtaſium Imperatorem *mechanicæ nugæ pluſ juſto oblectabant.* 203
Anchoram *quinam inter veteres primi invenerint.* 219
Ancilia *qualia olim fuerunt.* 118
- - - *quando de cælo lapſa dicuntur.* ibid.
Antennam *in navi quis primus invenerit.* 63
Animalcula *quædam parva ex ebore facta à Callicrate.* 44
Animas *magnas non dedecet magna uti ſiducia.* 233
Animum *quis primus in pictura expreſſit.* 231
Annulius *Pictor magnopere in auctoritate fuit.* 2
Annulorum Sculptores *eximii quinam dicebantur apud veteres.* 61
Anthropographus *quare dictus fuerit Dionyſius Pictor.* 79
Antigoni Regis *imaginem, altero lumine orbam, quomodo pinxerit Apelles.* 20
Antipas *Martyr in bove æneo fuit combuſtus.* 32
- - - *quando martyrium tale ſubierit.* 150
Antiqui *quid Cyclopibus tribuere ſolebant.* 69
Apelles *non minoris fuit ſimplicitatis, quam Artis.* 12
- - - *falſa accuſatione Antiphili in diſcrimen vitæ adductus apud Ptolemæum.* 15
- - - *ejus in tentoriis nulla erat pictura.* 108
Apis Ægyptiorum *ſecundum Lactantium fuit aureum caput bovis.* 1
- - - *an fuerit ſymbolum Joſephi Patriarchæ.* 23
Apollinis *ſimulacrum, quod Archegetum vocant, quale fuerit.* 3
- - - *Apollo & Mercurius quare commune habent aram.* 24
- - - *cognominatus Parnopius, Athenis qualis fuerit.* 160
- - - *in Chryſa oppido quare expreſſus murem pede premens.* 196
Apollodorum *Architectum, quare primum exilio, poſtea morte affecerit Imperator Hadrianus.* 2
- - - *Apollodorus fores Artis picturæ aperuit.* 229
Apoſtolorum *imagines Lucas depinxiſſe dicitur.* 207
- - - *quis ille Lucas fuerit.* ibid.
Ara, *quæ eſt Deli, è cornibus quis erexerit.* 23
- - - *quis eas primus omnium in Græcia inſtituerit.* 48
- - - *Parii memoria digna ob molem & pulchritudinem.* 95
- - - *aram Minervæ quinam primi exſtruxerint.* 191
Arabes *muniebant ſe ſtrutionum pellibus, quæ iis erant thoracum & ſcutorum loco.* 25
Architectonicis de rebus *quiſnam primus ſcripſerit.* 90
Arcus Creticus *celebris apud veteres.* 17
- - - *cum Scythes Jovis filius primus inveniſſe dicitur.* 198
Ardeates *Marcum Ludium Elotam ob Artem civitate donarunt.* 229
Ardices Corinthius *an primus linearum picturam exercuerit.* 27
Areſium *in Italia vaſa terrea optima olim dabat.* 193
Argentum *tingit Ægyptus, non cælat.* 3
- - - *quiſnam primus fabricare invenerit.* 36
- - - *è terra eruere quis primus docuerit.* ibid.
- - - *quis inter Græcos primus invenerit.* 85
- - - *quis primus Athenas attulit.* ibid.
- - - *quis primus inſcripſit.* ibid.
- - - *quis primus in Scythia invenit.* 101
Argilla *fingere ſimilitudines. Vide* Fingere.
Arietis machina *in bello Carthaginis olim inventa fuit.* 47
- - - *qua occaſione id factum.* ibid.
- - - *levioris machina in bello à quibus primum excogitata.* 193
Ariſtarchus *quare pingitur cum tragœdia in ejus pectore.* 79
Ariſtogitonis *& Harmodii ſtatuæ. Vide* Harmodius.
Arma bellica, *quibus alios læderent, quinam primi fabricarunt.* 105
- - - *eorum omnium ſcientiam quinam primi apud veteres invenerint.* 118
- - - *an à Samnitibus excogitata fuerint.* 194

- - - Ar-

- - - *Argiva olim præſtantiſſima habebantur.* 27
Armamentarium *mille navium Athenis fuit fabricatum.* 162
Arpen *quid ſignificet apud veteres Latinos.* 150
- - - *quis eum primus inveniſſe dicatur.* ibid.
Artium *imitatricium antiquitas ex aureo vitulo colligitur.* 1
- - - *plurimarum inventores Ægyptis fuere.* 3
- - - *etiam Philoſophiæ.* ibid.
- - - *Ars Apellea quare & quando dicta ſit Pictura.* 16
- - - *omnis contemnit ignorantiam.* 18
- - - *nihil aliud eſt quàm imitatio & adumbratio naturæ.* 152
- - - *Artes initio rudia atque informia fingunt opera.* 168
- - - *Ars ſtatuaria quando ceſſaverit.* 190
- - - *quando revixerit.* ibid.
- - - *Artis elegantiarum omnium, quouſque Romani incurioſi fuere.* 192
- - - *Artes quare Minervæ & Vulcano plurimi attribuunt.* 222
- - - *Ars pictoria quomodo in tam immenſum creverit.* 229
Artifices *priſci pulchre perſpectam habuerunt corporis ſymmetriam.* 206
- - - *Artificibus eximiis an crimen ſuperbiæ impingendum, cùm ſibimet ipſis quod æquum eſt tribuunt.* 233
- - - *Artifex futurus quare inſtituatur utilius publice quàm domi.* ibid.
Artificia *maxime excoluerunt Ægyptii, & ad juſtum finem perduxerunt.* 4
- - - *plura ſimul exercere quare apud eos non licuerit.* ibid.
Artemiſia *Mauſoleum fabricari olim curavit.* 196
- - - *mortua eſt antequam abſolutum erat.* ibid.
- - - *quiſnam id poſtea ad perfectionem deduxerit.* ibid.
Aſciam fabrilem *quis primus invenerit.* 63
Aſia *primum devicta, quomodo luxuriam miſerit in Italiam.* 32
Aſta *olim calices optimos dabat.* 13
Aſtrologiam *quis primus invenerit incertum eſt.* ibid.
- - - *quænam natio de ea inventa quam maxime gloriatur.* 137
Athenienſium *pœnitentia Socrate perempto in quo conſtiterit.* 113
- - - *eorum primum ſpecimen virtutis in exteros quale fuerit.* 155
- - - *ii quare ollarum figulos Prometheos appellabant.* 183
Atho *mons ad ſimilitudinem Alexandri effictus.* 76
Atlas *quare dicatur ſuſtinere mundum.* 33
- - - *primus an docuerit curſum Solis, lunæ, & ſiderum.* ibid.
- - - *Libyæ filius an Aſtrologiam primus invenerit. Vide* Aſtrologia.
Atramentum *ex ebore combuſto quiſnam primus inter veteres commentus ſit.* 17
- - - *ejus multiplex formatio apud eos.* ibid.
- - - *Sole perficiebatur.* ibid.
- - - *quale in uſu habuerunt veteres Pictores.* 173
Atria *quare ſic dicta fuerunt.* 34
Audacia *in Artibus creſcit experimento.* 229
Aves *omnes quare noctuæ advolare ſoleant.* 158
Augarus *Edeſſæ Toparcha imaginem Chriſti an depingi curaverit.* 13
Aurum *veſtibus intexere quis primus in Aſia invenerit.* 34
- - - *è terra eruere quis primus inter veteres docuerit.* 36
Aureus vitulus *Aaronis undenam originem habeat.* 1
- - - *quid proprie fuerit veteres adhuc diſputant.* ibid.
- - - *aurei velleris fabula. Vide* Vellus.
Authepſa *quale vas fuerit apud veteres.* 55
Azan *quare vocentur Curetes apud Arcades.* 52

B.

Babylas *Martyr, ejuſque reliquiæ ubinam fuerint.* 39
Bacchus *in cælum avehit Ariadnen Minois filiam.* 227
Baliſtam *inter machinas bellicas quinam primi invenerint.* 163
Balneas *nobiliſſimas quiſnam Corinthiis condiderit.* 88
- - - *peculiares habebant veteres Lacones.* 104
Baphia *in quibus tinguntur lanæ, ubinam inveniantur.* 194
Bellum *unde hoc nomen acceperit.* 37
Belus *rivus. Vide* Pagida.
Bezantis *Pæonum Regina infantem nigrum parit.* 77
Bifrons *quomodo Janus dicatur.* 99
Bigas *jungere quiſnam primus docuerit.* 164
Bipennis *Thracica celebris fuit apud veteres.* ibid.
Boëthi *opera in inſula Rhodiorum apud Lydiam Minervam.* 2
Bombardarum *inventionem quibuſnam debeamus.* 91
Bombycinas veſtes *quæ prima invenerit apud veteres.* 140
Bos *è myrrha, thure, aliiſque aromatibus, immolatus à quibus fuerit.* 85
- - - *quare id fuerit factum.* ibid.
- - - *à quibus id factum fuerit.* ibid.
Boſphorum *ponte ſublicio quis conjunxerit.*

rit. 118
- - - *quando id fuerit factum.* ibid.
Byſſum *fert terra Hebræorum.* 94

C.

CAbyri *an iidem olim fuerint cum Corybantis.* 59
Cacus *cujuſnam fuerit filius.* 225
- - - *undenam hoc nomen acceperit.* ibid.
Cadmus *Phœnix invenit auri metalla & conflaturam.* 3
- - - *literas Phœnicias in Græciam intulit.* 32
Cæacus *an primus invenerit argentum.* 3
Cælatura *antiquior eſt temporibus Iliacis.* 1
Cælandi *Arte Leſbii cæteras gentes ſuperarunt.* 106
Cælamine *noluit duci Alexander Magnus niſi à Polycleto.* 189
Calami Sagittarii *Cretenſes olim celebres.* 57
Calcei *Attici olim multum laudati.* 34
- - - *Laconici fuere in pretio apud veteres.* 103
- - - *Perſici cultiores quare dicebantur olim.* 150
- - - *quale genus calceamenti fuerit.* ibid.
- - - *eorum opificio quiſnam nobilis factus apud veteres.* 14
Calculi ludus *quando primum pervenerit ad Græcos.* 33
Calix Tiburtinus *qualis dicebatur olim.* 213
Cameras adornare *quis primus inter antiquos docuerit.* 146
Campanarum conflator *optimus fuit Tancho.* 204
Campaſpem *pellicem Alexander Magnus, quo caſu dono dedit Apelli.* 19
- - - *nudam quare depingi volebat.* ibid.
Canem *Ægyptii olim pro Deo habuerunt.* 1
- - - *canis ex ære Demoneſio à Vulcano fabricatus animam accipit.* 226
Canonem *quid appellare ſolebant veteres Pictores.* 169
Cantilenas *novas excogitare quare Ægyptiis non licuerit.* 4
- - - *juvenes aſſueſcere cantilenis bonis quare volebant.* ibid.
Capillum *in pictura quis elegantius primus expreſſerit.* 142
- - - *in Arte ſtatuaria quis primus expreſſerit.* ibid
Carmina *varii generis.* 230
- - - *quinam in iis componendis inter veteres excelluerunt.* 26
- - - *Vide* Poëmata.
Carthaginenſes *primi conſtruxerunt quadriremem.* 38
Caſſiterum plumbum *quale olim fuerit.* 48
Caſus *nunquam perfectè veritatem imitatur.* 196
Catapultam *quiſnam primus invenerit.* 57
Caupones *quinam primi extiterunt apud veteres.* 109
Ceramica porta *apud veteres unde ſic dicta.* 130
Ceramicus *Athenis undenam illud nomen acceperit.* 49
- - - *locus erat Athenis ubi ſcorta proſtabant.* 177
- - - *erant duo extra muros & intra.* ibid.
- - - *hic ſepeliebant è publico eos, qui pugnando pro Patria occubuerant.* ibid.
Ceris *pingere, ac Picturis inurere, quis primus excogitaverit.* 28, 173
Chœrilus *Poeta Alexandri Magni bella carmine deſcripſit.* 110
- - - *qualisnam ille fuerit.* ibid.
- - - *ejus mors.* ibid.
Chalybs *unde abuſive ſic dicatur.* 50
Chaonides *undenam olim originem traxerunt.* 226
Chlamys *Spartana celebris fuit apud veteres.* 202
- - - *Theſſalonica quomodo fuerit facta.* 212
Chriſti *imaginem Lucas depinxiſſe dicitur.* 107
- - - *quis ille Lucas fuerit.* ibid.
Cicero *qua occaſione invenerit ſepulchrum Archimedis.* 26
Circinum *quiſnam primus olim invenerit.* 63
Citharæ *inventio Apollini tribuitur.* 24
Clangor Tyrrhenus *quare tubæ ſonus dicebatur apud veteres.* 219
Claves Laconicæ *fuere in pretio apud veteres.* 103
- - - *quis primus eas olim invenerit.* 203
Cleanthes Corinthius *an primus linearum picturam invenerit.* 27
Cleonis *Statuarii quiſnam fuerit præceptor.* 14
Cloſter *filius Arachnes quid invenerit circa lanificium.* 25
Clypeos *loris primi appenderunt Cares.* 47
Coloribus *quatuor uſi ſunt veteres in Pictura.* 16
- - - *quot poſtea & quomodo facti.* ibid.
- - - *colores diverſos picturæ intexere quinam primi docuerint.* 36
- - - *quatuor primi colores, quibus uſi ſunt Pictores, quales fuerint.* 82
Colorare *picturas quis primus docuerit.* 233
Coloſſus Rhodius *ejusque magnitudo.* 50
- - - *plures & ibi & alibi reperiuntur.* ibid.
- - - *quare ita dictus.* ibid.
- - - *quando periit.* ibid.
- - - *quot camelis æs ablatum.* ibid.
- - - *Coloſſi quandonam primi fuerunt excogitati.* 229

Co-

Columba è *ligno facta, volans tamen, à quo fuerit excogitata.* 26
- - - *quomodo id fabricatum.* ibid.
Comprobationem *omnium in Arte aliqua obtinere impoſſibile.* 21
Cottabus Siculus *valde in pretio fuit apud veteres.* 198
Concentuum *cœleſtium rationem invenit Pythagoras.* 189
- - - *quo caſu id factum.* ibid.
Conchæ *variæ purpureæ tincturæ in Sardinia.* 194
- - - *concha marina cecinerunt antiqui ante tubam inventam.* 220
Conciones *apud Lacedæmonios ubinam habebantur.* 209
Continentiæ *legem inter Ægyptios quis primus dederit.* 222
Corn. Pinus *Pictor olim magnopere in admiratione fuit.* 2
Coronam *quis primus invenerit.* 99
- - - *an non fœmina, & quo caſu.* 146
Coroplaſticen *Corinthia Virgo quomodo invenerit.* 55
Corporis modum *quomodo deſcribere ſolebant veteres Pictores.* 169
Corybantæ *an iidem fuerint cum Curetibus.* 59
Crepida Attica *olim multum laudata.* 34
Creta *à quonam olim ſic fuerit dicta.* 59
- - - *ejus cuſtos Talus qualis olim fuerit.* 204
- - - *æneus undenam à Cretenſibus fuerit cognominatus.* ibid.
Cretenſes *in principio ſunt appellati Telchines.* 205
Criſtas *galeis primi accommodarunt Cares.* 47
Crocodilum *adorare ſolebant veteres Ægyptii.* 1
Cuculus *quare ſceptro Junonis Argivæ inſidet.* 169
Cultum Deorum *quis ſecundum Ethnicos primus invenerit.* 96
Cupido *Theſpiacus & Alcamenis an ſit idem.* 10
Cura *Protogenes cæteros Pictores antecellebat.* 119
Curetes *quinam olim apud Græcos ſunt appellati.* 58
Currum *quinam primi compegerint.* 208
- - - *Siculum magni faciebant veteres.* 198
- - - *currus ferreus. Vide* Ferreus.

D.

DActyli *quare olim ſic fuerint dicti.* 61
- - - *quot fuerint numero.* ibid.
Dædalus *ſtatuariam Artem quando invenerit.* 56
- - - *an fuerit Cretenſis.* 62
- - - *an plures fuerint & ubinam nati.* ib.
Danaus *putatur primus feciſſe navem.* 72
Dardaniæ Artes *quales dicebantur apud veteres.* ibid.
- - - *à quo hoc nomen ſortitæ ſunt.* ib.
Darſania *urbs Indica, texendi arte celebris.* 73
Deliacum æs *olim principatum obtinuit inter æra.* 3, 73
- - - *quando ad Deorum ſimulacra & hominum animaliumque effigies in uſu eſſe cœperit.* ibid.
Delphis *plurimum gaudet Apollo.* 223
Demetrius *Rex quare Polyorcetes dictus.* 78, 184
Dentes *oſtendere in picturis quis primus monſtraverit.* 173
- - - *dens humana olim inventa, quæ menſuram pedis excederet.* 187
Deorum *omnium commune templum Hadrianus Imp. ædificavit.* 182
- - - *ejus magnificentia & nomen.* ibid.
- - - *ſimulacra quinam primi fabricarunt.* 205
- - - *Deos alios cœleſtes alios terreſtres habebant veteres Ægyptii.* 222
- - - *terreſtres quomodo ad eam dignitatem erant evecti.* ibid.
- - - *eorum nomina.* ibid.
- - - *eorum ſingulis in cœlo manſionem propriam fabricavit Vulcanus.* 226
Dianæ Epheſiæ *templum quot annis fuerit exſtructum.* 51
- - - *quare in ſolo paluſtri id fecere.* ibid.
- - - *quare calcatis carbonibus & velleribus lanæ ſubſtruxere.* ibid.
- - - *ejus longitudo & latitudo.* ibid.
- - - *quis ejus Architectus.* ibid.
- - - *quomodo ſecundum exſtructum, & quibus impenſis poſt incendium Heroſtrati.* 51
- - - *eam Cretenſes quare religioſiſſime venerantur.* 74
- - - *Britomartem quare vocent.* ibid.
Dignitates *Heroum quis primus in Pictura expreſſerit.* 232
Diodorus Siculus *ejusque laus.* 62
Diomedis thoracem *fabricavit Vulcanus.* 227
Dionyſius Pictor *quare dicatur Thrax.* 79
Diota Sabina *in magno pretio erat apud veteres.* 193
Divinos ad honores *quomodo perveniebatur ſecundum Gentiles.* 224
Domus *quinam primi conſtruxerint Athenis.* 81
- - - *quid antea pro domibus erat.* ibid.
Dorico genere *ædes ſacras fieri noluerunt Architecti quidam veteres.* 204
Draconem *quare Phidias Minervæ ſtatuæ addiderit.* 158

Duratei equi *fabricam quis primus invênerit.* 222

E.

EBurnea ſimulacra *quis optime fabricaverit.* 152
Effigiem *ſignis exprimere quis invenerit.* 117
Elephantes *non ſolum in India, ſed etiam in Arabia inveniuntur.* 101
- - - *quinam fuerint majores.* ibid.
- - - *quinam mitiores.* ibid.
- - - *quomodo talem Romæ enixa eſt fœmina.* 132
Elephantinum atramentum *quale ſic dictum fuerit.* 67
Eloquentiæ *Auctor primus quis dictus fuerit apud veteres.* 122
Emendationi *in Pictura finis ſtatuendus.* 18
Encauſtica *in Pictura quando fuerit inventa.* 128
- - - *quis ea primus pinxerit & docuerit.* 146
Enſibus *faciendis Celtiberi nobilitati.* 48
- - - *etiam Norici inter veteres.* 136
Epheſiæ Dianæ *templum. Vide* Diana.
Epidaurii equi *generoſitate laudabiles.* 84
Equa *quàm equo quare Scythæ potius in bello utebantur.* 11
Equo *picto Apellis adhinnivere cæteri equi.* 18
- - - *equus quale machinamentum bellicum olim fuerit.* 84
- - - *eorum domitor quis primus fuerit.* 131
- - - *equi non habent inferiores palpebras.* 135
Equitandi Artem *quis primus invenerit.* 198
Equitatus, *& quis de eo primus ſcripſerit.* 74
Equeſtris Artis *gloria & inventio.* 128
Erichthonius Athenienſis *an primus argentum invenerit.* 3
- - - *an primus attulerit argentum Athenas.* 101
- - - *qualem figuram juxta veteres habuerit.* 224
- - - *quomodo fuerit natus.* ibid.
Erigonus *tritor colorum Nealcæ Pictoris, poſtea ipſemet celebris Pictor.* 3
- - - *ejus diſcipuli celebres quinam fuerint.* ibd.
Eſſedarum *uſus ubi primum inventus.* 38
Ethicam *Philoſophiam quomodo* Cicero *nominare ſolebat.* 231
- - - *ejus deſcriptio ex Quintiliano.* ibid.
Euclides *Geometra conditor eriſticæ ſectæ.* 86
- - - *ille à quo nos habemus elementa qualis.* ibid.
Exercitum *inſtruere grues quomodo docuerint.* 139

F.

FAber Deorum *quare olim dictus fuerit Vulcanus.* 222
- - - *ejus Artis peritiam quis primus invenerit.* 139
Fabricæ ærariæ *quinam primi fuerint auctores.* 60
Facilitate *Antiphilus cæteros Pictores antecellebat.* 119
Falcem *quinam primi Saturno fabricarunt.* 206
- - - *ex adamante factam à quo acceperit Perſeus.* 227
- - - *ad ſecandas fruges, quis Cereri primus dederit.* ibid.
Faunus *an auri atque argenti repertor fuerit.* 90
Felicitatis *ſpecimen quale maximum.* 23
Feminæ *aliquot penicilli gloria claræ.* 36
- - - *Sidoniæ olim optimæ erant Artifices.* 199
- - - *Ægyptiæ uno contentæ debebant eſſe viro.* 222
- - - *ex cujus lege id factum.* ibid.
Ferreum currum *à muſca tractum quis fecerit.* 44
- - - *talia ſigna facere res difficilis & magni laboris.* 218
Ferrugo *coloris genus eſt, qui vicinus eſt purpuræ ſubnigræ.* 96
Ferrum *quis primus in Cypro invenerit.* 48
- - - *quis vero ejus temperaturam.* ibid.
- - - *quis primus in Creta monſtraverit.* 61
- - - *ejus inter ſe glutinum quis primus excogitaverit.* 91
- - - *Ilvæ inſulæ miræ fuit naturæ.* 100
- - - *chalybe temperandi peculiarem habebant rationem Lacones.* 104
- - - *fundere quis primus inter veteres invenerit.* 209
- - - *quis ex eo ſimulacra fabricare.* ibid.
Figlinas *invenit Corœbus Athenienſis.* 13
Figuras *novas excogitare Ægyptiis Pictoribus quare non licuerit.* 4
Fingere *argilla ſimilitudines quis primus invenerit.* 75
- - - *fingendi pingendique artem veteres pariter exercebant.* 229
- - - *eadem Ars, ejus opifices quare tamen diſſimiles.* 230
Forcipem *quis primus invenerit.* 62
Formas *& ſpecies à Pictoribus diſcere debemus.* 135
Formica *ex ebore facta admodum formoſa.* 44
Fortunam *quare Apelles ſtantem pinxit.* 21

Fre-

Frenum *an Minerva olim prima invenerit.* 139
- - - *an vero fuerit Pelethronius.* 147
Frigiones *quales artifices vocentur apud veteres.* 90
Fructus *ingenii & virtutis quando maxime capitur.* 19
Frumenti pinſendi *quiſnam fuerit primus inventor.* 165
Fulgura *& fulgetra pinxit Apelles.* 22
Fulmina *Jovi quis fabricaverit.* 224
Fundarum *uſum in bello quinam primi invenerint.* 36
Furnorum conſtructores *Prometheos quare vocabant Athenienſes.* 183
Fuſtibus *quinam primi dimicaverint.* 37

G.

GAlea *Bœotica olim laudatiſſima fuit.* 34. 38
- - - *Thracicum inventum fuit.* 212
Galeni *principis Medicorum quis fuerit pater.* 35
Gallus gallinaceus *quare galeæ militum olim inſculpebatur.* 161
Gemmarum *nonnullas tingere ſolebant Ægyptii.* 3
- - - *earum origo.* 210
- - - *quomodo in tantam æſtimationem pervenerint.* ibid.
Germani *ad machinas reliquaque opera bellica maxime idonei.* 91
Gerrhæi *plurimum delectantur ſculpturæ varietate.* ibid. & 193
Gladiatoriam ſcientiam *quis invenerit primus apud veteres.* 118
Gladios *fabricari quis primus docuerit.* 36
- - - *quis eis primus belligeratus fuit.* 37
- - - *longiore lamina quis primus invenerit.* 108
- - - *Martis apud Scythas quales fuerunt.* 227
Glauca veſte *uti Agrigentini quare decreto prohibuerint.* 150
Glutinum *quis primus invenerit apud veteres.* 63
- - - *ejus conficiendi modum quis primus docuerit.* 162
Gnidii *maxime colunt Venerem.* 179
Gnomonices *fabricam quis primus invenerit.* 13
Gnoſon *civitatem in Creta quinam condiderint.* 59
Græcia *olim Pictoribus illuſtris fuit.* 23
Graphicen *quiſnam invenerit.* 56
Gratias *cur nudas pinxerint finxerintque veteres.* 40
- - - *aliquando veſtitas pinxerunt eas.* ibid.
Grues *cui docuerint modum exercitum ſtruendi.* 139
Gryphes *quales belluæ fuerint apud veteres.* 159
Gypſo *hominis imaginem è facie ipſa quis primus omnium expreſſerit.* 117

H.

HAdrianus Imp. *cucurbitarum picturas quam maxime laudabat.* 2
Harpen *Thraces primi invenerunt apud veteres.* 212
- - - *quale genus enſis fuerit.* ibid.
Harmiones *monile infauſtum à Vulcano fabricatum.* 225
Harmodii *atque Ariſtogitonis ſtatuæ Athenis in Ceramico à quibus factæ.* 14
Hebræi. *Vide* Judæi.
Helenam *nudam quomodo Zeuxis depinxit.* 232
Helepolis *qualis belli machina olim fuerit.* 78
Heliconis *patria qualis fuerit.* 2
Hercules *ferreus Thebis à quo factus.* 11
- - - *excogitavit* πλατάγη χαλκῶν. 26
- - - *quando id fecerit.* ibid.
- - - *ejus intemperantiam in vino quomodo ſignificabant veteres.* 226
- - - *quomodo olla ænea mare transfretavit.* ibid.
- - - *ejus ſcutum elaboravit Vulcanus.* 227
- - - *à quo enſem acceperit.* ibid.
- - - *à quo ſagittas.* ibid.
- - - *à quo thoracem aureum.* ibid.
- - - *à quo peplum.* ibid.
Hermas *figura quadrangula fecerunt Athenienſes.* 34
Heroſtratus *combuſſit templum Dianæ Epheſiæ.* 51
Hieroglyphicas literas *quales appellabant veteres.* 4
- - - *quinam eas primi invenerint.* ibid.
Hierum *in inſula Vulcani adhuc fabrilem Artem docere volebant veteres.* 223
- - - *quare id ab iis excogitatum.* ibid.
Hippocrates *undenam aurum hoc nomen accepiſſe putaverit.* 36
Hipponacteum præconium *quid ſignificabat apud veteres.* 40
- - - *undenam hoc proverbium in uſu.* ibid.
Hiſtoriam *condere quis primus inſtituit.* 41
Homerus *quare olim vocatus fuit fons ingeniorum.* 91
- - - *quomodo pingebatur.* ibid.
- - - *in carminibus epicis fuit admirabilis.* 230
Horologii *fabricam quis primus invenerit.* 13
- - - *Sciaterici inventor quiſnam primus fuerit.* ibid.
- - - *Horologium prorſus admirandum*

Imperatoris Methodii. 105
- - - *Plinthion ſive lacunar dictum, à quo fuerit inventum.* 195
- - - *ubinam illud fuerit poſitum.* ibid.
Horti penſiles *à quo primum fuerint fabricati.* 201
Horus *ut Jovis filius fuit creditus à Gentibus.* 155
Hydraulica organa *quiſnam primus invenerit.* 57
- - - *quid ita vocabant veteres.* ibid.

L

JAculum *cum amento Ætolum Martis filium inveniſſe dicunt.* 6
Jaſpidem *lapidem tingere ſolebant Ægyptii.* 4
Ibin *Ægyptii pro Deo habent.* 1
Ichthyocollam *quis primus invenerit.* 63
Idæi Dactyli *an olim iidem fuerint cum Corybantis.* 59
Idololatria *Judæorum ab Ægyptiis eſt derivata.* 1
Ignis maritimus *qualis fuerit dictus apud veteres.* 45
- - - *quis eum primus invenerit.* ibid.
- - - *ejus præſes quare olim dictus fuit Vulcanus.* 222
- - - *ejus operationes circa metalla quis primus invenerit.* ibid.
- - - *ignem quare Vulcanum appellare ſolebant veteres.* ibid.
Imago *aliter ab Artifice aſpicitur; aliter ab Artis ignaro.* 136
- - - *undenam hoc ita ſit.* ibid.
Imitativa facultate *indigent contemplaturi Artis pictoriæ opera.* 216
Impetus animi *in Pictore quantum valeat.* 153
Incudem *quis primus invenerit.* 52
Indicum atramentum *quale fuerit.* 17
- - - *cui rei inſerviebat in pictura.* ibid.
Indus *Rex Schytiæ an primus argentum invenerit.* 3
Ingenio cedere *admodum raro volunt homines.* 234
- - - *exempla Pictorum inter veteres à quibus id tamen factum.* ibid.
Inſignia Magiſtratuum *à Tuſcis plerique inter veteres ſumpſerunt.* 194
Inſtitores *quinam primi extiterunt apud veteres.* 109
Inſtrumenta bellica *fabricari quis primus docuerit.* 36
Inurere picturas *quis primus excogitaverit.* 172
Jovis Ithomatæ *ſtatua cujus fuit opus.* 7
- - - *Jovem quis primus omnium appellavit.* 48
- - - *Olympii exacta deſcriptio.* 154
- - - *ex qua materia fuerit factus.* ibid.
- - - *ejus magnitudo.* ibid.
Iſocratis pater *quare vocabatur tibiarum faber.* 209
Iſthmo *plurimum quare gaudeat Neptunus.* 223
Judæi *tam in Ægypto quam in deſerto adoraverunt vitulum* 1
Judaica vela *nimia monſtroſiſſimæ picturæ inſolentia notabilia.* 203
Juno *Vulcanum filium tradidit Cedalioni Naxio in Arte fabrili inſtituendum.* 48
- - - *Samia ejusque templum undenam antiquiſſimum eſſe colligitur.* 86
- - - *citra cujuſcunque concubitum peperit Vulcanum.* 224
- - - *eam ex Olympo quare ſuſpenderat Jupiter.* 224

K

Κοτύλαι, *bajulorum inſtrumentum, primus invenit Protagoras.* 183

L.

LAbyrinthus *à quo olim fuerit extructus.* 66
- - - *qua occaſione.* ibid.
- - - *tres celebres fuere apud veteres.* 192
- - - *à quibus facti.* ibid.
Lacunaria *pingere quis primus inſtituit.* 146
Lagena Sabina *in magno pretio erat apud veteres.* 193
Lapide *acuto Æthiopes pro ferro utebantur.* 5
Lapidicinarum inſtrumenta *optima ubinam olim facta.* 104
Lanas *inficere quinam primi invenere.* 109
- - - *lanæ optimæ Mileti olim tingebantur.* 124
Lares *undenam olim ſic dicti.* 58
Larvas *quis apud veteres primus fecerit.* 96
Laterarias *Athenis quinam primi conſtituerint.* 81
Latus clavus *etiam apud Romanos fuit in uſu.* 36
- - - *à quibus fuit inventus.* ibid.
Leænæ *ſtatua quo caſu ab Athenienſibus dicata.* 101
- - - *quare ſine lingua fuerit.* ibid.
Lecti *Deliaci olim celebres apud veteres.* 73
Lemno *plurimum gaudet Vulcanus.* 223
Lemnia gleba *quomodo ſanaverit Philoctetem.* ibid.
Lemnius *ſimilis eſt Ægyptio & Cretico Labyrinthis.* 231
- - - *in quibus tamen ab iis differat.* ibid.
Leonem *Ægyptii olim pro Deo habuerunt.* 1
Lepus Polygnoti, *quid illud diverbium ſignificat.* 179
Libellam *quis primus invenerit apud veteres.*

res. 209
Liber parer *quare Baſſareus dictus.* 37
Liberi *centum ex una muliere nati.* 54
Libido artis *in Pictore quantum valeat.* 153
Liburnicæ naves *undenam olim ſic denominatæ ſunt.* 107
Limæ *optimæ ubinam olim fuerint factæ.* 104
Limites agrorum *primus invenit Cain, Adami filius* 41
Lineæ *ſubtilitate quomodo Protogenes vincitur ab Apelle.* 19
- - - *linearum Pictura à quibus inventa dicitur.* 27, 163
- - - *ducta Apellem cognovit Protogenes.* 183
- - - *ea vincitur Protogenes ab Apelle.* 184
Literarum *primi inventores an fuerint Ægyptii.* 3
- - - *quiſnam inter illos hanc laudem conſecutus eſt.* ibid.
- - - *earum formas ordinarias quis primus invenerit.* ibid.
- - - *literas ſemper Aſſyrias fuiſſe vult Plinius.* 32
- - - *alii alios inventores earum tradunt.* ibid.
- - - *Syris an non ea laus debeatur.* ibid.
- - - *quis primus in Græciam intulerit.* 41
- - - *à qua muliere illas Ægyptii didicerunt.* 102
Lithoſtrota *quando fuerit inventa apud Græcos.* 201
Loricæ *Hiſpanicæ in pretio erant apud veteres.* 99
- - - *etiam Sarmaticæ.* 194
Lucus *Dianæ Aphioniæ ſive Aphiuſæ ubinam fuerit.* 27
Ludorum *inventores quinam primi fuerint apud veteres.* 109
- - - *quo tempore id fuerit factum.* ibid.
Lutea *quicunque fingunt Prometheos vocabant veteres Athenienſes.* 183
- - - *quare illud nomen illis dabant.* ibid.
Lychnitem *quem lapidem veteres Græci appellare ſolent.* 80
- - - *ad lucernas in cuniculis cæditur.* ibid.
Lynceum *quid veteres appellare ſolebant.* 109
- - - *undenam illa fabula fuerit nata.* ibid.
Lyræ *inventor an fuerit Mercurius.* 24
- - - *an non etiam aliis hanc laudem merito antiquitas dederit.* 122
Lyſippus *Fictor celebris inter Græcos fuit.* 20
- - - *Apellem reprehendit circa Picturam Alexandri Magni.* ibid.
- - - *quos habuerit diſcipulos.* ibid.

M.

Machæram *quis apud veteres primus invenerit.* 108
Machinarum bellicarum inventio *prima quibus adſcribenda.* 57
- - - *machinæ bellicæ à Priſco fabricatæ in uſum Severi Imp. quales fuere.* 182
Magadin *inſtrumentum priſcum, quare poſtea vocarunt Sambucum.* 107
Magicam Artem *apud Thraces quis primus exercuerit.* 33
Magiſtratuum inſignia. *Vide* Inſignia.
Magnes *à quo id nomen primum acceperit.* 117
- - - *quomodo fuerit inventus.* ibid.
- - - *à quo & quo tempore.* ibid.
Malum *in navibus quis inter veteres primus invenerit.* 63
Marcias aquas *quis primus Romam inducere auſpicatus eſt.* 8
- - - *earum ſalubritas.* ibid.
- - - *frigus.* ibid.
Marculum *quis primus invenerit apud veteres.* 52
Mare *quis primus navigaverit ſecundum Græcos.* 35
Maris *arbitri olim dicebantur Cares.* 47
- - - *id quinam primi navigiis tentarunt.* 85
- - - *ubinam id fuerit factum.* ibid.
Marmora *è lapidicinis Pentelicis excidere, quis primus docuerit.* 41
- - - *quis in uſum tegularum efformare.* ibid.
- - - *in cruſtas ſecare quis primus invenerit.* 47
- - - *ſcalpendo quinam primi inclaruerunt.* 80, 151
- - - *quo tempore id primum inceperit.* 80
- - - *ejus cruſtis parietes operire, quis Romæ primus docuit.* 118
Mauſoleum *quale opus fuerit olim.* 39
- - - *inter ſeptem miracula mundi fuit.* ibid.
- - - *quinam illud cælatura ornavere.* 105
- - - *quare miraculum mundi fuit dictum.* ibid.
- - - *ejus longitudo, latitudo, altitudo.* ibid.
- - - *quinam de hoc opere quàm magnifice ſcripſerint apud veteres.* ibid.
- - - *à quibus Artificibus fuerit confectum.* 105
- - - *cujus juſſu & impenſes.* ibid.
Medicam veſtem *quare nunc Sericam vocamus.* 119
Medicinam *quis primus invenerit.* 3
Meduſæ *caput è lapide cujus fuerit opus.* 60
Mel *quis primus invenerit.* 3

Memphis *primum concepit inventum papyri.* ibid.
Menalippus *in carminibus dithyrambis admirabilis.* 231
Menſuras *primus invenit Caïn Adami filius.* 41
- - - *quis primus inter Græcos inveniſſe dicatur.* 162, 139
- - - *quisnam ex alia terra ibi primus invenerit.* ibid.
Mercurius *an fuerit primus inventor literarum.* 32
- - - *Triſmegiſtus quas artes adinvenerit.* 95
- - - *an non fuerit Theuth Ægyptiorum.* 212
- - - *quot annos apud Ægyptios regnaverit.* 222
- - - *quàm ſuperbe.* ibid.
Meretricum *Pictores quinam dicebantur apud veteres.* 135
Meſtremus *Rex Ægypti, ex Chami gente natus, quando regnaverit.* 222
Metalla *è terra eruere quis primus docuerit.* 36
- - - *eorum fodinas in inſula Samo quis invenerit.* 118
- - - *quis illas fodinas primus invenit inter Occidentales.* 122
- - - *quis eorum fabricam primus docuerit.* ibid.
- - - *Semiramis ubi ea primum invenerit.* ibid.
Minerva *Gentilium an fuerit Moſis Noëma.* 218
- - - *ei quare veteres multas Artes attribuerunt.* 222
Minium *color ſimulacrorum Deorum apud Æthiopes.* 5
- - - *à quo & ubi primum fuerit inventum.* 43
- - - *qua occaſione id factum.* ibid.
Minois *mors qualis fuerit.* 69
- - - *à quibus illi illata.* ibid.
- - - *fuit Cretenſium Rex, ejusque regimen quale fuerit.* ibid.
Minotaurus *unde originem habeat.* 66
- - - *qualis fuerit.* ibid.
Moloſſici *undenam olim originem traxerint.* 226
Monachi *quinam bombycum ova ex India primi detulerunt.* 198
Monetæ *cudendæ rationem quis primus invenerit.* 102
- - - *auream & argenteam quinam primi invenerunt.* 109
Monochromata *in Pictura quare Ægyptii primi exercuerint.* 233
Mortem *eſſe quid optimum homini quomodo Apollo judicavit.* 6
Motus *aut* ratio ſiderum *genethliaca quando excogitata eſt.* 212
Mulciber *quare Vulcanus olim fuerit dictus.* 222
Mulier *quædam triginta infantes enixa eſt uno partu.* 148
- - - *eam oportet aut viro, aut per virum loqui.* 160
- - - *lucida veſte eas quis primus inter veteres pinxerit.* 173
Murmur Tyrrhenum *quale dicebatur apud veteres.* 220
Muros *facere, quinam inter veteres primi invenere.* 29
Muſicorum *ingenium debet adhiberi ad harmonias.* 135
Myos *opera ubinam extant in inſula Rhodiorum.* 2

N.

Narandi Arte *nobiles dicuntur Batavi.* 37
Natura *ipſa eſt imitanda, non vero Artifices.* 88
- - - *quam maxime ſui partus eſt amans.* 116
- - - *nihil in omnibus partibus perfectum expolivit.* 232
Naves *papyraceæ quales fuerint apud veteres Ægyptios.* 5
- - - *plicatiles quales habebant Æthiopes.* ibid.
- - - *navis admiranda Hieronis Syracuſarum Regis.* 26
- - - *quis eam primus fecerit ſecundum Græcos.* 33
- - - *quam avicula pennis abſconderet, quis olim fecerit.* 44
- - - *navigare quis primus invenerit.* 99
- - - *navem prædatoriam an primus invenerit Minos.* 125
- - - *Noachi arca an fuit prima navis.* 136
- - - *quomodo illa fuerit confecta.* ibid.
- - - *an Minerva inter Græcos primam navem fecerit.* 221
- - - *pingere, humile picturæ genus erat apud veteres.* 184
- - - *navalium & bellicarum Artium inventores quinam primi fuerint.* 163
- - - *quo tempore id excogitatum.* ibid.
- - - *in qua terra.* ibid.
Nemeſis *pictura magni pretii Rhamnunte.* 8
- - - *qualis Dea fuerit.* ibid.
- - - *quare alas habet.* 161
Neptuno *templum erexerunt Agamedes & Trophonius.* 6
- - - *quo in loco id factum.* ibid.
- - - *Barcæos docuit equos alere.* 37
Nervos *in Pictura quis primus expreſſerit.* 142
Neſtoris *clypeum fabricavit Vulcanus.* 227
Nihil *quare ſimul inventum & perfectum poſſit eſſe.* 16

No-

Noctuarum *ſapientia in multis à veteribus celebrata.* 158
- - - *quare eam olim Minervæ ſimulacro appoſuerunt.* ibid.
- - - *omnes aves quare ad eam advolent.* ibid.
Noëma *Moſis an fuerit Minerva Gentilium.* 218
Nomina *multa virorum apud Romanos, undenam originem habeant.* 8
Normam *quomodo olim fabricatoribus oſtenderit Pythagoras.* 189
- - - *cujus uſus ſit.* ibid.
- - - *quare Pythagoras pro ea inventa hoſtias Muſis immolaverit.* ibid.
- - - *quibuſnam alii inter veteres ejus inventum adſcribant.* 28
Nubentes virgines. *Vide* Virgines.
Numerus *an à Minerva olim fuerit inventus.* 139
- - - *qua occaſione id accidit.* ibid.
Numina *quali veſte uti volebant Gentiles.* 37
Numiſma *quale olim vocatum Æginenſe.* 3
- - - *æneum quis primus ſignaverit.* ibid.
- - - *omnis generis quinam primi ſignaverint ſecundum Agloſthenis opinionem.* 131

O.

OBeliſci *quales fuere olim.* 4
- - - *an omnes ſolis numini fuerint ſacrati.* ibid.
Occaſio *qualis, & elegantis iſtius ſtatuæ à Lyſippo fabricatæ deſcriptio.* 114
- - - *alia ejus deſcriptio.* ibid.
Ocreas *Cares olim invenerunt.* 47
- - - *etiam criſtas.* ibid.
Oculis clauſis *antiqui in principio faciebant ſtatuas.* 64
- - - *quis primus apertis fecit.* ibid.
Oculos *quis primus pingere inſtituit.* 24
Oleum Medeæ *quid veteres Græci ita vocare ſolebant.* 119
- - - *ebori vindicando à carie perquam utile judicabant veteres.* 156
- - - *hoc ſtatuas etiam inungere ſolebant.* ibid.
- - - *an omnes ſtatuæ ita inunctæ.* ibid.
Ollarum figulos *Prometheos vocare ſolebant Athenienſes.* 183
- - - *quare id ab iis factum.* ibid.
Operationes metallorum, *quæ igne perficiuntur, quis invenerit.* 222
Opifices metallorum *cui Deo ſacrificia offerebant apud veteres.* ibid.
Oppugnationes ſcalarum *à quibus primum fuerint inventæ.* 43
- - - *quo tempore id factum ſit.* ibid.
Opum largitor *quis olim vocatus fuerit.* 122
- - - *quare is ita fuerit dictus.* ibid.
Orationem proſam *condere quis primus inter veteres inſtituerit.* 41
- - - *à qua gente id primum factum eſt.* ibid.
Orator *futurus quare inſtituatur utilius publice quàm domi.* 233
Orbem *in rota figulina quis primus olim invenerit.* 98
Orichalci *inventor primus quis merito dici olim potuit.* 138
- - - *ex qua gente fuerit oriundus.* ibid.
Os clauſum *habebant omnes picturæ veteres.* 173
- - - *quis id aperire primus in pictura docuerit.* ibid.
Oſtentationis *vocabulum ſumebatur ab antiquis etiam in bonam partem.* 231
- - - *quid tum ſignificabat.* ibid.
Oves *adorare ſolebant veteres Ægyptii.* 1
- - - *quid hieroglyphice ſignificare volebant illas.* ibid.

P.

PActon *quale genus navigii fuerit apud veteres Ægyptios.* 5
Pagida *rivus vitri fertiles harenas habet.* 198
- - - *ubinam ejus ſitus.* ibid.
Palæſtræ *inventor quis fuerit dictus.* 122
Palamedes *quales literas apud Græcos primus invenerit.* 32
Pallas *Aceſæ filii Heliconis.* 2
- - - *Barcæos docuit currum regere.* 37
- - - *armata ex quo fuerit nata.* 224
Pana *cornigerum quare finxere veteres.* 140
Pandares *Jovis templo quod erat Cretæ canem aureum furto aufert.* 226
Pandoram *è luto finxit Vulcanus.* ibid.
- - - *cujus juſ id fecerit.* ibid.
Papyri *Niloticì inventum cuinam debeat orbis.* 3
- - - *quomodo & ex qua materia primum conficiebant.* ibid.
Parietum picturam *quis apud veteres primus inſtituerit.* 108
Parmulis *pugnare quouſque ſoliti ſunt veteres.* 39
Parthenium *qualis herba.* 123
- - - *qua de cauſa ita vocari cœperit.* ibid.
Patella Cumana *fuit celebris apud veteres.* 58
Patellæ Siculæ *in pretio fuere apud veteres.* 198
Pavimenta *etiam olim arte elaborata.* 201
Paupertas *ſoror eſt bonæ mentis.* 184
Pedibus ſtantes *geniti quomodo vocabant veteres.* 8
- - - *quid de iis judicabant.* ibid.
- - - *efferri in ſepulcrum etiam veteribus in uſu.* ibid.

- - - *pedes ſtatuarum à ſe invicem ſeparare quis primus docuerit.* 63
Peleo *à feris dilaniando quis dederit enſem.* 227
Peltam, *quam dicunt, quinam primi invenerunt.* 100
- - - *an Thracibus ea laus conveniat.* 212
Peluſiotæ *fuere rei navalis peritiſſimi.* 148
Penſiles horti. *Vide* Horti.
Perdicis *avis nomen undenam.* 65
Pergamum *in Aſia calices optimos olim dabat.* 193
Perilli *taurus, in quo ipſe primus exuſtus.* 149
- - - *non eſt Phalaridis.* ibid.
Periphoretus *quare dictus fuerit Artemon Grammaticus.* 31
Perpendiculum *quis primus invenerit.* 63
Perſæ *ad Marathonem deleti, ex eorum ſpoliis quæ ſigna fabricata.* 161
- - - *eorum Regum luxuria.* 209
Perſei *Regis filius junior, quare fabricam ærariam Romæ didicerit.* 11
Petras *ſecare quis primus invenerit apud veteres.* 69
Phæaces *à quo dicti ſunt canales ſubterranei apud veteres.* 151
Phalangem *in duo cornua dividere quis primus docuit.* 149
Phalaris *Tyrannus comedit infantulos parvos.* 175
Pharum *quis exſtruxerit.* 75, 201
- - - *qua de cauſa fuerit ædificatus.* 201
Philocles Ægyptius *an primus invenerit linearum Picturam.* 27
Philoſophiæ *primi inventores quinam fuerint.* 3
Phrygiones *quales veſtes ſic appellatæ fuerunt.* 164
Phryne *ejuſque admiranda pulchritudo.* 22
Phyalarum *inventor quis primus fuerit.* 109
Pictor *morum quis dicebatur apud veteres.* 231
Pictura *antiquior eſt temporibus Iliacis.* 1
- - - *probari non debet quæ non eſt ſimilis veritati.* 15
- - - *an ſine Arithmetica & Geometria perfici poſſit.* 23
- - - *in principio erat ſine ullo colore.* 27
- - - *ejus initia incerta.* 52
- - - *quid Ægyptii de ea dicant.* ibid.
- - - *quid Græci.* ibid.
- - - *quare in initio adſcribebant nomina.* ibid.
- - - *quinam Ægyptii primum inventorem dixerunt.* 63, 86, 93.
- - - *quinam aliæ nationes.* 63, 233
- - - *quiſnam in Græcia primus invenerit.* 86
- - - *quis primus in tria genera diviſerit.* 88
- - - *quot antea haberet.* ibid.
- - - *eorum nomina.* ibid.
- - - *judicii extremi multi à Paganiſmo ad Chriſtianiſmum traducuntur.* 120
- - - *ſine Arithmetica minime poteſt perfici.* 140
- - - *eam inurere quis primus excogitaverit.* 172
- - - *Picturæ aliquæ recitantur magnam ſimilitudinem habentes.* 178
- - - *quamdiu inter veteres Græcos floruerit.* 186
- - - *externa, qualis primum Romæ publicata.* 192
- - - *ejus patria Sicyon diu olim fuit.* 198
- - - *ejus eadem Ars, Pictores tamen diſſimiles.* 230
Pileus *Laconicus in quo pretio apud veteres.* 104
Pilos *tingere quis primus excogitaverit apud veteres.* 119
Pingendi *fingendique Artem veteres pariter exercebant.* 229
Piſa *plurimum gaudet Jupiter.* 223
Piſtores *quemnam Deum colebant apud veteres.* 165
Pithecuſa *quare olim ſic fuerit dicta apud veteres.* ibid.
Plaſticam Artem *quis primus invenerit.* 56, 213.
- - - *quo caſu id fuerit factum.* ibid.
Plinius, *cui Picturæ Apellis palmam omnium tribuerit.* 22
Plumbum *quis primus invenerit in Phrygia.* 124
- - - *album quis primus invenerit.* ibid.
- - - *ubinam maxime generatur.* 48
- - - *ejus duo genera quænam olim dicebantur.* ibid.
- - - *in Luſitania & Gallia olim optimum inveniebatur.* ibid.
Pneumaticas Artes *quis apud veteres primus inveniſſe dicatur.* 57
- - - *quo tempore id fuerit factum.* ibid.
- - - *qua occaſione.* ibid.
Poculum Laconicum *apud veteres, ejuſque uſus.* 104
- - - *Solis quale dicebatur apud veteres.* 221
Poëmata *qualia veteribus dicebantur ſine moribus.* 231
Poliadis Minervæ *peplum quinam primi fecerunt.* 2
Pollentia *olim calices optimos dabat.* 193
Polycrates Samius *quare felix olim appellatus.* 210
Polydamas Scotuſſæus *ſtatura maximus fuit omnium illius ætatis hominum.* 113
- - - *quis ejus ſtatuam fabricaverit.* ibid.
Polymita *texere ubinam primum inſtitutum.* 11
Pompejum, *Athenis, qualis fuerit locus.* 56

Pondera an Caïn Adami filius primus invenerit. 41
- - - quibuſnam alii adſcribebant veteres. 139, 162
- - - quis ea primus in Græciam invexerit. 162
Ponderandi Artem an à Zeto primum in uſu fuit. 229
Poſthumus, unde hoc nomen primum apud Romanos. 8
Præceptores clariſſimorum virorum raro latent. 184
Præneſtinæ urbis conditor quinam fuerit. 225
Præſcientia quæ ex aſtris colligitur à quibus primum inventa. 47
Prætextæ apud Hetruſcos originem invenere. 213
Proculum dixere veteres abſente genitum patre. 8
Pronai Dea Thebis quinam Deorum olim dicebantur. 161
Protogenes in quo Apelle fuerit inferior 18
- - - ei dignationem quomodo Apelles Rhodi primum conſtituit. 19
- - - caſula contentus erat in horto ſuo. 108
Pueros immolare Saturno Curetes olim ſolibant. 59
Pugio Laconicus in quo pretio apud veteres. 104
Pugna unde hoc nomen acceperit. 37
Pugnare ex equo quinam olim primi invenerint. 212
Purpura nobiliſſima ubinam olim fuerit inventa. 61
Purpura Laconica in quo pretio fuerit apud veteres. 105
- - - Melibœa unde ſic olim fuerit dicta. 124
Puteolanum purpuriſſum laudatur præ omnibus aliis. 91, 188
- - - variis generis. ibid.
Pythagoræ pater ſuis Cellularius Artifex. 123
- - - ejus nominis varii fuerunt apud veteres celebres Arte ſtatuaria. 166

Q.

Quadriga ex ebore, quam muſca integeret alis. 44
- - - quis eam fabricaverit. ibid.
- - - quadrigarum quis primus fuerit autor apud veteres. 138
- - - quali pretio ob id donatus tunc fuerit. ibid.
- - - qui eas primum jungere docuerit inter illos. 164, 218

R.

Ratem tumultuariam quis primus invenerit inter veteres. 99
- - - Vide Navis.
Ratione Pamphilus & Melanthius cæteros Pictores antecellebant. 119
- - - ratio aut motus ſiderum quando cæpta ob genethliaca ſcari. 212
Rhadamantus Judex Cretenſium qualis fuerit. 204
Rhodum quare non incendit Rex Demetrius. 184
- - - eorum pietati quid Minerva olim dederit. 191
- - - quisnam primus condiderit. 205
- - - quale nomen antea habuerit. ibid.
Rhyparographus quare Pyreicus Pictor ſic nominatus. 188
Rhyton quale genus poculi fuerit apud veteres. 57
Riſu mortuus an fuerit Zeuxis. 235
Romanæ urbis magnus fuit ambitus eo tempore, quo Gothi illam priore incurſione infeſtarunt. 12
- - - quando id fuerit. ibid.
- - - quando primum admirari exteram opulentiam cæperit. 191
Romani fere omnia à Græcis didicere. 93
Rotam figulinam Talus ſororis Dædali filius invenit. 65
- - - alii dicunt quod Hyperbius invenerit. 98
- - - alii Corœbus Athenienſis. ibid.
Rubrica ex ocra combuſta cujus fuerit inventum. 60
Rutilorum olim Dii quomodo vocati fuere. 165

S

Sabæi plurimum delectantur ſculpturæ varietate. 91, 193
Sabinum vinum omnibus aliis levius erat. 193
Sabiri gens Hunnica Caucaſum incolens. ibid.
Sagittam Scythes Jovis filius primum inveniſſe dicitur. 198
Saguntum in Hiſpania olim salices optimos dabat. 193
Samia vaſa terrena admodum laudabant veteres. 27
Sardonychem Polycrates Tyrannus quare in mare injecit. 210
- - - à piſce deglutitur. ibid.
- - - miro admodum modo ei redditur. ibid.
Sarra quare Tyrus olim ſic fuerit dicta apud veteres. 220
- - - undenam hoc nomen primum acceperit. ibid.
- - - quando nomen Tyri acceperit. ibid.
Sathan corporali ſpecie adſtitiſſe creditur beato Dunſtano. 81
- - - quali figura ibi fuerit viſus. ibid.
Saturni ſimulacrum Romæ quare oleo fuerit repletum. 156
Saturnus veterum an ſit idem qui Adam. 190
Scæa porta urbis Trojæ undenam hoc nomen acceperit. 17
Scalarum oppugnatio. Vide Oppugnatio.
Scalpi in gemma Alexander Magnus noluit niſi à Pyrgotele. 188
Scalpturatum pavimentum quando Romæ primum fuerit factum. 202
- - - quale illud fuerit. ibid.
- - - undenam illi hoc didicerint. ibid.
Sceptrum Jovis apud Charoneuſes quare olim tam impenſo colebatur. 225
- - - aliquid divinitatis habere credebant. ibid.
- - - unde hoc primi confecerant. ibid.
Sciagraphia qualis doctrina ſit. 56
- - - an à Scamia fuerit inventa. ibid.
Scientia omnis contemnit ignorantiam. 18
Scriptores vetuſti multa commemorant quæ non ſunt. 62
- - - undenam hoc proveniat. ibid.
Sculptura an antiquior ſit temporibus Iliacis. 1
- - - à quo primum fuerit inventa. ibid.
- - - an cum Olympiadum origine inter Græcos inceperit. 152
- - - quanto ea vetuſtior olim cenſebatur, quam Pictura. ibid.
Scuta geſtare quinam olim primi invenerint. 59
- - - quæ gens ea primum fecerit. ibid.
- - - quinam inter Samnitos primus fuit, qui fabricaverit ea. 102
- - - quando id fuerit factum. ibid.
- - - an Sacæ fuerint primi, qui invenerint ea. 191
- - - qua forma ſcuta prima fuere. ibid.
Scyphi Rhodiaci quales olim ſic fuerint dicti. 72
Sellæ Theſſalicæ quare dicebantur olim pulcherrimæ. 212
Semithoraces quinam primus inter veteres adinvenerit. 99
- - - quando id fuerit factum. 212
- - - ubinam terrarum. ibid.
Senſus omnes quis primum in pictura expreſſerit. 231
Sepulcrum Archimedis ubinam olim fuerit. 26
- - - à quo poſtea fuerit inventum. ibid.
- - - quam miro modo id factum. ibid.
Seres lanificio ſylvarum nobiles. 198

Serici conficiendi rationem undenam Romani primum docuerint. 198
Sericarios quare tam miſere vexaverit Theodora, uxor Juſtiniani Imperatoris. ibid.
Serræ uſum apud veteres quis primus oſtenderit. 34
- - - quis eam primus invenerit. 63
- - - quo caſu id fuerit factum. ibid.
Seth an fuerit primus literarum inventor olim. 95
- - - à quibus hoc fuerit creditum. ibid.
- - - quales illæ literæ tum fuerunt. ibid.
Sicyon quare à veteribus etiam Telchinia fuerit nominata. 205
- - - eam veteres volunt fuiſſe officinam omnium metallorum. 80
Siderum curſum quinam primi obſervarunt. 85
- - - errantium & fixorum obſervantiam quinam primi monſtrarunt. ibid.
- - - cui regioni eam laudem debeamus. ibid.
Signa ex decimis victoriæ faciebant veteres. 161
- - - ferrea. Vide Ferrea.
Signi dationem in exercitu quis primus adinvenerit. 139
Simiæ in fœtus poſtquam pepererint, quare oculos teneant defixos. 116
Similitudinem in ſtatuis reddere quis primus inſtituerit. ibid.
- - - quomodo antea facere ſolebant veteres. ibid.
Simonides Melius quot litteras apud Græcos primus invenerit. ibid.
Simulacra lignea fecerunt ut initio antiquiores Ægyptii. 5
- - - quare ea pedibus junctis fecerunt. ibid.
- - - quis primus omnium repererit. 48
- - - lignea quare Δαίδαλα vocabant veteres Græci. 62
- - - Deorum quinam primus fecerit. 63
- - - moventia viſus eſt feciſſe Dædalus. ibid.
- - - ejus ultro ſe conferebant, quo debebant. 64
- - - quomodo hoc factum. ibid.
- - - Dianæ Epheſiæ quis fecerit. 74
- - - fictiliſſima quinam olim fabricarunt. 191
- - - ex argilla quis primus confecerit. 208
- - - Deorum. Vide Deus.
Sindon undenam primum inter veteres hoc nomen acceperit. 199
- - - ſindones quinam primi invenerunt. ibid.
- - - quo tempore id factum fuit. ibid.
Sintias quare olim vocabant Lemnios. 105
Smaragdos ſcalpere quo tempore olim maxime fuerit in uſu. 188
Socrati quare Athenienſes decreverunt honorem æreæ imaginis. 113
Sol Oceani filius an primus invenerit auri metalla. 3
- - - an etiam Medicinam. ibid.
- - - dicitur primus regnaſſe in Ægypto. 222
Solea Sicyonia valde in pretio ſolebat eſſe apud veteres. 198
- - - ſoleas aureas Diis ex adamante dicitur feciſſe Vulcanus. 224
Solomonis epiſtola, ad Vafrem regem Ægypti, quales. 98
- - - ad Regem Phœniciæ Tyriorum. ibid.
Sophocles in Tragœdiis admirabilis. 230
Soterici lecti quales dicebantur apud veteres. 202
Speciem & formam quare a Pictoribus diſcere debeamus. 135
Specula Brunduſina optima habebantur apud veteres. 175
- - - quomodo illa fuerint olim fabricata, & ex qua materia. ibid.
- - - quis ea primus fecerit. 176
- - - qua ætate id factum. ibid.
- - - ignifera ad comburendam hoſtium claſſem, à quo primum fuerint inventa. 182
Sphæræ inventio cuinam tribuatur apud veteres. 31, 34
- - - ſphæra Poſſidonii intra Atlas aqua. 171
Spiritus naturales quales ſic dicebantur apud veteres. 57
- - - quinam eos primus invenerit. ibid.
Spumam equi cruentatam quo caſu Apelles primum pingere didicit. 26
- - - canis pingere Protogenes invenire nulla Arte potuit. 185
- - - quo caſu id tandem invenerit. ibid.
Stannum ubinam maxime generatur. 28
- - - quis id primus invenerit. ibid.
Stateres Cyziceni quare fuerint ita celebres inter veteres. 61
Statuarii aliquot à felicitate deſerti nullam aſſecuti ſunt memoriam. 37
Statuaria Ars jam olim Italiæ fuiſſe dicitur familiaris. 102
- - - ex qua terra ibi primum demigraverit. ibid.
- - - quo tempore id factum. ibid.
Statuarum cupidine quam maxime ardebat Imperator Nero. 131
- - - eas, quæ apud Rhodios erant, quare non abſtulit. 132
- - - ſtatuæ magnam ſimilitudinem habentes apud veteres. 178
- - - eas ex ære, quinam inter veteres primi conflarunt. 191, 207
- - - viris fortibus quis primus poſuerit. 198
- - - ſtatuæ Thuſcanicæ quomodo differebant à Græcis. 213
Stipendia Cares primi meruerunt. 47
Stolæ Atticæ admodum laudatæ fuerunt apud veteres. 34
- - - Stolis prolixis quare utebantur Theſſali. 212
Stratum equi quis primus inveniſſe antiquitas credidit. 147
- - - quo tempore id fuerit factum. ibid.
Subtilitates nimis magnæ in Arte an mereantur laudem. 126
Sudaria Setaba in pretio fuerunt quam maxime apud veteres. 198
- - - qualia illa fuerunt. ibid.
Surrentum calices optimos dedit inter veteres. 195
Symmetria non habet nomen Latinum, quo exacte exprimi poſſit. 143
- - - eam in Pictura quinam primi invenerint. 142
- - - quo nomine tum inſigniebant. ibid.
- - - quomodo Latine circumſcribatur. ibid.
Symmetriarum præcepta quis primus inter veteres conſcripſerit. 119
- - - an fuerit Silanion. 199
- - - an vere Theocydes. 208
- - - Vide Symmetria.
Syrica vel Syriaca vela, qualia dicebantur apud veteres. 203

T.

Tabulis externis auctoritatem Romæ quis primus fecerit. 28
- - - tabulæ pictæ maxime oblectabant Ciceronem. 31
Talus non eſt paſſus Argonautas ad oram littoris Cretici appellere. 235
Tapetes Sardiani glabri ac ſine villis fuerunt. 194
Taurentinum veſtimentum muliebre quale dicebatur. 204

Taurus

Taurus cum quo Paſiphae concubuit olim quinam fuerit. 66
- - - Perilli quomodo olim fuerit fabricatus. 148
- - - Agrigentini hunc in mare demerſerunt. 149
- - - imago erat Gelonis fluvii apud antiquos. ibid.
- - - Phalaridis an unquam fuerit in rerum natura diſputatum fuit apud veteres. ibid.
- - - ex equis fugare quinam primi invenerint. 212
Telamones quinam Romani apellabant. 33
Telchinia diu dicta fuit Sicyon. 198
Telephanes Sicyonius an primus linearum Picturam exercuerit. 27
Telum Achaicum quodnam olim dicebatur. 2
Templi exædificatio Dorica ſemper fuit. 81
- - - templum Archangeli Michaelis ubinam fuerit. 85
- - - à quonam ædificatum. ibid.
- - - Olympicum ornatum eſt donis ex univerſa Græcia ibi dicatis. 154
- - - Dianæ Epheſiæ à quo reædificatum. 196
- - - quali fundamento in terra illa lubrica veſtum illud opus exſtruxerint. ibid.
- - - Vide Diana.
Tentoria quis primus fabricaverit. 101
- - - quam ſimplicia fuerint in initio. ibid.
- - - quomodo poſtea fuerint exornata. 102
Terebram quis primus invenerit. 63
- - - inter machinas bellicas quis primus excogitavit inter veteres. 75
- - - terebra ferraria optima ubinam olim fuerint facta. 104
Terra fingere ſimilitudines. Vide Fingere.
Teſſeræ luſus quando primum pervenerit ad Græcos. 33
- - - teſſeras in exercitu quis primus inter veteres excogitaverit. 139
Teſta Sabina in magno pretio fuit apud veteres Græcos & Latinos. 193
Teſtaceas ſcaphas etiam habuerunt veteres Ægyptii 5
Teſtudinis inventor inter inſtrumenta bellica quisnam primus fuerit. 31
Texendi Arte præcellebant olim Iberi occidentales. 99
- - - etiam Tochari. 218
Textilia primi invenerunt veteres Ægyptii. 4
- - - quinam primi invenerunt inter Græcos. 109
Texturam ſtragulatum veſtium quinam primus invenerit. 2
- - - textura Thebana an inter veteres fuerint nobilitata. 208
Teumeſia vulpes. Vide Vulpes.
Theatrum M. Scauri immenſa magnitudinis. 59
Theodorus Mileſius Plaſticen primus invenit. 56
Theogoniæ Græcæ quinam primi auctores fuerunt. ibid.
Theopompi luctatoris ſtatua à quo facta, quare ignoratur. 89
Theuth Ægyptiorum an non fuerit Mercurius. 212
Thobal Moſis an fuerit Vulcanus Gentilium. 218
Thorace Ægyptio olim utebantur Perſæ. 3
- - - Thorax Atticus olim laudatiſſimus fuit inter veteres. 34
- - - eum fabricari quis primus docuerit. 36
- - - quinam primus eum inter Græcos invenerit. 212
Thuſcanica ſigna ubinam olim factitata fuerint. ibid.
Trabeus qualis veſtis Romana olim ſic fuerit dicta. 215
- - - undenam illud nomen primum acceperit. ibid.
Tibiam an Minerva olim prima invenerit. 139
- - - quoſnam alii primos inventores volunt. ibid.
- - - an non ab Ardalo Vulcani filio inventa. 225
Tigna ultra columnas quis primus extenderit apud veteres. 117
Timaſithei Delphi ſtatua cujus fuit opus. 7
Tonitrua quomodo pinxerit Apelles. 22
Tornum quis apud antiquos primus invenerit. 65, 209
Tragœdiam ſcenam quinam primus Athenis fecerit. 6
- - - qualem veteres dicebant ſine moribus. 231
Trianguli rectanguli latus an olim primus invenerit Pythagoras. 189
Triclinia Deliaca olim celebria apud veteres. 73
Tridentem quinam primi Saturno fabricarunt. 206
Tripodes Vulcani & Dædali celebres fuerunt apud veteres. 226
Triremis prima ubinam fuerit exſtructa. 55
- - - a quo id fuerit factum. ibid.
- - - quo tempore. ibid.
Triſulcum fulmen ſolum Jovi quinam cuderunt. 233
Triumphales veſtes undenam originem habeant apud veteres. 164
- - - à quo tempore inſtituta. ibid.
Trojam muro quinam primi cinxiſſe dicuntur. 131
Tubam quis primus invenerit inter veteres. 117
- - - an non Minerva illam prima excogitaverit. 139, 219
- - - æneam quis primus invenerit. 165
- - - qua occaſione tuba fuerit inventa. 220
- - - ejus ſonum quisnam primus veteres docuerit. ibid.
Τυκλῶ Bajulorum inſtrumentum an primus invenerit Protagoras. 183
Tunicæ Ætelica olim in pretio fuere inter veteres. 6
- - - tunicam rectam quænam prima texuit. 204
- - - cui uſui illa inſerviebat apud veteres. ibid.
Turres quare Cyclopes olim inveniſſe dicantur. 60
- - - ambulatorias quinam primi invenerint. 75
- - - in genere quinam primi exſtruxerint. 217

V.

Validiſſimam formam Zeuxidi Pictori quare hominibus dare placuit. 232
- - - quare Homero etiam fœminis. ibid.
Vaſa Deliaca olim celebria fuere apud veteres. 73
- - - ex argento mira inconſtantia variarunt apud antiquos. 93
- - - Vulcani habebant vim de loco in locum ſe movendi. 226
Vaſcula tumentia in ventrem à quo primum è ligno fuerint fabricata. 202
Vectem quis primus invenerit apud veteres. 52
Vehiculum cum quatuor rotis quinam primi excogitaverint. 164
Vela quis primus inveniſſe dicatur. 5
- - - quis inter Græcos primus invenerit. 63
Velificia quænam in Ægypto prima invenerit. 102
- - - qua occaſione id factum fuerit. ibid.
- - - Syriaca in pretio fuerunt apud veteres. ibid.
Velleris aurei fabula qualis olim fuerit. 3
- - - quid ſignificabat. ibid.
Venus in Pictura quis primus expreſſerit. 142
Venerem quare è ſpuma maris natam voluerunt veteres. 23
- - - Venus Eleorum quare pede premebat teſtudinem. 160
- - - ejus ſimulacrum Pigmalionis Regis Cypri. 188
- - - Venus ænea Scopæ quare πάνδημος dicta. 197
Ventorum rationem quis primus invenerit. 5
- - - eos quare Æolo paruiſſe olim exiſtimatum. ibid.

Veſtes pictæ *in Ægypto mirabili genere.* 4
- - - *tingere quomodo olim ſolebant Ægyptii.* 48
- - - *acu pictas coloribus quinam invenerunt.* 90
- - - *Medicas quid Græci olim dicere ſolebant.* 119
Veſtiarii *tenuiarii quinam dicebantur apud veteres.* 140
Victimas *quis primum omnium in Græcia jugulaverit.* 48.
Victoriæ ſtatus *in ſimulacris qualis fuerit.* 158
- - - *quare eam fecerunt pennatam.* ibid.
Vigilias *in exercitibus quis apud veteres primus excogitaverit.* 139
Vinum Sabinum *aſpernabantur veteres.* 193
- - - *qua de cauſa id erat.* ibid.
Virgilii *Poeta pater Maro fuit Figulus.* 118
Virgines *nubentes quare comitabatur olim colus & fuſus cum ſtamine.* 204
Virgo fluvius *prope Romam unde hoc nomen habuerit.* 8
Viſionibus *concipiendis Theon Samius cæteros Pictores antecellebat.* 119
Vitis aurea *in cubiculo regis Perſarum.* 210
Vitrum *ad ſimilitudinem lapidis ubinam primum inventum.* 136
- - - *à quo id factum & quo caſu.* ibid.
Vitulus *Aaronis an fuerit totus ex auro conflatus.* 1
- - - *an vero ex ligno factus, & aureis laminis obductus.* ibid.
- - - *Vide* Aureus.
- - - *aureus tempore Moſis auctore Fameri.* 194
Umbrarum *expreſſionem exactam quis primus invenerit.* 24
- - - *ea in Picturis quomodo fieri ſolebant.* 134
- - - *à quo ea fuerint excogitata.* 195
Ungue (ex) *leonem, unde hoc proverbium inter veteres fuerit natum.* 153
Vopiſcus *unde hoc nomen apud Romanos.* 8
Urbes *maritimas ſubdialibus pingere quis primus inſtituerit.* 108
Vulcanus *ab Alcamene efformatus qualis fuerit apud Athenienſes.* 10
- - - *Gentilium an fuerit Thobal Moſis.* 218
Vulpes Teumeſia *nulla ratione capi poterat.* 226
Vultum *ab antiquo rigore variare in Picturis quis primus oſtenderit inter veteres.* 173

X.

XEnocrates *de Pictura vett. ſcripſit.* 14
Xenon *Neoclis Pictoris fuit diſcipulus.* 131
Xerxes *quare omnia Aſiaca templa igni dederit.* 17
- - - *quare templo Dianæ Epheſiæ pepercerit.* ibid.

Z.

ZEuxidis *Pictoris æmuli quinam fuerunt.* 13, 88
- - - *cujus fuerit diſcipulus admodum incertum eſt inter veteres.* 132
- - - *pinxit uvas ad quas aves advolarent.* 145
- - - *quare eas deleverit.* ibid.
- - - *quomodo à Parrhaſio fuerit victus.* ibid.
- - - *quomodo imagines repræſentare miro modo ſolebat.* 153
Zonam *Sacerdotalem quomodo vocare ſolebant Babylonii.* 36
- - - *à quo & quo tempore illa primum fuerint fabricata.* ibid.
- - - *qualem figuram Babylonii illis dare ſolebant.* ibid.

FINIS.

A01 1463046

Digitized by Google

Digitized by Google

A01 14(3046